Thesaurus medicinae practicae Ex praestantissimorum medicorum observationibus, consultationibus, consiliis, & epistolis, summa diligentia collectus. Ordine alphabetico dispositus, & in octodecim libros divisus ... / [Sir Thomas Burnet].

Contributors

Burnet, Thomas, Sir, 1632?-1715?
Hippocrates.

Publication/Creation

Venetiis : Apud Hieronymum Savioni, 1733.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/afwuvvke

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org





16236/B

5 4

24/5 45. vol. 1t, 25. Ch. Ravel

000x

THESAURUS MEDICINÆ PRACTICÆ THOMÆ BURNET.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30536479

THESAURUS MEDICINÆ PRACTICÆ.

Ex Præstantissimorum Medicorum Observationibus, Consultationibus, Consiliis, & Epistolis, summa diligentia collectus, ordine Alphabetico dispositus, & in octodecim Libros divisus

AUCTORE

THOMA BURNET

Scoto-Britanno, Med. Doct. & Medico Regis Ord.

EDITIO NOVISSIMA,

Pluribus ipsius Auctoris Additamentis, aliis omnibus hactenus vulgatis; longè auctior, Cui denique accedit

HIPPOCRATES CONTRACTUS

In quo Magni Hippocratis Medicorum Principis Opera omnia, in breve Epitomen, ab eodem Auctore summa diligentia redacta habentur.

Cum Indicibus Sectionum & Auctorum.

VENETIIS, MDCCXXXIII.

APUD HIERONYMUM SAVIONI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Nihil Hominibus (Lector Benevole) datum eſt, aut dari poteſt, in hoc mundi Theatro degentibus, Sanitate, vel utilius, vel pretioſius. Hæc ſola, inter omnia ſcilicet Dei Opt. Max. naturalia dona, ut acquiratur, noſtrum præcipuè meretur ſtudium, quippe quæ Divitiis, Honoribus, Voluptatibus, imò Sciontiæ ipſi, & Prudentiæ longè præferenda videtur. Sine hac nemo uſque adeò felix minimè ſapit vita, reliqua plus Aloes quam mellis habent. Quis enim ea privatus, licet aliàs omnibus Animi ac Fortunæ bonis quam maximè affluereat, non ſtatim millies potiùs optaret mori, quàm langueſcens morborumque ferocium quotidie inſultantium vehementia oppreſſus, miſeram in multos annos protrahere vitam; at illa, tanquàm itineris ſuaviſſima Duce, perpetuum comitatus placidè fert quivis quaſcunque hujus brevis vitæ laborioſas Ærumnas. Ita veriſſimum eſt, quam benè valere melius in vita nihil. Hanc vero nobis felicitatem votis quidem omnibus expetendam promittit ſimul & præſtat, præclarum Dei munus, medendi facultas, quæ vel propterea, ut in ſummo honore atque pretio ubique habeatur, jure meritò poſtulat. Vix certe dici poteſt, quàm miſera foret, & miſeranda Mortalium conditio, niſi quotidianis ipſorum ærumnis continuò ſubveniret ſalutaris hæc Diſciplina, ejuſque cultor induſtrius Medicus; qui id unicè agit, ſollicitèque curat, ut proſperam valetudinem ſartam tectam tueatur & conſervet, amiſſamque citò, tutò, & jucundè reſtituat. Ob quæ ægregia indies in genus humanum collata beneficia, Antiqui pene omnes, Medicos tanquam aliis multis meritò anteponendos, laudibus immenſis ferebant ad Cœlum, & ipſorum plurimis divinos plane decernebant Honores. Quod Ethnicorum hominum factum, cum Superſtitioſi nimium, veri Dei neſcii, Idolorumque cultores fuerint, laudare equidem nequeo, imò è contra vitupero & abominor: quid ni tamen affectum & judicium approbem? quippe qui hoc ipſo omnibus teſtatum volebant, quàm rectè ſenſerint, docto Medico, multùm celeri, atque fideli nullum meritis ſatis dignum præmium perſolvi poſſe. Sicut enim (ait *Seneca*) Medicinæ apud ægros uſus, etiam apud ſanos honos eſt. Ingratitudine ergo ipſa ingratior videtur, & ipſa prope vita indignus, qui Medicinam Artium Nobiliſſimam, alteram, ſecundum Deum, vitæ Parentem, Tutricem & Vindicem non amat, non honorat, non ſuſpicit & veneratur; præſertim cum ejus adminiculo & præſidiis nunquam ulli non ſit opus. Hanc autem Artem ſæpius laudatam, ſatis pro dignitate nunquam, quæ *Plutarcho* Auctore, nulli, Liberalium nitore, cópia, aut jucunditate cedit, Cedro haud indignis eruditiſſimis ſcriptis exornarunt plurimi omni ævo præſtantiſſimi viri; qui in ea excolenda tam fortiter feliciterque deſudarunt, ut nihil jam amplius deſiderari poſſit. Sed cum varia ſint ac diverſa hominum ingenia nec voto fere vivatur uno, nil mirum eandem omnes, in Medicina, illu-

illuſtranda, non tenuiſſe viam. Quibuſdam magis placuit Inſtitutiones & Controverſias Medicas doctè pulchrèque exarando, immortale ſibi & duraturum comparare nomen. Alios plus delectavit *Hippocratem*, & *Galenum*, ſummos illos Medicinæ Antiſtites, Commentariis, Notis atque Scholiis, mira ingenii dexteritate adjectis, eleganter enucleare dilucidare & explicare. Non pauci porrò potiùs doctiſſimis in lucem editis medendi methodis, & medicinis practicis, tàm univerſalibus, quàm particularibus, famæ ſuæ conſulere maluerunt. Aliqui rurſus in Chirurgia expolienda, alii in Materia Madica locupletanda, & Pharmacopœis, tam Chymicis, quàm Dogmaticis inſtruendis, quidam item in rebus Anatomicis, & Anthropologiis deſcribendis, vel conſenuiſſe amarunt. Multis denique iiſque minimè contemnendis plus cordi fuit, magiſque arriſit utiliſſimum illud per Obſervationes, Conſultationes, & Conſilia, Scriptionis genus. In tanta hac eximiorum ingeniorum varietate, doctorum virorum ſuffragiis, abundè jam ratum atque confirmatum habetur, excellentes hos, quos ultimo loco poſui, artiſque uſu celeberrimos Authores, præ cæteris quibuſcunque longè maxima laude dignos cenſendos, ac ob ſummam, ex tali ſcribendi modo, perceptam utilitatem, de genere humano quàm optimè meritos; adeò quidem, ut rectè videantur omnibus præripuiſſe palmam. Singulari etenim hoc artificio, id Artem hanc jucundiſſimam exercentibus, facillimum effectum, quod in ea omnium ſemper difficillimum judicatum eſt, univerſalia nimirum præcepta dextrè appoſiteque particularibus applicare. Longum quippe eſt (ut ait eleganter nec minùs veriſſime Morum incomparabilis Præceptor, *Annæus Seneca*) ad Scientiam, vel Artem, iter per Præcepta, breve & efficax per exempla: nullaque re nos magis quàm exemplo doceri, alicubi etiam annotavit, trium Imperatorum Medicus doctiſſimus, *Crato*. Hanc proinde præcipue ob cauſam, mihi ſemper mirum in modum placuerunt Obſervationes, & Conſilia Medicorum illuſtrium, majoremque ex aſſidua horum lectione, quam Practicorum Libris, ſperari poſſe Medicinæ Candidatis, profectum haud male fortaſſis huc uſque exiſtimavi. Nihil enim iis, ad rectum aut faciliorem Artis uſus utilius, vel conducibilius hactenus excogitari potuit. Ita ut verè quis audeat affirmare, abſque experientia, & obſervatione (quibus tanquam fulcis Medicinam ſtabiliri noſter ſæpe teſtatur *Galenus*) methodum univerſalem probatum, ut decet, expertumque Artificem efficere non poſſe. Hinc luce meridiana clariùs videtur hoc ſummè utile ſcribendi genus aliis omnibus plurimùm ante cellere. Quæcunque enim ad actionem referuntur eadem ſemper optima eſſe oportet. Neutiquam ergo mirandum, ſi verbis ſatis exprimi nequeat, quam grande illi & immenſum præſentibus, poſteriſque contulere beneficium, qui in obſervationibus ſuper difficillimis caſibus conſcribendis, feliciſſimè, ſimul & doctiſſimè tam ſtrenuam navarunt operam. Si omne tulit punctum qui miſcuit utili dulce, hi certè egregia hac laude fraudari minime debent, qui utiles cum ſint, ut nihil ſupra, non minùs etiam jucundi eſſe voluerunt. Idcircò monendi hic veniunt Filii Artis, ſerioque rogandi, ut poſtpoſitum, pro virili, nec ſine fructu, Medicinæ tyrocinium, omnibuſque ad eam addiſcendam requiſitis probè præcognitis, huc tandem præcipuè ſua ſtudia convertant. Nullam quippe operam, vel tempus, facilè perdent, maleve collocabunt,

cabunt, quod Conſiliis & Hiſtoriis Medicis attente legendis neceſſariò impendendum, è contra, per quam utilem & frugiferum, ut credere eſt æquum, hunc indies deprehendent laborem, neque unquàm erit, cur ejus illos impoſterum pœniteat.

Verum enim verò cum hanc apprimè neceſſariam materiam rractantium tantus jam hodie exiſtat numerus, quorum operibus evolvendis vix quidem ullius ſuffecerit ætas, pauciſque tantùm ſuppetat illorum copia, optandum utique foret, quempiam, laborioſo huic oneri ſuſtinendo idoneum iri repertum, qui ex ſingulis prius diligenter perlectis, optima quæque curioſè & cum judicio excerperet, riteque poſtea omnia in ordinem diſponeret, & in unum corpus demum redacta, juvandæ Reipublicæ Medicæ cauſa in publicum proferret. Næ ille quiſquis fuerit proficuum valde, nulloque non ære redimendum aggrederetur opus. At quod vehementer dolendum, qui id attentaret inveniri hactenus nemo potuit. Fatendum quidem eſt Clariſsimum æternaque memoria digniſsimum *Jo. Schenkium* hanc olim metam rectè attigiſſe; ſed præterquam quod ſuperiore, quo vixit ille, ſeculo, rari erant numeroque pauci, qui utile hoc argumentum ex propoſito pertractarint, potiuſque ex practicis, aliiſque mixtis, quam obſervationum & Conſiliorum Authoribus, videatur aureum ſuum compoſuiſſe Librum, minimam ſanè ejus partem morborum curationibus inſumptam voluit. Quare, ut ad inſtituti noſtri rationem, proprius accedam, operæ pretium me haud aſpernabile, nec ingratum facturum ſperavi, ſi quem declinarunt alii, hunc ego lubens mihi ſumerem laborem. Quo nunc tandem aliquando, utcunque defunctus; an rectè aut ſecus memet geſſerim, æquis rerum æſtimatoribus judicandum relinquo. Invidorum enim & obtrectantium cenſuram nihil moror, parvique pendo. Certè quam potui, jam à multis retroactis annis, in conquirendis undique his toties laudatis Scriptoribus ſummam diligentiam adhibui, & ſi non omnes (arduum prorſus id fuiſſet) quam plurimos tamen eoſque ni fallar optimos, & experientiſsimos ſedulò, nec oſcitanter conſulvi: ſingulos enim a capite ut dicitur ad calcem uſque ſtudioſè oculis perluſtravi, quæque inter legendum notatu digna, ſæpe fiebat, ſubinde occurrebant, ea rite excerpta indiarium protinus retuli, omnia denique ob faciliorem eorundem uſum, per ordinem, ut videre licet, Alphabeticum, diſponere placuit. Et ſic demum poſt infinitos propemodum exantlatos moleſtiſsimos labores, ad poſtremum emerſit, quem nunc Medicæ Artis Candidatis exhibeo *Medicinæ Practicæ* Theſaurus ditiſsimus. In quo quidem Morborum ac Symptomatum pene omnium, tam internorum, quam externorum inſignes & multiplices curationes exiſtunt; plurima quin etiam rara, multa ὑποπτα, non pauca a Chymicis petita, omnia verò utilia longoque uſu probata proponuntur remedia. Ubique fere Affectuum deſcriptionem breviter perſtrinxi, & ad majorem operis auctoritatem ſuum cuique obſervationi, & conſilio proprium fideliter aſsignavi Auctorem, cujuſque porrò ipſiſſima verba, nihil fere immutando, ut plurimum appoſui, parum ſolicitus quod quædam aliquaudo ſeu Typothetarum incuria, ſeu alias, minùs rectè dici videantur, cum quilibet judicio valens ea nullo negotio deprehendere ac corrigere poſſit. Nihil mihi in hoc lucubrandi genere multarum licet vigiliarum, præter con-

qui-

quirendi digerendique laborem vendici. Abſit igitur me quiſquam exiſtimet vana auram popularem aucupandi ambitione inductum, quicquid eſt quod nunc in lucem datur, propalare voluiſſe. Quid enim ex alienis Scriptis laudis captarem? in muſtaceo utique hoc eſſe Laureolam quærere. Longè ſanè alia mihi mens aliud conſilium fuit, honeſtiorque hujus ſpeciminis propoſitus ñnis, nimirum; ut ejus in lucem publicam emiſſione, non ſolum multorum hominum ſaluti conſulerem, ſtudiumque meum bene de omnibus promerendi poſteritati notum facerem, verum etiam, ut conatu hoc qualicunque, alios rebus omnibus inſtructiores, ad tantum tamque præclarum opus aliquando ſuſpiciendum, ac melius perficiendum excitare poſſim. Quos ſcopos ſi aſſecutus fuero, non mediocri perfundar gaudio. Atque hæc (Amice Lector) in veſtibulo præfari libuit, quæ ut æqui bonique conſulas, amantiſsimè rogo. Dumque alii rectiora & meliora proferant, tu interim his noſtris Laboribus, ab animo Reipublicæ Litterariæ modis omnibus inſerviendi cupidiſsimo, ſuſceptis, benevola mente, & feliciter fuere, ad Supremi Numinis Gloriam, tuum inſuper proximique Commodum, ac Utilitatem.

NOI REFFORMATORI

Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro Intitolato. *Hippocrates Contractus, in quo magna Hippocratis Medicorum Principis Opera omnia in brevem Epitomen, Studio, & Opera Thomæ Burnet*, non v' eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Girolamo Savioni Stampatore*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Publiche librarie di Venezia, & di Padoa.

Data li 14. Aprile 1733.

(Gio: Franceſco Morofini Kav. Reff.
(Andrea Soranzo Proc. Reff.
(Pietro Grimani Kav. Proc. Reff.

Agoſtino Gadaldini Segr.

Adi 18. Aprile 1733. Regiſtrato al Magiſtrato Eccell. della Beſtemmia.

Angelo Legrenzi Segretario.

ME-

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER PRIMUS.
De Affectibus cum litera A *incipientibus.*
SECTIO PRIMA.
Pro Abdominis Abſceſſu.

PUer quidam tumore ventris laborans, hydropicus cenſebatur, & cùm umbilicus valde promineret, apertio tandem facta eſt, ex qua puris laudabilis octo vel decem libræ profluxere; ſicque omnino æger curatus eſt.

Advertant tyrones in pueris frequenter tales abdominis abſceſſus generari, qui hydropem mentiuntur, & ſi maturè à perito artifice aperiantur, ægros à certo interitu plerumque liberari. *Petrus Eſtanove, Obſ.* 2.

Puella quedam ventris tumorem patiebatur octo menſium ſpatio, cum doloribus aſſiduis, quibus ad extremam maciem perducta fuerat: Hydropica ab omnibus cenſebatur. Ego verò ad eam vocatus, & ventrem diligenter explorans, abſceſſum latentem invenio intra muſculos Hypogaſtrii, eumque cauſtico potentiali aperio, unde 15. aut 20. libræ puris laudabilis effluxere intra plures dies, ſicque ægra perfectè curata eſt. *Petrus Eſtanove, Obſ.* 3.

SECTIO SECUNDA.
Pro Abdominis Muſculorum Inflammatione.

INflammatio muſculorum abdominis ex iis eſt, quæ rariſſimè contingunt: idcirco & Medicum judicio falli facilè contingit.

Scriba quidam, cùm ruri haud procul *Antuverpiæ* eſſet, dexteri lateris cum febri, dolore correptus, ſed juxta, ac paulo infra nothas coſtas: Medicum accerſivit, qui venæſectione imperata, eclegmata, linimentaque preſcripſit, qualia pleuriticis adhiberi ſolent (pleuriticum enim morbum eſſe exiſtimabat) ab his verò cùm malè æger haberet, febriſque intenderetur, domum vehi poſtulavit. Ad quem deinde vocatus, hominem offendi febricitantem quidem, ſed debilem & viribus parum valentem, dextrum hypochondrium nonnihil dolentem, ventre verò vehementer diſtento, ac veluti hydropici alicujus tumenta. Exhibui mox purgans medicamentum, ſed in exigua quan-

titate, quod cùm fœliciter ceſſiſſet, poſtridiè idem, ſed in majore quantitate propinavi, quo expurgatis multis vitioſis humoribus, ſiniſtra ventris pars tota ſubſedit: dextræ verò tumor permanſit. Et cùm non modò tumida hæc pars relicta eſſet, ſed & durior, ac digitis renitens, cataplaſma admovi, quo tumore intra paucos dies emollito, nuſquam verò apparente loco, per quem pus erupturum ſperari poterat, Sectionem adhibuimus, diligenter caventes ne peritonei membrana vulneraretur: qua circa inferiorem ventris partem facta, mox copioſum effluxit pus; quo deinde expurgato, vulnereque ſolidato, æger ſanitati reſtitutus eſt: adhibita interim bona victus ratione, & paucis remediis. *Rembertus Dodoneus Cap. 29. Obſ. Medicin.*

SECTIO TERTIA

Pro Abdominis muſculorum Scirrho.

24. AMmoniac. Galban. bdellii, an. part. æq. terantur in mortario cum ol. Lil. deinde adde mucilag. Sem. fœnugræc. lini & ficuum ad pondus omnium prædictorum, contundantur omnia ſimul, donec in unum coeant: & F. Cataplaſm.

Hoc medicamentum ad Scirrhos amolliendos & diſcutiendos omnium ſanè efficaciſſimum eſt. *Tob. Zecch. Conſult.* 48.

SECTIO QUARTA.

Pro Abdominis muſculorum tumore.

NUper vidi mulierculam, cujus abdomen Saxo durius erat, ſub muſculorum tamen Idæa ac charactere: Emplaſtrum juſſi admoveri de mucilag. rubicundior cùm evaſiſſet locus ac cùm cedere videretur aliquantulum, juſſi pertundi, ſatiſque altum inſligi vulnus: erupit maxima puris copia, evaſit.

Muſculi illi abdominis craſſiſſimam membranam habent, quæ niſi pertundatur, non unquam ferè ſponte erumpere poterit pus. Vidi propterea non ſectos illos tumores in ſaxa abiiſſe, totumque meſenterium in ſaxum ferè inde commigraſſe. *Joh. Heurnius ad Aphor. Hippocr. 7. Sect. 6.*

SECTIO QUINTA.

De Abortu.

ABortiunt adeo frequenter mulieres, ut ſi quis id diligenter examinet, facilè inveniet, plures eſſe uteri deperditiones, quam partus legitimos: ſi intra ſeptimum à conceptione diem excludatur genitura, effluxio nuncupatur, ſeu falſum germen; poſt diem verò quadrageſimum, abortus dicitur: qui nihil aliud eſt quàm violenta & intempeſtiva immaturi fœtus foras excluſio, expultrice uteri irritata, vel mole, vel pondere, vel morſu. Hinc ex parte uteri abortus triplex eſt cauſa, moles nimia, pondus aliquod, aut morſus. Moles ubi ampliùs diſtendi uterus recuſat; pondus, quum ſupra vires ejus eſt, quod continet, morſus demum, ubi, vel humores, qui in membranis continebantur, his ruptis, in ipſum uterum effunduntur, vel etiam totus fœtus putreſcit. Ab his ita gravatur & irritatur expultrix uteri facultas, ut ad expellendum protinus inſurgat. His præterea adde matricis morbos omnes ſimilares, organicos & communes, qui, ſi graviores ſunt, abortiendi anſam quàm maximè ſuppeditant; præcipuè verò uterus ob pituitam, & mucos humidior & laxior, qui fœtum commodè continere nequit. Diſpoſitiones etiam omnes maternæ inſigniores, abortus grande invehunt periculum.

Ex parte autem fœtus tres aliæ ſunt abortus cauſæ, fœtus nimirum imbecillitas, nutricatus inopia, & vinculorum quibus utero alligatur laxitas. Cauſæ abortus procatarcticæ ſunt, ... aeris conſtitutiones inclementiores ſibi invicem inæqualiter ſuccedentes, quales annotavit *Hippocrates Aphor.* 12. *Sect.* 13. nimia ciborum ingeſtorum copia, longa & arcta

arcta jejunia ; cacochymorum ciborum usus ; vigiliæ immensæ, vehementiores animi perturbationes, labor vehemens, violenta corporis commotio, ex cursu, saltu, choreis, lapsu ex alto, gravioris oneris sublatione, & ex gravi ad ventrem ictu, vestium coarctationes ab assulis illis ligneis, eburneis, aut balænaceis, quas mulieres vestibus ad sternum subiiciunt ad corporis venustatem, evacuationes item immodicæ per vomitum, alvi fluxum, & sudores sanguinis etiam per nares, hæmorrhoides, sed potissimùm per uteri venas, immoderata profusio, tetri omnes odores, ut exinctæ lucernæ, & similium, Cathartica vehementiora, & menses moventia, largior denique phlebotomia, postremis potissimùm mensibus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Abortu.

NIhil melius scio quàm in victu non errare, ne vitiosi humores in corpore colligantur ; deinde ut vitet affectuum immoderationem, iram, curas, vehementes corporis motus, & quicquid sanguinem potest commovere. Ad Sanguinem sistendum si fortè fluat, & sanguinis boni adsit copia, suaderem & ego, ut cæteri Medici, venæsectionem, nec moveret me *Hippocratis* authoritas, qui venæsectioni in gravidis tantopere adversatur, cùm nostro tempore diæta alia sit, quàm olim fuerit, & experientia testetur, sæpe multos gravidarum morbos venæsectionem postulare, & ferri ab iis sine incommodo. Aliqui ad sanguinem sistendum prædicant pulverem ranæ ustæ in olla recenti, in sacculo de collo appensum, experiri licet, contra abortum utilis est hic pulvis, manè sumptus in ovo sorbili.

℞. Rad. bistort. ℈i. gran. Kermes, sem. plantag. portulac. an. ʒß. Coriandr. præparat. ℈ii. sacchar. ad pondus omnium, fiat pulvis. *Joh. Crato, Consil. 32. lib. 4.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Ad Abortum præcavendum.

INter intrinseca pulvis hic noster, si frequenter ex vino propinetur, magnopere profuturum non dubito.

℞. Spec. diamargarit. utriusque ʒß. pulv. cancr. fluviatil. ʒij. coagul. lepor. pulv. ʒi. corall. rubr. ℈ii. m. f. pulvis. cujus ʒi. ex vini albi ʒiii. vel ex aq. plantag. horis 4. ante cibum, bis terve in hebdomada exhibeatur.

Inter extrinseca, quæ lumbis, spina dorsi libera relicta, & locis apponuntur, est imprimis unguentum celebratissimum Comitissæ appellatum, probatissimum est subscriptum ceratum, quod sæpius fœliciter usurpatur.

℞. Thuris mastich. ladan. an. ʒß. lapid. hæmat. boli armen. coagul. lepor. raf. ebor. an. ʒi. resin. pini q. s. f. Ceratum S. A. quod applicatum lumbis non immutetur, nisi 10. dierum spatio adhæserit, detineatur tribus à conceptu mensibus, deinde auferatur, detur quandoque pulvis corall. rubr. ad ʒi. in ovo sorbili, quod remedium licet vulgare sit, ad hoc tamen officium efficacissimum est. *Joh. Zecchius, Consult. 94. & 89.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Abortu frequenti.

MEnsibus absolutis, quando certum est eam nondum concepisse, ad matricem corroborandam, & expurgandam, & ut habilis ad conceptum fiat, insessione sequenti utatur, singulis noctibus cubitum itura, idque per dies 4. vel 5. continuos, sedendo in eam per horam antequam lectum ingrediatur.

℞. Rad. Lil. valerian. bryon. ana ʒiii. herb. matricar. calamenth. fol. lauri, rubi. bacc. juniper. an. m. j. flor. lavend. ros. sambuci an. p. j. balaust. ʒß. bacc. Lauri. p. j. Coq. in aq. pluviali, addendo mensuram unam vini rubri, & tantumdem aq. fabrorum extinctionis ferri & aluminis ʒij.

Poſt inſeſſionem ſuffitum excipiat utero in Sella, qui fiat ex trochiſcis galliæ, & aliptæ moſchatæ: manè tertio quoque die, capiat de ſequenti confectione magnitudine nucis moſchat. ſuperbibendo parum vini generoſi.

℞. Conſerv. flor. roſmar. majoran. ſcabioſ. an. ℥i. ſpec. diambr. diamoſch. an. ℈i. raſ. ebor. ʒß. nucis moſchat. cinam. an. ʒi. ſem. ſileris mont. ʒß. cum ſyrup. de betonica f. Electuarium.

Quando verò menſes tempora convenienti non fluunt, ſuſpicioque eſt, illam concepiſſe, nihil adhuc agendum, donec altero menſe, quoque menſes non rediiſſe certum ſit, tuncque incipiat illis, quæ conceptum retinent, & uterum firmant, uti. Primum Cæratum ſequens lumborum regioni noctu cubitum itura applicet, illudque tota nocte retineat, idque ſaltem ab initio tribus noctibus ſemel, & poſt menſem quartum, alternis noctibus, & quo magis uterus creſcit eò frequentiùs; mutando aliquoties locum, ita ut quando quater in lumbis geſtavit, poſtea in ventre ſub umbilico totidem noctes ferat.

℞. Rad. biſtort. ſem. Coriandr. an. ʒii. nuc. Cupreſſ. ſantal. rubr. Hypociſt. an. ʒi. ladan. maſtich. an. ʒß. thur. bdellii an. ʒii. corall. ſuccin. an. ʒi. pulveriſanda pulveriſentur, & excipiantur oleo maſtichino, addendo ceræ & terebinth. q. ſ. f. Cerata quadrata duo vel tria ad uſum.

Interea utatur tabulis, quæ mirè ad abortum præcavendum ſunt utiles, capiendo unam alternis vel ternis diebus manè.

℞. Sem. Coriandr. præp. ʒii. rad. biſtort. raſ. eboris, corrall. rubr. an. ʒi. ſuccini cryſtalli, an. ℈i. cocci inſect. ℈ß. ſacchar. diſſolut. in aq. roſ. ʒiv. f. tabulæ pond. ʒi. lapides ætites, lazuli, jaſpis, brachiis alligati proprietate juvare creduntur. Caveat cùm uterum geſtat, à nimio motu, tuſſi, ſternutatione, ab aromatibus nimiis & vino generoſo. *Fœlix Platerus obſ. lib. 3. pag. 714.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Abortu.

ADmoveatur regioni uteri ceratum infrà ſcriptum, mihi pluries expertum, & ad octavum uſque menſem geſtetur.

℞. Maſtich. ʒi. ladan ʒvi. rad. biſtort. ʒv. nuc. cupreſſ. hypociſtid. ſang. draconis., roſ. rubr. ſantal. rubr. Corall. rubr. menth. ſiccæ, Coriandr. præp. gall. moſch. terræ ſigillat. an. ʒii. ol. olivarum, ceræ citrin. terebinth. claræ, picis an. q. ſ. m. f. Ceratum.

Sed & quæ à proprietate abortum prohibent non ſunt negligenda; quare intus pulvis Cancrorum fluviatil. coagulum leporinum, lapis aquilinus pulveratus & ex vino nigro auſtero datus non improbatur. *Jul. Cæſar Claudinus Conſul.* 34.

℞. Gran. Kermes ℈i. ſantal. rubr. ʒß. caryophil. nucis moſch. an. ℈i. rad. tormentill. ʒß. Margarit. corall. rubr. præpar. an. ℈i. fol. auri, num. 3. manus ch. perlat. ʒiij. f. pulv. ſumat ad ʒi. cum pauco vino rubro. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult.* 71.

Mulier quædam pituitoſa natura, ſæpius abortierat, cùm verò medicinarum uſum iniit, feliciter geſtationem perfecit. *Jo. Henricus, ad Aphor. Hippocr.* 45. *Sect.* 5.

SUBSECTIO QUINTA.

Ad Abortum præcavendum.

MUlier quædam *Moſpelienſis* tres abortus conſequentes paſſa erat, variis geſtationis temporibus. Jam verò à duobus menſibus gravida patiebatur dolores circa umbilicum & lumbos, qui abortum minabantur. Alter Medicus duo Emplaſtr. præſcripſerat lumbis, & umbilico admovenda, ex maſſ. Emplaſtr. profractur. unde melius habuit ad aliquot dies, poſtea verò iidem dolores reverſi. Vocatus ego advertens mulierem juvenem & ſanguineam, venam ſecari jubeo, un-

dein-

de intra paucas horas à doloribus & metu abortus omnino libera eſt. Sanguiserat valde ſeroſus, tandem ad præcautionem præſcribo rhab. pulv. mi. cum juſculo, iterandam ſemel in ſeptimana per menſem, unguentum adſtringens lumbis, & ventri admovendum pridie purgationis, & opiatam aſtringentem, poſtridie rhab. quibus tamen non uſa eſt. Symptomata illa acceſſerant eo prorſus tempore, quo menſtruas purgationes pati conſueverat extra graviditatem, tertio deinde menſe eadem ſymptomata redierunt, & venæſectione ſtatim liberata eſt, quarto itidem, quinto, ſexto, ſeptimo & octavo, iiſdem ſymptomatibus periodicè recurrentibus, iterata eſt venæſectio, & ſtatim liberabatur; ultima venæſectio celebrata fuit octo diebus ante principium noni menſis, cum eodem fructu, & in fine noni menſis peperit filium benè habitum & vitalem, ſed pallidiuſculum, *Lazarus Riverius, Obſ. 35. Cent. 1.*

Valdè efficax eſt ſequens opiata.

℞. Conſ. roſ. ℥ii. cortic. citric. citri condit. ℥ i. pulp. dactyl. myrabol. condit. an. ℥ . Coral. præp. margarit. præp. & raſ. eboris an. ℥i cum Syr. Cydon. f. opiata de qua capiat frequenter magnitudinem caſtaneæ. Quamprimum dolores & tormina apparuerint in ventris fundo, verſus pubem, in lumbis & oſſe ſacro eorum ſedationi incumbendum eſt, tam ſumptis quàm admotis, pro varietate cauſarum adhibitis. Si ob cruditates & flatus excitentur (quod frequentiſſimum eſt) exhibendus erit pulvis ex aromatico roſato & ſem. Coriandri compoſitus, imò aqua imperialis exhiberi poterit, ſi major ſit pituitæ & flatuum congeries, eodem tempore applicentur abdomini carminantia, ut ſacculi ex ſem. aniſ. fænicul. fænugræc. florib. Chamœm. Sambuc. anthos, & ſtœchados compoſiti, vel placenta roſacea frixa in ſartagine cum vino generoſo & pulv. nucis moſch. & coriandri conſperſa. Si hiſce dolores non ceſſerint, iniciatur Clyſter ex vino & oleo confectus in quo philonii rom. ℥ii. diſſolvi poterunt; aut etiam narcotica per os, in minima doſi exhiberi, ad frænandum flatuum & humorum impetum. Sequentia duo remedia pro ſecreto habentur, & fœtum certò retinere creduntur, ſi antequam fœtus à cotyledonibus divulſus fuerit, uſurpentur.

℞. Fol. auri numero 12. Spodii, ℥i. germina trium ovorum non ſubventaneorum, mſ. probè, poſtea diſſolvantur in dimidio cyatho vini albi, & detur mane per triduum.

Eodem tempore ſequens cataplaſma admoveatur.

℞. Thuris maſculi pul. ℥ii. album ovorum nu. 5. agitentur ſimul ſuper prunas ſemper movendo ne concreſcant, addendo terebinthinam, ne nimis adhereant, poſtea ſtupis excipiantur, & quantùm ferre poterit, calidiſſima umbilico applicentur bis in die, manè & ſerò, per triduum prædictum. *Lazar. Riverius, cap. 17. lib. 15. prax. Medicæ.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Abortus præſervatione.

ABortum ex vitioſis humoribus ad uterum, à toto corpore confluentibus, ſuaque prava qualitate, aut copia fœtum enecantibus, aut cotyledones relaxantibus frequenter concitari, res eſt manifeſta. Fœminæ plures hac ipſa de cauſa ſæpè abortiebant, ex iis quædam fœtum timeſtrem, ſeptimeſtrem, lacerum tamen, & omni putrilagine infectum multoties enixæ, nullo alio præſidio, quàm excitato cauterio in brachio, aut crure feliciter pepererunt. Hoc ad originem fluxionis exerce, hujus enim ope ante conceptionem adapeſti, illæ fœtus ſanos, nullaque labe fædatos legitimo tempore in lucem edidere. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 150. lib. 2. de praxi Med. admir.*

Occultum proprietatem habere corium equi marini pro retinendo fœtu in utero, certus ſum; ex quo ſi fiat Zona, & toto geſtationis tempore juxta carnem, Cinguli modo feratur, abortus non continget, quod auxilium pluribus incaſſum tentatis, præſtantiſſimum ſemper inveni.

Si haberi nequit, utere zona ex lupino corio parata, quam huic usui esse mirabilem, fidissimo experimento adinveni. *Zacutus Lusitanus, obs.* 152. *lib.* 2. *prax. Med. admirand.*

Fœmina quædam primaria Lipsiæ aliquoties periclitata de abortu, sub medium gestationis tempus utebatur vino malvatico, cum panis frustulo eodem imbuto, manè jejuno ventriculo. Ita insigniter roborato fœtu fœliciter enitebatur, vinum malvaticum cum amygdalis celebratur ad idem apud Sennertum. *lib.* 4 *instit. Med. part.* 2. *cap* 2. *Hier. Reusnerus, observ.* 109. *& Schol.*

Ubi metus est abortus propter concussionem, vel casum ventris inferioris, gravidam dispone in lectum, ut quiescat, & singulis diebus manè exhibe cum ovo recenti cocto gallaturas num. 7. vel 8. cum serico Kermisino ad ℈i. inciso minutissimè, vel tantundem granorum Chermes. Ventri autem pro confortando fœtu impone sacculum è foliis cupressi, majoran. & rosmarin. in vino & aqua coctis. Sic conservabitur fœtus ad justum pariendi tempus, ex obstetrice gallica. *Parte* 1. *cap.* 2. *Wolfangus Hoefernus, lib.* 7. *Hercul. Medic. cap.* 3.

SUBSECTIO SEPTIMA.

De Abortus causa insolita.

MUlier quædam ad quinti mensis finem ferè, signis omnibus fœtus vivi apparentibus, gravida fuit. Circa finem verò quinti mensis, fœtus primò imbecilliter ac languidè movebatur, ita ut vix persentiri potuerit, deinde paulatim & intra paucos dies omninò cessabat moveri mammæ quoque antea lacte turgebant, nunc subsidebant, aliaque signa aderant, ex quibus fœtum in utero mortuum esse facillimè conjicere licuit, tandem circa finem octavi mensis parturientium doloribus correpta, enixa est masculum, quem per tres ferè menses mortuum gestaverat. Hujus autem abortus causam nullam aliam invenire potuimus, quàm malam conformationem vasorum umbilicalium; Chorda enim ut vocant umbilicalis quæ communiter & in omnibus vulnerum aliquot longitudine esse solet, in hoc abortu vix spithamæ erat longitudinis, hinc perspicuum fit crescentem fœtum in utero materno paulatim placentam ab acetabulis abstraxisse & separasse, abstracto autem hepate uterino necessario moritur fœtus. *Fabritius Hildanus, observ.* 50. *Cent.* 2.

SUBSECTIO OCTAVA.

De Abortu revocato.

MUlier quædam 13. hebdomade imprægnationis, cervisiæ coctura adsistens, situlamque pleniorem imprudentiùs tollens, abortum ferè rejecit, ruptis membranis & exitum embryone molente, forte empiricus præsens ad omnia audax, huic incommodo succurrere satagens, suasit sine mora & situ prægnantis, & manus dexteritate, reponendum fœtum. Capite igitur gravidæ declivi, elatisque cruribus, obstetrix subtili manuum opera embryonem proditurum intrusit; statimque peracta operatione in lecto composuit matrem, ut fœtus repositus solitum locum repeteret. Fluxere tamen Lochia ad tertium diem, ad membranæ ruptæ generationem, suasit idem congressum cum marito; hinc retentus fœtus justo tempore, deinde fuit exclusus, adhuc superstes. *Thomas Bartolinus, histor* 37. *Centur.* 4.

SUBSECTIO NONA.

Pro Abortientibus & parientibus ac molam patientibus.

ID quod non rarò experientia compertum habeo, nunc pro exemplo in muliere quadam contingens, bona fide referam. Peperit mulier geminos, masculum & fœminam, alterum vivum, alterum verò mortuum. Inde mulier hæc malè habere cœpit, & continuò febriebat; & ingentem sanguinis fluorem patiebatur, adeò ut de eo constringendo Medici valde solli-

ſolliciti eſſent. Cæterùm quò magis conſtringentia darent admoverentve, eò magis hæc mulier in ſanguinis rivulos deveniebat, ut ad obitum prope jam devenerit, & domeſtici de funere jam curarent. Porrò cùm in hoc infortunio & agone eſſet, ecce molam quandam, carneum ſcilicet fruſtulum prædurum emiſit, & illico libera & ſana facta fuit. Conatur autem natura tantum malum in utero contentum, hoc eſt molam, expellere: unde non ceſſat expultrix facultas ſanguinem tranſmittere, quoad ſcopum deſideratum attingat: Id aliis mulieribus abortientibus, & quæ pepererunt; eveniſſe, non rarò obſervatum habeo. ALPHARINIUS. Quid tunc agendum ſuades, o Amate, cùm ſic in has enixas mulieres, à quibus tantus effluit ſanguis, incideriimus? AMATUS. Ego vero tantum abeſt ut conſtringentibus tunc utar remediis, ut potiùs ad abortum facientia & molas evocantia Medicamenta confugientia, tam per os conceſſa, quàm per inferiora immiſſa: hic etenim natura vult juvari, quæ per ſe ſola cùm propellere Molam utero affixam non valet, adjuta tamen poteſt, & opus conficit: Sic enim hoc modo ſanguis reprimitur, & mulier liberatur: *Amatus Luſitan. Cent. ſeptima. Curat.* 54.

SECTIO SEXTA.

De Abſceſſu ſpirituoſo.

ABſceſſum patiebatur Adoleſcens Raguſæus ſub ala, & illum quidem præmagnum, qui temporis ſucceſſu mollis & lividus magna cum pulſatione ita evaſit, ut intra eum pus contineri Medici & Chirurgi pro certo haberent. Itaque de eo aperiendo nulla inter eos diſcordia habita, opus aggreſſi ſunt; Sed quali ſucceſſu audite: vix enim Abſceſſus Phlebotomo apertus fuit; ex quo ſanguis impetuosè, quodam cum *ſpiritu ſtrepitu, proſilut*, cùm ægrotus ipſe, poſito capite, expiravit. *Amatus Luſitanus, Centur. 6. Curat.* 82.

Tumorem hunc rectiùs forſan Aneuriſma vocaſſet.

SECTIO SEPTIMA.

De Aceto.

VErmes ſunt in aceto copioſiſſimi tam viventes quàm mortui; viventes per acetum ut piſces vagantur, mortui verò in fundo reſident, rurſus mortui qui ſunt in fundo paulatim corrumpuntur, & tanquam nubem efficiunt: ex qua vermes renaſcuntur: & ſic in his animalibus phœnicis hiſtoriam renovatam vides. Quò acetum eſt acrius, eò copioſiores habet vermes. Si acetum coletur, aut filtretur, habebimus limpidum abſque ullis vermibus, ferè per triduum, quo tranſacto vermes denuo oriuntur. Si vini quantitas exigua 4. vel 5. guttarum in libram aceti infundatur, omnes vermes interficit. Si etiam in aceti libras duas miſceas theriacæ ℥i. omnes interimit, ultimò mixta theriaca cum aceto in vaſe clauſo, exponatur vas ſoli per menſem, ſemel in die agitando, & poſtmodum relinquendo, ut theriaca in fundo remaneat, quo peracto diligenter coletur, & habebimus acetum non ſolum ſemper ſine vermibus, ſed ſummoperè utile ad peſtem & febres malignas, vermes hi in aceto obſervantur beneficio microſcopii. *Dominicus Panarolus, obſ.* 36. *Pentecoſte* 4.

SECTIO OCTAVA.

De Achoribus.

AChores ſunt capitis ulcera manantia, tenuiſſimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinoſa ſanies effluere ſolet. Cauſa proxima eſt, humor acris, ſeroſus, nitroſus & mordax, craſſo admiſtus: remota, malum regimen in ſex rebus non naturalibus, preſertim in cibo & potu Puerilis ætas eſt huic morbo maximè obnoxia, ſed mulieres & viros acriùs & moleſtiùs infeſtat. Achoribus affinis eſt alius affectus, qui favus Latinis, Græcis Κηρὸς dicitur. Hæc ſtatuitur inter ipſos differentia, quod in achoribus foramina ſint minora, in Favis ve-

rò majora; & quòd humor, qui è favis, emanat, ſit melli conſiſtentia ſimilis, unde modò meliceris, modò Cerium dicitur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Achore ſeu tinea cruſtoſa in puero 13. annorum.

PUerum hunc ſequentibus remediis ita curavimus.

℞. Fumariæ M. iii. ſcabioſ. beten. borrag. acetoſ. viol. agrimon. an. M. i. ſem. endiv. acetoſ. aniſ. an. ℥i. rad. enul. ℥ß. Epithim. ℥i. uvarum paſſarum exacinat. ℥. liquirit. ℥iii. f. omnium decoctio in aq. communis & fumariæ an. pt. æqu. & q. ſ. pro ℔ i. in colat. diſſolv. Syr. de fumar. ℥iii. Syrup. de Epithymo, borag. & ſtœchad. an. ℥ß. m. f. apozema, capiebat bis in vie, erat facilis ſolutionis; quotidie enim ter ad minus hoc decocto alvus ſolvebatur, aliquando & quinquies alvum deponebat. Deinde ut hoc capitis lavacro uteretur mandavi.

℞. Fumar. betæ, lapath. acut. cum toto, chelidon. cum toto, malv. fol. Heder. arbor. radic. althææ, an. Mi. fl. Chamœm. melilot. & furfur an. Mß. coq. in aqu. qu. ſ. pro ℔ iii.

Deinde ut cruſtu meliùs emolleſcerent, juſſi ut poſt lotionem inungeret caput infraſcripto linimento.

℞. Mucilag. fœnugræc. ſem. lini, cum aq. malv. extract. axung. gallinæ, procinæ, ol. ex vitell. ovorum an. ℥ß. Croci ℥'. Mſ. pro linimento ut artis eſt. Iiſque ſæpius reiteratis, caput deinde radi juſſimus novacula, continuando lotionem & inunctionem manè & hora quarta promeridiana.

Poſt ſex deinde dies paravimus iterum apozema purgans ſicut antè, addendo polidod. q. ℥ß. raſ. ligni ſanct. quart. i. ex quo ſumebat aliquando ſemel, aliquando bis in die, ſi alvus minùs reſponderet. Novacula rurſus abraſo capite, ut materia magis foras evocaretur, ad lotionem hanc plus detegentem devenimus.

℞. Fumiterr. ſcabioſ. Caul. rub. betæ, fol. Heder. arbor. malv. raſ. ligni Guajac. an. Mß. rad. enul. Chelidon. alth. an. ℥i. flor. Chamœm. furfur. an. pii. farin. fabarum lupinorum an. ℥iß. Coq. in aq. pro ℔ iv. Poſt lotionem hoc linimento inungi mandavimus ad detergendum & magis exſiccandum.

℞. Pulv. rad. enul. camp. litharg. auri & argenth. Ceroſſ. alumin. roch. combuſt. an. ℥ i. terantur ſubtiliſſimè & incorporentur cum linimento priùs deſcripto; addendo ol. vitell. ovorum q. ſ. & ceræ albæ modicùm ut in unguenti formam coeat.

Poſt quinque rurſus dies propinavimus infuſum fol. orient. Epithym. & rhei in aq. fumar. ſcabioſ & beton. addendo caſſiæ & confect. Hamec. an. ℥ii. Syrup. de fumar. n . quo ſexies multa & varia excrementa depoſuit, die ſequenti rurſus exhibuimus, & adhuc ſexies dejecit. Poſtea lotionibus dictis urinam antiquam adjecimus, & inter bulliendum vitrioli exiguum quo ter tantum caput ablui imperavimus, eò quod robuſtius medicamentum eſſet, cæterum poſt iſtam lotionem caput, infraſcripto unguento inungebatur.

℞. Litharg. auri & argent. cum aceto accerrimo & ol. roſ. nutriti ℥ii. ceruſſ. ablutæ cum aq. Solan. ℥i. alum. roch. combuſt. ℥ . fuligin. furni, rad. enul. exſicc. & in pulverem tritæ vel combuſtæ, chartæ exuſtæ an. ℈ii. ol. ex vitell. ovorum axung. gallinæ, porcinæ, an. ℥ . ol. laurin. roſ. & aceti exigui q. ſ. Incorporentur in mortario S. A. ut in forma unguenti mollioris coeant.

Iſtud unguentum eſt apud me magni pretii, & mirabile magnæque efficaciæ, ut patet ex illis quæ ingrediuntur. Galenus ſola charta combuſta, & aceto diluta locum affectum illinebat, & uno aut altero die, hoc medicamento utens exſiccante, plurimos curavit.

Tandem unguento ultimo præſcripto adjunximus argenti vivi cum ſaliva extincti ℥i. vitriol. rom. optimè calcinati ℈ i. & bis dictis remediis ab achore ſeu tinea humida liberatus eſt puer ſpatio duorum fere menſium. *Petrus Foreſtus, obſerv.*

17. *lib.*

17. *lib.* 8. *de extr. capitis vitiis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Achore in puero octo annorum.

POst lotiones & universalia remedia præcedenti observatione dicta, topico remedio sequenti fuit curatus.

℞. Succ. fumar. ℥ii. succ. scabios. borrag. Chelidon. succ. rad. enul. lapath. acut. an. ℥i. cum pauxillo fœcis ol. antiq. & ol. ros. addendo axungiæ porcinæ q. s. & aceti exiguum, bulliant lento igne ad succorum consumptionem, in fine addendo pulv. litharg. auri & argenti, pulv. ireos, lupinorum an. ℈i. pulv. ros. lign. guajac. an. ℈ß. bene incorporentur & f. linimentum. S. A. Expertus sum etiam valere decoctum guajaci, ut in morbo gallico uti solemus, cum optima victus ratione; interea adhibendo lotiones, linimenta, & unguenta, in observatione præcedenti prescripta. *Petrus Forestus, observ.* 8. *lib.* 8. *de externis capitis vitiis.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Achoribus in puero 15. *annorum.*

COntra hoc malum sequens lixivium inveniebam.

℞. Absinth. flor. Chamœm. serpill. matricar. an. Mß. bacc. Lauri rad. Ireos an. ℥i. rad. asar. ℥iß. incidantur & sacculo condita, coq. in lixivio ex ligni juniperini cinere facto. Hoc luna decrescente caput lavabatur quotidie, ac brevi sanitatem recuperavit. *Martinus Rulandus, curat.* 54. *cent.* 1.

Quendam achoribus tineisque per multos annos turpiter affectum, (cui varia fuerat incassum applicata remedia) præmisso cathartico, linimento ex oleo in quo ad exactam coctionem bufo, sive rana terrestris ebullierat, optimè curavi, quippe simplici hoc remedio per paucos dies in capite utens, sanus, & capillatus factus est, durante autem linimento pili emortui, vulsellis a Chirurgo extirpantur. *Julius Cæsar Baricellus, in bortulogeniali.*

SECTIO NONA.

De Ægilope.

INter nares & majorem oculi angulum oriri solet absessus Αἰγίλωψ Græce, *i. e.* oculus caprinus dictus, quod capræ huic vitio peculiariter sint obnoxiæ. Exiguum quoddam est tuberculum, cum vel sine infiammatione, inter magnum oculi canthum & nasi os situm, quod ruptum si negligatur, in fistulam abit usque ad os ipsum progredientem. Secundùm Paulum ab Ægin. priusquam tuberculum in ulcus erumpat, Anchilops, post eruptionem, si in fistulam tendat Ægilos, vocatur: aliis verò Authoribus, & ante & post eruptionem, Ægilops dicitur; aliqui hoc vitium fistulæ lachrimalis nomine indigitant, sed perperam, nam licet sæpe sæpius in fistulam mutatur, propriè tamen loquendo, Ægilops fistula non est, neque semper necesse est ut in fistulam transeat, si fiat cum inflammatione, pro parente agnoscit afluxum sanguinis ad angulum oculi majorem ob nimiam ejus in corpore plethoram, si absque inflammatione appareat, a vitiosis fit humoribus in eam corporis partem delatis; frequentiùs autem ab humore pituitoso, crasso, & viscido.

Causa verò fistulæ est, quòd Ægilops non sat citò aperiatur, vel quòd post apertionem, pus non liberè effluat, sed diutius cohibeatur; quo fit, ut in subjectas partes semper agens, easdem erodat, exedat, atque excavet. Absumpta in angulo carnucula, lachrymalem fistulam mentitur, adeò ut multi decipiantur; nam ex foramine, quod conspiciunt, perpetim fluunt lachrymæ & pituita, verùm non est fistula, quia locus iste, non est præter, sed secundùm naturam, foraminulentus, eique foramini incumbit dicta carnucula ad cohibendas istas humiditates.

SUB-

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ægilope in fiſtulam lachrymalem terminante.

CHirurgus ſuo tempore inſignis Domicellam quandam religioſam ex Ægilope fiſtula lachrymali laborantem, hoc modo ſanavit, optima victus ratione præſcripta, & pharmacis univerſalibus adhibitis, tum etiam venæſectione præmiſſa brachii & pedis, orificium ulceris tenta aperuit ex gentiana radice confecta, & orificio ſucceſſivè ſatis aperto, pro ulceris mundificatione ſequens medicamentum præſcripſit.

℞. Mell. communis ℥ii. viridis æris, ℥ß. aq. rutæ ℥iv. æs viride pulveriſetur, & cum aliis lento igne decoquatur, ad tertiæ partis conſumptionem. Colatura tepidè & ſuaviter per ſyringam imponebatur: ſi acriùs videbatur, aq. rutæ ulcus abluebat omni die, & poſt lotionem exiguum unguenti apoſtol admovebat, hoc modo tribus continuis ſeptimanis procedebat, ſuperponendo etiam emplaſtrum conveniens, & oculum roſac. aqua defendebat. Poſtea pro tertia intentione perficienda, nempe incarnandi atque cicatrizandi, ulcere jam ſatis repurgato, illud collyrium præſcripſit.

℞. Thuris, ſarcocoll. Aloes, ſang. drac. balauſt. antim. alumin. an. ʒi. virid. æris, gr. v. ſubtiliter pulveriſentur, & cum aqu. rutæ fiat collyrium ſatis liquidum. Imponebatur leviter cum rutæ ſtipite, deinde exſiccabat, continuabat ter in die, tribus ſeptimanis; poſtea bis in die minorando tentam, deinde tantùm lavabat, diapalma ſuper impoſita, & panno linco raro loco compreſſionis, atque hoc modo fœliciter abſolvebat curationem.

Jacobus de Carpo. Chirurgus ſuo tempore expertiſſimus, ad fiſtulam lachrymalem ſequenti collyrio utebatur.

℞. Aloes, myrrhæ, Croci an. part. æq. infundantur in aq. vitæ quinquies ſexieſve diſtillatæ q. ſ. per noctem, & diem, deinde colatur, & colaturæ add. theriac. opt. & camphoræ q. ſ. f. Collyrium. *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 11. de morbis ocul.*

Amatus Luſitanus ceratum contra ægilopes deſcribit curatione 68. cent. 5. & multis laudibus effert, quod ita ſe habet.

℞. Pulv. teſtarum Cochicarum ℥ii. myrrh. aloes lotæ, thuris, an. ʒß. Sarcocoll. ſang. drach. Ceruſſ. an. ℥iii. op. poponac. aceto ſoluti, & lapidis hæmath. an. ℥iß. Croci ℈ii. ceræ & reſinæ an. ℥iii. M. ſimul ad ignem S. A. & fiat ceratum, angulo oculi applicandum. *Lazarus Riverius, cap. 15. lib. 2. prax. medic.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ægilope.

ÆGilops avena eſt, cujus farina cum floribus Labruſcæ, i. vitis ſylveſtris, cataplaſmata, a principio, quando apparere incipit, ſanat.

Aliud: quo non ſolùm incipientes, ſed & diſruptas ægilopas, etiam præſente mala intemperie, brevi tempore, curatas vidi, foramine etiam ad os perveniente unà cum inflatione.

℞. Mellis puri, aloes hepatic. an. ℥ii. Myrrh. ʒi. Croci ʒß. aq. ℔ii. coq. lento igne ad conſumptionem medietatis, in hac decoctione calente infundatur parva ſpongia nova, quæ expreſſa & in ſubtili petia bene munda involuta ligetur deſuper, & videbis mirabilem effectum ſicut ego ſæpe expertus ſum. *Petrus Bayrus, cap. 26. lib. 3. practic.*

Ægilops uti ophtalmia primò curari amat: nam & ſæpè ei ophtalmia conjuncta eſt, adhibe ergo imprimis generalia, venæ ſectionem, purgationem, cucurbitulas, & alias revulſiones ibi dictas, tum repellentia applica deinde digerentia; quòd ſi inflammatio ad ſuppurationem tendat, ea juvari debet Cataplaſmate ex farina tritici, lacte, ovi vitello & modico croco. Non eſt autem expectandum, donec diſruptio per ſe fiat: ſed ante completam maturationem ſcalpello, vel cauterio aperiendus locus eſt, ne ex longa mora internæ hæ partes teneræ corrumpantur,

tur, quapropter ratione loci latum quoque foramen fieri debet, ut exitus pueri detur, aperto tuberculo, imponatur peniculus, melle rosaceo imbutus, vel Ægyptiaco unguento, si sordet ulcus. Est herba quædam veteribus dicta Ægilops, estque eadem atque avena; hujus farina cum plantag. aut parietaria, aut portulaca in modum cataplasmatis apposita est specificum ad ægilopem.

Chalmeton. insignis Chirurgus hoc velut præstantissimum commendat.

℞. Aqu. vitæ, vel vini opt. mell. rosat. colat. an. ℥i. myrrhæ ℥ii. M. F. linimentum, quo manè & vesperi locus liniatur *Vospicus Fortunatus Plempius, Ophtalmograph. lib. 5. cap. 17.*

Quando cauterio ægilops aperitur, applicetur fronti & oculo spongia aq. ros. madida, vel stupa cum abdomine ovi. Dolorem ex cauterio lenit vitellus ovi cum oleo rosaceo, per unum vel tres dies appositus, ruptum ulcusculum abstergatur, melle rosaceo, vel oxymel. simpl. laudatur thus cum stercore recenti columbino & cum farina cum melle. Fortius est unguentum Ægyptiacum, æs viride per se solum pro secreto habetur. *Daniel Sennertus, practic. libr. 1. part. 3. sect. 2. cap. 3.*

SECTIO DECIMA.

De Affectione Hypochondriaca.

ACcepit hæc affectio Nomen à loco affecto, Hypochondriis scilicet. Mirachialem vocant barbari, Diocles verò ab Hippocrate fama & authoritate secundus, affectum flatulentum nominavit. Describi potest quòd sit colluvies quædam variorum humorum, imprimis atrabiliariorum, sæpe etiam pituitoforum, & bilioforum, in venæ portæ, arteriæ cæliacæ & mesentericæ ramis, ob vitium lienis, absque putredine collecta; è qua vapores horum naturam redolentes, varia & plurima symptomata excitant, qualia sunt, ventriculi cruditas, & κρεψ flatus, ventris rugitus, ructus acidi, saliva multa, vomitus pituitosi, cardialgiæ, alvus astrictior, æstus in hypochondriis quasi inflammatorius, quem interdum sequitur malarum & totius faciei rubor, ob vaporum ascensum. Urina modò tenuis, modò turbida, crassa & rubra, in hypochondrio sinistro distentio, & non rarò pulsatio, & dolores vagi, respiratio difficilis, pectoris dolor, cordis palpitatio, vertigo & oculis obversans caligo, vigiliæ pertinaces, animi anxietas, phantasia perturbata, in quibusdam etiam metus & tristitia.

Pars hic primariò affecta jure creditur esse lien cujus fermentum, plus, aut minus commotum, suprarecensita symptomata producere solet, ob solos aliquando diætæ errores nullo antè, in ventriculo, vel liene, vitio existente, hoc malum generari potest, existimantque præstantissimi Medici hanc ipsam in diæta peccandi hodie licentiam, causam esse, cur pauci ab hoc malo immunes sint.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro affectione hypochondriaca cum Lienis tensione.

EXteriùs Lieni & toti abdomini de obstruentia conveniunt, propterea foleo hujusmodi oleo fœliciter uti.

Accipio utrumque oleum amygdalinum, cum modico vini Cretici, iisque in duplici vase incoquo spicam, absinth. rutam, corticem cappar. rad. filicis maris, Calamenth. puleg. origan. Capill. ven. Ceterach. liquiritiam, althæam, nucem moschat. schenant. quousque absumatur vinum, deinde totum ventrem hoc oleo ungi, aut etiam embrocari jubeo, postea devenio ad Ceratum Sacrum. *Julius Cæsar Claudinus, consult. 74.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro affectione Hippochondriaca.

SEntiebat nobilis quidam Burgundus, à longo tempore, tensionem in sinistro hypochondrio, cum rugitu & murmure, & quia corpus nonnihil macrum

fiebat,

fiebat, faciesque decolor, graviora metuens, cùm post remedia multa, quibus jam usus fuerat, non remitteret malum; meum expetivit consilium huc veniens, judicavi causam in venis Mesaraicis, lienem copiosè ambientibus potiùs, quàm ipso liene contineri, esseque illic illuviem, unde tetri vapores & flatus gignantur cum obstructione horum ductuum, quibus emendandis hisce fuit usus.

Syrupum sequentem præscripsi.

℞. Rad. Cichor. fœnicul. apii veri, Irid. an. ℥i. Enulæ, ℥vi. asar. ℥ii. rad. liquiritiæ ℥iß. cort. tamarisc. rad. Cappar. Sambuc. Ebul. an. ℥i. Herbarum Endiviæ, Chamæpit. chamædr. eupator. veronic. capill. ven. Ceterach. bugloss. utriusque fumar. summit. lupul. asparag. an. Mi. flor. bugl. utriusque genist. tamarisc. an. p. i. Sem. anisi, fœnicul. an. ℥ii. Carvi, petrosel. an. ℥i. Cicer. rubr. p. i. passul. enucleat. ℥iß. prunorum paria v. F. decoctio in aq. & tertia parte vini & in Colaturæ ℔. VIII. Infunde fol. Sen. mund. ℥iii. rad. polipod. ℥ii. turpeth. ℥ß. Sem. Cartham. conquassat. ℥iß. Mirobol. Citrin. & Chebul. an. ℥iii. F. iterum decotio addendo rhabarb. in panno ligat. ℥ß. Spic. Schenanth. an. ℥i. Cinamomi ℥ii. post levem ebullitionem colentur, adde succi pomorum odor. ℥iv. Sacchar. q. s. decoquantur ad Syrupi consistentiam Capiat ℥iß. pro vice per se, vel cum jusculo cicerum rubr. & rad petrosel. si non operatur sufficienter, dissolve in uno hausto, diagridii rectè præp. gr. iii. continuet illius usum aliquot dies, postea hebdomadatim, dein menstruatim.

Pilulis sequentibus utatur interdum loco Syrupi.

℞. Aloes ℥ii. rhab. agar. an. ℥iß. extract. absinth. ℈i. gummi ammon. dissol. in oxymel. squill. ℥ß. mastich. ℈i. rad. Gentian. summit. Cent. min. an. ℈i. rad. asar. ℥ß. Spic. ℈ß. limatur. chalib. præp. ℥iß. diagrid. ℥i cum resina laricea. F. Massa pil. capiat. ℈ii. vel ℥i. pro vice. Emplastrum hoc sinistro hypochondrio applicet.

℞. Emplastr. de baccis Lauri, de melilot. an. pt. æqu. malaxentur oleo de capar. extende supra corium, subducatur Sindone rubra nè nimium adhæreat. Hac ratione se integrè fuisse sanatum per alios, quos ad me consilii causa ablegavit, mihi significavit. *Fœlix Platerus, observ. l. 2. p. 496.*

Post ritè purgatum corpus, pro minorum vasorum obstructione reseranda, per dies aliquot, usum pulveris de limatura chalybis præscripsimus, qui fiebat hoc modo.

℞. Limatur. Chalyb. (ex acubus detritæ quæ sæpius cum vino seluatur, ac deinde in q. s. aceti acerrimi in crucibulo igne circulari tam diu coq. donec omni absumpto aceto limatura igniatur, & candescat, quæ post modum in marmore levigetur) ℥vi. spec. diarrhod. abbat. diacroc. an. ℥iß. pul. Cinnamom. Caryophill. an. ℥ß. rad. liquiritiæ ℥ii. Croci ℈ß. manus ch. perlat. ℥i. M. F. pul. dos. ℥ß. quotidie bis vacuo stomacho in haustu vini medicati sumenda. *Gregorius Horstius, observat. 27.*

SECTIO UNDECIMA.

De Albugine.

ALbugo est macula alba, in cornea oculi tunica, quæ si tenuis est, & superficiaria, dicitur nebula; si crassa & profundior proprie vocatur albugo, Græcè νεφέλωμα, Gignitur cum pituita inter corneam collecta, ejus perspicuitatem tollit, visumque impedit; vel, dum post vulnus, vel ulcus corneæ cicatrix manet, quæ in nigro oculi alba apparet, à qua cornea ita densa redditur, ut speciebus visilibus transitus denegetur. Capivaccius putat solam eam esse veram albuginem, quæ à cicatrice fit, sed hoc non est necesse dicere, cum ab humore crasso & lento exsurgere etiam possit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Albugine.

PRæmissis universalibus evacuationibus ad materiam coercetam emolliendam

dam, fotus admovendus est, cum spongiis mollioribus, ex decocto fœnugræci, meliloti, chelidoniæ, & fœniculi paratus. Vel ejusdem decocti vapor, ut & sequentis, oculis excipiatur.

℞. Rad. althææ. ℥i. fol. malv. Euphras. Chelidon. maj. an. M. Sem. lini & fœnugræci an. ℥iii. flor. melilot. p. i. F. decoctio in aqua fontis, cujus vapor recipiatur in oculum manè & serò.

Potenter albuginem discutit succus fœniculi recenter extractus, cui balsami Peruviani gutta una admista sit. Idem præstat oleum ex linteis combustis cum saliva pueri mistum, & penna illitum. Elicitur hoc oleum lintea accendendo, & inter duas patinas suffocando, materia refrigerata, guttæ illius olei patinæ adhærentes inveniuntur. *Lazar. Riverius, c. 7. lib. 2. Prax. Medic.*

℞. Mellis albi ℥bi. summit. fœnicul. flor. Sambuc. & Euphrag. an. p. i. sacchar. cand. ℥ii. F. destillatio in Bal. M. & aqua infundatur in oculum. *Rodericus à Fonseca, Tom. 2. Consult.* 55.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Albugine.

PUellæ cujusdam siniſter oculus admodum rubebat, pruriebatque, lachrymæque continuò ex illo fluebant, & quia jam diu hic affectus duraverat, albugo in oculo nata, mediam ferè iridis partem obtexit, ita ut de visus amissione, esset periculum, jussi cucurbitulas cervicis regioni aliquoties applicare, & cataplasma sequens oculo clauso imponere, continuoque gestare, & bis in die renovare.

℞. Pulp. pomorum odor acidulorum quart. iß. incid. minutim, & in aq. ros. & fœnicul. coq. donec in pultem redigatur cui contusæ, adde mucilag. semin. fœnugræc. ℥ii. album ovorum num. 3. cortic. granat. pulv. ℥i. lapid. hæmatit. exactè triti ℥ß. ol. rosac. parum M. F. cataplasma.

Hujus remedii per dies 5. usu, oculus ad colorem statumque naturalem rediit, albugoque & macula penitus sublata sunt. *Felix Platerus, obs. lib. 1. p. 113.*

SECTIO DUODECIMA.

De Alopecia.

ALopecia & Ophiasis congeneres sunt morbi, & pilorum Symptomata, quæ definiri possunt, quod sint capillorum defluvium areatim factum a pravo & corrupto humore pilorum radices erodente, ortum habens. Utrique affectui commune est quod areatim pili decidant: unde etiam sub areæ nomine, tanquam sub genere, uterque comprehenditur. In hoc verò differunt, quod Alopecia nullam certam figuram habeat, sed sub qualibet extendatur. Ophiasis verò serpentis more tortuosè serpat, & modo ab occiptio extenta, utrinque ad aures usque serpendo vergat, latitudine ferè duorum digitorum; modo aures prætervecta ad ipsam usque frontem progrediatur, donec se duo capita in anteriorem partem committant. Præterea Olphiasis sedem in capite perpetuò habet, & infantibus solum accidit, & ad lepram dispositis. Alopecia verò non minùs barbam reliquasque corporis partes pilosas, quàm caput occupat; nec minus etiam alias ætates quàm infantiam infestare solet; & nunquam nisi ope medicamentorum evelli potest; cum Ophiasis absque ullo externo auxilio, suaque sponte frequenter desinat. Nomen accipit Alopecia ἀπὸ τῶν ἀλωπέκων; quod vulpibus annosis familiaris sit hæc passio, oborta per ætatem scabie. Ophiasis verò à serpentis figura dicitur.

Causa utriusque mali est, humor pravus & acris, pilorum radices erodens, cujuscunque ille sit generis, plerumque tamen fit hoc malum a pituita salsa, adusta & corrupta. Quod autem nunc Alopecia nunc Ophiasis excitatur, seu pili nunc aream rectam, hunc tortuosam constituunt, causa est materiæ copia & qualitas: Si enim sit copiosior & tenujor, in pluribus & majoribus locis æqualiter pilos erodit, si paucior, & cum crasso mista humore inæqualiter & tortuosè fit pilorom defluvium. Differt Alopecia à calvitie quæ φαλακρότης Græcè dicitur, quòd hæc ex humorum pilos nutrientium penuria

xuria proveniat, illa verò à vitiosis & corruptis humoribus oboriatur.

SEBSECTIO PRIMA.

Pro Alopecia.

POst ritè purgatum corpus, jussi ut unguentum tale quo Rondeletius utitur, componeretur.

℞. Ol. abrotani ℥ii. pinguedinis ursi vel cuniculi, vel talpæ, ℥i. vel an. ℥ß. ciner. pellis ursi, vel echini terrestr. aut marin. ℥iii. nucum ustarum abrotan. usti an. ℥i. propolis ℥ii. Mell. ℥i. incorperentur omnia simul, & fiat unguentum, quod non nimium adhæreat, nec pilos relictos sua tenacitate avellat. *Petrus Forestus, obs.2. lib. 8. de externis capitis vitiis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Alopecia in Juvene quodam ex Lue gallica.

POst venam sectam & assumptum catharcticum, ut sudor eliceretur ad decocta devenimus.

℞. Sarsapar. seleστiss. in partes minutas concisiæ ℥ij. lign. sanct. cum cortic. limat. ℥iß. rad. Chinæ ℥ß. fol. Sen. ℥ß. polipod. q. ℥ß. turbith. gummos. rhapontici an. ℥iß. rad. asparag. fœnicul. petroselin. apii ana ℥ii. fol. fumar. virid. agrim. veronic. Salv. beton. majoran. chamæpit. chamædr. an. Mi. borrag. bugl. scabios. an. Mß. sem. anis. Cartham. an. ℥iv. bacc. juniperi ℥i. bacc. Lauri ℥iß. liquiritiæ ras. ℥iii. macerentur omnia in aqu. pluviali optima, herbis radicibusque concisis, & seminibus mediocriter contusis ut artis est per 24. horas. Deinde F. omnium decoctio in aqu. ℔xv. & in Bal. M. coq. ad ℔viii.

De hoc decocto sumebat bis in die manè, & hora quarta pomeridiana, sudabat egregiè, & quotidie alvum bis aut ad minus semel deponebat. Pro potu ordinario fiebat hoc decoctum secundum.

℞. Aq. puræ ℔xxx. proiiciantur supra residuum decoctionis suprascriptæ fortiter expressæ, addendo ligni sanct. cum cortice ℥i. Sarsap. ℥iß. Coq. rursus in B. M. ad ℔xv. pro potu ordinario. In fine curationis pro Alopecia, ut hoc lavacro capitis uteretur mandavi, (caput radere nolebat, quod tamen præstitisset.)

℞. Fol. Marrhub. abrotan. verben. an. Miii. centaur. herb. capill. an. Mi. lupinorum, fabarum. an. ℥ii. fl. rosmar. Mi decoq. in aq. communi pro ℔iii. addendo ℥vi. decoctionis secundæ ex Sarsa. Deindè cum cineribus testarum nucum amygdal. amar. cineribus pilorum hominis sani, Cinerib. abrotan. usti, & pilorum capræ an. ℥i. fiat lixivium ut artis est, quo lavetur caput.

Deinde hoc linimento loca depilata iungat.

℞. Cineris testar. nucum, amydal. amar. ciner. abrotan. ust. Pili cremati hominis, an. ℥i. nu. ℥i. nucum combustarum cum testis ℈iiß. cineris apum ℈ii. ol. laurin. ℥iß. unguenti martiati axung. porcin. ursi, an. ℥i. ol. nucum ℥ß. ol. juniper. terebinth. an. ℥ii. myrrh. ℥i. Euphorb. ℥iß. mellis ℥iß. optimè incorporentur ut fiat unguentum.

Post aliquot dies, imperavi ut huic unguento adderetur aliquid Emplastri de ranis, in quo intrat argentum vivum: tetrum odorem lixivium habebat ob crines combustos, qui facilè corrigitur adjecta alipta vel Gallia Moschata.

Alium quendam unà cum uxore Alopecia ex lue gallica affectum, post decoctum guajaci solo adipe ursi capite inuncto curavimus. *Petrus Forestus, obs.4. lib.8. de externis capitis vitiis.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Alopecia.

HÆc quæ sequitur compositio omnes alias, vi sua præcellit, faciens ad profluvium capillorum, & ad capillos rarescentes, & in calvitium prolabentes, estque omninò admirabilis.

℞. Murium domestic. ustor. pannicul. ampelini (*i.e.* Linci) usti, adipis ursin. medulæ cervin. cortic. arundinis, an. pt. æq. hæc omnia arida levigentur, & suf-

ficien-

ficienti melle admixto, ad craſſitudinem mellis redigantur, poſtea adeps & medulla liquefacta addantur, & pharmacum ipſum in æream pixidem reponatur, ex eoque alopecia, donec capillos producat, defrigetur. *Gal. libr.* 10. *de comp. med. ſecundum locos. Amet. Luſit. cent.* 4. *cur.* 14.

Inter omnia ad Alopeciam hoc à me ut probatum accipe.

℞. Abſinth. vulg. cortic. pinearum, fol. myrti, cap. ven. cortic. arundin. an. mß. thuris, maſtich. an. ℥ii. myrrh. ℥iß. gallar. ℥ii. Comburantur omnia. Huic cineri adde ladani triti ℥ii. ol. lentiſcini & vin. vet. an. q. ſ. & cum axungia urſina f. linimentum. Caput raſum fricatumque diu, abluatur decocto abſinth. adianth. abrotan. deinde ungatur præſcripto linimento. Notandum pinguedinem urſinam propria quadam qualitate omne capillorum defluvium maximè juvare. *Nicolaus Fontanus. Anoloct. cap.* 8.

SECTIO DECIMA TERTIA.

De Alvi adſtrictione.

NOvi illuſtriſſimas & formoſiſſimas dominas, quæ cæterùm ſaniſſimæ, & quotannis uterum gerentes, nunquam niſi vigeſimo, vel ſeriùs die, alvinas fœces deponerent; nec quidquam inde incommodi etiam puerperæ ſentiebant.

Vixi cum ſacerdote religioſo, omnium quos novi mortalium ingenioſiſſimo, linguas enim Orientales, Hæbream, Syram, Arabicam autotidactos ita calluit, ut eas publicè, in celeberrima Germaniæ Academia docuerit, ſumma cum laude. Hic nunquam niſi poſt 24. diem alvi beneficium à puero ſenſit, ſaniſſimus, nec ullum unquam expertus pharmacum.

Generoſus quidam jam multos annos ita vivit, ut fœcum alvinarum nihilo plus per anum quàm per oculos excernat, accumbit ſub meridiem menſæ opiparæ, convocatis ut plurimum aliquot nobilibus; comedit, bibit, nihil à quoquam accumbentium diſcrepans. Sub horam primam ſurgit à menſa, pridianum prandium, removit, retentis accuratiſſimè omnibus recens ingeſtis, poſtridie illa, ut heſterna egeſturus, putridiſſima, atque ab alio ſtercore non differentia, in vomitione conatus nullus, mora nulla, ſimul & ſemel magnam quantitatem exſtomachat, abluto aquis odoratis ore, ad menſam redit: ventriculum interim quod illi in ſequentis diei meridiem ſatis ſit, reſumere cogit, jentacula, cœnaſque ignorat, ſolo prandio contentus. Sic jam ultra 20. annum continuat.

Sæpè mihi in mentem venit, duos illi, ut animantibus ruminantibus eſſe ventriculos, quorum unus altero recens impleto vomitu ſe depleat. *Henricus ab Heers, obſerv.* 29.

Amicus quidam meus non ſolùm 10. 15. aut 20. dierum ſpatio incolumis ſine fœcis dejectione ſervatus eſt, ſed contigit aliquando, alvum, ita exſiccatam fuiſſe, ut uſque ad tres menſes ſanus perfectè extiterit. *Dominicus Panarolus, obſerv.* 1 *Pentecoſte* 1.

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Alvo conſtipata in virò quodam.

CUm nullis medicamentis ſolvi poterat alvus, & jam per dies 14. ex toto ſupreſſa erat, ipſi ſtatim dedi mox ante cibum ℥i. ſequentis electuarii, è Zizibus dicti devorandam, quo certè alvus continuò fuit emollita, mota & ſubducta, nec de novo alvus ſuppreſſa fuit.

Electuarium è Zizibus κοιλαγωγὸν ſic ſe habet.

℞. Polip. q. recent. bene mundat ℥viii. fol. orient. rad. althææ an. ℥iv. aniſi ℥ß. fiat omnium decoctio S. A. in aqu. font. donec veniat ad ℔ii. plus minuſve, poſtea cola cum levi expreſſione. Colaturæ expreſſæ adde pulpæ Zizibi (*i. e.* jujub.) lotæ cum vino albo potenti & maceratæ in dicta decoctione, poſtea per ſetaceum tranſmiſſe, ibi. Sacchar. albiſſe ℥iv. bulliant iterum ad cidonyati conſiſtentiam. In defectu Zizibi, ponatur uva paſſa detractis arillis.

Hoc Electuarium communicatum eſt, ab excellentiſſimo D. Doctore *Alexandro*

Petro-

Petronio, *Martinus Rulandus*, *curation. 79. centur.* 10.

Hier. Thrivarus, *comm. in aphor.* 20. *ſect.* 2. *Hippocr. ſcribit*; tuſticos jamdudum noſſe experientia, ſi nudis pedibus humi obambulent, ventrem pertinacem ſolvi, atque eius rei hiſtoriam refert *Braſſavolus. cap. 6. tract. de medic. purgant.* dum ſcribit Ferrarienſium Ducem Borſium in alvi duritiem incidiſſe, & per triduum nihil excreviſſe, & conſultum ea de re Medicum eo tempore inſignem, Michaelem Savonarolam, ſuaſiſſe clyſterem iniici, quo nihil proficiente, iuſſit pavimentum, quod erat marmoreum, frigida aqua copioſiore conſpergi, & Ducem lecto ſurgere ac nudis pedibus ambulare: non 50. paſſus perrexerat dux, & per ventrem dolorem, ac βοβορυγμὸν ſentire cepit, ſedem petiit, & potentiſſimè excrevit, quo facto juſſit Savonarola, aqua in qua herbæ calidæ eſſent decoctæ, ducis pedes, ac crura ablui, quod conſilium, Dux centum aureis remunerari juſſit.

Hoc procul dubio accidit ob pedum, quem cum partibus nervoſis & membranoſis, qualia etiam ſunt inteſtina, habent conſenſum, & ob inteſtinorum refrigerationem; ſicut aliàs etiam, ſi venter frigori exponatur, dolor colicus, & alvi excretio copioſa excitari ſolet.

Verùm *Braſſavolus* hoc periculoſum auxilium eſſe putat, & non tentandum, cum tormina inducere poſſit, & Diarrhæam. Nonnullis ex ſolo purgantium odore, alvus laxabatur. Novi Medicum cui ſi in vola manus, pomum colocynthidis contineret, donec incaleſceret, alvus laxabatur. *Daniel Sennertus*, *cap.* 4. *Sect.* 2. *par.* 2. *libr.* 3. *practica*.

Cuidam alvi fæces duræ in podice ſubſtiterunt, nec egredi etſi vehementi conatu propellere tentaret, poterant, adeo ut podicem, cum cruciatu, nimium aperirent, & veluti divellerent, huic ut mederer, ſternutationem movi, & cum tuſſire iuſſi, priùs podice fomentato cum oleo, quibus conatibus & impetibus Scibalon propulſum & ejectum eſt, reliquaque excrementa ſubſecuta ſunt. In multis aliis, quibus ob duritiem excrementa ægrè per podicem feruntur, tuſſim imperando, ea ut prodirent, quæ alio conatu exprimi non poterant, effeci. *Felix Platerus*, *obſervat. lib.* 1. *pag.* 225.

SECTIO DECIMA QUINTA.

Pro alvo duriore.

SEni cuidam, qui ſingulis tribus ſeptimanis, aut aliquando menſe alvum ſemel reddebat, hoc conſilium dedi ut pinguibus juſculis uteretur, in quibus & malva incocta eſſet. Romana quædam mulier urtica tenella ex oleo & ſale commeſta alvum ſibi reddebat. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 24. *lib.* 21. *de meſenterii & inteſtin. affectibus*.

Linimentum hoc illitum umbilico alvum movet, nec poſtſe detrimentum relinquit.

℞. Ol. amygdal. d. rec. pinguedin. anſer. butyr. maial. unguenti dialth. an. ℥ii. colocynthid. gr. xvi. ſalis ℈iß. ſpec. hierę ſimpl. ℈i. diagrid. gr. iv. M. pro linimento. *Reinerus Solenander*, *conſil.* 29. *ſect.* 3.

In tardiſſima alvi deiectione à quacunque cauſa procedente mirabilis eſt effectus eſſentia ſalis tartari cum ſpiritu vini extracta, & ad conſiſtentiam redacta, cuius guttæ ii. uſque ad iv. vel viii. ſingulis diebus veſperi, horis duabus a cœna in hauſtulo vini, vel alio liquore exhibeantur, donec ſponte ſubſequatur lubricitas alvi. Hoc feliciſſimè uſus ſum in melancholia hypochondriaca. *Joh. Harmanus*, *pract. Chimiatrica pag.* 189.

Vidi duos qui nullo antimonio, aut alio ecprotico nè quidem hellebori extracto alvum laxabant, cum meo conſilio propriorum unguium, præſegmina & raſuram bibiſſent, vomitu iuxta ſeceſſuque abundè ſe deplebant. *Henricus ab Heers obſerv.* 29.

Cum quidam ſint, qui non poſſunt niſi purgationibus, Clyſteribus, ſuppoſitoriis, ptiſanis, vel aliis irritantibus remediis alvum exonerare, remedium iucundum & facillimum hic inſerere volui quo alvi pigriores benignè excitantur:

torreatur mica panis, oleo olivarum irroretur, & mane deglutiatur, & videbis effectum si bis vel ter idem facias. *Petrus Borellus, observ. 14. cent. 2.*

In constipatione ventris sumantur ante prandium 4. caricæ sarcitæ carthamo mundato. *Arnoldus de Villa nova practicæ summariæ capite undecimo.*

Vir quidam natus annos supra 90. incurrit in alvum constipatam toto mense cum febre quotidiana, dyspnæa, anorexia, siti, dysuria pervigiliisque. Sed Deo Omnipotente Archiatro sanus iterum evasit in hunc modum.

℞. Vini Absinthiaci lib. ii. fol. sen. mund. ℥i. Macerentur simul, fiatque infusum. Istud vinum bibit in prandio & cœna, ac pro sedanda siti; & ubi ebibit primæ huius macerationis vinum, affudit & infudit secunda, item tertia vice supra eandem priùs maceratam Senam aliud recens vinum absinthiacum. Quod cum indies biberet; laxatus ac purgatus mox fuit indies sine molestia, cæpitque facilè & absque dolore lotium reddere, febris desiit, sitis remisit, appetitus rediit citra difficultatem spiravit, beneque dormivit, atque omnia præter omnium spem Dei Omnipotentis manu & ope in sene decrepito intra dies 12. adeò meliora facta, ut diceret sese a morte reviviscere, & iuvenescere ex senio. *Martinus Rulandus, Cur. 90. Cent. 5.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Alvi pertinaci obstructione.

VIr quidam corpore athletico post viscerum intemperiem, & gravem morbum per 18. dies, alvum habuit suppressam, cui ter iniecti, clysteres sed in ventre restitantes & alia medicamenta exhibita, non potuere ad obsequium sollicitare. Tandem cum omnia videret esse conclamata, nec ullam superesse sanitatis vitæque diuturnioris spem, amicos convocat, insciisque medicis aliquot vini rhenani Cyathos ebibit, solitas delicias, ultimum ita vale illis dicturus, Dehinc tamen post vini, cuius usu assueverat, haustum siccatosque calices, murmure in ventre oborto, liberaliter soluta alvus ægerque medicis stupentibus, celeri pede ad se, & sanitatem rediit, dinque superstes inter amicos pancratice vixit. *Thomas Bartolinus, Histor. 40. centur. 5.*

Quidam sutor per mensem aut ultra, fæces alvi non excreverat, multis clysteribus, ac potionibus purgantibus frustrà usurpatis, tandem interiit; aperto cadavere, omnia intestina inventa sunt fœcibus, aut alimentis vel potulentis, omnino repleta, instar sanguiculorum vulgò (*boudins*) quod judicatum fuit à facultate intestinorum expultrice abolita proveni sse. *Samuel Forminus, observatione 18.*

Cum longa alvi suppressio, an ideo ad acerrima clysmata recurrendum? nequaquam, imò blandiora sæpius repetita magis conferunt, vehementiora sæpe volvulos iutulerunt, efficiunt enim ut puncta acrimonia medicamenti intestina, motum peristalticum suum infernè sursum immutent. *Gulielmus Ballonius, Epid. & Ephemer. libro primo.*

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

Pro Alvi fluxu in puero.

PUer quidem 4. annos natus, diuturno alvi fluxu laborabat, cum inappetentia & dejectione virium. Origo illius alvi fluxus erat ex prava victus ratione, cum enim plurimis cibis ingurgitabant, & merum aliquando ei exhibebant. Indè calor nativus ita attritus est, ut alimenta in cruda & pituitosa excrementa converterentur; nihil enim ferè, nisi meram pituitam deiiciebat, quo tempore eum videre cepi, cùm tamen antea flava viridia, eruginosa, & sanguinolenta rejeciisset. Instituti victus ratione, præscribo medicamentum ex Syrup. de cich. cum rheo ℥i. cum rei ℨß. per triduum exhibendum deinde tincturam coralliorum manè & serò sumendam ad cochlearia duo; intra 5. dies melius habuit, & continuatis remediis,

paucis diebus reſtitutus eſt. *Lazarus Riverius, obſerv.* 88. *cent.* 2.

SECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Alvi fluxu cholerico febribus intermittentibus ſuperveniente.

QUi febribus intermittentibus biliosis, & malignis laborant, præcipuè duplici tertiana, propter multitudinem materiæ bilioſæ furentis in choleram morbum incidunt, recurrente paroxiſmo, cujus impetum ſi non frænaveris, medicamentis infra à me deſcribendis, morietur æger intrà duos aut tres paroxiſmos.

Vir quidam literis apprime tinctus, ejuſmodi febre laborans, vix potuit à paroxiſmo ſervari, cui ſupervenerat cholera morbus; frigus marmoreum, pulſus minutulus, & fermè deficiens, oculi concavi, aliaque horrenda ſymptomata. Tandem poſt innumera adhibita remedia, a fraucibus orci reddiit. Ego ut craſtinam tempeſtatem averterem, juſſi ægrotum panatellis craſſiuſculis & gelatinis recreari, ut frænum injicieretur humoribus ſequenti die ſævituris. Epithemata præſcripſi, & opiatas ex conſerva roſarum bugl. borrag. myrobal. ſaccharo conditis, margaritis tribus verò horis antè paroxiſmum, Clyſterem hunc mirabilem iniiciendum curavi, ſine quo actum erat de meo amico.

℞. Roſ. rubr. Mi. Coqu. in juſculo capitis & pedum vervecis, in colaturæ ℔i. diſſolve theriacæ recentis ℥ii. vitellum ovi i. F. clyſter, quem retinuit ad reditum uſque paroxiſmi, qui alvi fluxum reduxit, ſed minorem multò. Huic methodo inhærens multos deploratos ſervavi. *Petrus Pachequus, obſerv.* 4.

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Alvi nimia profuſione à medicamento cathartico.

IN nimio profluvio hoc maximè juvare ſolet.

℞. Theriac. ℥ß. aq. theriacal. ℥ß. aq. Cinamom. aq. Card. ben. ℥ii. Mß. homo hydrælæo tepido immittatur.

Ultrajecti quidam in officina Medica, me præſente, purgandi cauſa, bellebori albi radices ſiccas maſticabat, & vorabat: dicebat ſe ſæpiùs id feciſſe innoxiè: tandem nimia alvi profuſione enecatus fuit. *Iob. Heurnius, ad Aphor. Hippocr. Sect.* 5.

SECTIO VIGESIMA.

Ad Alvum ſiſtendam.

ELectuarium hoc mihi ſemper cum ſucceſſu familiare fuit.

℞. Sem. roſ. oxalid. plantag. portulac. an. ℈i. corall. rubr. c. c. uſti, an. ℥i. amyli, tragacanth. an. ℥ß. Sacchar. roſar. veter. ℥iv. cum Syrup. de roſis ſiccis, q. ſ. F. Electuarium, cujus ℥ß. detur tribus ſaltem horis ante prandium, *Iob. Zecchius, conſult.* 37.

SECTIO VIGESIMA PRIMA

De Amauroſi.

AMauroſis (quæ ſpecies eſt cæcitatis & gutta ſerena vulgo dicitur) affectus eſt oculi, in quo viſio prorſus deperditur, nullo ſenſibili vitio in oculo apparente generatur ut plurimum anervorum opticorum obſtructione perfecta, aliquando etiam ab eorum adſtrictione & compreſſione, vel humore pituitoſo, ſanguine, pure, aliave materia circa nervos illos collecta & cumulata, vel à tumoribus quibuſcunque in iis partibns genitis. Huic morbo affinis eſt alius affectus, qui ambluopia vocatur, quæ viſus eſt hebetudo, citra manifeſtum oculorum vitium. In hoc conveniunt, quod in utroque illæſus conſpiciatur oculus, pupilla clara & nitida exiſtente: in eo verò differunt, quod in amauroſi, viſio toto pereat, in ambluopia duntaxat imminuatur. Hæc eandem cum amauroſi agnoſcit ſui cauſam, ſed imbecilliorem, obſtructionem nimirum nervorum imperfectum, ſpiri-

tum

tum item inòpiam & craſſitiem. Apud authores practicos confunduntur ſæpe hi duo affectus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Amauroſi, ſeu viſus imbecillitate.

COmes quidam *Lotharingus* de viſionis imbecillitate conquerebatur, quod res exactè, ſive propinquas, ſive diſtantes, dijudicare non poſſet, obſtare dicens veluti fummum, ſeu nubeculam quandam, quæ ſibi viſum obſcuraret. Cùm omnia diligenter inquirerem, nihilque in pupilla obſcuri appareret, & non ſemper in eodem ſtatu permaneret, hic viſionis defectus, ſed nunc major, nunc minor eſſet, à vaporibus potiùs, quàm vitio in oculo hoc evenire judicavi, atque oſtendi vapores non oculum ſubire, uti credebat, ſed cerebrum, juxta nervorum opticorum exortum, impetere. Uſus jam erat multis evacuationibus & diverſionibus, & inter reliqua etiam ſetaceum in cervice geſtabat.

Præſcripſi illi pilulas ſequentes.

℞. Fol. Sen. (oculi appropriata eſſe creditur) ℥ij. ſem. fœnicul. ʒij. pil. ſine quibus, & Lucis, an. ʒij. cum Syrup. de fumaria, quæ & ipſa oxydorifica eſt. F. Maſſa. Capiat ʒi. ſingulis menſibus ter ſine cuſtodia, cùm leviores ſint.

Cucurbitulas applicet menſtruatim duas collo, duas ſcapulis ſine ſcarificatione, continuando per triduum.

Paretur vinum hoc Euphragiatum viſioni convenientiſſimum, de quo nonnunquam hauſtum in menſæ principio, vel mane bibat jejunus: ſic enim ejus vis, per vapores cum vino rectiùs ad caput aſcendit.

℞. Fol. Euphrag. ſicc. ʒi. rad. fœnicul. ℥ii fol. caryophillatæ ℥vi. beton. verben. majoran. an. ℥ß. flor. roſmar. ʒii. ſem. Fœnicul. ℥ß. gran. juniper. ʒi. incidantur, & in doliolo collocentur, affunde vini albi generoſ. menſuras 10. vel. 12. ſervantur ad uſum vel vindemiarum tempore affunde muſtum recens, & finito effervescere. Poterit & cinnamomum ad gratiam addi.

Pulverem ſequentem menſura unius cochlearis, noctu cubitum iturus, præcedenti lævi cœna, ſumat ſuperbibendum parum vini, vel proiectum in vinum cum eo bibat.

℞. Sem. coriand. præp. ʒii. ſem. fœnicul. aniſ. an. ʒi. carvi, Sileris mont. an. ʒß. Sinapi ℈i. fol. Euphrag. maioran. an. ʒß. Cinamom. ʒii. maceris, ʒß. Caryophill. ℈i. Sacchar. roſ. tabell. ℥iii. fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Sal in menſa ad manum habeat, quo ova recentia, vel etiam alios cibos quandoque ſaliat.

℞. Salis puri ℥ii. ſem. cavi ʒi. fol. Euprag. maioran. an. ℈i. nuc. moſch. ʒß. F. pulvis.

Comedat frequenter iecora caprarum iuniorum aſſa, confrixa caryophillis & cinamomo. Hæc & illi & alteri cuidam, admodum profuerunt. *Fœlix Platerus, obſerv. lib. 1. pag. 106.*

Uſu vini Euphragiati oculi ſenum reiuveneſcunt; aufert impedimentum eorum, & defectum viſus in quocunque homine. Quidam permanſit nihil videns per longum tempus, & intra annum reſtitutus eſt ei viſus eius uſu. Habet hoc herba à proprietate, & quando pulvis eius comeditur cum vitello ovi facit idem; vel de pulvere accipiatur cum vino. Inſuper ſunt teſtes fide digni, qui periculum fecerunt in ſeipſis, non poterant legere ſine ſpecillis, legerunt poſtmodum abſque illis etiam literam ſubtiliorem: ita ut uſus vini Euphragiati non habeat ſimile in conferendo viſui. *Arnoldus Villanovanus tractatu de Vinis.*

Opiata ad hunc affectum ita componi poterit.

℞. Conſerv. flor. beton. & anthoſ. an. ℥ii. myrobalan. condit. num. 2. theriac. vet. ʒii. pulv. fol. Euphraſ. ℥iii. ſemin. fœnic. ʒii. nuc. moſchat. cinam. & caryophill. an. ℈i. cum ſyrup. ex ſucco fœnic. rutæ, chelidon. cum melle confecto: fiat Opiata. De qua capiat ad magnitudinem caſtaneæ ſuperhauſto vini aqua fæniculi diluti momento. Topica oculis admota nullius aut exiguæ ſunt efficaciæ, propterea quòd eorum vis ad nervos opticos penetrare non poſſit. In caſu deſperato, poſtquam omnia remedia fruſtra uſurpata ſunt, veſicatorium toti

capiti raso instar cucuphæ admotum multum aliquando profuit, etiam bis aut ter admotum, ubi priores vesiculæ & ex coriationes exsiccatæ fuerint. *Lazarus Riverius, Practic. lib. 2. cap. 1.*

Experimentum ad oculos aureum, quod *D. Justelio* ex *Italia* transmissum fuit.

℞. Mell. anthos. q. s. despumetur, diligenter, ut fluxilis seu fluentis maneat consistentiæ, & cera separata sit ab eo zinzib. optimi, caryophill. opt. contusi minutissimè, salis an. ʒß. M. omnia cum melle. f. unguentum. Huius frustulum quantitate sem. sinapi indito in oculum affectum. Primùm quidem mordet oculum & vellicat; sed statim desinit, & plurimum humiditatis inde ex oculo effluit. Hoc unguento *Vratislaviæ* fœmina quædam, quæ per 14. annos altero oculo nihil vidit, curata & pristinæ sanitati restituta fuit. Usa autem fuit eo bis in die. Præterea Unguentum hoc omnem etiam cataractam tollit & adimit. *Joh. Philipus Brendelius. Consil.* 55.

Juvenis mulier in guttam serenam inciderat, quà ita afflicta fuit, ut cibi abstinentia sibi mortam inferre decreverit; cùm tamen maritus & astantes aliquid iusculi aut vini forbere per vim cogerent, & illa perexiguum sumeret, omnia quantum poterat respuendo. In eo statu per annum integrum, perseveravit, & ad extremam maciem perducta est, calore nativo, defectu pabuli, humidum substantificum depopulante. Cum eo verò omnis simul corporis humiditas, tum ipsa materia guttam serenam efficiens, absumpta est, & sic ægra visum recuperavit ac post modum sensim victu analeptico refecta est. *Samoel Formius, Observ.* 29.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Amaurosi ad principem quendam.

IN victus genere, inter alia hæc celebria habentur.

Raparum in cibo usus acutiores reddit oculos. Passerum & columbarum esum visum mirificè tueri ferunt, nucis moschatæ in cibis pro condimento, & extra cibum, manè mediocris usus feminis fœnicul. herba in jusculis inter olera, & semen frequenter à cibo inter bellaria diu mansum, & deglutitum juvant, in cibis & cum cibo uti hoc sale commisto licebit, quo observatum est oculos caligantes & hebetiores mirificè recreari.

℞. Nucis mosch. macis, cinamom. opt. cardamom. an. ℈i. fol. & flor. Euphrag. sicc. ʒij. vel ʒiij. salis communis ʒi. F. omnium pulvis ad usum, vino mediocri, non admodum fumoso, aut generoso, non dulci, neque crasso, non musto, uti juvat. Euphragiati vini continuus usus plurimos restituit hoc vitio laborantes etiam senes, qui ocularium ope diu antea vix difficulter viderant.

Arnoldus de Villa nova Medicus celeberrimus, mirum in modum laudat, & ego aliquoties in operibus artis verum comperi. Non temere hæc herbula in floribus, oculorum characterem, & signaculum a natura impressum habet.

Euphrasia benè asservata sicca pro magnitudine vasis quantitate convenienti musto injicitur dum efferveseit, cum dæfecatum expurgatumque vinum est, asservatur remedio probatissimo.

Si ventriculus ferre potest, nec concoctio labe factatur, cùm simplicis puri puti vini in mensa usus fuit, magno commodo haustus aquæ fontis puræ prandium & cœnam claudat, nam ita minus vaporum è cibo in cerebrum fertur. *Aristot. in Probl.* scribit, eos acutiùs videre qui aquâ bibunt.

Præparanda quoque ex flosculis Euphrasiæ recentibus, & saccharo, conserva æstate, cùm frequens Euprasia floret eo modo quo rosacea conserva apparatur, ex florum parte una, sacchari duabus, & si haberi tum possunt rorismarini flores, etiam istorum partem addere licebit ista conserva mane & vesperi sumenda iuglandis quantitate, potissimùm vesperi, cùm decumbendum erit: ita iuvatur concoctio, tolluntur viscerum obstructiones, visus hebes non solùm instauratur, verùm & cæteri sensus vegetiores fiunt, & memoria confirmatur.

Ad corporis quoque & capitis ab excrementis purgationem laudo ut Celsit. tua subscriptis pilulis utatur, subinde noctu cùm decumbendum erit, deglutienda una

atque

atque alterâ pilula, ternis aut quaternis quibusque diebus, ita semper aliquid excrementitium paulatim, & quasi insensibiliter à capite abducitur, & si quando in oculos maior humorum influxio urgeat, illarum pilularum, statim ℈ iv. plus minus, *i.e.* xi. pilulæ post mediam noctem, vel summo mane deglutientur. Pilulæ hæ esse possunt.

℞. Massæ Pil. Hier. cum agar. ʒii. Aloes rosac. ʒi. pil. Lucis, asaieret. an. ℈ ii. rhab. opt. aq. Cinam. irrorandi ℈ i. cum Syrup. ros. solut. F. pasta mollis instillando ol. fœnicul. gutt. v. F. pilulæ molles ex qualibet ʒi. pil. num. 8. super pulvere nucis moscatæ.

Oculis quæ insequuntur tutissimè, & cum singulari iuvamento admoveri possunt manè, cùm nullum efficaciùs medicamentum ad manum est, masticentur grana aliquot fœniculi, item aliquando tantillùm cinamomi, istis iam infecta saliva tingantur & illinantur leviter oculi summo digito. Itẽ fœniculi & cumini semen pinsatur in pane, is calens è furno extractus, & discissus admoveatur ita ut oculi vapore madescant. Vel hordeaceus panis calens è furno extractus dividatur medius, & aspersо ad interius latus, fœniculi & carvi fœminum pulvere, adhibeatur ita oculis, ut fixi in panem intuitu oculi vapore ipsius humectentur, ita absumpta in oculis excrementitia humiditate, lentoreque ipsius & crassitie tenuata & abstersa, vaporibus crassis discussis, visus mirum in modum facili remedio recreatur & reficitur.

Verùm quia hæc etiamsi paratu facilia sunt, non tamen semper hàberi possunt, præscribam hic ordine tria, quæ apparari in tempore, & in usus adservari possunt. Primum hoc esto.

℞. Succ. rutæ per residentiam depurati ʒiiß. succi euphras. ʒii. succ. fœnicul. defæcat. ʒiv. Mell. virgin. purissi. ʒiiß. mista ponantur in ampulla vitrea menses tres ad solem secus parietem, deinde coletur succus instilletur quotidie, si res ferat, digito una gutta in oculum quemque. Alterum hoc fit.

℞. Chelidon. maj. verben. rutæ, fœnicul. Eupras. ros. an. Mi. vel ii herbas recenter manè cum rore lectas & selectas minutim consecinde & impone in vitream cucurbitam, & lento igne per Bal. M. destilletur aqua pro oculis humectandis.

Tertium quod etiam *Antonius Valerius* in Hollerium, sed paulò aliter adnotavit, erit sequens quod ego etiam antea a Bairo monitus, iam dudum in simili casu comperi efficax fuisse.

℞. Ovum recens, coqu. sub cineribus ad duritiem, tum dividatur medium, & ejecto vitello impleatur tribus partibus vitr Romani, & una parte lapidis calaminaris, exacte pulveratis & mixtis, deinde ambabus partibus ovi aptè colligati, macerentur in aq. ros. partibus duabus, aq. fœnicul. & Euphras. utriusque parte una, ex quantitate, qua mergi largè ovum possit idque dies tres vel quatuor, deindè per tenue linteum mundum exprimatur liquor cum affusa aqua, & servetur in vitreo vasculo pro collirio, ex eo quotidie oculis cum digito aut penna instillando.

Si forte aliquando ex novo sanguinei humoris influxu malum exacerbatum fuerit, ita ut rubore, calore, dolore oculi infestentur, iuvâbunt sequentia. Veris tempore cum salix floret, inciso cortice fluit liquor quidam, vel detracto cortice abstergitur, is oculis instillatus aut illitus, mirum quam superfluam humiditatem absumendo lachrymas oculorum sistat, & hebetem visum exsuscitet recreetque, deindè hoc collyrio uti licebit, quod dolores lenit, ruborem discutit, calorem & humoris acrimoniam temperat, & influxum exsiccat, & arcet, visumque recreat.

℞. Gum. arabic. tragacanth. cerus. lot. an. ℈ ii. lap. calamin. tutiæ præparat. an. ℈ i. vitriol. rom. ℈ ß. Camphor. gr. iii. Sarcocoll. nutritæ ʒß. amyli, cortic. ovorum pulv. an. ℈ i. thur. alb. gr. viii. cum album ovi F. trochisci exigui.

℞. Horum trochiscorum 4. aut 5. includantur puro tenui linteo, & iniiciantur in vitrum affusis aquis ros. partibus tribus, fœnicul. pt. una quantum visum fuerit, tum adde tantillum sacchar. candidi & bene tecta asserva: ista aqua laventur sæpe oculi noctu & interdiu.

Hic monere Celsitudinem tuam volo, ut primo vere imperet, ut fol. cydoniorum integra, illæsa, colligant, eaque diligen-

ter adſervent, ne ſitu, pulvere, aliiſve inquinamentis oblædantur, horum foliorum licebit ſubinde manipulum integrum accipere, incoquere puriſſima aqua: ea ſæpe numero oculi hebetes laventur; mirum quam iſtos præſervant, ruborem diſcutiunt, & influentem humorem arcent, quod ſine ullo incommodo fieri poteſt. Ad humorem etiam capitis abſumendum, cerebrumque & ipſius partes roborandum, veſperi inſpergantur ſincipiti tria aut 4. grana pulviſculis caryophill. vel roriſmarini foliorum, nam mirum quantæ ſit hoc leve remedium efficaciæ. *Reinerus Solenander, conſil. 8. ſect. 2.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Amauroſi in puero.

HOc malo cum premeretur puer quidam, & ilæſeo apparente oculo, videndi actione prorſus careret; & diſtillatione è capite per multos annos, per oculos excreta copioſa materia, craſſa & ſordida, laboraret, hunc obſtructione inſtrumenti, hoc eſt viſualium nervorum, per quos vis viſiva ad chryſtallo idem fertur, eſſe affectum deprehendimus Vitium hoc ab omnibus putatur incurabile Nos hoc ordine curationem ſumus exorſi, inſtituto regimine recto, celebratiſque auxiliis univerſalibus, quorum ope mucoſa excrementa ſunt evacuata, per 30. dies ſudationes imperavimus ex radice Chinæ. Deinde cucuſis exſiccantibus, & lavacris ſupra caput admotis, raſis priùs pilis, uſi ſumus Maſticatoria & errhina medicamenta non prætermiſimus, quorum ope, tenax per os & nares excernebatur humor. Ut nares ſpirarent, quæ cum oculis maximè conſentiunt, cauſticum retro ipſas affiximus, & ſimul ſetonem nuche indidimus, ut per has partes vacuaretur humor in oculos delapſurus, toto, & capite bene repurgatis à levioribus collyris incepimus; primum fuit verbenæ decoctum, pulvis oſſis ſepiæ, ſuccus rutæ, & fœniculi depuratus, aq. ſtillatitia ex raphanis & eorum foliis, mel cum marrhubii ſucco, decoctum Lupariæ, Chelidoniæ. Hisfactis inditum eſt teſtitudinis fel, cum ſaccharo candido commiſtum, vinum album in quo aurum quinquies erat ignitum, at cùm lucem jam aliquantiſper videret, hoc deinceps auxilio, quod licet videtur contemtibile, eſt tamen mirabilis efficaciæ, viſum recuperavit.

2. Fruſtula porcinæ carnis vetuſtæ, ea in minutiſſimas taleolas ſeca, ſerva in ollula parva adjecto ſale & odorifero vino albo, poſt 10. dies aqua ſtillabit, quam ad recuperandum viſum, roborandos nervos viſuales, auferendam obſtructionem, mirificam opem fidiſſimo experimento adinveni. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 56. lib. 1. prax. admirand.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Amauroſi a tumore globoſo nervos opticos premente.

GAllus quidam jurium ſtudioſus Baſileæ verſans, dolore capitis correptus eſt mox ſecuta febris, qua ceſſante, cephalalgiæ reliquiæ aliquæ nihilominus remanſerunt, cum vigiliis & capitis imbecillitate, tandem in oculo ſiniſtro, viſio obſcurari cœpit, & poſt menſem etiam in dextro oculo, ſecutaque eſt paulo poſt in utroque oculo omnimoda amauroſis, ſeu cœcitas, nullo vitio in oculo apparente. Poſtmodum etiam cæcus ille, convulſionibus laboravit, quæ illum per vices, tota hyeme affligebant; quibus initio veris ceſſantibus, ſupervenit tuſſis, febris hectica expulſio purulenta, & tabes, qua diu moleſtatus & conſumptus, tandem expiravit. Corpore per anatomen aperto, pulmonum vitium deprehendimus; verùm cum cauſam cæcitatis, aperta calvaria in cerebro perquireremus, invenimus cerebrum, aqueo copioſo humore irriguum, partemque illius anteriorem, ſiniſtra præſertim in ſede, tumidiorem, à qua cùm portio adimeretur, inventus eſt tumor ſeu globus quidam glandulæ ſeu ſtrumæ inſtar incluſus in cerebri ſubſtantia, ab ea tamen ſeparatus, propriaque membrana dura contenus; per quam venæ aliquæ capillares diſperſæ erant, ovi gallinacei magnitu-

dinem

dinem ſuperans, inæqualis & formam pienæ nucis exprimens, cujus interior ſubſtantia, albida & æqualis ovi albumen coctione induratum, referebat ſed durior illo erat. Hic, cono obtuſiore, nonnihil ſurſum prominebat, baſi verò latiore, ventriculo cerebri, anteriore ſed innitebatur, & pondere ſuo, quod erat ℥xiv. nervorum opticorum exortui in cerebro, incumbebat, eoſque comprimebat. Quam cauſam fuiſſe cæcitatis, quod ſpiritus animalis tranſitus ad oculos fuerit impeditus, concluſimus; cùm alioquin in nervis opticis nulla obſtructio, aut aliud vitium, uti nec in oculo apparuerit. Hinc coniicere licet, graves & diuturnos cerebri vitio accedentes & incurabiles morbos, ab ejuſmodi, occultis in cerebro latentibus tumoribus, aut vitiis, frequenter accidere; & cùm rariſſimè hæc ſectione indagentur, Medicos, qui cauſam cerebri initem periei, aut humoribus attribuunt, atque hiſce remedia accommodando, oleum & operam perdunt, latere. *Fœlix Platerus, obſerv. lib. 1. pag. 108.*

SECTIO VIGESIMA SECUNDA.

De Ambuſtione.

AMbuſtio eſt ſolutio continui, epidermidis & cutis ut plurimùm, nonnunquam etiam carnis muſculoſæ, venarum, arteriarum, nervorum, &c. vi ignis impreſſa, quam ſequuntur mox dolor acerbiſſimus, inflammatio, puſtulæ, & ſi combuſtio profunda, corpuſque cacochymicum fuerit, ulcus fœtidum & malignum: ambuſtionum tres ſunt gradus ſeu ſpecies, leviſſima nimirum, mediocris, & inſignis. Si materia quæ erit, non uſque adeò diu cori adhæſerit, aut levis, fuerit, tunc tantummodò elevantur puſtulæ, eſtque hic primus gradus; cujus ſigna ſunt, cutis rubicunda, dolor pungitivus, & niſi ſtatim remedia adhibeantur, cuticulæ à vera cute ſeparatio, cum veſicarum eruptione, in quibus aqua alba & limpida continetur.

Secundus gradus cenſetur, ſi materia paulo diutiùs adhæſerit, aut violentiore calore prædita fuerit, tunc enim non ſolùm elevantur puſtulæ verùm etiam ipſa cutis aduritur, exſiccatur, & contrahitur, nondum tamen facta eſt cruſta vel eſchara: dignoſcitur hæc ſpecies, quòd præter partis affectæ ruborem & dolorem illicò & ipſo momento eleventur puſtulæ in quibus continetur aqua ſubtilis, & flaveſcens, ægerque de tenſione cutis conqueratur.

Tertius gradus dicitur, ſi res ignita diutiſſimè adhæſerit, & violentiſſimum calorem in ſe continuerit, tum non ſolùm cutis, verùm etiam caro, venæ, arteriæ, nervi, &c. Comburuntur contrahuntur, & in eſcharam ſiccantur. Hujus ſignum eſt, ſi ſubjecta cutis nigra, vel ſaltim livida conſpiciatur, & ſi ſcalpello pungatur, obtusè ſentiat, dura nimirum, & exſiccata exiſtente cruſtâ, quam demum deciduam excipit ulcus profundum & putridum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ambuſtionibus.

INter ſelecta medicamenta combuſtionibus medentia, hoc primatum obtinere certum eſt.

24. Lauri folia, ſuper quæ porcinam pinguedinem ignitam de alto cadere facies, quouſque folia ipſa in cinerem vertantur: eo verò cinere pinguedine obvoluto ac in unguenti formam redacto, combuſtam particulam inungens bis in die, & eam intra tres dies ſanam reddes. *Amatus Luſitanus, curat. 92. cent. 2.*

Puella quædam aqua ebulliente ſuper ventrem ad umbilicum excocta fuit, undè veſiculæ ortæ ſunt, & tanquam mortua jacebat; ad eam vocatus, unguento populeone totum ejus ventrem illiniri feci, & vitis folia ſuperaddere, quo remedio intra 4 horas, puella ad ſe rediit, & paucis poſtea diebus, ex toto ſana evaſit. Quòd verò intus inteſtina, ex aquæ ingenti caliditate, tumuerint, unde ſymptomata prædicta ortum traxerunt, pro certo crediderim. Ulcera tamen poſtea ex unguento, à calce ſæpe lota, parato, ſana ſunt reddita, *Amatus Luſitanus, curat. 34. cent. 4.*

Optimum auxilium eſt lutum ſuperimpoſitum, quam citiſſimè, mirificè enim, ut ſæpius vidi, dolorem mitigat, cruciatum lenit, & cutem tuetur, *Dominicus Panarol. obſ. 22. Pentec. 3.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ambuſtione.

AD Ambuſtionem utimur mucagine ſem. Cydon. cum aq. roſ. extracta, ut in nepotulo meo, qui ex igne oculum combuſtum habens hoc modo pluma admota curatus eſt.

Mulieri cuidam in fronte ab igne combuſtæ, applicata eſt ex alterius mulieris conſilio, hæc mixtura, quâ illicò dolor intenſiſſimus ſedatus eſt, ipſa combuſtio curata.

℞. Mell. farinæ triti, an. part. æq. vitellum ovi unius, probè inter ſe miſta apponebantur.

Elideus præceptor meus, ſi nihil aliud ad manum eſſet, utebatur ſucco cæpe, quo ambuſtionem oblinebat: dicebat ſuccum cæpe multum conferre combuſtionibus à proprietate occulta, hoc etiam ſequenti utebatur.

℞. Ol. Hyperic. ℥i. calcis bene lotæ extinctæ ℥ii. Ms & illiniatur locus affectus, donec ſanatus ſit. Idem quoque ad ambuſtionem primum applicabat albumen ovi, illud enim facit ne veſtigium relinquatur. Deinde accipiebat calcis decies lotę, lythar. auri an pt. æq. & cum oleo Hyperici faciebat unguentum, quo ungebat locum. *Pet. Foreſtus, obſ. 16. lib. 2. obſerv. Chirurg.*

Mulieres Delphenſes in famulis cerevisiariorum, applicant folia hederæ arboreæ cocta in aqua, & ſic curant eos quando ab igne vel aqua calente quod ſæpe fit, aduſti ſunt. Mulieri conſulvi, ut cruri combuſto folia hederæ decocta in cereviſia apponeret, & illicò optimè fuit curata. *Petrus Foreſtus, obſ. 18. lib. 2. obſerv. Chirurg.*

Loco ambuſto in principio linimentum hoc ſine ulla dubitatione apponito. Ego enim ipſum expertus ſum feliciter cum multis ambuſtis, & præcipuè cum *Angela* filia mihi chariſſima, quæ dum tertium decimum menſem ageret in ignem nutricis incuria cecidit, & totam fere faciem ſibi combuſſit.

℞. Albumin. duorum ovorum ol. roſ. ℥ii. aq. roſ. ℥i. M. & ſimul omnia optimè conquaſſentur: poſtea panniculus albus, ſubtiliſſimus, aut lini aut ſerici, madefactus priùs in dicto linimento, ſuperponatur loco ambuſto, & ligetur & nunquam auferatur; donec convaleſcat; ſed quotidie bis terve, ſine remotione ipſius panniculi, locus affectus, ſuper ipſum panniculum inungatur & illinatur. Tranſacto verò principio, & hoc uſque ad diem ambuſtionis quartum, loco albuminis ovorum, ponantur & conquaſſentur in dicto linimento vitelli eorum, & ſemper ſuper ipſum panniculum inungit; donec videatur cutis regeneratio nova fieri. Tunc vero cum fortice paulatim de die in diem, ubi nova cutis ipſa & ſanitas apparuerit, panniculum incidere debemus, adeò ut toras paulatim auferatur, quo ablato videbitur locus affectus proculdubio ſine ullo ſigno permanere. *Omnibonus Ferr. lib. 4. Art. Med. Inſ. cap. 25.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ambuſtione.

PRimum & præcipuum negotium in combuſtionibus eſt, ut Chirurgus impediat, ne puſtulæ oriantur, ſi enim id fieri poſſit, non eſt quod æger poſtea ullam moleſtiam vereatur, itaque quamprimum quis igne, aqua, aut oleo ſervido, aut ſimili, qua piam re combuſtus, ac combuſtio levis fuerit, illicò locus ambuſtus aqua, aut proprio ſputo madefiat & ab ignem admoveatur, ut incaleſcat, quantum ferre poterit, vel in aquam calidam immergat locum ambuſtum: aut ſi id fieri nequit, intingatur ſpongia, aut linteum reduplicatum in aqua calida, & applicetur: calor enim ille externus Empyreuma hoc eſt calorem ab igne in parte combuſta relictam, ad ſe attrahitur *Ariſtoteles* & experientia teſtantur: eſtque ignis, teſte *Fernelio*, proprium inuſti mali alexiterium. Cępę etiam in mortario cum ſale contuſæ, & illicò loco combuſto applicatæ, Empyreumata extrahunt, nec ſinunt ut puſtulæ eleventur, poſſunt & in taleolas ſcindi, & loco ambuſto imponi una ad alteram donec tota pars combuſta ſit cooperta. Sequens quoque unguentum Empyreuma potenter extrahit, nec ſinit puſtulas elevari.

℞. Cæpæ crud. ℥iß. ſalis, ſaponis albi venet. an. ℥i. M. in mortario, fiatque un-

gu-

guentum cum ol. roſac. & amygd. ā.

Anno 1604. Cum dulciſſima mea conjux ſapam in magno aheno coqueret, ac ipſam ſpatula agitare vellet, ex improviſo dextram ad carpum uſque in ſapam ebullientem immittit, ea autem manui tantò tenaciùs adhærebat, quantò magis ad conſiſtentiam & ſpiſſitudinem cocta erat, ideoque illicò exortus eſt dolor vehementiſſimus, non ſolùm in ipſa manu, verùm etiam in toto brachio. Sapa abluta calida aqua, unguentum jamjam deſcriptum (quod opportunè tum temporis in promptu mihi erat) applicui; totum brachium oleo roſaceo inunxi, & faſcia poſcia intincta involvi, ſæpiuſque omnia illa reiteravi. Hinc divino favore, ex tanta combuſtione nulla ſecuta eſt cutis exulceratio, præter duas parvas puſtulas, unam in pollice, alteram in digito indice, quę tamen parvo negotio unguento baſilicone curatæ fuerunt.

In combuſtionibus verò univerſalibus procedatur, quemadmodum ſequenti exemplo declaratur.

Anno 1605. Paterniaci tinctoris cujuſdam famulus, in aheneum tinctura calida plenum incidit. Hinc totius quidem corporis combuſtio ſecuta eſt, ſed quia tinctura non omninò fervida, illæ potiſſimum partes corporis, quæ ſecibus tincturæ in fundo aheni inhæſerant, veluti brachia & facies, combuſtæ fuerunt, accerſitus illicò totum corpus, facie excepta, unguento hoc inunxi.

℞. Saponis liquid. ℔ß. cæpæ crud. ℥ii. Sal. ℥iß. ol. vitell. ovorum ℥i. ol. roſ. & amygd. d. an. ℥iii. mucil. ſem. Cydon. ℥ii. M. F. Unguentum. Oculis ſequens inſtillavi collyrium anodinum.

℞. Aq. roſ. ℥iii aq. plantag. ℥i. ſem. cydon. & fœnugræc. an. ℥ß. M. maneant in infuſione ſupra cineres calidos per horam, deinde exprimantur, addaturque lactis muliebris parum, & oculi calidè inſtilletur.

Reliquis verò partibus faciei, unguentum quoque ex ſapone, ſolidum tamen, & ſpiſſum, ne ad oculos perfluereret eoſque læderet, applicui. Hujus autem unguenti hæc eſt deſcriptio.

℞. Gummi elemi ℥i. ol. de vitell. ovorum roſ. an. iii. ſaponis alb. venet. ℥ii. diſſolvatur gummi cum oleis, omnia in mortario diligenter commiſceantur, fiatque unguentum, quod ſuper linteum extenſum applicetur toti faciei. De quatuor in 4. horas, reiterentur unguenta collyrium verò ſingulis horis. Eodem quoque die ſanguinem ex vena baſilica ad ℥x. extraxi, erat enim vir robuſtus & plethoricus; ſequenti vero die pharmacum exhibui: quò etiam die, ut & tertio, ſimili unguento totum corpus bis inunxi, & faciei, unguentum quod præſcripſi, applicui; oculiſque collyrium frequentiſſimè inſtillavi. Et ſic hic ex tanta combuſtione pleniſſimè ſanatus fuit.

Si facies pulvere bombardico combuſta, & grana pulveris cuti infixa fuerint, illicò extrahendus eſt pulvis, quantùm fieri poterit, idque acu aut aliquo alio inſtrumento acuto. Poſtea expectandum eſt, ut puſtulæ eleventur, ſic enim quod reliquum eſt pulveris in cute, parvo negotio extrahi, & cutis mundificari poterit.

Si verò Chirurgus in principio non advocatus fuerit, ita ut cutis jam cicatrizata, maculæ verò nigræ ex pulvere relictæ fuerint, neceſſe eſt denuo exulcerare cutem; id autem commodè fiet ſequenti veſicatorio.

℞. Cantharid. num. vi. fermenti ℥ß. M. in mortario cum gutta, una aut altera aceti, fiatque unguenti inſtar, de quo F. parva emplaſtra, quæ maculis applicentur, cum primum puſtulæ fuerint elevatæ, incidendæ ſunt forficibus, poſtea acu, aut inſtrumento aliquo acuto eximendus eſt pulvis, tandemque applicandum eſt ſequens unguentum.

℞. Butyri ſine ſale ℥i. ung. baſilic. ol. Lil. alb. de vitell. ovorum an. ℥ii. M. F. ung. Quotieſcunque Chirurgus tractat ulcera, profpiciat, ut nigredinem pulveris diligenter abſtergat, aut cum decocto fœnugræci, & flor. meliloti abluat, poſtea applicet præſcriptum unguentum; atque ita procedat, donec ulcera ſatis ſint mundificata. Ego hoc in caſu aliquoties uſus ſum pulvere præcipitati, idque maximo cum fructu ægrotantium, circumcirca verò ulcera doloris leniendi gratia, ſequens applicetur unguentum anodinum.

℞. Ol. amygd. d. roſat. ceræ alb. an. ℥i. liquefiant, & miſceantur, poſtea adde Camphuræ ℥i. mucil. ſem. Cydoniorum parum

M. F.

M. F. Unguentum. Si pulvis in oculos impulſus fuerit, abluendi ſunt lacte mulicbri, aut aq. roſ. tepida.

Si verò combuſtio altiùs penetraverit, ita ut non ſolùm puſtulæ eleventur, verùm etiam cutis combuſta, ſiccata & contracta fuerit, tunc neque cæpæ, ſapo, ſal, & quæ ex hujuſmodi fiunt medicamenta, multò minus frigida & ſicca, ſed quæ cutem emolliunt, & lubricam reddunt, erunt applicanda: ea autem ſunt temperata, calida ſcilicet & humida. Itaque hoc modo procedendum. Imprimis puſtulæ omnes forficibus incidantur, quò aqua aeris & calida effluere poſſit, epidermis item ubicunque ſeparata eſt, abſtrahatur, ne ſub ipſa pus colligatur. Et quia illicò humores & ſanguis ad locum affectum affluunt, neceſſe eſt, ut affluxui illi humorum defenſivis adverſetur, applicetur itaque unum ex ſequentibus defenſivis, ad latitudinem palmi minoris ſupra locum ambuſtum.

℞. Pulv. boli armen. ſang. drac. gallarum, Croci martis, acaciæ, an. ʒß. ol. roſ. ʒiii. ceræ novæ ʒiß. F. ung. S. A. addendo parum aceti. Vel

℞. Farin. hord. argill. fornac. an. ʒii. coq. cum aceto & aq. ad formam cataplaſmatis, in fine admiſce albumina ovorum nu. 2. hoc defenſivum ſingulis diebus bis, aut ter reiteretur, ne in parte affecta exſiccetur, & dolorem excitet.

Toti verò loco ambuſto imponatur ſequens unguentum.

℞. Ung. Baſilic. ʒi. ol. roſac. Lil. alb. an. ʒß. vitell. ovorum n. 2. M. Sequens quoque unguentum combuſtionibus ſummoperè convenit, dolores mitigat, cutem emollit, & humores affluxos reſolvit.

℞. Butyr. recent. ſine ſale, pingued. Gallin. rec. an. ʒi. ceræ novæ, ol. Lil. alb. an. ʒß. liquefiant ſimul, poſtea admiſce croci ℈i. mucilag. ſem. cydon. ʒi. M. in mortario fiatque unguentum.

Utor ut plurimum emollientibus, uſque ad finem curationis.

Præparo quoque unguentum ad omnes combuſtiones præſtantiſſimum hunc in modum.

℞. Butyr. rec. & lot. in aq. roſ. ʒiii. ol. viol. de vitell. ovorum, amygd. d. an. ʒß. farin. hord. ʒiß. Croci ℈i. mucilag. ſem. Cydon. ʒi. ceræ q. ſ. F. unguentum. Hoc emollit, dolorem lenit, & paulatim cicatricem inducit. Sed quia combuſtiones, imprimis quæ in cutis ſunt ſuperficie, vehementiſſimo ſenſu ſunt præditæ, videant Chirurgi ut blandè ulcera abſtergant; ego nè abſtergendo ulcera, excitem dolores, tela ſubtiliſſima, qualis eſt Cambriacenſis, cooperio totam partem ambuſtam, nec illam amoveo, donec ulcera ſint ſanata; per hanc enim telam pus facillimè effluit, & virtus medicamentorum ad ulcera pervenit. *Guliel. Fabritius Hildanus, cap. 6. & 7. lib. De Combuſtionibus.*

Adeps porci bulliens guttatim ſuper lauri foliis proiicitur, & hoc oleo ambuſtum locum inunge, & intra tres dies curabitur, quaſi quodam incantamento, licet pars ambuſta maxima fuerit, quoviſque modo. *Petrus Borellus, obſ. 76. cent. 1.*

℞. Corticem viridem Sambuci, aut prima Sambuci germina, contundantur, coq. in butyr. rec. q. ſ. colentur, ut fiat Linimentum, ambuſto membro illinendum. *Dan. Sennertus, pract. lib. 5. p. 1. cap. 18.*

Sambuci cortex interior, ambuſtis impoſitus, ad ardorem igneum extinguendum, efficax eſſe perhibetur. *Joh. Rajus in Catalog. plantarum Angliæ.*

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

De Aneuriſmate.

ANeuriſma (quod barbaris depravatæ voce emboriſma, & mater ſanguinis dicitur) arteriæ eſt dilatatio, vel tumor tactu mollis, pulſans, digitiſque cedens, ab arteriæ tunicæ interioris quidem apertione, exterioris verò dilatione ortum habens.

Hujus affectus cauſa proxima, quæ eſt interioris arteriæ tunicæ apertio, & exterioris dilatatio, originem ſuam debet ſanguinis impetui vehementi, externæ etiam cuilibet violentiæ arteriam nimirùm diſtendenti; ſæpiſſimè item Chirurgi imperitiei, arteriam pro vena, vel cum vena ſecantis, tum enim exteriore tunica utpote molli coaleſcente, & interna duriere-

ma-

manente aperta, per foramen sanguis erumpit, & externam distendit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Aneurismate in flexura cubiti à male instituta venæ Sectione.

CErata plura in usum hìc vocantur, sed inter cætera laudo ego illud Montagnanæ, ex scoria ferri, in suo antidotario, quod ita se habet.

℞. Scoriæ ferri. ℥v. mumiæ, tragacanth. gummi arab. an. ℥iii. thuris, acaciæ, Sandarach. an. ℥iß. piscium glutinis, gallarum, cupress. an. ℥i. visc. q. ℥iii. gypsi ℥ii. resin. ibiß. F. Ceratum cum succo consolid. maj. aceto & cera rubra.

Emplastrum etiam, ex cortice ulmi cocto sapa excepto, & appositò, detentoque ad siccationem, est miri usus; quemadmodum fotus cum spongia madefacta in aceto decoctionis scoriæ ferri. *Jul. Cæsar Claudinus, consult 67.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Aneurismate ex incisa arteria in Brachio.

QUidam Ludimagister cùm propter scabiem ex humore melancholico ortam, sibi venam basilicam dextram à barbitonsore incidi curasset, arteria quoque simul compuncta fuerat. Unde paulatim aneurisma exortum est, cui cùm mensis spatio & ultra, medicamenta multa (frustra tamen, adhibita fuissent; ad me tandem Paterniacum venit. Eo loci, ubi venæsectio facta fuerat, deprehendi tumorem, magnitudine ovum anserinum adæquantem, pallidum, & utcunque durum, in quo pulsatio non tantùm digito persentiebatur, verùm etiam oculis conspiciebatur: talis enim erat pulsatio, ut pulviculos & fascias circumpositas in altum protruderet. Brachium quoque extendi non poterat, dolor tamen non erat adeò ingens, nisi cùm brachium extendere vellet. Ego cùm curatu difficillimum hunc affectum animadverterem, manum quidem admovere recusavi; precibus tamen ipsius commotus, curationem sic aggressus fui.

Instituta primò optima victus ratione, applicatoque tumori duro, emplastro nostro de cicuta, Clysterem injedi, & appropriatis catharticis, corpus à pravis humoribus exoneravi, qui spiritum & sanguinem in aneurismate contentum, ad interiora adeo revocarunt, ut postea nulla nobis nec appareret, nec sentiretur pulsatio, tumor quoque multùm imminutus conspiciebatur. Unde tum sequens emplastrum applicui.

℞. Empl. diacalciteos. ℥ii. pulv. mastich. ros. rub. myrtill. rad. Symph. maj. an. ℥i. cum olei ros. q. s. formetur emplastrum. Postea pulvillum, aut potius nodulum ex linteo multoties reduplicato formavi, & tumori impositi, fasciaque firmiter ligavi, idque in eum finem, ut tumor reprimeretur, & sanguinis vitalis, ex ipsa arteria in externam membranam dilatatam, influxus impediretur. Atque his remediis brachium Dei beneficio, brevi in integrum restitutum fuit. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 44. cont. 3.*

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

De Angina.

ANgina (quæ Græcis Κυνάγχη & ὐρόγχη dicitur ab ἄγχω strangulo) symptoma est faucium & laryngis proprium, idque terrificum, & lethale, tum ob doloris acerbitatem, tum propter interceptionem officii ad vitam tuendam necessarii, & oppressionem partis, cujus officio vita carere nequit, nam & degluitionem impedit ad vitam necessariam, & respirationem tollit, sine qua ne ad punctum quidem temporis animal vivere potest, definitur quòd sit affectus phlegmonodes, fauces, *i. e.* summas gulæ, gutturisque partes, per quas tum cibi potusque, tum Spiritus introitus est, præcludens.

Alia vera est & Legitima, alia notha.

Veræ 4. sunt species, una quam omnium periculosissimam censuit Hippocrates, ubi neque in faucibus, neque in cervice quicquam apparet, hujus quippe inflammatio

peni-

penitus abstrusa, graviora inflígit symptomata, non sine metu præsentis strangulationis. Hac vidit *Fernelius* sublatum ægrorum horis 18. constantemente, integrisque sensibus, angina latens hæc species dicitur.

Altera est, quum interiores laryngis fauciumque musculi manifesta phlegmone tentantur; hæc æque ac superior symptomatis sæva est, sed minore tamen fit periculo, quod manifesto se proferat tumore.

Tertia fauces interiores una cum cervice occupat, in qua foris tumor, atque rubor est conspicuus, cum calore & dolore, Symptomata huic nihilo sunt quam cæteris leviora, sed tamen spes salutis melior, quod inflammatio foras prosiliens evocari digerique possit.

Quarta omnium leviſſima, atque tutissima censetur, quæ non interiores fauces, sed solum cervicem, ejusque musculos prehendit, quorum tamen tumore, interiores laryngis musculi comprimuntur, introitusque omnis coarctatur.

Omnium causa est fluxio biliosa aut sanguinea, quæ in has sedes influens, vel erysipelas, vel phlegmonem parit.

Dividi aliter solet angina in Κυνάγχην, παραγωνάγχην, συνάγχην, & παρασυνάγχην: κυνάγχη dicitur, quando interni gutturis musculi inflammantur, cum maxima respirationis angustia; παρακυνάγχη verò, quando inflammantur externi; συνάγχη rursus, quando plegmone internos faucium musculos apprehendit, & deglutitionem potissimùm impedit, παρασυνάγχη, demum externas faucium partes & mentum obsidente inflammatione.

Angina notha febris est expers, fit cùm pituitosa destillatio, in fauces cervicisque musculos decumbit, ac tum fortassis tumor inest, sed sine rubore, & febre.

Alia adhuc est anginæ species, quæ nullo sit quidem proprio faucium affectu, sed quum cervicis vertebræ intro luxatæ, fauces ac gulæ gutturisq; introitus premunt, ac arctiùs coangustant, dignoscitur, quod cervix ponè excavatur, ægrè & cum dolore inflectitur, casus quoque aut ictus antecessit, vel humor præter naturam vertebrarum vincula laxavit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Angina in viro quodam ex sanguinis repletione.

SAnguine extracto, & clystere iniecto, hoc gargarisma præscripsi.

℞. Fol. Plantag. M i. flor. ros. rubr. p. r. gallam omphacitidem (i. viridem) leviter contusam. Sem. Cydon. ℥i. bulliant in ℔bi. aq. plantag. addendo aq. solani, equiseti, an. ℥ij. colaturæ immisce diamor. dianuc. an. ℥iß. fiat gargarisma, quo cùm gargarisasset, loqui potuit, quod antea minimè poterat; deinde hoc sequenti usus est.

℞. Fol. plantag. bellid. min. an. M i. flor. ros. rubr. p. i. balaust. ℥i. hord. communis, p. i. coq. in. ℔bij. aquæ communis ad ℔bi. cui adde ℔b. aq. plantag. & aq. Scabios. ℥iij. sem. lini. fœnugræc. malv. (cum iam in augmento essemus) an. ℥i. gallam unam crasso modo contusam, nidum hirundinis cum plumis incisum) ad resolutionem aliqualem) ebulliant hæc semel, fiat levis, colatura, addendo diamor. dianuc. an. ℥iß. mell. rosat. colat. ℥ß. M. eo plurimum delectabatur, cùm se levamen inde sentire fateretur.

Secundo die manè, glande alvo exonerata, venas sub lingua incidere jubeo, crassissimo sanguine ac nigerrimo effluente; & meliùs habere cœpit, & spiritum liberiùs ducebat: eodem tamen die, guttur inunximus linimento sequenti, simul etiam cataplasmate imposito.

℞. Ol. amygd. d. ℥i. pingued. Gallin. butyr. rec. in aq. viol. & camom. loti an. ℥ß. mucilag. sem. Lini. fœnugræc. malv. alth. extract. cum aq. Chamæm. an. ℥ij. ceræ citrinæ modicum. F. linimentum, Lana succida superposita.

℞. Rad. altheæ, ℥iß. fol. malv. viol. an. M i. flor. chamæm. melil. an. p. i. coq. in aq. ad mollitudinem, pistentur, adde farinæ sem. fœnugræc. lini, hordei an. p. i. nidum hirundinis in pulverem redactum, ol. amygd. d. viol. butyri rec. an. ℥ij. ol. chamæm. ℥i. F. Cataplasma, & amota lana, calidè apponatur.

Istis

Iſtis præſidiis cum paucis aliis, morti addictus, luci fuit reſtitutus. *Petrus Foreſtus, obſerv. 16. lib. 15.* de faucium, guttu-ris, gulæ, & aſperæ arteriæ affectibus.

In Anginà periculoſa feſtinandum eſt; veteres eodem die, & ſanguinem mittebant, & medicamenta exhibebant. Ego ſane (inquit *Trallianus, lib. 4. cap. 1.*) novi me, cùm uſus valde urgeret, venam manè aperuiſſe: diluculo linguæ ſubjectas ſecuiſſe; & veſperi ex cremore ptiſanæ lachrymam ſcammon. exhibuiſſe; atque ita laqueum ex inflammatione ortum vix potui diſſolvere. Et alium quendam novi me, poſtquam duorum brachiorum in cubito venas ſecuiſſem, repurgaſſe, ſequenti die non expectato. *Petrus Foreſtus, obſerv. 13. lib. 5.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Angina cum tumore in faucibus.

VOcatus ad quendam, cui guttu-ris regio adeo intumuerat, ut ne verbum proloqui poſſet, & ferè ſuffocaretur, tumore in faucibus manifeſtè apparente; cum adhærente tenaciſſima pituita & lentore. Statim cucurbitulas cum ſcarificatione ſcapulis adhibui, & gargariſmum ſequentem ſuaſi.

℞. Aq. Solan. plantag. an. ℥iv. ſyrup. viol. mell. viol. an. ℥ß. diamori. ℥i. aceti flor. papav. rhæad. ℥ji. fiat gargariſma.

Applicuit collo ſequens cataplaſma in illius ambitu ſub mento.

℞. Farin. hord. fabarum an. ℥iv. nid. hirund. ℥ii. ſtercor. canis ſicc. ℥iß. mellis ℥ii. ol. roſac. q. ſ. fiat Cataplaſma. Hiſce vix-dum per diem uſurpatis, melius habere cœpit, & è ſummo periculo evaſit. *Fœlix Platerus obſerv. lib. 2. pag. 412.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Angina.

PRotinus alvi exeramentis per acrem injectum Clyſterem depoſitis, cephalicam dextri brachii venam incidere juſſi, hoc etiam gargariſma præſcripſi.

℞. Syrup. de ribes, rob. mororum an. ℥i. aq. plant. ſtipit. roſ. an. ℥viii. M. F. gargariſm. quo ſæpè utatur.

Foris etiam ubi tumor in collo apparebat, locus oleo Chamæm. ſuperaddita ſuccida lana, fotus fuit. Veſperi verò ex ſiniſtra Saphena ſanguinis. ℥vi. fuerunt extractæ: ſequenti verò die, cucurbitulæ ad primam vertebram & ſcapulas ſunt applicitę; tum olei vice, quod foris admovebatur, emplaſtrum hoc apponi juſſimus.

℞. Rad. alt. fol. malv. an. Mi. rad. Lil. alb. num. 2. ficcum ping. num. 10. F. decoctio in aq. donec molleſcant, dein in mortario optimè piſtentur, & per ſetaceum tranſmittantur, quibus poſtea adde, farin. hord. ſem. Lini fœnugræc. an. p. i. Cineris hirund. ℥ii. ſtercor. canin. arid. & alb. ℥ii. farin. chamæ. piß. decocto prædicto omnia excipiantur, & F. Emplaſtrum cui adde ol. chamæmil. roſac. an. ℥iß. M. & ad ignem parum tractetur, & collo affecto applicetur. Porrò hujus Emplaſtri vice ſtercus caninum aridum piſtum & melle exceptum, & dolenti parti admotum præſtantiſſimum eſt remedium. Item Cinis hirundin. cremat. efficax quoque remedium eſt, ſi modò cum melle admoveatur. Emplaſtrum etiam ex nido hirundin. magnam in hoc caſu habet prærogativam. Nec ſunt audiendi qui ex nido hirundini tanquam ex terra frigida, emplaſtrum fieri formidant; cùm revera terra nidi hirundinis cum paleis, & cæteris in eo contentis, diſcutiendi vires habeat. Quanquam priſci Græci nunquam quod legerim, nido iſto in hoc affectu uſi fuerint, ſed potiùs cinere hirundinum. *Amatus Luſitanus, Cent. 3. curat. 28.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Angina gravi in viro quodam.

CLyſterem primùm paulò acriorem in hunc modum præſcribo, quod adſtrictæ alvo eſſet.

℞. Herb. 4. emol. fol. Caul. rubr. hyſſop. Cent. min. an. Mi. polip. q. ℥i. ſem. Cartham. contuſ. ℥x. agaric. in petia ligat. ℥iii ſem. melon. cum cortic. contuſ. ℥i. ſem. aniſi, & anethi. an. ℥iii. flor. chamæm. & melil.

& melil. furfur. Macri. ana p.i. F. omnium decoctio. in colaturæ ℔i. diſſol. Catholic. ℥i. hieræ Galen. ℥v. ol. viol. & Liliorum an. ℥iii. mell. roſ. colat. ℥ii. F. Clyſter.

Ingentem excrementorum copiam dejecit æger, à qua alleviationem ſenſit, ejecto Clyſtere ſanguinem eodem die bis è cubito detraho ad ℥xx. quòd & æger valentiſſimis viribus eſſet, & morbus quoque magnus. Interea gargariſmate adſtringente & repellente uti ægrum jubeo.

Sequenti die è venis ſub lingua ſanguinem detraho, & Cucurbitulas cum ſcarificatu, ſub veſperam admoveri ſcapulis jubeo, à quibus mirificè ſe levatum ſenſit, & paulò tum faciliùs reſpirare cœpit. Interim in omnimoda abſtinentia ægrum continuo; nec per primos tres dies, quicquam aliud præter aquam mulſam ſumere juſſi, neque etiam ſolidiora alimenta ſumere potuit, ut qui etiam mulſam ore ſumptam per nares reiiceret, quòd anginoſis frequens eſſe ſolet, infernas partes vinculis deligo, collo & cervici hæc impono.

℞. Ol. Chamæm. viol. Liliorum & Cheirini, an. ℥ii. ol. amygd. d. rec. ℥iii. axung. Gallin. rec. ℥i. butyr. rec. ſine ſale ℥i. Croci. ℥i. F. linimentum, quod calidum collo & cervici, mollibus lanis pinguibus intectum admoveri jubebam. Ubi verò ad tertium diem ventum eſt, mox propinare medicamentum ſolvens ſatago, ſed fruſtra id tentatum eſt, quare dabam alternis diebus Clyſterem ſupraſcriptum, à quo alleviari ſe plurimùm æger ſentiebat.

Cùm autem ad quartum diem rubor aliquis cum dolore ac tentione foras ad maxillam dextram ſe proderet, bonum id eſſe ſum, ex Hippocr. & Galeni ſententia, arbitratus, itaque naturæ motum ſecutus, foras humorem evocare ſtudui, in hunc modum.

℞. Fol. plantag. Hyſop. Caul. rubr. an. M ß. Caric. ping. nu. 12. uvarum paſſ. exacin. num. 20. liquirit. raſæ ℥i. roſ. rubr. p.i. hord. cum cortice p ß. fiat omnium decoctio in aq. hordei, in colat. ℔iß. adde diamor. & dianuc. an. ℥iß. oxymel. ſimpl. Syrup. viol. an. ℥ii. mell. roſ. ℥i. M. fiat Gargariſm. quo ſæpe utatur.

Foris verò ad tumorem prominentem evocandum, & ſuppurandum tali ſum uſus cataplaſmate.

℞. Fol. malv. alth. cum radic. an. M ii. fol. caul. rubr. viol. hyſſop. an. M i. caric. ping. nu. 30. flor. chamæm. & melil. an. p. i. ſem. Lini. & fœnugræc. an. ℥i. Capitum Liliorum alb. ℥ii. furfuris p. i. fiat. omnium decoctio in aqua, piſtentur & cribrentur. Cribraturæ adde nidi hirund. in ol. Lil. præbulliti & cum toto probè in mortario macerati, & poſtea cribrati ℥ii. farin. ſem. Lini & fœnugræc. farin. frumenti an. ℥i. Coquantur farinæ cum oxymel. ad convenientem glutinoſitatem. Poſtea adde axungiæ Gallinæ rec. but. ſine ſale an. ℥i. Croci ℥i. ol. Lil. ℥iii. M. F. Cataplaſma; mirificè profectò humorem foras evocavit, atque ad ſuppurationem deduxit, intra biduum namque ſuppuratus ferè, qui foras ſubſederat tumor, fuit; cui tamen tertio pòſt die canini ſtercoris ſicci ℥iii. adjunxi, quod ſi quid aliud, vel Pauli vel Avicennæ teſtimonio, huic affectui maximè prodeſt, occulta quadam vi & proprietate. Suppurato tumore ad 7. diem candenti ferro aperiri juſſi, quod id ulceribus & abſceſſibus plurimùm conferat, exſiccando, & virus malum ignis potentia corrigendo. Pus fœtidiſſimum, virulentum & copioſum prodiit, ulcus mundificari curavimus, unguento ex melle roſato, ſucco apii & abſinth. farin. hord. myrrha & ariſtoloch. poſtea probè deterſo ulcere, quod intra 20. diem contigit, ad ſarcotica & cavum ulcus implentia nos contulimus unguento ex thuris polline, myrrha, iride, aloequæ confecto, ad Chalciteos emplaſtro, ſicque Dei nutu integrè curatus fuit, magna omnium admiratione.

Interim dum hæc facio, reliquorum præſidiorum, quæ juvare poſſe ſum arbitratus, minimè obliviſcor: nam quum devorare potuit æger, purgans medicamentum, & catapotia dedi, ad deducendum humorem, quæ quidem fœliciter operabantur. Exhibui etiam raſuræ dentis apri ℥i. ex oleo amygd. d. & Sacch. cando, quæ in hoc affectu, prout & in pleuritide, præſentaneum eſt remedium atque arcanum *Franciſcus Valeriola*, *obſ.* 10. *lib.* 2.

Præ-

Præſtantiſſimum eſt hoc cataplaſma, quo in alio, angina præfocativa correpto, ſecundo tertiove die ſum uſus, à quo ſecuta eſt tumoris ſuppuratio, reſpirandi & deglutiendi facilitas, & ab eo æger mirificè ſe alleviari ſentiebat, ita ut perpetuò loco affecto adhærere juberet.

℞. Nidorum hirund. cum toto nempè ſtramine, luto, & ſtercore hirund. numero 2. bulliant in ol. Chamæmel. & Lilior. Piſtentur & fetaceo cribro tranſmittantur, adde ſtercoris canis oſſa comedentis, ℥ii. Oeſypi humidi ℥i. ol. Liliorum q. ſ. fiat puls in modum cataplaſmatis, & loco affecto calidè admoveatur. Eſt enim in hoc caſu præſentaneum hoc remedium; ſicuti cinis crematarum hirund. devoratus ad ℥i. pondus, ex hydromelite, vel etiam illitus, ut *Dioſcorides & Galenus* affirmant. *Franciſcus Valeriola, obſerv.* 10. *lib.* 6.

Venæſectione peracta, mox inſtituenda purgatio, præcipuè ſi bilis in corpore abundet, ut illa pharmaci irritatione, motus humorum fiat κατὰ ῥοπήν: recentiores hic laudant ſal prunellæ in oris collutionibus.

Si dolor ſit vehementior, utiliſſimum eſt Lac. Poſtquam venæſectio in cubito, & purgatio eſt inſtituta, ad derivationem, etiam venæ narium, & quæ ſub lingua ſunt, aperiantur, aut hirudines venis narium, frontis, poſt aures & cervici applicentur. Nonnulli & ſcarificationes aurium adhibent. A proprietate prodeſt fungus Sambucinus coctus & bibitus, & foris etiam impoſitus. Lignum quoque hederæ à proprietate valere dicitur, unde *Job. Marquardus* ſcribit, quòd comedens ex cochleari de ligno hederæ, vel bibens ex vaſe hederaceo, nunquam, vel rarò in apoſtema gutturis, vel uvulæ incidat. Commendant etiam tanquam expertum lupi guttur, ſeu aſperam arteriam, ſi angina laborans per eam bibat. Commendantur & exuviæ ſerpentis in ol. amygd. d. coctæ, ſi in oleo illo linteum tingatur, colloque circumponatur. Cochleæ item cum teſtis uſtæ, & Cancri uſti; item raſura dentis Caſtorei an. ℈i. vel ℥ß. in aq. ſcabioſ. propinata. *Daniel Sennertus, practic. libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 24.

Si abſceſſus intus in ore rumpatur, decocto hordei, aut hydromelite detergitur. Si aliquando ulcus ſordidum reddatur, tunc ad potentiora remedia confugiendum eſt, in hunc modum.

℞. Fol. Scabioſ. & agrimon. an. Mi. nuc. cupreſſ. ℥i. rad. ireos florent. & ariſtoloch. rot. an. ℥ß. myrrh. ℥ß. roſ. rub. p. ii. coq. in hydromelite ad ℔i. Colatura colluantur frequenter ulceratæ partes. Si non ſufficiat, ad collyrium Lanfranci deveniendum erit, quod mirabilis eſt efficaciæ. *Lazarus Riverius, prax. medic. libr.* 6. *cap.* 7.

Anginam magnam & periculoſam, non omiſſis, quæ ex univerſalium genere conveniebant, hoc gargariſmo percuravi.

℞. Semperviv. Mß. flor. prunell. p. iii. ſalis armoniac. ℈ii. decoq. in aq. ℔iv. ad caſum unius, & utere pro gargariſmo. *Hieronymus Reuſnerus, obſerv.* 57. Vidi cuidam angina deplorata laboranti, aquam è ſtercore vaccino deſtillatam, exhibitam ita profuiſſe, ut mox convaluerit. *Hieronymus Reuſnerus, obſerv.* 191.

℞. Flor. Chamæmel. Miii. aceti & olei an. pt. æqu. decoq. pro Cataplaſmate, quo calidè applicato extrinſecus ad locum affectum, intra horæ ſpatium apoſtema diſruptum eſt, ac per os ſanioſa & cruenta multa rejecit, & mox convaluit. *Martinus Rulandus, Cur.* 56. *Cent.* 4.

Mulier quædam ſuperſtitioſè butyrum menſe Majo aſſervabat, & colligebat tribus diebus rogationum, virisè lacte vaccæ quæ marem peperiſſet, mulieribus, quæ fœminam, urgente malo inungebat, collo, cervici, & partibus vicinis, carpo plurimùm fricando atque hac ratione non paucos ſanitati reſtituit. *Jac. Hollerius, cap.* 23. *lib.* 1. *de morbis internis.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Angina ad ſuppurationem tendente.

GArgariſmate uſi ſumus ex decocto ficuum, fœnugræc. & alth. cum ſpica, croco, & melle, & roſis in exigua quan-

quantitate admixtis. Similiter emplaſtrum ſequens maturativum nonnihil, & rumpens, extrinſecùs admovimus.

℞. Alth. ℥ij. rad. Lilior. ℥i. ficuum pinguium num. 5. fol. malv. Mij. flor. melilot. & chamæmil. an. p. 1. coctis & contuſis adde nidum hirund. farinæ hord. M. ß. ol. chamæmil. amygd. d. butyri rec. an. q. ſ. F. ad modum emplaſtri; Eo vix ad horam impoſito, collo & maxillæ uſque ad aurem, intus ruptum eſt apoſtema, deinde ſolo abſterſorio gargariſmo utens convaluit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 23. lib. 15.*

Facta maturatione, ſecunda ſuccedit intentio, nimirum apoſtematis ruptio, quæ modò cum medicamentis, modò manu Chirurgica perficitur. Maturantibus itaque addimus aliqua acria, ut hirundinis excrementa vel cinerem, aut ſtercus caninum. Fermentum quoque foris rumpit cum ſale & oleo. Plurimum etiam facit ad ruptionem vociferatio, & fortis motus gutturis in tranſglutiendo, violenta etiam tranſglutitio cruſtæ panis, hoc enim ſæpè contuliſſe compertum eſt. Quidam, ut empirici, ſi neque hæc juverint, candela cerea in guttur demiſſa, abſceſſum rumpunt, ut fecit Amatus in quodam anginoſo tentandi cauſa, unde repentè pus effluere cœpit per os, & æger liberatus eſt, cùm Medici eundem pro deplorato reliquerint. Alii Scalpello aperiunt, deinde prono capite Saniem expurgant, & ſic tertia ſuccedit intentio repurgandi, & ulcus detergendi cum aqua mellis vel hordei decocto cum melle. Quarta intentio conſolidandi perficietur hoc gargariſmo.

℞. Aqu. decoctionis roſar. rub. Gall. myrtill. ℔i. thuris. ſang. drac. Sarcocoll. an. ℥ß. Syrup. roſ. ſicc. ℥i. M. Nonnulli addunt pulverem pilor. lepor. combuſt. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv. 23. lib. 15.*

Dum regalia celebrantur & vino hyppocratico aromatite indulgetur, cuidam juveni, qui illud vinum biberat, de nocte angina oborta, cùm ſtrangularetur, iugulum gladio aperuit, ſani ei plurimum emanat, convaluit. Hic fortuna plurimum potuit; an urgente neceſſitate idem fieri poteſt. *Guilielmus Ballonius, lib. 1. Epidem, & Ephemerid. pag. 11.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Angina.

A Proviſione habita totius corporis ſeca venas ſub lingua, & ſi non juvat, jugula res in collo externas, & gulæ inſuffletur pulvis hirundinum, & foris admove emplaſtrum ex nido hirund. cum aceto, ſi ad pus abeat.

℞. Myrrhæ ℥ii. ſinapi ℥i. morſus diabol. ſcabioſ. an. Mj. coq. ex aq. ad ℔i. colat. adde mellis optimi, & dianuc. an. ℥ij. fiat Gargariſ.

Ad ruptionem etiam facit hoc Emplaſtrum.

℞. Farin. tritic. hord. ſem. fœnugræc. an. ℥ii. rad. Lil. alb ℥iij. ficuum num. 6. Leviſtic. Chamæmel. melilot. malv. an. M. ß. fermenti acris ℥ij. decoctis ut decet ex aqua F. cataplaſma, dolorem ſedans eſt quod ſequitur.

℞. Medullæ pomorum ſub pruniscoctorum ℥vi i i. butyri rec. ℥ij. pingued. gallin. ℥ß. lactis muliebris ℥iij. farinæ hord. ℥i. bulliant adſpiſſitudinem, in fine adde vitell. ovorum numero 2. & parum crocis F. cataplaſma anodinum. *Joh. Heurnius, ad Hippocr. Aphor. 43. ſect. 2.*

Cùm in gutture morbilli magis emergerent, non ſine magno dolore & calore, ut ſeſe ſuffocari clamaret, mandavi, ut continuò cum lacte caprino, & aqua plantag. ſimul mixtis tepidè gargariſaret: quod miraculi inſtar profuit. Præſervat enim maximè ab angina & ſuffocatione, eſtque oris & gutturis præſtantiſſimum remedium, cum ſigna exanthematum ſe produnt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 17. lib. 1. de febrib. Ephemeris.*

Ex Hippocratis conſilio omnia admovebimus ut foras prodeat in collum materia: tale eſt Emplaſtrum quod coquitur ex nido hirund. ex decocto malvarum, meliloti, ficuum, fl. Sambuci, additur theriaca & crocus. Ita litus ex adipibus, & oleo amygdalino, cum croco. *Joh. Heurnius, ad Hippocr. Aphor. 37. ſect. 6.*

Summis laudibus ad anginam com-

men-

mendatur filium purpureum, quo viperæ ſtrangulantur, in quem finem nonnulla intorta fila, Patavio mecum attuli, quibus viperas ſtrangulatas vidi. Collo circumliganda ſunt. *Galeni eſt obſervatio lib. 6. de ſimpl. medic. facult. lit. G. in glycifida, cui conſentit Æginata, lib. 3. de re medica. Cap. 26. Thomas Bartolinus, hiſtor. 73. cent. 4.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Angina.

SArtor quidam angina laborabat, qua deglutitio impediebatur; ei ſecta fuerat vena, Clyſteres iniecti, & admotum veſicatorium.

His non proficientibus, me vocant, advertens eum vix tantillum iuſculi ex cochleari magno conatu deglutire, ac per conſequens medicamentum purgans haurire non poſſe, præſcribo aq. benedict. ℥ii. quibus purgatus eſt pluries per vomitum & ſeceſſum, eodemque die ab angina liberatus. *Lazarus Riverius, obſer. 24. cent. 2.*

Juvenis quidam foſſor angina laborabat ita vehementi, ut nec loqui, nec deglutire poſſet, reſpiratio tamen integra manebat, cùm ad eum vocatus ſum, iniectus fuerat Clyſter, ſtatim verò ſanguinem mitti iubeo ad ℥x. poſtea admovetur veſicatorium poſteriori cervici, cucurbitulæ ſcapulis admoventur cum ſcarificatione, & 4. horis a venæ ſectione exhibentur aquæ bened. ℥ii. quibus purgatus eſt per vomitum & per alvum; & inde loqui ac deglutire cœpit, ac paulò poſt integre curatus eſt. *Lazarus Riverius, obſerv. 10. cent. 2. vide ejuſdem obſerv. 60. cent. 4.*

Hoc emplaſtro mulier quædam me præſente quendam ſquinanticum Romæ curavit.

℞. Stercor. canis oſſa rodentis, furfur. triti. an. cum mell. q. ſ. f. Emplaſtrum, & calidum ſæpiùs ſuperpone gutturi ad locum dolentem. Item ſtercus canis ſiccum modicum aſſum, & cum diamoro gargariſatum, & cum melle piſtum & emplaſtratum gulæ, multum valet contra-

ſquinantiam. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib. 2. cap. 1.*

In ea ſum ſententia, in deſperata angina laryngotomiam eſſe celebrandam; auxilium certè nec veterum nec recentiorum placitis adverſum. *Galenus, Paulus, Aretæus, Avicenna* & omnes *Arabes* unanimiter hoc approbant præſidium; imò *Avenzoar* proprio illud comprobavit exemplo *lib. 1. Thiſir. tract. 10. cap. 14.* in capra quadam aſpera arteria diſſecta, quam deinde abſtergentibus & agglutinantibus, citra vitæ periculum, perſanavit. Qua de cauſa annuit *Albucaſis. lib. 2.* Chirurgiæ *cap. 43.* & Claſſici non renuunt, ut *Hollerius lib. 1. Practic. cap. 23.* & *Jachinus* in nonum ad *Almanſorem Rhaſis* librum de Angina. Hanc denique praxin propria experientia feliciter confirmatam vidi. *Nicolaus, Fontanus, Analect. cap. 3.*

Si oleum Amygd. d. rec. expreſſum, & ſacchar. candi aliquid & pulv. dentis apri exhibeatis, præſentiſſimum in Angina remedium eſt, quod etiam in pleuritide valet: & certè hic ſolus hauſtus, curat & Anginam & pleuritidem. Eſt hoc medicamentum arcanum & ἀποφθεγμα, quo ſolo vidi anginoſos & pleuriticos curari. Etiam ipſe hoc ſæpiſſime ſum uſus fructu magno. *Jo. Scroterus* apud *Iob. Vvittichium. Conſil. 30.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro angina notha in matrona.

PRæmiſſis clyſtere & venæ ſectione, hoc Linimentum paravi.

℞. Ol. Chamæmell. melil. an. ℥i. nidi hirund. pulv. ℥ß. alb. græc. ℥i. pingued. hirci. ℈ii. Ceræ, qu. ſ. F. unguentum ſuper linteum duplicatum extenſum, collo calidè applicetur, ab ejus uſu dolor abiit, deglutitioque facilis & integra rediit, & ipſa ægra integrè convaluit. *Iob. Petrus Lothichius, obſerv. 1. cap. 7. lib. 2.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Angina.

ILluſtris mulier Gabriela Couſier Domina à Saulteno: cùm angina autumnali omnium periculoſiſſima detineretur, venit in mentem me legiſſe apud *Ætium lib. 15. cap. 6.* agaricum occultos abſceſſus abſorbere, vel foras materiam evocare; ſtatim agaricum in taleolas conciſum in decocto radicis althææ, ficuum, cum momento Zinziberis & quarta parte vini albi maceravi, addidi Syrupum de althæa, & potionem ægrotæ dedi, monuique ne illam ſtatim deglutiret, ſed aliquod tempus in imis faucibus contineret ſi hac potione vitam ſibi redimere vellet, obſequitur ægrota, interim dum cum illa ſermonem confero, ecce magna puris albi copia, tam putridi & graveolentis ore rejicitur, ut filia quæ ad matrem cum pelvi adſtabat, excipiendi puris ergo, prægravi ejus fœtores, conciderit animo, ad ægrotam poſtea rediens, eam & vocis vitio & reſpiratione difficili, & gravi deglutitione, & febre levatam reperi, & ab omni vitæ periculo tutam, qua nunc fruitur incolumis, *Jacobus Dovinetus, apolog. lib. 3. cap. 1.*

Hiſpanus quidam cùm acutiſſima angina in horas ſtrangulari videretur, & omnia univerſalia & localia per venam ſectam, ſcarificatas in collo cucurbitulas, acres Clyſteres, eſſent celebrata auxilia, & ipſe nigricante facie velut emortuus jaceret: peritiſſimi Medici jugulares ſecandas imperarunt: adfuit Chirurgus ſecandi arte dexterrimus; illas ſanguine ad caput ruente, vaporeque multo impletas, turgentes & conſpicuas reſecuit, irreparabili ſanguinis fluxu ſequuto, ægroque lapſo in omnimodam virium jacturam, ſpes ſalutis abeſt; quum de eo ob violentum ſanguinis fluxum, iam deſperarent omnes, vocatus accurro; Emplaſtrum Galenicum ex aloe, thure, pilis leporis exactiſſimè triturati & mixtis cum candido ovi, ſuperimpono, quo ipſe ad arteriarum & jugularium hæmorrhagias fœliciter utitur; ſicque collo commodè ligato, ægrum iam iam exhauſtum refocillo, qui poſt horas aliquot, reſpirare & loqui cœpit, & à morbo immunis revixit. Nec mireris ad tam periculoſum remedium nos confugiſſe, quando enim ſalutis unica eſt via, hæc licet cum periculo, tentanda; cum ſatiùs ſit ægrum periclitari quam ſpe adempta certò perire, ut monet Magiſter, nam malo nodo malus cuneus quærendus eſt raroque crudele malum niſi crudeli depelli poteſt auxilio. *Zac. Luſitanus, obſerv. 95. lib. 1. prax. admirand.*

Angina canina cùm fœmina quædam nullo apparente tumore graviter corriperetur, magna cum violentia reſpirans, ita ut in horas ſtrangulari videretur, & neque cephalicæ, aut venarum ſublingua ſectio, in occipitè ſcarificatæ cucurbitæ, acria clyſteria illi opem ferre poſſent, tandem eodem die quo omnia ob procraſtinationis periculum acta ſunt, ſub mento ſcarificata cucurbita ſummo fuit auxilio, aſſumptis, deindè Syrupis, excretaque per ſputum pituita craſſa & multa, altero die melius habuit. *Zac. Luſitanus, obſerv. 94. lib. 1. prax. admirand.*

Juvenis quidam 20. annos natus, pituitoſus, poſt celeriorem de ambulationem, avidè hauſit frigidam cereviſiam, undè intra horam deglutitio admodum difficilis, fauciumque dolor & tumor apparuere, vocatus venæſectionem levem inſtitui juſſi, ſequentique gargariſmate curatus eſt.

℞. Aq. flor. Sambuc. ℥iv. myrrh. pulv. ℥ß. Spir. vini rectificat. ℥iii. Spirit. Salis armoniac. ℈i. ſucc. taraxac. expreſſ. ℥ii. M. pro gargariſm. Puella 20. circiter annorum ſubitò in maximam reſpirandi difficultatem incidit, cum faucium tumore & dolore, ut ne guttulam quidem liquoris deglutire potuerit; vocatus ſtatim venæſectio celebrata fuit ad ℥vi. moxque ſequens apozema pro gargariſmate præſcripſi, undè levamen quoddam obſervavit.

℞. Flor. roſ. rub. ℥i. bacc. Lauri excort. ſem. Leviſtic. an. ℥iß. coq. in aq. communis ℔i. vaſe optimè clauſo, in colat. diſſolv. Mell. roſ. ℥i. aq. theriac. ſimpl. ℥v. ſpir. ſalis armoniac. ℈i. M. pro gargariſm. Sequenti die clyſterem purgantem miſer curavi, undè optime deiecit, eodemque die collo ſequens ca-

ta-

taplasma bis de die renovandum applicari iussi.

℞. Nid. hirund. num. 1. flor. Sambuc. p. iii. cœparum sub cineribus coctarum num. 2. coq ex cerevis. tenui. Contusis; adde albi Græci ʒiii. olei oliv. q. s. M. F. Cataplasma, quo quarto die abscessus fuit ruptus, ulteriusque usa fuit solummodò melle rosac. pro linctu. *Fredericus Deckeers Observ. ad cap. 1. lib. 2. praxeos Barbetianæ.*

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Angina Latente.

ANgina laborabat Nicolaus Rota, nullus tamen rubor aut tumor, vel intus in gula, vel extra videbatur; & ipse nihilominus vix spiritum trahens, quicquid præterea edendum sumeret, per Os statim & Nares reiiciebat: quare cùm arescente corpore, pallente iam facie, ac vertentibus oculis, spes omnis sublata esset, & Medici, quibus cura demandata fuerat, ægrum ampliùs non adirent; me licet iuniorem convocant, ægrum ostendunt, & quæcunque acta fuerant exponunt; at ego cùm & ægrum ipsum ad mortem tendere, & Medicos quæcunque opportuna fuerant præsidia adhibuisse intelligerem, cœpi ipse mecum cogitare, satiùs ne esset, ægrum ipsum Deo & Naturæ, ut cæteri Medici, incuratum dimittere, an aliquod licet insolitum, utile tamen auxilium experiri: Verùm adhortantibus his qui ægro assistebant, consilium capio, & locum altioribus plagis sub ipsis Maxillis, ac etiam supra collum incido, ex quo cùm sanies multa prorumperet, adeo morbus levatus est, ut faucibus ipsis spiritum simul & cibum capientibus, facilis dein ad bonam valitudinem ægro daretur regressio. *Antonius Benevenius. Cap. 38. lib. De abditis Morborum & Sanationum Causis.*

SECTIO VIGESIMAQUINTA.

Pro Ani Abscessu & Ulcere.

RUpto abscessu, & pure effluente, locum affectum continuò detersimus cum decoct. hordi & melle Rosac. cùm satis detersum videretur, mandavi, ut hoc unguento incarnante & consolidante, & cicatricem inducente inungeretur.

℞. Ung. alb. Camphorat. ʒi. tutiæ. Lyt harg. an. ʒi. Sarcocol. thuris. balaust. an. ʒß. ducatur in mortario plumbeo, donec fuscum fiat; inungatur, vel super pannum lineum inductum apponatur. Ad idem quoque valet unguentum de plumbo, quo sæpius utor, non solum ad ulcera, sed ad rhagades ani. Ita describitur apud *Montagnanam*.

℞. Plumbi usti ʒii. Lythargir. ʒi cerus. lotæ, aceti, an. ʒß. ol. Rosac. ʒiii. mell. rec. ʒi. vitell. ovor. num. iii. myrrh. ʒß. ceræ, q. s. fiat unguentum.

Valet in omnibus excoriationibus, inflammationibus, & ulceribus fraudulentis, & corrosivis, & antiquis gangrænis crurum, & aliarum partium.

Utitur & *Montagnana* pro ano gangrænato, hoc unguento.

℞. Ung. de cerussa ℔i. plumbi usti ʒß. thur. myrrhæ an. ʒii. lythargir. despumat. ʒiß. incorporentur in mortario ultima contritione. *Petrus Forestus, observ. liber. 23. De Sedis & Ani vitiis.*

SECTIO VIGESIMA SEXTA.

Pro Ani Fistula.

SI incommodum quod adfert Fistula non magnum sit, nec multum sanici effluat, nec fœtor adsit magnus, multi Medici suadent, eam non attingendam esse, cùm Natura interdum superfluas corporis humores per eam expellat, & vitium hæmorrhoidum suppleat; Quicquid tamen dicant Autores, quod fistulæ cura dimittenda est, bonum est, ut omni die abluatur decoctione agrimoniæ, foliorum olivæ & aluminis usti per syringam quatuor aut

quinque vicibus immiſſa, deinde cum pannis lineis exſiccetur; & ſi foramen ſit nimis anguſtum, aperiatur cum medulla Sambuci, aut Gentianæ, ne ſanies in ea retineatur, & partes vicinas corumpat: Et ſi eaſdem melle madefeceris ſuperſpergendo pulv. aluminis uſti, melius erit, & citiùs aperietur; & ſemper lavetur cum dicta lotione, in qua reperitur ſæpè juvamentum magnum, vel repurgetur cum collyrio apud *Valeſcum* deſcripto, *lib.* 2. *cap.* 4. *De Fiſtula Lachrymali*, quod ita ſe habet.

℞. Aloes, thuris, an. ℥i. Sacocol. balauſt. ſang. dracon. antimon. alumin. an. ℥iß. ærugin. æris quartam partem ℥i. De iſto collyrio diſtemperato cum vino, vel decocto gallarum, quod melius eſt, guttæ tres vel plures in fiſtulam diſtillentur & utatur; mundificet cum melle & vino & virid. æris, donec conſumatur caro mortua, quæ apparet in fiſtula, & occultetur caro ſanguinea, ulcus probe repurgatum, curetur incarnativis. Si iſtis non curetur, tunc Chirurgia curanda erit, cauteriis actualibus, cum cautione tamen, cauteriſando ſuperficiem ſiſtularum; id tamen fieri non debet, ſi fiſtula inteſtino, aut veſicæ propinqua exiſtat. Alii utuntur inciſione. Sed non niſi à Chirurgo peritiſſimo talia ſunt peragenda. *Petrus Foreſtus*, *Schol. obſerv.* 15. *lib.* 23.

SECTIO VIGESIMA SEPTIMA.

Pro Ani condylomatibus.

QUi Condylomata patiebatur, ex quibus interdum humiditas aquoſa tenuis emanebat, huic juſſi, ut folia viridia rutæ cataplamatis inſtar, loco affecto apponeret. Egregiè enim illud ad condylomata & hæmorroides facit. Si neque illa juvarent, imperavi ut pulvis ſubtiliſſimus conficeretur, ex ferrugine ferri, qui cum ſucco tapſi barbati mixtus cum bombace applicentur. Omnia quæ Condylomatis conducunt (teſte *Ætio*) adſtringentia eſſe oportet. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 8. *lib.* 23.

Condylomata, omniſque generis verrucas, ficus mariſcas, & mora ani prorſus tollunt cineres ſtercoris murium cum vino cocti & applicati inſenſibiliter. Idem faciunt Conchylia juxta fluminum littora reperta oblonga, calcinata, & cum vino cocta & applicata. Sic crocus metallorum cum aqua Fœniculi diſtemperatus, & in petiis applicatus, dolores primò ſedat, & deinde ipſa Condylomata conſumit. *Joa. Hartmanus*, prax. Chimiatr. *pag.* 205.

SECTIO VIGESIMA OCTAVA.

Pro Ani Intertigine.

QUibus ex equitatione Ani intertigines contingunt, argentina herba contuſa commode apponitur: Hujus herbæ ſucco, ſi nates liniantur frequenter, mirabiliter juvat. Alii ſebacea candela ad ignem leviter calefacta, intertigines inungunt, ut equites facere conſueverunt. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 13. *lib.* 23.

SECTIO VIGESIMA NONA.

Pro Ani procidentia ex Teneſmo præcedente.

CUm manu molliori inteſtinum rectum prolapſum introduci non poſſet Spongia Anum foveri juſſimus cum decocto Malvæ adjecto butyro, & ubi detumuerat, cùm pars ſtercore inquinata eſſet, vino rubro abluere mandavimus; deindè ut mollibus manibus imponeretur, ubi verò inteſtinum repoſitum eſſet, fovere juſſimus decocto adſtringente & roborante ex gallis, cort. granat. roſ. plantag. & balauſt. in aq. Chalibeata decoctis & podicem inunximus oleo myrtino, pulvere ſuperinſperſo, ex myrtil. roſ. corn. cerv. uſto & gallis; quibus ſubſidiis curatus fuit. *Petrus Foreſtus*, *obſervat.* 2. *libr.* 23.

Repoſito ut decet inteſtino, ad adſtringentia accedendum, tum interna, tum externa. Inter interna laudabile eſt decoctum radicis prunellæ ſylveſtris in Cereviſia vel Aqua, quod ſæpius hauſtum in die per aliquod tempus leniter adſtringit, ſed ita, ut alvus quoque libera ſimul

fit,

ſit, quam in ejuſmodi caſibus ſemper oportet eſſe talem.

Externa ſunt varia, ſed elegans eſt, quod fit ab aſſere querno apprimè lævigato, & cum Maſtiche, poſtquam ille incaluerit ad ignem, illito & ſtatim ano ſuppoſito, ſuperſedendo, ad tolerantiam tamen ipſius caloris: quòd ſi autem inteſtinum repoſitum, nullo modo vel arte intùs manere, aut hærere poſſit, hoc unicum eſt præſens remedium.

2ℓ. Scarabæos in ſtercore equino natos mortifica in vitro clauſo ad ſolem, benè exſiccentur & F. pulvis tenuiſſimus, de quo ſparge ſuper inteſtinum prolapſum, & quoquomodo poteris repone, nunquam egredietur amplius; præſertim ſi deinceps decoctum radicis prunellæ ſylveſtris ad tempus uſurpatum fuerit. In procidentia etiam oculi prodeſt hoc remedium ex Scarabæis petitum. Aluminis uſus propter nimiam ſtipticitatem cautè evitandus. *Job. Hartmanus*. Prax. Chimiatr. *pag.* 205.

Infantes ani procidentia imprimis ob refrigerationem laborantes, quod & in adultis fieri poteſt, bonum eſt ſupra truncum quercus recenter cæſæ, calefactum, & ſecundum rectitudinem ligni erectum, collocare; idque ideo quia ejuſmodi truncus de ligno recenti maxima aſtringendi vi præditus eſt. *Fœlis Platerus*, *Prax. Med. Tom.* 3. *lib.* 2. *pag.* 578.

SECTIO TRIGESIMA.

Pro Ani Prolapſu.

QUinquagenarius quidam, cum Muſto oneratus, ex oppido domum rediens, in via alvum exonerare vellet, ac ſeſe inclinaret, prolapſum ipſi eſt inteſtinum, & quia tunc aer frigidiuſculus erat, exortus eſt dolor maximus, ita ut ulterius ad ſuos progrèdi, neque ad oppidum redire poſſet: Verùm fortè fortuna a prætereunte quodam ſemianimis repertus, mihi adductus fuit, tum inteſtinum rectum prolapſum, & ad magnitudinem ovi oſtrutii temefactum reperi; dolor ingens aderat, & excrementa continuò, eaque liquida & viſcida effluebant: In curatione ſic proceſſi; primò ſequens applicui fomentum.

2ℓ. Fol. & flor. Verbaſci albi flor. Chamæm. Melit. rad. & fol. Alth. an. M j. ſem. lini & fœnugræc. an. ℥ß. antſi ℥i. coque lacte vaccino rec. mulcto, in decocto iſto linteamina reduplicata intinxi, & per horam integram calidè applicui. Deindè toti inteſtino ſequentem inſperſi pulverem.

2ℓ. Roſ. rub. cort. granat. nuc. cupreſ. maſtic. thuris, croci martis, plumbi uſti, an. ℥i. M. F. pulvis.

Tandem caput ægri in terram inclinavi, pedes verò ut in altum a duobus viris fortibus elevarentur operam dedi; mox indice meo dextro linteo molli & ſuavi involuto, & decocto præſcripto intincto, nec non in centro ejus quod prolapſum fuerat, poſito, inteſtinum in locum ſuum fœliciter reduxi; altero die os ſacrum & coccygis ſequenti linimento inunxi.

2ℓ. Ol. lumbric. roſ. an. ℥i. ol. ex floribus ℥ß. M. Sequenti die Syrup. roſ. ſolut. compoſ. cum rheo. agar. & Sen. corpus leniter purgavi, venamque in brachio incidi; & ſic in priſtinam ſanitatem reſtitutus fuit, nec poſtea ampliùs prolapſum eſt inteſtinum. *Guil. Fabritius Hildanus*, *obſ.* 76. *Centur.* 3.

SECTIO TRIGESIMA PRIMA.

De Aphthis.

QUæ in oris interna ſuperficie fiunt ulcera, ac ignei caloris quiddam obtinent, Græcis ἄφθαι (fortè ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, accendi) Latinis Lactucimen, Barbaris, Alcola nominantur.

Sunt ulcera non admodum cava in quamvis oris partem ſerpentia, in palatum, in gingivas, in linguæ latera, & radicem.

Oriuntur, ut plurimum infantibus, pueriſque lactentibus, quibus admodum familiare eſt malum, quum ſcilicet, aut lac nutricis vitioſum fuerit, aut non probè ipſum infans concoxerit ex qua lactis acrimonia

nia & putredine, ſurſum elati habitus, partes illas molliores & delicatas facilè exulcerant: fiunt etiam aliquando in iis, qui ad perfectam ætatem pervenerunt; & tum cauſæ ſunt tenuens, ſeroſi, & acres humores, in toto corpore redundantes, & ad ſupradictas partes delati. In febribus frequentes ſunt Aphthæ, nonnunquam & ſine febre graves, quales ſæpè menſibus ſuppreſſis obſervantur. Eas etiam venerea lues & hydrargyri perunctio ſolet excitare. Ex puſtularum colore præſagientia ſigna ſumimus: albicantes enim ac rubentes tutiores ſunt, & curatu faciles; lividæ autem; aut ſubnigræ perniciosæ, & ſæpè lethales habentur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Aphthis Puerorum.

NOs linctu utimur ex diamoto, ſucco granat. & melle, hoc etiam addam quod à Pharmacopæo accepimus. Multi Infantes cum *Antevverpia* ex Aphthis morerentur, ex vetulæ conſilio, ranulam vivam ori puerorum admovebant, ſuctione malignitatem attrahentem, eaque defeſſa & mortua, alteram ori imponebant: deindè rurſus aliam, ſi opus eſſet; quin præſidio, & pueri, & infantes evadebant. Idem in pueris ſuis, tum aliis expertum narrabat. *Petrus Foreſtus obſerv.* 21. *lib.* 14. *De Affectibus Labiorum gingiv. dentium, oris & linguæ.*

Juvenis bilioſus, cùm in Apthas incideret, & valdè ignitas & flavas, poſtquam ex infuſo rhab. purgatus eſſet, collutionem præſcripſi, quæ refrigeraret, & fervorem reſtringeret in hunc modum.

℞. Fol: plantag. bellid. min. portul. ſemperviv. ſolan. an. mj. flor. roſ. rub. p. i. ſem. Cydon. ℥ß. F. decoctio in aqua in colat. ℔i. diſſolv. diamor. ℥ii. ſucc. mali punici acid. ℥ß. M. F. collutio. Poſtea adjeci ad majorem refrigerationem, ſuccum ſolani, & aceti modicum. Deindè ut magis abſtergeret, in decocto adjeci hordeum integrum, etiam mellis roſati nonnihil, ut citra mordacitatem magis diſcuteret. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 22 *lib.* 14.

Hic Syrupus mirum in modum prodeſt.

℞. Fol. viol. fragar. ſemperviv. bellid. min. plantag. portulac. an. mj. ſem. Cydon. ℥i. coq. in aqua communi colat, fortiter expreſſæ add. ſacch. q. ſ. & Coq. ad conſiſtentiam Syrupi, S. A. ut melius abſtergat, loco Sacchari, meladdi poteſt. *Petrus Foreſtus, Schol. Obſerv.* 24. *lib.* 7. *De Febrium Symptom.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Aphthis.

FIllius meus quatuor annos natus, paſſus eſt fluxionem acerrimam in linguam & fauces, ut infinitis ulceribus ſcaterent, iiſque albicantibus, & admodum dolorificis, cum magna inflammatione, non poterat cibum, aut juſculum capere, nec lac fugere; diebus ac noctibus ejulabat inſomnis, macilentus, ac ferè conſumptus. Ex remediis non profuit mel roſaceum cum Spir. Vitrioli, quod alias mirificè conduxerat: aderat alvi fluxus copioſus, quo bilem porraceam ejiciebat veſicatorium valdè profuit: ſed dolores & clamores perſeverabant, & continuò æger per os humorem ſeroſum & acrem emittebat, dolore & inflammatione magis ac magis attrahente, tandem exhibui Laudan. gr. i. cum juſculo, eoque dolor ſopitus eſt ſomnus leviſſimus conciliatus, qui poſtmodum perſeveravit moderatus & ſuis horis adveniens. Hinc cœpit convaleſcere, & fluxio illa humoris per os emanantis omninò cohibita eſt: Sequenti tamen die purgans medicamentum exhibitum eſt, quod multum etiam profuit. *Lazarus Riverius, Obſerv.* 43 *Cent.*

Quædam mulier laborabat Aphthis contumaciſſimis, quæ neque venæ ſectionibus, neque purgationibus multis, neque julepis refrigerantibus, neque illitu ex ſpiritu ſulphuris curari potuerant: noctes inſomnes traducebat, & vix cibum devorare poterat, quia omnes oris partes hujuſmodi ulcuſculis ſcatebant: ſumpſi noctu Laudani gr. iii. idque remedium continuavit per triduum, & ſic fluxio acris in oris partes defluens cohibita eſt, ac conſequen-

quenter oris ulcera paucis diebus percurata ſunt. *Lazarus Riverius*, *Obſerv.* 35. *Cent.* 3.

Colluatur os ſæpe decocto Satureiæ in vino, vel etiam decocto Veronicæ, quod præſtans eſt, præſertim ſi adjiciatur aliquid mellis roſati. In Aphthis contumacibus hiſce decoctis adde aliquid ſpiritus Vitrioli, & non reſiſtent. In Apthis ex Lue venerea omnem abſolvunt nodum aquæ virides infra ſectione de ozæna deſcribendæ, imprimis ſi loco aq. ſimplicis, aſſumatur aqua perſicariæ. *Johannes Hartmannus*, *prax. Chimiatr. pag.* 123.

Lingua infantium, & oris partes, quæ puſtulis ſunt conſperſæ, eluantur & confricentur bis terve poſt ſuctionem lacte bubulino, vel caprino, in quo auriculæ judæ vel fungi ſambucini ſunt incocti; cum ipſis itaque fungis & lacte, aut foliis ſalviæ virentibus in eodem lacte; madefactis puſtulæ confricentur & abſtergantnr: quibus abſterſis partes oris puſtuloſæ inungantur, aut melle roſaceo, aut diamoro, aut rob. ribium, omnium autem certiſſimum & præſtantiſſimum remedium ad Aphthas, cujuſcumque coloris, tam in infantibus, quam adultis eſt, eas prius diligenter ablutas & abſterſas oblinire ſequenti remedio.

℞. Mellis Roſac. ʒß. ol. vitriol. ʒi. fiat Linimentum *Fraciſcus Joel. Sect.* 7. *lib.* 2. *Practicæ*.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Aphthis.

IN puerulis aphthis laborantibus nihil eſt quod tam præſentaneam afferat operam quàm oleum raparum, ſi in eo tantùm diſſolvatur ſacchari, quantùm poteſt, illudque ori illitum lambant: quod in meo filiolo vix octo dies nato expertus, cui aphthis laboranti dedi oleum raparum ſaccharatum, & paucorum dierum ſpatio curatus eſt. *Ludovicus Hannemanus. obſerv.* 82. *Miſc. Curioſ. Med. Phyſ. ann.* 4. *decur. prim.*

SECTIO TRIGESIMA SECUNDA.

De Apoplexia.

APoplexia morbus eſt graviſſimus, qui primò caput obſidet, & protinus ac ſubito ſenſu & motu univerſum corpus privat, ita ut exitus ſpiritus animalis à cerebro prohibeatur, & vitalis aditus a corde ad cerebrum præpediatur ἀπὸ τοῦ πλήττειν, *i. e* a percutiendo nomen habet, quòd, qui ea laborent, veluti de cœlo percuſſi videantur. *Avicenna* Apoplexiam definit, quod ſit otioſitas ſenſus & motus per interceptionem Spiritus ſenſitivi & motivi ab oppilatione ventriculorum cerebri. Ejus plures ſunt cauſæ - fit enim aliquando cerebri phlegmone, nonnunquam a glutinoſa pituita, cujus nimia abundantia repletur cerebrum, ut in Apoplexia hyberna & ſenum, ſit etiam a lympha craſſiore, nervos magna ex parte obſtruente, uti etiam ab effuſo in cerebrum ſanguine. Duplex eſt ſecundum *Hippocratem*, una fortis, altera debilis; diſtinguuntur majore & minore difficultate ſpirandi, at omnis morbus eſt maximus, utpotè in quo Symptomatum ſumma ſunt omnia, quæ hominem ad exitium præcipitant, antequam remedia convenienter adhiberi poſſint.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Apoplexia pituitoſa in Sexagenario.

SArtor quidam pallidi coloris extra urbem exiſtens, ſubito Apoplexia correptus, in domum ſine ſenſu ac motu fertur; qui cum pituita abundaret, & venæ non apparerent, ſectionem venæ prætermiſimus. Sed ut ſubitò materiam a capite divertendo avellerem, ut hic Clyſter infunderetur mandavi.

℞. Cent. min. puleg. calamenth. origan. beton. rutæ, ſalv. mercurial. hyſſ. an. M i. fol. Lauri, fl. ſtœch. & anthos, an. p. i. ſem. aniſ. fœnic. cartham. contus. an. ʒii. uvarum paſſ. enucl. ʒi. colocynth. ʒiß. coq. in aq. communi, in col. ℔i. diſſolv. elect. hieræ ſimpl. benedict. laxat. an. ʒß. hier. logad. diacolocynth.

n. ℥iß. ol. chamæm. rutae. an. ℥i. ol. anethi, ℥ß. ol. caſtori ℥. ii. ß. ſalis gemm. ſal. communis, an. ℥i. M. F. Clyſter: Interim dum Clyſter parabatur, etiam alvus irritata eſt ad ſolutionem glande infraſcripta.

℞. Troch. alhand. ℈ii. ſpec. hieræ picr. ℈i. ſal. parum, mellis q. ſ. F. ſuppoſitorium.

Adhibui etiam frictiones; & vincula tum femoribus, tum brachiis injeci, quibus adhibitis, tendebat in paralyſin: Sed non expectata digeſtione, ut has pilulas devoraret præcepi.

℞. Pil. coch. ℥i. caſtor. ℈i. cum ſyrup. de ſtæch. fiant pil. 7. quas, cùm non potuit devorare, dedimus ſolutas cum. aq. beton.

Cùm ventrem egregiè ſolviſſent, cœpit meliùs loqui. Exhibui tunc Syr. è Stœchade, & Oxym. ſcillit. Et poſtea cùm pilulas, devorare poſſet, prædictas deglutiendas dedi. Nucham quoque inunximus oleo Sampſuchino & Nardino ſimul mixtis. Deinde pro particulari evacuatione, palatum inunximus cum theriaca & ſinapi; etiam maſticatoriis quoque adhibitis & errhinis cum ſucco betæ, rutæ & majoranæ, & ſternutamento hunc in modum præſcripto.

℞. Nigell. piperis alb. nuc. moſch. an. ℈i. helleb. alb. pyrethr. caſtor. an. ℈ß. M. F. pulvis. pauxillum ejus calamo inſufflatur in nares. Ultimò ad majorem reſolutionem & capitis roborationem, theriac. mithridat. oxymel ſcilinum, dedimus, & imperavimus ut ex hoc ſequenti condito ſumeret ſubinde.

℞. Conſ. flor. Roriſmar. beton. ſalv. an. ℥ii. mithridat. ℥ii. theriac. ol. ℥i. ſpec. diamb. diamoſch. pliriſarchont. an. ℈iß. diacori, ℈ii. oximel. Scillin. ſyrup. è ſtœch. an. ℥ß. M. bibebat & hoc Claretum.

℞. Salv. majoran. hyſop. beton. an. M i. flor. roſmar. ſtœch. an. p. i. liquir. raſ. ℥iii. coq. in aq. q. ſ. in colat. ℥ix. diſſolv. mellis deſpum. ſyrup. è ſtœch. an. ℥i. clarificetur & aromatizetur cum ℥iii. cinam. fiat claretum pro tribus doſibus.

Exteriùs verò ſpinam totam inungebat, & crus paralyticum his oleis.

℞. Ol. Nardin. ſampſuch. an. ℥i. ol. vulp. ℥ß. ol. caryophil. gutt. v. tempore inunctionis addebatur aliquid aquæ vitæ rectificatæ, & ſic hic fuit tandem egregiè curatus. *Petrus Foreſtus, obſerv. 77. lib. 10. De cerebri morbis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Apoplexia à delapſu ex ſublimi.

THeologus quidam ferè ſexagenarius, ſcalam domi deſcendens decidit, capite pavimentum feriens; ſubitò collapſus inſtar mortui jacet, ſine voce, nec videns, nec audiens; quin etiam tactu, motuque privatus, cum ſtertore quodam, pulſu adhuc integro, ſine febre, mox vomitus ſubſequitur.

His ſignis perdurantibus, prognoſin facillimè fecimus, nimirum affectum lethalem eſſe; ſecundum *Aphor. 42. ſect. 2.* Ne tamen quicquam quod Chriſtiana Charitas requirebat, intermitteretur, aliquid tentandum eſſe judicavimus, propterea quòd interdum etiam in deſperatis caſibus benedictio divina luculenter præter ſpem, dum ex officio extremè laborantibus ſuccurrimus, nobis apparere ſoleat. Hinc revulſionem a capite variis mediis inſtituendam, & deinde omni ingenio facultatem animalem excitandam eſſe putavimus. Pro primo ſtatim venæſectionem inſtituimus in brachio dextro, ſanguinis ℥viii. extractis, propterea quòd ſuſpicio eſſet, ſanguinem ex concuſſione capitis, eò confertim affluxurum. Quanquam verò ſanguinis miſſione dextrè peracta reſpiratio levior videretur, in cæteris tamen nulla mutatio ſequebatur, unde non tantùm extremorum frictiones, & ligaturas dolorificas ordinavimus, ſed paulò poſt clyſterem ſequentem ſuaſimus,

℞. Fol. beton. Salv. prim. veris, Cent. min. Calamenth mont. an. Miß. fol. Sen. ℥vi. pulp. Colocynth. ℥iß. coq. in aq. & vino ad tertias, in colat. ℔i. diſſolv. elect. hieræ ſimpl. Indi maj. an. ℥ß. ol. rut. de caſtor. anethan. ℥i. ſal. gemm. ℥ß. M. F. Clyſter. Præter hæc remedia revulſionum partem affectam quoque non negleximus quam ob cauſam, pro ſecundo, non tantùm.

tùm aq. apoplecticam Langii cum ſpiritu ceraſ. nigr. permiſtam, aliquoties infudimus corroborationis gratia, ſed etiam oleo ſuccini verticem tempora, & nares inunximus, ac tandem ſternutatoriis ex caſtoreo & ſimilibus (quæ poſt univerſalia & revellentia rectius, quàm in principio adhibentur) naturam excitare conati ſumus ſed fruſtra, ſenſim etiam vitali facultate remittente. *Gregorius Horſtius, obſerv.* 13. *lib.* 2. De morbis capitis.

SEBSECTIO TERTIA.

De Apoplexia.

ADam hìc deſcriptionem iſtius aquæ vitæ contra apoplexiam, paralyſim, epilepſiam reliquoſque capitis morbos frigidos, unà cum confectione quibus Palatini Comites Electores uti conſueverunt.

℞. Flor. Lil. Conval. M. VIII. vini generoſ. alb. ℔ IV. poſt 4. vel 5. dierum infuſionem in vitrea boccia, & quotidianam agitationem, diſtillentur in Balneo M. deinde.

℞. Flor. ſtœch. arab. M. j. flor. Lavend. Miſ. flor. roſmar. Mi. Caryophil. nuc. moſch. an. ℥iiß. cubeb. ℥ii. viſc. q. ℥iiiß. rad. pœoniæ ℥ß. rad. dictamn. alb. ℥iii. findantur radices, & cætera conſcindantur, & commiſceantur ſupraſcriptæ aquæ deſtillatæ, quæ rurſus indita in vitream bocciam per dies 7. ad ſolem, & ſæpiùs agitata deinde deſtillentur in Balneo M. & ſervetur aqua diligenter.

Confectio vel tabulatum hoc ſit.

℞. Sem. pœon. excortic. ℥ß. margarit. ℈i. macis ℥ß. fol. auri, nu. 7. Sacch. finiſſ. in aq. ſupraſcripta ſoluti ℥v. F. rotulæ. *Reinerus Solenander, conſil.* 14. *ſect.* 3.

Extractum Salviæ pro magno ſecreto exhibent Cymici. Confectio anacardina, ut in omnibus cerebri frigidis morbis, ſic & hìc ſummopere probatur: qua potiùs quàm theriaca, aut aliis opiatis utimur; per ſe eam exhibendo, vel cum aqua vitæ diſſolvendo. *Felix Platerus, cap.* 1. *lib.* 1. *tom.* 1. *prax. med. pag.* 49.

Sunt qui theriacam aut mithridatum bibendum exhibent, magno quidem errore, quoniam in illis tametſi diu ſervatis, vis opii non omnino periit, ut taceam antidota ea compoſita eſſe ex multis quæ aſtringentium & frigidorum, quantumvis hebetata, facultas ſuſpectu eſt quoniam humor unde morbus hic committitur, cerebri corpus imbuit, & altiùs impingitur his medicamentis. At ubi fuerit cerebrum expurgatum tutò dantur, quoniam cerebro imbecillo ex morbo præcedenti robur addunt. *Guiliel. Rondeletius, cap.* 22. *lib.* 1. *prax.*

Sternutamentum provocare (quod pervulgato errore ſtatim faciunt omnes) noxium eſt, quia humor pituitoſus in corpore cerebri eſt, non in ejus ventriculis; itaque ſternutatione non poteſt excuti. Præterea agitatione capitis & pectoris cerebrum oppletur, humoribus ad ſe tractis. Quare ſternutatio non conducit, ſed etiam lædit plurimum. *Idem ibidem.*

Quidam in apoplexiam cadit, omnibus modis agitatur, pulvis hieræ iniicitur in nares, an ita agendum? obſervatum eſt apoplecticum injecto ſimili pulvere Epilepticum extitiſſe, quæ calidiora in os & nares ad ſternutamentum excitandum iniiciuntur, quia cruda omnino materia eſt, amovenda ſunt. *Guill. Ballonius. lib.* 1. *Epid. & Ephemer. pag.* 6.

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Apoplexia terminante in paralyſin cum ſopore inexpugnabili.

VIr quidam temperamento phlegmatico ſanguineus, 55. annorum præterpropter, poſteaquam præcedentibus diebus Sympoſiis operam dediſſet, in prandio, inter cibum potumque incipit balbutire, mox inſequens apoplexia terminatur in paralyſin lateris dextri quam comitatur in expugnabilis dormiendi cupiditas. Secundo die morbi adveniens, ægrum omninò κῶμα reperio ſoporique deditum, facie tamen ſana, & omnia intelligentem, ſolum latere dextro immobili, & paralytico: præmiſſo morbi curatu difficilis prognoſtico, illico hunc clyſterem iniiciendum curavi.

℞. Rad. angel. Zædoar. an. ℥i. fol. rutæ, cent.

cent. min. origan. ſerpill. betonic. mercurial. an. Mi. flor. Sambuc. cent. min. Cordial. omnium an. pß. ſem. Cumin. aniſ. an. ℥ß. bacc. Laur. ℥ß. fol. Sen. el. ℥i. F. decoctio in colat. ℥v. diſſolv. diaphæn. diacathol. ana ℥i. benedict. Laxativ. ℥ß. oleum Chamæm. aneth. irin. an. ℥i. Sal. gemm. ℥i. F. Clyſter. ſtatim iniiciendus. Interius accepit per vices cochlear unum hujus aquæ apoplecticæ.

℞. Aq. hirund. apoplect. Lang. an. ℥i. aq. pœon. Lil. convall. an. ℥ß. ol. ſuccini gutt. VII. M. diligenter ad vitrum. Poſtea vertex, totumque ſinciput unà cum nucha, illinebatur primùm cum ol. ſuccini calidè, deinde cum hac aqua.

℞. Aq. Salv. roſmar. Lavend. an. ℥iß. aq. vitæ opt. ℥i. ol. Salv. Succin. deſtill. an. ℈ß. M. ad vitrum. poſt fotum cum hac aqua illinebantur partes illæ cum his oleis.

℞. Ol. Lumbric. Laurin. an. ℥ß. ol. coſtin. nardin. an. ℥iii. ol. vulpin. urſin. an. ℥i. ol. roſ. mar. Lavend. an. ℈ß. M. ad fictile.

Sequenti die cùm in ſoporem ſubinde relaberetur, injectus eſt alius clyſter paulo acrior. additis ſpec. de hiera. ℥ii. diacolocynth. in petia ligati. ℈ii. ſed neque hic quicquam promovit, tametſi per horam mediam & paulo ultra ſubſiſteret, ideoque elapſa hora, ex indito ſuppoſitorio tandem bis terque dejecit. A meridie contra ſoporis augmentum ſequentibus pugnatum eſt.

℞. Rad. Angelic. imperator. Zedoar. tormentill. dictamn. an. Mi. fol. Satureiæ (quæ contra veternum peculiaris) Mii. Lavend. Rutæ, ſerpill. majoran. an. Miß. coq. in q. ſ. vini & aceti vinoſi, pro decocto, petiæ duplicatæ hoc liquore impregnatæ, tam fronti, quàm nuchæ calidè adhibeantur, & ſæpius renoventur.

Succus rutæ cum aceto acerrimo miſtus; ex ſpongia ſubinde naribus objectus.

Intus de hac mixtura ori ingeſtum.

℞. Oxymel. ſcilit. ℥ß. mithrid. el. ℥ii. Caſtor. pur. ℈i. cum confectione enacardina fiat miſtura.

Oleo etiam ſequenti paulo fortiori, prærunte aqua ſupraſcripta, juxta cum ſpina dorſi nucha calidè fovebatur.

℞. Ol. Laurin. petrol. an. ℥i. ol. Caſtor. laterin. an. ℥ii. Euphorb. pul. ℈i. ceræ rubræ & aceti parum M. F. Linimentum.

Pulvis pariter ſternutatorius naribus inſuflatus eſt. Gargariſmi etiam tentati. Denique ut in tam magno peneque deſperato morbo, nullum remedium aliàs ſalutare, prætermitteretur, Clyſteriis ſuppoſitoriiſque nihil aut parum facientibus, ſequentes pilulas capitales pro revulſione ac minoratione replectionis iſtius apoplecticæ præſcripſi.

℞. Extract. pil. Coch. ℈i. gummi. gutt. lax. el. gr. v. caſtor. el. gr. I v. ol. Succin. gutt. iii. Syrup. de Stœch. q. ſ. F. pil. nu. ſ. inaurentur quia deglutiri non poterant, ſic diſſolutas propinavi.

℞. Aq. pœon. Salv. an. ℥x. diſſolv. pil. prædict. adde aq. Cinam. perlat. an. ℥i. Sp. vitrioli, gutt. iii. M. F. hauſtulus brevis. Elapſa hora excrevit aliquoties materiam duram, nigram, fœtentemque pro majore revulſione, ab utraque parte nuchæ applicata ſunt veſicatoria, ſed omnia præſidia fruſtranea, *Joannes Petrus Lotichius, obſerv. 10. cap. 1. lib. 2.*

SUBSECTIO QUINTA.

De Apoplexia forti ab ebrietate.

ANglus ſexagenarius virginum Anglarum Leodii agentium, Symphoniæ organiſque præfectus, media quadrageſima ebrius, in penuarium hoſpitii pugilum, in quo poterat, delapſus, occipite contuſo, oſſe tamen calvariæ integro, vera, & forti apoplexia correptus fuit. Medicis omnibus illum ſoli prognoſtico relinquentibus, rogavi partes & virgines Anglas, quibus tum ordinariam medicinam faciebam, paterenturne me aliquid tentare, remediumque nullo modo anceps experiri? illis annuentibus, ægro validè concuſſo & ægitato, Clyſterem protinus acerrimum injicio, quo duabus horis ceſſante, & glande acri evocato cum inſigni evacuatione, toti capiti raſo cataplaſma ex fimo columbino, euphorbio, pyrethro, & ſinapi applico, hinc multæ magnæque veſicæ cum ſe ſurrigerent, omnibus

bus forcipe ſectis, aquæ flaviſſimæ plurimum effluxit, ſuppoſitis rubrorum caulium foliis contuſis, multà iam nocte domum redeo. Poſtridie ſpecierum hier. Colocynth. ʒii. Caſtor. ʒß. rutæ ℈i. cum aq. antapoplectica propinavi, quæ potio cùm ex voto ſucceſſiſſet, cucurbitulas humeris cum ſcarificatione applicui, unde minuto ſtercore, ſalivaque circa os omnino ſiccata, in ſpem erectus veſicis capitis non amplius fluentibus, novas in nucha, & vicina, ſed ſolis cucurbitis excito in hunc modum. Capio latioris cucurbitis excito in hunc modum. Capio latioris cucurbitam vitream, quam ſtupa ardente ut fit munitam applico, cum per horæ quadrantem hæſerit detraho, novamque cum flamma maxima adpono, paulo poſt in iunioribus & cuſarcis. (In ſenibus aut denſa cute præditis tardius, veſiculæ ſurgunt parvarum acicularum capitella vix æquantes: quibus omnibus horæ ſpatio coeuntibus, ſurgit veſica maxima orificio cucurbitæ par vel major; tum ſi cucurbita vitrea non habet foramen cera obductum, quo acu perforato, flatu exeunte ſponte ſua cadit, plerumque vitrum cultro percuſſum frango, alioquin veſicam, dum manu avellitur lacerans dolorem ſævum excitat. Hoc modò innoxiè & intra horarium ſpatium, certò certius ſurgunt veſicæ, cum alia veſicantia, poſt multas horas ſæpe ſpem noſtram eludant. Eſt hoc meum inventum, & quod ſciam ante me nemini uſitatum, uſitatis deinde remediis uſurpatis & continuatis, ab hoc malo tandem, ut & ſuccedente, linguæ paralyſi, liber evaſit.

Alium Anglum apoplecticum in cujus caput magna porta cum trabe cui adhærebat, deciderat, ita curavi; illius capiti raſo poſt univerſalia impoſui Emplaſtrum *Alexandri Benedicti*, quod etiam *Valeriola* comendat. obſ. 9. lib. 5. quod quia fidum inveni. hic deſcribam.

℞. Gummi hederæ, ceræ, terebinth. an. ʒiij. reſinæ purgatæ, ʒß. Succ. Corymbor. hederæ, ʒiv. ammoniac. ʒij. ol. roſ. ʒiiß. farin. fabarum q. ſ. F. Cerātum. *Henricus ab Heers, obſerv.* 21. *lib.* 1.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Apoplexia.

PRoviſione habita totius corporis, rade caput ea parte ubi ſunt futuræ & impone illi Emplaſtrum ex ſinapi, caſtoreo, & aceto forti. Brachia & crura illico ſtringe vinculis; jubeque fricari manus & pedes nitro cum ſale, ſub lingua ponatur caſtoreum. Deinde Saphena vena utriuſque pedis aperiatur. Hinc manus vena tundatur: tandem naſi, vel jugulares poſtridie Clyſter repetatur.

℞. Caſtor. & Euprob. an. ℈i. id totum infletur radici linguæ, id extrahet pituitæ maximam copiam per palatum horæ ſpatio. *Johannes Heurnius, ad Hippocr. Aphor.* 42. *ſect.* 2.

Medicus apoplecticum aggreſſurus, ante omnia conſideret, an in ægro adhuc ſigna aliqua vitæ adſint; quibus cognitis ad curam ſeſe ſtatim accingat, ægrum hinc inde agitare, & membra ejus fricare mandet, abraſis capillis verticem ſtatim & nucham inungat oleo ſuccini ſtatimque ſi os clauſum ſit illud aperiat, apertumque conſervet. Capiti ſæpius admoveat laminam ferream ignitam. Per os ſi fieri poteſt, exhibeatur cochlear unum hujus aquæ antapoplecticæ meæ compoſitionis, quæ ad præſervationem & curationem unicè prodeſt.

℞. Fl. Lil. convall. menſe Majo cum exortu ſolis collectos (maturos & adhuc rordos ſtatim in vitrum ingere ſine lotione) eoque recentes ſine apiculis, ſaltem protuberantes flores abſcerptos in vino generoſo, malvatico vel alio dulci digere ad ſolem, in vitro optimè clauſo, relinque tamdiu, donec etiam lavendula floreat cujus flores cæruleos ſine calicibus, & apiculis diligenter ſeparatos, æquali pondere, conjunge cum floribus Lilii Convallium in idem vitrum, quod firmiter clauſum relinque uſque ad menſem Septembrem: tandem per alembicum ex B. deſtilletur, & quæ primo loco egreditur aqua ſpirituoſa diligenter reſervetur. Eſt enim pretioſa, & tam præſervando quàm curando apoplecticis prodeſt (reliqua etiam uſui eſſe poteſt, ſed

tam

tam virtuosa non est, facit imprimis ad frictiones membrorum) hæc aqua diu durat & fragantissima est. Si nimiam sentit sanguinis abundantiam, venam brachii, immissio tamen priùs Clystere acriore, aperiat. Hinc ad vomitoria aquam scilicet benedictam confugiendum, ubi notandum, quod in duplici semper quantitate, prout sopitæ vires, exhibenda. Interim continuanda exhibitio aquæ apoplecticæ, *Johannes Hartmanus*, prax. Chimiatr. *pag.* 75. & 80.

Fortissima apoplexia correpta fuit mulier quædam 48. annorum, habitu corporis εὐσαρκω ac carnoso, concidit subito. Seniores Medici vocati nihil spei superesse judicabant: tandem 16. ab invasione horis vocatus accessi, tum temporis adhuc iuvenis observavi gravissimam cum difficili admodum respiratione apoplexiam: pulsum fortem & magnum, tentandam esse curationem existimavi, itaque sanguis illo die bis, & quidem satis copiosè, detractus, semel è brachio dextro, deinde ex pede: Enemata quoque hoc ipso die satis acria duo iniecta, deinde singulis diebus singula, adhibita & localia quædam, ita tandem octavo aut nono die suos domesticos agnoscere cœpit, & nonnihil balbutire. Postea purgantibus medicamenti per os exhibitis, deinde πτερμικοῖς, apophlegmatismis, aliisque similibus usa, meliuscule habuit; verùm eousque perduci non potuit, ut mentis ac sensuum integrè compos fieret, aut pedibus consisteret. Mansit reliquo tempore impotens: sedebat, ac gestabatur in sedili, ita tamen aliquot annis supervixit. *Rembertus Dodoneus*, *cap.* 8. observat. Medicinal.

In apoplexia summum & unicum remedium habentur cucurbitulæ capiti impositæ; quod remedii genus D. Fracastorius apoplexia correptus nutibus suis indicasse fertur: sed non intellectus periit. *Daniel Sennertus*. cap. 33. part. lib. 1. Practicæ.

Spiritus Salis dulcis rite præparatus magnæ est efficaciæ continuò in vino potuvè assueto ad gutt. x. vel xv. assumptus. *Paulus Barbette*, *prax. lib.* 1. *capit.* 2.

Ego verò spiritum salis armoniaci, cum aq. Serpilli, & Lavendulæ destillata assumptum, ad præservationem scilicet præferrem *Fridericus Dechers*, notis ad *cap.* 2. *lib.* 1. prax. *Barbettianæ*.

Aqua destillata è nucibus moschatis, auribus, palato, naribus, ebibita, omnium est remediorum accommodatissimum, quod si fiat, cum aqua vitæ destilatio, multo erit efficacior, hoc præsidium Senectensem Episcopum horas iam 20. iacentem excitavit.

Rhazes sartaginem calefieri, dum candeat, interdum laudat, & de proximo admoveri capiti. *Jacobus Hollerius*, *cap.* 7. *lib.* 1. De morbis internis.

Ab hinc 4. annis, præsidem Valentem qui ab obstructione venarum iugularium, & catotidum arteriarum apoplecticus pene conciderat, liberali sanguinis detractione; curavi, hunc etiam in apoplexia totam noctem dormire permisi; quoniam absque stertore dormire visus est, unde melius habuit, nam si cum stertore dormiat apoplecticus, statim excitandus est. *Ludovicus Duretus*. in annotat. ad *cap.* 7. *lib.* 1. *Iac. Helleril*. De morbis internis.

D. Screvelius anno 1639. commemoravit mihi quod Hagæ Comitis tractasset Chirurgum quendam apoplecticum, qui statim ac corripiebatur morbo, clamabat pellis humana: *Screvelius* quærebat quid ea vellet? collo appensam dicebat, eo modo enim ante tempus aliquod apoplecticum Germanum sanatum vidisse qui subinde cutem humanam expetebat: quam cum ipse à *Petro Pavv* anatomiæ Professore *Leydensi* petiisset, illicò colo appendebat, & apoplexia planè liberabatur. *Otto Heurnius*, *ad capit.* 3. *liber.* 5. pathologiæ *Joh. Fernelii*.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Apoplexiæ præservatione.

SI propter intemperiem frigidam, totius cerebri, huic morbo aliquis est obnoxius, singulis diebus aliquid assumendum est, quod spiritus animales & calo-

calorem naturalem refocillet, & temperamentum cerebri conservet.

Nihil ad hoc ambra convenientius itaque his orbiculis singulis diebus uti convenientissimum.

℞. Sacchar. albiss. in aqu. ros. & lavend. dissol. ℥iv. ol. anis. destill. gutt. iii. ambr. gris. gr. iv. Ms. & F. confectio in rotulis. Vel,

℞ Spec. diambr. diamosch. d. an. ℥j. Sacchar. albiss. in aq. borrag. solut. ℥iv. ol. anis. gut. ii. M. F. rotulæ.

Nucem etiam moschatam tostam, & frustulatim incisam, sæpe in ore detineat. Nam hæc cerebri intemperiem frigidam corrigit.

Inchoante apoplexia, plerique omnes subitò sanguinem mittunt, sed hoc certum, occidere missionem cùm non liberat.

Suffitum etiam ex succino statim, factum, quidam vehementer probant rationibus verò eos destitui, satis ostendere eruditi Medici possunt. Sternutoria quoque periculosa sunt, utilia tamen si in loco adhibeantur. Concutere partes superiores maximè colli, rectum est. Derasso capillo cucurbitulam vertici imponera utilissimum esse, magnus Medicus experientię didicit. De aquis vitæ mortiferis nihil dico. Magna est varietas, summa in usu vanitas, atque non minus interdum quàm ebrietas, quæ hujus mali mater est, nocent. *Johannes Crato, consil.* 5.

Habeo pro singulari experimento in arcenda apoplexia usum subscriptarum pilularum de quibus ℈i. ad noctem novilunii & plenilunii exhibeo etiam æstivo tempore, debet autem frugalior cœna antecedere.

℞. Cubeb. calamenth. mastich. nuc. mosch. Caryophil. an. ℥i. ambr. ℥ß. mosch. gr. vi. cum succo majoran. formentur pilulæ. *Abraham Seyler Epist. 4. lib. 6. Epist. Cratonis & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.*

SUBSECTIO OCTAVA.

De Apoplexia ex cerebro fluido.

ANus quædam Monspessuli subitò apoplexia tacta, expiravit, cuius calvariam, cùm aperiremus cerebrum in menynge crassa hinc inde fluctuare deprehendimus, quod & dissecta dura matre, instar liquoris alicuius spissioris, & albi pultem referentis, per faciem universam defluebat. *Felix Platerus. Observ. lib. 1. pag. 16.*

SECTIO TRIGESIMA TERTIA.

Pro Apum ictu.

AB apum aculeo ictus in cute extrema indicis, cum intolerabili cruciabar dolore, autoritate Dioscoridis inductus, accepi folia viridia ipsius lauri, & fortiter pistillo ligneo in mortario lapideo contudi, & emplastri modo, hora nona ante meridiem loco affecto apposui, & sensi statim attractionem vehementem, ita ut ante prandium magna ex parte dolor ille ingens cessaverit; post meridiem autem nullum vestigium doloris in digito relictum est, hora tertia pomeridiana emplastrum cum amoverem vidi aculeum prorsus extractum, & radicitus ab emplastro evulsum, ita ut supra carnem digiti icti iaceret. Denuo Emplastrum per totam noctem admovi, & manè abiiciendo, nullo alio medicamento utens, sine dolore tum Sanus evasi. *Petrus Forestus, observ. 34. lib. 6. observ. Chirurg.*

Mercator Monspelienſis quinquagenarius, cùm summo mane ex urbe egressus esset, peregrè discessurus, & mille passuum iter ab urbe perfeciſſet, examen apum in aere volitans eum subitò invasit, & totam faciem ac cervicem infinitis aculeis compunxit. Undè graviſſimi dolores statim exorti sunt, qui eum domum repetere confestim coegerunt. Ad illum statim vocatus, hominem invenio maxima doloris impatientia oppressum, ut vix in lecto se continere posset, facies intumescebat, & rubore undique infecta erat. Iubeo statim partes compunctas illiniri theriaca,

quæ

quæ cùm doloris atrocitatem non compeſceret, fotum præſcribo ex eadem theriaca in aqua vitæ diſſoluta, quo dolores aliquantulùm mitigati ſunt, & tumore faciei imminutus. Poſtmodum locis magis dolentibus admotæ fuerunt cæpæ contuſæ in modum cataplaſmatis. Lac ficulneum etiam quibuſdam particulis admotum, ac deinde inunctiones factæ ex oleo Scorpionum *Mattioli*. Doloris acerbitas remedia ſæpe mutare cogebat, quæ per duas horas continuata, & exhibita potione cardiaca & alexipharmaca, dolores in omnibus ferè partibus ceſſarunt. Adhuc tamen infeſtabat dolor acutiſſimus in auris ſiniſtræ cartilagine, qui predictis remediis ſedari non potuerat. Animo revolvens non ſolùm apes parti admotas venenum attrahere, & dolorem ſedare, ſed etiam alia muſcarum genera, exiſtimavi cantharides duplici nomine conferre poſſe: tum quòd inter muſcarum ſpecies numerentur, tum etiam quòd attrahendi vi potentiſſima præditæ ſint. Et cùm emplaſtrum veſicatorium, quod in Officinis habetur, magnam cantharidum copiam in ſua compoſitione recipiat: ex eo paratum emplaſtrum auri admoveo, quod intra horæ quadrantem dolorem omnino ſubmovit, veſicis, non excitatis propter moram exiguam. *Lazarus Riverius, Cent. 3. Obſerv. 14.*

SECTIO TRIGESIMA QUARTA.

De Apoſtemate circa genu cujus purulenta materia per ſeceſſum excreta eſt.

VIr quidam apoſtemate circa genu regionem torquebatur, quo ſuppurato, illud ferro aperire Medicis annuentibus Chirurgus decrevit: ſed jam labente ſole, & in occaſum die, tumoris ſectio procraſtinata fuit: mane redeuntibus Medicis & Chirurgo (mirandum dictu) tumorem evanuiſſe, & pus per feceſſum evacuatum repererunt: legas & conſideres lector, quomodo, & per quas vias materia purulenta in cavitatem hypochondrii, inde per inteſtina remeans, per anum excreta fuerit. *Dominicus Panarollus. Obſ. 42. Pentateuche 1.*

SECTIO TRIGESIMA QUINTA.

Pro Appetentia canina.

APpetentiam caninam (hujus cauſa ſuccus vitriolatus in ventriculo, non ergo imperandus eſt vomitus, ne moto humore ſequatur Cholera, nec dandi ſunt ſucci vitriolati acidi, ne malum augeatur) tollit eſſentia meliſſæ cum ſpiritu vini extracta; cujus doſi cochlear. 1. Miſce cum aliquot guttis ol. carvi, præmittenda tamen ſunt univerſalia, quæ ſuccum vitriolatum ſeu bilem minuunt, & per inferiora ſeducunt, ſic extract. Rhabarbari, mechoacannæ, item panchymagogon vegetabile maximè hic laudantur. Vitelli ovorum indurati ſæpiùs comeſti, à ſpecifica proprietate Κυριωτάτη ſolvunt. *Job. Hartenanus*, prax. Chimiatr. *pag.* 168.

Curabitur fames aucta, exhibendo ea quæ acidum ſuccum in corpore temperant, infringunt, & emendant, ejuſdemque augmentum præveniunt: potentiſſimè ſuccum acidum infringunt ſalia lixiva, tum fixa, tum volatilia, ut & alia alterutro abundantia, coralia, margaritæ, oculi cancrorum: creta, lapis hæmatites, Succinum, Chalybis limatura, & ſimilia. Eundem ſuccum acidum obtundunt pinguia, & oleoſa omnia. Eum pariter temperat Spiritus volatilis ex vino, aliiſve paratus, eum denique diluunt & enervant aquea quævis copioſè uſurpata, abſtinendum ab uſu acidorum. Exempli loco ſunto ſequentia.

℞. Coroll. rubr. præp. marg. præp. an. ℈i. Cretæ alb. ℈ß. Sacch. alb. ʒiii. M. F. pulvis in 6. doſes dividend. & bis in die tribus ſaltem quatuorve poſt cibum aſſumptum horis, ex vini potentioris cochleari aſſumendus, cui forma liquida magis arridet, capiat ſubinde ſequentis miſturæ cochleare unum.

℞. Aq. menth. ʒii. aq. cochlear. tinctur. cinamomi cum ſpiritu vini rectificato per infuſionem paratæ, an. ʒß. ſyrup. abſynthii. ʒi. M. Vel.

℞. Ol. macis, granorum juniper. an. ℈i. M. in vitro.

Hujus olei guttas 2. vel 3. ſumat æger aliquoties in die, ex vini malvatici, alteriuſve

riusve generosi, aut præmissæ misturæ cochleari.

Utatur quoque fame aucta pressus, jusculis tum pinguioribus, tum ad gelatinæ consistentiam proximè accedentibus, nulloque acido conditis: nulla hic purgantia præscribo, quoniam nulla sunt hactenus mihi nota, quæ humores acidos educant blandè. *Franciscus Sylvius, cap. 2. sect. 16. lib. 1. Prax. Med.*

Villanovanus refert quendam hoc affectu percitum, panem calentem, amurca olei imbutum, comedisse, & mulierem bovis liquatum adipem, cum pari calentis olei quantitate, duabus vicibus bibisse; & in tantum cibi fastidium utrumque incidisse, ut nihil per 5. dies comederint, & à priori affectu liberati sunt: Narcotica medicamenta sensum ventriculi nimis exquisitum obtundendo, famem illam caninam possunt imminuere. Interea theriaca recens magis est ex usu, quia præter vim narcoticam, humorum etiam malignam qualitatem, quæ à nonnullis in hoc affectu subesse creditur, virtute alexiteria corrigere valet. Narcotica tamen rarò & non nisi summa urgente necessitate usurpanda sunt. Ambra grisea ad gr. v. vel vi. cum ovo sorbili sumpta, non solùm ventriculum roborat, sed etiam proprietate specifica huic affectui prodesse creditur. *Lazarus Riverius, cap. 2. lib. 9. Prax. Med.*

Magister meus quendam curavit, qui propter malam complexionem stomachi patiebatur appetitum caninum, & in cura multorum steterat Medicorum, qui eum non poterant curare. Fecit eum infundere panem in amurca olei, & postea vinum dulce & spissum dedit illi in potu, postquam panem in amurca olei infusum comedisset, & sic fastidiatus & curatus ab illa ægritudine fuit. Vidi alium quendam, qui libram unam adipis vaccini in lb. 1. olei fecit liquefieri in modum unguenti, & totum comedit, & tantum fastidiatus est, quòd stetit per quinque dies, quòd non comedit: & sic ab illa ægritudine curatus est. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib. 2. cap. 15.*

SECTIO TRIGESIMA SEXTA.

Pro Area.

POst universalia remedia, commodè hoc Linimentum ex cinere apum & oleo myrtino paratum præscripsimus, quo *Helideus* præceptor meus *Bononiæ*, uti solebat. At locus affectus priùs lavari debet Lixivio aliquo convenienti; si caput etiam radatur, & pulvere apum fortiter fricetur, capillos evocat, uti famulo cuidam evenit.

Alter etiam juvenis cùm calvus esset, neque tegmen à capite deponere auderet, ob crinium defectum. Emplastrum ex muscis tritis, terebinth. & vitell. ovorum concinnatum, appositum est; quo remedio capilli in maxima copia creverunt. Nonnullis profuit liquor à limacis rubris sale aspersis stillans, cum oleo ovorum mixtus, loco priùs panno aspero fricato. *Petrus Forestus, observ. 1. lib. 8. De externis capitis vitiis.*

SECTIO TRIGESIMA SEPTIMA.

De Argento vivo sine noxa deglutito.

HYdrargyrum in occluso vase reconditum, cùm casu mulier ebibisset, statim timore percussa, ad me consilii causa properavit, atque in itinere magnam illius, & in hypocausto meo quoque involuntariè per secessum ejus copiam exerevit, nec quid mali postea est passa. *Fœlix Platerus; observ. lib. 3. pag. 900.*

Agrestem novit *Prævotius*, qui ad deturbandam alvum argenti vivi ℥ii. quovis die acciperet, quas rejectas & probe lotas, iterum consueto more usurpabat. *Joh. Rhodius, observ. 85. cent. 3.*

Quidam sibi violentas manus inferre cupiens, libram dimidiam argenti vivi deglutivit, sed sine noxa, quod tamen contra vulgarem sententiam est, valdè enim nocuum creditur, at modò crudum sit, pondere suo subitò transit ad anum, & Catalauni illum sic puerulis adversus vermes, quos mirè fugat, propinant. *Petrus Borellus, observ. 29. cent. 2.*

SE-

SECTIO TRIGESIMA OTTAVA.

Pro Aronis punctura.

EGo cùm Aron herbam deguſtarem, atque linguæ punctionem maximam ſentirem, ſtatim commanducato Millefolio, punctio illa ceſſavit. *Petrus Foreſtus, Scholaſt. obſerv.* 10. *libr.* 30. *De Venenis.*

SECTIO TRIGESIMA NONA.

Pro Arſenici Veneno.

MUlierem quæ illud ſumpſerat, ſtatim ad vomitum coegi, & butyrum cum oleo communi una cum Cereviſia, quæ ad manum erant, propinavi, mox oleum amygd. dulc. dedi in magna copia, & egregiè vomuit; quod oleum cùm ſæpius cæpiſſet, maxime contulit. Nam quadam proprietate (ut in aliis experti ſumus) Arſenici excoriationi reſiſtit. Mox theriacam dedimus, & ſic fuit curata: quòd ſi non habuiſſet hæc remedia ſucceſſum, dediſſem propriam antidotum, eſtque ℥i. Cryſtali veri, ſubtiliſſime triti, cum oleo amygd. dulc. dedi etiam pinguia jura. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 23. *libr.* 21. *De Inteſtinorum Affectibus.*

Butyrum cùm valde oleoſum ſit natura, & emolliens, & largius potum reſolvat ventrem, contra hoc venenum utiliter uſurpatur. Sic puer qui arſenicum ſumpſerat cum jure piſcium, quia Butyrum copiosè ante ederat, ab omni malo liberatus eſt. Alii etiam pueri hoc veneno intoxicati, butyrum copiosè cum cereviſia ſumentes, melius quoque habuerunt. Sic & caniculus meus domeſticus, cùm Arſenicum in uvis paſſis progilitibus, occidendis repoſitum devoraſſet, maximaque anguſtia afficeretur, copiosè butyrum devorandum dedimus, quo valde vomuit, & illicò reſtitutus eſt. In aliis etiam quamplurimis experti ſumus in hoc caſu, butyrum præ cæteris valere. *Petrus Foreſtus, Schol. obſer.* 8. *lib.* 30. *De Venenis.*

Sumptis venenis erodentibus, non eſt præſentius remedium lacte bovino, ſi bibatur in magna quantitate, ad exigentiam ſitis; quia ſæpe ſequitur ſitis ingens tali ſumpto veneno. Hoc modo liberavi octo liberos ruſticos ad Benacum, qui ruri abſentibus parentibus, ranas captas in oleo frixerant, involutas prius farina, quæ arſenico ad capiendos mures infecta erat, & has poſtea ederant. Deinde etiam Pſaltriam illam & Meretricem Veronenſem, quæ comederat piſces frictos in oleo cum ſale & agreſta, quæ omnia à marito ſuo infecta erant veneno, ad hoc ut omnes in domo occideret, & unà etiam amaſium nobilem, qui caſu retentus erat apud amicos, ut non intereſſet huic prandio. Ubi notandum, quòd ipſa Meretrix, & pater, & canicula, qui ſtatim lac biberant, liberi omnes evaſerunt. Mater, quæ primò bibere noluit, donec videret rem in deteriùs vergere, & poſt ipſa etiam bibit, evaſit & ipſa; ita tamen ut paralytica eſſet in utroque genu, Ancilla (quam non voluerat interficere maritus, tanquam inſontem, ſed juſſerat ex ædibus ire, aliamque dominam magis honeſtam quærere) cùm non vellet bibere, ſola eſt mortua. *Joh. Baptiſtæ Montanus Conſil.* 367.

SECTIO QUADRAGESIMA.

Pro Arteria inciſa.

ORta, ut aſſolet, inter Commenſales lite, cum quidam è convivis arreptum calicem in *Alphonſi* Hiſpani familiaris noſtri faciem projeciſſet, & inciſa arteria; ac cutæ dilacerata ſanguis copioſior erumperet, multa quidem ſed fruſtra, adhibita ſunt medicamenta: cùm ea ſit arteriæ conditio, ut inciſa coire aut ſaneſcere citra uſtionem non poſſit, quare cùm ſanguis eo ſemper vehementiùs flueret, quo plura experirentur auxilia, & homo jam venis exauſtis, prorſus deficeret, ad me tandem mittunt rogantes, ut ſi fieri poſſit, amicum à morte præripiam. Veni igitur ad eum, vulnus inſpicio, virtutem probo, nullum ſupereſſe præſidium judico, præter uſtio-

uſtionem ſolam: quare ea qua potui diligentia inciſam arteriam candenti ferro inuro, & ſtatim ſuppreſſus eſt ſanguis, quo inhibito, reliquum puræ facilem ſatis & expeditum habuit ad ſanitatem regreſſum. *Antonius Benivenius, cap. 49. lib. De abditis morborum & ſanationum cauſis.*

SECTIO QUADRAGESIMAPRIMA.

De Arthritide.

ARthritis, ſeu morbus articularis (quem guttam Barbari dicunt) articulorum plurium eſt dolor ſubinde recurrens, quem humoris ſeroſi & acris, fluxio in eos decumbens, excitavit; Partes affectæ ſunt membranæ, tendones, & ligamenta à perioſtio ortum ducentia, ac proinde ſenſu prædita; ab illis enim omnibus firmatur articulus. Conjuncta Arthritidis cauſa unitatis eſt ſolutiò, antecedens verò humor ſeroſus ſalſus & tartareus, ab alimentis tartaro imprægnatis, propter partium concoctioni proſpicientium imbecillitatem, non ritè digeſtis, originem ſuam trahens. Ad articulos ut pervenit humor hic ſalſus, & ſubtilis, partes ſentientes partim ob loci anguſtiam diſtendendo partim verò ob ſui acrimoniam lancinando & vellicando, ſæviſſimos & acutiſſimus parit cruciatus, qui vix acne vix quidem ſopiri queunt, quamvis vel ipſius Apollinis auxiliares adhibeantur manus. Hinc eſt quod etiamnum nuncupetur Medicorum opprobrium.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Arthritide in Muliere.

QUædam bene habita & craſſa admodum mulier annorum 25. quæ ſemel adhuc tantùm pepererat, cruciatu magno affligebatur circa coxendicis articulum, mox etiam in poplite, tandem in manibus, pedibuſque, & in dorſi regione atque cervicis, ipſiuſque mandibulæ articulo: tumor cum rubore in certis locis ſe manifeſtabat, adeoque torquebatur, ut ex contactu, decubitu, & ſeſſione dolores intolerabiles patereturr. Vocatus ego à vino illam abſtinere juſſi, illiuſque loco aquam coctam, & lac amygdalinum bibere. Pilulas has quoque exhibui.

℞. Pil. ſine quibus ℈ii. cum aq. ſalviæ formentur.

Sequenti die inungere juſſi loca dolentia.

℞. Ol. Chamæm. Lil. amygd. d. an. ℥i. unguenti dialth. ℥ß. M. Ungantur manibus made factis priùs Aqua vitæ.

Sequente die permanente ſummo dolore, ſub veſperam bibit ſequentem julepum.

℞. Syrup. papav. julep. roſat aq. roſ. an. ℥ß. M. quievit & ſudavit, ſicuti poſt narcotica ſumpta fieri ſolere, jam ſæpe obſervavi; quia verò ſudor profuerat, ut deinceps quoque ſudaret ordinavi ita.

℞. Lig. Guajac. ℥i. Sarſæparil. rad. liquiritiæ, ℥i. paſſul. ℥iii. fiat decoctio in menſura iß. ſeu ℔vi.) aq. ad tertiæ partis conſumptionem aromac. cinamom. bibat de hoc decocto ſummo manè, ſudet. Uſa tuit dies aliquot, & tolerabiliùs ferebat dolores.

Iterum redeuntibus doloribus, ſumpſit tabulas meas opiatas, & placidè dormivit, iterumque ſudavit, ab eoque tempore cœpit malum mittere. Ad tollendas mali reliquias, detracto primum ſanguine, quia corpus plethoricum erat, dedi ſequens Apozema.

℞. Ligi Gujac. ℥ii. lig. Saſſaphras ℥i. rad. enul. ℥ß. fol. Chamæpit. Mi. flor. anth. Salv. an. p. i. fol. Sen. ℥iß. ſem. Coriand. ℥i. ſem. Fœnic. ℥ii. ſem. Cartham. contuſ. ℥i. F. decoctio in Colat. ℔i. infunde agarici troch. ℥iii. zinzib. ℥ß. F. expreſſio, aromat. cinamomi ℥iii. fiat apozema pro 4. vel 5. doſibus; addendo ſacchari ℥iß. Inde meliùs habuit, & iterum ſanitati reſtituta eſt. Præmonita priùs, ut parcè cœnaret, aliquando quoque cœnam omitteret. *Fœlix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 491.*

Aqua frigidiſſima dolentem locum perfundere docet *Hippocrates*, quod, cùm admodum repellendum & refrigerandum, fieri poteſt. Nivem etiam adhibitam aliquibus profuiſſe conſtat. Acetum quoque frigidum infuſum; vel cum panno in eo madefacto, applicatum, ſæpeque repetitum, aliqui valde laudarunt. *Fœlix Platerus. Praxeos Med. Tom. 2. c. 16. pag. 643.*

Aliqui cùm inceperunt hoc morbo laborare,

borare, frequenter in aqua frigida nataverunt, & sic evaserunt morbum, roboratis partibus, & vasis constrictis, & repulsis humoribus partes internas. *Guil. Rondeletius cap. 81. lib. 3. Prax. Med.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Arthritide & præcipuè Gonagra in Muliere.

INter alia plurima quibus utebatur, decoctum hoc illi imprimis profuit.

℞. Lig. Guajac. raſ. ℔ß. rad. enul. ʒß. ebul. ʒi. hermodactil. ʒß. ſen. ʒiij. agaric. ʒß. zinzib. ʒi. mellis ℔ß. vini poculum i. aquæ menſ. iiß. Coq. ad conſumptionem mediet atis, aromat. cinamom. ʒj. bibit dies aliquot cum levamine ſingulis diebus poculum j.

Cùmque gonagra potiſſimum illam excruciaret, deque hoc dolore præſertim præ aliis conqueretur, aquam hanc, qua genu inungeret præſcripſi.

℞. Aq. vitæ compoſ. ex ſpeciebus calidis, herbis capital. aromatib. & caſtor. paratæ ʒiß. aq. vitæ ſimplicis ʒiij. opii diſſolut. in aq. vitæ ʒj. croci, ſtorac. liquid. an. ℈j. M. qua aliquoties uſa tantùm levaminis ſenſit, ut quiete fruens, nullo ſe uſum remedio quod citiùs & rectiùs quàm hoc dolorem ſuſtuliſſet, prædicaret, verùm cùm poſtea nonnihil dolor denuo erupiſſet, & prius medicamentum abſumptum eſſet, ſequens ordinavi.

℞. Aq. vitæ. compoſ. ut priùs ʒiij. Croci, Storac. liquid. an. ʒi. ol. ſpicæ ℈ß. caſtor. ℈i. M. utatur, quod ita profuit, ut nunquam dolorem ampliùs in genu ſenſerit. *Fœlix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 496.*

Dolenti genu in viro quodam, hoc Cataplaſma valde profuit.

℞. Medull. panis ℔i. Coq. in lacte, adde farin. ſem. papav. nig. ʒi. pſyllii, ʒß. lini ʒi. ol. chamæm. ranarum, an. ʒij. croci ℈i. curatus ſic fuit. *Platerus obſerv. lib. 2. pag. 496.*

SEBSECTIO TERTIA.

Pro Arthritide generali.

ADvocatus quidam, poſt varios morbos, quibus à teneris erat obnoxius, & tandem poſt dyſenteriam, & podagram, in Arthritidem, plurimis articulorum locis ſimul affectis & dolentibus, inciderat, cujus cauſam cùm illi expoſuiſſem, curationem ſequentem præſcripſi.

℞. Hermodactyl. veri ʒij. agar. rhabarb. an. ʒi. myrobal. citrin. chebul. an. ʒß. rad. pentaphyl. ariſtol. rot. an. ʒß. ſpic. maſtich. ſuccin. an. ℈i. cubeb. zinzib. an. ʒi. diagridii, ℈i. Extract. chamepit. ʒi. reſin. Laric. q. S. F. maſſa pilul. Sumat bis in ſeptimana, an. ʒß.

Multum ille ſucceſſum pilularn prædicavit. Electuario etiam ſequenti uſus eſt.

℞. Fol. Chamædr. chamæpit. an. ʒß. fol. ſalv. beton. thymi, an. ʒi. ſem. hyperici. ʒij. rad. acori veri, pentaphyl. an. ʒi. ſuccin ebor. cineris cranii hominis, an. ʒiß. margar. ʒß. mellis anthos. ʒiv. F. Electuarium, capiat ʒi. alternis diebus manè ſuperbibendo aq. hyper. & chamepit. ʒij. dulcorando eas cum hydromelite vero, quod malvaticum vinum refert, ut ſudaret quoque altero die, quoties pilulis præcedenti uſus eſſet. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 498.*

℞. Ol. Laurin. ʒij. ol. lumbric. ʒiß. aq. vitæ, ʒß. camphora, ℈i. opii, ℈ß. Coque, & illinat locos dolentes, manè & veſperi, pannoque tepido partes obvolvat. *Fœlix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 493.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Artbritide ex materia calida in viro quodam 40. annorum.

PRopinata Caſſia, venam in brachio ſecari juſſi: deinde Caſſia diſſoluta; cum ſucco ſolani appoſita, iuxta *Avicen* egregiè profuit. Si ſuccus deficit, *Petrus Bayrus, Caroli II. Sabaudiæ* Ducis Medicus, eius loco aquam accipit, & unà cum Caſſia infuſa, petias ex panno in iiſdem infundit, & æſtate frigidè hyeme calidè frequēter applicat.

cat. Si dolor non fuiſſet ſedatus, locum affectum obliviſſem. Iuxta eundem, cum vitello ovi ſoluto cum ol. roſac. aut cum ſantalis rubris, ſucco ſolani, portulac. aquæ lenticulæ, ſucco radicis ſalicis. Oleum de ranis etiam mirabiliter prodeſt. Conferunt hæc in Arthritide calida, remittendo dolorem, & prohibendo fluxum humorum ad locum dolentem. Plurimi antiqui & moderni utuntur in forti dolore linimentis ex opio. Sed illud non laudo cum *Bayero*; quia impingunt materias in parte affecta, quæ poſtea tardè aut nunquam reſolvuntur. Ego potiùs utor (quod etiam idem *Bayerus* commendat) lacte calido cum pannis ex lino infuſo, unum poſt alium ſæpe imponendo, id multis profuit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 2. lib. 29. De Arthritide & extern. partium affectibus.*

Electuarium Caryocoſtinum mirabile eſt ad auferendum dolores iuncturarum, ſubitò ſolvens ſine moleſtia, ignitum calorem extinguens, & contemperans membra patientis in tantùm, ut a Sella, redeat ad locum proprium ſine alterius auxilio; ſicut in me ipſo expertus ſum. Correptus fuit a doloribus iuncturarum, 8. aut 10. vicibus, qui omnes meas iuncturas minimo tempore, citiſſimè & furiosè occupabant: Cepi itaque de eo ʒß. in aurora involvendo in nebula madefacta in vino albo illinc ad duas horas incepit operari fortiter, abſque ulla moleſtia. Eram adeò impotens, quod ſolam linguam movere poteram, & quando ibam ad ſellam, oportebat me habere quatuor homines, qui me ponerent ſuper eam, & maxima cum difficultate; poſtquam ſolutus eſt venter 4. ſedibus in quinta ſenſi me à doloribus multùm alleviatum, & cum auxilio Dei, abſque alterius adminiculo ivi ad ſellam, & ab eadem redii, & eodem die ambulavi liberè per Muſæum meum: Sequenti verò die liber evaſi; & illud met expertus fui duabus aliis vicibus. Tandem cogitavi longè præſtantius eſſe uti regimine præſervativo, quàm expectare, quoad dolores me furriperent; nam ſtatim cum ſentiebam me habere ſigna repletionis, capiebam de dicto Elect. ut ſupra, & hoc ter aut quater in anno, ita quòd ſunt modò plus quàm 26. anni, quibus nullo modo a dictis doloribus ſui moleſtatus, & adhuc eundem modum obſervo. *Gal.* ſecundo ad *Glauconem*, huius electuarii mentionem facit. *Petrus Bayerus, lib. 18. Practicæ ſuæ, cap. 1.*

Poſt univerſalia remedia, ſolo lactis cremore oblinendo partes affectas, dolorem mirum in modum ſedavimus. Chirurgus quidam *Leydanus* lenticulum aquæ & flor. chamæm. decoquebat in lacte, addendo parum hordei farinæ in fine ad modum Cataplaſmatis, & apponebat ad ſedandum dolorem cum maximo miraculo; in progreſſu addebat plus de farina hordei. Quidam curati ſunt ex teſtudinum carne applicata. Quidam podagræ ingentes dolores patiens, capram intra cubiculum ſuum apportari, ac ut ex ea lac ſupra mem. brum dolens emungeretur curabat, quo dolores diminui & meliuſcule ſe habere evidenter ſentiebat. Nec quidem iniuria, nam lac ſic recens emulctum dolores mitigat & remittit, eſt autem remedium hoc, ut refert *Amatus cent. 6. curat. 41.* Turcarum principibus commune & familiare ſatis. *Petrus Foreſtus, obſerv. 3. lib. 29.* De Arthritide, &c.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Arthritide ex materia pituitoſa in muliere.

HUic pilulas ex hiera & agarico exhibuimus, craſſoſque humores extenuavimus cum oxym. ſimpl. & compoſ. poſtea purgavimus cum infuſo agarici, & oxymel, deinde decoctum Saſæparillæ dedimus & locis affectis imponi iuſſimus (iuxta Benedictum Veronenſem) rapas concoctas, & contuſas, idque calidè. Nam rapæ ferventis calor impoſitus prodeſt, uti & radix cucumeris ſylveſtris ex aceto cocta & illinita, & menthaſtrum tritum impoſitum, quæ egregiè iuverunt.

℞. Ol. Lumbric. Lilior. aneth. rutæ: an. ʒiij. vini alb. & ſapæ. an. ʒiij. ranarum num. 30. ſalis. ʒi. decoq. ad oſſium ſeparationem facta forti expreſſione, adde terebinthinæ, & Croci parum, F. linimentum quo ungantur partes affectæ. *petrus Foreſtus. obſerv. 8. & Schol. lib. 29.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Arthritide.

QUidam graviſſimos dolores articulares, podagricos, & Chiragricos, ſæpiſſimè levabat caulibus rubris, apud ignem calefactis, & locis affectis impoſitis. Butyro recenti aut majali caules primò obtinebat, deinde applicabat, & ſæpius renovabat. Sequenti quoque experimento, poſt univerſalia remedia, plurimi à dolore tum podagræ, tum Chiragræ, ac morbi articularis liberati ſunt.

℞. Stipites duos Sambuci, 10. vel 12. digitorum, à quibus extrahatur medulla interior, tum impleatur craſſo ſale, & luto, utrinque foramina ſigillentur, ne ſal excidat, poſtea in tegula ignita ſæpius circumvolvendo comburantur, & fiat pulvis: cui addatur ol. Lavendul. & roſac. q. ſ. ut coeant in unguentum, quo loca affecta & dolorosa inungantur, hoc remedio multi ſanati ſunt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 10. *& Schol. lib.* 29. De Arthritide, &c.

Retulit mihi Vaſtellius, quondam penſionarius Mechlinienſis, ſe, cùm in lecto decumberet ex doloribus articulorum, ut nulla membra movere poſſet, bibiſſe decoctum Cereviſiæ in aqua radix lappæ incocta erat: quo epoto, cùm nullis remediis à Medicis curari poſſet, plurimum minxit lotium album inſtar Lactis, & à doloribus curatus fuit. *Petrus Foreſtus, obſer.* 7. *lib.* 29.

Multos curavi poſt univerſalia remedia, libo lini decocto cum aqua malvæ vel Chamæm. aliquando cum lacte.

Hoc Empiricum propriè in declinatione, aut in materia frigida, poſt purgationes, egregiè commendatur: & eſt *Bertrutii*.

℞. Adipis ranarum ℔iß. butyri rec. ℥iv. ung. martiat. agrippæ, dialthææ. an. ℥iii. ol. Chamæm. aneth. Caſtor. an. ℥ii. ol. roſ. ℥iv. ol. coſtin. terebinth. an. ℥i. ol. communis antiquiſſ. ℔i. Ceræ ℥i. Sevi caſtrati vetuſtiſſimi ℔i. Euphorb. ℥ß. reſin. pini ℥ii. thuris ℥i. conficiantur omnia ſimul ad formam unguenti, ad ignem calidè inungantur, eſt mirabile. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 12. *lib.* 29.

Inter externa remedia utilis eſt ſal tritus oleo dulci commixtus, atque artubus affricatus, quo tempore dolores non urgent; nam partes quaſcunque dolore affectas, non eſſe irritandas, ſed in quiete detineri debere, aqud omnes conſtitutum eſt. *Hier. Mercuriali, conſult.* 75. *tom.* 1.

Arthriticos dolores omnis generis, iſchiadicos, & podagricos, curabat vetula quædam Ulmenſis, miro effectu in plurimis, hac ratione.

℞. Senecion. agrimon. artemiſ. Scolopendr. ſummitat. juniper. hederæ, filicis an. M ii. F. decoctio in aq. font. q. ſ. & ex hac fomentum pro pedibus, ægro undique probe tecto, ne vapor à pedibus convertatur, poſtea inungit hoc linimento.

℞. Pingued. Canis. Ol. Lini. Laurini, Medull. cerv. an. ℥ß. F. linimentum.

Nobilis quidam nullum præſtantius experimentum teſtabatur doloribus podagricis, quàm pinguedinem erinacei inunctam, quod Chirurgi cujuſdam Auſtriaci ſummum ſecretum ſæpe fœliciter uſurpatum viderat. *Hier. Reuſnerus, obſerv.* 115.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Arthritico dolore.

℞. PUlv. roſ. ℥ii. maſtich. ℥i. Croci ℥ß. Camphor. ℥ß. farin. hord. ℔ß. bulliant omnia lento igne in vino albo, uſque ad eorum convenientem inſpiſſationem, eadem continuò cum ſpatula commiſcendo, & de hoc calido membra omnia diligenter emplaſtrentur, & circumligentur. Hoc medicamen non ſolet me decipere in confortando membra, ſedando dolores, reſolvendo & exſiccando materias. Dico etiam, quòd ſi magna quantitas pulveris Hermodact. teratur cum lacte caprillo, & ſpongia iis intuſa calidis, fomententur membra, confert ſolenni juvamento. *Bartholomæus Montagnana, conſil.* 238.

℞. Ol. roſat. omphac. an. ℥iß. maſtich. Sandarach. an. ℥ß. Croci. ℈i. conquaſſentur in mortario, & liniatur cum iis membrum decies in die, & infundantur in ipſo panni linei quibus membrum circumligetur. Et ſi velis hoc medicamen ſolennius efficere, tunc cum eo conquaſſetur

ſetur ʒß. aceti. Ipſum enim dato quod ſit frigidum, confertim Emplaſtris Sciæ & dolorum junctura rum, eo quod penetrare facit alias medicinas, verſus finem augmenti ita agendum.

℞. Lactis vaccin. ℔i. Croci. ʒi. vitell. ovorum numero iii. albumina duo ovorum, farin. hord. ʒi. Conquaſſentur hæc omnia in mortario, & Emplaſtrentur membra intincto in iis coto: Cùm autem dolores vehementiſſimè moleſtant, erit conveniens anodynum.

℞. Vitell. ovorum numero x. Conquaſſentur in frixorio, & ſuper cineribus calidis coq. leviſſimè, cum ℔ß. ol. roſat. uſque ad inſpiſſationem addendo Croci ʒii. hoc remedio vidi dolores in inſtanti ſedatos. Et ſi renovetur ſæpe, non fuit mihi neceſſarium recurrere ad alia auxilia; & non eſt mirabile, in hoc enim compoſito latet virtus anodynitatis, melior fere quàm reperiri poſſit, taceo hìc narcoticorum applicationem, quæ nunquam mihi placuit. *Bartholom. Montagnana, conſil.* 242.

Non abs re fuerit, ſi ſemel ſaltem in menſe caperet ex elect. caryo coſtino ʒii. vel ʒiii. vel ad ſummum ʒß. manè horis 4. ante prandium, quod maximè commendatum eſt in hoc genere morbi, ſicut experimento fuit ſæpiſſimè comprobatum. Non ſolum ſolvet alvum, ſed etiam materias morbificas educet. *Hieron. Capivaccius conſil.* 26. *lib.* 7. Conſil. Cratonis & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.

Quidam dixit mihi quòd accipiebat noctuam bene pinguem, & deplumatam coquebat in modum pulli, & dabat eam ad comedendum, & brodium ad bibendum, & hoc ſolo multos arthriticos curabat.

Electuarium Papæ Valens contra Chiragram, Podagram, Sciaticam, Colicam & Ileon.

℞. Succi fœnugr. depurati ℔iv. mell. deſpumati ℔. ii. bulliant lento igne ad ſuccicon ſumptionem, tunc deponatur ab igne, & infrigidari permittatur, deinde adde pulv. hermodactyl. ʒiii. ut fiat electuarium de quo ſumat ter in hebdomada mane ad magnitudinem caſtaneæ in aqua appropriata. Muſtela in vino & oleo cocta uſque ad diſſolutionem, deinde piſtetur, per pannum coletur, & addita cera fiat ceratum, partibus affectis applicetur. Utile eſt:

Item ℞. Raſ. c. cervi. Coqu. in vino ad vini conſumptionem. Item addatur vinum, & hoc fiat ad minus 5. vicibus. Cum eo quod remanſerit liniantur loca dolentia: mirabiliter enim dolorem amputabit. *Arnoldus Villanovanus, Practic. lib.* 2. *cap.* 31.

Poſt purgationem utebatur tali balneo:

℞. Aluminis crudi M. i. ſal. M. ii. fol. quercus, plantag. ramentorum ligni juniperini, an. M. v. Mixta coq. omnia in aq. font. q. ſ. ad balneum. In hoc ægrotus quotidie bis, mane & veſperi, reſidebat ad duas horas, & tertio quoque die renovabat: ſicque brevi tempore ſanitati reſtitutus fuit, *Deo* Archiatro ſoli laus. *Martinus Rulandus, cur.* 48. *cent.* 1.

Mulieri arthriticæ 62. annorum ſequentem adhibui Medicinam. Purgato corpore per dies aliquot in aurora bibit de ſequenti decocto ʒviii. calidè, quo in lecto multum ſudabat, ac ipſi valde proficiebat. Eſt autem hoc.

℞. Summitat. cent. min. M. ii. rad. aſar. ʒii. bulliant in aquæ ℔. x. ad medias, & colentur. Cùm manè quotidie ſudaret modo prædicto, veſperi utebatur balneo iſto.

℞. Gran. juniperi ℔iiß. ligni juniperini ℔iv. Coq. in aquæ font. q. ſ. ad balneum. In hoc patiens quotidie reſidebat veſperi ad duas horas vel diutius. Atque ſic brevi temporis ſpatio dolores omni ex parte levati ſunt, & ægrota mulier perfectè ſanata eſt. *Martinus Rulandus, cent.* 2. *cur.* 32.

Arthriticis utiliſſimus eſt lactis potus, qui ab aliquot annis revocatus eſt in uſum à Medicis *Pariſienſibus*, exemplo *Hippocratis*, qui lib. de Affection. jubet podagricis lac aſininum præbere; non ſolùm autem lac, ſed ſerum lactis coctum. Cùm enim cauſa arthritidis efficiens ſalſum quid, aut acidi & acris naturam redoleat, nihil eſt quod ſales illos magis temperet ipſo lacte & ejus ſero, quod *Hippocrates* coctum iubet potandum, ne frigiditate, ut opinor, ſtomachum lædat: Quo autem modo ſit utendum, in qua etiam quantitate ſumendum, non docet. Hodie tamen, more recepto ex Medicis Pariſienſibus, Arthritici ſolo lacte nutriuntur, ipſoque

vaccino. Quòd si lac non sufficiat ad nutriendum, mica panis albi infunditur in lacte tempore prandii, & manducatur. Hoc modo nullus datur locus materiæ tartareæ generationi, & si qua sit in corpore demulcetur. Hac victu ratione multi ab Arthritide fuerunt immunes, impedita materiæ acutæ salsæ & corrodentis generatione. *Nicolaus Chesneau. lib. 4. observ. c. 1.*

Continuo lactis usu, & abstinentia ab aliis cibis, novi quamplurimos *Lutetiæ Parisiorum* a diro illo morbo liberatos. *Hippocrat.* lib. de morbis usum lactis asinini laudat, serioque commendat. Spiritus salis aqua ulmariæ temperatus, & parti dolenti penna illitus conducit. *Constantinus Rompsius. Compend. Medic. practic.*

D. Michael Doringius collega meus, propria morbi calamitate coactus, sequentes pilulas præservativas invenit quas per 30. dies singulo trimestri pondere ʒß. sumit, & ab insultibus, quos antea passus est, seipsum præservat; quæ ita habent.

℞. Pulv. chamæpit. chamædr. veræ an ʒii. cent. min. rad. aristoloch. rot. rha. pontici veri, gentianæ, sem. hyperic. cranii humani præp. an. ʒiß. rad. cichor. santal. rubr. an. ʒi. Incorporentur cum s. q. succi chamæpit. addendo nonnihil terebinth. cypreæ pro meliore unione f. pilulæ pro lubitu. His ipsis eodem modo prescriptis mercatorem hic jam in tertium annum præservavi, ut non nisi levissimos tantùm arthritidis insultus semel expertus sit, quos gravissimos antea sæpius annuatim sensit. *Gregorius Horstius, observ. lib. 8. observ. 3.*

Purgantibus maximè convenientibus accedat hoc specificum, pulvis scilicet arthriticus, qui semel saltem in mense circa plenilunium, cùm maximè turgent tumores, à ʒi. ad ʒiv. plus aut minus pro morbi magnitudine, virium præsertim ægri habita ratione, usurpari debet. Qui sunt plethorici, & podagra graviter vexantur, ii quoque illum in usum ducere poterunt, suspectis præcipuè tempestatibus, ex pingui caponum jusculo, vino albo, cremore hordei, lactis sero, cujus haustum à sumpto medicamento ingerere convenit.

℞. Raf. carnii humani insepulti, turbith. hermodactyl. jalap. sen. crem. tartar. diagrid. caryophill. an. ʒi. M. ac in subtilem pulverem terantur. Hic pulvis vicem aliorum supplere potest, excepto mercurio, cujus vim & energiam cæteris omnibus antepono. Cujus ℈i. felicissimo successu exhibetur, additis stimuli gratia, ne moram trahat in corpore, 20. aut 25. granis. pil. coch. min. & correctionis gratia, aliquot auri foliis, guttisve oleorum destillator. rorismar. anisi, aut cinnamomi.

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Arthritide.

IN principio consulo, ut viæ per quas humor illabitur, astringantur, nimirum si in pedibus dolor est, obvolvatur crus aliquo astringenti medicamento qualicunque, exempli gratia, fascia madefacta in posca quæ malicorium incoxerit, vel gallas albumen dissolverit, vel illita unguine ex rosaceo myrtino oleo, admixto aceto, albumine ovi & pulvere aliquo adstringenti, hoc quanti sit momenti in omnibus defluxibus, si sint in principio, vix credi potest; quare minor hoc tempore fere à plerisque Medicis omitti. In principio etiam, munita hoc modo via, exhibere soleo magno cum successu, purgans aliquod medicamentum, pro ratione humoris: doctus primum ab *Alex. Traliano lib.* 11. cujus opinionem etiam ex Galeno comprobare possum, licet à multis hoc tempore reformidetur: quasi quæ exagitata sit, non amplius moveri debeat materia, ne magis magisque in partes imbecillas labatur. Cùm tamen eo tempore fluens illa materia haud sit furenti vel turgenti dictæ ab *Hipp.* dissimilis, quam primo & quarto aphor. libris, jubet nulla interposita mora evacuari à corpore. Sane nulla alia ratione conveniret saltem revulsionis & aliquando derivationis vices sustentaret, quapropter & si vomitus sollicitaretur non improbarem. Præterea nolo tibi hoc ignotum, me hic fœliciter uti solo & simplici diachalcitide: cujus facultates vide apud *Gal. lib.* 1. de comp. med. sec. genera. Hoc illitum supra alutam applico juncturis, quæ pati solent, & jubeo ut continuò applicitum circumferant, sub noctem auferentes si lubet, & exsiccantes mane reponant, testorque hic Genuenses

esse

eſſe prædivites mercatores, quibus alias cùm ſolet eſſe res cum podagra, jam ſe hujus eſſe integrum quinquennium reddiderunt. *Reinerus Solenander, conſ. 19. lib. 1.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Arthritide ad virum quendam.

PRo præſervatione, ſanguinis miſſionem, & purgationem, certis anni temporibus, tibi proficua judico; ut & uſum decocti ligni Guajaci. Inter utrumque tempus purgationis, videretur mihi conſultum eſſe, uti aliquando leviori purganti medicamento, quod prima ſolum viſcera aliquando aggravata expurgaret, quare ſit uſus hujus electuarii frequens.

℞. Succi fœniculi depurati ℔ii. melis deſpumat. ℔ i. coq. lento igne uſque ad ſucc. conſumptionem, frige facto adde hermodactyl. ʒiß. M. doſis Caſtaneæ magnitudo bis terve in hebdomada cum decocti aniſi, fœniculi, carvi, ſen. agar. ʒiß. hujus loco velim aliquando, in ingreſſu menſæ aſſumeres cochlear unum Syrup de ſpina Cervina, quem ſæpe in hac diſpoſitione proficuum cognovi, exhibeatur diſſolutus in vino vel jure carnium, & quoniam fere ſolum ſeroſum humorem educit, & aliqua ex parte bilioſum, minus pituitoſum & craſſum, poteris aliquando uti his pilulis videlicet ſemel in menſe.

℞. Agar. troch. hermodact. an ʒiß. turbith. el. ʒi. troch. alhand. ℈iß. mirobal. Chebul. Citrin. an. ℈iv. rei, maſtich. Zinzib. an. ℈ii. ſpec. hieræ ſimpl. ʒi. cum melle roſac. f. paſta pro pilul. quæ craſſa & viſcida recrementa educunt potiſſimum. Ut artus firmentur, ad vigilandum ne pedes, vel cæteri artus ullo frigore premantur, aut humore madeſcant, abſtergendi tam veſperi quàm manè ſicciore linteo. Lavandi item ſingulis 14 diebus aqua chalibeata, ſaſſa, incoctis roſis, ſalvia, iva, verbaſco, artemiſia, vel id genus ſimilibus. Poſt ablutionem perungendi oleo roſaceo omphacino, intrito ſale. Ad mali præſentis curationem jam veniendum. In principio influens humor ſtatim vacuandus venit, & revellendus, quod commodiſſimè fieri poteſt vomitu & medicamento purgante: quod licet quibuſdam non probetur, tamen ego multa experientia didici mirum in modum prodeſſe; neque novum illud eſt, & inuſitatum etenim *Trallianus lib.* 2. expreſſis verbis jubet exhibenda ſolutiva non ſolum præſervationis ratione, per morbi intervalla, ſed in ipſis mali paroxiſmis. Intercipiantur viæ, ut dictum eſt ſupra, quoties medicamentum purgans per os aſſumendum erit: nam ſic fiet, ut exagitatus & ad motionem expeditus humor, minùs illabatur in juncturas. Si dolor vehemens acceſſerit, utatur hoc cataplaſmate quo frequenter fœliciter uſus ſum in magnis doloribus tam iſchiadis, quam podagræ.

℞. Cicutæ, parietar. Lapath. malv. an. quantum placet, coque in vino albo bono, coctis & contuſis adde axungiam porcinam recentem, & ſubtiliſſimè tritum furfur. Et F. Cataplaſma, applicetur loco dolenti, poſtquam fluxio deſtitit & dolor ceſſavit, humoris reſolutio tentanda eſt fotu cum decocto rad. alth. flor. ſtæchad. Lavendul. Calamenth. Chamæm. melil. & ſalis momenti, & hoc cerato.

℞ Diacalcit. ʒiii. diachyl. ireat. ʒi. Emplaſt. è melilot. vel oxycroc. (ubi magis reſolvere velis) ʒß. emoliantur inſtillato oleo vulpino, & extend. ſuper alutam.

In hunc uſum etiam mirè valet decoctum vulpis integri adjectis ranis, & lumbricis, & herbis paulo ante dictis, hiſce addam (licet quæ hactenus ſcripſi ſufficiant) hoc naturale remedium, cujus ego experimentum vidi hiſce meis oculis, Epiſcopus quidam mihi familiariter notus, graviter laborabat arthritide: cùm ubique auxilium imploraret, remediaque undique conquireret, inteligit monachum quendam eodem morbo laborantem, remedio ſequenti curatum eſſe. Accipiatur teſtudo maſcula (cognoſcitur inter cætera ex caudæ diſcrimine, & leni, ſub inferiore teſta inciſuta) ubi luna fuerit maximè lumine diminuta, priuſquam cum ſole conjungatur: amputentur vivæ crura omnia, ea conſuta in ſaculos, ex pelle hædina anguſtos, alligentur membris patientibus, ita ut dextrum crus teſtudinis dextro cruri ægrotantis reſpondeat, ſiniſtrum ſiniſtro: item anterius crus dextrum, brachio dextro applicetur,

ſiniſtrum ſiniſtro, quo loco alligari debeant non expreſſit Siculus Medicus cujus fuit experimentum certiſſimum: Monachus verò ſupra genua ſuſpenderat, & in brachiis ſupra cubita. Quibus poſtquam uſus eſſet, cœpit paulatim melius habere, genua quæ humore mirum turgida fuerant, cæterique pedum articuli egregie detumuerunt, adeo ut membra iam agiliora ſine ſcipione levarentur. Aptavimus his intellectis idem remedium Epiſcopo, ex quo tempore cœpit paulatim meliùs, habere, ſed cùm ſtatim mihi abeundem fuit, intelligere non potui an penitus convaluerit. De differentia teſtitudinis nihil addidit Monachus: Si quid tamen inde auxilii ſperandum ſit, arbitror in podagra frigida, applicandas terreſtres; in calida, aquaticas. Nam illud diſcrimen obſervare ſoleo, in unguento quodam quod ex teſtudinibus ad arthritidem compono, quo alias ſum fœliciter uſus. Nolim hoc aut ſimile remedium parvi fieri, quod ab uſu communi, aut a ratione alienum videatur: nam multa ſunt in rerum natura, quæ experientia talia comprobat; licet ratio nihil inveniat, quo illa diiudicet. *Reinerus Solenander*, *conſil.* 20. *ſect.* 1.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Arthritide.

UT articuli firmiores fiant ac roborentur, & eorum laxitas conſtringatur, ſolent Medici à Galeno edocti, quietis tempore extra paroxiſmum artus confricare oleo crudo, vel roſaceo intrito ſale. Inungatur etiam hoc linimento, quod valde probo.

℞. Ol. omphacin. ℥ij. ol. maſtich. ℥i. Sal. bene torrefact. ℥ij. boli armen. ℥iij. Sang. drac. hypociſtid. thuris, maſtich. an. ℥iiß. terantur quælibet per ſe prius ſubtiliſſime, tum cum oleis in mortario exactæ lævigata Miſce pro linimento.

Probant multi partium pati ſolitarum lotiones ex aqua aluminoſa, quæ mihi magis placerent, ſi alumi ſalis aliquid, & ſulphuris modicum adjiciatur, ut Guainerius habet: nam ita ſulphuris vi reſolvente, & emolliente aliorum efficacia temperatur.

Conſcindunt aliqui ligni iuniperini ſcobem aut ramenta, aqua pluvia chalybeata ſufficiente coquunt, donec aqua ex ligno tingatur, & cum ea fiat crurum, pedum, & articulorum lotio. Ita enim vidi aliquoties incipiens malum percuratum diſcuſſumque.

Andernacus in fine ſecundi dialogi de balneis, lotionem pedum ad podagram habet, quam dicit multis valde profuiſſe; lixivium parat ex fagi cineribus, & ter aut quater colat; deinde tantumdem vini admiſcet aluminis poſtea ℥ij. adduntur: omnia in fictili vitreato conjuncta caleſiunt ad ignem, ſed ita ut non efferveſcant, deinde transfunduntur in vas in quo pedes conſiſtere poterunt: hi autem tam late lavacro inſiſtent, ut aqua ſupra talos excedat; exterahit humidam pituitæ materiam in articulis hærentem, quæ deinde linteo puro abſtergi debet, tam calidum erit lavacrum quam pedes ferre poſſint, adhibeatur manè & veſperi ante cibum. Cùm malum minatur acceſſionem, & poſt ipſam, utile eſſe poteſt idque in ſeptimana quater aut quinquies; nec deterreat ſi pedes tumidos inde rubenteſque fieri conſpiciat; hæc *Andernacus*: Huic ſimile eſt quo ego fœliciter aliquoties uſus ſum. Adnaſcitur ad radices quercus fungi rubri quædam ſpecies, quemadmodum hypociſtis ſub cyſto, quare etiam hypodryn hunc fungum nominare ſoleo: hunc conciſum minutim in lamina cum trito ſale, in ollam teſtaceam indo, ita interſpergens ſalem tritum, ut particularum ſtrata quælibet ſalem intermedium recipiant. Sic permixtim conditum fungum in penu ſubterraneo ſepono, ita reſolvitur & magna ex parte liqueſcit in muriam: ea muria confricantur, & illinuntur partes pati ſolitæ? quem ego primum iſto uti vidi, is in doloribus utebatur, & profuit multis, verùm quia ſiccat vehementer, & diſcutit, laxatamque ab affluxo humore partem mirificè roborat, & confirmat; principio utilior priuſquam dolor invaluerit, ejus uſus eſſe poſſit, aut jam declinante paroxiſmo ad materiam abſumendam, partique robur & firmitudinem addendam, potiſſimum ſitum aliquoties interponatur fotus, & lotio partium, ex decocto verbaſci, abſinth.

Cha-

Chamæm. herb. paralyſ. Salv. Chamæpit. arteriſm. roſmar. melilot. roſ. & id genus aliarum, quæ incidere, abſtergere, diſcutere, ſiccare mediocriter, & roborare valent.

In ipſo paroxiſmo materia jam articulos obſidente, purgatio adhiberi debet; exhibeatur tum Electuarium quod Bavrus Caryocoſtinum vocat, miriſque laudibus effert; vel in uſum vocentur pilulæ ſequentes, quas Rhaſis commendat eo encomio, quod incedere non valentes, faciant ire pedes.

℞. Aloes hepat. purioris ʒß. roſ. abſciſſis unguibus ℈ii. hermodactil. albor. à cortice mundator, ʒiß. diagrid. ʒi. cum aqua Ivæ, vel ſucco caulium, vel Syrupo ex decocto Ivæ, cum melle facto, F. Maſſa. Doſis. *Reinerus Solenander*, *conſil.* 24. & 25. *Sect.* 4.

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro Arthritide.

INter topica hoc ſingulare eſt.

℞. Ranas v. Lumbric. terreſt. elotor. vino ʒiii. coq. in ol. roſ. quo aut illine molliter articulum dolentem, aut ſæpiùs riga. Egregium hoc eſt, quod ſubſcribo. Canicula caſtretur, ſaginata deinde mactetur, atque aqua calente depilata amputetur caput: tum in ſimplici aqua egregie coquatur, tandem omnis ex refrigerato jure pinguedo innatans auferatur, ſerveturque in uſus ad illitiones, aut.

℞. Iſtius pinguedinis ʒiii. aq. roſ. vel aq. verbaſc. ʒvi. M. ad lentum ignem, coq. ad aquæ conſumptionem, pinguedine dolentes articuli perlinantur. Memini Elidæum Bononienſem celebrem Medicum hoc ſæpius uti.

℞. Ol. vitell. ovorum ol. roſ. an. ʒi. vitell. ovorum numero 2. additis aliquando opii & croci an. gr. iii.

Amatus Luſitanus tanquam ſingulare probat, quod ſcribit Turcis magnatibus familiare eſſe remedium, nimirum quòd introductam in cubiculum capram emulgeant in locum dolentem. Sed quia aliquid periculi timendum eſt ex applicatione hujus remedii, fœmineum ex uberibus lac ſine periculo ſalubrius meo judicio emulgeri poteſt.

Novi Chirurgum Parmenſem qui cum ſuffarcinatum omni exempto pingui ex rubro catulo præpinguem anſerem, conſutumque in veru torruiſſet, extillata pinguedine vaſeque excepta, articulos dolentes fœlici ſucceſſu illinebat. Comperi in ruſticis vaccinum ſtercus tum etiam expreſſum ex eo liquorem, cum guttula dilutioris aceti ſæpe profuiſſe *Reinerus Solenander. conſil.* 41. *Sect.* 5.

Obvoluntur cuidam arthritico manus & pedes Cataplaſmate ex rapis, ſimila, & lacte parato, reponitur in ſella in conclavi inferiore; abeunt domeſtici digreſſi in hortum ædibus contiguum; Sus autem quædam, foribus non clauſis, ædes ingreditur, hinc hypocauſtum, & olfaciens pultem illa æſirum aggreditur, conatur pultem vorare, & eum proſternit cum ſella in pavimentum: Hic dum ſe à ſue defendere nequit, dein multumque domeſticos inclamat, qui tandem recurrunt, & ſuem abigunt: eo verò die dolores imminuntur, deinceſque paulatim donec prorſus ceſſarent, neque unquam redirent. *Philippus Salmuthus*, *obſerv.* 48. *cent.* 1.

Pro leniendo dolore fœliciter mihi ſuccedit, præter illitum factum cum oleo roſaceo completo, & vitello ovi, irrigatio facta cum decocto verbaſci, nec non Embrocha ex lacte, ac illitio ex oleo ranarum partibus dolentibus adhibita. *Jol. Cæſar Claudinus. Conſult.* 6.

Pro articulis linimentum ex communi ſale uſto, & in pulverem deducto cum oleo roſ. completo plumbeo mortario uſque adeo ducto ut unguenti conſiſtentiam ſubeat, citra omnem controverſiam primas partes obtinet. *Joh. Zecchius*, *conſult.* 5.

Pro Arthritide optimum mihi remedium hoc.

℞. Vivas ranas, has coque in butyro inſulſo, hoc illinat ſe.

In Arthritide calida maximo ſucceſſu utor fotu aquæ ſeminis ranarum. *Johan. Heurnius*, *ad Hippocr. Aphor.* 16. *Sect.* 3. & 25. *Sect.* 5.

SUB-

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Arthritide.

USum Betonicæ ſibi faciat familiarem ſingularem enim habet proprietatem in Arthritide, ad ipſius ſymptomata mitiora reddenda.

Dominum Roſetum olim Syndicum Genevenſem quotidiano betonicæ uſu, ab arthritide, qua in juventute vexatus fuerat, tandem in enſectute curatum fuiſſe, ex ipſius ore intellexi. Diverſis autem modis betonica uti poterit, primò foliis adhuc tenellis in acetariis, & cum juſculis, & carne coctis; item conſerva ipſius, aut etiam extracto.

Generoſus quidam Bernenſis exſiccatam betonicam in pulverem redigit, eoque pulvere ſaccharo permixto ad ʒj. vel ʒjß. utitur cum fructu.

Alii tabellas ex pulvere betonicæ cum ſaccharo aqua betonicæ diſſoluto præparant, & ad uſum reſervant. Medicamenta autem ex betonica, duabus vel tribus horis poſt brevem cœnam ſumenda ſunt; noctu enim propter vaporum abundantiam qui in ſomno ſurſum elevantur, vis medicamenti faciliùs quàm interdiu, ad cerebrum elevatur, & ad nervos pervenit. *Fabritius Hildanus, obſerv. 32. cent. 6.*

Aliquando comedat folia Salviæ vel ſola, & ſine condimento, vel cum modico ſalis, olei, ac vini reſperſa, & capiat quando it cubitum. *Hier. Capivaccius. Conſil. 26. libr. 7. Conſil. Cratonis*, & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Ruſtici noſtri pice ſeu axungia Norvvegica illinunt affectas manus à cubito ad digitorum extrema, & pedes à genubus ad ſummos pedum digitos, quotieſcunque arthritici dolores inſurgunt, idque ſpatio 14. dierum, teſtantur tum non ſolum mitigari dolores articulorum, ſed tophos ipſos reſolvi excidente tartaro impacto, & vel in totum auferri moleſtum malum, vel inducias aliquot annorum dari; quibus elapſis, ſi recurrat affectus, repetunt eadem fœlicitate, eodemque modo picis injunctionem.

In Inſula noſtra Samo inter ruſticos pervulgatum eſt remedii genus, narrante ejuſdem inſulæ Præfecto bonæ fidei viro; aquæ exinde extillatæ plus ineſſe virium alius me monuit, facili & parabili in Septentrione remedio, prompta ſubeſt ratio. Reſina enim hæc ex abiete, pinguibuſque pini lignis per deſcenſum eliquata, inſignem vim reſolvendi, emolliendique habet. Balſamum ſuum Sulphuris ad tophos articulorum emolliendos & diſcutiendos *Rulandus (cent. 2. curat. 92.)* mirè laudat, cui ſubſtituunt jam Agyrtæ & pro balſamo ſulphuris ad nos deferunt ſub ſigillo, reſinam pini, pretio quidem illo inferiorem, neutiquam virtute. *Thomas Bartholinus. Hiſtor. 95. cent. 6.*

Partes dolentes illinentur oleo catellorum, deinde integentur pelle arietina recens detracta. *Guill. Ballonius, conſil. 3. lib. 2.*

Multi ſunt quibus arthriticæ fluxiones ſunt, & propter dolorem ſubinde ſibi detrahi ſanguinem patiuntur. An non peccant? Ita ſanè, quia corpus & refrigeſcit, & nervi debilitantur, & quod majus eſt, facultas retentrix infirmatur. *Guil. Ballonius. lib. 2. Epidem. & Ephimer.*

Johanni Picquet fluxio arthritica & valde dolorosa, incredibilis humorum rabies mox in has, mox in illas partes, quia nervi, & arteriæ, & venæ ſanie quadam ſcatebant, Phlebotomia quinquies celebrata meliùs habebat. Prudentis eſt Medici videre, an non ſecure vena his in morbis aperiatur, an verò prudenter prætermittatur. Si facultatis retentricis imbecillitas eſt, prudenter omittitur: Si Cacochymia eſt, imò virulentia, quæ tantæ tragœdiæ author ſit; audaciùs id faciendum. *Guil. Ballonius, lib 2. Epidem. & Fphimer.*

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Arthritide.

PHarmacopœus quidam *Gratiano Politanus* decumbebat ex doloribus articulorum, qui pedes & brachia, aliaſque partes affligebant, cum tumore, inflammatione, & febricula: à 20. diebus hoc affectu laborabat, eique novies proprio nutu ſecta fuerat vena, aliquoties etiam purgatus fuerat; tandem meo juſſu, illi exhibetur

betur pulvis jusculo ex Calomelanos ℈i. diagridii.gr. VIII. Carioph.numero i.blandè & copiosè purgatus est, ac multò meliùs habuit; deinde sumpsit mane & serò julepum refrigerantem, in cuius dosi matutina infundebatur Sen.℥iii.cum sem.Coriandri ℥ß.frigide per biduum.Postea sumpsit eundem pulverem pari successu & integrè curatus est. *Lazarus Riverius, observ.* 31. *cent.* 1.

Domina quædam arthritide universali laborans, liberata fuit, beneficio croci metallorum. *Petrus Pachequus.observ.*31.

Dolor arthriticus citissimè sedatur, fovendo partem aqua foliorum fraxini destillata in alembico plumbeo, *Samuel Formius, observ.* 39.

Franciscus Alexander Medicus de *Francisco Pechio* scribit, eum iam quinquagenarium morbo articulari graviter afflictum totis annis 20. turri inclusum fuisse, vixisse autem sola aqua & pane. Ea dieta beneficio naturæ materiam absumptam,& motu & exercitio articulos adeo roboratos ut liberatus nullos unquam dolores podragricos senserit. Ex quo perspicuum est immoderationem in victu huius morbi quasi matrem esse, *Iob. Crato. Consil.* 21. *lib.* 4.

Scio quosdam existimasse se iuvamentum sensisse, si aliquoties in anno, non tamen doloribus affecti, venam secarent in pede, vel Cucurbitulas adhiberent; verùm quàm facti sunt miseri, memini initio venam secare in brachio rectissimum est, sed tamen si sæpe redeat malum propter intemperantiam minimè rectum. *Iob.Crato. lib.4.Epistol.*

De balneo ex ovis formicarum, res omnibus vetulis in Silesia nota, exsiccat multum, si lubenter utitur incessionibus,non poterit nocere, utuntur etiam mulieres ad imprægnationem, *Iob. Crato. lib.4.Epist.*

Obstetrix Gallica idem balneum componit, ex integro formicarum maiorum globo, unà cum ovis, parte terræ ab ipsis collecta, & segmentis quibus inhabitant: ita ut hæc omnia sacco inclusa, aqua fervente calefiant, & æger insidens tam diu duret, donec vires fuerunt, vix unquam fallit, *Vvolfgangus Heferus. Herculis Medici, lib.* 4.

Multi confidunt senecione, in ea lavantes 15. diebus, semper dimidiam horam ante cœnam. Multi etiam salutariter utuntur ligno Juniperi, & in eo aliquot diebus lavant, & maximè laudant ad roborandos articulos. Imprimis autem laudatur hoc unguentum.

℞. Duas ollas supra æqualiter respondentes in medio pone orbem incrustatum ustum, sed plenum foraminibus, & ita infima olla terræ infodiatur, huic primę impone ollam alteram, quæ supra terram emineat, in hanc insere ossa contusa calvariæ equinæ (alii ossibus humanis utuntur) & cùm bene argilla munitum vas est, ignis incendatur undique (sicut cùm destillatur lignum juniperi) tum effluit succus in inferiorem ollam, quo illine deorsum articulos. Dolorem in paroxismo lenit in magna inflammatione Emplastrum factum ex aq. rosarum, & veronicæ, pauco alumine camphora, & fimo vaccæ nigræ loco affecto impositum. Item.

℞. Mastich. thur. myrrh. ammoniac. opopanac. bdellii, mumiæ, an. ℥ii. vitrior. ℔i. mellis ℔ii. tartar. ℥iß. Spir. vini ℔.iv. destill. id præbet optimum balsamum; lenit mirificè, si penna illinatur etiam intolerabilem dolorem. Item olei rosacei ℔i. ranæ duæ, & pugillus unus lumbricorum in vino lotorum, ad ignem coquantur, exprimantur, & applicentur. Item urina pueri distillata penna illita, modo prius putrefacta sit ante destillationem. Oleum etiam hyoscyami commendavit Imperatori *Maximiliano* Elector Palatinus, dolorem quidem sedat, sed artículos depravat, iuvat Catellus dolores podagricos, *Joh.Crato. Consil. 26. lib.* 2.

Adrianus Spigelius apud *Moravos* in usu, & nobile experimentum pro sanandis illico doloribus podagricorum, ulmariæ cum radicibus & floribus destillatę aquam esse scribit: quæ & Silesiis in frequenti usu est, commodum etiam est decocto parietariæ partem affectam fovere. *Daniel Sennertus, tractat. de arthritide, cap.* 5.

Hercules Saxonia panis recenter e furno extracti 10. aut 12. ordines secundum omnem corporis circumferentiam admovet, quibus sudor copiosè provocatur & dolores auferuntur. In principio fluxionis sequens cataplasma applicetur.

℞. Fa-

℞. Farin. hord. & fabar. an. M. 1. flor. camomill. & roſ. an. M. ß. aq. verbaſc. & fol. ſalic. an. q. ſ. vel aq. plantag. & vini an. q. ſ. Incorporentur omnia ſimul in formam cataplaſmatis. Aqua ſpermatis ranarum menſe Majo deſtillata partibus dolentibus impoſita mirè dolores lenit, & partis inflammationem ac ruborem temperat. Cum illa etiam ſequentia utiliter admiſceri poterunt.

℞. Aq. ſpermatis ranar. tapſi barbati & filicis, an. ℔iß. in quibus infund. tuthiæ lithargyr. an. ℥i. vitriol. calcinati, alumin. an. ℥ß. foveantur partes dolentes tepidè. Oleum ex pedibus vituli extractum ad dolores arthriticos ſedandos præſtantiſſimum eſt, & hoc modo elicitur.

Pedes vituli contundantur & oſſa confringantur, deinde coquantur ad putrilaginem. Oleum aquæ ſupernatans miſce cum aqua vitæ & ſale, iiſque partes dolore affectæ illinantur.

Balſamum Saturni cum oleo violato vel roſato paratum dolorem ſedat efficaciſſimè

Ex ceruſſa fit emplaſtrum magnæ efficaciæ, quod ab initio morbi admoveri poteſt, etiam tumore atque inflammatione preſente, ejuſque compoſitio talis eſt.

℞. Ol. communis lib. 1. vini ℔iß. bulliant ad mediam vini conſumptionem, deinde adde ceruſſæ ſubtiliſſimè pulveratæ lib. 1. camphoræ ℥iij. coq. ad emplaſtri conſiſtentiam. Ubi magna eſt inflammatio, loco vinacetum eſt reponendum. Extendatur empl. ſuper lintea ut commodiùs partes obvolvantur.

Catellus vivus parti laboranti admotus dolorem valde demulcet: Dolore admodum ſæviente ad narcotica licet confugere, quamvis ea diu in parte retinenda non ſunt, cùm calido nativo & nervis ſint inimica.

℞. Spirit. vini per croci infuſionem flaveſcentis ℥iv. camphor. ℈i. bulliant parum. Deinde diſſolve opii ℥i. coque liquore pars dolens illinatur. Tutum & efficaciſſimum eſt remedium. Folia nicotianæ recentia contuſa & admota dolorem arthriticum ſedant, & vim quandam narcoticam obtinere dicuntur.

Inter derivantia remedia locùm habent hirudines partidolenti admotæ, poſt ſufficienter evacuatum corpus: tunc enim valde proſunt, præſertim cùm venæ in parte affecta diſtentæ & ſanguine turgidæ apparent.

Inter reſolventia hæc ſunt proficua: In urina calx viva extinguatur, & cum ea per reſidentiam aut colatura depurata locus dolens foveatur. Dein ex calce & aceto factum probatur. Inter fotus paratu faciles commendatur ille qui fit ex ſale ammoniaco ſepties ſublimato, & in vino aut aqua ritè diſſoluto; vel ex urina juvenis bene ſani ad medietatem uſque cocta, & cum linteis admota.

Ad dolorem ſedandum & materiam arthritidis reſolvendam laudatur liquor limacum, in hunc modum compoſitus.

In manicam *Hippocratis* conijca limacum integrorum M. i. tum ſuper illos injice ſalis communis M. i. ſuper ſaltem ſeminis ebuli ſubtiliſſimè triti M. i. & ſic viciſſim limaces, ſalem, ſemen, donec omnium ſigillatim 4. vel 5. ſtrata conſeceris. Manica dependeat in cella vinaria humida, & poſt paucos dies deſtillabit ex ea liquor lubricus & pinguis, quem ſoli exponito per quatriduum, & locum affectum eo illinito.

Emplaſtrum diapalma maximo in uſu eſt, vel ſolum, vel addita camphora, in hunc modum.

℞. Maſs. empl. diapalm. ℔ß. camphor. ℥ij. M. ſimul. Idem emplaſtrum cum ſequentibus permixtum inter excellentiſſima remedia arthritica cenſeri debet.

℞. Emplaſtrum diachalcit. vino rubro auſtero ſoluti & ad vini conſumptionem cocti ℥i. myrtil. roſ. rubr. maſtich. tartari vini rubr. pulver. an. ℥ij. chamæpit. & chamæmel. odorati veri pulverat. an. ℥ß. f. Emplaſtrum, applicandum; ubi tumor valde imminutus fuerit. Non parum utile eſt hoc emplaſtrum ad articulos roborandos, convenitque omni arthritidi. Vidimus nos arthriticos, qui hujuſmodi emplaſtrum in pedibus & carpis continuò geſtarent feliciſſimo ſucceſſu. Aptatur ad formam membri; in pedibus ex aluta tenui fiunt calcei, qui hoc emplaſtio obducti pedibus aptantur.

Tandem in dolore diuturno & valde cantumaci, à materia præſertim frigida

oriun-

oriundo, confugiunt nonnulli ad veficatoria partibus affectis admota. Eorum mentionem facit *Sennertus*, ſed quæ anodynis permiſceantur. At emplaſtro veſicatorio, quod in noſtris Officinis habetur, ſolo & impermixto, ſapientiſſimus *Varandæus* feliciter uſus eſt: eoque curavit magnum & contumacem tumorem genu occupantem, cùm alii Medici multas purgationes & diætam ſudorificam, nec non topica permulta fruſtra uſurpaſſent.

In omnium autem prædictorum remediorum uſu hoc unicè annotandum eſt, ut à juvantibus & lædentibus ſumatur indicatio; quandoquidem variæ ſunt hominum naturæ, varia temperamenta, & varii generis excrementa in iis colliguntur, unde ſumma in morbis varietas ſolet exoriri. Ideo quod uni prodeſt, alteri ſæpe inutile eſt, quod maxime uſu venit in arthritidis curatione. Eaque ratione unicuique practico medicamentorum Sylva habenda eſt, ut, ſi unum fruſtra tentetur, ad aliud atq; aliud confugere poſſit, ea ſemper deligendo, quæ rationali methodo magis conſentanea videbuntur. Vinum arthriticis maximè noxium, multique ejus abſtinentia penitus fuerunt liberati. Ad præſervandum ab hoc morbo, phlebotomia inſtituenda eſt, præſertim verè & autumno, in iis qui ſanguine abundant ejuſque effervescentiæ obnoxii ſunt. Purgatio verò non ſolùm vere & autumno, ſed etiam quater in anno, imò & ſingulis menſibus in valde cacochymis celebranda eſt. In quem finem utiles ſunt pilulæ ſequentes.

℞. Aloes, hermodactyl. an. ʒß. chamepit. ʒij. chamædr. ſtœch. Arab. an. ʒi. ſem. hyperic. ʒß. cum terebinthin. *Venet.* f. maſſa pilul. quæ quia minùs purgant, frequentiùs exhiberi poterunt. *Lazarus Riverius, practic. lib. 16. cap. 1.*

SUBSECTIO XIV.

Pro Arthritide nodoſa.

IN Arthritide nodoſa jam facta, longè facilius eſſe conſilium dare, quàm conſulta exequi, ipſe optimè ſcio: ne tamen morbus gravior emergat, cavendum, optimam victus rationem imprimis requiri manifeſtum eſt. Cruditas vitanda, & cùm nauſea adeſt, à cibo abſtinendum, ac ſi fieri poteſt, vomendum vomitu enim ad præcautionem in morbis articularibus nihil conducibilius. Monentur Medici ratione & obſervatione, ut morbis articularibus obnoxiis interdicant uſum pomorum, caponum frequentem, anſerum & Carpionum, nam poma humores ſolvunt, & fluere faciunt; & caponum caro humorem quendam habet, quem ad articulos natura extrudit; piſcium verò humidiorum par eſt noxa; ſed caponum caro, licet nimium etiam nutrire videatur, tamen parcior uſus nequaquam reprehendi poteſt. Non minùs nocent quæ replent corpus cruditatibus, quàm quæ vel materiam ipſam fundunt, vel ad articulos deducunt; itaque vina potentia, & acetoſa fugienda, nec priùs bibendum quàm cùm ſolidior cibus ingeſtus fuerit, valdè enim noxium eſt ſumpto ſaltem juſculo, aut pauco cibo vinum bibere, multò verò magis, inani & jejunio ventriculo, vel iam concoctionem cibi elaborante, vino ſe obruere.

Cùm autem in exactiſſima etiam victus ratione, ſemper aliqua ſuperfluitas colligatur, Medici annuas purgationes, vernas atq; autumnales præſcribunt, ac Galenus affirmat, ſe multos ita tutos reddidiſſe præſertim verò ſectione venæ adhibita,

Rarò curatur Arthritis, quòd ut plurimum hæreditarium ſit malum, vel intemperantia accerſitum ad quam cum redeant homines, non mirum ſi morbus quoque revertatur. An aliquo modo poſſint diſſolvi tophi, & quibus medicamentis; cum maximè curationi obſtare videantur magnam hæc difficultatem habent. Quidam magnæ eruditionis & authoritatis viri exiſtimant, atque ſic præſcribunt poſſe ſolvi tophos, ſi caſeus putridus, cum jure in quo ſuilla perna cocta fuerit imponatur.

Julius Scaliger, Pulverem piperis uſti addit, quidam coccognidium cum myrrha & aceto tritum adhibent, ut erumpant emollita, hæc experiri minimè laborioſum. Sed inter optima remedia & tutiſſima, quæ partes etiam affectas roborant, & calorem innatum fovent; hoc ponendum, & diligenter ſingulis annis cùm ampliùs fieri nequeat uſurpandum videlicet

licet ut tempore vindemiæ immergantur pedes atque manus affectæ vinaceis poſt expreſſionem calentibus adhuc, vel muſto calido calefactis manè per 15. dies. Etſi enim hoc remedium non planè tophos diſcutit, tamen articulis maximum robur addit, ac poſſum nominare virum præſtantem, cui hoc medicamentum communicavi, atque ab eo præclaro munere ſum donatus, qui planè incidere non poterat, & iſto remedio, beneficio Dei, reſtitutus eſt. Quo autem uvæ maturiores, eò plus adjumenti vinaceorum uſus affert, alia remedia non addo, niſi fortè vigentibus atque urgentibus doloribus catulum parti affectæ, vel diſtillatum fol. verbaſci cum thure, & myrrha modica adhibere velit. Fomentationes ex artemiſia, origano, Chamæmel. & abſinth. Ceſſantibus jam doloribus præclarè juvant. *Joh. Crata. conſil. 34. lib. 7.*

SUBSECTIO XV.

Pro Arthritide vaga Scorbutica.

HIc affectus idem planè eſt cum eo quem *VVeſtphali*, *Friſii*, *Geldri*, item & *Hollandi*, apud quos ſæpe vidi, *De varen*, vel *lopen de varon* appellant. Se prodit cum vagis doloribus in omnibus corporis membris valde excruciantibus, potiſſimùm in dorſo & lumbis. Doloris ſpeciem ſtatuunt ipſi ægri exedentem corrodentemque, qui vermiculum, muſculos, & alias partes ſubito ac nonnunquam momento variis ſimul locis permeantem depaſcentemque arguere videtur.

Ejus cauſa propria & proxima eſt tartarus ſcorbuticus reſolutus & cum fluxili materia humorum ſingulari proprietate nervoſum ac muſculoſum genus petente, permixtus. Curatur hic morbus in *VVeſtphalia* per lumbricos, ejus alexipharmacum tantopere à *VViero* decantatum hoc modo.

℞. 9. Lumbricos in mortario contuſos cum 2. Cochl. vini, per pannum expreſſos: his addatur dimidia vini menſura, ſumantur cochl. 3. manè meridie & veſperi.

Medicus Campenſis apud *Foreſtum*, præmiſſa conveniente evacuatione, hanc potionem proponit.

℞. Rad. Succiſæ, ℥i. ariſtol. rot. ℥iii. fol. Salv. beton. an. Mi. abrotan. rutæ, vincpervinc. Sabin. ad. pi. Coq. in aq. fluminis ad med. cum hujus decoct. ℥iv. traiiciantur lumbrici terreſtres circulis in collo inſigniti, vino priùs abluti & triti, numer. 5. deinde admiſce theriac. ℥ß. pulv. cinamom. ℥i. Sacch. q. v. exhibe manè calidè ad ſudorem, per aliquot dies. Quidam etiam talpæ aduſtæ pulverem in hoc affectu exhibent cum vino aut cereviſia, qui tartareas quidem collectiones promptè diſſolvere poteſt: qua ratione *Geſnerus* exteriùs etiam cinerem talparum cum melle ſubactum ſtrumis convenire ſtatuit. *Henricus Petræus*, & *Gregorius Horſtius*, *obſerv. 8. lib. 8.*

In hoc affectu aqua Lumbricorum magiſtralis in Pharmacopœia *Londinenſi* præſcripta, egregie convenit, quin ſpiritum & ſalem C. Cervi, ſpiritum ſanguinis, flores ſalis armoniaci, cum bono ſucceſſu ſæpius adhibui, porrò pulveres teſtacei Sc. oculi cancrorum, Corallia; margaritæ, & vegetabilia quæ arthriditis antidota feruntur, ut radix ariſtoloch. fol. Chamæpit. Chamædr. & ſimilia antiſcorbuticis conjuncta, morbi hujus ſanationi conducunt, inter externa, oleum Lumbricorum, ranarum, & bufonum non rarò ſunt valdè proficua. Accipi à viro inſigni huic morbo valde obnoxio, quod aqua è contentis ventriculo bovis nuper mactati exemptis per deſtillationem prolicita, levamen certiſſime adferret, ſi ei petiæ calidæ intingantur, atque pro fotu applicentur. *Thomas VVillis*. Tractatu de Scorbuto.

Perſpecta morbi idea & doloris ſpecie, de arthritide vaga cogitare cœpi, cum & affectus ſcorbutici haud obſcura deprehenderem indicia. Conjecturæ certitudinem exploravi lumbricis terreſtribus, imponendo eoſdem vivos, partibus dolentibus, qui initio, quaſi vi illata, exilire, circumgyrari, mox langueſcere momentanea tabe conſumpti, ſubitò emori non ſine adſtantium admiratione videbantur. Cognito morbo, ejuſdemque cauſa, quam tartarum ſcorbuticum reſolutum, & cum tenui ferosaque humorum materia; ſinguiart

gulari quadam proprietate nervorum ac musculorum genus petente permictum esse constat; præmissis universalibus, digestivis & evacuantibus, appropriata quædam præscripsi, potiunculam nempe Medici *Campensis à Foresto* descriptam, tincturam tartari, spiritum lumbricorum terrestrium, decoctum specificum *Horstii*, bezoardicum joviale *Mynsichti*. Verùm nihil æquè profuit ac specificum meum cujus usu per integrum ferè mensem continuato planè convaluit ægra. Descriptio ejus hæc est.

℞. Rad. vincetoxic. enul. aristol. rot. zedoar. caryophllat. pœon. an. ℥ii. summitat. salviæ, beton. serpill. abrotan. rutæ, chamædr. chamæpit. an. ℥i. spec. diamosch. d. dianth. lætific. Galen. an. ℥i. anthos ℥iß. sem. citri ℈iv. theriac. Androm. ℥ß. fæcul. aronis ℈iv. pulverisatis affunde spir. vini malvat. ad eminentiam 4. digitorum. Stent bene tecta in digestione per dies 3. postea spiritus vini abstrahatur ad consistentiam mellis; reaffunde spirit. vini modo abstracti ℔ß. spir. cochlearum ℥ii. spir. nasturt. aq. ℥i. spir. rubi Idæi ℥ß. essent. lumbric. terrestr. ℥vi. Digerantur per 3. dies postea diligenter filtrentur, & serventur pro usu. Sumpsit elixiris hujus specifici singulis matutinis ℈ii. ex aqua nostra anti-scorbutica, sudoribus plerumque copiosè & cum notabili allevatione promanantibus. Circa vesperam duabus circiter ante cœnam frugalem, horis, exhibui electuarium meum antè-scorbuticum tinctura tartari impregnatum. Noctu, si quando vigiliæ urgerent & dolor, delibavit anodynum meum opiatum in forma liquida. Ex topicis profuit oleum lumbricorum, ligni sancti tinctura, cataplasma ex nasturtio aquatico, & illud quod a VViero describitur ex radicibus cicutæ aquaticæ. Nulla tamen victima magis placari potuit hæc furia quàm lumbricis terrestribus vivis partibus dolentibus impositis: vehementi namque lucta in vermiculos desæviens malignitas, subita tabe comsumptis occisisve hostibus ad tempus deferbuit, subinde iterum, recollectis ex intervallo viribus, repetens, donec longo continuoque specifici suprà descripti usu penitùs extirparetur. *Baldassar Timæus, Cas. 36. lib. 3.*

SUBSECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Artuum doloribus ex Lue venerea.

EMpirici rationale hoc remedium introduxerunt.

℞. 40. Ovorum vitellos coctione induratos & dissipatos, cum ℥vi. pyrethri in pulverem redacti, contundito & per retortam destillato lento primùm igne, postea vehementiori: liquorem qui fluxerit, cum ℥i. castorei, & ℥ß. thuris alb. commisceto, adjectis hermodactyll. ℥. vi. & ut ante destillato, tertiò liquorem cum fœcibus suis subigito, & Lauri baccas adiicito, & destillato. Si sæpius id feceris, oleùm elicies in discutiendis morbi hujus doloribus nulli remedio conferendum. Cuidam qui in tibia dolorem ex hac lue habebat, cum nullo modo curari posset, *Amatus* (*Cent. 5. Curat. 72.*) theriacam veterem appposuit, & dolor evanuit, ut mus conspecto fele. *Petrus Forestus, Sch. ad observ. 23. lib. 32.* de Lue venerea.

SECTIO XLII.

De Asthmate.

ASthma (quod Græc. ab ἆσθμαινειν, *i.e.* anhelare nomen habet, Lat. verò Suspirium dicitur) δύσπνοιας species est. Definiri potest, quod sit crebra, densa & anhelosa respiratio, citra febrem ut plurimùm, cum summa thoracis contentione conjuncta. Causa ejus proxima consistit in angustia pulmonum, quæ à lento, crasso, viscidoque humore, fistulis & cavernis pulmonum tenacissimè impacto, easque coarctante, originem trahit, tenues etiam ac serosi humores, dummodò copiosi sint, hoc malum non rarò efficiunt. Crudum item tuberculum, & calculi in pulmone hærentes sæpe sæpius suas agunt partes in hoc affectu producendo. Hæc omnia asthma inferre solent, asperam arteriam vel obstruendo, vel, si in levibus arteriis, ac substantia pulmonum subsistant, comprimendo, materia autem morbifica, sive obstruens, sive comprimens, ali-

aliquando in pulmonibus, ob viſceris debilitatem, ſenſim colligitur, aliquando aliunde affluit, à capite per modum catarrhi, quod rariùs, vel ab arteria pulmonali.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Aſthmate ex congeſtione humoris viſcoſi in pulmonibus, ad generoſum quendam.

UT humor hic expectoretur, remedia quædam præſcripſi: inter quæ hæc fuerunt præcipua.

℞. Spiritus Aniſi, part. ii. mellis ſcilit. part. i. aq. Cinamom. part. ß. M. F. Julepus, capiat ſemicochl. pro vice.

℞. Oxymel. veri ex hydromel. malvatic. parati part. i. mellis ſcillit. part. ii. Syrup. de hyſſopo, & de liquirit. tantumdem, capiat eodem modo. Vinum medicatum, ut interdum bibat.

℞. Rad. liquirit. ℥iv. rad. ireos ℥ii. rad. enul. ℥i. rad. angelic. ℥ß. Scyl. præpar. porrorum bulborum præpar. ℥ii. Siliquarum ℥iii. Sem. fœnicul. aniſi. an. ℥i. Sem. urtic. angelic. an. ℥ii. Sem. Naſtur. ℥i. mellis ℔ß. Sacchar. ℔i. cinamom. ℥. vii. ſpirit. aniſi. ℥ß. vini generoſi menſ. VIII. Servetur in dolio ad uſum.

Novem exactis ſeptimanis poſt hoc datum conſilium, ad me nobilem equitem ablegavit, ſignificans mihi per literas, ab eo tempore quo ceperit remediis meis, & præſertim oximelit, & Julepo uti, de die in diem ſe meliùs habuiſſe, neque ullas defluxiones ſenſiſſe, & nunc ſine omni impedimento, liberæ ſpiritum ducere, neque anguſtiam ullam pectoris aut in pulmonibus ſentire. *Fœlix Platerus, obſ. lib. 1. p. 178.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Aſthmate anniverſario.

ANte omnia materiam viſcidam pituitoſam incidendam & præparandam eſſe diximus, qua de cauſa digeſtivum ſequens ordinavimus per octiduum.

℞. Rad. helen. ℥ß. liquirit. petroſel. an. ℥vi. fol. marrub. alb. capill. ven. beton. an. Miß. ſem. fœniculi ℥ii. caric. ping. num. ſ. paſſul. min. ℥vi. F. decoctio in ſeri lactis deſtillati, q. ſ. in colat. ℔ß. diſſolv. ſyrup. de praſſio, de liquirit. an. ℥iß. M. pro tribus doſibus, jejuno ſtomacho aſſumendis. Hoc præmiſſo, peccantis materiæ evacuationem hoc diluto agarici inſtituimus.

℞. Agarr. opt. ℥iii. zinzib. ℈i. cremor. tartar. ℈ß. trita per noctem macerentur in ſero lactis cum aq. veronicæ æqualiter permiſto. Manè coletur, & adde oximel. Scillit. ℥ß. elect. caryocoſtin. ℥iß. M. pro hauſtu. Taliter præſervatione, cauſæ antecedentis reſpectu, inſtituta, quoad ipſum pectus, adeoque cauſæ proximæ gratia commendavimus uſum frequentem pil. de terebinthina eam oximelite diuretico, balſamoque ſulphuris terebinthinato: quibus aliquot annis mediocriter valuit. *Gregorius Hoſtius, obſerv. ſ. lib. 3. De morbis pectoris.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Aſthmate.

FIat diverſio per Clyſteria; deinde procuretur dilatatio pectoris cum oleo amygd. d. id continuò paulatim lambendo. Fuit quidam domeſticus patris mei, qui ſemper cùm ſentiret venturum paroxyſmum aſthmaticum, bibebat, hauſtum olei ſimplicis, & ſanabatur. *Joh. Battiſta Montanus, conſil. 123.*

℞. Loch. de pino, ℥iß. penidiar. ℥ß. incorporentur ſimul in mortario, ut fiat Electuarium de quo ſæpius in die & nocte teneat in ore ad quantitatem fabæ ſenſim deglutiendo. Si faſtidiatur Loth illius loco in ore teneat fruſtum confectionis diapenidionis. Omni etiam ſero quando vadit ad lectum, à principio capillorum uſque ad ſummitatem capitis ponat de hoc pulvere ſparſo inter capillos quantitatem 4. granorum hordei. Et cùm reponit ſecundum, cum pectine deponat primum.

℞. Sandarach. (*i. e.* gummi juniperi) ℥ii. caryophil. ℥i. magis. ℈ii. roſar. flor. nypheæ. viol. cortic. papaver. an. ℥ß. lign. aloes. ℈i. F. omnium pulvis per ſe.

Ultimum remedium eſt, ut pectus ejus omni ſero in ingreſſu lecti, ante & retro

unga-

ungatur hoc unguento secundùm omnem ambitum costarum.

℞. Ol. viol. amygd. d. an. ℥i. pingued. anat. butyr. rec. an. ℥iv. croci ℈ii. ceræ. q. s. fiat unguentum, *Bartholomæus Montagnana. consil.* 101.

Millepedes si panno lineo involuti, in vino macerentur, & expressi potui dentur, magnum in asthmate remedium aliqui se expertos esse prædicant. Urinæ propriæ potus plurimum juvare creditur. Oleum amygd. recens bibitum plurimum confert; vel butyrum recens affatim sumptum. Caricæ parum assæ, & in aqua vitæ maceratæ, & esitatæ conveniunt. Ceparum vel porrorum radices coquantur sub cineribus, & comedant pauperes cum melle & butyro. Laudatur & hoc plurimum.

℞. Croci ℈i. vel ℈ß. mosch. gr. i. detur cum vino albo. *Fœlix Platerus, practic. tom. 1. lib. 2. cap. 4. pag. 391. & 392.*

Asthmaticis extremis vomitorim satis validum succurit; qua ratione superioribus septimanis honestam fœminam, jam ex suffocatione expirantem, pulsu formicante, frigidisque sudoribus præsentibus, vitæ restitutam fuisse memini, mox Syrupi emetici ℥i. exhibita, cujus operatione, materiæ tenacis ac viscidæ libræ aliquot rejectæ fuerunt. *Gregorius Horstius, observ. 3. lib. 10. De Pharmaceuticis.*

℞. Aq. benedict. ℥i. F. potio, quæ paucis horis ex toto contumax cujusdam senis asthma removit, & sanitatem ipsi reddidit, licet octogenarius erat. *Martinus Rulandus, curat. 85. cent. 7.*

Mulier quædam anhelosa erat, & suspiriosa, difficillimè trahens spiritum, adeo ut ob pectoris angustiam, suffocationem timeret; hujus affines, cùm ad me petendi consilii causa advenissent, potionem deploratæ talem mitto.

℞. Seri lactis bene despumati ℥vi. extract. esulæ ℈iiß. permixta, colataque bibit; multoties egessit, & Dei misericordia continuò sanitatem acquisivit, ut renunciatum mihi fuit ab ægrota: cibis me jussu utebatur calefacientibus & humectantibus, vino autem hyssopite. *Martinus Rulandus, curat. 90. cent. 2.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Asthmate.

℞. Pil. de agar. ℥ß. sulphur. triti, ℈ß. gummi ammoniac. ℈i. cum aqua tussilag. F. pil. ix. devorentur manè horis 5. ante cibum; die sequenti fiant quæ sequuntur.

℞. Gallum antiquum 3. aut 4. annorum cum virgis, ut irritetur, flagelletur, sed leviter ne occidatur; dein decolletur, & deplumetur, demum exenteratus & vino ablutus, infarciatur his medicamentis.

℞. Sem. Cartham. ℥i. sem. anis. aneth. an. ℥ii. rad. enul. liquirit. an. ℥vi. polipod. ℥x. passul. ℥vi. ficcum ping. num. 6. fol. tussilag. marrhub. hyssop. an. ℥iii. tartar. alb. ℥iiiß. agar. candid. ℥iß. Contundantur omnia crassiuscule, & in ventrem galli intromittantur, & suatur locus ne exire possint.

Deinde coquatur Gallus in ℔. 40. aquæ, quousque caro ab ossibus separetur. Facta galli forti expressione, caro ejus & ossa proiiciantur, & decoctum per linteolum coletur, & aeri exponatur, donec faciat residentiam, deinde quod clarum est per se asservetur.

℞. Prædicti juris clari ℥vi. oxymel. scillit. ℥ß. pulmon. vulpis subtiliter tusi, ℥ß. M. F. haustus sumendus, mane calidus jejuno stomacho, reiterando per octo dies continuos. Dum sumit magnificus Dominus hunc potum, fiat quotidie vesperi horis duabus ante cœnam Clyster infra scriptus.

℞. Juris galli præscripti turbidi ℔i. hieræ simpl. Gal. ℥vi. agar. præp. ℥ii. ol. aneth. ℥ii. vitell. ovi nu. 1. sacchar. rubr. ℥i. Sal. ℥i. M. F. Clyster.

His factis, si morbus adhuc perseverabit, sumat alternis diebus hoc alterum medicamentum, quod.

℞. Sulph. vivi in aq. tussilag. infusi, & in tenuiss. pulv. triti ℈i. terebinth. lotæ in aq. tussilag. mel. despumat. an. ℥ß. M. F. bolus. *Johan. Nefius, consil 7. lib. 2. consil. Johan. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Præmissis universalibus ad humorem pulmonibus impactum detergendum expectorantibus utendum erit Suffitibus, Syrupis & Eclegmatis. Suffitum ex multis facere solebant antiqui, at ego nullum præstantius novi quàm ex sollis siccis tabacci factum: mirum certè remedium est, quod non modo potenter expectorat quicquid in ipso thorace continetur; sed etiam roborat pulmones. Debet autem fieri jejuno stomacho quinque aut sex continuis matutinis ante prandium horis quinque. Syrupū ego expectorantem sic soleo præparare.

℞. Rad. helenii, & polipod. q. macerator. in vino albo dulci horis 12. an. ℥ii. passul. Corinthiac. ℥ß. Sebest. num. 15. farfar. pulmonar. Satureiæ, & calamenth. an. mi. folium unum magnum tabacci, liquiritiæ rasæ, ℥ii. sem. urtic. & bombac. an. ℥iß. Coq. in mulsa dilutissima ad ℔iß. & cum Sacchar. fini tantundem F. Syrupus perfectè coctus. Hoc utor exhibendo cum cochleati eo modo quo eclegmata solent sumi, addendoque oleum sulphuris hac proportione.

℞. Syrup. de Helenio (sic enim voco) ℥iv. ol. Sulph. ℥i. m. pro Ecclegmate. Soleo etiam fœlici semper successu præparare Syrupum ex Tabacco hoc modo.

℞. Decoctionis fol. tabacci ℔iß. Sacchar. fini tantundem F. Syrupus optimè coctus: De quo exhibeo lambendo cum mulsa diluta, facta ex decoctione hordei, sumendo hujus Syrup. ℥ii. & mulsæ ℥iv. & verò habere vim magnam pro sanando Asthmate semper novi. *Horatius Augenius, to. 2. Epistol. & Consult. lib. 4. Epistol. ultima.*

Vinum quo profanando Asthmate *Ludovicus* pater utitur, hujusmodi est.

℞. Vini dulcis, melierati cocti, an. ℔. x. pulv. fol. tabacci siccator. in umbra. ℥iß. rad. polipod. q. recent. ac minutissimè concisi. ℥iii. cort. rad. helenii incis. ℥iv. macerentur horis 48. postea colentur per manicam *Hippocr.* & conservetur vinum in loco frigido.

Dabat ℥vi. pro vice singulis diebus, horis 5. ante prandium. Ego vero exhibeo illud frequentius more Eclegmatum, sic.

℞. Sumo illius vini ℥iv. & admisceo diair. Nicol. ℥ii. & loch efficio agitando leviter apud ignem, ac ubi refrigeratum fuerit, addo oleum Sulphuris ℥i. & semper observavi pro viscidis & maximè crudis humoribus expectorandis conferre. *Horatius Augenius, Tom. 2. Epist. & Consult. lib. 3. Epist. 6.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Asthamate ad virum quendam.

OMnem aeris inclementiam devitet, animo & corpore quiescat, ita tamen ut moderato exercitio singulis diebus ante cibum utatur; ab immodicis vigiliis caveat, alvus, si libera non fuerit, altero quoque die clystere aliquo ducatur. Panis quotidianus sit modico sale vel fœniculo conditus, vino utatur tenui, non vinoso, atque ligni visci queres aut salsæ decocto attemperato. Inter alimenta, tria maxime proficua commendantur, quæ & alimenti & medicam vices gerunt. jus caulium cum hyssopo & butyro recenti, hordei cremor, cum melle vel saccharo, atque cicerum alborum cremor, cum amygd. d. lacte, saccharo & butyro. Quod ad pharmaciam attinet, corpus quàm primum est ab omnibus excrementis purgandum. Eapropter alvo lenita, ex medulla Cassiæ recenter cum oleo amygd. d. extractæ ℥i. & spec. hier. simpl. ℈iv. apparandi erunt humores noxii in toto, & præsertim in cerebro & thorace concepti. Syrupo de Betonica, de Hyssopo, & Oxymelite simplici, vel Scillino, aquis stillatitiis parem vim retinentibus additis. Hi deinceps præparati purgandi erunt pil. cochiis & de agarico.

Licet præsens affectus à sanguine non pendeat, nihilominus ut medicamenta exhibenda in corporis penitiores partes promptiùs penetrare possint: ante præscriptam purgationem, si sanguinis ℥vi. vel ℥vii. ex cubiti dextri vena detrahantur, emolumentum non ignobile laborantem hunc inde percepturum non diffidimus.

Corpore hunc in modum evacuato, ad medicamenta cerebrum & pulmones exsiccando roborantia sine mora confugiendum, ut.

℞. Conserv. anthos, beton. an. ℥ii. pulv. liqui-

liquirit. ℥ii. bolli armen. pulm. vulp. præpar. an. ℈ii. Syrup. hyſſop. q.ſ. F. elect. cujus ℥ß. tribus horis ante prandium, & totidem dormiturus devorabit. Theriaca item & mithridatium, cum diamoſcho d. vel amaro, in hunc uſum interdum viciſſim adminiſtrati utiliter poterunt. Thorax quoque univerſus, hoc tempore illinendus erit ol. amygd. d. cum recenti butyro & croci modico, partibus aſperiore linteolo molliuſcule perfricatis: Propinetur etiam decoctum ex Sarſa cum modico ligni gaiaci 20. ſaltem diebus.

Ad materiam in thoracem dilapſam ſummovendam, ammoniacum aceto mulſo in mortario liquatum, ſæpè & modicè devoratum, non ignobilem opem præſtat, quippe quod calefaciendi moderatè, ſiccandi, detergendi, & pulmonum cavernulas dilatandi vim obtineat, unde materiæ in pulmonibus tenaciter impactæ eductio per ſputum ſequitur; & per halitum digeſtio.

Verùm enim verò inter alia medicamenta huic operi opportuna, unum eſt illudque efficaciſſimum, quo quidem ſemper fœlici cum ſucceſſu uſi ſumus. Eſt autem hujuſmodi.

℞. Terebinthin. clarè ℥i. ammoniac. ℈ii. ſulphur. purgati ℈i. M. & F. pilulæ molles, quarum una ſingulis duabus horis deglutiatur ex Syrup. de hyſſopo ℥ß. Hic unum maximi momenti memoriæ mandandum, videlicet in aſthmatica acceſſione, nec cathartico medicamento, nec errhinis utendum eſſe, ne materia nimirum agitata largius cum ſuffocationis periculo il pulmones præcipitetur. *Joh. Zecc. conſult.* 38.

Ad lambendum ut ſputum facilè reddatur, in uſum vocetur electuar. de pulm. vulp. mixtum cum elect. de iride & de pino cum Syrupo Hyſſopi, non preterirem ſem. urticæ, quæ quoties miſcui cum his electuariis, mihi viſa ſunt valde profuiſſe *Chriſtophorus Guarinonius*, *conſult.* 228.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Aſthmate.

℞. LOch. de pino ℥ii. boli armen. ℈iv. Syrup. de liquirit. q.ſ. F. Eclegma, cujus ℥ß. paulò plùs minuſve ſumat dum it dormitum: Hoc enim quàm maximè fluxionem in thoracem arcet & ſiſtit, ſimulque excrementa pulmorum diſſipat.

℞. Conſerv. beton. viol. loch. de pino, an. ℥iß. pulm. vulp. præp. & in pulv. redact. ℥iß. terebinth. lamina ferrea ignita ſiccatæ & pulveratæ ℥i. liquirit. pulv. Ireos an. ℈ii. Syrup. de hyſſop. q.ſ. F. electuarium. Sumatur ℥ß. ſpatio 15. dierum, immediatè ante hauſtum juris galli antiqui, decoctī cum herbis & radicibus thoracicis, & cephalicis, unà cum ligno indico & viſco q. Quod jus ita ſumptum cum electuario præcedenti, incredibilem utilitatem afferet; ita enim peccantium humorum reliquiæ, in cerebro, & pulmonibus, vel etiam in toto corpore, facilè digeruntur & diſſipantur.

In Aſthmatis paroxyſmo ad evitandum ſuffocationis periculum; ſi nil aliud prohibeat, quàm primùm ſecetur vena cubiti, ſecta vena: Sicyæ affigantur ſpondilis & thoraci ſine ſcarificatione, dein ſtatim talis propinetur bolus.

℞. Ammoniac. ℈ß. croci. Sulphur. aq. viol. ſæpius levigat. an. gr. v. moſch. gr. ß. M. & cum oxymel. ſimpl. F. bolus mollis; ab hoc ſumpto bolo, 5. vel 6. horis, malo non cedente, vini albi potentis ſubdulcis ℥iii. vel ℥iv. cum ℈i. croci, & grano medio Moſchi propinentur, ſitque potio actu calida. Radix etiam ari in vino albo excocta, mediæ unciæ pondere, cum loch. de pino, vel cum ſyrup. de hyſſopo, eclegmatis modo exhibita, paroxyſmum aſthmaticum mirificè ſedare ſolet. Si adhuc malum non remittatur, ad capitis inuſtionem, *Hippocratico* more, vel ſaltem ad Sinapiſmos, aut Phænigmos ſincipiti de more admovendos, confugiendum. Toto autem acceſſionis tempore ſola ptiſana hordeacea cum melle propinabitur; bibendumque illi erit ſæpe & modicè, ut humectatis viis, faciliùs ſpura evocentur. *Joh. Zecchius*, *Conſult.* 45.

Quia flores ſulphuris in omni aſthmate, efficaciam habent præcipuam, ideo hoc Loch inſtituimus.

℞. Diatragac. frigid. diair. an. ℥iii. Sacchar. can. pemidior. an. ℥ß. flor. ſulph. ℥i. ſyrup. capill. ven. tuſſil. an. q. ſ. F. Loch.

Rodericus à Fonseca. Tom. 1. Cons. 11.

Inter cibos medicatos convenit pomum dulce, quod cavetur à parte superiori, & in illo intromittatur pulv. thur. masculi ʒi. Sacchar. cand. ʒß. deinde obturatum suo operculo, & involutum charta madida, concoquatur sub calidis cineribus, postea mundetur, & detur patienti per horam ante cœnam ad aliquot dies: Est enim remedium præstantissimum, ad omnes effectus pulmonis, quia lenit, maturat, & sputum adjuvat. Quod si huic pomo intromittatur etiam ℈i. flor. sulph. erit adhuc præstantius, sed tunc sufficit ʒß. thuris. *Rhoderic. à Fonseca tom. 2. Consult. 85.*

Flores Rosmar. & defectu eorum folia, si coquantur cùm vino optimo & melle, ad dimidiæ partis consumptionem, capianturque ante somnum, asthmati mirè conferunt, vocemque clarificant optimè. *Petrus Borellns, observ. 46. cent. 4.*

Non improbo suffumigium ex Styrace, Benzoino, Thure, & Myrrha, sicuti nec improbatur extrinsecus cauterium in ipso medio thorace. Videbitur vobis immanis operatio, sed quid dicetis, si *Ætium* legatis, qui in hoc casu, octo facit inustiones, quas tamen ego minimè probo. Non tamen displicet in suffocationis periculo fricatio thoracis ad rubrificationem, & propterea sinapismi, & dropaces, quæ vini habent rubrificandi & attrahendi, in hoc casu probantur.

Præmissis totius, & capitis evacuationibus, ac revulsionibus convenientibus, laudo ut per 5. dies continuos præbeatis ʒß. hujus electuar. ter in die naturali, videl. tres hor. ante prandium, duas hor. ante cœnam, & hor. sex post cœnam.

℞. Penid. ʒiii. mann. el. ʒii. ol. amygd. d. rec. ʒi. flor. cass. noviter extract. ʒß. pulm. vulp. præp. ʒii. ducantur in mortario, & F. electuar. alvum servat lubricam, & partes thoracis dilatat.

℞. Rad. ireos, fem. bombac. an. ʒiß. pulv. calamenth. serpentar. cent. maj. an. ʒi. succ. enul. pulmonar. an. ʒi. oximel. Scillit. syrup. de tarsara an. q. s. M. pro lambitivo; eo singulis utatur horis ad educendam materiam jam emollitam. Ubi satis superque emollita est materia, atque etiam pro majori parte educta, alia conveniunt remedia quæ humorum reliquias consumant, & pulmones roborent, inter quæ probatissimum est hoc.

Terebinth. venet. lotæ in aq. hyssopi ʒii. ammoniac. ʒii. penid. ʒß. pulmon. vulp. præp. ʒi. botryd. pulveris, aristoloch. an. ʒiß. M. omnia & ducta in mortario redigantur in formam elect. dosis est ʒß. pro vice. Exsiccat simul & detergit; finem imponam proponendo descriptionem Elect. quod habeo in lib. meis manuscriptis, tanquam secretum optimum: Habet enim omnes scopos dilatandi thoracem, emolliedi sputum, attenuandi & incidendi, exsiccandi & corroborandi.

℞. Butyrum rec. in aq. farfar. decies loti ʒiv. nuclei pini, passul. dactyl. amygd. amar. an. ʒii. hyssop. ireos, thymi, satureiræ, serpentar. pras. puleg. calament. sem. urtic. an. ʒß. cinamom. caryophill. zinzib. galang. piperis nigr. anis. cardamom. an. ʒii. ligni aloes, uncis mosch. an. ʒi. mulsi dilutissimi. Infunde passul. & dactil. per triduum in prædicto mulso; deinde coq. lento igne, & exprim. huic expresso succo adde butyr. jam propos. & iterum bulliant in lbii. mellis despumat, & in fine adde ipsos nucleos pini, amygd. & ʒi. pulm. vulp. præp. hujus electuarii datur ʒi. ubi maximè urget morbus, in initiori affectu, ʒß. 4. hor. ante cibum saltem 30. dierum spatio. *Hercules Saxonia, practicæ parte prima, cap. 27.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Asthmate.

SEnex septuagenarius, à multis annis asthmaticus, ad eam redactus erat angustiam, ut vix spiritum ducere posset, etiam erecta cervice, & hiante ore continuò sterteret, neque ullo modo quiescere posset, quin statim suffocari videretur, sequentium remediorum usu stertor desiit, facilior respiratio fuit, & æger multum levatus est.

℞. Aq. Cinamom. ʒii. oxymel. scillit. ʒi. M. utatur ex cochleari frequenter.

℞. Rad. enulæ campan. sacchar. conditæ ʒiii. sacchar. cand. ʒß. Syrup. de hyssop. ʒi. gummi ammoniac. aq vitæ dissolut. ʒß. M. F. loch. de quo capiat. Cochlear unum mane

manè & serò, sensim lambendo. *Lazarus Riverius, observ. 21. cent. 3.*

Elixir proprietatis apud *Paracelsum* curat Asthma, Epilepsiam, Apoplexiam, Paralysin, Atrophiam, Tabem. Ita paratur.

℞. Aloes lucidæ, myrrhæ opt. & croci opt. an. ʒi. duo priora terantur accuratè, crocus verò quia non teritur, nisi exiccatus, potius conglobetur tundendo; ponantur in vitro capacissimo & forti, sigilleturque liquato collo vitri, & destilletur moderato colore, ne vas dissiliat, donec videas totam offam in fundo coaluisse, & circulari oleum clarum, cum aqua in parietibus vitri: tum aperiatur collum vitri, & infunde ℔i. aq. cinamom. & destilla per arenam madidam, cui aqua bulliens sensim affundatur, donec non ampliùs è rostro alembici quicquam stillet. Hoc medicamine tam quartanam, quam continuam statim absolvi, adeo ut qui noctu susceperat sacrosanctum viaticum, & olei extremam unctionem, me in prandio convivam circa lectum habuerit. *Job. Helmontius*, Tractat. cui cit. *Recepta Injecta.*

Quædam orthopnoica erat, magna copia pituitæ putris in pulmone; purgatione & ventris inferioris, & multa anacatharsi melius habuit: In difficultate spirandi non est formidanda etiam frequens & magna purgatio. *Guil. Ballonius, Epidem. lib. 2.*

In Asthmate a crassa & viscida materia, in duobus expertus sum sequens lambitivum *Gesneri.*

℞. Sulph. pulverisati, & sæpissimè cum aq. tussilag. loti ʒi. diapenid. ʒviii. M. optimè contulit.

Mulieri cuidam sæpius bene profuit sequens apozema, in angustia pectoris & dyspnœa.

℞. Passul. Corinth. ʒiij. dactyl. nu. 12. ficuum nu. 8. jujub. num. 10. sem. fœnicul. anis. an. ʒvi. fœnugræc. ʒiij. rad. ireos ʒß. fol. hyssop. prasi. capil. ven. an. mj. liquirit. ʒiß. palypod. q. ʒi. coq. s. a. in ℔ v i i i. aq. font. ad medias, deinde adde mellis despumat. ℔i. coq. iterum ad consumptionem ℔i. postquam refrigerata fuerit, coletur & servetur in vitro Dosis ʒiij. manè, calidè, quandiù durat. *Achilles Gasserus, observ. 11.*

Asthma diuturnum in Patricio quodam, cum aliis non posset, tandem curatum est aqua salis armoniaci, quæ paratur hoc modo.

℞. Fol. sempervivi 20. aut 30. Contunde in mortario adfuso aq. fontanæ momento, col. cum expressione, sicut emulsiones fieri solent, & adde salis armoniaci ℈ij. M. plurimis etiam aliis contulit egregiè.

Idem præstat Spiritus ejus vi scilicet diuretica. *Jeremias Martius, observ. 92.*

Præmisso vino emetico, quod Pulmonum & Pectoris mala mirè sublevat; exhibeatur sequens Pulvis à ℈ß. ad ʒi. per singulos dies, manè ac vesperi, usque ad morbi declinationem cum vino albo; vel jusculo.

℞. Cardui Bened. Sinap. Sylvestr. an. ℈ij. piper. longi ℈i. fol. Sen. mund. ʒij. anis ℈ß. f. pulvis subtiliss. hisce paucis perplures pristinæ, integræque sanitati restituimus. *Martinus Rulandus, curat. 8. cent. 6.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Asthmate raro.

VIvit hic puer quadrimus qui ab incunte ætate pectoris quadam angustia, adeoque gravi asthmate, affligitur statis periodis, menstruis fere, nunc citiùs, nunc tardiùs, prout in victu vel excedit, vel modum servat: in paroxismo tam graviter angitur, ut jamjam suffocari, & animam agere videatur, qui paroxismus ante non cessat, quàm materiam crassam viscidam, compactam, gravissima tussi, & summis conatibus per os excernat, sæpiùs autem hactenus excrevit talem materiam, unitam, albissimam, arboris radices, caudicem & ramos, omni ex parte referentem, quam si δρυμικτοποιεῖν mihi liceret φλεγμικὸν ἔνδρον nuncuparem, ubi autem viscida illa materia coarcevetur, & coagûletur, si dicere, cogar, in ipsa aspera arteria (qua parte ad pulmones pervenit bifida & in minores ramos dispersa quos bronchia pulmonum vocant) sedem reponam; ubi paulatim partim ex naturali pulmonum debilitate, partim à defluxionibus à capite factis colligitur. *Gregorius Horstius, observ. 4. lib. 3. De morbis pectoris.*

Pro Asthmate nunquam fallibile remedium habetur potio sequens.

℞. Ammoniac. ʒiß. aq. hyſſop. ʒiv. vini rhenani, ʒij. M. ut decet. tanta efficacia a ſuffocatione, liberat, ut præclarius remedium non viderim.

Commendatur etiam in hoc affectu Elixir proprietatis cum aq. tuſſilag. vel hyſſop. exhibitum *Philip. Grulingius, cap. 1. part. 2. lib. 2. Practic.*

Aſthmaticus quidam, aſſumpto alternis diebus hoc Syrupo, & excreto per ſputum viſcido humore, convalvit.

℞. Fol. Nicotian. virid. aut ſiccor. Mj. Ariſtol. rot. enul. camp. an. ʒi. hyſſop. mont. capill ven. flor. viol. an. Mj. paſſul. exacin. ʒiv. liquirit. raſ. & contuſ. ʒiß. ſem. fœnugræc. ʒi. caric. ping. num. 6. dictam. origan. praſſ. ſcabioſ. an. Mj. ſem. urtic. aneth. an. ʒij. aniſi. ʒi. ligni guajac. Smilac. aſper. rad. Chin. an. ʒi. tuſſilag. Mi. Strobil. num. 20. dactyl. num. 10. coq. S. A. ad ℔iij. colat. adde ſucci Scillæ ʒß. ſucc. Enul. & hyſſop. an. ʒi. bulliant quouſque ſucci abſumantur, adde balſami aut olei de liquidamb. ʒi. & cum melle & Saccharo F. Syrupus. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 123. lib. 1. Prax. Admirand.*

Quidam difficulter ſpirabat, anheloſus erat, macruerat, omnes accuſabant pulmones, aperto cadavere, nil commemorabile in pulmone repertum eſt, cor (quod admirabile) maiuſculi capitis magnitudinem adæquabat. Adeò increverat, ut omnis ſanguinis & ſpiritus, eo facta ſit συρρ'οὴ & συνδρομὴ *Guil. Ballonius, lib. 2. Epidem. & Ephem. pag. 144.*

SECTIO XLIII.

Pro Atrophia.

QUidam Atrophia laborans mala citria ſummoperè appetens, unum integrum & magnum 4. librarum pondere comedit, quod, ut ſcimus, commanducatum à quolibet ſano difficillimæ concoctionis eſt; tamen hic æger citro devorato meliuſcule habere incepit & convaluit. Indulgeant quandoque Medici ægrorum voluptatibus cum modo & menſura, multoties enim natura a nullo edocta id quod eſt ſibi utile maximoperè appetit. *Dominicus Panarolus, obſerv. 36. Pentecoſte 2.*

Atrophiam evacuationes acras non tollunt; ſed exaſperant, ſi tamen colluvies interiora viſcera gravat, præſertim ventriculum, vomitus lenes ſunt imperandi, maxime ab aqua benedicta, eius nimirum peculiaris vis hæc eſt, ut non tantùm ſuburram eliminet, ſed etiam ventriculum ad concoquendum inſtiget. Unde poſt aquæ benedictæ uſum, ſemper videmus appetitum corroborari, augerique, licet aliquandiu ille ſepultus, parum aut nihil omnino effecerit, hoc itaque auxilium moderatè inſtitutum, in principio huius curationis multùm prodeſt.

Deinde humectantia imperanda ſunt, ſed ita ut viſcerum obſtructiones ſimul expediantur, inter externa in hoc caſu laudabilia, pro pueris eſt balneum ex decocto capitis & pedum vervecis in aqua tam diu ebulliendo præparatum, ut conſumptis omnibus carnibus oſſicula tantùm poſſint eximi, hoc atrophiam puerorum laudabiliter ſolvit, ſi ſepties, octies, novies, in eo laventur, ſemel atque iterum de novo præparato, a balneo ſpina dorſi, vel oleo oliv. aut unguento reſumptivo tota inungenda eſt, in victu dentur humectantia, iuſcula & brodia, rarò aſſa. Emulſio amygd. d. cum aqu. tuſſilag. & beton. & quandoque cum ſem. papav. alb. & melonum maximè utilis eſt.

Adultis atrophia laborantibus, præter balneum aquæ dulcis, aqua deſtillata ex ſanguine ſuillo, & plantis refrigerantibus & humectantibus mirificè prodeſt, aqua iſta ſic paratur.

℞. Sang. ſuilli ℔ii. frica manibus ut omnes fibræ auferantur, adde fol. beton. tuſſilag. roſ. rubr. malv. an. Mi. fol. Lactuc. Mß. ſem. melon. ʒi. aq. tuſſilag. ℔ii. deſtilla in B. aromatizetur cum tabul. manus ch. perl. ʒiij. ad ſingulas libras, de hac aqua bibat ſæpius Lac, etiam humanum ex uberibus hauſtum mirificè prodeſt, iis qui ex ſumpt. philtro atropia laborant, lac equarum auxilium eſt præſtantiſſimum; ſemper tamen cum pauxillo ſacchari exhibendum. Conſumptionem corporis deſperatam, nihil proficientibus aliis remediis, hoc modo aliquando curavi.

℞. Mellis Virgin. q. ſ. inunge ollam non vitreatam recentem intrinſecus, poſtea olla

olla plantetur in acervum formicarum, ita ut orificium ollæ tegatur cribro mediocriter laxo, & sic formicæ currunt per cribrum, & cadunt in mel, in eodem hæsitantes, nec recurrentes, atque sic nihil palearum vel impuritatum aliarum intromittitur. Supra collectas formicas infunde Spirit. vini; q. s. digere vase clauso in B. per unum atque alterum diem, dein destilla primò lentè, donec nimirum spiritus vini prodeat, quo ablato, reliquum ebulliente B. destilla, & reserva. Hujus aquæ cochlear. i. qualibet septimana ter vel quater jejuno ventriculo, cum pane tosto exhibitum, atrophiam corporis mirabiliter tollit, interim totum corpus, vel tantùm partes distantes (manus brachia & pedes) aliquoties eodem liquore inungendæ sunt. *Joh. Hartmanus, Pract. Chimiatr.*

Atrophiam seu extenuationem membrorum in pluribus hoc modo curabat Nobilissima quædam matrona:

℞. Sapon. minutim concisi, & Lumbric. terrest. an. pt. æq. inde in vitrum, deinde adde salis quantitatem alterutri ex prædictis parem, & in sartagine probè calefactam: obturatumque vitrum in massam farinaceam compinge, & ad instar panis in clibano excoque, exempto postmodum ex pane vitro, reperies oleum, seu potius viscum quendam, qui illitus & Atrophiam & contracturas sanat. *Jeremias Martius, observ. 60.*

Vir quidam obesus & pinguis, ex febrili calore, & diuturna hepatis intemperie sicca, conniventibus cutaneis meatibus, non nutritus in atrophiam incidit, cui, non proficientibus aliis remediis, 15. diebus continuis ad normam *Galeni* picationem applicui: cujus usu ita impinguatum est corpus, ut paucis auxiliis adhibitis ad pristinum statum fuerit redactum. Picatores dicuntur illi, qui ferulis pice illitis partem debilem concutiebant & sic motu, & calore, sanguinem & nutrimentum ad partem attrahebant, & hac ratione membrum gracillimum impinguebant. *Zacutus Lusitanus, observ. 236. lib. 1. Prax. Admtrand.*

Cùm pueri & adultiores cachectici vocantur, ferè pro conclamatis relinquuntur, & quòd ad summum maciei ventum sit, ne medicamentulo quidem, locum relictum putant, sed sola prognostico: at longe secus res habet, nec fraudari laude debita debet *Fernelius*, qui meo quidem iudicio, de atrophia aliquid memorabile consignavit. Bilis flavæ & atræ circa iecur profusio atrophiæ causa sæpius est, vix enim atrophia vera observatur, in qua viscera præter intemperiem, non multorum bilioforum humorum colluvie scaterent, & earum copia distenderentur & cùm hæc causa naturalem spiritum & calorem proterat, vix laudabilis sanguis gigni potest; ac in cachexia quidem medicamento locum relictum putant, quod vitiosa sit nutritios in atrophia autem ad solam [illegible] confugiunt: at si circum viscera colluvies est istius bilis, quæ fovet intemperiem, frustra alimentis eam tollere nitaris. *Guill. Ballonius: Epidem. lib. 1. pag. 12.*

Passularum usus in atrophia, ad corporis nutritionem & ad impinguandum commendatur, in hunc modum præparantur.

℞. Passul. excinat. in. aq. bugl. borrag. & vino albo infusarum ℔i. siccentur, deinde disponantur in vase vitreato, Sinapizando saccaro tenuissimè pulverisato, ferventur in loco, & utatur iis frequenter. *Gnil. Rondelet cap. 27. lib. 1. Pract.*

Aqua Cochlearum recte destillata atrophiæ medetur, valenter nutrit, illa sæpe sæpius fœlici cum successu semper sumus usi. Proposuimus singulare remedium, & quo aliàs ipse summa cum languentium utilitate, fœliciſſimoque successu sum usus; sed quoniam non fuere cuncta præ manibus, non fuit factum. Remedium hoc singulare ad impinguandum, partim est è Cardano desumptum, & partim ex nostro marte inventum, & a nobis aqua mirabilis dicitur, cuius hæc est descriptio, quæ mihi semper secreta fuit, nunc autem ad Languentium commoditatem & studiosorum curiositatem publicandam esse censui.

℞. Sanguinis porcini iuvenis & adulti nuper decollati ℔ii. terebinth. venet. ℔i. liquirit. raf. ℔ß. passul. Mv. ficuum ping. num. 50. rad. ireos ℥iii. pinear. mundat. Miii. fol. tabacc. Mii. micæ panis. ℔ß. destillentur in vase vitreo in duplici vase, & in vase vitreo optimè obturato servetur, in

loco frigidiſſimo. Mirabilis eſt, hæc aqua ſumpta ad ʒii. cum modico ſaccharo alb. per 15. dies; impinguat valde, & reſtaurat omnes hecticos, etiam morituros, ſed morituri poſtea redeunt ad conſumptionem ſtatim; eſt guſtui grata, maximæque ac incredibilis efficaciæ.

Inter cætera quæ maciem arcent, ſunt ſomnus longus, gaudium, lætitia, quies, è contra curæ, ſollicitudo, anxietas, & nimia venus, Corpora ſiccant. Cibi ſalſi & herbacei fugiantur tanquam parum nutrientes, acetum maxime improbatur, nam præterquam quod vitam breviat, corpora etiam exſiccat, approbamus aquæ dulcis Balnea, inunctiones univerſales ex ol. amygd.d. rec.& pinguedine gallinæ cum roſaceo, & juſcula reſtaurantia. Si nactus fueris ægrotum aliquem divitem, & ſupradicta remedia non juverint, tutò confugere poteris ad balneum lactis, quod tantopere laudat *Avic.* in macilentis, conſumptis, hecticis, arefactis, & maraſmo confectis. *Epiphanius Ferdinandus*, *Hiſtor.* 20.

SECTIO XLIV.

De Auditus difficultate.

AUditus difficultas (quam Græci βαρυηκοιαν & δυσηκοιαν dicunt) ſymptoma eſt quoddam aures infeſtans, in quo debiles ſomni neutiquam, magni verò obſcurè percipiuntur, qui hoc vitio laborant, ſurdaſtri vocantur, eaſdem ſui cauſas cum ſurditate, ſed leviores agnoſcit, de quibus, cùm ad caput de ſurditate ventum fuerit, explicatius dicemus. Impræſentiarum dicimus, hujus ſymptomatis cauſam eſſe poſſe, aeris ingeniti craſſitiem, & impuritatem quæ ortum ſuum debet, tum aeri externo nebuloſo, tum etiam craſſæ victus rationi. Infarctus etiam nervi auditorii à quolibet humore non minus bilioſo; quàm pituitoſo, accuſari hic jure poteſt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Auditus difficultate.

OBſervata victus ratione, ſæpe corpus infuſo Senæ purgetur; cùm Senna omoium ſenſuum organa præcipuè mundet infuſum ita fiat.

℞. Paſſul. ʒi. galang. inciſ. ʒi. decoq. in aq. puræq. ſ. pro duabus doſibus. Infund. flor. borag. viol. an. pi. fol. Senæ el. ʒi. ſtent. in infuſione per noctem, & mane calefiat, ac pro duabus potionibus exprimatur.

℞. Expreſſionis ʒiv. Syrup. roſat. ſolut. ʒi. mannæ Calabrinæ. ʒvi. Ms. ſic pro uno & altero hauſtu. Caput deinde hoc apophlegmatiſmo expurgetur.

℞. Roſmar. origan. ſalv. rutæ, an. M ß. roſ. rubr. pß. rad. Zinzib. inciſ. ʒiß. pyrethr. ʒiii. Coq. in lbii. ad medietatis conſumptionem. Colat. adde aceti roſac. acerrimi ʒi. detur pro gargariſmate quo manè os abluat. Iſto modo evacuato capite, decoque in aqua & vino origanum, atque in decocto calido, ſpongia madefacta & expreſſa auri affectæ adſſibeatur. Iniiciatur deinceps per calamum una vel altera gutta aq. Cardui hoc modo deſtillatæ.

℞. Fol. Cardui mundator. & ſiccor. M i. aſpergantur ſpiritu vini, & in vas vitreum quod bocciam appellant, imponantur; atque aq. Cardui q. ſ. affundantur; ſuppoſitoque alembico vitreo deſtilletur in arena, deſtillatum in vitro clauſo ſervetur, cum uti voluerit, parum de eo in argenteo cochleari calefiat, injectum auribus, in adverſam partem caput declinet exiguo tempore, deinceps rurſus elabi ſinat, aurem perpetuo lana Xylina quæ odorem vel ex moſcho, vel ambra contraxerit, concerpta muniat: caput, non refrigeret, & ne auribus ventus moleſtus ſit caveat, cum auris mundanda eſt, non confricet auriſcalpio, ſed linteolum molle intortum inſtar turundæ imponat, atque hoc modo mundet. *Ioh. Craton. Conſil.* 2. *lib.* 4.

Commendatur imprimis balſamum purum Orientale, ſi intincta bombyce auribus imponatur, ego aquam cardui rectè diſtillatam balſamo præfero. *Io. Craton. Conſ.* 5. *lib.* 2.

Pro auditus difficultate juſſi eum aquam ex fellibus auribus indere, eaque interiora madefacere, nec diutiùs retinere, ſed poſtquam effluxit, aures bombyce moſchata obturare. Aqua ex fellibus deterſiva ita paratur.

℞. Rad.

℞. Rad. raphan. porr. Cæpar. an. ℥i. Cyclamin. ℥ß. helleb. alb. ℥i. fol. origan. ficc. ℥iii. rutæ, majoran. an. ℥ii. flor. Lavend. ℥i. fem. fænicul. Cumin. an. ℥i. bacc. Lauri num. 15. contuſis adde fellis vaccin. ℥i. (fortè ℥i) vini alb. q. ſ. ad pultem formand. deſtillat. in B. M. & ſervetur aqua. Suffitum etiam excipiat ex decocto bacc. Lauri, ſem. Carvi, red. Caryophil. iridis fol. rutæ, Salv. beton. myrrhidis, ſpondylii, an. cum vino. *Felix Platerus, obſerv. lib. 1. pag. 125.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Auditus difficultate.

PRo digerenda pituitoſa materia tenaciter in auditus organo impacta, gravis auditionis proxima cauſa, nullum præſtantius remedium occurrit, quàm liquor ex anguilla emanans, dum torretur, cum ol. aniſi ſenſim in aurem affectam hora ſomni inſtillatus: ejuſdem fere valoris eſt ſuccus Scyllæ, cum ol. Liliorum. Ego autem ſæpius fœlici cum ſucceſſu inveterata etiam ſurditate expertus ſum theriacæ aquam ſtillatitiam ſingulis 8. horis in aures inſtillatam.

Hoc etiam remedium in hoc caſu optimum eſt.

℞. Aloes ℥i. Colocynthid. interioris. Euphorbii, an. ℈i. moſch. ambr. an. gr. VII. terantur ſubtiliſſ. & cum felle vaccino M. & F. trochiſci, qui ſiccentur, atque uſus tempore ſuper cote fricentur, & cum ſucco raphani in aurem inſtillentur. *Joh. Zecchius, conſult. 43.*

Anguillæ pinguedo, quæ dum aſſatur, excidit, infundatur calidè in aures, aliud eſt, allium trictum & tuſum per noctem intra aures apponatur; aliud quod & *Hippocratis* eſt, Galbanum aceto diſſolvatur & addito melle auribus applicetur; aliud. Incavetur Cepa, & impleatur oleo, ponatur ſub cineribus, ut ebulliat: contundatur & exprimatur ſuccus in aures. Per intervalla adhibeantur quæ emolliunt, quale eſt oleum amygd. d. procuret noctu in auribus goſſipium tenere cum pulvere moſchi odorati, aliquando etiam Zibethi. *Rodericus à Fonſeca. Tom. 1. Conſult. 13.*

℞. Card. boned. aſperge aquam cardui & fac. ut denuo deſtillet, hoc liquore linteolum imbutum Crato ſurdaſtris immittit in aurem, ſi doleant, vel non audiant. Nihil ex omnibus medicamentis, quæ expertus eſt, ſe conducibiliu comperiſſe fatetur. *Carolus Oslevius, l. 3. piſt. Cratonis* & aliorum Medicorum a *Scholtzio* editorum.

SECTIO XLV.

De Auris dolore.

SOlet acutis dolor tàntùm ſæpe faceſſere negotium, ut mortem nonnunquam ſolus accerſat, vel ſaltem cerebri affectus magni momenti, veluti delirium, phrenitidem, carum, & apoplexiam. Hic enim dolor, aliter quàm qui oculos moleſtat, quàm citiſſimè cerebrum in conſenſum trahit. Græcis ἀπαλγία dicitur. Eſt quidam naturæ triſtis perceptio, afflictis partibus ſentiendi vi præditis à ſolutione continui ortum ducens. Partes affectæ ſunt membrana & nervus auditorius. Cauſæ internæ ſunt, phlegmone, materia putrida & purulenta, ex mixto in aure abſceſſu, humores calidi, ſed ſæpius frigidi, vermes & flatus, externæ ſunt, aer ambiens, percuſſio, animalcula, pulveres, lapilli, & grana quæ intumeſcunt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Auris dolore intenſiſſimo in Muliere.

CUm pilulis Cochiis & aureis illam purgaſſem, & cucurbitulas ſcapulis cum ſcarificatione, & ventoſam in nucha appoſuiſſem; hoc Cataplaſmate impoſito, miraculi inſtar ab omni dolore liberata eſt.

℞. Cæpe numero i. ſub cineribus fervent. decoctum, oleum chamæm. ℥iß. butyr. rec. ol. aneth. an. ℥ß. croci, ℈i. contuſa emplaſtri modo, auri dolenti appoſita ſunt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 12. De Aurium morbis.*

Auris dolorem ex inflammatione ſic curavi.

Præmiſſo clyſtere emolliente & refrige-

gerante, ſanguinem detraxi ex vena cephalica ejuſdem lateris: Poſtea, cum fervens eſſet inflammatio, ovi candidum tenue cum lacte muliebri tepidum infudi. Aliquando etiam uſus ſum ol. viol. in quo aſelli infuſi ſunt & expreſſi, modò etiam roſaceo ſolo, modo lacte admiſto, aut albo ovi.

Similiter extrinſecus lanam jam dictis imbutam impoſui, cavendo tamen ne calefieret.

Pars quoque dolens hoc fotu fovebatur.

℞. Malv. biſmalv. viol. lactuc. ſalic. an. Mi. ſem. Cydon. malv. an. ℥iß. flor. Chamæm. melilot. an. p. i. flor. roſ. rub. pß. F. decoctio, qua pars leviter & tepidè cum ſpongia madefacta & expreſſa foveatur. Talis fotus optimè conveniebat, ut materia digeratur, & ſic paulatim materia fuit reſoluta ſine abſceſſu. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 5. *lib.* 12.

Quidam autem dolentem ex percuſſione ita curavit; medullam panis albam calidè tritam cum melle apponebat, quæ frequenter ſuperpoſita dolorem ſedebat; Particula etiam thuris infundatur in lacte donec diſſolvatur, & guttatim in aurem mittatur: Hoc enim illicò dolorem tollit ut expertum eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 7. *in Schol. lib.* 12.

Si auris doleat ob granum, lapillum, aut aliud tale corpuſculum in aurem immiſſum, extrahantur hæc hoc modo. Inungatur auris exteriùs oleis & unguentis calidis, ut martiato Agrippæ, dialthæa, ol. laur. camom. ſambucino; petrolæo & ſimilibus. Deinde ſternutationes provocentur, & teneant ſe per nares, ut propter magnum impetum ſpiritus poſſint extraduci. Quod ſi cum hoc non curatur, accipe baculum ſubtilem & lævem & bene politum, & terebinthina, vel viſco, vel gummi pini, vel pice navali liquida, vel aliquo alio ſimili in capite intingatur, & ponas in aurem, ita quòd talia viſcoſa ſupra lapillum vel lignum adhæreant, & ſic extrahantur. Quòd ſi cum hoc extrahi non poſſit, tunc ventoſam ſine ſcarificatione ſupra auriculam in qua ſunt hujuſmodi corpuſcula ſæpè & ſæpius appone. Quod ſi extrahi non poſſint adhuc, poſitis priùs oleis & unctionibus dictis, apponatur galbanum, ſupra petiam extendatur, & ſupra foramen auris ponatur, & jaciat patiens ſupra aurem læſam. Expertum eſt. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib.* 1. *capit.* 32.

Aſelli in oleis anodynis infuſi & expreſſi præſtantius faciunt anodynum: hæc enim animalia eximiam habent vim dolorem ſedandi, eaque ratione in doloribus dentium, hæmorrhoidum aliiſque uſurpantur. Vel dicti aſelli vivi capiuntur, & in oleis cum aqua decoq. ad aquæ conſumptionem. *Lazarus Riverius, Pract. lib.* 3. *cap.* 3.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Auris dolore atroci ab humore bilioſo.

PRæmiſſis purgatione & venæſectione, ad topica remedia confugiendum eſt: quorum omnium mox præſcribenda efficaciſſima tutiſſimaque ſunt ad mitigandum dolorem, cui quàm maximè ſtudendum eſt.

℞. Ol. roſac. omphac. nymphæx, amygd. d. an. ℥ß. ſucc. ſolatri depurati ℥i. M. omnia exactè, & in aurem ſenſim inſtillentur actu tepida, vel adeps anſeris butyro recenti liquatus cum oleo roſac. in aurem pariter inſtilletur, vel (quod omnium optimum eſt) ovi nuper nati album, cum lacte muliebri, & ol. roſac. ſubactum cum opii gr. iii. & croci tantundem, ſi tepidum in aurem inſtilletur, mirificè dolorem omnem mitigabit.

Ubi verò doloris cauſa frigido morbo accepta fertur, vel inflammatio ad ſuppurationem tendit, *Benedicti Victorii Faventini* emplaſtrum ex cæpa, fœliciſſimo cum ſucceſſu adminiſtratur, quod hujuſmodi eſt.

℞. Cæpæ ſub ignitis cineribus excoctæ nu. i. butyri rec. ℥ii. ol. chamæm. & roſac. an. ℥i. croci ℈i. omnia ſimul confuſa & probe ſubacta ad emplaſtri formam rediganter, quod temperatè calidum dolenti parti applicetur. *Job. Zecchius, Conſult.* 62.

SUB-

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Auris dolore, Apoſtemate & Ulcere.

HUic in conſilium poſt multa fruſtra tentata Medicamenta, adhibitus, juſſi, ut manè ac veſperi in aurem læſam 3. vel 4. guttas olei ſulphuris tepidi, priore rejecto, iniiceret; & poſtea in ſano latere horas aliquot decumberet, quod cum feciſſet indies, omnis dolor mitigatus, ulcus abſterſum curatumque fuit paucis diebus, cum omnium admiratione. Cum eodem ſulphuris Balſamo ad eundem modum adminiſtrato, ſanavi auris dolorem intenſiſſimum in alio. *Martinus Rulandus, curat. 85. cent. 1.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Auris dolore.

DIvinus Senex, *lib. 2. epid. ſect. 6.* ſic præfatur, graviſſimosa urium dolores affixa cucurbitula tollit. Hæc memoranda ſententia ſummam attulit opem, miſero cuidam, qui ex dolore auris atroci malè habens; omnibus præſidiis deſtitutus, vigil, debilis, & amens factus, continuò febriens, in horas moriturus ſperabatur. Hic cum ex venæ ſectione, cucurbitulis, toſtis, humeris, collo affixis, revellentibus clyſteriis, expurgantibus, cæteriſque revulſoriis auxiliis, ſicut & anodynis intra aurem inditis, nullam ſentiret utilitatem, cucurbitula ſcarificata juxta aurium glandulas applicata, levatus eſt: extracto enim copioſo ſanguine, inflammatione reſoluta, hujus auxilii beneficio omnino, ſanus permanſit. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 69. lib. 1. prax admirand.*

In doloribus aurium, folia Nicotianæ viridia, vel etiam exſiccata ſed iterum humectata; mirificè proſunt. *Job. Hartmannus*, pract. Chimiatr.

Tonſori cuidam aurem vehementer dolenti, Pyroticum in ſævitia doloris radici auris adhibitum eſt; multò alacrius dolorem tulit. *Guil. Ballonius, lib. 2. epid. pag. 260.*

Oleum è ligno coryli acerbiſſimos aurium dolores ſubitò ſanat.

Si alia non proſint, neceſſarium eſt, ut ægro hora ſomni exhibeantur Laudani opiati gr. iii. *Daniel Sennertus, lib. 1. part. 3. ſect. 2. cap. 8.*

SECTIO XLVI.

De Auris Sibilo, Sonitu & Tinnitu.

HÆc tria ὠτῶν ἦχος, aurium ſonitus, συριγμὸς, ſibilus, & βόμβος, tinnitus, unum eundemque affectum deſignant: qui nihil aliud eſt, quam depravata auditio, ob internum ſonum in ipſis auribus præternaturaliter excitatum, & perceptum, etiam cum foris omnia ſilent. Pars affecta eſt meatus auditorius, ea maximè ſui portione, qua nervum quinti paris expanſum excipit, prope cavitates labyrinthũ & cochleam dictas: quæ nervi panſi portio, vel finis potius pori ἀκουστικοῦ, ubi dilatato nervo conjungitur, auris præcipua pars eſt. Hujus ſymptomatis cauſa, (quam aliqui in facultatis audiendi debilitatem malè referunt, quidam etiam in ejuſdem ſenſum nimium exquiſitum, qui *Galeno* ἀκρίβεια τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως dicitur, leviſſimam impulſionem internam percipiente) alia non eſt quam vapor aut flatus, qui vel ab aliis partibus traſmiſſus, vel in ipſis auribus genitus, congenitum aurium aerem agitat & impellit; unde ſonitus excitatur; prout verò flatus multus eſt; vel paucus, craſſus, vel tenuis, celeriter aut tarde movetur, varios ſenſoriò ſonos repreſentat, variaſque appellationes ſortitur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Aurium Sibilo.

AD Aures ut calefierent, & tollerentur vapores ad eas deſcendentes, & non dimitterem remedium tantopere celebratũ in hoc caſu à *Scribonio* Largo, in quo accipitur una pars olei de Pice, & duæ partes olei amygd. d. vel olei communis; quod expertus ſum cerebro ad aures miſſis. *Jo: Baptiſta Montanus*. Appendice ad Conſil x.

SUB-

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Aurium ſonitu à cauſa frigida.

℞. OL. nardin. ℥iii. ol. de origano, ℥v. Pulp. colocynthid. ſubtiliter pulver. ℥x. fol. origan. & lign. aloes an. ℥ß. omnia in vaſe vitreato diligenter commixta bulliant lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, dein cum expreſſione decenti colentur bis per pannum ſpiſſum, & reponantur in vaſe vitreo radiis ſolis expoſito. Infundatur una vel duæ guttæ hujus olei auribus affectis bis in die, ante prandium & ante cœnam. Hoc medicamen eſt ſublime valde: In cius enim laudibus convenerunt omnes illuſtres viri, quod ipſum eſt de melioribus medicinis ad omnes ægritudines frigidas materiales, vel immateriales organorum auditus. *Bartolamaus Montagnana. conſil.* 8.

℞. Maſſ. pil. coch. i. ſine quibus an. ℈i. ol. macis gr. iii. diagridii præp. gr. ii. cum aqu. origani F. Pilulæ numero ix. Sumantur ad tempus ſingulis ſeptimanis, poſt modum bis in menſe. Ad confortationem cerebri, capitiſque, uſum ineat iſtius cucuphæ.

℞. Rad. Ireos, cyper. an. ℥ß. angelic. ℥iß. flor. roſ. rubr. fol. maioran. lavend. ſtœchad. arab. gran. tinct. an. ℈i. ſem. nigellæ, coriand. præp. an. ℥iß. caryoph. nuc. moſch. an. ℥i. maſtich. thuris alb. an. ℥i. ſtyrac. calam. benjoin. an. ℥iii. M. F. Pulvis craſſiuſculus pro cucupha. Externè de liquore ſequenti guttæ aliquot auri utrique tepide inſtillentur, vel cum bombace indantur.

℞. Ol. amygd. amar. aneth. rutac. chamæmill. an. ℥ß. bellebor. alb. caſtor cl. an. gr. iii. ſem. cumini infuſi & expreſſi ℥ß. M. diligenter pro liquore. Huius liquoris uſum præcedat hic fotus.

℞. Fol. Maioran. rutæ, abſint. hyſſop. an. Mß. flor. malv. melilot. chamæm. an. M. i. ſem. cumini, rutæ, aniſi, an. ℥iiß. in q. ſ. aquæ pro fotu, cuius vaporem per infundibulum manè auribus excipiat. *Job. Petrus Lotichius, obſerv. 1. cap. 3. lib. 2.*

SVBSECTIO TERTIA.

Pro Aurium tinnitu ex ſpiritu flatulento & craſſo humore.

HOc Oleum præſtantiſſimum eſt.

℞. Colocinth. ℥ß. ſucc. rutæ, & amarac. an. ℥i. cumini, carvi an. ℥ii. F. decoctio in vino & oleo amygd. amar. ad vini conſumptionem; Exprimantur omnia & colentur: Vtatur: hoc oleo frequenter in aurem injiciendo, & ſemper habeat aures obturatas bombace moſchathelino.

Aliud *Rondeletii* præſtantiſſimum, maxime ſi cum ſurditate ſit aurium tinnitus.

℞. Rad. hellebor. alb. ℥iii. fol. Lauri & Rutæ, an. Mß. fol. fraxini, M. i. F. decoctio in ol. amygd. amar. vel nucum (quod efficacius erat) & vino albo vel malvatico: decoque ad vini conſumptionem; Exprimantur fortiter & colentur, iniiciatur colatura in aurem. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 10. *lib.* 22. *De Aurium Morbis.*

℞. Mille pedum num. 30. laventur & bulliant in ℥ii. olei amygd. amar. & ℥iv. aceti optimi uſque ad aceti conſumptionem; facta diligenti expreſſione, colatura ſervetur ad uſum, veſperi guttam unam tepidè auri inſtillet, deinde bombacem moſchum redolentem auri imponat. *Johan. Baptiſta Montanus.* Apendice ad conſ. xi.

Suffumigia hic probantur, quæ quamvis plura eſſe poſſunt, ego ſeligo illud quod fit ex abſinthio, in aceto & aqua ſalita decocto, ea tamen ratione, ut fumus per cannulam in aures excipiatur. Aqua theriacalis inſtillata in uſu eſſe ſolet, ut & medicamentum quod paratur ex ovis formicarum cum ſucco cepæ contritis, cùm ſit unà auditus diminutus. *Iul. Cæſar Claudinus, conſult.* 138.

Hoc medicamentum eſt præſtantiſſimum.

℞. Hellebor. alb caſtor. an. ℥ii. coſti; ℥iß. rutæ, ℈ii. amygd. amar. ℥i. euphorb. ℥ß. coq. omnia lento igne in duplici vaſe, colentur, & tepide auri inſtillentur. *Helideus* de *Paduanis, conſil.* 63. *lib.* 6. *conſil. Cratonis* & aliorum Medicorum, *à Laurentio Scholtzio* editorum.

In tinnitu, ſonitu & ſibilo, multùm præ-

præstat panis recens coctus, statim ex clibano sumptus, & inferiore crusta ablata: immissoque spiritu vini bono, si ad aurem applicetur, ut vapor ille intro recipi possit. *Ioh. Hartmannus*. Prax. Chimiatr.

In tinnitu aurium sufficit abstinere à cœna & potu serotino, & in lecti introitu cochlear unum carvi aceto decocti & exsiccati, vel ejus defectu tantundem anisi vel coriandri conditi, quibus sumptis, nihil vel parum superbibatur & sit vinum bene lymphatum. *Arnoldus Villanovanus. Practica summaria cap. 2.*

SECTIO XLVII.

Pro Aurium fluxu.

IN fluxu aurium perpetuo, inque colluvie, laudatur urina puerorum destillata immissaque in aurem ad guttas aliquot usque ad x. Relinquitur immissa urina aliquandiu (mane quotidie jejuno ventriculo) postea inclinato capite denuo emittitur. In hoc casu necessariæ sunt purgationes capitis. Detur præterea decoctum Guajaci pro potu. In Pueris, qui propter humiditatem potissimum huic morbo obnoxii, non deproperandum ad curam, sed malum ætati crescenti relinquendum. *Ioh. Hertmannus*. Prax. Chimiatr.

MEDICINÆ PRACTICÆ

LIBER SECUNDUS.

De Affectibus à litera B *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

De Bubone.

BUbo in genere est inflammatio glandularum sub axillis, & in inguinibus cum dolore, tumore subduro, calore, rubore & febre. Ortum habet à sanguine in glandulis supra dictis effuso, qui tamen semper humorem aliquem vitiosum, naturam ad excretionem stimulante, conjunctum habet. Ejus variæ sunt differentiæ, alius est benignus, cujus causam hactenus recensuimus, alius malignus, qui rursus pro materiæ malignæ varietate, pestilens vel venereus. De quibus infra.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Bubone pestifero.

IN Bubonibus pestiferis evapora madente stupa ex decocto flor. Chamæmill. melilot. fol. malva scabios. morsus diaboli. Tandem opoponax, ex aceto coquatur, ut solvatur, ac setaceo transmittatur, & cum oleo laterino iterum coque ad mellaginem, inde fit Emplastrum, Vel.

℞. Consolidam maj. & scabiosam, adde ficus detractis pelliculis externis, cum rad. Liliorum bis ex aqua coctis ac croco adjecto. F. Emplastrum. Apertum Ulcus purgetur succo nicotianæ & senecionis, card. ben. & pimpinellæ. *Ioh. Heurnius, ad Aphor. Hippocr. 15. sect. 4*

Pro

Pro Bubone peſtilentiali juvat hoc Emplaſtrum.

℞. Gum. Galban. aceto diſſoluti, empl. diachil. cum gummi & oxycroc. an. ℥ii. M. ſæpe ab ipſo principio uſque ad perfectam ſuppurationem hoc ſolum Emplaſtr. impoſuimus: quod omnibus intentionibus ſatisfaciebat, eoque ſolo tumores non rarò ad integram ſanationem perveniebant. *Iſbrandus Diembroech lib. 3. De peſte cap. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

De Bubone exitiali.

IN quedam Peſte infecto habebat Bubo in circuitu circulum quendam diverſi coloris, ut Iris in cœlo ſpectatur, quod ſignum evidens erat mortis. Id enim in hac Peſte *Delphenſi* quotidiana experientia conſtabat, quibuſcunque Bubo vel Anthrax cum tali circulo appareret, tales fere omnes moriebantur. *Petrus Foreſtus, Obſerv. 20. lib. 6. De Febribus Epidemicis.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Bubone.

JUveni cuidam 15. annorum Bubo & Apoſtema enatum erat ſub alis ſine febre. perunxi mane & veſperi oleo noſtro Sulphuris; ac deſuper applicavi Emplaſt. Diaſulphuris: quibus ſtatim emollitum, maturatum, ruptum mundificatum; & conſolidatum, fuit intra decem dies *Martinus Rulandus, curat. 3. cent. 4.*

Quidam natus annos 9. ſupra 10. habebat inguinum permagnam inflammationem, cum dolore propter quam ægrè movit pedes, non potuit ſtare, hunc ita curavi.

℞. Pingued. porci ℔. i. Abſinth. Contuſ. q. ſ. m. ac F. pulticula; quam applicabam manè ac veſperi per tres dies, unde tumor emollitus. ac cum dolore diminutus fuit. Poſt tres dies Bubonem perrupi oleo ſulph. & deſuper impoſui emplaſtr. diaſulphur. ex quorum uſu intra quatuor dies rectiſſimè convaluit. Interea dum ambulare cœpit, accepit talem Potionem.

℞. Decoct. Senæ ℥iii. Syrup. è Rhabarb. ℥i. M. prò hauſtu qui magnoperè profuit. *Martinus Rulandus, curat. 23. cent. 8.*

De Sambuco venit in mentem quoddam remedium, quod tibi reticere non debeo, præſertim cum ſingulari modo aliud agens in ſcripto libro meo repererim, & certo experimento comprobatum legerim; accipiendi ſunt flor. Sambuci, & cum his contundenda eruca, atque fimus columbinus, vel piper. Si Sambucus non ſit recens, aliquid aq. Sambuci admiſcendum ac fingendum Cataplaſma, idque Buboni applicandum, abjiciendum, poſteaquam tribus horis jacuerit, in ignem, atque ter repetendum, non ratione carere videtur remedium & autor ſanctè affirmat, magno & manifeſto ſucceſſu ſe eo uſum. *Job. Craton. Epiſtol. ad Camerar. lib. 5. conſil. & Epiſt. &c.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Bubone Peſtilenti.

SAphyrus ſaturato colore cæruleus, & Hyacinthus fulvo colore prægnans, ſi circum Bubonem peſtilentemque eſcharam in gyrum volvatur per moram, è regione ſolis vel luminis tractim circumducendo facit, ut idem circulus dein ater fiat, & iſthac reliquum virus tanquam per caminum foras exalet. Ego Saphyrum præfero hyacintho, buſones ſæpe applicui bubonibus, & eſcharis tam in pectore, capite, mammillis, quàm alibi, tam in viris quàm mulieribus: & ubique non ſine prompto juvamine, & doloris mitigatione, ſed nunquam vidi applicatum buſonem tantillum intumuiſſe. *Joh. Helmonitus.* Tract. cui titulus, tumulus peſtis.

SECTIO SECUNDA.

Pro Buſonibus in ventre genitis.

FIlius cujuſquam agricolæ ad me conſilii cauſa venit, conquerens de maximis roſionibus & doloribus inferioris ventris, ab aliquo tempore miſerè afflictus. Conjeci cauſam in lumbricos, eaque intentions, dedi Spec. diaturb. cum rheo ℈iv. & ecce à prandio ad me rediens, ranam ſeu potius

potius bufonem colore ſubnigro & parvis puſtulis refertam ad me tulit: & cum terna ſede, hoc animal ſimul rejectum & evacuatum eſſe dixit, verum levamen nullum ſentiens, ulteriorem opem imploravit; quare manè rurſus ſequenti ſpec. diaturb. cum rheo ℈iii. additis troch. alhand. gr. iv. dedi: & adhuc tria non abſimilia priori animalia cum materia fœtidiſſima ejecta fuerunt, patienſque ſanitatem recepit priſtinam, veriſimile videtur ruſticum iſtum vel neſcium, ſeminarium aliquod bufonum aquaticorum hauſiſſe, cujus ratione pedetentim poſtea principio iſto vi caloris actuatos, tales ſpecies progenitæ fuerunt. *Greg. Horſtius, obſerv. 29. lib. 9.*

Pinguedine ſerpentis epota, tres bufones vomitu rejectos fuiſſe narratur in ephemer. german. curioſis anni 2. obſerv. 56. pag. 113. cùm in caſſum cætera exhibita fuiſſent.

MEDICINÆ PRACTICÆ

LIBER TERTIUS.

De Affectibus à litera C incipientibus.

SECTIO PRIMA.

De Cachexia.

CAchexia, quæ malus eſt atque vitioſus corporis habitus, & via quaſi ad hydropem, eſt partium carnoſarum, ſubcutanearumque univerſi corporis mollior laxiorque conſtitutio, & quaſi inflatio, cum fœdo totius cutis colore, vel pallido; vel livido, vel plumbeo. Contrahi ſolet hoc malum ex alimentis impuris, pravis, & corruptis. Si autem hęc vitio non ſunt, ventriculi aut viſcerum, vel imbecillitas vel impuritas accuſanda. Imbecillitas diminutam concoctionem cruditatemque parit, quæ in habitum corporis, utilioris vice alimenti, delata, quanquam apponi & quadantenus partibus agglutinari poteſt, tamen iis perfectè non aſſimilatur, hinc vitioſa, non autem vera & legitima fit nutritio. Impuritas viſcerum, vitioſum corruptumque ſanguinem, profert, qui demum in ſingulas partes evectus, pro diſſipata corporis ſubſtantia inutiliter reponitur, indebitam ſic efficiens nutritionem: Cauſæ externæ ſunt cibi mali ſucci, crebra helluatio, lucubrationes nimiæ, nocturnæ vigiliæ, ſuppreſſæ evacuationes menſium & hæmorrhoidum, nimia ſanguinis per vulnera, menſes. hæmorrhoides, nares, vel alterius materiæ, ut in diarrhœa & dyſenteria longa evacuatio. Carceres & loca ſubterranea, ſi quis diu in iis vivere cogatur, veneni hauſtus & venenati animantis morſus. Ad hunc morbum inducendum faciunt etiam febres diuturnæ, hepatis & Lienis obſtructiones pertinaces, tumores duri & ſcirroſi. Corripiuntur maxime hoc malo ſenes, ob imbecillitatem caloris nativi, & mulieres ob retentionem menſium; ſicut & pueri ob ingluviem, ac voracitatem. Cachexia etiam aliquando originem habet ex renum ulcere in calculoſis, quando purulenta materia propter ureterum obſtructionem, in renes regurgitans, & ſanguinem inficiens, totum corporis habitum inquinat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cachexia.

COlore ex luteo fuſco deformata erat mulier quædam, cum compreſſionis circa præcordia (ut cachectici ſolent) dolore.

lore, imprimis verò de ſumma imbecillitate membrorum conquerebatur, urinæ erudę & albæ erant cum me conſuleret, obſtructiones in venis meſaraicis adeſſe judicavi, vinum hoc illi 9. Maji præſcripſi.

℞. Rad. aperit. an. ℥iij. rad. rhaphont. ʒß. cort. rad. Sambuc. ʒi. abſinth. ʒß. Chamæpit. ʒii. ſummit. Cent. min. ſem. fœnicul. an. ʒi. ſem. petroſel. ʒii. ſol. Sen. ʒiß. agar. ʒß. Zinzib. ʒi. limatur. Chalib. præpar. inſtar caſtaneæ. Infunde in vini alb. Menſ. iß. bibat aliquot matutinis, cum ter bibiſſet, & nullam operationem ſentiret, juſſi in poſtremo hauſtu diſſolvere El. de ſucco roſ. ʒii. diaphœn. ʒi. ſyrup. roſ. ſolut. ʒi. bibit bonum hauſtum & admodum purgata fuit.

Reverſa 18. Maji, ordinavi ſequens.

℞. Conſerv. flor. Cichor. flor. bugl. capil. ven. & rad. apii, an. ʒi. pulv. pellic. ſtomac. & inteſtin. gallinæ, ʒi. limitatur. Chalib. præp. ʒii. cum Syr. de 5. rad. F. Electuarium, ſumat inſtar caſtaneæ manè alternis diebus ſuperbibendo ad ʒiß. aq. ſequentis.

℞. Aq. cent. min. ℥iv. aq. Endiv. ʒiii. miſce.

Hiſce continuatis 2. *Junii* ad me veniens, urinamque ſalubri ſimilem oſtendens, ſucceſsum medicamentorum laudabat, utpotè quæ nullam amplius in membris ſentiret debilitatem cibumque bene appeteret & concoqueret; facieſque melius colorata, genæque parum rubeſcentes, etſi fuſco colore à natura prædita eſſet. *Felix Platerus, obſ. lib. 3. pag. 603.*

Præterire non poſſum pulverem meum cachecticum, qui ob fœlices ſucceſſus imprimis in infantium cachexia febre lenta comitata; uſualis in noſtris officinis factus eſt.

℞. Rad. & ſem. pœon. excortic. an. ʒi. roſ. rubr. ʒß. nuc. moſch. parum toſt. ℈ii. baccarum lauri parum toſtarum. ʒß. ſpic. Schænanth. Croci. an. ℈i. pellicul. ventriculi & inteſtin. gallin. præpar. ʒi. Croci martis aperitiv. ʒiß. Cinamom. ℈ i. f. omnium pul. tenuiſſimus, *Felix Platerus, Practic. Tom. 3. lib. 1. cap. 2. pag. 119.*

SUBSECTIO SECUNDA:

Pro Cachexia.

℞. Seri caprin. ℥v. ſucc. Ireos depurat. ʒß. mellis roſat. ℥vi. Zinzib. gr. v. coq. ſimul & colatura jejuno ventriculo bibatur. Eſt hoc medicamentum pro purgandis redundantibus ſuccis in cachexia accomodatum, mihique valde familiare. Caſſia etiam interdum cum hieræ ſimpl. ſpeciebus utiliter datur; licebit quoque frequenter clyſteres iterare, ad cruda excrementa congeſta evocanda, *Joh. Zecchius conſult. 21.*

℞. Rad. Cichor. petroſel. Fœnicul. & Capparum polipod. q. Sem. Cartham. an. ʒß. hyſſop. praſſii alb. origan. agrimon. Ceterach. cuſcut. adiant. an. M. i. ſem. aniſ. fœnicul. endiv. melonum. an. ʒi. f. decoctio ad ℥xv. in colatura infunde per noctem fol. Sen. mundat. ℥iv. agarici alb. ʒii. epithym. ʒß. gingib. ʒii. bulliant parum manè & fiat expreſſio in qua diſſolve ſacchar. alb. ℔i. paretur Syrupus mediocriter coctus, non clarificatus, capiat quinto aut ſexto quoque die ʒii. pro doſi cum pari portione aq. hordei, aut vini albi, huic doſi quandoque utiliter addetur rhei el. ʒi. Si diebus interjectis alvus non facilè deſcendat, moveantur his pilulis.

℞. Aloes opt. pul. hieræ ſimpl. rhei el. agar. trochiſc. an. ʒi. cum Syrup. abſinth. malaxentur ſimul, & f. maſſa, capiat pilulas duas aut tres pro doſi hora una ante cibum, quum nec Syrupo nec pilulis utitur conferet vinum abſinthii pontici, quod etiam dilutum ſit decocto cichorii, aut ſi id forte faſtidiat hoc utetur Electuario, quod & roborandi & præparandi vim obtinet.

℞. Pulv. Electuar. aromat. roſar. maj. & diamargar. frigid. an. ʒii. raſ. ebor. & C. Cerv. an. ʒiii. F. Electuarium; per tabellas ponderis ʒiii. capiat unam mane & per horam ante cœnam. Ventriculus & præcordia hoc foveantur unguento.

℞. Ol. nuc. muſch. ol. menthæ ol. abſinth. & amygd. amar. an. ʒß. ceræ parum,

parum, fiat linimentum; ungatur manè & ante cœnam; & superponatur scutum ex bombace, victus imperetur euchymus attenuans, & moderate calefaciens: isque non admodum plenus; ne vires imbecillæ copia obruantur: quocirca abstinendum à multis forbitionibus, & ab humidis, ut quæ nimium implent, cruditates geminant, obsistuntque curationi, maximè verò ab immoderato potu abstinendum: atque si sitis premat, arte fallenda est. *Joannes Fernelius. consil. 33.*

Omnis Cachexiæ fœliciſſimum auxilium est pulvis chacecticus, qui sic sit.

℞. Chalib. præp. partem unam. Cassiæ lign. part. 3. Sacch. albiss. part. 4. M. F. pulvis. Ejus tantum, quantum mucrone cultri arripi potest (seu ℈i.) detur ter quotidie, manè jejuno ventriculo, hora tertia vespertina, & ituro cubitum, is enim pulvis solus præmissis saltem vel vomitoriis vel purgantibus, aliquando sufficit, *Ioh. Hartmanus*, Prax. Chimiatr.

SECTIO SECUNDA.

Pro Cacochymia à morbo relicta.

IN omni cacochymia à morbo relicta hoc pharmaco ferè utor, nam variè flecti potest ad naturam ægrorum, & ad variam materiam morbificam.

℞. Rhab. opt. ℥i. vel ℥ii. vel ℥iß. agar. rec. troch. ℥ß. vel ℥i. aut ejus loco fol. Sen. ℥ii. vel ℥iii. Cinamom. ℈i. Zinzib. ℈ß. vel anisi ℥ß. macera hæc tota nocte in vini albi, & aq. Endiv. an. ℥iß. Colat. adde mannæ ℥vi. vel ℥i. Syrup. rosar. laxat. ℥i. f. potio, *Ioh. Heurnius, ad Aphor. 9. Sect. 2.*

SECTIO TERTIA.

De Calculo.

EXistunt in corporibus nostris sodinæ, non ille quidem ad ædificandum instructæ, sed potius ad diruendam totius corporis fabricam. Nulla est corporis nostri pars, in qua lapides generi nequeant, generatur in capite, in lingua in pulmone in corde, ventriculo, jecore, vesica bilaria, liene, intestinis, mensenterio, & utero: at per antonomaliam & catexochen calculi cum dicuntur, in renibus aut vesica generati intelliguntur, quia in his partibus frequentius generantur. Si vesicam calculus obsideat, dicitur affectus λιθίασις, si verò renes calculo laborent νεφρίτις appellatur. Calculum definimus, quod sit corpus solidum & durum ex humore terrestri & salso, in renibus potissimum & vesica stupore affectis, in lapidis formam concretum, obstructiones & distentiones inferens. Causam materialem (rejecta veterum opinione de calore materiam crassam & visidam exsiccante, indurante & in lapidem convertente) statuo succum lapidescentem, *i. e.* terrestrem materiam iusta proportione sali mixtam, efficientem verò spiritum lapidificum succo illi insitum. Succum hunc lapidescentem, qui in omni passim terra invenitur, cum alimento attrahimus; si itaque vel ob coctricis vel excretricis facultatis debilitatem, vel ob ejus succi in alimento copiam, omnis in ventriculo secerni & inde expelli non possit, per ductum thoracicum una cum chylo transit in cor, indè cum sanguinem in aortam delatus per arteriam tandem emulgentem pellitur in renes; ubi in minutissimis arteriæ ramulis extremis, aut carne iis proximæ hæret, ibidemque continuo sanguinis appulsu rotatus, arenularum formam paulatim induit, quod si renum sensus scabritiæ earum irritatus, stimulum sentiat expellit ocius cum seroso humore arenulas, at quibus flaccidi renes; sensusque obtusi, in iis & generantur arenulæ, & retinentur, donec unitæ demum in calculos concrescant; qui denique naturam magis stimulando, etiam sui excretionem promovent, eodem modo se habet generatio calculi in vesica. Si enim temperies vesicæ non rectè sese habeat, urina, quæ clara fieri debebat, partibus ejus omnibus exactè mixtis, turbida evadit, & partes terreæ & tartareæ aquosis non exactè permistæ ad fundum vesicæ subsident, atque ibi vel insita ad coagulationem tendenter, in lapidem coeunt. Calculi causæ antecedentes sunt præter partium affectorum stuporem sive ob-

tuſum ſenſum, crapula & cruditates, intempeſtivus mox à ſumpto cibo corporis motus, cibi omnes qui craſſum, ac lentum ſuccum præbent, vina immatura auſtera, nigra, craſſa, & dulcia, imprimis muſtum, cereviſia recens fœculenta & craſſa. Diuturna etiam equitatio, ſaltus & motus omnis qui fit inclinato dorſo, veneris item immoderatus uſus. Huc etiam pertinet hereditaria ad calculum generandum diſpoſitio. Quod autem lapidoſa coagmentatio aliis potius fiat in renibus, aliis in veſica, cauſa eſt, robur vel debilitas harum partium, quibus renes debiliores facilius in nephritidem incidunt, quibus hi validiores, potius veſicæ calculo corripiuntur, pueri frequentius veſicæ, ſeniores renum calculo laborant.

Calculi renalis ſigna ſunt 1. dolor circa lumbos fixus 2. urina plerumque cruda tenuis, & aquea ob obſtructionem, aliquando cruenta ubi ſe movere incipit calculus, & anguſtiam papillarium proceſſuum perrumpens carnem dilatat 3. torpor cruris è directo 4. dolor teſtis ejus lateris in quo nephritis, ejuſque ſurſum retractio 5. nauſea & tanta ventriculi ſubverſio, ut omnem faſtidiant cibum, & injectum ſtatim eructent.

Lapidis veſicæ ſigna propria ſunt 1. Miſtio crebra adeo ut tandem aſſiduò meiendum ſit, vixque poſſit urina cohiberi. 2. Urinæ ſuppreſſio obviam quidam impulſo calculo 3. teneſmus, quod veſicæ cervici conſentiat anus. 4. dolor aliàs univerſum pudendi ductum, alias glandem ſolam affligens, iſque acerrimus ſub emictiones finem, cum calculus urinæ curſu incitatus, quaſi proditurus Sphincterem violentius comprimit. 5. Pudendi pruritus & erectio. 6. Sabuloſa in urinis ſubſidentia, per vocem Sabuloſa ſeu ψαμμώδεις intellige Sabulum craſſum, cui veluti terra pinguis ſit admixta, hoc eſt lutoſum ſive argiloſum quid, veluti narium mucus matulæ fundo tenaciter inhæreſcens, ſignum ſæpè lapidis majoris in veſica concreti pathognomonicum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Præſervatione à calculo & Podagra.

TOto anno rhabarbari uſum familiarem ſibi proponat, ita ut ſaltem ter in menſe aſſumat ex eo ad ℈ij. vel ʒi. ſive mandendo & deglutiendo abſque alterius rei commiſtione, ſive permiſcendo vel cum ſaccharo roſato vel cum paſſulis. Aſſiduus uſus ſacchari roſati in præſervandi ratione præ cæteris omnibus mihi ſummoperè probatur, vix enim quicquam magis ſalutare à nobis excogitari poteſt, & quod ſine ullo nocumento, aut perturbatione, omnes corporis partes juvet, præcipuè autem renes. Hoc ſalutare auxilium ita eſt temperatum, ut ſi latiores facti ſint renes, ad convenientem naturæ ſuæ ſtatum illos deducat quod ſi obſtructi ſint & pleni, abſtergat; ſi incaluerint, refrigeret, ventriculum autem ab omnibus excrementis, præ cæteris mundum reddit ac roborat; ipſam quoque abigit deſtillationem, maximè igitur mihi probaretur, ſi quotidie manè per horam unam ante prandium mediam ejus unciam ſumeret. Conſultum etiam mihi videretur, ſi aliquando ut bis aut ter in menſe ℈i. aut ʒß. opt. rhei illi adiungeretur. *Joh. Baptiſta Montanus, Conſ.* 267. & 268.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Calculo Renum.

SIpertinax adſit dolor, manè & veſperi tribus horis ante cibum hoc decoctum ſumet.

℞. Juris pulli ℔ß. ii. rad. alth. ʒi. fol. malv. M. i. gran alkekengi numero x. Cicer. rubr. gr. xx. Cinam. craſſ. contuſi. ʒß. M. bulliant ad dimidium & colentur. in colatura diſſolve ol. amygd. d. rec. & ſacchar. opt. an. ʒi. totum bibat calide. *Joh. Baptiſta Montanus, Conſil.* 272.

Viro quodam ſexagenario calculo renum laboranti perſuaſi, ut Clyſterem ſumeret quod, niſi doloris vehementia illum urſiſſet, nunquam feciſſet.

℞. Rad. alth. ʒii. petroſel. fœnicul. an. ʒi. fol. malv. viol. pariet. an. M. i. flor. Camæm. melilot. Sambuci. an. p. i. ſem. Lini, fœnugræc.

græc. an. ʒi. Sem. carvi ʒß. f. decoctio. in colat. ℔i. diſſolve bened. Laxat. ʒii. caſſ. cum Senna ʒiij. ol. Chamæm. ʒiß. ol. ſcorp. ʒß. mell. viol. ʒi. f. Clyſter.

Hoc injecto melius habuit, eo verò reddito, dolor circa inguina urgebat, è quo calculum deſcendiſſe judicavi. Juſſi regione inguinum ol. Chamæm. inungere, inſeſſionem poſtea ordinavi ex decocto malv. viol. & Chamæm. ex quo levamen ſenſit, verſus noctem dedi narcoticum, benè dormivit, manè rediit dolor; juſſi repetere balneum poſt cujus uſum calculum ejecit, liberatuſque eſt.

Recidivam paſſus ſequens ordinavi.

℞. Rad. liquirit. ʒi. rad. ononid. fœnic. an. ʒß. polipod. ʒvi. fem. aniſi ʒii. alkekeng. ʒi. paſſul. numero x. prunorum vulgar. numero v. Sen. ʒß. f. decoctio in colat. ʒiv. diſſolv. caſſ. rec. extract. ſyr. roſat. ſolut cum rheo an. ʒß. M. bibat dejecit, non remittente dolore, Clyſter, denuo bis eſt injectus, inſeſſione quoque iterum uſus eſt julepum poſtea hunc præſcripſi.

℞. Aq. parietar. ʒi. aq. fœnic. flor. fabarum, iulepi roſac. an. ʒß. capiat una vice, inde convaluit: imperavi poſtea ut deinceps decoctum cicer. rad. petroſel. cortic. fabarum, & rad. ononid. in juſculo manè frequenter, præſervationis gratia biberet. *Felix Platerus. obſerv. lib. 2. pag. 465.*

Quidam ſequentium uſu ſæpius calculum mictione eiecit, iiſque ad præcautionem, ne ſubſiſteret, doloremque nephriticum induceret, utebatur, pulverem ſequem bis in ſeptimana cochlearis unius quantitate ſumebat.

℞. Rad. liquirit. ʒß. nucleorum perſic. ficc. ʒi. ſemin. aniſ. fœnic. an. ʒii. ſem. alkekengi. ʒi. ſem. milii ſolis. ʒß. lapill. Cancr. ʒii. ſacchar. cand. ʒß. M. F. pulvis tenuiſſimus.

Superbibat interdum decoctum cicer. rubr. petroſelin. cortic. fabarum addito butyro rec. & pauco ſale. Pilulas ſequentes deglutivit interdum.

℞. Reſin. laric. vel abicien. limpidæ q. voles, ſubigatur pulvere liquirit. & ſacch. candi. F. paſta ex qua parvæ formentur pilulæ, capiat ad ʒi. vel plus. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 467.*

Syrupus ad renum calculum frangendum, ſi tamen non fuerit confirmatus, ſed friabilis extiterit, ad arenulas etiam expurgandas, detergendas, detergendos renes & veſicam, & ad ſuppreſſam urinam, ſic fiat.

℞. Rad. Saxifrag. ruſci, leviſtici, eryngii, ononid. alth. fœnic. petroſelin. graminis an. ʒß. raphan. ſylveſtris. ʒii. fol. beton. pimpinell. cumarum abſinth. urtic. puleg. naſturt. calamenth. polygoni minor. helxines. an. M. i. halicacab. numero xx. ſebeſten. numero xv. cortic. rad. Lauri. ʒiii. ſem. ocymi, bardanæ, petroſel. ſeſeleos, dauci, milii ſolis an. ʒi. uvarum paſſul. liquirit. an. ʒvi. capill. ven. polytrich. an. M. i coq. in aq. capill. ven. ℔x. in duplici vaſe donec vi. ſuperſint, & cum Sacch. finiſ. ℔iv. & mell. deſpumati ℔ii. F. Syrupus perfecte coctus & aromatizatus ʒi. Cinamomi, & ʒß. nucis moſch. curavi uſu huius Syrupi fere ſexcentos à calculo renum. Modus utendi eſt, ut præmiſis univerſalibus, dentur ʒiii. cum ʒvi. decoctionis rad. eryngii & cardui ſtellati flore purpureo, factæ in duplici vaſe ex aq. graminis, continuetque diebus 15. hora ante prandium quinta. Hactenus non inveni aliquem, qui ex hoc decocto cum Syrupo ſupraſcripto non fuerit præſervatus. *Horatius Augenius. Tom. 1. Epiſt. & conſ. lib. 12. Epiſt. 2.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Calculo Renum.

NIhil æque (ut longa experientia experti ſumus) in calculoſis alvo exiſtente duriore vel obſtructa, confert quàm ſtatim Clyſterem iniicere. Imò hoc adeo aliquando iuvare comperimus, ut aliis medicamentis non opus ſit, quemadmodum, evenit cuidam dominæ Abbatiſſæ quæ cum frequenter dolore nephritico admodum vehementi ex calculo renum afficeretur, & ſemel dolore affligenter ex Medici cuiuſdam conſilio infuſum rhei & fol. Sen. accepiſſet, unde peſſime habuit, me tandem dolore ſupra modum aucto, vocavit, ſtatim propoſui ut enema anodynum & emollies iniiceretur, quo iniecto, omnis dolor miraculi inſtar evanuit, talis erat Clyſter.

℞. Rad. malv. cum foliis, M. ii. rad. alth. ʒiß. fol. mercurial. parietar betæ, caul. rubr. an. Mj. flor. Chamæm. melilot. ſumit. aneth. an. pi. ſem. lini, fœnugræc. an. ʒij. ſem. aniſ. fœnic. an. ʒi. F. decoctio in Colat. ʒxii. diſſolv. Caſſiæ rec. extract. diacathol. an. ʒß. bened. Kaxat. ʒij. vitell. unius ovi ol. amygd. d. Chamæm. anæth. an. ʒi. Salis. ʒiß. M. F. Clyſter. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 22. *lib.* 24. *De Renum morbis.*

Mitigato dolore & repurgatis primis viis, ea quæ calculum protruderent & expellerent dedi hunc modum.

℞. Sem. Milii ſolis petroſel. macedon. & communis, ſem. ſaxifrag. & chærefol. an. ʒß. ſanguin. hirci præp. ℈i. ſucc. liquirit. ℈ij. trochiſc. alkekeng. ſine opio ℈ß. terebinth. lotæ in aq. fœnicul. & apii, deinde parum toſtæ ʒij. F. pilulæ admodum exiguæ ex ʒi. quibus multa fragmenta lapillorum & arenularum expellebat. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 19. *lib.* 24.

SECTIO QUARTA.

Pro Calculo Renum cum Urinæ retentione.

INjectus eſt Clyſter emolliens & dolorem ſedans, deinde hic fotus præſcriptus eſt.

℞. Rad. Alth. mund. ʒiv. fol. malv. parierar. Chærefol. flor. Chamæm. melilot. an. M. iv. ſem. lini, ʒi. ſem. malv. Petroſel. an. ʒiiß. F. decoctio in aqua, incifis prius incidendis; & contuſis contundendis pro ℔iij. pro fotu. Reliquiæ deinde piſtentur, & duobus ſaccu lis quadratis includantur, qui poſt fotum calidè alternatim lumbis, inguinibus & pectini applicentur, quibus dolor multum mitigabatur, & lotium fluere cepit. Præſcripſi tunc ut ex hoc decocto ſumeret ad libitum.

℞. Rad. ononid. fœnicul. petroſel. liquirit. raſ. an. ʒß. ſem. alth. malv. an. ʒiß. ciciter. rub. ʒi. ſem. 4. frigid. maj. an. ʒi. ficcum ping. num. ς. Sebeſt. n. 3. hord. mund. ʒi. gran. alkekeng. num. 7. F. decoctio. in colat. ℔i. diſſolv. Syrup. de Limonibus de quinque rad. an. ʒi. F. apozema, cujus uſu calculos reddebat ſed exiguos. Deinde ut calculos melius expelleret, & ipſi magis comminueruntur, dedi cochlear unum atque alterum noſtræ deſtillationis contra calculum, quæ fit ex rad. oninod. & raphan. Sylveſtris cum vino Rhenano in Bal. M. deſtillatis. Dabam ʒiiß. pro vice cum ʒß. ocul. cancr. pulverif. & ut adhuc viæ laxiores fierent, imperavi quoque ut renes & obliquead inguina deſcendendo pectinem inungeret hoc unguento.

℞. Ol. Lil. alborum, amygd. amar. an. ʒß. pingued. gallin. capon. an. ʒiij. unguenti de alth. ʒii. M.

Poſtea ut renes magis purgarentur, & viæ urinales, exhibui hunc bolum.

℞. Caſſiæ rec. extract. ʒi. ſem. aniſ. pulv. ℈i. Sacchar. Candi. aſperſo. F. bolus.

Si dolor adhuc rediret, iubebam ut flores Chamæm. decoqueret in cereviſia, & ex ea cyatum ſumeret.

Deinde uno aut altero interpoſito die ſumpſit & hunc pulverem.

℞. Pulv. ſpec. iuſtini ℈ii. ocul. cancr. ℈ß. F. pulvis, detur cum cyatho uno decoct. infraſcriptæ, de qua etiam abſque pulvere aliquando ſumebat.

℞. Rad. alth. ononid. petroſel. fœnicul. lappæ, apii, an. ʒß. agrimon. parietar. chærefol. capill. ven. polytrich. an. Mi. flor. roſmar. chamæm. an. pi. ſem. aniſ. fenicul. carvi, ammeos, dauci (nam valde ventoſitatibus homo craſſus & obeſus erat obnoxius) an. ʒiß. ſem. petroſel. ʒi. ſem. malv. ʒß. iuiub. ſubeſt. an. num. ς. gran. alkekengi, num. 6. F. decoctio in aq. communi & vin. rhenano, an. p. æq. ad ℔i. coletur, clarificetur, prius cum ſaccharo albiſſ. condulcorato ad ſaporem delectabiliorem, cum ʒii. cinamom elect. F. claretum. Multos calculos ad magnitudinem parvi piſi, & cicerum modò citrinos, modò ſubruſos expellebat: iiſque expulſis eo tempore convaluit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 23. *lib.* 24.

Hedera terreſtris infuſa in aqua vitæ eam efficacem reddit ad calculos pellendos, eſtque ſingulare quorundam experimentum.

Vini acidi largo potu ſe quidam inebriaſ urinamque etſi micturiret, quandiu ferre poterat, tetinens tandemque impe-

tu

tu quodam reddens, hac ratione calculos retentos in ureteribus, eumque affligentes, propellebat, sæpeque emingebat: sic & alius urbis nostræ civis, largiore potu vini diuretici calculos ex ureteribus propellens ℥ß. ponderis sæpe per urinas reddidit, quorum multos, hoc remedii genere, sine magnis cruciatibus excretos, mihi monstravit. Succus Limonum ad ℥i. per se, addito ad gratiam, si quis velit, saccharo, propinatus plurimum efficit, vel si cum vini malvatici aut alterius efficacis haustu ad ℥ iij. aliove convenienti bibatur. *Felix Platerus. Prax. Med. tom. 2. cap. 12. pag. 499.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Calculo Renum.

QUum calculo renum laboraret mulier quædam dum intolerabili dolore, ob retenta urinam vocatus ego in auxilium, hæc subsequentia remedia adhibeo.

℞. Parietar. virid. M iv. cum butyro recenti & oleo anethino, & exiguo scorpionis adjecto, Cataplasma fiat. Cylstere prius immisso, pectini apponebatur, continuò bibebat ex decocto sequenti.

℞. Sem. malv. alth. ad ℥iij. cicer. rub. ℥iij. caric. ping. num. 9. subest. num. 8. sem. 4. frig. d. Maj. an. ℥ij. hord. mund. ℥i. liquirit. ras. ℥vi. F. decoctio in aq. pluvialis ℔iv. ad ℔ij. Colatura ad libitum utebatur; post cujus usum minxit, & lapillos multos ejecit perfectamque valetudinem consequuta est.

Mulieri cuidam cum me ire non posset, Medici adstantes oculos cancrorum pulverisatos dederunt, & hoc modo utinam provocabant *Petrus Foreſtus, obſerv. 25. lib. 24.*

Præcedentibus Clysteribus aliisque lenientibus, dolore etiam mitigato, comminuentia lapidem exhibemus, inter quæ commendatur sanguis hircinus, dosis à ℈i. ad ℥i. cum vino dulci coquatur, cum aqua apii, & bibatur. Quomodo autem antiqui sanguinem hirci parabant, vide apud *Ærium, cap. 12. Tetrabibl. 3. ſermon. 3.*

Inter alia quæ à tota substantia conducere creduntur, est passerculus quidam inter sepes & murum victum quæritans. Troglodites appellatus, qui sale conditus, & in cibo crudus acceptus morbum perfectè sanat, in posterumque generari prohibet. *Ætius* etiam hoc ex *Martiano* Medico Aphro efficaciſſimum scribit. Leporis pellem in ollam conijce, & in furnum demitte, atque ubi justa fuerit, ut probè conteri posset, acceptam tere, & ex ipsa cochlear unum cum vino jejunis in solii calidæ aquæ infessu præbe. Si vero velis experimentum Pharmaci ipsius accipere, ex eo in vinum conjice, & in vinum item lapidem ex flumine acceptum injce, & contectum per paucas horas sine, & in grumos lapis dissolvetur. Alii leporem totum in ollam novam reponunt optimè clausam, quam in furno tamdiu desiccari permittunt, ut inde pulvis fieri possit. Cujus à ℥i. ad ℥ij. cum aliquo diuretico præbent. Alii leporem iugulantes in sua pelle sanguinem reponunt, & eam cum sanguine in furno tamdiu desiccari permittunt, quo inde pulvis fieri possit. Hoc pulvere Medicus *Saracenus* apud *Guainerium* dicitur mirabilia præstitisse, prægnantem leporem iugulabat, deinde lepusculos è ventre extractos, & eviscerato sanguine matris implebat, & in furno, eo modo quo supra dictum est desiccari permittebat, & pulvere inde parato utebatur.

In calculosis magnæ cum utilitate sæpe usus sum decocto Rad. Lappæ & Ononidis, sed & sola radice Lappæ in cervisia decocta. Calculosus quidam sibi ipsi lotium provocabat. Quidam terna alii capita decocta mane assumebat: eodem disrupto calculo protinus urina profluebat, & dolore levabatur. *Manardus* in aureo petasone, ex mulierculæ cuiusdam consilio, cinerem fabarum cum vino Pictavienſi instar lixivii colabat, cujus duo aut tria cochlearia ad summum fimo columbino pauco immixto potabat, cum ex calculo mingere non posset, idque cum in diluculo sumpsisset in continente minxit, & una lapidum fragmenta cum urina exhibant, referebat adeo vehemens esse medicamentum; ut per totum corpus sudor effluceret, tamen arcanum infallibile est, & ex eo semper mingebat: stercore columbino non solum veteres ad comminuendam lapidem usi sunt, & Noeterici, teste *Guainerio*, qui

commendat pulverem ſtercoris palumborum rubeorum, qui priùs tamen nutriendi ſunt ſemine lini, aut pane in quo ſemen fœniculi coctum ſit; deinde hoc ſtercus per diem & noctem in aceto infuſum, & iterum exſiccatum, & in pulverem redactum, cum cinamomo exhibitum ad ℥i. egregiè confert; Vel

℔. Hujus fimi columbini ſic parati. ℥i. origani ℥ß. ſacchar. ℥ij F. pulvis pro una doſi quocunque modo detur mirabiliter operatur.

Nobilis quidam cum calculo laboraret, & dolor in rene & uretere illum lancinaret, poſt injectum enema ſumpſit oleum amygdalarum d. qui ſuccus Limonis immixtus erat, & pectini apponebat ſaculum ex cumino, quibus præſidiis calculus expellebatur. Idem alio tempore cum exiguum noſtræ deſtillationis (de qua ſupradictum eſt) præguſtaſſet, miraculi inſtar calculos una cum lotio reddebat, *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 25. *l.* 24.

SVBSECTIO SEXTA.

Pro Calculo Renum.

SÆviſſimo huic morbo per rectam victus rationem occurrendum eſt. Removeatur igitus à menſa ciborum varietas, & cruda quæ delectant cum periculo. Uvas paſſas majores una cum acinis dentibus comminutas, in prima menſa comedat, vel quod tutiſſimum eſt, & in multis magno ſucceſſu approbatum, aliquot nuces avellanas ad 9. vel 10. perpurgatas ante prandium vel cenam comedat, compertiſſimum enim habemus non paucos ſævis cruciatibus calculi die affectos, uſu avellenarum liberatos. Ab hoc malo præſervat radix eryngii, caro Cynosbati cum ſaccharo in modum Electuarii redacta: Item ſuccus veronicæ cum ſaccharo ſpiſſatus, cui ſemina viol. admiſceantur. Hæc tutiſſima & uſu atque experientia comprobata ſunt remedia. Conſulo etiam uſum Rhei cum carne paſſularum per ſetaceum cribratarum, vel morſulos è Rhabarbaro. Plurimum enim hepar atque renes juvant, & ventriculum tamen non lædunt, ut etiam roborent, foris multa adhiberi poſſunt, ſed duo mihi maximè probantur. Primum hoc unguentum.

℔. Succum malvarum, & miſc. lento igne cum adipe cuniculi præſertim eo quod ad renes reperitur. Hoc ſæpe inungantur lumbi.

Secundo miſceatur unguentum roſaceum Meſues cum oleo amygd. amar. & utatur ut prius. Addam laudatum à peritiſſimis Medicis, cujus uſus ſingulis annis in vindemia eſt. Accipiantur vinacei præio expreſſi atque adhuc calentes ex uvis maturioribus & matutinis horis, ac ante cœnam dimidium horæ renibus quinque diebus apponantur. Hoc remedium excellentem Medicum authorem habet, & rationi maximè conſentaneum eſt: cùm enim in renum affectione à calculo, tenuare atque mollire *Hippocr.* jubet, & vinacei moderato ſuo calore materiam tenuent ſubſtantiam etiam renum molliorem reddant, ut calculi per eam facillimè tranſeant, & robur aſtringente facultate addant, ſane non video qui ad rectam præſervandi rationem in iſto uſu vinaceorum, niſi immodicè fortè renes ſint calidi, deſiderari queat. Applicetur etiam parti dolenti hoc Cataplaſma, quod refrigeratum ſtatim rurſus in ſartagine calefiat.

℔. Malv. parietar. virid. an. Miij. raphan. ſine radicula, petroſelin. cum toto. an. Mj. coq. in ſ. q. aqu. puræ & additis tribus cepis, ac oleo amygd. d. q. ſ. F. Cataplaſma. Deinde contunde cum oleo Scorpionum amygdal. amar. ad formam emplaſtri extendatur, ac renibus ſi dolor eſt renum, vel veſicæ applicetur, nam calculum frangit atque emollit. In gravi renum dolore & calore hoc Emplaſtrum ut facilius calculum elidat, prodeſſe ſæpe animadverti.

℔. Cancros numero ix. bulliant in q. ſ. aq. puræ vel lactis & contundantur, ac rurſus coquantur, ſuccuſque exprimatur. Eo ſucco imbuatur panis albi medulla, & additis duobus ovorum vitellis, butyr. rec. & ol. viol. q. ſ. commiſce omnia in mortario, & extendantur in panno lineo, & renibus ac uteribus applicentur.

Intra corpus ad viarum lenitionem & calculi attenuationem, prodeſt decoctum rad. alth. & petroſel. cum herba Veronicæ ad-

addito melle vel Sacch. vel butyro rec. vel ol. amygd. d. Decoctum etiam hedræ terreſtris cum veronica, ononidis etiam radices optimæ ſunt, ad Balnea autem & inſeſſus nequaquam deveniendum, niſi iſta non contulerint, & corpus fuerit clyſteribus vacuatum; tunc enim ſi graviter in viis impactus calculus hæreat, nec prædictis remediis cedat, iis locus eſſe poſſet. *Iob. Crato. Conſil.* 17. *lib.* 5.

SVBSECTIO SEPTIMA.

Pro Calculo Renum ad Marchionem quendam.

REmedia pauca, tuta tamen, & uſu in multis ſalutaria comperta præſcripturus ſum. Lenita prius decenter alvo, alterius diebus, vel aliquoties tantum ſingulis ſeptimanis Syrup. de ſuccis 2. vel 3. cochlearia manè aſſumat. Ita fit.

℞. Succ. Veronic. ℔ß. heder. terreſt. portulac. ℥iß. (forte ℥iß.) exprime ex herbis iridibus prius vino lotis, & coque lento igne: ubi reſederint poſt coctionem, adde Sacchar. qu. ſ. F. Syrupus commiſcendo Spec. aromat. roſat. ℥i. quod ad localia attinet, in dolore renali plurimum Emplaſtrum hoc conferre uſu comperi.

℞. Caner. numero xii. Coq. in aq. ſimplici, & contunde, poſtea exprime, imbuatur eo panis albus, adde vitell. ovor. numero v. ol. amyd. d. & ſcorpion. an. ℥iii. M. & fiat Emplaſtrum quod regioni renum applicetur.

Cataplaſma è parietaria ureteribus & veſicæ apponendum hoc modo facio.

℞. Parietar. M. iv. coq. in ſ. q. ole. amygd. d. & adde Cepas ſub cineribus coctas, numero 3. ol. Scorpion. ℥ß. M. Hoc mirificè dolores ſedari & calculum elidi magno (beneficio Dei) ſucceſſu comperi. Vrgentibus doloribus bibat hoc decoctum.

℞. Rad. alth. ℥ii. paſſul. mij. ℥iii. fol. veronic. heder. terreſt. an. pj. F. decoctio in aq. puræ, q. ſ. & detur bonus hauſtus cum Saccharo. Solum etiam decoctum rad. alth. ad leniendas vias bibere cum butyro & melle utile eſt.

Ad ſubducendam verò materiam valdè probo, uſum terebinthinæ Cipriæ coctæ, ſed cùm parum aut nihil educat, ad ℥i. ℈i. rhei optimi aqua Cinamomi aliquoties affuſi, & pauxillum ſucci liquirit. admiſceri velim, nam quantum rhabarbarum renibus, imprimis verò hepati & ventriculo in ſubſtantia datum profit, ſciunt omnes periti Medici. Exhiberem id ante cœnam. *Iob. Crato conſ.* 84. 86. 87. *lib.* 6.

Aqua deſtillata ex urina humana vel tauri, niſi ab hoc abhorreat æger, mirum in modum convenit ad frangendum calculum & ciendas urinas. Ex portulaca ſuccum exprimito, eum reſiccatum in catapotia redigito, & ℥i. exhibeto, ad miraculum uſque lapidem expellit.

Apozema ſeu Syrupus ad expurgandas arenulas ex renibus.

℞. Rad. ſ. commun. an. ℥iß. rad. Cyper. aſar. an. ℥i. rad. bardan. pimpinell. Saxifrag. an. ℥ß. fol. beton. M. j. Agrimon. endiv. Cichor. cum toto an. Mjß. capill. ven. Mß. ſem. dauc. ameos, carvi, ſaxifrag. an. ℥ii. ſem. milii ſolis ſem. bardan. & biſmalv. an. ℥iß. ſem. 4. frigid. maj. an. ℥i. cicer. rubr. pij. flor. geniſt. pj. flor. cord. an. pij. F. decoctio ad ℔i. oxymel. ſcillit. ℥iß. Sacch. q. ſ. F. Syrupus mediæ decoctionis, aromatizetur cum ℥ii. interioris cinamom. & ℥i. Scænanthi. *Martinum Acacia. conſil.* 80. *lib.* 6. *conſil. Cratonis & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.*

Facta evacuatione ſtatim propinetur oleum amygd. ſic præparatum.

℞. Ol. amygd. d. ℥iii. amar. ℥ii. ſacch. alb. duri pulveris ℥ß. M. Si æger propenſus eſſet ad vomitum, oleum minimè exhibeatur: ſtatim enim per vomitum rederat, ſed ejus loco bibantur aquæ è flor. Sambuci ℥iv. aut ℥vi. cujus talis eſt deſcriptio.

℞. Vini malvat. opt. ac potentis ℔iii. nucleorum perſicorum, numero C. ceraſorum acerborum, numero CC. flor. Sambuc. rec. albor. ſine ramis ℥viii. nuclei craſſo modo contundantur; & una cum floribus in vino malvatico infundantur ſeorſim tamen fiant duæ infuſiones, altera cum nucleis, altera cum floribus. Integrum diem duret infuſio, deinde S. A. F. deſtillatio in vitreis organis, aqua collecta in vitro ſervetur, aut vaſe vitreato, quod probè obturatum ſervetur. Hæc aqua repen-

tè diminuit lapillum, ut eum urina excernatur. Præsentaneum etiam remedium est, si in vino malvatico infundantur quatuor aut quinque guttæ ol. vitrioli & bibantur, in iusculo etiam decoctionis petroselini misceri possunt. Idem præstat raphanus derasus in vino albo per aliquot horas infusus, deinde vinum colatum bibatur. Singulare est ad comminuendum lapidem, si radix ononidis pulverisata sumatur. Idem præstat illius aqua destillata, sicut & aqua destillata è floribus fabarum, & agrimoniæ, & è limonibus incisis. *Hier. Donzelinus. consil. 83. lib. 6. consil. Cratonis & aliorum medicorum à Scholtzio editorum.*

Mulierem curavimus quæ 2. mensium spatio, plusquam 400. calculos excrevit per urinarios meatus, differentis tamen magnitudinis, propinato spiritu vitrioli cum aqua graminis ad aciditatem. *Dominicus Panarollus. observ. 34. Pentecoste. 2.*

Nos oleum petroleum naturale non artificiale externè supra renes unctum summoperè laudamus, experiantur Medici maximum enim remedium habebunt. *Dom. Panarollus. observ. 2. Pentecoste 2.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Calculo Renum ad Abbatem quendam.

SI tibi ætas constans est, & virus firmæ, habitusque corporis non planè longitudine morbi & dolorum acerbitate attritus & dissolutus, omnino tibi autor sum, ut cures internam brachii venam aperiri, ejus nimirum quod è directo respondet magis affecto reni. Eam verò quantitatem demi velim, quæ præsenti medico, consideratis cum judicio rebus omnibus necessaria visa fuerit, paucis deinde intermissis diebus, aperies venam in poplite, aut circa talum alterutrum, si alter ex renibus plus altero laboret; aut venis circa talum in utroque pede apertis, si ex æquo renes sint affecti, sanguinem demes: quarum prior avertit humorem à parte dolente, & evacuat; posterior magis à loco affecto educit: Ex posteriore evacuatione hac, mirum quam soleant morbo hoc laborantes levari, quod ego frequenti experientia cognovi; primumque ex *Lippio* [illegible]; 6. *Epid. Sect.* 1. *Aphor.* 5. Post hanc sanguinis evacuationem (nisi vehementes dolores præsentes alia remedia interponere nos cogant) velim corpus evacuari, non una vice, sed reiteratis, idque interpositis diebus, aliquando duobus aut tribus, aut pluribus prout visum fuerit præsenti & curationem administranti, medico, qui hoc ex vitium corporis tui cognitione, & nocentium in corpore humorum multitudine facilè dignoscet. Præscribo hic in eum usum pulverem solutivum, qui sine detrimento optimè educit eos humores qui solent calculo materiam præbere divertit humores à renibus, eosque expurgat. Estque hic pulvis in *Gallia* hac multis probatus, qui eo se subindè gravissimis renum item & coli doloribus liberant. Pulvis hic esto.

℞. Fol. Sen. ℥ij. rhab. opt. ℥ß. (fortè ℥ß.) turbith. ℥iß. hermodact. ℥ij. gr. v. polipod. ℥ß. cinamom. zinzib. milii solis, saxifr. sem. Geniſtæ an. ℥i. F. omnium pulv. subtiliſſ. dos. an. ℥i. ad ℥iß in vino albo; etiam in ipsis gravissimis doloribus cum juvamento & tutò exhibui.

Si verò dolor malè & graviter habeat, is hoc modo tolli à me solet, singulis diebus per os velim hanc potionem manè epotari & aliquando vesperi ante cœnam reiterari.

℞. Nucleos Persicos num. 14. succ. liquirit. ℥i. lactis sem. frigid. maj. extract. ex aq. malv. vel capill. ven ℥iiß. vini malvatic. ℥iiiß. mixtis omnibus, contusis nucleis, & dissoluto succo; F. potio, vel hujus loco exhibeatur hic pulvis, quem ego expertissimum habeo.

℞. Cineris leporis integri combusti in furno S. A. partem decimam (lepus suffocari debet, ne vel sanguinis gutta ex eo pereat) saxifrag. ℥ß. bacc. lauri, ℥ij. sem. viol. fructus integri lappæ maj. an. ℥i. fol. quercus ℥ii. F. pulvis subtiliſſ. dos. ℥i. in vino albo manè jejuno ventriculo. Verum multo erit efficacior, si sequenti aquarum mistura dissolvatur, quæ hoc modo fit.

℞. Aq. ex stercore bovino *Majo* mense distillatæ, ℥iv. vini malvatici vel albi potentis, quod per 24. horas raphanos incisos in vase vitreo infuderit ℥ii. aq. fragor. destill. ℥i. Succ. aurant. vel limon. ℥iii. M. F. potio in aurora.

Ut

Ut Palato gratius ſit Medicamentum, admiſceri poteſt paululum Syrup. Capill. ven. Hæc ſunt remedia quibus ego in ea diſpoſitione ſemper ſum magno cum ſucceſſu uſus. Exterius applicari debent quæ leniter diſcutiunt, quæ laxant, quæ dolores mitigant, laudo maximè ſi dolores vehementes ſunt, aliquando balneum aq. dulcis, aliquando inſeſſiones in oleo, aliquando fomenta ex decocto parietar. alth. malv. Chamæm. melil. Cap. ven. beton. ſem. fœnugræc. lini, Coriandr. fœnicul. & petroſel.

His quædam ſubiungam paratu facilia, quæ in promptu ſemper eſſe poſſunt, quibus etiam aliàs, hunc morbum perfectè curavi, imprimis maximè laudo uſum frequentem nucleorum perſicorum, vel ſi haberi non poſſunt amygd. amar Doedendos 10. vel 12. manè in principio prandii, vel paululum ante illud, vinum album imbecille, in exigua quantitate ſuperbibendo. Item probatus eſt mihi pulviſculus virgæ aureæ vel artemiſiæ, vel calam. aromat. pondere ʒi. in vino albo in aurora exhibitus; ſed ſit ipſorum frequentior uſus. Item accipio radices alth. elotas & exenteratas ut ita dicam, infundo vino albo: dein deſtillo, ex aq. deſtillata propino tempore doloris cyathum dimidium, & iuvantur. Item accipio aliquando columbum iuvenem, deplumo. abſcindo caput, pectus integrum cum alis aufero, crura item & coccygis oſſa, eiicioque inteſtina omnia, relinquo ſolùm dorſum ipſum & quod ipſi interius adhæret, & exſicco in furno in cratere ligneo, pulvero, eumque ad ʒi. vel ʒii. exhibeo in vino albo non ſine magna utilitate. Paſſer troglodites, ferè ab omnibus, licèt malè dictus regulus, quocumque modo exhibitus, me experiente, juvat calculoſos. *Reinerus Solerander. Conſ.* 15. *Sect.* 1.

℞. Liquirit. raſ. rec. ʒiii. lapid. judaic. ocul. cancr. an. ʒi. ſem. milii ſolis rhab. opt. an. ʒiv. ſem. fœnicul. aniſ. maſtich. Cinamom. galang. an. ℈ii. Macis, Caryophill. an. ℈i. gran. junip. ʒii. Mithrid. ʒiß. Conſerv. roſ. ʒß. add. gran. alkekengi deglubator num. 12. vini malvat. ℔iv. indita in vitrum relinquantur per dies 16. tum coletur, hujus vini capiat manè cochlearia 2. vel 3. aut per ſe, aut in alio aliquo convenienti liquore, ut aqua graminis, alkekengi vel Capill. ven. ſolet hic liquor calculum è renibus exterminare. *Reinerus Solenander Conſ.* 11. *Sect.* 3.

SUBSECTIO NONA.

Pro Calculo Renum.

PEracta idonea humorum præparatione, pro arbitrio Medici ordinarii, & ſecta vena brachii (quod res agatur cum juvene multo ſanguine prædito ac ſucci pleno) ad renum expurgationem paretur ſequens medicamentum.

℞. 4. Sem. frigid. Mai. an. ℈i. liquirit. raſ. ℈i. ſemen. pimpinell. & ocymi an. ʒß. petroſel. maced. ℈ß. nuc. moſch. pulv. aromat. roſat. an. ℈i. Sacchar. albiſſ. diſſolut. in aq. alkekeng. qu. ſ. f. confectio in tabellis ponderis ʒij. quarum unam manè capiat tribus horis ante cibum ſuperbibendo aq. ononid. ʒiv. hoc efficaciſſimum tutiſſimumque eſt præſidium ad expurgandos renes, ſi corpore ante præpurgato tertio quoque die decem dierum ſpatio, ſemes in menſe ad uſum deducatur. Interim hepati & renum regio extrinſecus hoc fotu refrigerentur.

℞. Ol. Viol. roſac. in aceto & aqu. roſac. lotorum an. ʒi. mucilag. alth. extractæ in aq. Lactuc. & parietar. ʒvi. ceræ alb. q. ſ. f. linimentum pro renum & hepatis unctione manè & veſperi.

Licet terebinthinæ uſus in hac laborantis conſtitutione eatenus ſuſpectus ſit, quatenus jecoris calore promptè inflammatur, ſi tamen diureticis minimè Calefacientibus miſceatur, renes urinarioſque meatus expurgat hunc in modum.

℞. Caſſ. cum aq. viol. rec. extract. ʒvi. terebinth. claræ ʒß. pul. lipuirit. ℈ij. M. F. bolus Ex intervallis quibuſdam 4. horis ante prandium propinetur. Lenita prius alvo vel pharmaco clementer ſubducente, vel molli clyſtere. Clyſteriorum enim uſus ad ſupervacanea excrementa à renibus ad alvum detrahenda mirificè confert, quemadmodum & vomitus à cœna bis, vel ſaltem ſemel in menſe, averſionis gratia utiliſſimus eſt: ſicut & cauterium in ſiniſtro brachio excitatum.

Ad

Ad comminuendum & deturbandum calculum, quæ ſequuntur primas obtinent partes.

℞. Lapid. judaic. lyncis an. ℥i. nucl. meſpil. ℥ß. tragacanth. gummi ceraſ. & perſicor. an. ℈i. terantur omnia & cum terebinth. ℥i. incorporentur, cujus tertiam partem capiat horis ς. ante cibum, deinde ſtatim ſuperbibat ℥vi. juſculi hujus.

℞. Mali citri minutiſſimas in partes diſſecti num. 1. ſem. bardan. melon. alth. an. ℥ß. cicer. rubr. p. iii. rad. liquirit. ℥i. M. & in gallinæ ventrem exenteratum ponantur. Deinde in q. ſ. aquæ bulliant ad carnium integram cocturnam, & juſculum percolatum ſorbendum exhibeatur, ut jam diximus. Omitto nunc Elect. Lythontripum juſtinum & ducis Nicol. tanquam omnibus nota. Quod ſi deciduus calculus ut uteribus reſiſteret, fotus, balnea, ſecta vena ad malleolos. Sicyæ affixæ à renibus incipiendo, & ad inguina per obliquam illiorum poſitionem procedendo præſentaneo erunt remedio. *Job. Zecchius, conſult.* 8.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Calculo Renum.

ALvum quotidie lubricam natura non operante arte procuret; vel leniente Clyſtere vel bis noſtris uſitatis pilulis.

℞. Aloes non lotæ, agar. troch. rei, ſpec. hieræ an. ℥v. terebinth. igne exſiccat. & in pulv. redactæ ℈iv. cum Syrup. de abſinth. pilulæ, ex cujus ℥i. formentur pil. 6. quarum duæ bis vel etiam ter in hebdomada dentur hora una ante cœnam. Omne ſtudium impendat in congrua ciborum & potuum, tum quantitate, tum qualitate, ratione obſervanda, quod ſi ſemel tantum in hebdomada conſueti cibi & potus dimidium circumcidere non gravabitur, incredibile auxilium inde ſibi comparabit, ut excrementa in renibus aggregata ad inteſtina invitentur, ſemel ſaltem in menſe hanc averſionis rationem habebit.

℞. Terebinth. ℥ß. pulv. liquirit. q. ſ. f. bolus quem capiat tribus horis ante cibum.

Ad calculos frangendos & arenulas deturbandas non ignobilem locum obtinet noſtrum medicamentum pluries felici ſemper cum ſucceſſu oblatum & comprobatum quod.

℞. Sem. Melon. mundat. ℥ß. oſſis dactil. ceraſor. meſpill. an. ℈i. ſem. milii ſolis, rad. liquirit. gummi ceſor. an. ℈ß. ſem. alth. viol. alb. apii & aſparagi an. gr. v. pulv. lepor. Ætii ℥ii. M. omnia & in tenuiſs. pulverem redigantur, cujus ℥i. cum juris, cicer. rubr. ℥vi. & butyri rec ℥i. propinetur, horis, ς. ante prandium, duobus vel tribus diebus continuis ſemel in menſe, immediatè poſt ritè præſcriptam purgationem. Multa alia in hunc uſum adminiſtrari ſolent, nempe oleum amygd. d. & amar. & amygdalæ ipſæ amaræ ante omnem cibum commeſtæ; aqua etiam ex raphano, limonibus, amygdalis amaris & ononidis radice ſtillaticia. Nec non etiam limonum ſuccus ad 4 vel ς. uncias cum totidem aquæ ononidis & modico ſacchari datus: ſed ab hoc medicamento caveant, qui frigido imbecilliorique ſunt ventriculo.

Ad refrigerandos & temperandos renes duo remedia efficaciſſima & tutiſſima paratuque facillima mihi valde familiaria proponam. Primum frequens uſus conſerv. roſ. & viol. cum ſantal. rubr. in hunc modum.

℞. Conſerv. roſ. & viol. an. ℥. iii. ſantal. rubr. pulv. ℥ß. Syrup. viol. ℥ii. M. capiat duabus horis ante cibum, interdum bis in die.

Alterum eſt aquæ limpidæ, excoctæ, tepidæ 6. vel 7. unciarum menſura ante omnem cibum bis vel ſaltem ſemel in die potus, nihil enim adeo renes à recrementis vacuos & temperatos reddit, igneas etenim ipſorum calor aquæ tepore tandem extinguitur, ita ut in poſterum calculos procreare non poſſint. *Ioh. Zecchius, conſ.* 17.

SECTIO XI.

Pro Calculo Renum.

TOto corpore expurgato ſanguineq; detracto, medicamenta tum interna, tum externa adhibenda ſunt, quæ

quæ meatus laxare, ac renum corpora mollire valent, inter quæ.

℞. Ol. amygd. d. rec. ol. amygd. amar. an. ℥iv. vel v. M. & per os jejunio ventriculo exhibeantur vel.

℞. Milii solis, saxifrag. Capill. ven. an. Mi. cicer. rubr. contus. pi. rad. erythrodani (i. rubiæ Maj.) & petrosel. an. ℥i. F. decoctio. S. A. in colat. ℥viii. dissolv. terebinth. claræ ʒß. propinetur horis 4. ante cibum quo etiam tempore, partes dolentes usque ad pectinem oleo Scorpion. & amygd. d. inungantur, dolore adhuc persistente, renum lumborumque regio inungatur infrascripto unguento.

℞. Ol. Chamæm. aneth. amygdal. d. & scorpion. an. ʒß. adipis anser. butyr. rec. an. ℥i. ceræ q. ℒ f. unguentum. Si adhuc dolor vehementer urgeat ad narcotica veniendum. Clyster quoque utiliter iniicitur tum ad vasa emollienda, tum etiam ad dolores demulcendos; est hujusmodi.

℞. Decoctionis rad. & fol. alth. malv. parietar. flor. Chamæm. sem. aneth. apii, petrosel. senecion. ℥ix. ol. rutac. & scorpion. an. ℥iii. butir. ℥ii. philon. rom. ℥i. terebinth. eodem decocto calente dissolutæ ℥i. cum vitell. ovi sine sale f. Clister. Post hæc, ut calculus à rene per ureteres in vesicam detrahatur, tota hæc regio calentibus manibus, oleoque Scorpionum inunctis pluries assiduè perfricetur; mox Sicyæ sine incisione affigantur sursum à rene affecto incipiendo, & deorsum ad inguina oblique descendendo, quo etiam tempore non quiescere, sed exerceri ex *Hippocr.* sententia convenit, propterea motus vel equo, vel curru, vel quovis alio modo concitatior ex usu erit.

Postremò verò danda sunt quæ calculum conterant. Ut.

℞. Sem. Bardan. ℥i. fructuum alKeKengi num. 5. rad. fœnicul. saxifrag. an. ℥i. bulliant in vini albi ℥viii. ad consumptionem quartæ partis, in colat. adde Sacch. ʒii. Croci gr. v. f. potio summo manè exhibenda simulque illinantur renes sequenti oleo.

℞. Parietar. Mii. cepas albas decorticatas num. 5. contund. & simul bulliant in ol. Chamæm. Colatum oleum usui servetur. *Ioan. Zecchius, consult.* 24.

Vir quidam cum jam duobus pene mensibus renem calculo laboraret, irritis auxiliis, jussi ut inuncta manu cum ol. Liliac. quis secundum ureteres eam deduceret, appositis etiam cucurbitulis supra natem lateris dolentis: intraque tres horas, lapidem satis magnum, ut postmodum apparuit, detrusit in vesicam, sequenti die vinoè radice graminis epoto, lapidem ejecit & liberatus est. *Hier. Cardanus de curat. admirand. curat.* 24.

Hircinum sanguinem frangere in renibus & vesica lapidem tam verum est, quàm meridie solem lucere, quam plurimos enim ejus vi comminuimus. Sed & Leporino fit hoc idem *Jul. Cæsar. Scaliger. Exercit.* 344. *num.* 8.

SUBSECTIO XII.

Pro Calculo Renum.

SExagenarius quidam ob reprobum alimenti usum, in calculum renum incidit, hic præter purgationes varias, paratas præsertim ex terebinthina abietina, cujus vi mucilaginosam per alvum pituitam excernebat, usu assiduo aquæ concoctæ cum ligno illo indico, quo aqua cæruleum dilutiorem colorem contrahit, & vocatur à Monardo nephriticum, biennio sanus evasit. Postea exasperato malo, supprimitur omninò urina, adsunt ureterum & renum cruciatus immanes, vocantur de novo Medici: quorum consilio, enematis emollitur alvus, expurgantur excrementa, discutiuntur flatus, ministrantur unguenta, fomenta, & emplastræ, superiores & inferiores venæ secantur, ano hirudines admoventur, balneum applicatur oleagineum, lapidem comminuentia auxilia imperantur, omnia licet utilia, citra commodum tamen celebrantur; nam aucta gravitate in lumbis, & per 18. dierum spatium retenta urina, per intervalla jam Epilepsia vexabatur, demum cùm nulla essent prætermissa, quæ calculi comminutionem pollicerentur, & æger conclamatus esset, toto corpore tumidus, diroque dolore in illum regione oppressus, ex præ-

fer-

ſcripto medicorum oleum amygd. d. rec. paratum cum guttulis balſami permixtum lambere cœpit; cujus auxilii ope, aliquantulum recreatus, per ſedem viſcidum humorem, & per urinam arenulas minutiſſimas excrevit, & in eodem auxilio perſiſtens, cum urina cruenta, calculum purpureum, oblongum, aſperum, duriſſimum, nucleo dactyli magni ſimilem, excrevit, libereque jam urinam reddens, majorem quantitatem amygdalini uſque ad ℥iii. & balſami uſque ad ℥ß. aſſumens. Decem dierum ſpatio 65. calculos emiſit, duros, ciceris forma & magnitudine, tandem reſtauratis viribus ſenſim & ſine ſenſu convaleſcere cœpit. Hujus etiam ſolius auxilii beneficio in poſterum præſervatus fuit Nam jejuno ventriculo amygdalini ℥ß. 6. balſami guttulis permixtam abſorbebat; cujus præſidii ope fabuloſam urinam excernens in multos annos vitam produxit, magna ergo eſt balſami pro hoc morbo, & aliis frigidis curandis vitiis vis atque poteſtas: cujus uſu ſe liberaſſe virum quendam qui erat in conditione mortis à lapide gloriatur. *Avenzoar. lib. 2. Teizir. Tract. 2. cap. 7.*

Si verum balſamum deſit, ejus loco utere ſtacte, 1. Myrrhæ pretioſiſſima gutta, vel Orientali, aut eo quod ex Peruvianis inſulis afferri ſolet, quod mirabiles præſtare utilitates veterum & juniorum diligentiſſimi literis commendarunt.

Memini me pluries calculos magnos renum cavo tenaciter impactos: uſu ſtillatitiæ aquæ ex nicotiana viridi extractæ in potum exhibitæ per urinam deturbaſſe. Si ea deſit ejus decocto utere cum utilitate multa. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 66. lib. 2. Prax. Admirand.*

Jam verò ſummo Dei Opt. Max. beneficio ad nos affertur ex *America* lapis quidam nobiliſſimus, & velut gemma, Lapis nephriticus vocatus, qui ita geſtatus, ut corpus humanum nudum tangat, tum à paroxiſmo liberat, tum præſervat: quod nos quotidie veriſſimum eſſe experimur, quare nephritici, hunc geſtabunt, *Hieron. Donzelinus, conſil. 83. lib. 6. Cratonis & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.*

Quidam Nobilis Lutetiæ, lapidem habuit mollem laxum efformatum ad inſtar mortarii, per quem tranſcolata aqua & epota mirum in modum juvabat calculoſos & urinam ſuppreſſam *Jacob. Hollerius. Schol. ad cap. 48. lib. 1. De morbis internis.*

Sexagenarium immunem à renum calcu ſervavi annos 16 (cui aliqui obnoxius erat largo ſalis marini uſu, quod deinceps in multi confirmavi. *Johan. Helmontius. Tractatu de Lithiaſi. cap. 3.*

Conſiliarius quidam cum per quindenas ſingulas ſoleret miſerè calculi dolore decumbere uſus deinceps cereviſia dui ſemen dauci incoctum eſt, liber à calculo per aliquot annos vixit. Idem *Tractat. de Lutiaſi cap. 7.*

In Monaſterio prope *Bruxellam* fontes ſpirant aliquot, qui ſaxa parieti apponunt, uncinamque & ſecuri frequenter ſaxa adnata decutiunt. Ibi monachi quæruntur ſe ſtrophas ſive tormina pati, niſi ſemine Dauci cereviſiis in cocto utantur quotidie, odor enim ſemini dauci, odorem ſaxatilem dormat & comprimit Idem *Tract. de Liliaſi, cap. 1.*

Baro quidam noſtras dum per aliquot anno in ſua *Angliæ* Legatione, pluries calculis renum ſummo cum dolore infeſtatus fuiſſet, meque ſuadente, uteretur bis hebdomadatim liquore Aroph *Paracelſi* (quod ſonat Aroma Philoſophorum) per 18. deinceps annos à Lithiaſi liber. Tandem anno 83. vitæ defungitur, ejuſque cadaver diſſectum ne arenulam quidem aut Lapillum oſtendit. Idem *Tract. de Litiaſi cap. 7.*

Rariſſimum diureticum ex lapide cancrorum colligitur etiam vulnerarium ac febrifugum, modo reſolvatur in formam priſtini lactis: quod quam ſit excellens & potens, vix cuiquam quam perito perſuaderi poteſt. *Ioh. Helmontius. Tractat. de Lithiaſi, cap. 7.*

Calculos imminuunt, frangunt & expellunt quæ ſequuntur.

℞. Aq. fragar. & Saxifrag. an. ℥vi. vini alb. generoſi ℥vi. ol. amygd. d. ℥ii. ſpirit. vitrioli ℥i. M. pro tribus doſibus. Prima detur calidè quantum ferre poteſt. Poſt horas 6. detur ſecunda pari modo, ſi etiam hæc inefficax (quod rarò contingit)

ter-

tertia propinetur. Paratu facilior ſit julepus ex Aqu. Saxifragæ & Syrup. viol. cum ſpirit. vitrioli gutt. 15. vel 20. Pilulæ ſequentes ſunt efficaciſſimæ.

℞. Salis prunell. cryſtal. tartar. ſalis baccarum hederæ & ſol. naſturt. an. pt. æq. cum Syrup. appropriato vel terebinthina F. Maſſa pilul. de qua capiat ℥i. ſingulis diebus manè.

Cinis corticum ovorum aduſtorum à ℥ß. ad ℥i. exhibitus cum vino albo potenter expellit calculum in urinæ meatibus hærentem. Chimici ſuos ſales ad calculorum excluſionem maximè prædicant. Inter quos non infimum locum obtinet ſal ſiliquarum & ſtipitum fabarum, cujus ℥ß. cum vino albo egregiè operatur. Idem præſtat tartarum vitriolatum eadem doſi. Ab iiſdem etiam ſpiritus ſalis laudatur, illiuſque guttas aliquot manè cum juſculo aut alio liquore exhibent. Pro potu utatur æger vino tenui & paucifero, cum decocto rad. Eryngii quod quidem decoctum pro potu ordinario à *Cratone* commendatur, & nos egregios illius vidimus effectus. Sed marinum vulgari multò præſtantius eſt. *Lazarus Riverius, lib.* 14. *Pract. cap.* 1.

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

Pro calculo Renum.

IN Renum obſtructione à calculo totali, vel etiam ubi ureteres & veſica à calculis in eam regionem detrusis omninò fuerint obſtructi, ut ne gutta quidem urinæ prolabi poſſit, præſentiſſimum eſt remedium, ſi urina hirci recentiſſima ex vivente adhuc hirco cum veſica extracta potanda detur calidè ad cochlear; unum & omentum cum inteſtinis ſtatim ventri, pubi & peritoneo fuerit applicatum. Sic nimirum calculus repentè conſumitur ſine læſione vaſorum & patiens liberabitur. Convenientius in hoc affectu nihil eſt, quàm ſi Mercurius dulcis ſemel atque iterum juſta doſi exhibeatur; quinimo nephriticus dolor rarò inteſtare ſolet eos, qui pilulis mercurialibus ſingulis menſibus utuntur. Hac nimirum ratione ductus amplificantur, & calculi deinceps ſponte excernuntur. Quod ſi interim ſpecificum ludi humani (*i.e.* ut opinor calcul. ex humano corpore exſect.) certa ſua quantitate aſſumptum fuerit (qnod nempe non tantum calculum renum & veſicæ ſed univerſi corporis tartarum exterminat) minus deinceps nephritici dolores extimeſcendi fuerint. *Iohann. Hartmanus. Pract. Chimiatr.*

Ad veram duelech. reſolutionem liquationemque primatum obtinet ludus *Paracelſi*. Hic nempe eſt lapis, Saxifragrorum apex & calculoſorum deſiderium. *Iohan. Helmont. Tract. de Lithiaſi cap.* 7.

Diſſolvitur terebinthina cum vitello ovi, vitello vino *Hiſpanico* & Syrup. de alth. *Fernelii*, & ſic ſoluta candidat lactis inſtar, exhibeturque in calculo à Medico quodam percelebri. Sanguis vituli cervini inſpiſſatus & exſiccatus, ℥i. pondere calculum mirificè pellit, experimento certo vel.

℞. Malorum Citriorum qu. v. adiice quod intus eſt acidum, reliquum raſum; comminutumque ſtet in vaſe vitreo 24. horis.

Poſtea ℞. Expreſſi ℔i. fruct. alkekeng. recent. num. 64. contuſa M. & ſtent iterum 24. horis ſimul, dein ex vitro diſtillentur per arenam, ut de ℔i. remaneant.

℞. Hujus aq. deſtillat. ℥ii. vini rhenan. Sacchar. cand. pulv. ℥iii. M. hæc eſt aqua a Lotharingiæ duce miſſa principi cuidam, tunc ſecreta & magnantibus in magno uſu, & mirabilis in expellendo calculo ſi corpus prius clyſtere, vel alio leniente pharmaco purgatum, & ejus 2. vel 3. cochlearia ante prandium & modicam deambulationem ſumpta fuerint, *VVolfangus, Hoeſerus. Herc. Med. lib.* 3. *cap.* 4.

In omnimoda urinæ à calculo ſuppreſſione, teſtæ ovorum calcinatæ ad ʒii. vel ℥i. aſſumptæ, omnia reliqua medicamenta præcedunt. Cochenilia tinctorum ex *India* Occidentali in vino Rhenano aſſumpta ad ʒi. mite quidem & ſuave eſt medicamentum, ſed magnæ efficaciæ. *Paulus Barbette. Praxib. libr.* 4. *capit.* 8.

Poſt juſtam emollientium, laxantium, anodynorum, viaſque dilatantium tam

inter.

internorum quam externorum usurpationem, tum maximè commendatur sequens pulvis cum aqua petroselini aliave specifica exhibitus.

℞. Sem. thlasp. minim. tartar. vitriol. an. ʒiß. ocul. cancr. sal stipit. fabarum, genist. ononyd. stercor. Columb. an. ʒß. M. F. pulvis dosis ad ℈i. imò aliquando ad ʒß.

℞. Cicer. rubr. hord. mund. an. ʒii. sem. viol. purpur. papav. alb. urtic. malv. an. ʒß. ocul. cancr. contus. & in petia ligat. ʒii. bacc. Junip. ʒi. ficcum ping. numero 9. sebest. numero 7. fruct. alkekeng. numero 4. liquirit. ras. ʒvi. coq. in ℔iii. aqu. communis, in colaturæ ℔ii. dissolve Syrup. papaver. errat de ʒ. rad. diacnid. an. ʒiß. Spirit. salis armon. ℈ii. M. de hoc apozemate Sexagenarius quidam nephriticus bis terve de die assumens haustulum, instillatis prius guttis ii. balsami sulphuris juniperini, varios excrevit exiguos calculos.

Omnibus commendamus spirit. salis armoniaci, tanquam specificum cum vino rhenano, spirituve diuretico: ad præservationem, ut & curationem ipsam, universalibus nempe præmissis, usurpatum. *Federicus Deckers. Notis & observ. ad cap. 8. lib. 4. Prax. Barbettianæ.*

SUBSECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Calculo Renum & Vesicæ.

INter medicamenta composita lapidem comminuentia, est hoc Electuarium: cujus usus omnem lapidem renum & vesicæ indubitanter frangit, & expellit, imò ab ejus generatione præservat.

℞. Asari polii montani, Chamædr. phu, & mei, rad. asparag. petrosel. apii, dauci, spic. nardi & acori an. ʒiß. rad. Saxifrag. ʒii. vitri combust. sang. hirci præpar. lap. Spong. an. ʒß. cineris leporis totius combusti in olla rudi ʒß. mellis despumat. ℔ii. Succ. milii solis ℔ß. acet. Scillit. ʒiii. Sacch. rubr. ℔ß. Mell. Sach. Succus & acetum Scillit. omnia simul lento igne coquantur ad succi & aceti consumptionem, & residui inspissationem, & cùm infrigidari inceperit, reliqua pulverisata superaddantur, & F. Electuarium, cujus ʒß. accipiatur diebus continuis manè ʒ. horis ante cibum. Sumatur cum ʒß. aq. apii Silvestris, & videbis quod non eris ab ipso deceptus. *Bartholomæus Montagnana. Cons. 182.*

Cùm dolor fuerit maximus & intolerabilis multum mitigabitur, si accipiantur duo vel tria cœpæ, & minutim incidantur, & supra tegulam calidam calefiant; deinde cum vino albo aspergentur, & supra renes vel peritonæum emplastretur. De virga aurea vidi experimentum in quodam, qui habuit lapidem in vesica, & comedit dictam herbam cum ovis omni mane per 9. dies, & fractus est lapis, & ipse ostendit mihi manum plenam lapillis, & liberatus est. Item nota quod dicit tibi *Theophilus Mercator*, quòd habebat in crure ulcus magnum & malignum, & nullo modo curari poterat, & quidam docuit ipsum, ut frondem dictæ herbæ superponeret bis in die manè & serò, & in novem diebus liberatus est. Item nota quod dicit tibi alter, quando intestinum rectum exit, & quis habet dolorem & exitum hæmorrhoidum, quòd pulvis virgæ aureæ datus in cibo vel potu citò sanat. Radix linariæ bibita ad ʒi. cum vino & aqua lapidem frangit & expellit. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib. 2. cap. 18.*

Quidam calculum confirmatum in renibus habebat, cum intolerabili dolore lumborum, & difficulter mingebat. In hoc curando intentio nostra fuit lapidem fixum, quantum possibile erat, è suo loco movere, viasque emollire & aperire, ac dolorem mitigare. Ideò omnium primo emolliens enema confert, dilatans & dolorem mitigans ac alvum leniens.

℞. Rad. althææ ʒi. fol. alth. viol. parietar. an. M. i. flor. meliloti, chamom. an. p. 1. sem. lini, fœnugræc. an. ʒß. caric. ping. num. 6. sebest. num. ʒ. sem. 4. frigid. maj. an. ʒiß. furfur. in linteo ligati p. 1. f. decoctio in aqua communi pro ʒx. Adde cassiæ rec. extractæ ʒi. Sacchar. rubr. ʒß. Butyr. rec. ʒii. ol. communis & amygdal. d. an. ʒi. salis parum. f. enema; quo clystere duriora excrementa depositi. Et quia robustus erat, & dolor magnus,

vena

vena ex maleolo ut incideretur eodem die poſt clyſteris operationem juſſi, & hunc fotum ex anodynis veris, quæ calorem temperatum habent præſcripſi.

℞. Rad. alth. cum fol. malv. an. p. 1. ß. ſem. lini & fœnugræc. an. ʒi. decoq. in aq. com. vel meliùs in hydræleo q. ſ. & in illo decocto ſpongia madefacta & expreſſa regionem renum fovebat. Mox ſequenti unguento locus dolens inungatur.

℞. Butyr. rec. ol. amygd. d. axung. gallin. anſeris an. ʒß. ol. chamomill. anethini an. ʒii. cæræ parùm. M. dolor parùm mitigabatur. At cùm rurſus alvum non deponeret, die ſequenti clyſter denuo injectus eſt, & dolor nonnihil ſedatus eſt. Tamen lapis adhuc fixus renibus inhærebat: quare cucurbitulas ſiccas ſine ſcarificatione ſupra renes affigere juſſi, deinde aliam paulò inferiùs, & rurſus aliam atque aliam deinceps, paribus intervallis oblique uſque ad inguina, ut ſic calculus in veſicam deſcenderet. Conducunt enim non parùm cucurbitulæ ejuſmodi abſque inciſione adhibitæ, quæ ſæpe lapidem celeriter adeò transferunt, ut ſubitam ejus mali levationem comparare poſſint, lapide nimirum in locum ampliorem translato, ſuprà à renibus initium facientes, ad inguina per obliquam earundem partium poſitionem procedentes. Sed priùs fotu illo relaxante & emolliente poſt clyſterem tantiſper utebamur: & non utebatur cucurbitulis, cùm dolor vehementiùs inſtaret, ſed ipſo aliquantulùm lenito. Et ita cum fotu continuo dolor mitigatur; tandem etiam, adhibitis cucurbitulis, ſentiebat calculos aliquot per ureteres in veſicam deſcendiſſe, & ceſſabat difficultas mingendi. *Petrus Foreſtus, obſerv. 21. lib. 24.*

SUBSECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Calculo Veſicæ.

PRo atterendo excludendoque calculo.

℞. Decoct. Cicer. rubr. cum rad. Scolopendr. & alth. ʒvi. vini alb. potentis ʒii. aquæ extillat. ex cepis albis, ſucci limon. rec. expreſſ. an. ʒß. Sacchar. albiſſ. pulv. ʒii. M. F. potio tribus horis ante cibum exhibenda. Hoc ſanè medicamentum nulli fortaſſe alio in hoc opere cedit, ad idem etiam maximè valet hoc quod.

℞. Terebinth. ignis vel ſolis veſiccatæ & in pulverem redatæ ℈ii. lapid. Judaici, vitri uſti ſem. geniſtæ an ℈i. terebinth. claræ & liquidæ ʒiii. M. F. bolus capiendus 4. horis ante cibum, ſuperbib. ʒiv. aq. Saxifrag. & ʒii. vini albi cum ſacch. albiſſ. ʒi. Interim illinantur ſingulis 6. horis pubis & perinæi partes hoc linimento.

℞. Pingued. cunicul. pingued. anſer. ol. Scorpion. an. ʒi. ſucc. parietar. depurat. vini albi potentis an. ʒß. M. F. linimentum, ſuperadditis ʒii. lapid. Judaici cum prædictis probè ſubacti.

Sanguis etiam vulpis & hirci calens, tum per fiſtulam argenteam injectus, tum etiam pubi & peritonæo illitus, maximam vim habet ad calculum atterendum in veſice; modo hic vetuſtate non obduruerit. Omnium extrinſecus admovendorum efficaciſſimum erit Lavacrum hujuſmodi.

℞. Flor. Chamæm. melilot. aneth. arotan. ſaxifrag. ſol. caulium, ſenecion. parietar. ſcolopendr. malvaſ. alth. rad. petroſel. fœnicul. ononid. viol. an. Miii. ſem. lini, milii ſolis an. ʒii. fœnugræc. aniſ. ammeos, an. ʒi. bulliant omnia in q. ſ. hydrælei, vel aq. dulcis; in qua prius exactè excocta fuerint capita duæ vervecis, & uſui ſervetur pro lavacro; quo cum utitur, ſi ſumpſerit hanc potionem mirificè conducturam ſperamus.

℞. Rad. enul. ʒß. gran. alkekeng ʒii. Bacc. Juniperin. ʒi. Liquirit. ʒvi. Omnia tuſa bulliant in vini alb. ʒix. ad conſumptionem tertiæ partis; colat adde ſacchar. finiſſim. ʒi. F. potio calidè exhidenda. *Johannes Zecchius, conſultat. 31.*

SUB-

SUBSECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Calculo Veſicæ.

QUoniam Medicamenta lapidem comminuentia, nihil fermè operantur ob lapidis grandioris duritiem, unica Chirurgia ſupereſt, quæ eum detrahendo miſerum ægrotantem à tam gravibus tamque aſſiduis moleſtiis à doloribus pene intolerabilibus liberare poſſit. Sed cum hoc opus maximum ſibi junctum habeat periculum, potiſſimum in ſene molliore corpore & Cacochymia laborante, jure optimo clariſſimi viri recuſarunt hoc præſidii genus. Sed cum ex graviſſimorum virorum decretis, in præcipiti caſu magis ex uſu ſit, ac longe melius, præſidium aliquod generoſum, ticet anceps, adminiſtrare, quàm demittere ægrum mori, omnibus ad ægrotantis ſtarum præſentem & futurum attinentibus, diligenter ſummaque opera expenſis, in eam venio ſententiam, ut ad cervicis veſicæ inciſionem deveniretur; parva facta ſectione, eo conſilio, ut laceratu muſculo Sphinctere per vulnus licet parvum admodum, urina perpetuò involuntariè ſenſim præter laberetur. Hoc enim opere peracto, dolores prorſus ceſſare ſolent, ut in nonnullis à me fuit obſervatum; ac præſertim in Nobiliſſimo quodam *Savonenſe*, de *Rearis* annum agente 721. qui deinceps fœlicem ſemper duxit vitam. Siquidem in reddenda urina, geminam ob cauſam, dolores excitabantur, tum quoniam urinæ egreſſuræ impetu calculus quaſi proditurus dum dimovetur affectas partes lacerando ingentiſſimos parit cruciatus; tum etiam quia ſub mictionis finem, Sphinctere muſculo ſeſe colligente & conſtringente, in cauſa eſt ut ſubjectæ partes nonnihil ulceratæ à duriore lapide premantur vellicenturque, at nunc utraque doloris cauſa conſertim aperto loco ceſſat, quando quidem neque urina ibi colligitur, ſed ſenſim continuò educitur, neque commemorati muſculi compreſſio aſtrictioque ampliùs locum habet, modo impoſita tenui argentea aut plumbea fiſtula vulnus apertum aſſervetur, quaſi in fiſtulam calloſam abeat. Profecto cum ars naturam imitari ſtudet, obſervaverimque ego non ſemel in lithiaſi affectis, diſrupto ea in parte abſceſſu ſponte nato, ob cauſas jam dictas, dolores moleſtiaſque omnes in urina reddenda ceſſare, à natura edoctus, opus hoc non potui non ſemper celebrare: noſtrum autem novum hoc conſilium, qualecunque fuerit, ſi apud aliquem authorem modernum hujus ætatis reperias, ſcias velim id totum à me accepiſſe. *Iohannes Zecchius, conſult.* 58.

De iſta inventione medicandi calculoſis ſenibus gloriatur *Zecchius* in *conſultat.* ſed longè antè natum *Zecchium*, tali curatione palliativa utebantur Medici *Pariſienſes*, jam à centum annis uſitata. *Ioh. Riolanus*. Enchirid. Anatom. *lib. 2. cap. 30.*

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

Pro Calculo Veſicæ incipiente in puero quinque annorum.

IN conſilium adhibitus, hoc modo cum ipſo proceſſi. 1. Inſtitui optimam victus rationem, nimirum ut aer ſit calidus, panis benè fermentatus & coctus, non recens, neque nimis durus. Juſculis utatur carnium caſtratorum, pullorum, gallinarum, aut caponum, quibus aliquid roriſmarini, ſalviæ, & majoran. nonnihilque ſalis ratione ſaporis addi poterit, radices fœnicul. petroſel. & quæcunque urinam inſigniter movent, cibis minimè addantur, dum enim urinam movent, ſuccum indigeſtum ſimul ad venas meſaraicas ac hepar ſecum ducunt. Ex quibus obſtructiones viſcerum, & materia calculoſa augetur. Viſcidi glutinoſi, craſſi, & qui difficilis ſunt digeſtionis cibi nullo modo ſunt offerendi, uti nec ſalſi, & qui pipere, zinzibere, caryophillis, raphano, cepis & ejuſmodi rebus conditi ſunt cibi. Legumina quoque oriza, fructus crudi, piſces, caſeus, lac & lacte confecta edulia ſummoperè vitanda. Vino utatur albo & tenui decoct. agrimon. & veronicæ diluto. Poſtea

ſica corpus ſequenti portiuncula expurgavi.

℞. Rad. fœnic. petroſel. eryng. marin. an. ℥ß. fol. agrimon. veron. cuſcut. an. Mß. ſem. aniſ. ʒi. coq. in aq. ad conſumptionem tertiæ partis in colat. ℥ii. diſſolv. Syrup. roſ. compoſ. cum rhab. agar. & ſen. ℥ß. electua. diacartham. ℥ß. M. F. potiuncula ſumenda quatuor horis ante prandium.

Purgato corpore ſequentem præſcripſi Syrupum magiſtralem, de quo ſingulis diebus duabus horis ante prandium ex cochleari ſumebat ℥i. obſervata interim optima victus ratione, & per intervalla expurgato corpore, nunc præſcripta potiuncula, nunc pulver. rads mechoac. ℈ii. ſumptis cum juſculo carnium. Syrupi autem hæc eſt deſcriptio.

℞. Rad. fœnic. petroſel. gramin. ſaxifrag. eryng. marin. an. ʒi. fol. agrimon. veron. herniar. capill. ven. cuſcut. an. Mi. fl. ʒ. cordial. geniſt. & fl. chamæm. an. p. i. ſem. milii ſolis biſmalv. aniſ. & ſem. 4. frigid. maj. an. ʒii. liquirit. raſ. & uvarum paſſul. exacinat. an. ʒii. F. decoctio ad conſumpt. tertiæ partis, adde ſacch. miſcellan. ℔ 1ß. mell. puri & deſpumati ℔ß. F. S. A. Syrupus, aromatizetur pulv. Cinamom. elect. ʒii.

Per menſes quoque aliquot ſequenti ſemicupio ex rad. herb. & ſem. emollientibus laxantibus, lenientibus & flatus diſcutientibus per intervalla utebatur.

℞. Rad. & fol. alth. rad. & fol. malv. rad. fœnicul. petroſel. eryng. marin. an. ʒii. herb. parietar. viol. veronic. flor. chamæm. melil. geniſt. ſambuc. an. M. i. ſem. fœnugræc. lini, an. ʒi. ſem. petroſel. aniſ. fœnicul. geniſt. an. ʒii. coq. in q. ſ. aquæ pro ſemicupio. Ex ſimili quoque decocto, quotieſcunque alvus non reſpondebat, addito vitello ovi, parumque electu bened. laxativ. & ol. rutac. enemata præparavimus & exhibuimus.

Imum ventris & peritone non ei ſolum balneo egreſſo, verum etiam ſingulis diebus ſemel aut bis ſequenti unguento inunximus.

℞. Ol. Scorpion. amygdal. amar. an. ʒi. ol. Lil. alb. & ung. dialth. an. ℥ß. M. fiat unguentum.

His adhibitis remediis Dei ſingulari beneficio, paulatim convaluit, neque poſthac ullum mali hujus veſtigium ſenſit. *Guill. Fabric. Hildanus, obſerv. 71. cent. 3.*

SUBSECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Calculo Veſicæ.

MUlta uſurpavit remedia toto anno per intervalla, ac tandem calculum exerevit nucis avellanæ magnitudinem æquantem, ſed figuræ oblongæ olivam referentis: at verò tanta difficultate ferebatur per virgæ canalem ut intra 35. tantum horas à veſicæ orificio ad balani radicem pervenerit, ubi meatum anguſtiorem inveniens, nullo modo eum pervadere potuit, atque adeo neceſſum fuerit balani inciſione illum extrahere, quæ in parte inferiori, propè frænum celebrata eſt. Remedia quibus præcipue calculi excluſio adſcribitur, talia fuere.

Poſt evacuationes univerſales, uſus eſt per menſe integrum pilulis ex ſalibus bacc. hederæ & naſturt. aquat. cryſtallo, tartari & minerali part. æqualibus cum terebinth. in maſſam pilull. redactis. De qua ſumebat ʒi. manè ſingulis diebus. Poſtea verò per novem dies ſumpſit aquæ ceparum albar. in vino albo deſtillatarum ℥iii. cui addebatur ſal. ex capite mortuo elicitum, & nono die prædicti calculi excretio contigit. *Lazarus Riverius. obſerv. 14. cent. 4.*

Puero Mercatoris cujuſdam 7. annorum calculo veſicæ laboranti, Lithotomus *Italus* ſine ſectione lapidem eximere volens, digitum ſiniſtræ manus medium butyro inunctum in podicem immiſit (quæ ratio calculum inveniendi omnium eſt optima & tutiſſima) ac dextra manu ventrem inferiorem in regione pectinis premens, digitoque podici intruſo calculum propellens, vi illum ex veſica in cervicem illius impulit: ubi cum ob magnitudinem ſubſiſteret, & tactu ſupra podicem deprehenderetur, illic ſectione facta ſupra lapidem, cochleari ferreo mox exemit, qui ſi minor fuiſſet, per meatum penis facilè exprimi vel exugi potuiſſet. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 894.*

Barto. Turrianus in Jatro 6. lib. 4. Veſicæ calculum jam ſectioni deſtinatum fregit propinato pulvere Cryſtalli, vel potius ſubſtantia ejuſdem reſolubili. Fit autem Cryſtallus ſolubilis, ſi vel minimum novies in fornace figuli calcinetur, tunc abit in friabilem ſubſtantiam, & in cella poſitus liqueſcit, olei tartari inſtar, bel lapis Cryſtalli ignitus ſepties extinguatur in aq. vel ſpiritu urticæ minoris.

Veſicæ calculus comminuitur Emplaſtro ex cepa alba cocta, pectini impoſito ceſte *Joh. Prævotio* Med. *Patavino*. *Schroderus* commendat urinæ ſpiritum, vel è calculo humano factum, quem & ego ſæpius probatum reperi *Vvolfgangus Hoeferus*. *Herc. Med. lib.* 3. *cap.* 4.

Gerardus Goot, Medicus doctrina & experientia præclarus, *Molinæum* quendam veſicæ calculo laborantem, aqua Perſicariæ deſtillata ad integram ſanitatem perduxit, de ea hauſtum ſingulis matutinis exhibendo. *D. Robertus Boyle*, in aureo ſuo Libro, *De Utilitate Naturalis Philoſophiæ*, Parte ſecunda, Sectione tertia.

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Calculo Veſicæ.

CAlculum in veſica exiſtentem durum & antiquatum, frangere nemo potuit: molliorem, tophaceum, friabilem, recentem cum difficultate frangemus in juvene, non in ſene, ubi aperti ſint meatus, non adſtricti, ubi vires validæ ſint & ægrotus Medico pareat, medicuſque ſuo munere perfungatur: at etiam ſi conditiones adſint hujuſmodi, rarò tamen hoc opus medicamentis abſolvitur. Ego bis in hanc uſque diem fractum vidi, primum caſu, mox deliberatione, atque matura conſultatione addita. Caſus fuit. Filium *Zanetti* Pontificii Typographi *Romæ* expurgandum ſuſceperamus, Doctiſſimus quidam Medicus & ego, ut poſtea tutior ad ipſam ſectionem accederet (jam enim cum Nurſino artifice de pretio convenerat) tentaverat ante, omnia remediorum genera tum à Medicis Venetis, tum Florentinis excogitata; cumque nullam conſequeretur utilitatem, ſecari cupidus, ſacerdotem juſſit accerſiri, ut ſumptis Eccleſiæ ſacramentis, ſi ex ſectione moreretur, animæ fuiſſet conſultum. Religioſus fuit ex Societate Jeſu, qui audita confeſſione ab ægroto, & cognito morbo, proponit illi pharmacum ut dicebat magni uſus, de quo & in ſeipſo & in aliis periculum fecit, experiri placuit, neque facti pœnituit, Eodem remedio in renum calculo uſus ſum bono ſemper ſucceſſu. Vidi enim circuitus illos nephriticos fuiſſe, non ſine aſſiſtentium admiratione ſanatos. In affectu veſicæ nunquam ſeſe mihi obtulit occaſio experiendi, niſi ſemel ſed æquali cum ſuperioribus eventu, variato tamen exhibendi modo. Deſcribam primùm pharmacum ab ipſo Ieſuita traditum, mox verò aliud, ſed in primis illud remedium approbo, quia nihil deeſſe video, quod poſſit ad hujuſmodi opus perficiendum exoptari: vim agnoſco ſimplicium egregiam, componendi rationem exquiſitam conſpicio, ac eo magis probo, quod probaſi continet antidotum in quo ſummavis ineſt ad frangendum calculum, habet autem Ieſuitæ pharmacum ita.

℞. Pulv. millepedum præpar. ʒi. ad ſummum ℈v. aq. vitæ ʒß. juris cicer. rubr. ʒix. vel ʒx. capiat calidum horis ante prandium 5. enemate utebatur emolliente ante medicamenti potum, inſtituebat ſimul emollientem victum, effectus medicamenti fuit: horarum duarum ſpatio, totum corpus incaleſcebat, anguſtiabatur ægrotus ſitiebat, ac ferè loco ſtare non poterat, aliquando circa pubem dolores urgebant, urinæ hora quinta cœperunt craſſiores reddi, ſed non multæ. Secundo die à pharmaco contingebant eadem, ſed urinæ copioſiores & craſſiores. Tertio ſabulum apparuit multum. Septimo tandem adeo plenæ ſabulo viſæ ſunt, ut rectè quis diceret, eas nihil eſſe quam ſabulum aqua diſſolutum, omnia in meliorem ſtatum redigebantur, ita ut qui proximè incidi debebat, liber ab omni malo nono fuerit die, & hic adhuc vivit, ab eo morbo Dei benignitate liber.

Ego verò juvenem annorum 28. calido & ſicco temperamento curaturus, duxi minuendam quantitatem aq. vitæ, & ubi ſingulis diebus datum alteri fuit antidotum, huic alternis dare juſſi, ac pro refrige-

ratio-

ratione totius corporis, aqua fragariæ, & fabarum ad ℥x. propinabam intermedio die cum gutt. VI. ol. calcanthi & ʒi. julepi violati, hoc autem modo pharmacum indicabam.

℞. Pulv. assellor. præp. ʒi. aq. vitæ ʒii. decoct. cicer. rubr. ℥VIII. Ms. & capiat tepidum 6. horis ante cibum, sed cùm excalefaciebam igne pharmacum, ibi non erat aqua vitæ, verum ubi ab igne remotum erat, miscebatur. Dedi medicamentum in Balneo decoctionis erbarum emollientium, universalibus præcedentibus, præparantur Millepedes ad renum & vesicæ calculos hoc modo.

℞. Assellorum quam volueris, quantitatem, vinoque albo generoso abluito diligenter, mox in ollam conjicito novam vitreatam, lutoque illam incrustato demum in furno exsiccantur, ita ut possint in tenuem pulverem redigi: tum verò affunde vini ejusdem generosi quantùm poterunt imbibere, & rursus exsiccato, ac tertio imbibito & exsiccato ut supra, quartò verò pulverem irrorato hoc qui sequitur liquore.

℞. Aq. fragor. ℥iii. Spirit. vitriol. ʒiß. iterum pulvis exsiccetur & tenuissime contritus in vase vitreo, aureo, vel argenteo usui servetur. Quod ad ipsam incisionem attinet, si fiat ignitis cultris multo fœlicius succedet, hanc rationem secandi, mea persuasione, adhibebat *Romæ* quidam ex meis discipulis, ac omnes ferè sanitati restituebat. *Horatius Augenius. Episc. & Consul. Tom. 2. lib. 9. Epist. penult.*

Vilbemus Laurembergius Professor. *Rostochiensis* ut ipse se refert provecta jam ætate calculo vesicæ laboravit, qui cum varias molestias exhiberet, & nucem ponticam æquare deprehenderetur, ac citra sectionem exire non posse putaretur: ipse verò periculosissimo huic auxilio sese subjicere nollet, de aliis remediis cogitare cepit, primo ergo liquorem illum nephriticum celeberrimum magnoque apud principes in pretio & usu habitum expertus est, qui ita paratur.

℞. Salis tartar. alb. ʒi. affund. aq. petrosel. ℔i. M. & per chartam bibulam transcoletur, & liquori color croceus corticibus aurantiorum concilietur, usurpavit etiam gemmam illam Indicam, Iguada Hispanis dictam ac calculum frangendum celeberrimam, sed utriusque remedii nullam vim deprehendit, ergò inter reliqua quæ ad calculum comminuendum commendantur, pharmacum ex asellis experiri voluit, ad immitationem Augenii in hunc modum.

℞. Pulv. asell. præp. ʒi. Spir. juniper. ʒii. juris Cicer. rub. ℥x M. quo manè assumpto, prima & secunda vice à sumpto medicamento tribus aut 4. horis, quandam pectoris compressionem percepit, & quasi imminens animi deliquium, ut necesse haberet theriacæ ϑi. potioni admiscere, atque ita remedio hoc totos 15. dies usus est. Sed toto hoc spatio ne minimum quidem Sabuli expurgari reperit, itaque alia addenda ratus, sequenti medicamento usus est.

℞. Assel. præp. ʒii. lepor. præp. sang. hirci præp. Spong. ros. sylvestr. sem. viol. purpur. an. ʒi. Spec. Lithontrib. ʒij. M. F. antidotum. Hujus antidoti accepit ʒii. decocti diuretic. ℥x. Spirit. juniper. ʒii. quod medicamentum ubi manè hora 5. hausisset, secunda vice, post horas plus minus 4. sub pubis osse ad regionem ostii vesicæ, magnos sentire cepit dolores. paulò post parum urinæ profluebat, & cùm ea lamellæ exiguæ instar. Squammæ piscis subrubræ quæ licet aliquam visciditatem habere viderentur, ad tactum tamen in sabulum resolvebantur, ita ut manifesto appareret tunicam vel crustam esse à majore calculo solutam. Cujus medicamenti usum cum continuaret, interdum tertio; interdum quarto, nonnunquam quinto die, hujusmodi lamellæ crassiores, & fragmenta sæpè grandiuscula profluxerunt, & præsertim ubi lavacro aquæ dulcis uteretur; cum verò & à calculo, & ab ejus fragmentis, orificium vesicæ esset fauciatum, ad leniendum dolorem medicamentis usus est, atque ita horum medicamentorum usu 17. septimanarum spatio à calculo isto liberatus est. Decoctum diureticum hoc fuit.

℞. Rad. Liquirit. ʒvi. alth. graminis, ononid. an. ℥ß. baccarum halicacab. num. 20. cicer. rub. ℥iv. uvar. pass. ʒi. sem. 4. frig. Maj. an. ʒi. hord. pij. Coq. in aqu. alkekengi, ononid. fragor. flor. fabarum an. ℔iß.

colatur. adde Syr. de alth. ℥iij. *Daniel Sennertus. Pract. lib. 3. part. 8. sect. 1. c. 2.*
Ptisana fructus Cynorrhodi, seu rosæ Sylvestris in furno siccat. & pulverat. multos à calculo liberavit, sed diu ea ptisana utendum est. *Petr. Borell. obs. 22. cent. 3.*

SUBSECTIO VIGESIMA.

Pro Calculo Vesicæ.

PRincipes *Germaniæ* contra Lithiasin quotannis in majo bibunt quotidie haustum liquoris è cortice vulneratæ betulæ, quem liquorem præservant à corruptione aeris affundendo ol. oliv. Vulneratur cortex betulæ prope terram in trunco mense martio, circa tempus quo solet vulnerata vitis plorare novellum liquorem è terra haustum. Sed is liquor betulæ est pene insipidus.

Si autem ramus aliquis spissitudinis 3. digitorum ad semidiametrum vulneretur, inditaque lana repleatur, statim fiet liquorem non ingratum ac subcidum, qui etiam in ipso Lithiasi tormento solatur afflictus ad 3. vel 4. cochlearia assumptus. Tenellos etiam, subnigrantesque betulæ ramulos (unde Scopæ & virgæ nostratium fiunt) qui tumentes gemmas nondum frondosas habent, malleo super incudem vel lapidem conquassatos jussi concoqui aquæ ad cerevisiam frabicandam destinatæ; cui cerevisiæ si postmodum dauci semen aut beccabugam associaverim, fortitus sum effectus ad Lithiasis præcautionem optabiles, potentioresque adhuc, si isti cerevesiæ liquor iste martialis è superioribus ramis collectus infusus fuisset, post sedationem maximam ebullitionis suæ quam vina & cerevisiæ in cadis sponte tollerant. Comperi namque imprimis quòd ejusmodi potus è betula diureticorum metum tolleret, eo quod dolores Lithiasis atque contractura laxet, tam in Lumbis quam intestinis (hinc namque unica Lithiasis etiam colicos dolores suscitat, non minùs ac si fomes ejus intestinis inesset) prodest etiam dysuriis & stranguriis senilibus, calorem item jecoris mitigat primum, deinde tollit. *Joh. Helmontius. Tract. de Lithiasi cap. 8.*

Cardanus scribit sua ætate, virum *Longobardos* oberrasse, qui paucis diebus, quodam poculo passim securè, certò atque breviter sanabat quotquot calculum in vesica habebant, additque judicium se non dubitare hunc virum in inferis esse, quod moriens artem suam mortalibus inviserit.

Pistor quidam habebat filiolam quæ sæpius cruentum meieret, medioque filo suspendebatur lotium: erat autem pallidum cum multo sedimine ac glutinoso, sicque septimum vix erat annum; villica quædam narrat pistori, idem sibi olim contigisse, jussit adferri vesicam taurim embrionis nondum nati; vesicula ista plerumque repleta est liquore saporis non quidem urinalis, sed alieni; cujus singulo mane bibit ℥ii. cum totidem vini albi. Superstes diu vixit calculi nescia. Idem remedium iuvit aliquot puellas pauperes. Idem ex embrione hirco tentatum ac fœlicius adhuc succesisit. *Joh. Helmontius. Tract. de Lithiasi cap. 7.*

Ad calculum in vesica incidendum magni sunt momenti hæ pilulæ.

℞. Sem. Milii solis petrosel. Saxifrag. & Chærefol. an. ℥ß. Sang. hirci præp. ℈i. succi liquirit. ℈ii. trochisc. ankekengi sine opio ℈ß. terebinthin. lotæ in aq. fœnic. & apii, deinde parum tostæ ℥ij. F. pilulæ admodum exiguæ, & singulis diebus capiat ℈ß. aut paulo plus. *Ludovicus Mercatus. Consult. 6.*

SUBSECTIO VIGESIMA PRIMA.

Pro Calculo in penis meatu contento.

PUer quidam natus annos 10. quum nunquam alias mali quicquam persentisset, ad radicem virgæ duritiem evidentem repentè passus est, ex qua ingentem dolorem vel tactu tantùm tolerabat, & sæpe sed parùm per intervalla mingebat. Ad quem vocatus octavo die, postquam malè habuit, post multa variaque versata, lapillum esse, vias urinæ imò virgæ ipsius colem obstruentem iuveni; nulla ei febris erat, neque quicquam aliud præter dicta patiebatur. Proinde mandato parco victu remedium hoc parandum iussimus, quo lapillus facilè

cilè lapsus est. Habet autem remedium sic. Asplenium herbam incisam, & butyro exceptam, apprimè calidam, loco dolenti & malè affecto impone; & vix hora præterierat, cùm lapillum illum puer emisit & sanus factus est. Lapillus renum erat figura, magnitudine & colore instar seminis siliquæ *Ægyptiacæ*, quem postea in pulverem redactum, pater vino *Cretico* excepit, & jejuno stomacho per triduum bibendum puero tradidit, persuasus, hoc remedio puerum ampliùs non lapsurum in hunc exitialem morbum. *Amatus Lusitanus, curat. 91. cent. 6.*

Senex 68. annorum quum vesicæ lapillis gravissimè crutiaretur, & nihil juvamenti ex variis adhibitis medicamentis perciperet imò in urinæ omnimodam suppressionem deveniret, glandem illi secundum longitudinem in parte superiore præscindere feci, & inde tandem 2. lapilli avellanæ magnitudine extracti fuere, & ille liber à tam sævo & crudeli morbo fuit. *Amatus Lusitanus, curat. 42. cent. 1.*

SECTIO QUARTA.

Pro Caloris naturalis debilitate.

INter medicamenta, ab omnibus Medicis doctis, ad roborandum calorem naturalem in visceribus, & toto corpore & spirituum generationem maximè commendatur ambra. Ita.

℞. Ambræ ʒß. Sacch. ʒvi. M. fumatur in jusculo vel quomodocunque: alias commendatur Spiritus vini ex optimo malvatico confectus, si manè aliquot guttæ cum mica panis usurpentur. *Ioh. Crato. cons. 14. lib. 4.*

SECTIO QUINTA.

De Calvitie.

CAlvities (quæ græcis φαλάκρωσις dicitur) defluvium est capillorum, quod à sincipite plerumque incipit ac continuo tractu per medium caput, in occiput vergit, ex defectu alimenti ortum habens; ejus causa est inopia humidi calidi pinguis, senectutis comes est perpetuus, hæreditarium aliquando est malum: à veneris etiam frequentiori usu producitur, fit quoque secundum *Hippocr. 6. Epid. Sect. 3. Aph. 1.* Calvities ex consumptione ipsius cerebri, procedente nimirum ætate, cerebrum abscedit ab osse cranii, quod privatum humiditate, nequit amplius pilos alere, qui alimento destituti decidunt; quæ hæreditaria est, & senectutis vitio curationem nullam admittit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Calvitie in Adolescente.

COnsulvi ut decocto ulmi ex dulci lixivio caput lavaret, & locum affectum Squilla aut cœpa fricaret, & deinde hac etiam decoctione ablueret quæ ex abrotano & agrimonia paratur, demum verò ut hoc unguento inungeret, quod ex labris vulpis cum pelle in cinerem redactis & ex cinere stercoris capræ, & apum & muscarum, & succis dictarum herbarum & oleo decoctionis muscarum constabat, cera modica adjecta, post succi consūptionem ad formam unguenti paratum. Erat hoc Experimentum *Gisberti Horstii* præceptoris mei. Urina calida per se lota juvat, alteri verò solo lixivio hederæ arboreæ, cùm caput laveset crines restituti sunt. *Petrus Forestus, observ. 6. lib. 8.* de vitiis capitis exterioribus.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Calvitie post tineam remanente ad virum excellentem.

CAlvities hæc non ex senio, sed ex ulceribus capitis manantibus ortum duit vera cute hinc inde exesa, & per dropacum applicationes & detractiones absumpta, in cujus locum cicatricosa & callosa cutis nata est. Cùm autem in cicatrice pili vix unquam nasci possint, & jam diu perseveravit malum, difficile erit arte, illic denuo pilos educère. Tamen cum cutis capitis spissa & capillosa sit, in qua semina adhuc fortè pilorum latere subtus possunt, præcipuis expertisque remediis id tentandum esse, ut pili crescant, censerem

omiſſis multis aliis hoc modo procederem.

Caput manè foveat dominum cum ſpongia intincta in vino albo, in quo decoctum ſit abrotanum cum Chamæm. & Salviæ floribus; ut ſic pori ſenſim aperiantur; quod & alioquin capiti, tantum abeſt ut obſit, ut potius proſit. Hoc pacto alternis diebus per menſis ſpatium & ultra caput foveat; fricando & pectinando poſt fotum. Deinde inungat caput noctu, ſequenti urgento.

℞. Ol. Myrtin. amygdal. d. an. ℥i. cortic. rad. Cannar. uſtar. verarum. Capill. ven. veri uſti & polytrichi an. ℥ii. capil. murium uſtor. apum combuſtarum & Cantharid. rubrar. maculis nigris an. ℥i. ladan. ℥ii. Mell. ℥i. cum cera F. Linimentum. Hoc Linimento nihil eſt efficacius, quod ſi non juverit, nihil juvare poterit, utetur illo alternis noctibus, & quando ſpiſsè adhæret; abluere poterit lixivio, in quo abrotanum decoctum fuerit. Ubi menſis ſpatio uſus fuerit, poſtea hoc decoctum parati curet.

℞. Cap. ven. polytrich. cortic. rad. cannar. fol. Myrti, fol. Sen. fl. chamæm. roſ. rubr. fol. Lapathi acuti an. Mi. lign. guajac. ℔ß. abrotan. M. ii. F. decoctio, qua ſingulis noctibus caput lavet cubitum iturus, continuando diu; vel ſaltem cum ſpongia foveat, atque niſi ſuccedat menſibus aliquot elapſis, rurſus unguento priori caput inungat noctu & manè, & hoc decocto abluat, hæc præ cæteris omnibus (ſi quid effici in hac re poteſt) efficaciſſima ſunt remedia, quæ fideliter communicare volui, à Deo ſucceſſum domino optans. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 597.*

SESTIO SEXTA.

De Cancro.

CAncer (Græcè Καρκίνος & Καρκίνωμα) eſt tumor durus, rotundus, inæqualis, colore liveſcens, nigricans, venis circumcirca turgidis & repletis, dolore ac interdum calore gravis, in qualibet corporis parte naſci ſolet, in facie, labro, ore, oculis, in vulva, cole, & ano; at maximè in fœminarum mammis, quæ, quia fungoſæ & inanes, illius materiam prompte excipiunt, ex utero etiam in eas facilis eſt decurſus, cauſa eſt bilis aduſta & atra in venis hærens, nec ob craſſitiem penetrare potis, quæ ſuppreſſis menſtruis aut hæmorrhoidibus originem ſuam ſæpiſſimè debet. Ejus ſigna ſunt, tumor in principio ciceris magnitudine, cum dolore & calore, hinc fabæ, deinde juglandis, & ovi magnitudinem æquat, tandem in ampliorem molem attollitur, pars conſpicuè liveſcit aut nigricat, venæ in ambitu craſſo nigroque ſanguine turgent ita ut cancri fluviatilis pedes referre videantur.

Cancer alius eſt non ulceratus, à mitiore materia proveniens, qui & occultus dicitur alius eſt ulceratus & erodens ab acriore materia oriundus, tunc quidem corruptæ carnis ſpeciem tumor exhibet cum fœtore, ſordida illluvie, horrido aſpectu, labris præduris & inverſis. Morbus eſt periculoſus & gravis & qui rarò curatur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cancro Mammæ.

UNiverſum corpus per medicamenta melancholiam reſpicientia purgavimus ſanguis etiam miſſus eſt, quibus peractis hoc topicum adhibitum eſt.

℞. Succ. plantag. ſolan. ſemperviv. an. ℥ij. pulv. plumbi uſti & ſæde aq. roſac. lavat. ℥i. thuris ℥ß. in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo ſæpe omnia tractentur, & ad ſolis radios quouſque optimè incorporentur, exponantur: in quo lini pannus imbutus mamillæ applicabatur & ſæpe innovabatur, quo remedio melius ſe haberet dixit, & meritò ſanè, quia medicamentum hoc humoris infringit acutiem & ejus hebetat ſævitiem: Univerſus enim noſter conatus eo dirigebatur, ut cancer hic remoraretur, in altumque amplius non creſceret, in quem finem prædicti medicaminis vice, laminam plumbi mamillæ figuræ concinne adaptatam imponeret, neque alia remedia ſupra locum læſum permitteret, conſului. Novi enim ipſe non nullas mulieres cancros in mamillis habentes, ſolo bono vitæ ordine, abſque ullo medicamentorum topicorum irritamento per lon-

longum vivere tempus, ita incolumiter prosperè & sane, ac si nullum paterentur morbum. *Amatus Lusitanus. Cent. 3. curat. 32.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Cancro Mamma.

FOnticuli in utroque crure excitati erunt maximi usus, pro purgatione infusum hellebori nigri & agar. troch. cùm Syrup. de polipod. etiam laudo, & quoniam humor hic atrabilarius continuo indiget irritamento, ego maximè hortor nostram patientem ut familiariter aliquo pharmaco dejectorio utatur. In hunc finem pulvis helebori nigri præparati & succo ros. ter. asperſi ac in umbra exsiccati ex ovo sorbili ad ℈i. datus, & vinum Sena medicatum in prima mensa aliquot intervallis bibitum, mihi summopere arrident. Quod attinet medicamenta topica, ego omnibus antepono medicamentum Galeni ex succo Solani & plumbo usto simul in mortario plumbeo agitatis, paratum quod eo præstantius erit, si addatur oleum rosatum completum, succus virgæ aureæ aut etiam tabaci omnibus pariter in mortario dicto contusis.

Quæ secreta qualitate hinc agunt sunt interna vel externa, ut lac in quo canceri fluviatiles sunt incocti. Externa sunt primum pulvis Bufonis cum fermento in olla vitreata ex furno siccati. Secundo folia Lilii contrita & apposita. Tertio Linimentum ex pulvere cancrorum fluviatilium ac tutia præparatum cum pinguedine gallinæ exceptis. Quarto aqua stillatitia stercoris bubuli mense majo collecti. *Jul. Cæsar. Claudinus. Resp. Medicinal. 35.*

Præmissis universalibus, ex topicis ad ablutionem ulceris usi sumus aqua destillata *Gulielmi Fabritii*, cujus hæc est descriptio.

℞. Rad. scrophular. ℥i. herb. Roberti M. i. arnoglos. solan. bugl. borrag. pertulac. auphras. beton. an. num. 12. sem. cydon. fœnugræc. an. ℥i. aq. ros. an. lib. 1. destillat. in alembico plumbeo. Post ablutionem imposuimus tale linimentum.

℞. Pulv. tenuiss. lithargyr. ceruss. in aq. solan. lot. an. ℥iß. Saccar. Saturn. ℥vi. tutiæ præp. ℥ß. ol. ros. q. s. M. in mortario plumbeo. f. unguentum. Interdum medicamentosum *Crollis* cum aqua sperniolæ destillatæ applicuimus. Sed nihil æque profuit, ac emplastrum Saturni, quod describitur in Armamentario Medico Chymico Mynsichti sect. 26. (mihi p. 449.) hujus namque solius usu, adhibito tamen lavamento suprà descripto, ad plures annos vitam produxit ægra, donec tandem febre maligna populariter grassante interiret. *Baldassar Timæus Cas. 40. lib. 4.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Cancro labrum superius obsidente.

VIr quidam *Monspelli* degens circa finem hyemis correptus fuit exiguo tuberculo labrum superius obsidente, quod in dies incrementum capiens, in tumorem cancrosum tandem degeneravit, in auxilium vocatus curationem sic aggressus sum.

℞. Rad. bugl. & cichor. an. ℥i. fol. agrimon. borrag. ceterach. & veronic. an. Mß. coq. cum pullo gallinaceo, in colat. dissol. crem. tartar. ℥i. F. jusculum quod capiat manè per 12. dies in quarto quoque jusculo dissolv. Syrup. sequentis, ℥ii.

℞. Succor. rec. espress. & per residentiam depurator. borrag. bugl. fumar. cichor. ℔iii. Succ. veronic. & pomor. redolent. an. ℔i. Sen. mund. ℥vi. Epithym. ℥ii. rhab. el. & agar. rec. troch. an. ℥i. Zinzib. & Caryophill. an. ℥i. Infund. & decoque ut artis est, donec colaturæ supersint quart. v. fiat Syrupus perfectè coctus, postremæ dosi jusculorum adde extract. hellebor. nigr. gr. iv. capiat cum regimine, hoc medicamentum summa cum vehementia ægrotantem expurgavit, non solum per alvum sed etiam per vomitum: verum eodem die tumor valde imminutus apparuit, & doloris expers.

Post usum jusculorum, usus est balneo tepido per triduum; hirudines hæmorrhoidibus admotæ; causticum utrique tibiæ injustum; serum lactis cum Epithymo per mensem usurpatum, & balneum iteratum singulis septimanis.

Post 15. dies ab assumpto extracto hellebori nigri, idem remedium iteratum est, eadem dosi cum diapruni solutivi ʒiii. cujus operatio fuit priori similis, & eodem die tumor imminutus apparuit.

Topica omnia tumorem exasperabant, excepto unguento ex ranis viridibus quod maximè laudatur ab Aquapendente, Chalmetæo & aliis & in hoc affectu plurimùm præstitit: ita ut illius curationem duobus præsertim remediis tribuendam esse existimem extracto Scil. hellebori nigri, & unguento de ranis viridibus. Non parum tamen contulit Syrupus Magistralis quo bis in septimana utebatur.

Intra mensem à curationis principio tumoris portio suppurata est, & sponte aperta cum pure satis laudabili; ulceri & tumori universo admovebatur continuò unguentum prædictum, & sensim tumor imminutus ac tandem sensim resolutus est, & ulcus ad cicatricem perductum. Unguenti de ranis compositio hæc est.

℞. Ranas virides in aquis puris degentes, q. v. in vas fictile vitreatum, multisque exiguis foraminibus in fundo pertusum conjicito, earumque ora butyro impleto; vas ne quid exhalet luto diligenter oblinito, & cooperito, cui alterum effossa terra conclusum superponito, ignem in ambitu ad destillandum accendito, oleum seu liquorem illum stillatitium colligito, & cum pulvere ranarum misceto, ut fiat linimentum. *Lazarus Riverius, observ. 97. cent. 1.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Cancro ulcerato.

INter cætera præstantissimum ac tutissimum auxilium in hoc affectu *Guidoni à Cauliaco* prædicatur arsenicum sublimatum. Hoc (inquit *Theodorinus*) cancrum lupum estiomenon, noli me tangere, fistulam, & tales omnes pessimos morbos primo die occidit & extirpat, quin & ipse Valescus refert de quodam Medico & Chirurgo qui cancrum & ulcera tibiarum antiqua succo Solani vel plantag. fovebat, in eo posito pulvere arsenici, pannumque in eo madefactum superponabat, & sanabantur multi Cæterum magna locorum circumstantium interim dum hæc admoventur, cura semper habenda est, ne scilicet ea inflammatione occupentur; quod incommodum facile evitabis, ipsum arsenicum justa quantitate & legitimo modo adhibendo, partesque vicinas & carcimoma cingentes unguento de bolo & succo solani illinendo ubi autem arsenicum effectum quem desideras, præstiterit (quod ex loci inflammatione sine tumore & mora triduana deprehendes) dolor mitigandus erit, & crustæ casus procurandus hoc Emplastro.

℞. Decoct. alth. malv. viol. ℔i. farin. hord. q. sem. bulliant ad spissitudinem, quibus adde ol. ros. viol. an. ʒiß. lutea ovorum 2. Cruci parum.

Hoc unguentum ad cancros ulceratos magnopere probo.

℞. Plumbi usti & loti pompholig. thur. an. ʒv. absinth. ʒi. ol. ros. ℔ß. ceræ ʒiß. succ. Solan. q. s. ad unguenti crassitudinem.

Confert etiam unguentum Diapompholigos à *Galeno* maximè commendatum. *Petrus Forestus, Schol. observ. 6. lib. 4. observ. Chirurg.*

Cancrum pectoris per appositum causticum arsenicale feliciter, manum admovente Chirurgo nostro *Baulero*, radicitus extirpavimus, & locum ex voto vicissim consolidavimus. *Gregor. Horstius*, in Epistola annexa observationi 35. lib. 7. *De Morbis Contagiosis.*

Mortificatus arsenico cancer facilè sanatur, etiam solo herbarum (agrimoniæ & aliarum) fotu. Defensivum doloris est, solutum sulphuris, & simul sanativum: in hujusmodi morbis sulphur solvimus spiritu terebinthinæ, & in solutum aliquoties dejicimus hydrargyrum ferventem, vel reductum sublimati liquorem ei jungimus. Nobile evadit medicamentum, qui laborem & periculum fugiunt, incoquunt sulphur unà cum arsenico, vel hydrargyro sublimato, & eadem opera prodit Medicina. *Andreas Libavius*, in Epistola ad quendam annexa *observ. 2. lib. 9. obser. Gregor. Horstii de Chirurg. Casibus.*

SUB-

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Cancro.

CUratio Cancri, qua quidem fœliciter uſus eſt à magno quodam viro mihi communicata, talis eſt.

℞. Rad. Serpentar. mai. menſe Junio collectæ, tranſverſim inciſæ, & filio lineo trajectæ, & ad umbram exſiccatæ, ſuſpenſæ ne parietem attingat, in ſubtilem pulverem redactæ quantum volueris, cui adde arſenici non ſplendentis tertiam partem, fuligis camini parum, omnia benè commiſc. & ſubtiliſſimè pulveriſentur, & ſerventur in pixide lignea. Si ulcus ſit valde putridum, arundinaceo cultro ſcalpendum eſt, ut parum ſanguinis exeat, & pulvis ſubtiliter inſpergendus, atque goſſipium ſaliva madefactum, ſuperponendum, proteſtandumque eſt, quod per diem & noctem unam, dolorem moleſtum excitabit, atque pars intumeſcet, ſed quanto tumidior evadet eo melius, non eſt removendum medicamentum ſed faciat eſcharam, quæ ſponte per ſe poſt octavum diem cadet; ſi poſt Eſcharam elapſam, immundum remanebit; ulcus mundifica cum melle roſato, ſucco apii, & parum farinæ hordei, vel unguento iſidis, & ſuperponatur ungentum de tutia. Si verò aliqua radix remaneret; rurſus appone pulverem prædictum; & pro removenda Eſchara nihil addes, ſed naturæ permittes. Sed antequam egrediaris curam, purga corpus competenti purgatione & rectam victus rationem præſcribe. *Carolus Oſlevius*, in Epiſtola ad *Laurent. Scholtzium*, lib. 3. Epiſt. *Cratonis* & aliorum Med. à *Scholtzio* Edit.

Placet hic cancri ablationem & curam, ab amico mihi communicatam, ſubjungere.

℞. Arſenic. alb. ſubtiliſſ. pulverati pt. 1. rad. ari pulveratæ part. IV. fuligin. parum, ut in trium horum miſtione, pulvis modice cinereus, vulgò griſeus fiat, qui ad uſum ſervandus, & quo vetuſtior eò melior evadit, ac in quintum uſque annum durat. Hic pulvis exulcerato cancro ad craſſitiem dorſi cultri, cavendo ne bonam carnem tangat, inſpergatur, in medio tamen paulò ſpiſſius, ob mediam cancri radicem. communiter reliquis majorem; huic aſperſo pulveri goſſipium extenſum, & ſaliva bene madidum, ut cum pulvere eo melius adhæreat, alias nihil operabitur, imponatur: inſpergendus autem pulvis poſtquam æger jam paſtus fuerit, & exulceratus cancer, nullis aliis quam ligneis inſtrumentis tangendus. In adhibitione hujus pulveris cautelæ aliquot notandæ veniunt, ob diverſos effectus ejuſdem, aliis enim dolorem creat, aliis non item, penetrat uſque ad venas ſeu radices cancri, iiſque firmiter adhæret, ut ſine ruptione harum adimi amplius nequeat; quare ſemel tantum inſpergendus, quia ejus vis, donec omnia ſecum auferat, durat interea nulla alia medicamenta imponenda, quia hoc ſine noxa fieri non poſſet, niſi in ambitu circum circa, ad latitudinem 2. digitorum tranſverſorum, defenſiva, ſeu potius repellentia & inflammationem impedientia quale hoc eſſe poteſt.

℞. Boli armen. ol. roſ. an. q. ſ. aceti roſ. parum Miſce. Solet quandoque ob penetrationem & vim medicamenti, ruptio venarum, eamque effuſio magnæ ſanguinis copiæ, & ſimul materiæ flavæ & acris, ſubſequi; quæ ubi contigerit, nullum medicamentum, præter lintea duplicata imponenda, & quoties madida, renovanda: fluxio enim hæc ultra unum aut alterum diem non extenditur, hacque omnis aufertur dolor, his factis expectanda cancri ſua ſponte cadentis, à ſana carne ſeparatio, quæ continget intra 18. aut 20. dierum ſpatium: minima namque rupta radix ante hoc tempus, vi illata, totius curæ reiterationem minatur, ſeparatione hac ſecuta ulceri ſequens pulvis inſpergendus.

℞. Thuris puriſſ. mummiæ, maſtich. myrrh. aloes Sarcocoll. an. ℥i. opopan. opt. ℥ß. laventur omnia aq. plantag. & roſ. fiat pulv. tenuiſſ. qui acrior reddi poterit, aucta thur. maſtich. myrrh. & Sarcocoll. quantitate, pulvere craſsè inſperſo ulceri, tale unguentum ſupra telam extenſum imponatur.

℞. Lithargyr. auri ℥ii. mumm. ℥i. ol. roſ. ℥iß. aceti roſ. parum: pulverata in mortario plumbeo agitata incorporentur, & ſi diuſculum adhuc ſit unguentum, addito

dito ol. rosac. mollius reddatur. Hæc 2. semel in die applicare usque ad plenam ulceris consolidationem sufficiat, emanabit ex eorum usu, primis diebus, materia viscosa, tenax & alba, quæ in dies optimè extergenda, usque ab absolutam curam, quæ auxiliante deo, his omnibus ritè administratis promittitur. *Felix. Platerus. Practic. tom. 2. cap. 17. pag. 751.*

Hic est pulvis quo *Antonius Euchius Italus* multos cancros per *Germaniam*, *Poloniam & Angliam* non sine admiratione curavit, atque inde non exiguum lucrum fecit, & ob id Medicus cancrorum vulgo nominatus fuit: *Rodericus à Castro*, *lib. 1. De Morbis mulierum*, *cap. 21. & 22. & Daniel Sennertus. Practic. lib. 4. part. 3. sect. 1. cap. 7.*

Vir quidam meis diebus in tractu Juliacensi cancrum quemlibet sanabat inspersо pulvere indolente, atque tum demum Emplastro incarnante solidabat, cujus ars secum sepulta est. *Joh. Helmont. tract. de Idæis Morbosis.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Cancro Ulcerato.

FIlia *Geropii Becani*, Medici *Antverpiensis* tulit in sinistris temporibus, 50. amplius annos, durum ac inæquale cacinoma; sed sine ulcere, ullave gravi noxa, verum increscente paulatim, post tot annos, tum dolore, tum pruritu, sive ex adversa mariti sui fortuna, sive ab atra bile eò uberius effusa, imposuit tumori improvide, ex consilio Empirici, nescio quæ adurentia medicamenta, quibus cutem erodentibus, concitabatur non modò malum hactenus quietum, sed degenerabat brevi in carcinoma ulceratum, cum Labiis inversis, crusta cinerea, sinu deformi tubere inæquali, colore livido, sanie cadaverosa, dolore, vigiliis, animi deliquiis, ardore, pruritu, aliisque conclamati cancri notis, cui nulla cum prodesset Medicina, applicuit tandem blandiens hoc ceratum, quod usus comprobavit, qualicunque carcinomati summè utile.

℞. Ol. rosat. ℥ii. ceræ alb. ℥vi. plumb. usti, ac loti. ℥ß. oleum cum cera liquefiat; & addito plumbo, agitentur 6. horas in mortario plumbeo, ut fiat ceratum. Præter quod vidimus ulceratis cancris ab aliis fœliciter admoveri pulverem concinnatum ex plumbo liquefacto cum mercurio vivo, cui siquidem tantillum Mercurii vitæ inspersеris, rediges omnia in pulverem friabilem ulcerato cancro apptimè utilem. *Nicolaus Tulpius*, *cap. 47. lib. 1.*

Famula quædam compescuit malignum carcinoma in femore, ingentis molis, ultra annum 17. solo plumbi unguento, cujus litu, nihil simili tumoris utilis. *Nicolaus Tulpius*, *cap. 51. lib. 3.*

Nobili cuidam & electæ mulieri prope cabstellum *Neuveum* degenti tota pars faciei dextra, cancro eoque ulceroso obsessa fuit diutissimè, & sævis exagitata cruciatibus, à Medicis frustra petitis auxiliis, tum *Gallis* & *Italis*, tum etiam *Germanis* & *Hispanis*, exterisque aliisque aliis quibusque: vulgaris cujusdam barbitonsoris remedio hoc sequenti & Euporisto persanata fuit. Pullos illa *Gallinaceos* in partes tenues & latas concidebat, quas sæpiusculè commutando, interdiu admovebat affectæ parti. Ab unico tandem eoque præstanti remedio, reliquis quibus libet frustra (ut diximus) tentatis, curationem recipiens, pristinam valetudinem recuperavit. *Mauritius Cordæus comment. 7. in lib. 1. Hippocr. De morbis Mulierum.*

Alii admovent carnes pullorum columbinorum sectas & adhuc tepidas. *Lazarus Riverius*, *cap. 12. lib 2. prax. Medic.*

Vetula quedam mulier cancrum habebat in mamma sinistra, quem per 13. annos gestaverat, in quo exigui tumores cancrosi adnascebantur, qui multò acerbiores dolores excitabant, propterea quod exulcerati fuerant, quam tota cancri ipsius moles, qui tamen exigui tumores sublati sunt frequenti applicatione aquar. pap. rhæad. plantag. & rosar. cum melle ros. permixt. ab initio, deinde solis aquis admotis.

In alia etiam muliere ulcus cancrosum in mamma patiente, idem remedium ulcus protinus sustulit, & ad cicatricem perduxit. *Samuel Formius*, *observ. 21.*

Quædam mulier quinquagenario laborabat cancro in mamma sinistra, ulcerari incipiente. Juvenis Chirurgus extraneus se-

ſequens remedium admovit.

℞. Aq. fortis ℥i. ſublimati crudi, ℥iv. ſal. ammoniac. ℥ii. arſenic. ℥i. ponantur omnia in alembico & deſtillentur ad ſiccitatem, addendo aceti deſtilletur iterum acetum, donec materia ad paſtæ conſiſtentiam redeat: primò cancrum diligenter abluebat vino calente, cum linteis eo imbutis, & fortiter fricabat, ut pars irritaretur. Deinde extendebat paſtam ſupra pulmaceolum ſextuplo minorem ipſo tumore, quod remedium ſupra partem relinquebat, per 24. horas, & fiebat eſchara plumaceolo ſextuplo major, ita ut cancrum omnino abſumeret, & deciſa eſchara, ulcus carne implebatur, & ad cicatricem perducebatur. Quod ſi dicta eſchara tumorem univerſum non abſtuliſſet, ſed quædam illius radices ſubſiſterent, illas abſumebat pulvere præcipitati rubri, cum alumine uſto permixti: ad ulcus verò carne implendum, linteis tantùm detriti utebatur. Hoc notatu digniſſimum eſt, quod admoto parti medicamento, febris accendebatur, vomitus & alvi fluxus excitabatur, & urinæ fluxus provocabatur, quæ Symptomata per biduum, aut triduum perſeverabant, natura irritata à venenata medicamenti deleteria qualitate.

Eodem remedio cancer in naſi extremitate obortus, qui naſi apicem exederat, in quodam milite curatus fuit, *Samuel Formius*, *obſerv.* 20.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Cancro mammæ ſiniſtræ.

VEna aliquoties in anno, prout plenitudo adfuerit, præcipuè autem vere & autumno, incidenda eſt: non autem in brachio, ſed in pede ſiniſtro, ut ſanguis deorſum trahatur, præſtat tamen ſanguifugis aperire venas hæmorrhoidales, facilè enim per hanc viam ſanguinem atrabilarem & humores aduſtos evacuari poſſe, Medici notiſſimum eſt, fonticulos etiam ſuadeo unum in crure dextro, alterum in brachio ſiniſtro: non eſt quod de topicis multum ſit ſollicitus: quod ſi tamen dolor ſupervenerit ſequens adhibeatur linimentum:

℞. Ol. roſac. amygd. d. de vitell. ovor. ſine magna affatione vitell. extract. an. ℥ii. rad. Scrophul. herb. robert. an. Mß. ranarum, gamarorum an. num. 6. incidantur & conquaſſentur in mortario poſtea cum prædictis oleis coquantur lentiſſimo igne ad humiditatis ferè conſumptionem, colatura agitetur in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo per aliquot horas, fervetur in vaſe vitreo ad uſum, inuncto loco affecto, ſequens applicetur unguentum ſupra alutam extenſum.

℞. Gummi elemi, ceræ novæ an. ℥i. ol. roſac. de vitell. ovor. amygd. d. an. ℥ii. M. ſimul lento igne & percolentur, deinde in mortario plumbeo admiſceantur ſequentia, tutiæ præp. plumb. ſquammos. c. Cerviuſti & præp. gammaror. ranar. calcinat. an. ℥ii. Lithargyr. auri lot & ſubtiliſſ. pulveriſ. ℥iß. M. & agitentur cum piſtillo plumbeo ad minimum per horas 6. admiſcendo paulatim ſucc. ſequentium, quantum ſuſcipere poterit unguentum.

℞. Rad. Scrophul. maj. Mii. ari. Mi. herb. roberti, Solani an. Mii. incidantur & contund. in mortario, extrahaturque ſuccus per prælum ad uſum prædictum, hoc habe pro ſecreto: eſt enim præſtantiſſimum in hujuſmodi affectibus, hac methodo, ſi non ſanabis affectum, ferocitatem tamen ipſius adeò refrænabis ac edomabis, ut ægram ſine magno incommodo cum ipſo ſeneſcere poſſe non dubitem.

Quam infeſtus & periculoſus in affectibus cancroſis ſit mercurius ſublimatus & arſenicum, non rarò in praxi obſervavi: quadragenario cuidam viro robuſtiſſimo tumore cancroſo ad carpum laboranti, cum pulvis ille ad cancrum arſenici tantillum admittens tantoperè à Penoto celebratus fuiſſet, ſupervenientibus ſæviſſimis ſymptomatis, intra paucos dies extinctus fuit. *Guil. Fabrit. Hildanus*, *obſerv.* 22. *cent.* 6.

In mammæ cancro arſenicum & ſublimatum mulierem diebus 6. ſuſtuliſſe notavi, perinde ac ſi id hauſiſſet, horis circiter tribus ab inſperſo pulvere, vehementi rigore concuſſa, vomitione mox tentari cœpit, & crebris animi defectionibus corripi cum pulſu languido; quæ dein ſenſim aucta, òborto partium extre-

marum

marum frigore, & facie reliquoque corpore ſupra modum intumeſcente, miſerè illam jugularunt. Periculoſus omnino iſtorum uſus, nec certe ad Chirurgiam neceſſarius, cum ſine, fructu ullo pernitioſa ſint. *Joh. Fernelius. Method. medendi. lib. 6. cap. 18.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro cancro.

NOn contemnendum auxilium cancris non ulceratis venit ex lamina plumbea argento vivo oblita: nam & teſtatur *Galenus* plumbum ulceribus malignis & inveteratis eſſe utile remedium: quin & ejuſmodi laminas plumbeas Hydrargyro oblitas malignis ulceribus, quæ reliquorum remediorum vires eludunt. velut quoddam alexipharmacum eſſe, quo ipſorum cacoethia dometur & abſumatur antiqua fide & doctrina teſtis eſt *Cauliacenſis Guido. Ambroſ. Paraus lib. 7. cap. 32.*

Unguentum tale fieri poteſt.

℞. Ceruſſ. lotæ, plumbi uſti loti. an. ℥ß. Lithargir. tutiæ præp. an. ℥iii. Succ. Solan. Scabioſ. tapſi barbat. an. ℥i. ol. roſ. de ranis, ceræ, an. q.ſ.

Vel folia orticæ recent. contuſ. imponantur; ut ex urtica ſuccus exprimatur, & cum pompholige mixtus applicetur. Vel.

℞. Ol. roſ. ℥iii. Succi. Solan. ℥ij. ſucc. urtic. ℥i. Sacch. Saturni, ℥ß. agitentur in mortario plumbeo, piſtillo ligneo donec nigreſcant, F. unguentum, probatiſſimum, ſibi hoc ſemper fuiſſe. Fr. Arceus ſcribit.

℞. Ol. roſac. omphac. an. ℔ß. ſævi hircin. vitulin. ung. roſat. populeon. an. ℥iiß. Succin. Solan. plantag. acetoſ. an. ℥ß. vin. granat. ℥iiß. bulliant omnia lento igne ad conſumptionem Succorum & vini poſtea colentur, add. Ceruſſ. ℥iiß. Lithargy. ℥v. plumbi uſti, antimon. an. ℥x. tutiæ Alexand. ℥iß. Camphoræ S. A. trituratæ. ℥i. ceræ alb. q.ſ. fiat unguentum molle, videlicet liquefacta cera cum oleis, & in colatura ponantur reliqua mineralia ducendo corpus ipſum unguenti per horas duas cum piſtillo in mortario plumbeo, atque hoc optimum omnium in hoc genere medicamentorum eſt. *Daniel Sennertus pract. lib. 4. part. 3. ſect. 1. cap. 7.*

Ego habui à quodam Monacho Medicamentum mira faciens ad Cancrum, ex duobus tantum conſtans medicamentis; quorum alterum eſt arſenicum cryſtallinum ſublimatum, cujus Natura hæc eſt, ut applicitum parti ſi ipſum linteolo applicetis, ita cuti adhæret, ut amplius auferri non poſſit, niſi ſimul etiam carnem à medicamento victam ſuppoſitam auferas. Alterum ingrediens eſt radix dracunculi ſiccata & in pulverem redacta, & cum arſenico mixta: & hoc pro maximo ſecreto vobis patefacio, atque experientia a me pluries comprobato. *Gabriel Fallopius cap. 5. lib. de Tumor.*

Hoc habeo in uſu ad Cancros, & ad omnes carnes ſuperfluas.

℞. Arſenic. cryſtallini & citrini, an. ℥ß. ariſtol. ærugin. æris, an. ℥iii. opii ℈ii. axung. q.ſ. (ſcil. ℥iß.) tritis terendis, F. Unguentum. *Gabriel Fallopius cap. 18. Tract. De Ulceribus.*

℞. Theriac. veter. ℥i. ſucc. Cancror. ℥ß. ſucc. lactuc. plantag. Solan. & col. Roſ an. ℥iß. fugitiv. extinct. cum terebinth. ℥i. vitell. ovor. ſub ciner. coctor. n. 4. camphor. ℥ß. Piſtentur omnia in mortario plumbeo & F. unguentum. *Ambr. Paræus, lib. 7. c. 32.*

Bart. Turrianus in *Jatrob.* diſcurrens pulchrè de Cancri generatione, cognitione & curatione, tandem ſubiungit omnibus topicis præponendum oleum vel aquam ex cancris fluviatilibus, tanquam appropriatum remedium. *VVolfgangus Hœferus, cap. 1. lib. 5. Hercul. Medic.*

Mortificat cancrum certo experimento aqua ex cochleis hoc modo deſtillata. Cocleæ quæ in vineis reperiuntur in vaſe terreo adſperguntur ſale, ita ſpumantes moriuntur. Mortuæ cum teſtis, ſpuma & tota ſubſtantia, S. a. deſtillantur in aquam, quæ duodecim diebus ſoli exponitur, ut mutetur in oleum id Coſmeticum eſt inſigne, & ter applicitum mortificat cancrum. *Hieron. Reuſnerus obſerv. 132.*

Serum caprinum deſtillatum ſummoperè commendo, cum quo matutinis horis quotidie præbendam cenſeo ℥i. cineris cancrorum fluviatilium, cujus familiaris uſus eſt *Florentiæ. Benedictus Silvaticus. obſerv. 31. cent. 2.*

SE-

SECTIO SEPTIMA.

De Canis Rabidi morſu.

INter omnia bruta animantia canes frequentius in rabiem efferuntur; non ob temperamentum calidum & ſicuum, ut vulgò aſſeritur; ſed potius ob peculiarem proprietatem & inclinationem qua præ cæteris præditi ſunt, ad hoc malum contrahendum. In furorem acti à veneno intus genito in quoſvis notos ſive ignotos, proſiliunt, & dentibus mordent; qui communicato per morſum veneno, conſimili rabie tentantur, & ſæva patiuntur ſymptomata. Ubi quis à cane rabido demorſus eſt, nihil moleſtiæ ſentit præterquam ex vulnere dolorem, interim vis veneni intro ſubiens, ſpiritus, ſanguinem, humores, partiſque ſubſtantiam contagione labefactæ: hinc ſenſim ſerpit longius in partes principes, ſed tam ſegniter, ut raro ante diem vigeſimum, interdum poſt quatuor, ſex aut octo menſes, aliquando non niſi anno ſymptomatis ſe prodat. Poſt quinquennium etiam erupiſſe ſcribit *Fracaſtorius lib. 2. De Morbis contagioſis cap.* 10 Per has moras, nec febris, nec ullom alius malum ſentitur, neſciente ægro, quanta intus pernicies lateat, quam mox tum ferè percipit, quum ea ad cor pertingit, quo ubi pervenit, incredibili cruciatu hominem affligit; cor & præcordia vellicantur, mœror, metus & triſtitia iræ conjuncta apparere incipiunt, cogitationes corrumpuntur, ſecum loquitur & murmurat, nec ſtare nec quieſcere poteſt, ſed more furentis huc illuc agitur, manibus corpus dilacerat, ſitit immensè, ſed illud maximum incommodum accedit, quod aquam & liquida omnia adeo reformidat æger, ut potius emori eligat, quam bibere, aut ad aquam deduci Oculi & facies plerumque rubent, rauceſcit vox, ſpumat aliquando, oculi torvi aſpectu ſunt, alios dente petit, ac demum vitam miſerabiliter efflat.

Ob aquæ metum, qui hoc malum ſemper comitatur, dicitur affectus Græcis ὑδροφοβία, non ſolum per morſum communicatur canis rabidi venenum, ſed etiam aliquando per ſolius ſalivæ contactum, per canis item habitum & oſculum ipſi illatum. His ſignis rabioſus canis deprehenditur. Eſt corpore gracilis & macilentus, cauda demiſſa, oculis rubentibus, ſpuma ex ore fluente, lingua foras exerta, & tanquam bile colorata, cibum & potum averſatur, in omnes notos pariter & ignotos ſine latratu irruit, eoſque mordet, ſæpe velociter currit, mox ſubitò ſubſiſtit, non ſolum maximo æſtu, ſed etiam per maxima frigora canes in rabiem agi ſolent.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro canis rabidi morſu in puero duorum annorum.

CUm extra urbem in prædio vicino caſus hic accideret, protinus puerum parens ruſticus adduxit, medicam opem implorans, ne gravius quid innocenti filio ſit expectandum. Mox enim à principio laborandum in hoc malo, quo malignitas morſu venenato inflicta funditus extirpetur, & ne ſerpat interius, antidotis appropriatis prohibeatur. Idcirco indicationē utramque reſpiciendo primùm exterius ordinavimus collutionem mundificantem & extrahentem. Sic.

℞. Theriacæ veter. ℥ii. fol. rutæ, Mß. Syrup. acetoſ. citri ℥i. cum hydromel. q. ſ. leviter bulliant, & per expreſſionem colentur; cum colatura vulneratæ partes durius fricentur & elevantur.

Mox apponatur cataplaſma ex allio, ſale & terebinthina ſubactum.

Aſt interius quoque cito remedio opus eſſe ſtatuebam, quam ob cauſam canis rabidi jecur coctum ad ℥ii. in particulas diſſectum puello dedimus, experimento confirmati, quod primis 24. horis poſt morſum nondum abſolutis, antidotum ſit præſtantiſſimum. Ne quid verò ad miſerabilem Hydrophobiæ morbum præcavendum, intermitteretur, mox in officina parabatur pulvis alexipharmacus contra rabiem caninam quem habet Palmarius: qui.

℞. Fol. rutæ, verben. ſalv. min. plantag. polipod. abſinth. vulgar. menth. artemiſ. melliſſophyl. beton. hyperic. cent. min. an. q. ſ. Legantur omnia ubi ſunt efficaciſſima. Siccentur in umbra: hujus pulveris ex-

tract-

ternus & internus uſus fuit, juxta præſcriptum authoris. Externus ℥iß. pulveris cum hydromelite coquebatur pro vulneris deterſione. Internus quotidie ℈i. cum ſaccharo permixtus in juſculo vel ſolitariè cum hydromelite, vel Syrup. de ſucco citri dabatur, non neglecta interim in aquam quotidiana læſi pueli immerſione.

His remediis Dei gratia liber fuit æger ab ulterioribus gravioribus ſymptomatis.

Sicut & alius ſeptem annorum puer, qui ſimiliter à cane rabido demorſus, meam opem primo ſtatim die implorabat; at neglectis vulneribus hiſce per caninam rabiem inflictis, Nobilis cujuſdam miniſtrum, necnon alium Baronis in vicinia Sartorem, hydrophobia ſuccedente, miſerabilis delirio vitam cum morte commutaſſe recordor. Quare ſi unquam, ſanè verum hic illud principiis obſta. *Gregorius Horſtius, obſerv.* 23. *lib.* 7. *De morbis malignis.*

Puer natus annos 12. à cane plauſtrum continuò comitante in crure demorſus fuit ſequenti verò die, eadem hora, puer rigore, ſuccedente poſtea febre, correptus eſt. Ad quem vocatus, & accerſito Chirurgo, locum demorſum ſcarificare jubeo, non ſine profundioribus quibuſdam vulnuſculis, & calido vino lavare: poſtea verò crure optime abſterſo, loco affecto hoc emplaſtrum admoveri jubeo, quo brevi meliùs habuit, & intra paucos dies ex toto ſanitatem adeptus eſt. Sic autem emplaſtrum habet.

℞. Cepam unam aeream, alliorum caput, ſive radicem mediam, theriac. opt. ℥ß. fol. marrub. fœtidi, meliſſ. an. p. ß. rubiæ min. ℥ß. fermenti ℥iii. Omnia piſtentur, & loco affecto applicentur. *Amatus Luſitanus, curat.* 85. *cent.* 5.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Canis Rabidi morſu probe cubitum in Adoleſcente.

PRimò morſum ſcarificavi ſcalpello, cucurbitulamque cum largiore flamma appoſui, & quantum fieri potuit, ſanguinem extraxi. Deinde totum brachium poſca in qua diſſoluta erat theriaca, parumque ſalis marini ablui; ſaliva enim canis rabidi in parte aliqua cutis exſiccata, niſi maturè & diligenter abluta & abſterſa fuerit, rabiem excitare poteſt. Poſtea cauterio actuali morſum undique ac profundè inuſſi. Hic monitos velim Chirurgos Tyrones, ut diligenter proſpiciant, ne nimis leviter & ſuperficialiter inurant hujuſmodi morſus, ſed ut potius in exceſſu, quam in defectu peccent. Quum enim morbus ſit extremus, extremum quoque requirit remedium, expertus loquor. Poſt inuſtionem, non uſque adeo ſolicitus fui de leniendo dolore, quia enim omnis dolor ad ſe attrahit ſanguinem & humores ex corpore, veriſimile eſt dolorem prodeſſe huiuſmodi ulceribus, dummodo levis fuerit. Itaque poſt uſtionem vulneri impoſui goſſipium madefactum aq. vitæ in qua diſſoluta erat theriaca: poſtea ſequens emplaſtr. ſupra linteum extenſum applicui.

℞. Cæpæ aliquantum ſub prunis coctæ, fermenti, farinæ, ſinapis, an. ℥i. theriac. ℥ß. fol. rutæ & ſcord. ana. M. ß. M. in mortario addendo parùm mellis.

Sequenti die ſcalpello eſcharam, undique quantum fieri potuit incidi, deinde jam memorata medicamenta applicui, atque ſic uſque ad caſum eſcharæ proceſſi.

Poſtea ne labia ulceris coaleſcent bis in die piſum impoſui, quemadmodum fit in forniculis, & præſcriptum emplaſtrum applicui; atque hoc modo ulcus ad tres menſes apertum retinui. Interim tamen per intervalla ſingulis ſcilicet hebdomadibus bis terve ulceri ſequentem inſperſi pulverem.

℞. Pulv. præcipitati lapid. bezoard. pulv. rad. angelic. an. ℈i. M. Mirificè enim malignitatem ad ſe ex profundo attrahit, & veneno adverſatur pulvis ille.

Per os lexipharmaca veluti theriacam, mithridatum C. C. uſtum & præparatum, & lapidem bezoardicum. Propinavi. Sequens quoque pulvis ad ℥i. cum

aq.

aq. bugloss. aut borrag. exhibitus summopere laudatur à veteribus & modernis Medicis.

℞. Ciner. cancror. fluviatil. ℥x. rad. gentian. ℥v. olibani. ℥i. M. F. pulv. tenuiss. venam non incidi, neque pharmacum solutivum exhibui, ne venenum ab externis ad interiora traherem. Et sic divino numine curatus fuit. *Guil. Fabrit. Hildanus, observ. 87. cent. 1.*

Potionem hanc hydroticam contra morsum canis rabidi expertam pro tribus vicibus propinavi.

℞ Myrrh. gentian. an. ℥i. theriac. ℥ß. ocul. cancror. ust. ℈i. aq. gentian. & Scabios. an. ℥iß. M. F. haustulus hydroticus.

Externè vulneri applicet rutam cum allio & pauca theriaca mixtam. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 1. cap. 5. lib. 6.*

Matrona quædam Nobilis pluries à cane rabido demorsos curabat, urendo vulnus clavicula ignita, & exhibito hoc pulvere.

℞. Rutæ veronic. plantag. latifol. rad. gentian. an. pt. æq. F. pulvis dabat quantum nux juglas dimidiata caperet mane per quinque dies continuos. *Jer. Martius, observ. 37.*

Nuper cujusdam militantis in Prætorio mater vidit inquiete, ut radicem Sylvestris rosæ, quam Cynorrhodon vocant, blanditam sibi aspectu pridie in fructeto mitteret filio bibendam: in *Lacetania* res gerebatur, *Hispania* proxima parte: casuque accidit, ut millite à morsu canis incipiente aquas expaveſcere, superveniret Epistola ornatis ut pareret religioni: servatusque est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentavit. *Plinius, Nat. hist. lib. 25. cap. 2.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Canis Rabidi morsu.

HUjus curationis exemplum habes apud *Amatum Lusitanum, cent. 5. curat. 45.* de puero annos 12. nato, à cane demorso in crure. Sequenti enim die puer eadem hora rigore, succedente ingenti postea febre correptus est, ad quem vocatus *Amatus*, & accito Chirurgo locum demorsum sacrificare jussit, non sine profundioribus incisuris, & calido vino lavare: optimè absterso loco affecto, hoc emplastrum admovit: cæpam unam acrem accipiebat, aliorum caput sive radicem mediam, theriacæ opt. ℥ß. fol. Marrhubi fœtid. meliss. an. p. ß. rubiæ min. ℥ß. fermenti ℥ß. omnia pistentur, & loco affecto superponantur, quibus puer sanitatem brevi obtinuit. Nostri verò demorsos à cane rabido ad Oceanum mittunt, ut ibi ter aqua marina immergantur, idque in principio vulnere inflicto, antequam in hydrophobiam incidant. Novum hoc non est remedium. Ejus enim meminit *Celsus lib. 5. cap. 27.* Puero 10. annorum *Delphensi*, cum à cane rabido morsus esset, ne in hydrophobiam incideret, consului, ut in mari immergeretur, & cum ab immersione domum rediisset, mandavi, ut decoctionis radic. Gentian. in vino ℥iiiß. adjectis ℈ii. theriac. opt. ebiberet, & nihil mali amplius sensit. Chirurgo imperavimus ut vulnus probè tractaret, neque subito occluderet. Imò multis postquam mari immersi essent, solam theriacam exhibui. *Petrus Forestus, Schol. ad observ. 28. lib. 20. de Cerebri Morbis.*

Vidi non procul *Gandavo* transnatantem navem & in ea senem nudum funibus vinctum, habentem pondus in pedibus: subter axillas zona cingebatur, qua ad antennam ligatus erat. Rogavi quid sibi vellet illud spectaculum: Unus è Nautis dixit, senem illum jam hydrophobum, & à rabiente cane demorsum fuisse pridem, Petivi quorsum illum ad mare veherent, ne necem ejus intenderent? Quinimo (ait Nauta) mox sanus rediturus; illamque esse maris benedictionem, quod ejusmodi rabiem extemplo sanaret: Arrham obtuli ut me socium & testem assumerent. Cum navigatum fuisset per miliare *Italicum*, duo viri subducta cauda antennæ elevarunt ejus cuspidem, & senem in altum sustulerunt, inde verò in mare præcipitem dedere, eratque subter aquas ad spatium miserere, quem dein adhuc binies submerserunt ad spatium salutationis angelicæ, tum collocarunt illum super vas teres supino dorso chlamy-

de

de tectum. Ego ſuſpicabar illum obiiſſe, ſed metum riſit Nauta. Nam ſolutis vinculis cœpit omnem muriam reiicere quam inſpiraverat; & mox revixit, qui dein rabie liberatus, ſoſpes vixit. Referebat Nauta *Batavos* cruda halece ſalſa triduo renovata, & ad morſum rabientis applicata, omnem auferre metum rabiei. Ubi vero id negligentia impediviſſet, ſpectato ſaltem ſubmerſionis modo omnes ſanari. Manſit id mihi alta mente repoſtum, perſuadens id in aliis amentiis non fore inutile. *Joh. Helmontius. tract. cui Titulus, Demens Idea.*

SUBSECTIO QUARTA.

De Canis rabidi morſu & Saliva.

Aldus eximius ille Juriſconſultus, à caniculo ſuo in labiis morſus, neglecto morſu poſt quatuor menſes rabidus periit.

Matronæ cuidam obviam venit canis rabioſus, qui veſtem ejus dentibus arripiens, huc & illuc trahebat, donec tandem veſte lacerata, cute tamen mulieris illæſa & intacta, canis aufugit. Illa verò neſcia canem rabioſum fuiſſe, lacceratam veſtem filo (prout Sarcinatrices facere ſolent) dentibus abſciſſo, reſarcire cœpit: unde nullum quidem per tres menſes ſenſit incommodum, poſtea verò ſenſim melancholica facta, imaginationibus, viſionibus horribilibus, & pavoribus agitari cœpit, & paulo poſt aquam & vinum odiſſe; & quod pejus eſt, inſtar canum latrare domeſticos non agnoſcere, dentibus arripere, donec tandem in ea miſeria animam efflaret. *Guil. Fabrit. Hildanus, obſerv. 31. cent. 1.*

Honeſtæ cuidam fœminæ in forum eunti, canis rabioſus obviam venit, illiuſque pedes furenter ac violenter petit, ipſa periculum hoc ut evitet, inclinat ſeſe, & genua paululum flectit, unde canis veſtem, & quidem hujus potiſſimum fimbriam mordicus arriperet, aliquantum latrare, & ſtatim aufugere. Quo facto, fœmina adhuc perterrita, hæret primo, an canis rabidus fuerit: recollecta autem mente, de rabie ejus ſuſpicatur, cum ipſi antea familiaris admodum, imò domeſticus ferè extitiſſet. Domum igitur ſe confert, ſubque tecto veſtem laceram ligno ſuſpendit. Poſtquam verò eam quarto die repetit, atque reſarcire cogitat, res mira! vermes capite catulis prorſus ſimiles, iis in fimbriæ locis, quibus canis dentes infixerat, enatos reperit, eoſque ceu miraculum novum, vicinis quibuſdam convocatis conſpiciendos præbet. *Phil. Salmuth. obſerv. 83. cent. 2.*

SECTIO OCTAVA.

Pro Canitie

Aulicus quidam 30. circiter annorum cùm immaturiùs caneſceret, & ob id in contrahendo cum Virgine prænobili & formoſa matrimonio repulſam metueret, conſilium meum implorabat. Præmiſſis univerſalibus, balſamum meum ex ſuccino uſto, cujus hæc eſt deſcriptio, commendavi.

℞. Succini uſti, & in pollinem ſubtiliſſ. redact. ℥ii. ambr. grif. moſch. zibeth. an. ℈ß. ol. ſtillat. lign. Rhod. lavend. ſalv. majoran. rutæ, an. gr. xi. cariophyll. gt. xv. ol. nuc. expreſſ. q. ſ. ad incorporandum. M. f. balſamum. Aſumit nimias cerebri humiditates, & inde naſcentes catarrhos, caput roborat, & pilos nigredine tingit. Egregium canitiei remedium, ſed palliativum ſolummodo, & ſæpe repetendum, præſertim à balneo & ſudoribus. *Baldaſſar Timæus Caſ. 35. lib. 6.*

SECTIO NONA.

De Cantharidum præparatione tutiſſima.

TUtiſſimum per infuſionem modum aperiam. Scrupulus Cantharidum in pulverem redactus infundatur in ℥iii. vel 4. vini rhenani, vel ſpiritus vini, ſtetque in infuſione per aliquot dies, deinde per chartam bibulam filtretur, ut ex ſubſtantia Cantharidum nihil admiſceatur, ex colato liquore cochlear unum, ſeptem aliis ſeu vini ſeu cereviſiæ admiſceatur, & ex hoc mixto primo die unum, altero 2. cochlearia, & ſic deinceps propinentur,

in

in Gonorrhæa virulenta, lotii suppressione, & calculo, fœlicem hujus præparatæ potionis eventum expertus est. *D. Jac. Kotzbue* Medicus experientissimus, *Thomas Bartolinus, hist. 82. cent. 5.*

SECTIO DECIMA.

Pro Cantharidum veneno ad virum quendam.

POst assumptum venenum, ab ore ad vesicam usque cuncta erodi sentiebantur, picem ore expirabat, præcordia inflammabantur, urinam ægrè reddere poterat, sanguinem cum lotio subinde emittebat, & animo deficiebat, & mente abalienabatur, huic ol. amyd. d. rec. extractum cum butyro ut vomeret, dedi. Mox Ptisanæ cremorem, & malv. sem. lini, fœnugræc. & rad. alth. decoctum per clysterem infundi, mandabam. Deinde emulsionem sem. 4. frigid. maj. cum lacte dedi. Paulo post etiam mulsam, jus gallinaceum pingue exhibui; donec acrimonia mitigata melius habere cœpit. Alteri copiosè lac dedimus. *Langius* cuidam imperavit, ut post vomitum & clysterem, singulis horis plenum lactis caprini aut bubuli cyathum biberet, & ita curatus fuit. *Petrus Foreſtus, observ. 6. lib. 30. De Venenis, & observ. 7. & Schol. lib. 24. De renum Morbis.*

SECTIO UNDECIMA.

Pro Capillorum casu à relaxatione meatum cutis.

CUm hic affectus à nullius materiæ vitio, sed à sola cutis relaxatione & meatuum amplitudine proveniat, sola adstringentium admotione curandus venit.

Hoc quod sequitur singulare remedium ad hoc vitium deputatum est.

℞. Polytrich. capill. ven. an. Mß. fol. myrti. ros. absinth. an. Mi. coq. in olei dulcis & vini rubri austeri an. quart. iii. donec vinum consumptum sit: colatum & expressum oleum reponatur.

℞. Hujus oleis ℥iii. ladan. ℥iß. mastic. ℥ß. ladanum & mastich. subigantur in mortario pistillo calido, paulatim oleum infundendo. Deinde conspergе & probè misce pulveris capill. veneris ℈iv. ut fiat Linimentum, Quo illinantur loca depilata. Nigellam etiam urito, aquaque subacta illinito, hujus enim usus ad eliciendos pilos mirificè probatur, sive capiti, sive mento, imprimis autem si superciliis adhibeas: his remediis pili egregiè restituuntur. *Petrus Foreſtus, observ. 7. lib. 8.*

Vidi, cui mentum calvum erat, hirsutum factum ex crebro fotu decocti capill. veneris, quos nonnulli idcircò polytrichon vocant, quod multitudinem pylorum producant. Facies autem sic, radi curabis mentum novacula, & sequentibus diebus fricabis nonnihil cum panno aspero, postea lavabis sæpiùs decocto capill. ven. in aq. fluviatili facto. *Hieron. Reuſner. obs. 22.*

SECTIO DUODECIMA.

Pro Capillorum defluvio.

AD firmandus radices capillorum & humores contemperandos, utile erit hoc unguentum.

℞. Ol. ovor. ℥ß. ladan. ℥vi. pingued. ursi ℥ii. chartæ ustæ, nuc. avellan. ust. an. ℥ß. pulv. gran. myrthi. ℈i. M. F. unguentum; eo ungatur manè, postea vesperi ante cœnam abluatur caput lixivio in quo abrotan. & capills ven. decoquantur. Ad eandem intentionem stercus capræ in cinerem redigatur, & misceatur cum oleo ovorum, addaturque guttula una olei Caryoph. vel pulvis ejusdem propter majorem efficaciam & odoris gratiam. *Ioh. Crato consil. 8. lib. 4.*

En σύμπτωμα quoddam singulare in producendis capillis, ubi illi deciderint.

℞. Spumam carnis bubulæ, potiùs macræ quam valde pinguis in aqua decoctæ, & illam collige in ollulam mundam, & ea locum depilem inunge. Ego nuper admodum in quodam cui supercilliorum pili ex morbo omnino deciderant, feliciter usus sum. *Petrus Monavius, Epist. 34. lib. 2. consil. & Epist. Cratonis & aliorum à Scholtzio editorum.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Capillorum in fronte proventu in Virgine.

DRopacem talem præscripsi.

℞. Resin. laric. vulgar. circiter 4. Cochlearia, adde mastichis. subtiliss. tritæ instar avellanæ dissolv. ad ignem, & parum coqua continuò agitando. Postea effunde in lebetem aqua frigidissima plenum, deinde manibus malaxentur & in magdaleonem rotundum formentur, qui in aqua, ne adhæreat, conservetur, hujus portiuncula dilatata supra cutem pilosam applicata, ubi adhæserit, iterum detrahatur, pilique in Emplastro evulsi hærebunt. Et si quid de Emplastro in cute remaneant, ol. amyg. d. perfricatione, recedet, consuetum est remedium Venetis matronis, quo pilos evellunt.

Sequens etiam psilothrum ordinavi.

℞. Calcis vivæ ℥i. auri pigmenti, ʒi. pulverisatis subtiliss. adde album ov. numero 1. & lixivii tonsorum parum, incorporentur in formam linimenti, eoque cum digito intincto ungantur pars cutis pilosa & in quarta horæ parte abluatur lixivio & fricetur, cujus vires cum puer Pharmacopæi experiretur, pili recesserunt: sed dolor aliquis inde subortus, & rubedo, quæ tamen diu non remanserunt. *Felix Platerus. observ. lib. 3. pag. 591.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Capitis contusione ex casu.

PUer quidam ex altissimo gradu cubiculi cecidit, ita ut os cranii apertum esset, & sentiretur motio cerebri, non erat tamen ruptio in cute contusa.

Ad hunc casum mirabilem accitus *M. Jodocus Bruyellensis*. Chirurgus. Primò inunxit totum caput ol. ros. calido, & desuper aspersit pulverem myrtillorum & super pulverem posuit pannum lineum simplicem intinctum dicto oleo calido. Deinde super hæc omnia, compressam (ut vocant) quadruplicem calefactam, & sic omni die fiebat apparatus, sic continuando per 34. dies, tandem cum his remediis, nullis aliis adhibitis cœpit convalescere: postquam totum caput rectificatum videbatur præcepit matri ut acciperet tortellam rosaceam vino albo aspersam, capitique calide imponeret ad resolutionem & roborationem. Et ita infans hic factus est sanus. In hunc modum & alii etiam curati sunt sine incisione & trepano. *Petrus Forestus observ. 42. lib. 6. Observ. Chirurg.*

SECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Capitum puerorum crustis.

SI contingat aliquibus infantibus, fieri crustras vel rupturas in capite, in facie, vel alia quacunque corporis parte, tunc fiat remedium hoc in fallibile.

℞. Vitell. ovor. elixatos usque ad duritiem numero xvi. myrrh. ʒi. rad. aronis ʒß. hellebor. nigr. gr. iv. comminuantur, vel digitis ovorum vitelli frangantur. Deinde in ferrea sartagine ponantur, & commisceantur cum prædictis pulv. & coq. super carbonibus ignitis absque flamma, usque quo incipiant spumæ fieri, tunc exprimatur oleum, seu liquor, & colligatur, idque toties coquendo & exprimendo, quoties spumam emittat, tunc demum abjiciantur fæces. Et collectum oleum in vase stricti orifici, & clauso ore servetur, cum hoc oleo omnes corporis partes affectæ liniantur sæpius in die: cadet enim crusta & removebitur, & sanabitur infans. *Barthol. Montagnana. consil. 298.*

SUBSECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Capitis & Ventriculi debilitate.

SUadeo has pilulas ad capitis & ventriculi evacuationem.

℞. Pil. Mastich. ℈ii. aloes rosat. ℈i. cum Syrup. ros. F. pil. ix. quas ante cœnam quadrante horæ deglutiat, sequente cœna moderatissima. *Ioh. Crato. Consil.* 1 *lib.* 4.

SE-

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

De Capitis dolore.

DOlor capitis Symptoma eſt terrificum propter excellentiam & dignitatem partis affectæ, cujus officio vita carere nequit: pro omnibus aliis corporis partibus, caput maximè doloribus expoſitum eſt, cucurbitæ enim inſtar cuncti ſuperpoſitum, paſſim in ſe rapit, viſcerum ſubjectorum inquinamenta.

Eſt verò dolor capitis moleſta quædam & triſtis ſenſatio partium capitis membranoſarum, à ſolutione continui producta. Partes affectæ ſunt, cutis capilloſa, pericranium, diploe. *i.e.* duplicatura illa medulloſa oſſis cranii, ut in lue venerea inveterata, menynges, nervi, venæ, & arteriæ.

Cauſa proxima & conjuncta, ut aliorum dolorum omnium, eſt ſolutio continui antecedentes ſunt, quæcunque continuum ſolvunt, ut intemperies nuda calida, frigida, & ſicca, plethora, bilis, pituita, melancholia, flatus, vapor & aliquando vermis. Cauſæ externæ ſunt, aer calidus ambiens, frigiditas nimia, ventus, odor gravis, percuſſio, ictus, & caſus. Dolet caput vel per ἰδιοπάθειαν, vel per συμπάθειαν; ἰδιοπάθεια ſeu propria ipſius affectio, fit quãdo cauſa morbifica continuum ſolvens, doloremque creans, in ipſo capite conſiſtit, ibidem genita & cumulata ex vitioſa alimenti concoctione; συμπάθεια fit quando aliunde materia morbifica ad caput fertur: toto corpore nimirum ut in febribus, à ventriculo, ab hepate, liene, utero, renibus inteſtinis, & genitis in his vermibus, per arterias & cœca corporis ſpiracula. Dolor capitis alius eſt pungitivus, ab acri & bilioſo humore; alius gravativus à pituita multa & melancholia; tenſivus alius à flatibus; alius denique pulſatorius, à tenui bilioſoque ſanguine, vel à ſpiritu redundante arterias diſtendente. Rurſus dolor alius eſt externus, alius internus; externus cutem piloſam & pericranium obſidet, manuſque preſſu exacerbatur. Internus menynges afficit, & ad radices uſque oculorum pertingit. Denique alius eſt, recens, levis, & facilis ſolutu, qui κεφαλαλγία dicitur, alius verò inveteratus & contumax eſt, qui levibus de cauſis ſuſcitatur, & κεφαλέα vocatur. Si partem capitis dimidiam occupet dolor, ἡμικρανία nuncupatur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Capitis dolore cum contuſione.

UNguentum Alabaſtrinum valet in omni dolore capitis, & reſolvit mirabiliter omnes contuſiones, hujus multæ ſunt deſcriptiones. Noſtra qua nos utimur ita ſe habet.

℞. Cimarum rubi, Mil. fol. rutæ, p. i. flor. Chamæm. ℥i v. lapid. Alabaſtr. ſubtiliſſ. pulveriſ. ℔ß. ol. roſ. ℔i. ceræ alb. ℥iſ. vini alb. ℔ii. ponantur ſimul in olla nova vitreata, ſtent per dies tres, & poſtea bulliant ad vini conſumptionem, ponatur ab igne, & ſine infrigerarit tunc adde albumina ovorum num. 4. conquaſſentur, & benè miſceantur; deinde cola per pannum lineum rarum mulcendo manibus, & exibit unguentum quod valde pretioſum eſt. Utor eo in omnibus capitis doloribus, & in omnibus contuſionibus, & dentium doloribus, adeò efficax eſt, ut omnes dolores à contuſione mitiget: habeo quidem hoc unguentum pro arcano non ſolum ad quoſvis capitis dolores, ſed & dentium, ut ſibi par non habeat: verum etiam in omnibus mitigandis & reſolvendis, præcipuè verò à contuſionibus, vel caſu, aut compreſſione obortis. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 33. *lib.* 9. *De Capitis doloribus.*

Teſtudinis paluſtris ſanguis ſincipiti inſtillatus capitis dolorem iuvat. Plantaginis radix in collo ſuſpenſa capitis dolorem mirificè tollit. Turturis aquatici ſanguis fronti ac temporibus illitus quemlibet capitis dolorem ſedat: Intelligunt teſtudinem paluſtrem. Annulus in quo parùm umbilici infantis nati recenter includitur, geſtatus in digito, ab omni dolore capitis hominem præſervat. Sed hoc ſuperſtitioſum eſſe videtur, quemadmodum & hoc quod ſequitur Caput muris in linea pecia involutum, & continuò ſuper ſe portatum. Aqua, *Plinio* authore, quæ poſt potum bovis vel aſini remanſit, ab infirmo

pota dolorem capitis illicò ſedat. Pectinatio capitis, teſte *Gilberto Anglico*, pectine eburneo, valet in omni capitis dolore. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 52. *Schol. lib.* 4.

Ad capitis dolorem ab ebrietate præſtantiſſimum medicamentum eſt oleum roſaceum per ſe, aut cum aceto & ſucco hederæ vel braſſicæ, quæ etiam naturaliter ebrietati adverſatur etiam comeſta, vel ejus folia capiti admota. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 28. *lib.* 9.

At capitis dolorem ex fletu egregiè diſcutiunt facculi ex milio, ſale, anetho, chamæmel. meliloto, pulegio. Ut

℞. Flor. Chamæmel melilot. roriſmar. ſtœchad. an. p. i. milii torrefact. M. ß. ſem. ſeſel. cumin. aneth. an. ℥i. puleg. nepet. an. M. ß. f. Sacculus. Illinatur etiam frons oleo chamæmel. anethino, aceti momento addito. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 26. & *Schol. lib.* 9.

Ad dolorem capitis à flatu, vulgus hic remedium quoddam habet vile latis, non ſine ratione tamen inventum, & cum fœlici ſucceſſu ſæpius comprobatum, quod in gratiam ſtudioſorum hic libuit adjungere. Rapum ſub cineribus coquitur, à quo cocto aufertur ea pars, cui herba ipſa implantata erat, & calidiſſimè pro ægri tolerantia poſt aures applicatur; qua tepeſcente, altera ut priùs calens ſubſtituitur, reiteraturque hæc actio, donec flatus diſcuſſus eſt, & ablatus dolor: ſolet enim brevi tempore id fieri. Quòd autem dolenti lateri applicari debeat, aut utrique, ſi totum caput doleat, doleat, omnibus puto notiſſimum. In dentium doloribus à flatu excitatis eodem modo uſurpatum convenit. *Joh. Fienus lib. de flatibus*, *cap.* 14.

In dolore diuturno plus præſtat caput frequentiùs roborare, quàm pertinaciter vacuationibus inſiſtere. Ideò conferunt pulveres & cucuphæ: magis tamen probantur pulveres, quia virtus pilei non ita communicatur cerebro, & ex ejuſdem ſorditie dolor excitari poteſt. Ab ipſo curationis initio ſpecifica remedia uſurpari poterunt quale eſt hoc epithema.

℞. Pulv. Zedoar. ℥i. aq. beton. verben. & ſambuc. an. ℥i. M. Applicetur calidè parti dolenti cum pannis ſcarlatinis. *Lazarus Riverius*. *Practic. lib.* 1. *cap.* 16.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Capitis dolore.

FAmulus quidam capite ſupra modum dolebat, cùm nulla remedia juvarent, tandem ad collum, verbenam viridem aliquo modo tritam, ut ab adſtantibus non cognoſceretur, appendebam, idque nocte, dormiente & inſcio, antequam malum invaderet, & aſtantibus mandabam, ne æger à ſomno ſolutus herbam collo ſuſpenſam dimoveret: qua cujus herbæ ſolius ſuſpenſione, miraculi inſtar, hic æger curatus eſt. *Verbena* à collo ſuſpenſa amoveri non debet, niſi exſiccata tandem per ſe cadat. *Petrus Foreſtus*, *obſervat.* 52. & *Scholaſt. lib.* 9.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Capitis dolore.

PRo externo remedio laudo unum, quod & magis viri eſt, & ipſa etiam experientia comprobatum.

℞. Serpill. verben. roſ. an. ℥ii. decoque in oleo communi in duplici vaſe, & hoc oleo inungat ſibi caput ante & retro. Conſilium etiam do, ut ægrotæ caput ungatur ſpuma decocti primi ligni ſancti. *Johann. Baptiſta Montanus*. *Conſil.* 20.

Ob figuram capiti cerebroque æmulam, nux juglans capitis affectibus confert. Singulare inde ad dolores capitis remedium nuper in *Anglia* detectum, primo vero antequam folia in nuce juglande prorumpant, terram circa radices fodiunt, & ex radicibus inciſis emanantem liquorem extrahunt, cujus aliquot guttas propinant magno cum ſucceſſu, in doloribus capitis. *Thomas Bartholinus*. *Hiſtor.* 97. *cent.* 3.

Fer-

Fernelius affirmat se sequentium pilularum tantam vim experiendo cognovisse, ut nullam Cephalalgiam vel Hemicraniam offenderit, quam non curarit.

℞. Aloes opt. ʒß. pulv. elect. de gemmis, trium santal. ros. rubr. an. gr. vi. cum Syrup. absinthii, & viol. f. Massa datur ʒi. bis in hebdomada, hora una vel duabus ante cœnam, *Joh. Crato. Epist.* 14. *lib.* 5. *cons. & Epist. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* Editorum.

Agricola quidam cruciabatur sævissimo capitis dolore, contra quem atrocem morbum ego pauca hæc remedia adhibui.

℞. Aq. benedict. aq. fontan. an. ʒi. commixtas ebibit, rectèque ore atque alvo purgatus fuit, ac in dies convaluit, sequenti die Cephalicam venam secui.

℞. Cancror. vivor. num. 20. aceti ros. ʒv. contundantur in mortario ut fiat Epithema: quod tepidè admovebatur sæpius affecto capiti statim ab initio curationis, ac ad relevandum cruciatum plurimum proficiebat. *Martinus Rulandus Curat.* 73. *cent.* 1.

In doloribus capitis quibuscunque imprimis usus aq. benedictæ ventriculo jejuno stata dosi exhibitæ multum prodest: purgatio fiat per diasenam laxativam, & mercur. dulcem.

In omni dolore capitis tanquam arcanum appropriatum aqua verbenæ destillata commendatur, sæpe assumpta, ad ʒiv. cum gutt. iv. Spiritus vitrioli.

Juvat etiam verbena tota contusa & capiti impositа, radix plantag. collo suspensa dolori capitis à proprietate medetur. Cæteris non proficientibus ad laudanum opiatum recurrendum est. *Jo. Hartmannus.* Pract. Chimiatr.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Capitis Dolore.

ILlustrissimus princeps *Ianethinus Doria* Classis *Hispanicæ* præfectus afflictus est, in arce *Monspelienſi*, ubi bello captus detinebatur, febre hæmitritæo, quæ inter cætera Symptomata, capitis dolorem gravissimum inferebat eumque continuum; & extra accessionem æquæ molestum, qui tamen post 4. phlebotomias in brachiis celebratas, eodem vigore perseverans, intra horam sublatus est sanguinis missione ex malleolo dextro, tam promptus effectus observatione dignus fuit; ut tyrones videant, quam bona fiat revulsio à capite per Saphenæ apertionem. *Lazarus Riverius, observ.* 40. *cent.* 3.

Mulier quædam Fontinianensis atrabilario temperamento donata, annorum 40. post abortum non ampliùs passa est purgationes menstruas, indè gravissimus capitis dolor per 4. menses eam afflixit, nihil conferentibus venæsectionibus, hirundinibus fronti & temporibus admotis, aliisque remediis, vocatus ego præscribo apertionem arteriæ temporalis, quæ optimè celebrata fuit, neque sanguis saltu egrediebatur ob exilitatem arteriæ, & sanguinis crassitiem, sed guttatim; extractus fuit ad ʒv. ruber & floridus: tùm vulnus occlusum fuit emplastro ex sola mastiche, cum Ligatura simplici; postquam alia ligatura, quæ in vulneribus capitis solet fieri, per 5. horas adhæsisset; liberata est à dolore capitis sine recidiva. *Lazarus Riverus, observatio* 56. *cent.* 2.

Patronus quidam celeberimus cùm circa merid. sese soli nimium exposuisset, correptus est paroxismis febris tertianæ duplicis satis levibus, & circa vesperam recurrentibus; hoc tamen Symptoma in paroxismo urgebat, nempe capitis dolor intensus, qui tribus primis diebus cum febre cessabat, matutinis horis. Interim secta fuit vena bis, & purgans medicamentum semel exhibitum, quibus non obstantibus dolor capitis & æstu plurimum increvit, & continuus factus est post quartam accessionem, ut aut grave hoc Symptomata tolleretur, venam frontis aperiendam consulùi: ex eaque sanguinis ʒvii. eductæ sunt, à qua venæsectione dolor capitis statim valde remissus est, & sequens paroxismus multò levior rediit, cum exiguo capitis dolore, at postero die manè doloris omnino expers fuit: *Lazarus Riverius, observ.* 21. *cent.* 2.

Conferunt hic plurimum pilulæ *Eustachii Rudii*, quæ in *Italia* olim magno in

prætio habitæ ſunt doſ. ϑi. *Lazarus Riverius*, *cap.* 16. *lib.* 1. *Prax. Medic.*

SUBSECTIO QUINTA.

De Capitis dolore Lethalis.

CUm eſſem *Loâovæ* inviſi filiam Mercatoris 7. annos natam, quæ a duobus menſibus affligebatur graviſſimo capitis dolore circa frontem & ſupercilia, qui ſingulis propemodum horis recurrebat, ita acutus, ut illa ſibi cultro caput aperiri frequenter poſtularet. Jam verò à duobus diebus inciderat ter aut quater in paroxiſmos Epilepticos cum ſpuma in ore, à Medico ordinario, præſcripta fuere multa remedia, præſertim purgationes per apozemata, cucurbitulæ, & veſicatorium cervici, ſed omnia fruſtra.

Cùm eſſemus de hoc caſu conſilium inituri, relatum nobis fuit, eam novo paroxiſmo fuiſſe è vivis ereptam, & poſt mortem puris aliquid per nares effluxiſſe. Indè conjiciendum fuit in cerebro abſceſſum latitare, ſed eo aperto nihil inventum fuit, præter ſeroſum humorem in cerebri ſubſtantiam & ventriculos effuſum.

Hic caſus mihi in memoriam revocavit hiſtoriam cujuſdam virginis quę cùm ſimili dolore per multos menſes cruciata fuiſſet, multa remedia fruſtra tentaſſet, à quodam Chirurgo totum caput deraſo capillitio, veſicatorio contectum eſt, inſtar Cucuphæ, & veſiculis excitatis, magna ſeroſi humoris copia effluxit, & ita liberata eſt, quod remedium huic etiam prodeſſe potuiſſet. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 37. *cent.* 1.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Capitis dolore.

VIr quidam *Colonienſis* dolore capitis tam acerbo tamque immani laboraverat, ut domeſticorum ſuorum per cubiculum greſſus & paſſus (quantumvis exutis calceis, & ſubſtrata arena per pavimentum cubiculi inceſſiſſent) ſufferre non potuerit, videbantur enim ſibi, quotieſcunque ingredientium in cubiculum greſſus perciperet, cultelli cerebro infigi. Poſt multa fruſtra adhibita remedia, ego in conſilium adhibitus, ei ſetaceum ſuaſi & applicui: hoc adeò fœliciter ſucceſſit, ut in dies manifeſtam doloris mitigationem perſenſerit. *Giul. Fabr. Hildanus*, *obſer.* 7. *cent.* 4.

Chirurgus quidam Ultrajectinus implacabili dolore particulæ capitis laborabat, à nullis remediis juvabatur: tandem juſſi cauterium potentiale admoveri, curatus fuit citra aſpectabilis mali aliquam effuſionem, indicibili quadam qualitate vel aura ſine dubio fatigatus is fuerat, in ea parte. *Johannes Heurnius*, *ad Aphor. Hippoc.* 38. *Sect.* 4.

Ego per terebrationem in pleriſque cephalcam curavi.

Cùm vir quidam nobilis annum egiſſet in ſumma doloris capitis acerbitate, me tandem ad ſe vocavit, ut ſibi opem ferrem, ibi cùm diffuſo per totum caput dolore, certo dignoſcere non poſſem; in quonam loco ſtabularetur humor morbificus, ut conjectura id inveſtigarem, deraſo capillitio, toti capiti cataplaſma curavi admovendum: hinc poſt aliquod tempus, motum Cataplaſma, in una parte magis deſiccatum apparuit; unde facilè deprehendi, in ea capitis parte latitare cauſam dolorificam, quam pars Cataplaſmatis magis exſiccata contegerat, tum terebra caput perforari præcepi. Sed poſtquam ad diploem uſque, exciſa ſcilicet ſuperiore cranii lamina, perventum eſt, magna ſtatim humoris, colore atque conſiſtentia, mellei copia foras erupit, indeque dolor quievit, & per Dei Miſericordiam ſanatus homo, adhunc uſque diem aura & luce vitali fruitur. Erat autem abſceſſus ille intra utrumque os calvariæ conſiſtens, vera μέλικερὶς, quæ à melle nomen habet. *Ludovicus Duretus in Annotat. ad cap.* 2. *lib.* 1. *Jac. Hollerii. De morbis internis.*

Nobilis juvencula Patavii ultra annum dolore capitis veluti perforante ac fixo mirè cruciabatur. Medicus, quod erat ſuſpicatus aliquid membranis incumbere, bono eventu cranium terebra tentandum cen-

censuit, ipso enim aperto, puris fœtidi guttula vix æquans milii granum excidit, neque ex eo dolor unquam molestus fuit. *Joh. Rhodius. observ. 69. cent. 1.*

Illustris quædam domina implacabilibus capitis doloribus tenebatur; suspicabatur humorem esse frigidum, rebellem, efferatum tamen, & jam in flatulentam naturam versum. Sectæ sunt venæ brachiorum, purgatum corpus, vesicæ suillæ admotæ lacte plenæ, nil proficitur: tandem interbastantur Sacculi semine lini pleni, vino & aqua incoquuntur, applicantur, dolores cessant, non longè post repetunt, eadem usurpantur: tandem cum nil proficeretur, sæpè adhibentur galli extenterati, miraculo convalescit. *Guil. Ballonius. lib. 1. Epidem. & Ephemerid.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Capitis dolore à verme.

CUm multi ignoto morbo vita decederent, tandem Medici unum hoc morbo interemptum inciderunt, & in ejus cerebro invenerunt, vermem rubrum brevem, quem cum multis medicamentis vermes occidendi vim habentibus occidere non possent, tandem frustra raphani incisa in vino malvatico ebulliebant, quo vermis occidebatur, atque hoc eodem remedio deinde simili morbo quasi epidemico affectos omnes curabant. *Petrus Forestus, Schol. observat. 2. libr. 9. De variis capitis doloribus.*

Excipiatur naribus & ore hiante talis fumus.

℞. Cent. min. marrhub. beton. an. ℥ii. zedoar. ℥ß. angelic. Succin. an. ℥ii. antim. crud. ℥i. minii ℥iß. boli armen. ℥i. Aristol. rot. ℥ii. absinth. ℥iii. M. F. pulvis carbonibus inspergendus. Loco dolenti applicetur hoc Emplastrum.

℞. Aloes, pulv. lumbric. cujuscunque descript. an. ℥ii. fell. taurin. ℥i. absinth. ceræ, an. q. s. f. Ceratum, quod Emplastrum cum applicuisset, & fumum naribus ter quaterve excepisset, servus ille apud *Hildesbemium*, vermes lanuginosi vivi 13. per fauces, nares, & aures prodierunt, atque dolores remiserunt. Per nares etiam excipiatur vapore lacte ut ita vermes exeant, commendatur & tabaci succus, & fumus naribus attractus ad vermes in capite occidendos. Cognoscuntur vermes ex dolore diuturno nullius remediis cedente, maximo præsertim cum caput movetur, & lancinante: fœtore, qui per nares & os exhalat, sternutatione, sequenti vertigine. *Daniel Sennertus. cap. 18. p. 1. lib. 1. pract.*

SUBSESTIO OCTAVA.

Pro Capitis & Brachii dolore ab humore pituitoso, in Comitissa quadam.

PRo potu utatur hydromelite, fiat ex 12. partibus aquæ & una mellis optimi, coquatur ad consumptionem quartæ partis; decocto adhuc calido existente, infundatur hyssopus, Salvia, coriandrum, cinamomum & id genus alia, contusa vel concisa & tenui Syndone involuta. Statim à cibo hujus pulveris capiat cochlear unum, & non superbibat.

℞. Coriandr. præpar. ℥ii. sem. fœnicul. anis. mastich. an. ℥ß. menth. hortens. cinamom. gran. myrti, liquirit. an. ℥ii. cortic. citri ℈iv. sacchar. ros. tabul. ℥x. pulveris. subtilis. & misceantur. Hic pulvis concoctionem adjuvat, stomachum roborat, & flatus discutit, caput exsiccat, cerebrum confortat, & catarrhos sistit.

Purgato, ut decet, corpore, summoperè laudarem, ut per aliquot dies decocto ligni guaiaci uteretur in hunc modum.

℞. Ligni guaiac. lima attriti ℔i. aq. ℔x11. Infunde per 24. horas. Deinde coque lento igne ad mediæ ferè partis consumptionem; sub finem coctionis adde uvarum Corinthiac. ℥ii. liquirit. ras. ℥ß. Hujus decocti colati accipiat manè hora quinta ℔ß. & cooperta sollicitet sudorem, somno maximè si potest. Absterså diligenter manè circa 8. vel 9. horas, fricetur, & deinde surgat. Hora decima prandium sumat, quod velim esse parcissimum, nimirum ex unica aut altera

avicula assa, vel ex paucis buccis carnis alicujus assæ, cum paucis uvis passis, & modico vino egregiè diluto à prandio prospiciendum ne somnus obrepat. Hora deinde quarta decumbat, assumat eandem quantitatem decocti, sollicitet sudorem; post sextam si placet exurgat è lecto, & paulò post cœnet, sed multò minus quàm in prandio; quare carnibus abstineat, & assumat solum aliquot amygd. vel uvas passas, cum pauco biscocto pane, & vice potus, bibat secundum decoctum. Tempus determinatum quo fieri velim hanc curationem, & diætam servari, nullum præscribo; sed si solum in dies 3. vel 4. fiat, non poterit non egregiè prodesse, & quo longius protrahatur, eo fuerit consultam magis: interim ad roboranda membra, utatur hoc electuario nucis magnitudine summo manè superdormiendo.

℞. Theriac. bonæ vel mithridat. vel aureæ alexandr. ʒi. conserv. ros. ʒiv. conf. flor. salv. ʒii. M. mirum quam hoc omnibus membris conferat, caput exsiccat & roborat, ventriculum & hepar confortat, uteri etiam affectibus utilissimum est. *Reinerus Solenander. consil. 56. sect. 1.*

SECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Capitis fluxione.

PUrgato evacuatoque toto corpore, & aliqua ex parte capite ipso, ad peculiarem cerebri purgationem per masticatoria & errhina proprius accedendum.

℞. Sem. nigell. rom. sem. anis. coriandr. an. ʒi. pyreth. cariophyll. an. ʒß. mastich. ʒii. M. pulveris. omnia, & cum cera F. Masticatorium. vel

℞. Agar. ʒß. pulv. diambr. gr. vi. cubeb. lign. aloes, an. ℈i. M. & cum aq. Iridis. F. trochisci siccati in sole, commansi jejuno ventriculo.

Caput purgant & roborant simul. Purgant etiam cerebrum errhina in hunc modum.

℞. Aq. Majoran. ʒiii. pulv. mosch. gr. ij. F. errhinum, vel majoranæ succus depuratus per pares è vola manus tepidus deducatur.

Ad firmandam capitis fluxionem his utere.

℞. Diatraghacanth. frigid. ʒii. boli arm. imparatæ ʒi. terr. sigillat. ℈i. cum Syrup. papav. vel myrtino. F. pilulæ parvæ in ore continendæ hora somni. vel

℞. Boli armen. lotæ cum aq. ros. terr. sigillat. lotæ cum decocto papav. an. ʒi. diatragacanth. frigid. cum ovi album dissolut. ʒß. M. & cum Syr. de rosis rub. sicc. q. s. F. pilulæ, quarum unam vel duas dormiturus ore contineat. *Joh. Zecchius, consult. 72.*

SECTIO DECIMA NONA.

Pro capitis gravedine, à fluctuatione in eo & pituitæ & seroſi humoris copia.

NObilis quidam strenuus & robustus, lautè vivens, & intemperanter, de capitis gravedine conquerebatur, apoplexiamque ne perveniret, admodum metuebat, utque eam præveniret, ad me consilii causa venit. Narrabat jam diu se in capite pondus aliquod sentire, & veluti fluctuationem, sensumque aliquem, atque si caput magnum, & cavum esset, & se nonnunquam aperiret, rursumque marsupii alicujus instar, constringeret, remittere interdum malum, aliàs exacerbari; per cætera bene se habere, nisi quod totus esset melancholicus, & ad omnia munia obeunda, segnis & tardus; à pituita & seroſi humoris copia, intra calvariam collecta, hæc provenire: de multis circumstantiis interrogans, deprehendi & judicavi. Cum itaque in omnibus se obtemperaturum pollicitus esset, statim curam aggressi sumus.

Primum hoc minorativum propinavimus.

℞. Diaphæn. ʒii. diacathol. ʒß. syrup. ros. solut. ʒi. aq. cinamom. parum F. potio; dejecit aliquoties. Sequenti die vena aperta fuit brachii, erat enim corpore quadrato, & plethoricus. Diebus sequentibus hoc apozemate usus est.

℞. Rad. fœnic. ʒi. rad. Ireos, ʒß. acori veri, Cyperi, enulæ, an. ʒii. liquirit. ʒvi. fol. fœnic. verben. beton. fumar. cuphras. an.

an. Mi. thymi, hyſſopi, an. Miß. flor. ſtœchad. anthos, borrag. an. pi. ſem. fœnic. ʒii. ſem. carvi, aniſ. ſeſel. ſiler. montan. rutæ, an. ʒi. paſſul. par. x. Sem. ʒii. polipod. ſem. cartham. an. ʒi. F. decoctio in colat. q. ſ. pro iv. doſib. infunde agaric. trochiſ. ʒß. turbith. ʒii. rhei ʒiß. cinamom. ʒii. ſpicæ ʒß. in expreſſ. add. ſacchar. q. ſ. aromat. cinamomo. F. Apozema bibat 4. matutinis. Singulis vicibus admodum deiecit.

Interea cucurbitulas in utroque latere ternas in collo & Scapulis cum flamma, matutino tempore appoſuit, tribus vicibus & quartam ſcarificationem ſimul adhibuit ut hæ naturam quoque unà cum purgantibus, ad revulſionem materiei à capite ſollicitarent & adjuvarent, abſolutis hiſce ſic purgatus fuit.

℞. Rad. Ireos ʒß. rad. liquirit. ʒi. fol. ſalv. majoran. an. Mi. flor. lavendul. anth. an. paſſul. enucl. ʒi. ſen. ʒß. ſem. aniſ. ʒi. ſem. cartham. ʒii. F. decoctio in colat. ʒv. diſſolv. el. de ſucco roſ. & diaphæn. an. ʒiß. ſyrup. roſ. ſolut. ʒi. F. potio. addendo parum aq. cinam. egregiè rurſum purgatus fuit, & levamen in capite ſentire cepit.

Errhinum deinceps aliquandiu è manu naribus attraxit.

℞. Succ. majoran. rad. betæ, fol. anagallid. an. ʒß. pulv. rad. pyrethr. ʒi. vini albi ʒij. Miſce.

Tabulas ſequentes de nuce moſchata ʒiß. quantitate matutinis aliquibus ſumpſit & aqua majoranæ & menthæ, vino permixtas, ſuperbibit.

℞. Nuc. moſch. numero 3. vel ʒß. rad. pyrethr. ʒi. fol. majoran. ſalv. flor. Lavend. anthos an. ʒß. ſem. nigell. ℈i. Cinamom. ʒiß. Cariophyl. galang. an. ʒß. ſacch. in aq. ſalv. ſolut. q. ſ. F. Tabellæ ad cerebri & nervorum corroborationem, & frigidæ intemperiei eorum correctionem utiliſſimæ.

Finito prandio pulvere digeſtivo uſus eſt. Cucupham noctu capiti impoſuit ſequentem.

℞. Rad. Ireos. angelic. an. ʒii. acori veri, cyperi, an. ʒi. fol. maior. roriſmar. flor. roſ. lavend. an. ʒß. nuc. moſch. Caryophil. an. ʒi. ſem. coriand. præp. ʒiß. ſem. nigell. ʒß. F. pulvis pro cucupha. Cum iam omnia ſalva eſſent, diſcedenti ut elect. hoc alternis diebus manè uteretur, conſulvimus.

℞. Conſerv. maioran. flor. ſtœchad. an. ʒiß. roſ. ʒi. anthos ʒvi. cort. citri condit. zinzib. condit. an. ʒß. pulv. roſat. novell. pliris archont. an. ʒß. cinamom. ʒii. cum ſyrup. de beton. F. electuarium. Per vices purgetur ut ante. Interea ut laudata victus ratione uteretur, decenter ſe exerceret, imperatum: & in balneo ſicco hebdomadatim ieiunus ſumpto prius rob de Sambuco, ſudaret. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 363.*

SECTIO VIGESIMA.

Pro Capite tuberoſo.

VIdi cui erat totum caput tuberoſum, cauterio id ad os uſque aperuimus: quod exeſum erat, ferè uſque ad diploen abraſimus ſenſim: iterumque aliam partem aperiebamus ad os, ita ſenſim totum ferè caput eius abraſimus, evaſit: huiuſmodi oſſis caries in lue venerea ſæpe evenit. *Joh. Heurnius, ad Ahpor. 2. Section. 7.*

SECTIO VIGESIMA PRIMA.

De Carbunculo.

CArbunculus (κάρβαξ Græce dictus, quo accenſi inſtar carbonis nos aduret) eſt tumor inflammationi affinis cum vel ſine puſtulis ex ſanguine aduſto ferventiſſimo partem corrumpente ortum habens. Cauſa coniuncta eſt atra bilis malignitatis particeps. Generatur in corpore à prava victus ratione, ſuccedente venenata aeris conſtitutione, quæ preparatum iam corpus attingens, contractæ priùs cladis hunc quaſi characterem inurit.

Alius eſt peſtilens, alius non, omnis tamen malignus; qui ſine pulus oritur, pruna: qui cum iiſdem, ignis Perſicus dicitur. Dignoſcitur quod nòn ſemper eandem occupet ſed modò hanc, modò aliam partem obſideat: ut plurimum oritur à puſtula exili, ſeminis milii ma-

magnitudine præcedentibus pruritu, ardore, & dolore vehementi, ægrum ita, & præcipuè circa veſperam vexantibus, ut à trictione partis vix manus continere queat, ardoris vi ſenſim increſcente, cruſta aliquando nigra, aliquando cinerea, quaſi ab ardente ferro obducitur; caro etiam circumvicina ipſi conſentiens ſummè inflammatur. Valida adeſt febris, adſunt & nauſea, vomitus, appetitus dejectio, tremor, cordis palpitatio, & animi deliquia. In peſtilenti carbunculo adſunt omnia hæc ſymptomata, ſed quàm in alio, multò graviora.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Carbunculo Benigniore.

PRimò ſecetur vena è directo partem affectam reſpiciens. Deinde ſupra locum affectum ſcarificatio rectè accomodatur, plagis ob ſucci craſſitiem altioribus. Sunt qui præcipiant ipſos ſcarrificatus in cruſtaceo ulcere duntaxat eſſe faciendos: ipſas verò inciſiones aqua ſalſa calente ſtatim perfundunt, ne in illis ſanguis coeat & concreſcat, ſed foras egrediatur. Interdum etiam erodens medicamentum imponunt, cujuſmodi eſt. Arſenicum, quod ea in re inter cætera principatum obtinet. Cæterum laboranti particulæ valde repetentia haud quaquam admoveri debent. Adhibenda quidem ſunt remedia, quæ modicè reprimendo, etiam diſſipare & digerere poſſint; cujuſmodi eſt cataplaſma ex arnogloſa, quod ſic paratur.

℞. Arnogloſſ. lentium, panis furnacei an. part. æq. coq. in aqua, his gallas *Avicen.* addit. Alii ex foliis plantag. coctis, lentè cocta, pane clibanite, & oleo roſac. conficiunt. (Panis clibanites ex *Galeno* erat valde laudatus; quoniam ſumma coctus diligentia, ita ut omni ſui parte cruſtam referret) ut verò radicitus carbunculus divellatur ab adjacentium commercio. hoc ſequens probatur.

℞. Malum punicum acidum, malum punicum dulce, hordei Mj. fol. plantag. Mj. coq. in poſca donec rumpatur hordeum: & contundantur. Poſtea adde pulpam mali cydonii ſub prunis cocti, vel alterius mali acidi, & F. Emplaſt. Item nucis avellanæ veteris vel etiam non veteris medulla carbunculos maturat & rumpit. Alii nucleos juglandis viridis idem poſſe contuſos cum carnibus cydoniorum vel aliorum malorum acidorum contẽdunt. Optimum autem fuerit perpetuò circumjacentibus partibus unguentum ex bolo armen. roſaceo vel myrtaceo oleo & acetũ confectum inducere, ne ſcilicet intro, qui jam fluxit humor recurrat. Supra verò ipſum ulcus cruſtoſum valens aliquod medicamentum & quod vehementer exſiccet imponendum eſt. In communi uſu eſt unguentum Ægyptiacum, ſi hoc parum proficiat, ad acriora & quæ ignis vires habeant deveniendum erit; cujus generis ſunt radix dracunculi vel ariſtolochiæ ex aceto trita & impoſita, calx, arſenicum, & Sandaracha. Hæc proficiunt ſatis, ſi protinus à viva corruptã partem reſolvant: quo facto quid coruptum eſt & emortuum, quam primum avellere & radicitus extirpare oportet. Cæterum cogimur aliquando (victis ſcilicet malo medicamentis) malignum carbunculum cauterio actuali extirpare: finis adurendi eſt, dum ex omni parte ſenſus doloris eſt, poſt hæc cruſta ulceribus inducta auxiliis ad id accommodis reſolvenda eſt, ut hoc Emplaſtro.

℞. Farin. hord. frumenti an. ℥iij. decoct. malv. viol. rad. alth. an. q. ſ. butyr. rec. axung. ſuill. liquefact. an. ℥ij F. Emplaſtrum cui ab ebullitione remoto addantur duo ovorum lutea. Poſt Cruſtæ ablationem, locus mundetur & detergatur hoc medicamento.

℞. Terebinth. ℥iii. ſyrup. roſ. ſolut. ℥i. mellis roſ. ℥v. bulliant ſimul q. ſ. & ab igne ablatis addatus ovi luteum, farin. hord. & frumenti, an. ℥vi. M. purus factus locus implentibus medicamentis curari debet. Conſolida major inter duos lapides contrita, divino quodam (ut referunt) miraculo anthracem ſanat, & ex toto intra diem unum interimit. *Petrus Foreſtus. Schol. obſervat.* 11. *libr.* 1. *Obſervat. Chirurg.*

Monialis quædam paſſa eſt Carbunculum in pede malignum & ſævum. Poſt multa fruſtra ab aliis tentata remedia, hanc ita ſanavimus.

℞. Stercor. vaccin. ℔j. aceti ℥iij. ol. roſat.

ſat. ℥iv. croci ℈ß. M. pro Emplaſtr. quod ſingulis tribus horis applicabatur tepidè, hoc mitigatus dolor, extractus calor, remotus tumor, & morbus extirpatus eſt. *Martinus Rulandus, curat.* 85. *cent.* 10.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Carbunculo in Muliere in inferiori labri dextri parte.

AD eam ſecundo die vocatus, venam tundere jubeo è directo partis qua malum infeſtabat, plurimumque ſanguinis detraho, quod & bene habita & ætate florens, & viribus pollens ægra erat loco deinde in quo carbo inſidebat prius ſcariſicato, tale impoſui medicamentum.

℞. Vitel. ovor. numero 2. rutæ virid. & Scabioſ. (à proprietate namque carbonibus prodeſſe omnes volunt) an. Mj. ficuum ſicc. numero 6. fermenti acris, ℥j. piper. ℈j. Piſtentur omnia, & in formam Cataplaſm. reducantur: admoveri jubebam puſtulæ: quod biduo carnem putrem à ſana diduxit. Item hoc altero uſus ſum.

℞. Succor. Symphit. maj. ſcabioſ. & calendul. an. ℥i. theriac. el. & veteris ℈iv. (venenum namque ad ſe trahit) ſal. ℥i. ovi vitell. duo incorporentur ſimul & applicentur. Hoc apud me arcanum eſt, nec me unquam fefellit.

Calendulæ namque ſuccus mira proprietate ad carbones peſtillenteſque bubones valet, ut *Alex. Benedictus* de peſte teſtatur. Eſcharam poro ex adipe ſuillo, butyro loto, farina triticea, cum baſilicone unguento decidere feci.

Poſtea verò amota eſchara, ulcus deterſi hoc unguento.

℞. Succ. Calendul. abſinth. ſcabioſ. & apii, an. ℥i. myrrh. el. rad. Irid. flor. aloes, ſarcocoll. an. ℥i. (vel potius ℥i.) mellis roſac. ℥ij. F. Linimentum. Optimè detergit, & carnem generat. Locis circumjacentibus repellens adhibui.

℞. Unguenti de bolo, ℥vi. omnium ſantal. ℥iß. pulv. myrtill. & roſ. an. ℥ij. ol. roſ. & myrtin. an. ℥iß. aceti roſac. ℥ij. album. ov. num. 1. agitentur ſimul. F. Linimentum, Hiſce integre ſanata fuit, ſed deformis remanſit contorto ore. *Franciſcus Valeriola obſerv.* 3. *lib.* 6.

Tangere ſæpe anthracem in die cum ſapphiro, & tenere ſapphirum ſupra locum an thrace affectum plurimum confert. *Arnoldu Villanovanus, Practic. lib.* 3. *cap.* 22.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Carbunculo Peſtilentiali.

AT virulenta materia tuto & citò ſuppuretur, neceſſarium erit, ut Angeli Salæ emplaſtrum attractivum ruptorium peſtilentiale ſit in promptu, quod ita fit.

℞. Gummi Sagapen. ammoniac. Galban. an. ℥iij. terebinth. coctæ, ceræ virgin. an. ℥ivß. magnetis arſenical. ſubtil. pulver. ℥i. rad. aronis pulv. ℥i. gummi depurentur cum aceto Scyllitico & ad conſiſtentiam emplaſtri coquantur; & poſtea ponderentur; deinde cum rebus aliis F. S. A. Emplaſtr. quod excellentiſſimum & ſpecificum eſt ad extrahendum virus peſtiferum ex profunditate ad extra, præcavendo ne viciſſim ad interiora regurgitet, & cor ipſum ſuffocet, ut credam inter omnia topica ſimile remedium non inveniri.

Hoc emplaſtro Carbunculus obducatur quod paucis horis venenum extrahet. Præparatio magnetis arſenicalis antea dicti talis eſt.

℞. Arſenic. cryſtalin. ſulphur. vivi, antimon. crudi. an. part. æq. hæc tria in mortario ferreo pul. dein in vaſe fortiſſimo vitreo ponantur ad ignem arenæ, donec vitrum optimè incaleſcat, & prædicta ſolvantur, atque liquentur inſtar picis; quod obſervabitur, quando filum quoddam immittatur ad fundum, quod extractum poſtea inſtar tereb. trahetur, ubi ſatis coctum erit. Poſtea remove vitrum ab igne, & ubi refrigeratum eſt, rumpe, & ſubtiliter petram iſtam rubicundam, quam invenis, pulveriſa, quam ad uſum ſerva ut ſupra. *Greg.*

Hor-

Horſtius, obſervatio 32. lib. 7.

SECTIO XXII.

Pro Cardialgia cum impedimento veluti bolo in faucibus.

QUidam fœminæ, de dolore ſtomachi cum nauſea, ac difficultate aliqua deglutiendi, ac ſi buccella in faucibus hæreret, jam longo tempore conquerenti, cum ſæpe varia ac inter reliqua etiam vomitoria exhibita, nihil affeciſſent, illaque unicè vomere cuperet, & adhuc robuſta eſſet, dedi aquam deſtillatam ex nucibus viridibus, cum raphano prius in aceto maceratis, qua alias vomitum movere ſolutus eram ſed in illa nihil effecerat, itaque addidi vini albi, in cujus ℥ij. ſtibii vitreati pulv. gr. iij. macerata per noctem fuerant, ℥iß. ut biberet, quo facto copioſiſſimam materiam quinquies evomuit, & poſtea ab ejuſmodi cardialgia & impedimento in faucibus, penitus liberata eſt. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 438.*

Matrona quædam honeſta ac pia, cum ultra annos duos de dolore ventriculi conqueſta fuiſſet, nec ullis remediis ventriculum roborantibus, aut per inferiora purgantibus ſanari potuiſſet: tandemque ex conſilio Medici cujuſdam celeberrimi, vomitivum accepiſſet, fruſtum corii laridi fumo exſiccati, quod ante duos annos in opinanter cum difficultate tamen deglutierat, maxima cum admiratione adſtantium evomuit, & brevi pleniſſimè convaluit utinam ſemper cauſæ morborum tam facilè debellari poſſent. *Guil. Fabritius Hildarus. obſervatio 33. cent. 4.*

Filiolus meus Cardialgia ſeu paſſione cardiaca, infantibus familiari malo, affligebatur; illi ſecretum experimentum noſtrum magno cum fructu applicatum eſt.

Mucago. ſem. Cydonior. miſceatur cum pingued. Gallinæ, atque hoc linimento ter in die ungatur orificium ſtomachi, deorſum verſus coſtas ſpurias. In pleriſque ſequitur hanc unctionem dejectio excrementorum virеſcentium & fœtidorum qua Cardialgia ceſſat. *Hier. Reuſnerus, obſerv. 71.*

Quidam Cardialgia laborans; inſumpto ſequenti hauſtulo, ſtatim ſanus factus eſt, nam multo acres, mordaces, & virulentos humores, qui juxta os ventriculi obhærebant, vomitu projiciebat.

℞. Aq. benedict. noſtr. ℥iß. vini abſinth. ℥iß. M. F. hauſtulus, quo ſolo ſanitatem recuperavit. *Martinus Rulandus, curat. 50. cent. 5.*

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

De Carie Oſſium.

CAries Græce τηρηδών, eſt ſolutionis continui in oſſe ſpecies ab eroſione facta. Cauſa eſt humor acris & erodens.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Carie oſſium, ubi de Euphorbii uſu.

IN Ulcerum curatione nihil fermè occurrit quod Chirurgo majorem pariat moleſtiam, atque plus negotii faceſſat, quàm ſi ulcus cariem in oſſe ſibi adjunctam habeat, præcipue ſi profunda fuerit; propter humorem oſſi imbutum, ad hujus autem humoris exſiccationem & oſſis decidentiam tum ab antiquis, tum neotericis. Medicis, ac Chirurgis præſtantius cauterio actuali nihil excogitatum eſt, quo & ego non rarò maximo cum fructu, uſus ſum. Poſt cauterium actuale euphorbium hoc in caſu ſecundum ſibi locum vindicare facilè concedo quandoquidem non ſolum quia acre eſt & calidum in quarto gradu, humores oſſi imbutos exſiccat ſed videtur occulta quadam facultate hic convenire, non immeritò itaque à *Dioſcoride, Avic.* & recentioribus Medicis in carioſis oſſibus præ aliis medicamentis celebratur. Ego etſi hactenus in carioſis oſſibus euphorbio maximo cum fructu uſus ſui; una tamen mihi occurrit difficultas, nimirum an verum euphorbium, cuius *Dioſcor.* mentionem facit;

ho-

hodie ad nos advehatur? Scribunt enim *Dioscor.* & *Avic.* beneficio euphorbii cariem uno die abscedere, id quod nostrum vix spatio 40. dierum præstat, neque proximam carnem adurit, quemadmodum *Dioscor.* & *Avic.* de suo euphorbio scribunt. Hinc verisimile est, aut textum *Dioscor.* adulteratum esse, aut euphorbium antiquorum apud nos non extare. Cæterum *Dioscor.* & *Avic.* monent, ut si quando quis euphorbio uti voluerit, propter ejus summam acrediem atque caliditatem, ossium circumjacentem carnem linimentis aut ceratis diligenter ac probè communiat, ne contactu carnis inflammationem excitet.

Vesalius in sua Chirurgia, & *Fallop.* in tractatu de ulceribus non minus hac de re solliciti sunt. Hinc factum ut à multis annis Euphorbio uti non ausus fuerim propter metum inflammationis aut doloris; deinde non exiguà erat molestia, circumjacentem carnem, quotiescunque ulcus curare necesse fuit, ita diligenter munire. Paulatim tamen experientia, contrarium me docuit, nimirum Euphorbium nostrum etsi linguam & nares vehementer vellicet, in ulceribus tamen etiamsi copiosè iis inspergatur nullam inflammationem aut dolorem excitare; fœlici itaque cum successu in ossa cariosa carne denudata, etiam imminutis ulcerum labris, quotidie aut alternis diebus eò insperso utor. Ante aliquot annos cum hæc coram Dom. *Abele Rescio* Medico doctissimo narrarem, miratus fuit. Quapropter petii, utile ipsemet Euphorbium ex officina pharmaceutica sibi eligeret, & in pulverem redigi curaret, quo facto puerum 14. annorum natum, & ulcere in anteriore parte cruris (in quo anterior pars ossis tibiæ longitudine spithamæ denudata erat) laborantem accessimus, tum temporis ulcus implevi pulvere Euphorbii, deinde filamentis siccis & emplastro diapalmatis superimpositis; in alterum usque diem reliqui, quo denuo Medicum ad ægrum duxi, qui dum nullam, neque pulsus neque urinæ mutationem perciperet, multo minus dolorem aut inflammationem aliquam adesse videret, rei novitate obstupuit, quod oculari demonstratione viderit, Euphorbii sævitiam atque acrimoniam in ulceribus tantam non esse, sicuti à doctissimis Medicis divulgatum atque proclamatum. *Guil. Fabritius Hildanus, obser. 92. cent. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Carie ossis cum ulcere.

PUer 15. annorum vlcus habebat vetustum in metapedio, quod a perito Chirurgo per annum integrum curari non potuit, alter Chirurgus junior, qui postmodum æger commissus fuit, dilatato ulcere cariem percipit, pulverem Catagmaticum imponit ad tollendam cariem, sed frustra. Postea oleum Sulphuris, admovet, & frustra, postea me consulit, jubeo imponi prima applicatione pulverem Euphorbii cum plumaceolo ex linteolo detrito facto, multæ educuntur exiguæ ossium Squillæ Secundo die Plumaceolum nudum admovet, tertio die eundem pulverem denuo applicat, & plures iterum Squillæ egressæ sunt, ut deinde os mundum & à carie repurgatum apparuerit, atque ulcus post modum intra breve tempus curatum fuerit. *Lazarus Riverius. observ. 76. cent. 2.*

Ossibus carioſis mandibularum ut ignis & ferrum, item oleum vitrioli, & aqua fortis adhibeantur, non suadeo, idque propter gravissimas causas; sed inspergantur pulveres radic. Aristoloch. rot. Irid. flor. angelic. thuris, corticum pini & similium, quæ separationem ossium carioſorum accelerant, aut miscentur cum succis prædictis & melle rosac. ad formam linimenti, quod si mandibula aliquo loco extra os deandata fuerit, applicarem pulverem Euphorbii quod mirandas habet proprietates in hoc casu. Ulceribus tamen in ipso ore existentibus; quia inde ad linguam & fauces facilè pervenire potest, ut inspergatur non suadeo. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 21. cent. 4.*

Commendatur in hoc affectu *Benedicti Bola-*

Bolognini, unguentum ex agarico in hunc modum.

℞. Salis, agaric. tartar. an. pt. æq. f. pulvis & cum melle unguentum. Si ita non posſit os deſquammari, carieſque tolli, ferrum candens (quod quamvis ipſa bile amarius videatur medicamentum, ipſo tamen ſanguine dulcius ob commodum quod inſequitur exiſtit) ſine cunctatione adhibendum. Extremis namque morbis extrema ſecundum *Hippocr.* appropriata conveniunt remedia. *Matthias Glandorp. cap.* 25. *lib. de Paronychia.*

SECTIO XXIV.

De Carie Gallica.

CAries Gallica ulcus eſt in pudendo malignum, ex fœdo concubitu contractum.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Carie Gallica in pudendo.

℞. AQ. plantag. ℥v. pulv. Squammæ aris aduſtæ & lotæ ℥i. M. F. injectiones in virgam per Syringam tepidè. Hoc medicamentum facultatem habet exſiccandi ſine morſu, eo melius habere cepit, & cum minore dolore & ardore mingebat, quia tamen perſeverabat ſanies & ardoris ſenſus, recurrimus ad præcipitatum quod omnium medicamentorum optimum pro ſananda carie-gallica jure merito cenſeri debet, & ut moderatius fieret medicamentum, cum butyro recenti miſcuimus in hanc formam.

℞. Præcipitati correcti & præpar. ℥ſ. butyr. rec. ℥i. M. quo intingebat linteolum anguſtum & ſtylo obvolutum intra virgam mittebat, & ad partem affectam applicabat, extrahendo ſtylum & relinquendo linteolum, ita tamen ut pars linteoli foras penderet ut extraheretur. *Roderic. à Fonſeca. Tom.* 5. *Conſult.* 35.

Fernelius deſcribit aquam mirabilem, ad cariem maligam, quam vocat divinam. Fit ita.

℞. Sublimati opt. gr. xii. aqu. plantag. ℥vi. ſeeoque ſupra cineres calidos in phiala vitrea ad dimidias. Hoc liquore ſtyli acumen illinatur, ut poſtmodum attingantur ulcera bis vel ter inde ſuprapoſito ungento de tutia. *Rodericus à Fonſeca. Tom.* 1. *Conſult.* 59.

Vidi quendam patientem Carolos (i Cariem) in virga; accepi lac mulieris tepidum & ablui membrum & ſanatus eſt, aliquando etiam curavi ulcera virgæ cum ſucco millefolii, & aliquando cum ſucco ſummitatum Sambuci, pulvis carici ligni multum etiam prodeſt, maximè verò ſalicis. Ego *Marcellus* curavi multos patientes Carolos & ulcera virgæ cum tumefactione præputii, & dolore vehementiſſimo, primò facta purgatione, & diæta, & defenſivo ſuprapoſito, & cum oleo roſato ungendo. Cum Syringa injicio intra præputium lac vaccæ, capræ, vel ſi habeam, mulieris ab uberibus mulſtum, tepidum. *Marcellus Cumanus, obſerv.* 20. & 21.

In hoſpitali *Piſaurenſi* mulier quadam carnoſam quandam excreſentiam ab inguinibus naſcentem, pondere ferè viginti quinque librarum, patiebatur: quæ non minus illi inter crura pendebat, ac ramex inteſtinalis, qui viris ſæpe evenire contingit, & facci inſtar inter crura pendet. Hæc cùm à me viſa eſſet, paucis interjectis diebus diem ſuum obiit; quam illicò, convocatis undique Medicis & Chirurgis, diſſecuimus, & prominentem carnoſitatem dictam per medium ſcivimus; in qua nec inteſtina aſſervabantur, ut nonnulli putabant; nec intus uterus continebatur, ut alii credebant; ſed nec in ea aquoſitas aliqua erat: ſed tota ipſa caro, pendula erat, alba, pituitoſa, uberis carnem præ ſe ferens. Intra annum pendula hæc admirandam magnitudinem accepit. Hujus jecur ita magnum & craſſum videbatur, ut ſex æquaret libras, nulla in eo diviſione conſpecta. *Amatus Luſitanus, curat.* 88. *cent.* 5.

SECTIO VIGESIMA QUINTA.

Pro Carne ſuperflua.

EGo uti ſoleo linamentis excerptis ita paratis.

℞ Aq. plantag. roſ. Solan. an. ℥iv. opii. ℈. medull. panis, ℥ii. Marcurii ſublimat.

℈.

℈iv. sublimatum supra porphyritem teratur: deinde M. & bulliant ad medietatis consumptionem, & colentur per pannum crassiusculum. Fila excerpta bulliant aliquandiu in hoc liquore, postea eximantur, exprimantur, siccentur ac serventur ad usum. Seplasiarii nostri in officinis ad manus habent alumen ustum quod optimum est, Squammam æris, æruginem æris, pulverem Hermodactylorum, pulverem Asphodelorum, præcipitatum omnium optimum, quia agit sine dolore. Ex compositis unguentum Ægyptiacum, Apostolorum & isidis, quæ omnia carnes superfluas exedere solent. *Gabriel Fallopius, cap. 18. Tract. de Ulceribus.*

SECTIO VIGESIMA SEXTA.

De Carne Latris ablata, & restituta.

ABitinere *Brasilienſi* ad nos redux Chirurgus haud vulgaris experientiæ; & jussu regio à nobis examinatus, sancta fide asseveravit, ictu tormenti ablatam esse, nauclero in navi, qua vehebatur, magnam carnis portionem in sinistro hypochondrio, ut hiatu manifesto viscera interiora illæsa paterent; se verò carne vervecina, quæ fortè ad manus erat, læsum locum repleviſſe, & hac Chirurgia Sanitati hominem restituisse. *Thomas Bartholinus. Hist. 53. cent. 6.*

SECTIO VIGESIMA SEPTIMA.

De Carunculis in meatu urinario.

QUi Gonorrhæa laborant ulcera patiuntur in meatu urinario, quæ si negligenter tractentur, carumcula, seu excrescentia quædam carnea ex iis exuit, difficultatem inferens urinæ. Dignoscitur malum, quod tenuem Urinæ cursum effici, nec ut in sanis urina pleno foramine ac fluore prorumpit, sed quodamquasi filo, exit, adhæc dolor inmictionis finem crudelius quam dum urina profluit discutiat Exploratur etiam Cathetere immisso.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Carunculis in collo vesicæ.

℞. VIridis æris, auripigmenti, vitrioli, alumin. roch. an. ℥ii. omnia hæc aceto acerrimo pertusa inter duos porphyrites lapides, quàm accuratissimè ducantur, in lævoremque tenuissimum reddantur, & soli æstivali exponantur. Hæc rursus sic exsiccata aceto affuso ducenda sunt & læviganda solique exponenda, quousque pulvis subtilissimus evadat, & ab iis omnis prorsus acrimonia extincta sit, quod opus 8. dierum spatio conficies, hoc parato pulvere.

℞. Ol. rosac. ℥iv. Litharg. ℥ij. ad ignem s. coctura quousque Emplastri acquirat consistentiam, tunc ab igne depositio, adde prædicti pulveris. ℥ij. & spatula M. & ad ignem omnia tractato, quousque medicamentum duriusculum evadat, ita ut si candelæ cereæ vel plumbeæ virgulæ hæreat, non diffluat etiamsi digniis tractetur. Hoc enim Emplastrum hujus Lernæi & Herculei morbi clava existit, quod hymnis multis & laudibus variis decantari meretur. Nec solum huic morbo prodest, sed varios alios arcet & explodit, nam polipos unicè curat, & extuberantes carnes in aurium meatibus & aliis locis repertas unicè extirpat & resecat.

Præter hoc emplastrum cereæ candelæ numero 20. in promptu erant, quæ ex alba cera paucula resina terebinthina adjecta parabantur longitudinis 12. digitorum transversorum, crassitudinis verò prout nobis meatus urinarius ferre videbatur. Nec minus ex plumbo, 3. vel 4. plumbeas virgulas paratas habuimus, quibus quando carunculæ refractariæ & difficiles sunt, candelarum vice utimur: iis sic in ordinem dispositis candelam ceream unam vel alteram per circuitum excavatam eo modo quo fusi in cuspide, ne fila decidant excavari soleat ex prædicto Emplastro inunctam per urinarium meatum ægrotante optimè sedente immittimus, ac per 6. vel 8. dies singulis diebus unam vel alteram ut decet innovatam candelam continuò æger in urinario meatu insertam habeat, neque absque ea nisi meiendi tempore agat ne-

cesse

cesse est. Septimo die in ægroto nostro caruncolas defeciſſe manifestiſſimè deprehendimus ex his ſignis : primò quod candela jam facile penetrabat. Secundò ex multitudine caruncularum putridarum extra emiſſarum & humoris purulenti effluëtis. Tertiò ex urinæ expedita ejaculatione : extirpatis igitur ac ex toto eradicatis caruncolis per 8. ſequentes dies nihil per Siphonem injecimus, ſola candela craſſiuſcula ſicca abſque alicujus rei inunctione immiſſa contenti. Nam etſi caruncolo extirpatę ſint, non tamen ex toto portiunculæ quæ Emplaſtrum ſubterfugiunt, brevi illo tempore reponi potuerunt, ſed ut magis exactè excernantur longiori indigent tempore; quas ad fundum veſicæ non ſine ulcerum vellicatione & ægrotantis detrimento, ſi per Syphonem quid injecerimus, retrocedere faciemus, reliquis igitur 7. diebus urinarium meatum per candelam ceream craſſiuſculam patefactum ſervavimus, per quem urina abſtergendi exſiccandique vim habens libere & expedite exeat ſecum caruncularum reliquias nonnullas excernens. Quod unum hac in curatione tanquam præcipuum adnotandum decrevi. Elapſo igitur hoc tempore quo & caruncularum & craſſioris puris effluxus ceſſavit, ad nonnullorum liquidorum abſtergendi vires habentium injectionem per Syphonem devenimus in hunc modum.

℞. Hordei integr. pii. rad. ariſtol. rot. ℥iß. fol. plantag p. j. f. decoctio in aq. ℔ij. ad medias. Colaturæ adde mell. roſac. collatitii ℥ij. M. & cum Syphone per fiſtulam urinariam injice bis vel ter in die, & virgulam plumbeam aut candelam ceream remittat. Hoc decocto abſterſorio nos utimur continuò & in noſtro hoc ægrotante intra 6. dies opus peregit, quod ſi fortiori opus fuerit, ad aquam Lanfranci viridem pro ulceribus exactè abſtergentis pervenimus; quæ ita habet.

℞. Alumin. roch. virid. æris an. ℥ß. auripigmenti. ℥i. f. decoctio in aq. fontis vel plantag. ℔ij. quouſque ℔ß. abſumatur; per ſaccum laneum coletur. Hanc aquam camphora ſalteratam per Syphonem in meatum injicimus, deinde poſt plures elapſos dies hoc cicatrizans medicamentum injicimus.

℞. Ceruſſ. ℥i. alum. roch. lithargyr. an. ℥ij. F. decoctio in aq. caudæ equinæ. ℔ij. ad medias, colatura per manicam laneam trajecta injiciatur. Iis medicamentis hic vir intra menſem ex toto ſanus evaſit. Si autem aliquando dolor ſuperveniat, urinarius meatus colluatur lacte aut aqua roſacea camphora admixta, aut decocto ſem. lini & fœnugræci, quod ſi acerrimus dolor ſit, ut eum æger pati nequeat, ad opii unum aut alterum granum devenimus diſſolutum in aqua roſ. *Amatus Luſitanus, cent. 4. curat. 19.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Caruncolis in meatu urinario.

POſt celebratas univerſales evacuationes, partes urinæ famulantes fomentis, balneis, ac unguentis relaxantibus fotæ ſunt, deinde ad opus Chirurgicum acceſſimus hoc modo. Candelas cereas albas quibus parum terebinthinæ immixtum erat, paratas habebat Chirurgus longitudinis 12. digitorum tranſverſorum, craſſitudinis verò prout meatus urinarius ferre poſſe videbatur. Eas Chirurgus ſequenti unguento oblinebat & bis in die inponebat, unguentum illud erat ex lib. 1. pag. 20. *De ſecretis Alexii Pademontani* ad ulcus ſanandum carnoſum etiamſi fuerit inveteratum, cujus hæc erat deſcriptio.

℞. Faces ex melle deſtillato, vel his deficientibus ſumito mellis ad juſtam craſſitudinem cocti. Deinde ponito in ollam ad cremandum vel vitrarii fornace, donec auri calorem aſſumat, hæc materia valet ad omnes plagas, nam carnem putridam atque mortuam conſumit, poſtea mundificat, & abſque ullo dolore perſanat.

℞. Hujus pulveris ℥i. ſtercoris canin. ℥ij. tartar. alb. ℥ß. Sacchar. albiſs. aluminis uſti, tutiæ an. ℥i. terantur omnia atque cribentur. Deinde.

℞. Fol. olivæ rec. contund. in mortario lapideo optimè, adijciendo parum vini albi, poſtea benè expreſſio ſucco, addatur tantundem ſucci plantag. ponanturque ad ignem infundendo pa-

tim prędictos pulveres & continuò miſcendo, poſtremò parum ceræ viridis adjungatur & parum mellis roſac. f. unguentum molle atque in uſum ſervetur. Eſt autem valde pretioſum ad carnem conſumendam conſiſtentem præſertim in locis valde ſenſibilibus, quæ fortia medicamenta reſpuunt propter dolorem. Modus verò utendi eſt hujuſmodi. Syringa parva vino albo impleatur in quo roſæ ſiccæ & fol. plantag. cocta, deinde parum lactis muliebris vel caprini adjectum fuerit, ponatur in virgam quæ vino optimè lavetur, deinde candelam ceream parvam ſumito, & in ejus mucrone prædicti unguenti parum affigito atque ſic in virgam immittito quouſque ulcus pertingat, & unguentum ibi relinquat, hoc bis in die faciendum, manè ſcilicet & veſperi, & ſic admirabilem effectum videre licebit: nam paucis diebus abſque ullo periculo æger ſanabitur. Hoc tamen non juvante uſi ſumus experimento *Amati Luſitani* deſcripto *cent.* 4. *curat.* 19. quo feliciter curatus fuit æger noſter. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 10. *lib.* 25. *De Veſicæ Morbis.*

Sequentia remedia tranſcripta ſunt in camera computorum *Monſpelienſi*, quibus *Geofroy Giennatus* curatum Carolum IX. Galliarum Regem anno 1584. & donatus fuit duobus milibus aureorum.

Primò ℞. Caſſiæ rec. extract. ℥ß. ſucci liquir. ℥i. el. de ſucco roſ. ℥ii. ad lupur. ℥iv. f. potio exhibenda manè. Poſtea per 10. dies bibat ſequentis decocto ℥viii. tepidas.

℞. Rad. liquir. raſ. altheæ, ſebeſt. paſſul. an. M. i. ſem. altheæ, malv. apii, petroſel. an. ℥ß. ad font. ℔ii. bulliant ad medias, de qua ſumat ℥viii. per x. dies præcedente potione vel bolo ex caſſia.

Modus primum unguentum conficiendi.

℞. Ol. roſac. ℔. i. ceruſſ. Venet. ℥iv. camphuræ ℥ß. tutiæ aqua roſ. præp. ℥ß. litharg. aur. præp. ℥iii. antimon. opt. pulver. ℥iß. opii, thur. maſculi, maſtich. aloes hepatic. an. ℈i. M. omnia, & in pyxide plumbea ſerventur.

Modus ſecundum unguentum parandi ad conſolidandum.

℞. Unguenti roſ. Gal. rec. parati & loti aq. roſ. ung alb. Rhaſis camphorati, an. ℥i. pomatæ finæ ſpeciebus paratæ ℥ß. M. ſimul, & in pyxide plumbeam reponantur ad uſum.

In applicatione unguenti ſic tegere.

℞. Candelam tenuiſſ. ex cera alba, tela vetuſtiſſima & tenuiſſima involutam. Ut autem appareat locus carnoſitatis.

R. Candelam prædicta craſſiorem ol. amygdal. d. illitam, & in virgæ canalem intromittatur. Quòd ſi obſtaculum appareat, impediens ne candela poſſit ulteriùs progredi, nota locum in candela, & menſura longitudinem candelæ intrantis; deinde involve candelam linteolo, eamque illine in extremitate unguento, & tunc immitte candelam in virgam, quouſque carnoſitatem attingat. Quod ſi duplex carnoſitas appareat, tunc ita primum unguentum aptandum, ut utramque attingat, continuando per 15. 18. aut 20. dies juxta mali magnitudinem, & prout carnoſitas videbitur aperiri, ac in pus diſſolvi. Cùm autem videbis urinam liberè & facilè reddi, pauco pure turbatam, tunc oportebit primum unguentum griſeum à candela tollere, ſed illines candelam totam ſecundo unguento, continuando 8. aut 10. dies, quouſque pus non ampliùs effluat cum candela, nec ullus dolor inter meiendum percipiatur, quo tempore abſtinendum erit à remediis. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 14. *cent.* 2.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Caruncul is urinam ſupprimentibus.

CAruncula, quia pepaſmi expers eſt, ſi impedimentum fecerit, conſumi debet, abſtergi ulcus & claudi, ne moriatur æger (inquit *Hollerius*) cogimur carunculam illam abſumere & rumpere: remedio carunculis eſt oleum cucumeris aſinini remixtum cum unguento roſato, cui pauca grana ſublimati vel præcipitati adduntur; candela cerea immittetur docta manu; vel hæc adduntur unguento de tutia: quidam 30. ferè annis ita laboraverat, urina ſemper tenui filo fluente, his recreatus fuit. *Ioh. Heurnius ad Aphor. Hippocr.* 82. *Sect.* 4.

Pro caruncula in meatu urinario inter

alia unum familiare habeo ſecretum, arſenicum nimirum, quo utor hoc modo. Emollio optimè ipſum ſuper lapide pictorio cum ſucco limonum, poſtea ſoli, donec ſiccetur, expono, deinde ipſum diluo aceto ſtillatitio, & iterum ſub ſole ſicco, & hoc quater facio. Ultima vice abluo aq. roſac. deinde cum aliquo cerato miſceo ut cum diapalma vel diachylone, vel cum ol. roſ. & cera, & facio Emplaſtrum pro ratione duritici caruncul æ, & minimam portiunculam hujus medicamenti pono in extremitate candelæ & quotidie ſemel aut bis in meatum urinarium fœliciſſimè intromitto. *Gabriel Fallopius. lib. De Tumoribus cap.* 38.

Caruncul am meatus urinarii certiſſimo experimento in pluribus ſuſtulit *Antonius Fuchſius* Medicus *Norimbergenſis*, oleum ſuccini cum vitello ovi mixtum applicabat candela cerea, & meatui immittebat, ſecurum ſanè remedium, & reliquis omnibus præferendum, ſi reſpondeat eventus. *Hieronymus Reuſnerus. obſerv.* 91.

SECTIO XXVIII.

De Caro.

CArus Græcè Κάρος à toto capite nomen habet, Κάρη enim caput dicitur. Definitur quod ſit ſopor longus profundus & inexpugnabilis cum ſenſus & motus & imaginationis ablatione, ſervata tamen ſpirandi libertate, In hoc affectu læditur cerebrum ſecundùm partem anteriorem, & magis ſecundùm ventriculos quàm ſecundùm ſubſtantiam. Cauſa eſt ſpirituum animalium in organa ſenſus & motus prohibitum exercitium ob anguſtiam meatuum cerebri. Arctantur vero cerebri ſinus multis de cauſis; primo ob confidentiam, cùm nimirum vi morbi animales ſpiritus exhauriuntur, quod non ſine calamitoſa vi evenire ſolet, attrocitati etiam dolorum atcribitur per morbos acutos, quorum potentia disjectis ſpiritibus conjectaria infertur ſinus conniventia. Secundò ob obſtructionem ab humore pituitoſo frigido & craſſo. Tertiò ob compreſſionem ab ictu vehementi, & importuna cranii perforatione: fit etiam Carus arteriis Carotidibus & muſculis temporalibus affectis, ſæpe quoque ex intus genitis malignis humoribus in malignis febribus accidit, à vaporibus etiam ex inteſtinis à vermibus elevatis, ut & ex utero, oritur. Diſtinguitur Carus (quem Latini ſaporem, Arabes *Subeth* vocant) à Lethargo, quod conſectarius ſit vehementiori parti, at febris Lethargo conſectaria fit. Præterea Lethargici, ſi ſtimulentur à ſomno excitantur, excitati reſpondent, contra Carotici quantumvis pungantur, aut non excitantur aut nihil reſpondent. Ab apoplexia differt, quòd illæſa ſit reſpiratio, in apoplexia autem ſemper lædatur. Diſcriminatur ab Epilepſia quod nullus adſit motus nec ſpuma in ore unquam appareat; à Syncope verò quod pulſus magnus & validus ſit, & color quandoque floridus, quum in Syncope ſit pulſus languidus & facies cadaveroſa. Diſtinguitur etiam ab uteri ſuffocatione, quod præfocatæ mulieres intelligunt, recordantur, & ſine omni reſpiratione ſubſiſtunt, in Caroticis contrario modo ſe habet.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Caro in quinquagenario.

QUia conatus aderat vomendi vomitorium illi ſequens exhibui.

℞. Syrup. accetoſ. ſimpl. oxymel. ſimpl. ole amygd. d. an. ℥i. aqu. nucum & raphani an. ℥ii. bibit & multum pituitæ vomuit.

Tempora iungere juſſi ſequentibus oleis.

℞. Ol. nuc. moſch. ℥iß. ol. ſalv. majoran. an. gutt. iii. M.

Hiſce factis cum jam eſſet veſtimentis exutus & in lectum poſitus, admonui de Clyſmate verùm cum nollet uxor admittere: ſuppoſitorium hoc illi imperavi.

℞. Mell. q. ſ. pro duobus ſuppoſitoriis coquatur addendo Salis ℥i. rad. pyrethi, tronch. alhand. an. ℥ß. f. 2. ſuppoſitoria; quorum unum mox indatur, aliud ſub veſperam.

Naribus intruſi pennam ſucco ſequenti intinctam.

℞. Succ. rutæ majoran. an. ℥i. caſtor. ℈ß aceti ℥i. M. utatur frequenter.

Ad materiam à capite revellendam, non me-

metuens illius prolapſum in nervos, modo à cerebro deſcenderet (ſatius enim duxi paralyſin ſequi quàm apoplexiam in quam facilè abire potuiſſet) ſpinam dorſi inunxi ſequenti linimento.

℞. Ol. de caſtor. de Euphorb. & de piperib. an. ℥ii. ol. coſtini. ℥ß. ceræ parum, f. linimentum. Cùm alto ſopore premeretur & continuo, conceſſerunt tandem ut hic Clyſter injceretur.

℞. Rad. Irid. rec. ℥ii. enul. angelic. an. ℥ß. galang. ℥ii. fol. Salv. rutæ, beton. origan. an. Mi. flor. anthos. ſtœcad. primulæ veris, an. pl. Bacc. Lauri ℥ß. Sem. erucæ, Sinapi, an. ℥ii. ſem. fœnic. ℥iii. agar. ℥ß. rad. eſulæ ℥ii. furfur. pi. f. decoctio. in colat. ibi. diſſolv. Succ. rutæ ℥ß. ſucc. mercurial. ℥i. bened. Laxat. hier. Logad. an. ℥ii. caſtor. troch. alhand. an. ℥ß. mell. anthos ol. rutac. an. ℥i. Sal. gemmæ ℥i. f. Clyſter.

Alternis diebus uno Clyſtere, altero ſuppoſitorio utebatur: quibus adhibitis commovebatur; nam aliàs ſemper niſi excitaretur, dormiebat: excitatus, juſcula in os infuſa, deglutiebat, nec cibum nec potum aliàs expetebat. Veſicatorium nuchæ appoſuiſſem, ſed non concedebat uxor: ideò cucurbitulas 6. cum ſcarificatione, collo, humoris, & ſcapulis affixi. Interim ſpinam in dies inungebat, & ſequens aqua illi aliquoties cum cochleari infundebatur.

℞. Aq. Lilii Convall. roſmar. Cinam. an. ℥i. pulv. pliris arch. dianth. an. ℥ß. caſtor. ℈ß. ol. majoran. gutt. ii. agitentur, capiat cochlear unum vel 2. Diebus aliquot elapſis, ut materia a capite deturbaretur, cum per os melius res admitteret, ordinavi potionem ſequentem.

℞. Tabell. diacartham. ℥ii. diagnidii, gr. vi. Syrup. roſat. ſolut. ℥i. aq. Cinam. q. ſ. f. parva potio. Purgatus hoc medicamento, cœpit minus torpore premi, meliuſque quæ offerebentur admittere, adſtantesque cognoſcere, quare mox iterum hoc modo illum per vices purgavi.

℞. Rad. Ireos ℥ß. rad. angelic. imperator. galang. an. ℥ii. fol. major. falv. ſpicæ celt. beton. an. Mi. flor. anthos. ſtœcad. an. p. i. ſem. fœnicul. ℥ii. carvi ℥i. fol. Sen. ℥iß. ſem. cartham. ℥i. F. decoctio in colat. ibi. calente adhuc infunde turbinth. ℥iii. agar. ℥ß. zinzib. ℥i. ſal. gemmæ ℥ß. ſtent per noctem. F. expreſſio, diſſolve ſacchar. q. ſ. F. potio pro tribus parvis doſibus, aromat. cinamom. ℥ii. bibit per triduum & bene purgatus fuit.

Cucupham capiti appoſui.

℞. Rad. reos. angelic. an. ℥ii. fol. majoran. flor. anthos. ſtœchad. lavend. an. ℥i. ſem. coriandr. ℥ß. nuc. moſch. ℥ii. ſtirac. calamit. ℥iii. F. pulvis, inſuatur pileolo nocturno.

Cum Jam os colluere poſſet, gargariſmum hunc præſcripſi.

℞. Rad. Pyrethri. ℥i. Angelic. ℥ß. rad. Ireos rec. ℥ii. ſem. Staphyſagr. ℥ii. fol. ſalv. roſmar. an. mi. nuc. moſch. ℥iii. cariophyll. ℥ii. piper. ℥ß. coq. in vini menſura i. pro caput purgatio.

Comedebat etiam manè tabell. dianthos, gutta. ol. cinam. ſingulis tabellis prius affuſa.

Cum in melius omnia vergerent, & jam ſedere poſſet, denuo illum purgavi pilulis quas jam deglutiret poterat.

℞. Pil. coch. & aurear. an. ℈i. cum aq. Salviæ, F. pilulæ. Egregiè hoc medicamento purgatus eſt. Videbanturque jam omnia in declinatione eſſe, verùm ſubitò in convulſione incidit: quas tamen, etſi omnes eum deploratum cenſerent, non lethales, nec aliquid mali portendere, dixi, materiam enim à cerebro in nervorum principium deſcendiſſe, & cùm acris fuerit, convulſiones potius quàm paralyſin excitaſſe. Pulſibus ſequens applicui.

℞. Aq. roſ. ℥ii. aceti roſac. ℥ß. cariophyll. ℥ß. ſpec. cordial. ℥i. M. irrorati panni applicentur. Julepo quoque ſequenti uſus eſt.

℞. Julep. roſac. ℥iß. aqu. cinamom. ℥i. aqu. borrag. bugl. pœon. Lil. conval. aqu. epilep. compoſ. an. ℥ß. manus Chriſt. ℥vi. M. capiat frequenter.

Alterum paroxiſmum habuit, ſed pergens in uſu Julepi, denuoque purgatus, exhibitis etiam iis quæ Epilepſiæ reſiſtunt, convulſiones non amplius ſupervenerunt, & benè deinceps ſe habuit; hac ratione reſtitutus Carus ab eo tempore nunquam amplius illum invaſit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 1. pag. 7.*

SECTIO XXIX.

De Caſtorii mira vi.

NOta vis Caſtorii in hiſtericis affectibus & pellendo fœtu. Singularis alia innotuit mercatoribus noſtris in Inſulis *Ferroenſibus* Sereniſſ. Regi *Danarum* ſubjectis. Noxium Cetæ genus à navigiis ſuis ut arceant piſcatores *Ferroenſes*, injecto caſtorio aquam marinam inficiunt, quæ turbata dictum factum, quaſi caſtorium averſaretur, Cete fundum petit. Eadem vis & homines apta eſt profundo maris ſubmergere. Egregius Urinator quidam in iiſdem Inſulis Caſtorium fortè ſecum portans navigio ad res ſuas curandas ſe commiſit. Naufragium mox paſſus cum ſociis, præter expectationem, ſubito abyſſum maris petit, alias natare doctiſſimus; reliquis comitibus ſalvis, ſine caſtorio navigantibus, ut fortiſſimam pellendi vim habere videatur. Bona fide mihi hæc retulit ampliſs. urbis noſtræ conſul *Chriſtoph. Johannæus* iſtarum Inſularum peritiſſimus. *Thomas Bartholinus*, *hiſt.* 17. *cent.* 2.

SECTIO XXX.

De Caſu.

CAſus Græcè πτῶσις, ubi corpus ob gravitatem ab altiori loco deorſum cadit & collabitur. Cauſæ ſunt improvidentia, imbecilitas potentiæ loco motivæ & ſpirituum in cerebro perturbatio. Procatarcticæ ſeu externæ cauſæ ſunt impulſus violentus, conſtitutio in loco præcipiti, &c. In caſu violento non una, ſed plures corporis partes afficiuntur, Symptomata quæ ſubſequi ſolent, ſunt vaſorum ruptiones, ſanguinis extravaſati in aliqua corporis parte concretio, ibidemque doloris ſenſus, difficultas reſpirationis, articulorum luxatio, & oſſium confractio, foris autem partium collapſarum tumor & lividitas, ad caſum præcipitem referendæ ſunt plagæ & verberationes violentæ fuſtibus illatæ.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Caſu ad puerum quendam.

℞ Vini rubri ℔ ix. cui ſuperadde roſ. rubr. ſicc. roriſm. ſummitat. myrti, an. Mii. in cacabo ad ignem fiat decoctio: in hoc vinum ſtipticum Syndon immergatur; & parum manibus exprimatur, & eo calido optimè æger involvatur, & in lecto optimè cooperiatur? quo remedio copioſiſſimè ſudavit, & ſanus factus fuit. Eſt autem hujus generis remedium apud *Hiſpanos* in omni lapſu admodum frequens & uſitatum, à ſcribentibus de caſu & offenſione prætermiſſum, quum tamen potiſſimum ſit, *Amatus Luſitanus*, *cent.* 3. *curat.* 9.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Caſu.

JUvenis quidam 20. annorum cum per vimineum ſeptum inſtar cancellorum tortum ſaltaret, cecidit ſupra palum circa dorſum, ſine cutis tamen læſione: unde ſequutos eſt dolor ingens circa renes, & ſpinam inferiorem. ut incedere non poſſet. Ideo locum dolentem inunximus oleo roſ. inſperſo pulvere myrtillorum, & ſanguinem ex Baſilica, quia juvenis erat, ne febris aut inflammatio ſupervenirent, detrahere emandavimus. Deinde ſtatim mummiæ & ſpermatis ceti, an. ℥ß. cum cereviſia butyrata calida propinavimus. Mox ut ſequentem potionem ſumeret, juſſimus.

℞. Fœnic. cum toto Scabioſ. rubiæ tinct. caulium rub. parietar. malv. cum rad. chærefol. petroſel. ſanicul. valerian. agrimon. bugl. & borrag. an. Mi. ſem. nigell. (unicè confert ad caſum ut experti ſumus) ſem. aniſ. an. ℥i. conciſa & conquaſſata, coq. in cereviſia communi pro ℔ii. colatura ſaccharo dulcoretur, in qua puppa ſequens pendeat.

℞. Mummæ, ſpermatis ceti, an. ℈i. nucmoſch. troch. alkekeng. ſine opio, an. ℈ß. F. Pupa exprimenda dum potio ſumitur. Decoctum aromatizetur cum ℥iii. cinamom. bibat de eo bis in die hora ſexta matutina, & hora quarta à meridie.

die. Quarto die ita eundem purgavimus.

℞. Fol. sen. ℥iii. infund. in decoct. pectoral. ℥v. adde elect. è succo ros. post fortem expressionem ℥iiß. oxymel. simpl. ℥v. mum. nuc. mosc. an. ʒß. F. potio. Deinde ad majorem resolutionem inunximus hoc unguento.

℞. Unguenti de althæa. ℥ß. ol. chamæm. aneth. an. ℥ii. M. quibus dolor sedatus est, & perfectè curatus fuit. *Petrus Forestus observ. 29. lib. 6. observ. Chirurg.*

Mulier quædam 50. annos nata ab equo sternace sub bigas lapsa, rotis caput, pectus totumque corpus miserè contundentibus, deplorata videbatur. Ego advocatus devotè *Deum* implorans talem medendi curam instituto. Primò, posthabitis omnibus, saphænam secandam suasi; deinde sudorem hoc modo provocandum curavi.

℞. Vini rubr. stiptici ℔. x. ros. rubr. sicc. rorism. ar. summitat. myrti. an. M. ii. f. decoctio in cacabo ad ignem. In hanc postea Syndonem vel linteolum immergebam; coque leviter expresso ægram undiquaque calidè & optimè involvebam: atque sic in lecto arctè contecta diu multumque sudavit. Continuabat hoc donec revalescceret. In prandio & cœna potus erat decoctum chærefolii cum saccharo. *Martinus Rulandus. Cur. 74. cent. 6.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro casu ab alto in quodam.

HÆc quæ sequuntur ex præscriptione *Florentiolæ* egregiè contulerunt.

℞. Rhab. ʒii. rub. tinctor. gr. xv. cum vino stiptico. F. Pilulæ, quibus utebatur in principio; postea in processu exhibeatur illi medicamentum sequens.

℞. Cassiæ rec. extract. ℥vi. mummiæ, ʒi. rub. tinctor. ℥iß. rhab. el. ℥i. pulverisanda pulverisentur & dissolvantur cum cassia in decocto cicerum rubr. & fiat potus.

Hic pulvis contra casum in usu est apud *Colonienses*, cujus autor fuit *Zittardus* Medicus insignis.

℞. Mummiæ, scabios. pilosel. hyperic. an. ℥ß. costi dulcis & amari nuc. mosch. an. ℥iß. terræ sigillat. bol. armen. an. ʒiv. rub. tinct. rhapont. sem. nigell. an. ℥vi. sperm. ceti, rhab. an. ℥ii. agar. troch. cumini præp. an. ℥i. M. F. Pulvis. Dosis est ℥i.

Elidæus præceptor meus pro sanguine coagulato è corpore hominis expellendo, tum à casu, tum à percussione & concussione sequenti remedio utebatur.

℞. Mummiæ, rhab. el. an. ℥i. rubiæ tinct. ʒii. M. cum decocti pulli nigri ℥iii. vel capiat cum aliqua aqua convenienti: at pulla nigra coqui debet cum pennis & visceribus, eadem prius strangulata, nec aliter occidi debet. Nam ita decocta plurimum præstat in hoc affectu proprietate quadam occulta. *Petrus Forestus, observ. 31. & Schol. lib. 6. observ. Chirurg.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Casu ex Fenestra ad somnambulonem quendam.

PRæmissa venæsectione & injecto Clystere, ad sanguinem collectum dissolvendum & expectorandum, exterius adhibui decoctum lactis cum meliloto, flor. chamæm. an. M. iii. marrhub. anthos, an. M ii. quod comprehensum aliquot vesicis bubulis, per vices calidum epithematis loco partibus dolentibus applicare jussi interius diebus aliquot matutino tempore pinguedinem humanam (quam tum temporis à recenti corporis humani sectione copiosam in promptu habui) in jusculo cerevisiæ ad ℥ß. exhibendam dedi, quo remedio dolores & punctiones internæ leniebatur & sanguis concretus ad exitum præparabatur, ita ut consequenter per tussim & screatum concreti sanguinis frustra copiosè satis, & cum facilitate reiicerentur. Post octiduum cum adhuc suspicio aderat de sanguine concreto, aliquoties pulverem ex iis quæ sanguinis grumos dissolvunt, ut sunt oculi cancri præp. rad. rub. tinct. sperma ceti, & similia, exhibui, & sudorem provocavi, & sic præter spem multorum intra 14. dies Juvenis hic perfectè convaluit.

In hoc Juvene observatione dignum quod licet ex contignatione domus tertia ad altitudinem 14. ulnarum deciderit, inventus tamen fuerit, quo ad membra exter-

externa omni ex parte illæsus, capite excepto, cui vulnus inflictum erat ad os usque bregmatis sine ossis & periostii lesione. *Guil. Fabritius Hildanus*, *observ.* 84. *cent.* 2. ex *Epist. Gregor. Horstii* ad *Hildanum*.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Casu.

MUlier quædam ex altiori delapsa loco diu jacuit semimortua, tandem cum ad se rediisset, exhibui ante omnia contra sanguinem coagulatum hunc potum.

℞. Succ. cancri vivi contusi ℥ß. vini albi, ℥iv. M. hæc Potio expulit sanguinem coagulatum. Postero die ab assumpto potu venam medianam me jubente secuit. Quarto à venæsectione die balneo aquæ dulcis chalibeatæ usa fuit, atque his paucis mox valere rectè cœpit. *Martinus Rulandus*, *cent.* 5. *curat.* 12.

Mulier quædam quinquagenaria ab equo sternace sub bigas lapsa, rotis caput, pectus totumque corpus misere contundentibus deplorata videbatur. Ego advocatus, devotè Deum implorans, talem medendi curam instituo.

Primo post habitis omnibus saphenam secandam suasi: mane dein sudorem hoc modo provocandum curavi.

℞. Vini rubri stiptici; ℔. x. ros. rubr. sicc. rosmar. sumitat myrti, an. M. ii. F. decoctio in cacabo ad ignem: in hanc postea sindonem vel linteolum immergebam; eoque extremitate digitorum leviter expresso, ægram undequaque calidè & optimè involvebam; atque sic in lecto arctè contecta, diu multumque sudavit. Continuabat hoc donec revalescceret. In prandio & cœna Potus erat decoctum Chærefolii cum saccharo. *Martinus Rulandus*, *curat.* 74. *cent.* 6.

Pro casu & contusione commune remedium est, si ovi vetellum crudum cum aceto contusum ebibendum detur, prohibet enim concretionem sanguinis.

Rustici Buphthalmi herbam cum floribus luteis instar calendulæ, in cerevisia incoquunt, & tepidum haustum ejus decocti exhibent, qui omnes obstructiones & sanguinis concretionem ex lapsu dissolvit, vasorumque ruptiones persanat. Idem præstat pilosella herba cum rad. in cerevisia cocta & bibita. Nautæ in præcipiti casu tanquam præsentissimo remedio utuntur ℥i. olei salis marini & calida cerevisia soluta & bibita. Quomodo autem hoc oleum ex sale conficiatur, nondum explorare potui. Milites in castris ad violentas plagas casusque præcipites exhibent ℥i. aut ℥ß. pulveris nitrati bombardici cum haustulo vini, aceti, aut cerevisiæ qui tum ratione nitri, tum carbonis salicis, discutit omnem concretum cruorem & colluviem. Nam & carbo tiliæ, in pulverem redactus, & per se exhibitus in casu præcipitii mirum in modum confert: usitatum etiam remedium est quod sequitur.

℞. Unguenti rubei potabilis ℥i. aut ℥ß. in aceto calido dissolvatur, & ebibendum proponetur. *Franciscus Ioel. Practicæ*, *lib.* 10. *sect.* 5.

SECTIO TRIGESIMA PRIMA.

De Catalepsi.

CAtalepsis & Cotoche vocabula sunt synonyma, effectum designantia qui *Latinis* vulgò congelatio dicitur Κ[illegible]ψις vocatur à κατα'λαμβανεθαι. *e.* prehendi: κατοχη verò seu κατοχος à κατέχεθαι *i. e.* detineri: quod æger hoc malo repentè corripiatur; correptusque eo situ permaneat.

Definitur quod sit subita sensuum omnium motus & mentis prehensio, qua qui corripiuntur, rigidi in eo statu, in quo prehensi fuerunt, apertis ac immotis oculis, statuæ alicuius instar, permanent, & nec sentiunt, nec vident, nec audiunt, respiratione & pulsu salvis manentibus. Causa est spiritum animalium congelatio seu immobilitas, à vapore congelante & figente ortum habens; vapor hic fixativus similis est naturæ fulminis & spirituum illorum qui in terræ motibus, aliàs etiam è terræ cavernis erumpentes, homines & bruta repente rigida reddunt. Rarus effectus hic, & admiratione dignus, hinc est quod vulgus eo detentos in extasin à Deo raptos existimant.

SUB-

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Catalepſi.

VIr annorum 50. aſperrima hyeme cùm diu in parte capitis poſteriori dolore perſenſiſſet, neque medicum tamen in conſilium adhibuiſſet; ſedens in cella, in eodem ſtatu permanens, ſubitò Catalepſi correptus eſt, & mente detentus, & veluti fixos oculos in aſtantes ac palpebras veluti immobiles penitus habebat, voce inſuper ac ſenſu privatus, nihil audiebat neque reſpondebat. Mandavi illico ut Clyſter actutum fieret.

℞. Fol. mercurial. betæ, ſalv. rutæ, puleg. an. M. i. flor. ſtœch. chamæm. melilot. an. pi. polipod. q. fol. ſen. an. ℥ß. cent. min. Mß. rad. alth. ℥i ſem. cartham. ℥ß. (aliqui addunt colocynthid. vel hellebor. nigr. ℥i.) F. decoctio in aqua (alii decoquunt cum gallo veteri) colaturæ adde confect. hamec. ℥ß. hier. Logad. ℥vi. troch. alhand. ℈i. mellis anthos ℥i. ol. rutac. chamæm. aneth. an. ℥i. ſal. communis, ℥iß. M. F. Clyſter. Mox ſuppoſitorium præſcripſimus, quod filo alligato immitteretur, ſi clyſter non retineretur, aut præter expectationem in corpore obhæreret.

℞. Pulv. hier. Logad. ℈ii. trochiſc. alhand. ℈i. diagrid. gr. numero iii. ſalis communis & gemmæ, an. ℥ß. mellis q. ſ. F. ſuppoſitorium.

Statim ab alvi eductione exhibui ℥i. theriacæ præſtantiſſimæ, & ℈i. mithrid. cum aq. Card. bened. & beton, an. ℥iß. ultro inos ingerendo, frictionibus etiam utebar, ut & ligaturis fortibus brachiorum, pedum & crurum. Partem quoque capitis poſteriorem inungi mandabam unguento infraſcripto.

℞. Ol. aneth. chamæm. lilior. an. ℥iß. adiice hyſſopi, thymi & ſerpilli, parum & coquantur in duplici vaſe deinde fortiter colentur. Colaturæ adde caſtor. ℈iß. ceræ modicum. F. unguentum molle. Nonnulli totum corpus anethino oleo inungunt maximè in hyeme, & caſtor. ℥i. cum aqua mulſa ori infundunt: cùm hiſce nonnihil ad ſe rediiſſet, & melius quid ſumere poſſet, ne iterum rediret malum, & ut ex toto convaleſceret, præſcripſi decoctum præparans apii, fœnicul. calamenth. aneth. fumar. bugl. borrag. meliſſ. Syrupis de epithymo, de ſtœchade, & de ſucco fumariæ adjectis. Poſtea huic decocto adiicientes ſenam, epithymum, polipodium, ut ſimiliter purgaret: & ad roborationem capitis conſulvi, ut acciperet Diambram pliris archonticum, conſervam roriſmarini, & ſimilia; quibus tandem bene habuit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 42. *lib.* 10. *De Cerebri Morbis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Catalepſi.

AD Fratrem *Capucinum* catalepticum factum vocatus, invenio illum aphonon, uvo genu terræ innitebatur, alterum ceu flexurus curvabat; brachium ſiniſtrum pendebat ad genu, dextrum in aerem elevatum diductis digitis, viam prætereuntibus ut olim *Mercurii* ſtatuæ, oſtentare videbatur; utrumque omni gelato marmore frigidius; patebant oculi, ſed irretorti, & quicquid ſudario illos perſtringerem inconnivi. Os hiabat cum reſpiratione ſatis libera, pulſus in utroque brachio ſat magni. Cùm ad ſatietatem ſpectaſſem, dixi accerſerent alios Medicos, neque cùm ſtatuam exuiſſet æger, tum illic revocarent, in caſu ad hunc mihi diem inviſo nihil tentaturum niſi conſultis ſenioribus. Volebam tamen iniici interim validiſſimum clyſterem, ſed Apothecarius negabat ſe ulla ratione, ob ſtrictas nimium nates iniicere poſſe, glandem ergo præſcripſi ex ſpeciebus hieræ colocynth. ſale gemmeo & muſcerda; juſſique excipi felle, loco mellis, ut acrius pungeret: ægre immiſit, ſed cum bonis ægri rebus, validè enim ſoluta alvo, multiſque bombis emiſſis, degelatus membra movit, ſurrexit, ambulavit, omnium præteritorum ignariſſimus, tum fricatis naribus (ptarmicum enim potentiſſimum inſuflaveram ante horas aliquot, ſed ſine effectu) iiſque motu calefacti ſæpe ſternuit; multumque pituitæ vitreæ aut glaciei, ut verius loquar, excuſſit. Cùm ſub viceſimam horam ad ſe rediiſſet, laconiam ſeu ſtupham *Germanicam* paucis horis ſtruendam procuravi, credebam

enim algidiſſimum hoc corpus non niſi in aere perpetuò æqualiter calido ſervari & curari poſſe. Cùm illud ingreſſus eſſet, flatibus in cerebrum delatis diſcutiendis incumbendum duxi, unaque novorum generationem impediendam ſtatui. Injecto ergo ſub veſperam validiſſimo clyſtere, qui præter calida quæque recipiebat etiam helleborum, turbith. trochiſc. alhand. omnibus in jure veteris galli decoctis, colaturæ remiſcebam hieram, colocynth. confect. hamec. elect. de baccis Lauri, theriacam, & aquam vitæ rectificatiſſimam; poſtridie eccoprotico commodè purgato cerebelli regionem radi juſſi, fotamque cum tota ſpina decocto lavendul. lauri, ſtœchad. ex malvatico incoctarum, inungebam primum caſtoreo, aurea alexandrina, melle anacardino, theriaca, oleo petroleo & ſuccini ſolutis. Huic inguini ſuperponebam emplaſtrum Paracelſi iiſdem oleis recens ſubactum, dabam cibos convenientes, bibebat hydromel dilutiſſimum, cui ſaſſaphras, fœniculum & aniſum incoxerat, miſcebatque vinum ſulvum. In dies ſumebat conditum ex conſerv. acori, ſtœchad. nuc. moſch. Zinzib. Chinenſis theriaca cum conſerv. pleres arch. Sicque cum Deo toto biennio liberrimus à congelatione fuit, ſæpe tamen poſtea hic frater Catochomenos factus eſt, ſed tandem ita convaluit, ut duodecim annis mali nihil ſenſerit, quoties enim rigente parum collo; malum ſecuturum præſagit, ſtatim oleo calido nucham totamque ſpinam inungi curat, & ita malum avertit. Miror itaque *Dodonæum* & ex illo *Heurnium* ſcripſiſſe neminem ſecundo ſine pernicie certa hoc morbo corripi poſſe. *Henricus ab Heers, obſerv.* 3.

SECTIO XXXII.

De Cataracta.

INter oculorum affectus, qui plurimi ſanè ſunt, non infimum tenet locum ſuffuſio, quæ Græcis ὑπόχυσις & ὑπόχυσις, Barbaris aqua, vulgò Cataracta dicitur. Eſt humoris præter naturam juxta pupillam, inter corneam tunicam, & cryſtallinum humorem concretio, viſum impediens, incipiente malo, morbus eſt in via, cum antiquatum eſt, ad morbos in num. refertur. Cauſa ſuffuſionis incipientis eſt humor tenuis & ſeroſus, confirmatæ verò humor craſſus & lentus, humor qui maximè hic peccat eſt pituita; interdum tamen & alii miſcentur humores, viæ per quas humores in oculum decurrunt, ſunt nervi optici, vaſa omnium tunicarum & uvea tunica à qua tranſudat aliquando aliquid; locus affectus eſt totum illud ſpatium quod intercedit inter corneam & chryſtallinum, quia in toto illo ſpatio concreſcere poteſt ſuffuſionis materia. Suffuſio verò alia eſt vera, alia notha, vera eſt quam hactenus deſcripſimus, ab humore in ea oculi parte, ob vitiatam ipſius nutritionem collecto, ortum ducens, vel aliunde per vias ante dictas à cerebro defluens. Spuria ſeu notha dicitur, quæ fit à vaporibus à ventriculo, aliiſque partibus inferioribus, vel à toto corpore, ut in febribus in oculos per conſenſum translatis: quæ vera eſt ſuas habet ætates: incipiente malo humor tenuior adhuc, intuentium aciem fugit, ſed culices, fumi, & corpuſcula quædam pilorum aut lanarum, vel aranearum texturis ſimilia oculis obſervari videntur: Hic gradus appellari ſolet Imaginatio; procedente & augeſcente ſuffuſione pupillæ color marinus apparet, aut ipſa ſimilis eſt vitro contaminato, vel aeri nebulis repleto, & tunc aqua & aquæ deſcenſus dicitur: cum verò malum eſt perfectum, & materia in pupilla omnimodè concreta, ægerque amplius non cernit, & pupillæ color albus aut alterius coloris apparet non translucens amplius; cataracta vocatur. Fit hic affectus aliquando ſed rarò ab humoris aquei condenſatione, & tunc incurabilis prorſus eſt. Cauſæ externæ ſunt auſtrinæ & pluvioſa conſtitutio, inſolatio, fumus, ictus, contuſio, intempeſtivæ lucubrationes, balneum, cibi evaporantes, immodica venus, & alia hujuſmodi. Oculorum etiam prominentia ad hunc affectum producendum non parum conducit.

SUB-

SUBSECTIO UNICA.

Pro Cataracta.

REtulit mihi Medicus quidam ingeniosus, se in *Hollandia* vidisse mulierem quandam, vera suffusione laborante, ex consilio cujusdam Empirici, succo millepedum brevi sanatam, incipiendo scilicet à tribus provice, augendo in dies usque ad x. tum iterum gradatim numerum diminuendo usque ad 3. & rursus augendo ante, & sic vicissim.

Alia item mulier ab imminente & minitante suffusione ejusdem medicamenti ope prorsus liberata est. Contundebat quidem illa primum 5. millepedes, postea 10. tum 15. dein 20. (quotidie augendo numerum per quinque donec ventum, fuerat ad 50.) in vino albo vel tenni cerevisia, fortemque expressionem jejuno ventriculo bibebat. Honoratissimus *Dom. Robertus Boylæ*, in nunquam satis laudato libro de utilitate naturalis Philosophiæ, *capitul.* 5. *sect.* 5. *part.* 2.

Quercetanus aquam præscribit quæ (ut experientia comperi) efficacissima est in hoc affectu, habet autem sic.

℞. Croci metall. ℥i. aq. Chelidon. ℥v. M. hujus aquæ tepidæ 3. vel 4. guttas homine resupino jacente intra oculos infunde, & hoc fiat ter aut quater in die continuando per multos dies hanc aquam expertus sum ego visionem restituisse cuidam qui eam offuscatam habebat per plures menses, habet autem hoc egregium ut sine morsu validissimè abstergat, quod vix in alio medicamento reperies.

Aliquando cogitavi inunctionem argenti vivi, ea ratione, qua adhibetur in morbo gallico, magna efficacia posse extirpare cataractas incipientes & increscentes: & aliquando experiri decrevi. *Rodericus à Fonseca, Tom.* 1. *Consult.* 19.

SECTIO XXXIII.

De Catarrho.

OMnium ferè malorum quæ corpori sucrescunt, caput radicem ac fontem dici debere ab *Hippocrate* & veteribus haud immeritò proclatum est, cum Catarrhus ab eo defluens tam multorum sit causa. Paucæ enim sunt corporis partes, tutæ ab ejus incursu; aures, oculos, nares, os, fauces, pulmones, latera, brachia, humores, lumbos, glandulas, coxendicem, crura, & quas non partes invadit. Hinc fiunt Apoplexiæ, cæcitates, pleuritides, phthises, paralyses, surditates, anginæ, orthopnoiæ, tusses, raucedines, vomitus, inappetentiæ, jecoris, vesicæ, & renum phlegmones, dolores colici & iliaci, alvi profluvia, & arthritides. Ita à Catarrho quoque ægritudo nasci potest; adeo ut ilias morborum & uberrimus omnium ferè querelarum fons dici mereatur. Latinis dicitur distillatio, græcis verò κατάρροος. Latissimè sumptum catarrhi nomen, omnem significat è capite versus inferiora fluxionem: Cum autem strictius sumitur, definitur quòd sit humoris extrementitii à capite defluxio in palatum, os, ac pulmones, ab expultrice cerebri stimulata ortum ducens.

Causa materialis est, humor pituitosus, interdum insipidus, nonnunquam acidus, salsus & acris, aliquando etiam corruptus & substantia peccans, ut in Catarrho contagioso & maligno, gigniter & colligitur hæc materia in capite, vel labefactata facultate alteratrice ipsius cerebri ob intemperiem præcipuè humidam & frigidam ratione cujus non potest caput alimentum cerebro destinatum concoquere, nec rursus superflua indè nata, dissipare, vel partium inferiorum vitio; plerumque enim ex partibus infernis exhalant, & per studia & negotia statim a cibo susceptа attrahuntur ad caput vapores & fumi crassi, quos cerebrum, quia nec arcere adventantes, nec dissipare receptos, potest, jure hospitii retinet: Capite in hunc modum plurima pituita vel vaporibus in aqueum demum humorem condensatis; repleto, insurgit tandem expultrix cerebri aggravata, quæ se exonerare cupiens, onus quo nimium premitur, confertim ad partes subjectas protrudit. Externæ causæ quæ excrementitium hunc humorem aut multiplicant, aut exprimunt, ac defluxionem excitant, sunt aer frigidior, venti boreales, medicamenta frigida capiti applica-

ta,

ta, aeris repentina ex calido in frigidum, vel contra mutatio, vini meracioris immoderatus usus, aer item calidus humores fundendo; hinc est quod tempore verno catarrhi frequentiores sunt, Calor etiam Balnei, frictiones capitis intempestivæ cum pannis calidis, motus animi & corporis vehementes, calor solaris caput feriens, somnus diurnus, nimiæ vigiliæ, & lucubrationes nocturnæ Catarrhus alius est frigidus, alius Calidus, alius subdulcis, alius salsus: est alius suffocativus, quando tanto impetu in pulmones irruit, ut suffocationis maximum impendeat periculum, alius denique contagiosus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Catarrho.

℞. Ladani, gummi elemi Sandarach. oliban. styrac. liquid. & sicc. resinæ an. q. s. & part. æq. M. F. Ceratum S. A. capiti prius raso applicandum.

Valet contra decursum Catarrhi mirabiliter, si supra commissuram coronalem ponatur, Vel aliud ita.

℞. aloes, puleg. Calament. montan. cort. citri an. pt. æq s. pulvis incorporetur cum Ladano & modico acaciæ ut F. ceratum, & est expertissimum, & longè præstantius priore *Barth. Montagn. cap.* 3. Antidotarii.

Catarrhus multis nunc familiaris est, ac sola victus ratione, quem *Hippocrates* tutissimam medicinam appellavit, curari potest. Decoctum raparum cum butyro & Saccharo multum juvat, ac si quid flatulenti est in rapis, id aniso adjecto, vel guttula una olei anisi corrigi potest. Thuris etiam granum unum sub noctem assumptum roborat & exsiccat: inunctiones pectorales non satis probo; nam etsi ad expectorandam materiam, quæ in præsens adest, faciant, tamen laxiores partes & magis fluxionibus obnoxias efficiunt. *Ioh. Crato. consil.* 3. *&* 4. *lib.* 4.

Si tota causarum vix ex subjectis partibus pendet, illarum intemperies mutanda. Si quod magis existimo, caput infirmum est, illud roborandum, à cibo sumantur, ea quæ ascensum vaporum remorantur, est pulvis pepticus Sylvii. Sunt coriandri præparata semina, est confectio diacydonites sine speciebus, huic potest Saccharum rosatum cum bolo armena admisceri. Vacuationes in morbis pectoralibus à catarrho non probo, & mediocri doctrina præditi, atque usu artis præstantes Medici causas intelligunt, quid enim faciunt ad coctionem; quid ad vacuationem materiæ in pectore? quid ad derivationem cum magis commoveant quid ad capitis & ventriculi robur? quid ad hepatis temperiem corrigendam? posse quædam contradici scio, verum in morbis pectoralibus, tutissimum esse abstinere à medicamentis purgantibus reipsa comperi. Ad Catharrum sedandum hora decubitus sumat de sequenti Electuario ad magnitudinem castaneæ.

℞. Conserv. ros. ℥i. thuris masculi ℈ij. nucis condit. tostæ, ℈i. Syrup. aromatici rosat. ℈ß. M. F. Electuarium. *Ioh. Crato consil.* 1. *&* 2. *lib.* 2.

SVBSECTIO SECUNDA.

Pro Catarrho.

QVantum ad medicinalia, jubebit sibi parari lbx. vel xii. Sacch. rosat. & hoc singulis diebus utatur ante cibum manè ad ℥ß. nihil enim ad catarrhum convenientius, confortat caput & ventriculum, & hepar refrigerat. Semel etiam in hebdomada accipiat ejusdem saccar. rosati ℥ß. cum ℈ij. rhab. tribus horis ante prandium, pro pectore doloris utatur oleo terebinthinæ. *Iohann. Baptista Montanus*, consiliorum appendice ad consil. 15.

Ut impediantur evaporationes ad caput ascendentes utiles sunt hæ pilulæ de succino. *D. Cratonis.*

℞. pulv. succini, mastich. an. ℥ij aloes succotrin. ℥v. agar. albiss. ℥iß. Aristol. rotund. veræ, ℥ß. cum Syrup. de succo beton. q. s. f. massa pil. utatur ℥i bis in mense, & sumat eas post primum somnum. *Petrus Monavius, Epistol.* 27. *lib.* 2. *consil. & Epistol. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

℞. Pulv. ossium humanorum combustorum ℥i. Cinamom. el. contus. ℥i. Saccharalbiss. q. s. M. s. fiat pulvis, dosis ℥i. ante som-

somnum in vino albo exhibenda, aut manè in jusculo calido, augeri etiam potest dosis ad libitum. Ossa ad albedinem comburantur in fornace, & postea in pollinem redigantur, & in porphyreo lapide cum tantilla aq. rosar. confricentur. Si humana ossa non placet, sumantur bubula, horum ego usum in catarrhis, ac omnibus fluxionibus quotidie saluberrimum deprehendo. Thus item hora somni integrum deglutitum optimum, proficuum etiam hic est vinum absinthites. *Hieronymus Donzellius, cons. Craton. & als med. à Scholtzio* editorum.

Dum fluxio urget & copiosa est, probarem hoc Emplastrum, si capite raso in loco commissura coronalis apponeretur.

℞. Mastich. gummi Juniperi, nuc. mosch. an. ℈i. Cariophyll. subtiliss. pulv. ℈ß. ladani puriss. ℥vi. diducantur in mortario cum pistillo calido incorporentur pulveres, addito oleo mastichino, fiatque massa pro usu, inter edendum removeatur. *Gaspar. Nevius, consil.* 12. *lib.* 6. *Consil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Catarrho.

NE materia quæ in thoracem præceps delabitur, spiritum intercludendo suffocet, fluxio quam primum inhibenda, medicamentis partim revellentibus, partim sistentibus, quæ revellunt & aliò deflectunt sunt Clysteres acrioris, extremorum frictiones, ligaturæ, cucurbitulæ, cruribus, coxis, & natibus affixę, vesicantia duo, unum in interna dextri cruris paulò subtus genu parte, alterum in brachio sinistro. Sed præ cæteris ad præcipitem fluxionem firmandam, vesicantia aut Sinapismos commissuræ coronali sine mora applicarem. Inter ea quæ fluxionem sistunt incrassando & torpidam reddendo, primum locum tenent hæ rotulæ.

℞. Diatragac. frigid. ℥ij. boli armen. imparati ℥i. terræ sigillat. ℈i. Syrup. de papav. qu. s. F. massa ex qua formentur parvæ rotulæ ore detinendæ. *Joh. Zecchius, consult.* 26.

Spiritus sulphuris & vitrioli ad guttas 3. vel 4. exhibitus manè & serò cum liquore idoneo contra omnes fluxiones magnas vires habet, præsertim vero eas quæ à calida viscerum in temperie ducunt originem. Potest etiam in minori dosi potui permisceri, quia cum eo venas omnes pervadit, & motum humorum cohibet.

Benedictus Faventinus sequentibus pilulis usus est in Catarrho salso, felicissimo cum successu.

℞. Succi liquirit. ℥ij Aloes lot. ℥i. pil. de Cynogloss. ℥ß. Cum Sirup. viol. F. Massa pilularum de qua capiat ℈i. hora somni. *Lazarus Riverius Prax. lib.* 1. *cap.* 15.

In omnibus catarrhis & defluxionibus tum prohibendis, tum etiam caput ab iisdem præservandis, prodest aqua Serpilli, cum vino generoso albo destilata, quotidie sumpta ad cochlear unum, vel 2. pro ratione ægri. Catarrhum quemvis sistit Sacculus ex Succino & spiritu vini paratus, si Epithematis instar, decenti ligatura futuræ coronali imponatur. Hujus usus magni est momenti in catarrho suffocativo. Item ex Chamæpit. puvlerisato, ol. succini aspersо. *Joh. Hartmannus.* Pract. Chimiatr. *pag.* 92.

Cum perenniter illabitur Catarrhus à materia effera, qui tabem tandem afferat; ille qui sequitur Syrupus miraculosè dicitur prodesse.

℞. Flor. & Germin. Salicis, urticæ mortuæ, an. M. iv. summit. vimin. rubr. fol. bursæ pastoris, an. M. ij F. decoctio in ℔iij. aq. ros. tussilag. & burs. pastor. cum. Sacchar. ℔iß. ad medietatem. Sumat. ℥iß. cum aqua viminis rubr. destillat. *Guil. Ballonius, consil.* 22. *lib.* 1.

℞. Oliban. partem 1. myrrhæ, croci, spicæ storacis, an. part. ß. opii partis unius tertiam. f. pilulæ sicut fabæ, & una ex iis teneatur in ore per noctem, donec deglutiatur paulatim cum saliva. Mirabiliter prodest ad catarrhum: sistunt enim, & sunt expertæ. Item sola spica retenta in ore per noctem, aut per diem & noctem, catarrhum sistit.

Pilulæ quibus utebatur Papa *Alexander* & Rex ante cibum & post cibum quolibet die, quæ miro modo valent ad catarrhum, visum clarificat, auditum corroborant,

rant, superfluitates à corpore expellunt, & sine immutatione diætæ accipi possunt.

℞. Cal. arom. cubeb. nuc. mosc. spicæ, epithym. carpobalsam. schœnanth. mastich. asar. cariophyll. an. ʒii interior. colocynthid. ʒiii myrobalan. citrin. chebul. emblic. Indor. belleric. Rhei. an. ʒii. agar. turbith. an. ʒß Aloes hepat. ad pondus omnium, cum succo fœnic. f. pilulæ in modum orobi, v. vel vi in sero dato. *Arnoldus. Villanovanus. Practic. lib. 1. cap. 29.*

Colocynthis ad cerebrum potenter expurgandum efficaciſſima est, sed summo amarore in sensa est, vehemensque illius est operatio Corrigitur utrumque infusione in urina: sic enim amaritudinem deponit, & ferè insipidum remedium evadit: tum vehementia illius ita infringitur, ut ad ʒi. tutò exhiberi valeat; fitque excellens ad omnes capitis morbos à causâ frigida oriundos remedium. Cauteria brachiis, occipiti & pone aures inusta plurimum conferunt: quod etiam efficaciter præstant posteriori parti cervicis & inter scapulas admota; quæ hodie in maximo usu sunt, & à Practicis nostris passim usurpantur Novus etiam locus à quibusdam inventus est, nempe in cervice prope venas iugulares in musculorum interstitio & hujus cauterii beneficio catarrhus inveteratus raucedinem efficiens in duobus curatus est. In recenti catarrho aqua nucum cum hydromalite exhibita hora somni per triduum eum valde imminuit. *Lazarus Riverius, lib. 1. Prax. Med. cap. 15.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Catarrho & Capitis dolore.

IN cibo cavenda veritas, à piscibus & omnibus fumosis, ut oleribus crudis, allio ac cœpis præparatis, fumo maceratis, sale conditis, leguminibus & lacticiniis abstinendum. Potus sit cerevisia, bene maturè defæcata singula cavenda in cibo & potu præscribere difficile est. Prudentes & suæ valetudinis diligentes custodes facilè observare possunt, à quibus cibis offendantur, quibus juventur, quæ errata in victu bonæ valetudini noceant, quę non admissa prosint. Dolendum est homines plerumque ita vivere, ut jumentis, imprimis equis ac canibus, plus quàm sibi ipsis parcant. Proinde vera est admonitio *Arabis* illius, quàm in consilio regi suo præscripsit, homines, si sic seipsos gubernarent, ut suorum equorum curam habent minos ęgrotaturos, affectiones animi & cerebri labores, imprimis cavendę, maximè a cibo, hinc Celsus præcepit: quibus caput infirmum est, iis ne cogitationem quidem à cibo tutam, maximè autem à cœna ab iis temperandum, nec in multam noctem lucubrandum, multo minus intercommessationes sedendum.

Interdum matutinis horis pedes abluat decocto beton. & roriſm. & vino cui parum aceti affundatur, atque saleas pedum confricet. Nam hoc modo & tumor sinistri pedis minus molestus erit, & caput etiam juvabitur, manè autem cum lecto surgit, eluat os aqua salviæ, & interdum hoc gargarisma adhibeat.

℞. Fol. Origan. Salv. rosmarin. an. M. j. ros. rubr. pj. pyrethri, Zinzib. an. ʒiß. F. decoctio. in colatur. adde aceti acerrimi ʒi. M. hoc gargarisma pituitam per eos extrahet, & cerebrum roborabit.

Cum autem rectiſſimè cerebrum per nares evacuetur, manè per nares, hanc aquam attrahat.

℞. Guaiac. comminut. ʒi aq. puræ ℔. iv. affundatur aqua calida & per noctem macerentur deinde coque ad medietatis consumptionem sub finem injiciendo majoran. ros. rubr. an. pj. colentur & F. errhinon. Si hoc non satis per nares evacuat, hoc quod sequitur magis evacuabit.

℞. Majoran. pj Zinzib. sem. nigell. an. ʒi. agar. albiſſ. ʒiß. F. decoctio, in aq. ℔. ad tertię partis consumptionem, & naribus infundatur, vel vola manus attrahatur. mundatis sic ore, plato & naribus caput quoque mundandum, & leviter confricandum pectine humectato isto oleo.

℞. Ol. amygd. d. rec. in quo folia rosar. ebullierint ʒi. ol. Caryophyll. gutt. iij. macis ℈ß. M. sic (ut spero) caput & vacuabitur roborabitur.

Cùm autem generale sit medicorum præceptum, ne partis alicujus evacuationem, priusquam totum corpus purgatum fit,

sit, tentemus, & compertissimum sit renam omnia sensuum instrumenta atque caput etiam vacuare, velim dominium jam & deinceps in autumno isto infuso Senæ uti.

℞. Passul. ℥vi. beton. meliss. majoran. flor. viol. borrag. an. pj. galang. ℥ß. fol. Sen. ℥v. f. omnium infusio f. a. inq. f. aquæ, postea decoq. in colatur. ℥iv. dissolv. Syrup. ros. solut. mannæ calabrinæ an. ℥i M. F. potio. hoc infuso utatur bis in anno. Si forte alias alvus adstrictior. sumat hora dimidia ante cœnam ℥i. pilul. mastichin. Ad roborandum autem caput de sequenti Electuario singulis diebus accipiat ad castaneæ magnitudinem.

℞. Conserv. ros ℔ß. flor. anthos, & borrag. an. ℥i. Spe. aromat. rosat. ℥ii. ambr. mosch. an. gr. vi. Succini albi pulv. ℈i. *M. Joh. Crato. consil.* 1. *lib.* 6.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Catarrho.

PRimo usus sum pilulis ex succino *Cratonis*, vel solis ad ℈ii. vel adjectis ad ℈i. vel ℈iß. pilul. de aloe rosat. hujus quæ sequitur descriptionis.

℞. Aloes ros. ℥iß. mastich. Xyloaloes, liquirit. raf. ros. rub. an. ℥i Cinam. ℥ii. rhab. ℥iß. spic. ℥ß. cum succo ros. F. Massa; modum exhibendi talem observavimus, ut vid. una dosis manè hora septima altera à meridie hora tertia, & sequente die hora septima matutina tertia absorbeatur, hunc ipsum modum etiam nunc observo in meo principe, qui singulis mensibus supradictis pilulis utitur maximo cum juvamento. Ad suffitum deinde linteorum quibus caput exsiccatur, hunc pulverem præscripsi.

℞. Mastich. ℥ii Sandarach. styrac. succin. citrin. benjoin. thuris an. ℥i. F. pulvis grossus carbonibus inspergendus. *Joh. Bilgerus in Epist. ad Gregor. Horstium ad observ.* 12. *lib.* 2. *observ. Gregorii Horstii.*

Utimur percommodè pilulis aloeticis in catarrho sive Francofurt. sive aliis; sed præstat, ut tres doses, tribus vicibus sita sumantur: prima scilicet ante vel à parca cœna, altera subsequente die manè, tertia eodem die vesperi. Sic ut expertus sum ego, non possunt non copiose & suaviter evacuare, cum una dosis, alteram quasi pellat. Si catarrhi nimis tenues sint, post pilulas aloeticas præscripto modo sumptas, tertio die sumantur ℈ß. pilul. *Faventini* ante somnum, *Wolfgangus Haferus cap.* 5. *lib.* 1. *Herc. Medici.*

Nihil magis sistit catarrhum immoderatissimum, quàm sequens *Rulan.* Cataplas.

℞. Fermenti acrioris ℥ii. Carabes pulverate ℥ii F. Cataplasma quod vertici, raso capillitio admoveatur. *Petrus Pachequus obser.* 60.

Flante austro hiemali tempore correptus sum catarrho cum raucedine, tertio die sumpsit ptisanam laxantem cum mannæ ℥i quarto quievi & raucedo valde imminuta erat, quinto, tussis sicca aderat, ratione cujus venam aperui: Sexto tussis perseverabat: Ideo sumpsi calome an. gr. xx. cum resin. jalapæ g. viii. medicamentum toto die nihil præstitit, sed tantum circa vesperam duas sedes movit perexiguas, tussis tamen omnino discussa est. *Lazarus Riverius, observ.* 46. *cent.* 3.

Cum ex catarrho satis diuturno, molesta tussi laborarem, quæ noctu potissimum ingravescebat, & aliquot purgationibus non cessaret sumpsi laudan. opiat. gr, iii. quibus tussis sedata est, illa tamen rediit post biduum, quare iterum sumpsi ejusdem laudani gr. ii. & tussis omnino sedata est. *Lazarus, observ.* 69. *cent.* 3.

Inter medicamenta cerebrum per nares evacuantia, apud me præsentissimum remedium habetur oleum nigelle, si eo interiora narium illinantur. *Petrus Forestus, observ.* 129. *lib.* 10. *De Cerebri Morbis.*

SVBSECTIO SEXTA.

Pro Catarrho ferino ad mulierem quandam.

EX omnibus remediis, unum maximè profuit, nempe bolus ex laudani gr. iij. cum conserv. rosà quo per 12. horas tussis & catarrhus omnino sedabantur, & ægra se curatam prædicabat ob summum levamen, quod ex eo remedio percipiebat. Idem bolus postea per morbi decursum ter sed dimidiata dosi, est exhibitus, & sem-

sem per cum insigni juvamine, tandem per plures dies consequentes, sumpsit dimidiati prædicti boli partem quartam, cujus unius ope, omnia Syptomata sedata sunt. *Lazarus Riverius, observ. 74. cent. 13.*

SUBSESCTIO SEPTIMA.

Pro Catarrho ad pectus delabente.

UT Catarrhus magno cum impetu ruens intercipiatur.

℞. Spec. diatragacanth. frigid. Sacchar. albiss. an. ʒß. bol. armen. ℈ß. cum mucilag. tragacanth. ex aq. ros. f. trochisci bechiarum instar, aut pilulæ hæ fortiores parentur.

℞. Boli armen. cum aq. ros. ablutæ ʒii. amyli ℈ iv. tragacanth. gummi Arabic. an. ℈i. Sacchar. Cand. ʒvi. Syrup. viol. q. s. f. pilulæ.

Materia verò viscida pulmonibus impacta & imbibita, abstergatur, incidatur, & expectoretur.

℞. Spec. diair. simpl. diapenid. an. ℈ iv. Rad. Ireos, pœon. enul. an. ℈i. pulmon. vulp. præpar. ℈ii. liquirit. ℈i. Sacch. cand. ʒiii. Sacch. albiss. ʒv. in aqu. hyssop. dissolut. F. confectio in tabulis, aut si quid fortius requiratur, substituatur Lohoch.

℞. Lohoch. de pulmon. vulp. ʒi. sani & experti, de pino; an. ʒß. spec. diapenid. ℈iv. diair. Solomon. ℈ii. pulv. liquirit. sem. urtic. rom. rad. enul. camp. pulmon. vulp. præp. an. ʒß. succ. liquirit. myrrh. an. ℈ß. cum Syrup. de liquirit. vel hyssopo F. Lohoch *Gaspar Hoffmanus consil. 29. pag. 105. lib. 6. consil. Craton.* & aliorum Medicorum à *Scoltzio* editorum.

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Catharro præcipiti.

LAudo injecta Clysmata in initio mitiora, pedetentim ad paulo acriora progrediendo, utatur frictionibus dorsi, scapularum, brachiorum & crurum. Inspergatur capiti pulvisculus ex Caryophyllis & Sandaracha *Arabum*. Si vehementior urget destillatio, vesperi exhiberem ℈i. ʒß. vel ℈ii. plus minus philonii cum conserva ros. vel pilulam i. vel iß. vel ii. minutim concisas, cum conserv. ros. ex his quarum descriptio nunc sequitur.

℞. Thuris mascul. succi liquirit. an. ʒi. opii, croci, myrrh. an. ℈i. M. cum syrup. papaver. albi F. pilulæ parvæ; ex unaquaque ʒi. ix. istis in pervicaci destillatione à capite atque irrita tussi, sæpe numero cum juvamento singulari sum usus & utor quotidie. Sed solum darem cum catarrhus urgere videtur, recens theriaca, si ad manus esset, vel recens Mithridatium in hunc finem exhiberi potest. Vidi in urgente catarrho, cùm viderentur suffocari egri, quod acetum infusum vel assumptum fluxus impetum retinuerit, & respirationem reddiderit liberiorem. *Reinerus Solenander consil 4 sect. 2.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Catarrho ad pulmones decumbente cum tussi diuturna.

℞. GUmmi gutt. gr. viii. tartar. vitriol. gr. iv. ol. succini, gutt. iii. cum syrup. ros. solut. F. pil. 5. inaurentur. Serosos & catarrhosos humores utiliter evacuant.

Pro materiæ pulmonibus jam impactæ attenuatione & expectoratione, & thoracis dilatatione singulis matutinis utatur hac tragea.

℞. Spec. plir. arch. diacumin. an. ʒiß. diair. Solom. diapenid. an. ʒi. pulm. vulp. præp. flor. sulphuris, an. ʒß. spermat. ceti ℈i. sacch. cand. alb. ʒiß. vel q. s. ad gratiam F. Tragea vel Pulvis: assumatur cum his Syrupis.

℞. Syrup. de veronic. de scabios. an. ʒi. loch. de farfara, ʒiß. julep. viol. ʒi. ol. fœnic. gr. ii. M. singulis noctibus sumat de pulv. *Haly* à veteribus tam decantato recens vero à Domino *Foresto* emendato, & à me quoque cum fructu ægrotorum experto, qui.

℞. Sem. papaver. alb. ʒiß. gummi tragacanth. arabic. farin. orob. an. ʒiß. s. malth. portulac. cucum. melon. citrull bombac. an. ʒiiß. ciner. caner. fluviatil. corall. alb. usti, succin. liquirit. an. ʒiß. sacch. penid.

penid. ad pondus omnium M. F. pulvis assumat cum Syrup. jujubino & de papav. an. ℥iß. julep. viol. ℥x.

Alternis diebus utatur manè his rotulis contra tabem præservantibus.

℞. Pulm. vulp. præp. flor. sulphur. præp. an. ℥ß. sacchar. ros. vet. ℥iß. pinear. rec. amygd. d. excorticat. an. ℥i. sacch. penid. dissolut. in aq. veronic. & scabios. an. q. s. rotulæ.

Ad eandem intentionem facit, sequens linimentum.

℞. Unguenti resumptivi, ℥iii. ol. amygdal. dul. rec. express. ol. viol. an. ℥ii. mucilag. sem. alth. tragacanth. extract. cum aq. viol. an. ℥i. croci tusi, ℈ß. mosch. gr. iii. ceræ, q. s. linimentum.

Si tussis valde sit molesta, sumat cochl. ii. de hac mistura, manè & vesperi calidè.

℞. Oxymel. scillit. ℥iii. aq. vitæ optimè rectificat. aqu. anisi spirit. Juniper. an. ℥i. spec. diam. Solom. ℥ß. ol. anis. gutt. v. laudan. opiat. gr. iii. mosch. el. gr. ii. sacch. cand. albiss. ℥iii. M. diligenter, colatura detur ad vitrum. Superassumat tabul. i. spec. diatragac. frigidi, *Johann. Petrus Lotichius, observ. 1. cap. 1. lib. 3.*

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Catarrho salso.

DUo potissimum remedia puto fore efficacissima, quæ in me ipso ac multis aliis fuerunt (ut dixit *Asclepiades*) χεῖρες τῶν θεῶν. Primum est bolus armena orientalis rubra, quæ sola & simplex in lingua posita & palato admota, nocte præsertim, quo tempore solet fieri distillatio, sistit ac siccat catarrhum, & capiti robur addit mirum in modum, ut videatur γοητεῖα, incantamentum, vim habet theriacalem admirabilem. Alterum est theriaca recens optima, qui vires habet insignes ad acres destillationes. Tertium addo ossa humana combusta. Cranium tamen est præstantius.

℞. Pulv. ossium humanorum comb. un. 2. corall. alb. ros. ebor. an. ℥i. camphor. ℈i. M. f. pulvis subtiliss. dosis ℥i. in vino aut jure *Hieronymus Donzellinus, consil. 15. pag. 43. lib. 6. consil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Ex his quæ mihi innotuerunt per informationem datam, apparet hunc nobilem Dominum laborare Catarrho difficili & salso, qui destillat ad thoracem & pulmonem; & est causa ulceris pulmonis, quod comitari solent febres lentæ, cum maxima totius corporis macie. Ad profligendum hunc affectum triplici utor instrumento, Diæta, Pharmacia, & Chirurgia. Eligatur itaque aer in activis temperatus, vel saltem ad modicam frigiditatem inclinans, in passivis ad siccum. Evitetur aer ventosus, pluviosus valdè frigidus & calidus. Caveat Salis & Lunæ radios, hi enim Catarrhum multiplicant. Caput & thorax diligenter pannis muniatur, ut tamen non æstuet, neque frigeat nimium; exercitium sit moderatum. Singulis diebus studeat excernere superfluitates fæcum & urinæ: Somnus sit nocturnus, diuturnus enim pessimus; fugiat coitum & animi accidentia; panis sit ex optimo frumento, bene fermentatus, sed sine sale; carnes sint facilis digestionis, boni nutrimenti, & paucarum superfluitatem. Evitetur Caseus antiquus, sed novus convenit, & lac quovis modo assumptum sic oryza cum lacte cocta, & ova sorbilia, pisces conveniunt saxatiles; evitentur allia, cæpe, porrhum, raphanus, aromata salsa & acetum. Potus sit aqua cum saccharo & sem. coriandri decocta, quantum ad medicamenta, vere & autumno capiat hoc digestivum calidè in aurora per decem dies.

℞. Aq. viol. farfar. & tussilag. an. ℥ii. Syrup viol. papav. an. ℥ii. M.

Postea purgetur corpus hoc medicamento.

℞. Mannæ, el. ℥iii. dissol. in decocto pectorali; in quo bullierint agas. troch. ℈ii. F. Potio.

Quod si sanguinem expueret, vel etiam non expueret, laudarem ineunte vere sanguinis missionem è basilica dextra: hæc enim à sputo sanguinis præservat, manè & vesperi si sanguinem expueret, capiat ℥i. Philonii persici, aut tantundem nostri Electuarii ad sputum sanguinis quod est mirabile.

℞. Sem. Hyosciami alb. papav. alb. a ℥x.

℥x. terræ ſigill. corall. rubr. an. ℥v. ſacch. roſ. antiquiſſ. q. F. Electuarium.

Divertatur Catarrhus cum ligatura & frictionibus brachiorum & tibiarum, & cucurbitulis ſine ſcarificatione ad coxas; & lavando crura tali lavacro.

℞. Roſ. rubr. flor. nymphææ viol. beton. Chamem. an. Mi. coq. in ſ. q. aq. pluvialis & abluantur crura. Revellatur etiam Catarrhus ad cutis capitis ſuperficiem, ſicut fecit *Galenus* in illa Nobili *Romana* quinto methodi, hoc medicamento ſecuro & tuto.

℞. Cantharid. abſciſſis alis & capitibus ℥i. caricar. ping. numero 1. fermenti parum, cum aceto ſcillitico F. paſta. Manè abraſo capite ſuper futura coronali imponatur, dimittatur per horas octo, ubi excitaverit veſicam, acu rumpatur, & locus inungatur butyro, ſuperpoſito folio caulis ſupra cineres calefacto, manè & veſperi ne fiat unio partium. Si hoc non ſufficerit, fiat cauterium actuale in futura coronali candente ferro, & deciſa eſchara impoſito grano ciceris diu detineatur locus apertus, hoc remedio multos actu Phthiſicos priſtinæ ſanitati reſtitui; etſi autem videri poſſit abominandum medicamentum, tutiſſimum tamen eſt, & ſine aliqua noxa adhibetur; cum quo etiam plurimos Catarrhos ad thoracem delabentes compeſcui.

Conſulo etiam ut in Majo bibat lac aſininum vel caprinum cum ſaccharo (nihil enim melius in talibus pulmonum diſpoſitionibus, & catarrho calido & acri) inchoando ab ℥iv. & paulatim aſcendendo ad lbi. cum modico Saccharo ne aceſcat in ventriculo, & capra in thalamum introducenda eſt, ne lac corrumpatur. Epoto lacte non eſt indormiendum, neque exercendum corpus. Manè & veſperi capiat de elect. ſequenti, quod pulmones confortat, ne recipiant catarrhos exulcerantes.

℞. Pulmon. vulp. præp. & exſiccat. ℥iii. ſucci liquirit. capill. ven. an. ℥ß. diapenid. cum ſacchar. ſine ſpeciebus calidis diatragacanth. frigid. an. ℥i. cum ſyrup. myrtino, q. ſ. F. Electuar. & ℥eſt D. *Meſue*. Veſperi inſpergatur ſynciput iſto pulvere.

℞. Gummi Juniper. roſ. rub. myrtill. thuris maſtich. corall. rub. ſantal. omnium, an. ℥ß. F. pulvis, *Helideus de Faduanis*, *conſil. 7. lib. 3. conſil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Præferimus reliquis omnibus remediis in Catarrho ſalſo diacodium liquidum. Capiat verò cochlear. 1. hora decubitus, & ſi neceſſe ſit etiam manè. Sed non ſumat niſi ſalſedo vel tenuitas Catarrhi poſtulet. In continuo etiam uſu præcipuè matutinis horis eſſe debet ſaccharum roſatum ad ℥ß. cui plurimum confidimus: idque magnoperè commendamus. Ad hæc bis vel ter in ſeptimana hora decubitus, ad magnitudinem ceraſi rubri boli armeni optimi accipiat. Plurimum enim ad deſcenſum Catarrhi conducit. *Joh. Baptiſta Montanus*, *conſil.* 156.

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro Catarrho & Tuſſi infantis.

INfans quidam undecimeſtris tentabatur Catarrho cum tuſſi aſſidua & febre, pituitam frequenter evomebat, multum lac fugebat, & parum mingebat. Poſt multa remedia cum perexiguo fructu uſurpata, juſſi ut inungeretur regio renum oleo ſcorpionum *Matthioli* ter in die, unde urinæ copioſiores redditæ, & catarrhus imminutus. Dicit enim *Mercatus lib. De morbis Puerorum*, *cap.* 8. in pueris contingere catarrhum aliquando ex vitio & imbecillitate renum non trahentium, ſeroſum humorem, unde fit ut ille ſurſum translatus, fiat materia Catarrhi, *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 55. *cent.* 1.

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Catarrhis puerorum ſtrangulationem minitantibus cum Epilepſia.

QUando ad ſtatum vel vigorem morbi ventum eſt, ſoleo ego exhibere ſpermaceti quantitate piſi in lacte muliebri diſſolutum, & jubeo inſtillare in os pueri; poſtea moneo ſut ſomno committatur, hoc remedio multis profui, quos etiam

ſerè

ferè pro deploratis habuerunt mulieres, nam fluxiones intercipit, & suffocationis paroxysmos mitigat. Sed tamen exhibere non soleo, nisi cæteris non juvantibus. Epilepsiæ accessum sequentibus remediis arcere solemus. Appendimus juxta *Galeni* & Medicorum consilia grana Pœoniæ excorticata collo & brachiis puerorum. Smaragdum etiam integrum & minime læsum cordi applicare solemus. Quidam etiam coralia rubra & alcis ungulam ita usurpare solent; ad intra verò conservam pœoniæ aut beton. exhibemus; aut facimus destillationem, harum conservarum in aqua flor. tiliæ, & de ea nonnunquam unam atque alteram guttam instillamus, aversiones fiant frictionibus & ligaturis, si ætas permiserit. Vide apud *Italos* cauteria actualia ad coronalem futuram capitis applicata fuisse bimulis & trimulis, atque contuliſſe. *Ioh. Nævius*, *consil.* 24. *lib.* 3. *consil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO XIII.

Pro Catarrho suffocante ad fauces labente.

SUasi ut venam semel in anno aperiret veris tempore. Et ut scarificatione uteretur in scapulis ter vel quater in anno. Pedes item frequenter noctu cubitum iturus calido decocto Salviæ & Chamæmillæ foveret, vel in illud imponeret. Purgaret corpus bis in an. pil. fine quibus ad ℈ii. pro vice.

In ipso paroxysmo utilis est aqua, quæ fit ex aqua vitæ bene præparata cui saccharum candidum tanta quantitate ut parum dulcescat, additum sit, & parum aq. Cinamom. cum pauca aq. ros. & cochl. i. vel ii. mox sumat: Postea lac caprinum tepidum, in quo semper vivum majus decoctum sit, & radix altheæ, ore & faucibus contineat. Extrinsecus collo commodè circumdaretur lana nigra succida oleo liliorum inuncta, calefacta panno cannabino involuta; vel si perseveret malum, poterit tale Emplastrum collo circumdari.

℞. Nidi hirundin. ℥vi. pulverisetur, & coq. in vino albo, addendo pulv. bacc. lauri, ℥i. mellis ℥ii. ol. lilior. ℥iii. F. instar Emplastri quod supra pannum extensum tepide collo circumdetur. *Felix Platerus*, *observ. lib.* 1. *pag.* 185.

Ad diversionem Catarrhi suffocativi fortissimo lixivio & panno asperiore cubitum confricarem, atque hoc modo exulcerarem istas partes, quæ ne consolidentur, sed plurimum materiæ effluereat, operam darem non absque dolore fit, sed ob utilitatem æquo animo ferat. *Ioh. Crato. consil.* 20. *lib.* 6. *pag.* 61.

Vir quidam cephalæa sive diuturno capitis dolore lancinabatur: cui cùm varia remedia adhibuissemus, post phlebotomiam venæ cephalicæ, decocto longa digerentia, pilulas coch. & aureas, cucurbitulas etiam cum scarificatione scapulis admotas, deinde post purgationes cerebri particulares, nempe apophlegmatismos, errhina & alia topica remedia convenientia, quibus omnibus administratis dolor non sedaretur, tandem venam in fronte secari iussimus: ex qua cum sanguis mediocriter fluxisset, à dolore admodum diuturno liberatus est. Quemadmodum & alius zythepsa, qui cum in occipitio longo tempore insigni ac diuturno dolore conflictatus esset, eodem modo tandem curatus fuit. *Petrus Forestus*, *observ.* 54. *lib.* 9.

Ubi hoc malum inveteratum aliis remediis non cedit, commodè in multis decocto sarsæ usi sumus; quo & *Garcialopius Lusitanus* matronam per duos annos dolore capitis diuturno vexatam curavit. Idem. *Observ.* 56. *lib.* 9.

Lectissima quædam virgo 20. annos nata capitis dolore acerrimo laboravit, cum dextri hypocondri tensione, ventris doloribus & aliis symptomatis. Multa quotannis usurpabat remedia, potiones, apozemata, pilulas, balnea, vesicatoria, & alia quamplurima, quæ parùm proficiebant. Usu chalybis etiam parùm adjuta est, quamvis hæc omnia ab obstructionibus dependerent, & pravis humoribus in hypochondriis stabulantibus, iisque adustis, vapores acerrimos ad caput transmittentibus. Tandem vere ineunte sequentia remedia illi præscripsi.

℞. Conserv. fol. absinth. & capill. Ven. an. ℥i. conserv. radic. enul. e camp. ℥ß. sal. tamarisc. magisterii tartari, & pulveris

aperientis ſpecifici, an. ℥ß. cum ſyrup. capill. Ven. f. opiata, de qua capiat ℥ij. ſingulis diebus manè duabus horis ante paſtum. Quinto quoque die purgabatur pilulis catholicis ad ℈ij. & infra 15. dies perfectè curata eſt. *Lazarus Riverius, obſerv.* 11. *cen.* 1.

Alteri mulieri cephalæâ graviſſima à multis annis laboranti, poſt infinita penè remedia in caſſum uſurpata, ſequentia à me præſcripta feliciter ceſſerunt.

℞. Conſerv. fol. abſinth. capil. Ven. & rad. enulæ camp. an. ℥i. ſal. abſinth. & tamariſci, an. ℥i. cum ſyrup. capill. Ven. f. opiata, ſumendo ℥ij ſingulo manè duabus horis ante paſtum. Quinto quoque die capiat pilulas catholicas ad ℈ij. His remediis per decem dies uſurpatis dolor ille acerbus & chronicus evanuit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 14. *cent.* 1.

Pro cephalgèà cum cruſtis in capite erumpentibus primò rubificante hoc remedio uſus ſum.

℞. Sem. ſinapi part. ij. fimi columbini part. ß. flor. roriſmar. fol. major. an. ℥i. M. applicentur capiti inſtar emplaſtri, non deraſis capillis, quia nolebat concedere. Verùm etſi ruberet caput & arderet, tamen non fluebat materia; & cum dolor ingraveſceret, veſicatorium ex flammulà contusà in medio capitis appoſui, quod veſicam latam fecit, è quà ruptà apertaque butyro, cum fol. braſſicæ retentà, maxima humoris copia effluxit, ſubitoque capitis dolor inde ceſſavit, nec ampliùs reddiit. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 2. *p.* 367.

Succus hedere terreſtris naribus attractus cephalæam etiam vehementiſſimam & inveteratam non lenit tantùm, ſed & penitus aufert. Medicamentum hoc (inquit autor meus *Joh. Oldacres*) quamvis facilè parabile & ubique obium ſit, non ſatis poteſt laudari, ſi res ex uſu æſtimarentur, auro æquiparandum. Novi quippe qui per decennium & amplius acerrimis doloribus conflictari, ſtatim ab ejus uſu recreari ſunt, nec numquam poſtea paroxyſmum ſenſerunt. *Joh. Rayus. Catalog. Plantar. Angliæ.*

Succus expreſſus fol. & flor. primulæ veris cum pari quantitate lactis vaccini naribus frequenter hauſtus cephalæam inveteratum perfectè curavit, cum alia medicamenta nequicquam tentata fuiſſent. *Idem ibidem.*

SECTIO XXXIV.

Pro Cephalæa antiqua.

PRo Cephalæa illa antiqua, Emplaſtrum ſequens raſo capiti, pileoli inſtar in verticis regione tota & occipiti appoſitum, continuò geſtabat, parabatur illud ex una parte Emplaſtri de ranis (quod mirè efficax in Cephalæa ſananda) & media parte Emplaſtri de betonica & de alabaſtro. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 2. *pag.* 368.

SECTIO XXXV.

Pro Cephalæa biliosa.

VIctus ratio ſit tenuis & qualitate frigida: mox antecedens cauſa revellatur clyſtere refrigerante in quo Cholagoga ſint diſſoluta, vel potione paulo valentiore, quoniam bilis hic quaſi turgens eſt & furioſa. Deinde ſecta vena brachii ſanguis adimendus ad calorem eventandum, ſimulque ad ſedandum dolorem, ejus cauſa nonnihil imminuta: parcè tamen detrahatur, quod eo vacuato, laxatis veluti habenis, bilis excandeſcat. Interim topica etiam ab initio non ſunt omittenda, à mitioribus ad valentiora fiat progreſſus, Ut.

℞. Ol. viol. nympheæ, an. ℥i. aq. plantag. viol. aceti albi, an. ℥ij. M. pro litu frontis & temporum. Vel.

℞. Ung. popul. infrigid. *Gal.* an. ℥ij. ol. nymph. ℥i. aq. roſ. plantag. an. ℥ß. aceti albi. ℥ij. M. pro linimento.

Quod ſi dolor non cedat, ad narcotica parcè ſumenda admovendaque confugiendum; reiterandaque erit purgatio cholagogis, apparatis prius humoribus bilioſis ſyrupis & aquis convenientibus. Cæterum quoniam vigiliæ laborantem hunc magnopere torquent pro concilianndo ſomno.

℞. Unguent. popul. ℥ß. opii, crociam gr. iij. cum oleo nymph. F. linimentum pro pulſibus.

Illud unum quod numquam fallit, hi addere

addere placet præſidium ad bilioſam Cephalæam edomandam.

℞. Fol. mollium hederæ, ſol. plantag. viol. an. pt. æq. & cum oxyrrhodino terantur, & fronti temporibuſque imponantur, quod ſi his non cedat malum, caput ſtillicidio ex lacte vaccino tepido ſubjiciatur; vel ex hydroleo parato ex oleo viol. & roſac. nec non ex aqua in qua præbullierint flores Chamæmill. melilot. aneth. ſen. fœnugræc. lini & hujuſmodi alia anodyna temperataq; medicamenta ſimplicia. Quibus addenda ſunt aliqua adſtringentia & roborantia ut roſæ & plantag. folia. *Joh. Zechius, conſult.* 56.

SECTIO TRIGESIMA SEXTA.

Pro Cerebri Commotione.

STatim vena in brachio aperienda, ſimulque caput crinibus abraſis oleo roſ. vel myrtino inungengum, aut tale cataplaſma capiti imponendum.

℞. Farin. hordei, fabarum an. ℥vi. ol. roſac. ℥iii. aceti q. ſ. F. Cataplaſma quod capiti applicetur, & ſæpius renovetur. Clyſteres injiciendi & repetendi, atque aliæ revulſiones per frictiones partium extremarum, cucurbitulas ſcapulis appoſitas inſtituendæ. Poſt quartum diem repellentibus diſcutientia admiſcenda ſunt, quale eſt hoc Cataplaſma.

℞. Abſinth. Mi. florum roſ. rubr. chamem. an. p.j. farin. fabar. an. ℥i. ſang. draeon. ℥ii. mummiæ, ℥iii. cum ol. roſ. q. ſ. F. Cataplaſma. Tandem ſola diſcutienda uſurpanda; ex rad. alth. cyperi, cal. aromat. fol. ſalv. majoran. beton. flor. ſtœchad. chamæm. quibus ad caput roborandum, flor. roſ. rub. addantur. *Alexander Benedictus* Emplaſtrum ex gummi hederæ valde commendat, eoque ſenem decrepitum octogenarium, qui ex capitis percuſſione obmuteatur, præter omnem opinionem ſe ſanaſſe refert: idque etiam fracta calvariæ oſſa, quod vix credibile eſt, ferruminare ſcribit. Paratur hoc modo.

℞. Gummi hederæ ℥iii. reſinæ puræ, ℥ß. ceræ, ℥iii. ol. roſ. ℥iiß. ammoniac. ℥ii. terebinth. ℥iii. ſucci corymb. hederæ ℥iv. farin. fabarum, q. ſ. M. Pulli quoque columbini vel gallinacei, vel catuli per medium diſſecti, vel pulmones animalium calidi capiti admoti inſignem diſcutiendi vim habent. *Daniel Sennertus, cap.* 20. *ſect.* 1. *lib.* 1. *Prax. Medic.*

SECTIO TRIGESIMA SEPTIMA.

De Cerebri fungo.

QUemadmodum in ſtirpibus arborum humores ſemiputridi per corticem extuberantes in fungos coaleſcunt, ſic fracta exemptaque portione aliqua cranii, ac dura matre læſa, ſtatim humores cerebri circa plagam affluunt, qui ſive oſſis, ſive aeris frigiditate condenſati inſtar fungi concreſcunt, atque interdum adeo intumeſcunt, ut extra cranium emineant. Affectus autem ille *Galeno* ὀζύη fungus à ſimilitudine appellatur. Eſt verò caro mollis, levis, pallida, & ſpongioſa, quæ quidem cito excreſcit, lento vero pede retrocedit. Poteſt etiam ex flatu procreari.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Cerebri fungo Cranii fracturæ ſuccedente.

FUngus hic intra 24. horas ita excrevit, ut magnitudine ovi gallinacei extra cranium emineret: illum tamen infra ſcriptis medicamentis fœliciter divino favore perſanavi.

In principio ſingulis, deinde alternis, ac tandem tertio quoque die ſequens enema injeci.

℞. Rad. & fol. alth. malv. parietar. mercurial. flor. chamæm. melil. flor. & fol. beton. an. Mß. ſem. fœnugræc. lini, anis. an. ℥ß. coqu. in aqua ad conſumptionem tertiæ partis, in colat. ℔. r. diſſolv. bened. laxativ. hieræ picr. compoſ. an. ℥iii vitellum ovi, ſalis, p. i. ol. chamæm. ℥i. M. F. Enema.

Bis verò in die fomentationem ſequentem vulneri applicui.

℞. Fol. & flor. beton. ſalv. chamæm. melil. roſ. ſumitat. majoran. roſmar. an. Mi. ſem. aniſ. fœnugræc. an. ℥i. incid. & contundantur pro fotu, harum herbarum, q. ſ.

indatur facculo ejus magnitudinis, ut mediam ferè partem capitis cooperiat, qui filo intertextus; coquatur in vini, & aquæ, an. pt. æqu. & applicetur calidè. Post fotum diligenter abstergendum est caput linteis calidis, deinde sequentem pulverem insperſi fungo atque toti vulneri.

℞. Rad. caryophillat. angel. calam. aromat. an. ℥ß. rad. aristol. rot. irid. flor. ligni guajac. an. ℥ii. flor. Salv. sumitat. majoran. rosmar. an. pi. F. omnium pulvis tenuissimus. Deinde sequens Emplastrum applicui.

℞. Emplast. de beton. ℥iv. gummi elemi dissol. in ol. rosac. ℥i. pulv. ros. myrtill. an. ℥i mastich. calam. arom. an. ℥iß. ol. rosac. q. s. F. Emplastrum. His fungus paulatim & intra 14. dies subsidit. *Gui. Fabritius Hildanus observ.* 15. *cent.* 1.

Consului ut inspergerent pulveres ex Spica & Scænantho, quorum usu attritus est. Hoc remedio sæpius fungos sanavi, ac proinde tanquam arcanum vobis propono. *Petrus de Marchettis. observ.* 6.

SECTIO TRIGESIMA OCTAVA.

Pro Cerebri inflammatione & Sphacelo.

HUjus morbi tanta est sævities, ut intra quaternionem primùm plerumque enecet, illico incumbit sæva cum Cephalalgia, cujus dolor spinam ac occiput etiam occupat; illicoque dejicit sensus cunctos, ægri tamen exiliunt ac se jactant pedibus, manibus, totoque corpore, maximè cuncta involant manibus, ita ut quædam mulieres ne propriis quidem capillis pareant, imò unguibus propriam faciem defœdant, mox productiore morbo movendi vis in languorem abit. In silentio perenni perseverant, vixque puncti respondent. Febris acerrima comitatur, nec cibum nec potum admittunt: ortum ducit, à retorrido sanguine in cerebrum traslato: unde ineunte morbo facies cum tumore rubet, oculi cum rubore fixi videntur. Nam in hoc malo ipse cerebri substantia inflammatur, unde tandem gangræna, quæ dum absoluta constitit, redintegrari cerebrum nequit, quæ in procinctu est, & in γάγγραινα ob vim phlagmones, præcipiti calamitate trahit ægrotum, ob morbi potentiam & partis occupatæ principatum, quod si ad quartum pervenerit diem, spes est morbum posse domari: nam virium id robur denunciat. Curatio erit materiæ ex cerebro evacuatio, utque algiosum evadat cerebrum: habita provisione totius corporis, materia à capite repellatur; dein discute eam; dein flectatur ad algorem cerebrum. Verum tanta mali hujus est calamitas, ut vix hæc perficias, antequam in gangrænam cerebrum trahatur: accedit quod vix intro remedia ac alimenta admittant quare viribus adnitentibus, secæ internam in brachio venam, à leni clystere, abstine ab acri glande in tam feroci febre. Capiti actu frigida deinde admove, ut oleum ros. completum cum pauco aceto, vel potius rigetur caput decocto actu frigido, endiv. lactu. vel portulac. parietar. vel ex his fiat cataplasma cum oleo nympheæ, & pauco aceto rosaceo, frigida admove, æstuantia remove, ita agatur ineunte morbo, si æstivum fuerit tempus, fiant etiam revulsiones per cucurbitulas: ac fotus, fiat ex decocto salicis viol. nymph. lactucæ, malv. parietar. & flor. melilot. cervici & humeris admove Cantharides; & hirudines pone ad aures. Seca venam in fronte, narium venæ recludantur, ut copiosè sanguis effluat; tunc junge oxyrrhodino oleum chamæm. & fove decocto malv. flor. chamæm. melil. sem. fœnugræc. & lini rad. alth. inclinato malo admove sternutatoria, alvus mollescat enemate. Si urina detenta fuerit, illinc oleo Scorpionum pubem, & admove parietariam coctam, post quartum diem redeant ad paucam cibi copiam, jus pulli laudatum cum sem. melonum; abstit vinum: tandem validius purgentur jam recreatis viribus. *Joh. Heurnius, ad Aphor. Hippocr.* 50. *sect.* 7.

SECTIO TRIGESIMA NONA.

De Cervi Lachryma.

TAntæ creditur esse efficaciæ Cervi lachryma in sudore ciendo ut si gr. v. vel vi. potui dentur, totum corpus ferè solvi judicemus. De hac loquens *Abinzoar lib.* 1. *tract.*

tract. 13. *cap.* 6. Se tria grana Azir filio Regii magistri equitum, in lacte vel aqu. cucurbitæ vel rosac. exhibuisse retulit: illumque à virulento ictero liberasse. Hæc autem in cervis ante centesimum annum, (testimonio *Scaligeri*) nulla est, temporis verò progressu generatur, & in juglandis molem accrescit. Dicitur magnam habere ad venenum efficaciam, ut in *Asia* felicissimo successu sæpè experiuntur. *Julius Cæsar Baricellus*, hortul. genial.

SECTIO QUADRAGESIMA.

De Chalybis præparatione.

HOc modo tutissimè sumatur Chalybs. ℞. Limaturæ Chalybis q.s. pone in Crucibulo donec excanduerit, sed citra fusionem, aufer ab igne, & limaturam in vase vino albo repleto extingue, & ablue, abluta limatuta ponatur in umbra supra petiam lineam novam ad exsiccandum, quo facto.

℞. Istius limaturæ Chalybis hoc modo præpar. ℥i. vini albi ℔x. ponatur limatura in parvo sacculo lineo in vas vini quod recipit ipsius ℔x. vas diligentissimè obturetur, ne exhalet aliquid, & relinquatur per 24. horas, quo tempore elapso utere hoc vino chalybeato in prandio, ante prandium, in cœna, vel quomodolibet, & excellentissimè paulatim operationes suas perficiet, si saltem per mensem integrum ipsius usus prorogetur, & in hoc nulla convenit regula in faciendo vel non faciendo exercitio. Solum ægrotus eo tempore ab aceto & acidis abstinere debet, acetum enim & Chalybs, infensissimi sunt hostes, & ex istis duobus potius venenum quam medicamentum præparatur, quoniam verò aliquando limatura temporis mora, nigredinem contrahit, & sacculum inficit, ideo debemus singulis 8. vel 10. diebus eam extrahere, cum vino albo abluere, sacculum novum conficere, & denuò ut prius reaptare. Notandum est ægrotantem eo tempore quo vino utitur Chalybeato, debere nullum aliud vel in prandio, vel in cœna sumere vinum, graviter enim erraret: eo solo debet, uti, quandoquidem ut sæpius observavi, nec colorem, nec saporem variat, nec odorem, hæc recepta ut audivi à fide dignis à Serenissimo *Hetruriæ* Duce emanavit; quicquid sit optima est ratione & experimento confirmata. *Dominicus Panarolus, obs.* 32. *Pent.* 5.

SECTIO XLI.

Pro Chlorosi.

AUrifabri filia annos duo de viginti nata sexennio ferè fœdos colore patiebatur, nil artis remediis contra contumax malum proficitur. Duni peregrè profectura curru succussorio devehitur, nauseabunda tandem vomuit incredibilem humorum variegatorum copiam, animam agere videtur: intra 4. vel 5. dies deperditus faciei color recuperatur, nulla ope Medica, sed solo vomitu spontaneo revocatus, ut mirum non sit si tantopere in omni repletionis specie vomitiones *Hippocrates* commendaverit. Itaque credibile est à variis humoribus iisdem corruptis malum hoc ali ac foveri. *Guil. Ballonius, lib. De Virginum & Mulierum morbis.*

Inter cætera in antiquis obstructionibus in usum vocetur radix Enul. camp. in taleolas sectæ & in vino albo maceratæ, miraculo enim creditur fœdos virginum colores tollere. Idem ibidem.

Vocatus ad virginem nobilem ictericam, cachecticam, verminosam, Catameniis olim fluere solitis destitutam, præmissis purgationibus, decoctoque tartari, rubiæ tinct. mercurial. &c. Saphænam aperui, tandem exhibita *Monspelienſium* ad pallidos colores pulvere, quem Schyronii vocant, menses copiosè provocavi, quibus fluentibus, icterus, & cachexia brevi cessere. Formula pulveris quem sæpe fidum expertus sum est hæc.

℞. Rubiæ ℥iß. Sabinæ, muscerdæ an ℈i. Croci ℈ß. lumbricor. vino lotor. & ustor. ℥i. (ego vermibus illis quos suspectos jam tum habebam boracem substitui) macis. fol. Lauri, an. ℥ß. spec. aromat. rosat. ℈i. limaturæ chalybis ℥iii. rad. Enul. ℥i. Sacchar. duplum omnium Dosis ℥i. cum vino albo dulci. *Henricus* ab *Heers, observ.* 6. *lib.* 1.

SECTIO XXXII.

De Cholera Morbo.

CHolera Morbus (quæ ἀπὸ τῆς χολῆς potius quam ἀπὸ τῶν χολάδων *i. e.* inteſtinis nomen ſuum mutuatur) nihil aliud eſt, quam aſſidua & violentiſſima humoris pravi, vehementi cum perturbatione, per ſuperiora & inferiora rejectio, à facultate ventriculi expultrice nimium irritata originem trahens. Cauſa hujus mali proxima eſt humor acris & biliosus exuſtus & corruptus; qui in ventriculo genitus vel aliunde accedens, ſua acrimonia & malignitate, expultricem ita ſtimulat, ut tandem ſine mora intentis viribus conetur, retentrice facultate debili non reſiſtente, per utrumque ductum tam moleſtam ſarcinam deponere. Cauſæ προκαταρκτικαὶ ſunt alimenta prava ſubſtantia prædito copioſius aſſumpta, qualia ſunt, carnes porcinæ, anguillæ, allia, cœpe, fungi, melones, cucumeres, mala perſica, & precocia, ceraſa & alii fructus fugaces, præſertim ſi jejuno ventriculo, aut eo cibo repleto ſumantur, & affatim illis ſumptis bibatur. In vitio etiam ſunt cibi pingues & acres, venenata item & venenata medicamenta, tribuitur hic affectus ventriculo potius quàm inteſtinis, quia cauſa morbifica magis in ventriculo quam inteſtinis continetur. Duplex ſtatuitur Cholera, humida quam hactenus deſcripſimus, & arida, quæ eſt Spiritus flatulenti ſurſum deorſumque excretio cum ventris inflatione ac ſtrepitu, & lumborum ac laterum dolore, cujus cauſa non ſolum in calorem ventriculi nimium, & alimenta prava referenda eſt, ſed etiam in bilem atram pravoſque humores ventriculo ſubſtratos, recenſetur Cholera humida inter peracutos morbos, utpote quæ doloris atrocitate & excretionis vehementia, ſubitam inferre ſoleat mortem, ac intra 24. horarum ſpatium hominem è medio tollere: à Sicca non tantum imminet periculum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cholera acutiſſima cum Syncope in Muliere.

STatim accitus, frictiones adhibui & ligaturam brachiorum, mox à Syncope relevata hoc ſequens medicamentum propinavi.

℞. Decoct. hord. non excortic. ℥ iii. Syrup. ex infuſ. roſ. rub. ℥i. M. quo facilè vomuit, & ſeceſſum habuit, noluimus enim in principio ea, quæ efferebantur cohibere, quinimò cum adhuc nauſeabunda eſſet, hoc tepidè propinavimus & evomuit. Nam ſola aqua tepida cum Syrup. acetoſ. ſimplic. ſatis officium ſuum in tali caſu præſtitit. Poſtea hunc Syrupum dedi.

℞. Aq. decoct. hord. Mund. ℥iii. Syrup. de ribes. Syrup. Cydonior. an. ℥ß. Syrup. roſ. rub. ℥ß. M. F. Juleb. Juſſi etiam ut ad majorem roborationem & conſtrictionem ventriculi, frequenter ſumeret ex condito ſequenti.

℞. Conſerv. roſ. antiq. conſerv. acetoſ. rob. de ribes an. ℥ß. diacydoni ſine ſpecieb. ℥vi. ſem. acetoſ. ſem. citri pulv. an. ℈i. manus ch. perlat. ℥ii. ſpec. trionſantal. ℈ii. cum Syrup. conſerv. myrobal. emblic. & Syr. menth. F. conditum mediocriter molle, de quo ſumebat inſtar dimidiæ caſtaneæ per horam ante paſtum manè & veſperi. Etiam extrinſecus hoc unguento ventriculo roborato ac temperate calido inuncto manè & veſperi ante paſtum.

℞. Ol. myrtill. cotoneor. an. ℥ß. ol. maſtich. ℥ii. corall. rubr. roſ. rubr. hypociſt. acaciæ, an. ℈i. Santal. citrin. ℈ß. ceræ exiguum F. unguentum, & ſic tandem curata eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 47. *lib.* 18. *De Stomach. Affectibus.*

Probatiſſimum, & præſentiſſimum in Cholera humida remedium eſt Cryſtallus, ut teſtatur *Langius, lib.* 3. Epiſtol. cujus ℥ß. vel per ſe exhiberi poteſt, vel cum Electuariis appropriatis aliiſque medicamentis. *Daniel Sennertus. Pract. lib.* 3. *p.* 1. *Sect.* 2. *cap.* 13.

SUB-

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Cholera Morbo.

JUvenis quidam bilioso temperamentò præditus, incidit æstate media in febrem tertianam, quæ duabus primis accessionibus satis mite apparuit, sed in tertia accessione, tanta fuit humoris bilioſi malignitas, & ferocia; ut concitato vomitu, atq; alvi fluxu frequenti, cum maxima virium jactura, summum ægro periculum impenderet, vocatus ad eum præscribo clysterem ex jusculo cum confect. alcherm. ℥iii. theriac. rec. ℥i. quo statim vomitus & alvi fluxus sedatus est, quia verò in hujusmodi febribus malignis sæva illa Symptomata in singulis paroxysmis redire solent, & ægrum secunda, vel tertia invasione de medio tollere; ad præcautionem præscripsi victum incrassantem, & laudani gr. iv. duabus horis ante paroxysmum sumenda, sicque symptomata prædicta non rediere, levis accessio fuit, & Julepis refrigerantibus, incrassantibus, atque alexipharmacis curatio absoluta est. *Lazarus Riverius, cent. 3. observ. 78.*

Mulier quædam correpta est Cholera morbo 23. die *Julii*, circa meridiem, & ad vesperam usque vigesies alvum deposuit, cum gravissimis doloribus, non solum intestina, sed etiam ventriculum infestantibus, ita ut sequenti die, etiam vomitu premeretur, multosque humores aeres & bilioſos excerneret. Maritus à me consilium petiit, dum alia remedia parantur, consulo ut ægra oxycrati cyathum assumeret, cujus adeo efficax fuit operatio, ut vomitus & alvi fluxus statim cohibiti fuerint, & alia remedia omissa, dictitante ægra, se à morbo liberatam & pristinæ valetudini restitutam. *Lazarus Riverius, cent. 4. observ. 8.*

Mercator quidam *Monspelienſis* septuagenarius, gravi cholera morbo correptus 4. præcipuè remediis intra 7. dies liberatus est. Clystere ex lacte confect. de hyacintho, conserv. rof. & vitell. ovor. fotu ventriculi adstringente & roborante, cum sacculis in vino rubro maceratis, Julepo ex decocto plantag. & portulac. cum Syrup. Cydonior. & confect. de hyacintho manè & serò exhibito; & laudano cujus gr. i. singulis noctibus in Julepo dissolvebatur. Pro miraculo habita est hęc curatio in tam provecta ætate. *Lazarus Riverius, cent. 4. observ. 53.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Cholera Sanguinea.

LAterarius quidam media dum æstate uxorem suam formosam noviter nuptam, nimio libidinis ardore accensus aliquando cognosceret, valde periclitatus est: nam copiosissimè per vomitum & secessum sanguis excernebatur, cum calor & motus ora venarum aperuissent, istum morbum Choleram sanguineam appellavi. Sanguine ad 12. circiter libras ejecto maxima aderant Symptomata, nempe pulsus deperditio, cum dejectione virium, facies *Hippocratica* sudor frigidus, & jam desperatus erat, tamen propinatis cum vino granator. Lapid. Hæmatitis ♃ iv. statim sanatus est, magna omnium admiratione. *Dominicus Panarolus, observatio 11. Pentecoste 1.*

SECTIO XLIII.

Pro Cicatrice in facie auferenda.

IMperavi uxori meæ ut sudore vel madore effluente ex ovo dum assatur cicatricem suam sæpius liniret, quo valde dealbata & rectificata est, hoc erat *Nicoli* secretum, quod tamen hoc tempore valde commune & vulgare factum est nostra & aliorum Medicorum opera, qui sæpius eo usi sumus, expertum hoc (ait *Rondeletius*) à Dominis *Tochano & Fabra* Medicis, sed nos usi sumus in uxore antequam *Rondel.* legissemus, oleum etiam de myrrha optimè cicatrices dealbat. *Foreſtus observ. 4. & Schol. lib. 31.*

SECTIO XLIV.

De Cicuta Veneno.

NOn est hoc venenum quod *Athenienſes Socrat.* tribuerunt, ut ponit

Conciliator sed fuit quoddam venenum compositum, quod cicutam vocarunt; ut in historiis legi Romanorum, nam & de hoc *Valerius Maximus* mentionem facit. Cicutæ Bezoar est pulvis gentianæ cum vino datus, theriaca verò est ex conferentibus. Per initia autem per vomitum excutere oportet, & quod ad intestina prolapsum est, expurgabimus, tum ad vini meraci potionem veluti præsentissimum remedium transibimus, per intervalla illud exhibentes.

In quibus intervallis lac vaccinum, aut asininum, aut absinthium cum pipere communi & castoreo, rutamque cum mentha in vino exhibebimus, totum præterea corpus calefacere conducit, & præsertim præcordia, ad vehementiorem item motum ac cursum æger cogatur. *Petrus Foreſtus. Schol. observ.* 10. *lib.* 30. *De venenis.*

Cùm Rusticus quidam vinitor suas coleret vineas, ligone fortè fortuna erutis cicutæ radicibus, secumque domum delatis, pastinacæ radicis loco decoxit, comeditque in cœna unà cum uxore, mox statim ambo ivere cubitum. Media autem nocte, e somno expergefacti, omni penitus amissa ratione, huc atque illuc per domum in tenebris vagabantur, amentia & furore ducti: unde caput, faciem, & oculos, in parietes percusserunt, ut manè accurrentibus vicinis, partim percussionibus tumidi, partimque effuso subcute sanguine liventes, tumentibus admodum oculorum palpebris, horrendam ac monstruosam ostenderint faciem. Vocor ego statim ad curam, percontatisque domesticis, quibus eduliis in cœna victitassent, reperi hos cicutæ ediſſe radices, quas pastinacæ esse crediderant, quandoquidem mihi in propinquam vineam abeunti, ostenderunt illi locum ubi rusticus ille radices effoderat, ibique inveni alias cicutæ radices, quæ jam folia emittere incipiebant, quare re perspecta celeriter ad ægros redii quos quidem non multo post tempore Deo adjuvante, in pristinam mentem & sanitatem restitui.

Decepta quoque his radicibus est, superioribus annis quædam nobilis Matrona, quæ radices proprio in horto effossas toti familiæ decoxit, ac præbuit edendas carotarum loco.

Quinetiam Monachum *Franciscanum* curavimus, qui plurimis mensibus modò amentia modò furore agebatur, quod cicutæ folia, hortensis petroselini vice, piscium quorundam jusculis imposita, comedisset. Caveant igitur omnes, ne in hæc veniant discrimina. *Petrus Andreas Matthiolus, comment. ad cap.* 11. *lib.* 6. *Dioscorid.*

Cicutæ folia necarunt *Franciscum Trapolinum*, Præceptoris mei Pomponatii præceptorem, virum sui sæculi phœnicem; loco petroselini hausit in jusculo posito ab ancilla, itaque amens, sine sopore, discipulis suis sui triste desiderium reliquit *Jul. Cæsar Scaliger exercitatione* 152.

Anno Christi 1665. Generosa & nobilis Domina de *Alva*, socrus mea plurimum colenda, in oppidulo ad *Fortham* sito quod *Culros*, dicitur cum familia degens; fortè per famulæ, imprudentiam, ipsa cum omnibus domesticis jusculum in prandium forbendo hauserat, in quo coctæ fuerint (pastinacæ loco) cicutæ radices.

Infelicis hujus infortunii hæc dicebatur causa, quod nimirum depositas in horto domui adjacente non ita pridem effossas pastinacæ, & cicutæ radices, sed locis satis distitas, pueruli postea illic colludentes confuderint & unà miscuerint; ac famula tandem rei culinariæ præposita, specici similitudine decepta, vice pastinacæ cicutas collegerit, & in prandium destinaverit, innocentissimè quidem illa, sed periculosissimo sanè errore: vix enim absolverant pernicioſum illud ferculum, cum ecce suas vires, virulentum venenum exerere cœpit; omnes quippe plurimum exagitavit tenebricosa vertigo, guttur malè habuit, ariditas & constrictio difficilis, cum quasi strangulatione ex suppresso nimirum spiritu & suffocatione; adfuit etiam mentis perturbatio & alienatio, ita ut absurda plurima quorum postea ad se reversi neutiquam meminerant, tum quidem verborum nimium prodigi affatim effutiebant. Miseranda prorsus fuit tunc temporis totius familiæ conditio, vix enim se invicem agnoscebant, nec quid dicerent, vel facerent satis noverant. Vocatus ego in auxilium *Edenburgo*, quod circiter 14. millia passuum à *Culros* distat, quam primum potui.

potui advolavi, totis viribus omnibusque affectibus ſecundum artis præſcripta, ſublevaturus (ſub Deo) tam charæ familiæ, cui me natura prius, nunc verò Sors melior tam arctè ligaverat. Ut eo circa nonam matutinam diei ſequentis perveni, omnes deprehendi non ſine maxima letitia prope modum reſtitutos inciderant quippe ante noſtrum adventum, licet non in medicum, in medicinam. Singulis enim (conſulente potiſſimum nobiliſſimo illuſtriſſimoque Domino Comite de *Kinhairne*, cui ob egregiam tum præſtitam operam multum ſe debere haud inviti fatentur) propinata eſt potio emetica ex infuſione croci Metall. injecti ſunt etiam Clyſteres purgantes: poſt ſic probe tam per vomitum quàm ſeceſſum evacuatam materiam cicutæ venenatam, de vino *Hiſpanico* magnis repetitiſque hauſtibus biberunt omnes cum corporis exercitio ad caloris excitationem, quia in ſomnum aderat ſumma propenſio; theriaca tandem exhibita eſt: tantum habuere hæc præſidia ſucceſſum, ut ante diem craſtinum ceſſarint omnia recenſita Symptomata, & ad ſe paulatim redierint, ſine ulla noſtra opera, niſi quod illis ad recuperatam ſanitatem ulterius confirmandam, vinum medicatum bibendum præbui, in quo infuderint rutæ & abſinthii ſummitates cum pulvere radicis Gentianæ.

Cicutam intro aſſumptam venenum eſſe idque aliquando letiferum, ſancivit jam olim *Galenus lib.* 3. de *Simp. Medic.* facultat. *cap.* 18. *& lib.* 5. *c.* 14. Primo item cap. lib. de ſuccor. bonitate & vitio.

Conſentiunt *Paulus Æginetæ, lib.* 5. *cap.* 41. *Ætius Tetrabibl.* 4. *Sermon. cap* 63. *Actuar. Method. Medic. lib.* 4. *c.* 12. *Scribon. Largus, lib. de Compoſ. Med. c.* 47. *Dioſcor. lib.* 4. *de Materia Medica, cap.* 79. *& lib.* 6. *cap.* 11. *Plutarch. Sympoſiac. lib.* 3. *quæſt.* 5. circa finem *Cœlius Rhodigin. lib.* 25. *Lect. Antiq. c.* 10. *lib. item.* 28. *cap.* 31. *&* 35. *Jul. Scaliger. exercit.* 152. *Santes Ardoynus, lib.* 3. *de Veneris cap.* 62. *Gaſpar. Hoffmannus, lib.* 2. *de Medicam. Officin. cap.* 67. *Matthiolus, in lib. Dioſcorid. cap.* 11. *Daniel Sennertus, lib.* 6. *Pract. part.* 7. *cap.* 6.

Filius Mercatoris Piſaurenſis annos natus undecim, cùm extra urbem cicutæ ſummitates jejuno ſtomaco comederet, & ad torridum ſolem illicò dormiret, brevi mortuus eſt. Nam cùm à ſomno expergiſceretur, non videbat, nec mente conſtabat. Ad domum igitur portatus brevi diem ſuum obiit. Ut Puer hic mortem evaderet, meracioris vini copioſi potu opus habebat. *Amatus Luſitanus, curat.* 68. *cent.* 5.

SECTIO XLV.

De Cingulo Mercuriali.

CInguli Mercurialis uſus frequentior multis eſt juſtis de cauſis ſuſpectus, inimicus enim pleriſque eſt Mercurius, imprimis imbecillioribus & convulſionibus obnoxiis. Scabioſis tamen & cutis prurigine laborantibus audacter Empirici applicant, quos eo nomine caſtigat. *Mindererus Threnod. Med. cap.* 14. *P. Hechſteterus dec.* 3. *obſerv. Medic. caſ.* 7. damna recenſet illorum qui cingulo iſto ad ſcabiem temere uſi ſunt. Ruſticus in urbe noſtra cingulo mercuriali ſanitati quoſdam reſtituit feliciter, qui pura corpora crebro medicamentorum à Medicis præſcriptorum uſu obtinuerant. Filiam Civis *Hafnienſis* totius capitis ſcabie diu deturbatam cingulo perſanavit. Eodem cingulo integræ ſanitati reſtituit generoſum quendam virum qui ex male curata Pedis fractura per pluſculos annos intollerabiles dolores expertus fuerat, & inveterata ulcuſcula in parte affecta.

Mercurii cingulum alii ita conficiunt, Mercurium ſaliva aut Sevo extinctum albumine ovi excipiunt, illinuntque ſupra goſſipium, quod in cinguli modum conſuunt: Noſter verò mercurium cum oleo juniperino ſubigit, & in maſſam compingit, corioque in cinguli formam refecto illinit, quo medium corpus conſtringit: commendatque ad omnes affectus malignos, cancros, ulcere mali moris & antiqua, ita audaces ſæpe fortuna juvat. *Thomas Bartholinus, Hiſt.* 79 *cent.* 3.

Inter medicamenta monſtroſa, quibus Empirici moderni nobiliſſimam artem Chirurgicam, maximo mortalium damno defœdarunt, Zona mercurii non infimum locum apud vulgum obtinuit, & præcipuè in ſcabie, & iis, qui in peregrinationibus

à pedi-

à pediculis immunes esse cupiunt. Cingulum hoc duorum transversorum digitorum latum, & ex limbo panni adaptatum, mercurio crudo, axungia porcina vulgari modo extincto, imbuitur, nudisque lumbis induitur: infeliciter cessit honestæ cuidam matronæ illius usus. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 93. cent. 5.*

SECTIO XLVI.

Pro Clavis pedum.

ABscindantur Clavi decrescente luna, pedibus aliquandiu primum aqua calida lotis, deinde admoveantur folia hederæ contusa, & singulis diebus iteretur remedium mane & serò, intra 14. dies clavus extrahitur. Unde colligere est attractivam vim hederæ inesse potentissimam. *Samuel Formius. observ. 35.*

Succus hederæ terrestris superpositus clavum curare dicitur: idem præstat & succus Chelidon. & habetur quo præsentaneo remedio, vel ammoniaco & galbano in aceto dissolutis instar cerati appositis utere, vel succum tithymali pluma instillato sic enim plurimos curavi. *Petrus Foxestus, observ. 12. & Schol. lib. 4. observ. Chirurg.*

SECTIO XLVII.

De quadam gravida Clysterum usu nutrita.

NObilis quædam ac pia Matrona cum utero gestaret, febre corripitur, ex qua cum restituta esset, ab omni cibo & potu ita abhorruit, ut spatio sex hebdomadum nihil ferè per os assumere posset, quapropter *Dom. Auberius* Medicus doctissimus jussit, ut singulis diebus jusculum carnis castratorum, caponum, gallinarum, & similium in quibus vitella ovorum dissoluta erant per alvum injiceretur, quorum beneficio ita fuit nutrita, ut fœtum ad constitutum tempus usque gestarit, fœliciterque peperit. Absurdum itaque est, quod multi ab hoc remedio tantopere abhorrent, ac plerumque potius mori cupiunt, quam Clysteres admittere: fœliciter peperit puellam, cui ego cum decimum circiter annum attigisset, & Catarrho ad oculos post variolas affecta fuisset, setaceum applicui unde convaluit. *Guil. Fabrit. Hildanus, observ. 3. cent. 4.*

SECTIO XLVIII.

De Cœliaco Morbo.

Κοιλιακὴ πάθος & λιεντερί affectus sunt cognati, secundum magis & minus duntaxat differentes. In hoc conveniunt, quod in utroque fit ciborum inconcoctorum excretio. Distinguuntur verò per hoc, quod Lienteria (*i. e.* Lævitas intestinorum) fit præpropera & citacibi nullo modo modificati nullamque alterationem, nec in substantia, nec in colore adepti per alvum excretio. Cœliaca verò passio assumptorum aliquo modo sed leviter tantum transmutatorum è ventriculo per intestina transitus. Causa utriusque est, retentrix ventriculi & intestinorum facultas læsa, in Lienteria quidem penitus abolita, in cœliaco morbo solum diminuta, aboletur vel imminuitur retentrix ventriculi facultas ab iisdem causis, prout vel graviores sunt vel læviores. Frequentissima est intemperies frigida & humida, cum humore pituitoso conjuncta ventriculum relaxante, ejusque internam superficiem rugosam oblinente, ita ut alimenta in eo retineri nequeant, sed in concocta per intestina præterlabantur; fit etiam ob ex pultricum ventriculi & intestinorum à mordacibus humoribus irritatam qui vellicando ad præmaturam excretionem excitant. Hanc facultatem, pariter stimulat inflammatio & ulcus ventriculi, venenum item assumptum, aut maligna qualitas ventriculum obsidens. Cœliaca passio quandoq; pro causa agnoscit, læsam Chyli per spongiosam intestinorum crustam in lacteas venas transcolationem. Gravibus quin etiam & lethalibus morbis sæpe succedit Lienteria, ut videre est in dysenteria, & febribus malignis ob nimirum summam retentricis imbecillitatem. Mala sunt hæc non contemnenda, quod universo corpori nutrimento subtrahant.

SUB.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cœliaco Morbo.

POst vomitum & purgationem ſtomachale ſcutum ita paravimus.

℞. Ladani puri & bene olentis, ℥i ß. lign. aloes ℥ß. maſtich. thuris, an. ℥ii. nuc. moſch. macis, piper. longi, cari ophyll. cal. arom. menth. an. ℥i. cum cera & reſina. q. ſ. ad ignem. M. F. ceratum ſtomachale, quod in panno ſcarlatino ad ſcuti figuram extendatur adjecta ℥ß. Galliæ moſch. & ventriculo admoveatur. Hoc enim ad ventriculi malam intemperiem propulſandam multum conducit, veluti ad concoctricem & retentricem facultates ipſius ventriculi malè affectas roborandas & inſtaurandas, quod unum nobis præcipuum in hac curatione propoſitum eſt. Deinde hoc condito uſi ſumus.

℞. Diacydon. cum ſpeciebus, ibi. theriac. opt. ℥i. diacinnamom. ℥ii. in mortario marmoreo omnia rectè piſtentur, & cum aromatica Cydonior. miva. F. conditum, de quo ſingulis diebus ℥i. jejuno ſtomacho comedebat, & deſuper pro poſſe dormiebat, & ad quatuor ſequentes horas cibum non capiebat, iis autem & optimo victu intra viginti dies melius de ventriculo habere cœpit. Victum talem inſtitui, capi aut gallinæ vel perdicis ſuccum bibebat, quem ſic extrahere mandabamus. Alitem exenteratam accipe, & ipſam optima & pura maſtiche cum cinamomo el. & pauculo pane refarci, & ad ignem in veru coque, quam ſic non exactè aſſam torculari exprimes, & ſuccum multum inde extractum, ægro potandum dabis, non niſi pulviſculo ſpec. diamoſch. dulcis & diambræ adjecto. Eſt ſanè ſuccus hic optimus, quia concoctu facilis, ventriculum minimè gravans, & paucas vel nullas gignens ſuperfluitates. Maſtiches etiam & cinnamomi ratione ventriculi malas qualitates emendat, & ejus facultates vitiatas ac debiliores redditas roborat & inſtaurat. Poſt hunc vero ſuccum ebibitum parum pulli aut alterius alitis, benè elixæ comedebat, ac tandem parum vini rubri generoſi adſtringentis bibebat, initio etiam cibi ſemper parum diacydon. præguſtabat, ut ventriculum ad ea quæ poſtea comedere debebat, ſtabiliret. *Amatus Luſitanus. cent. 3. curat. 87.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Cœliaca Affectione in Infante.

PUer quidam Princeps annum natus, poſt ablactationem menſe uno cum dentire inciperet, alvi fluore cepit corripi; dejiciebat quater vel quinquies in die materiam pultis inſtar huic qua paſci ſolebat, ex farina & lacte coctæ, non admodum diſſimilem, & veluti chyloſam, bile tamen tinctam, admodumque acrem, & fœtidum odorem ſpirantem. Cùm non ceſſaret hic fluxus diebus tribus ſequentibus, ſed augeretur potius, infanſque non nihil calere & ſitire inciperet; vocatus ego vitio ventriculi hoc accidere, quod ſingultus diu perſeverans ſæpe comprobabat, & quandam Lienteriam cum cœliaco morbo ſubeſſe judicavi.

Primùm Syrup. Cydonior. ex cochl. exhibui, cui interdum pulverem corall. rub. & tantillum pulv. rad. tormentillæ permiſcui, eundemque ſyrup. cum aq. roſ. rec. ſtillata alioquin, propinavi, ventriculi & ventris regionem oleo maſtichino in dies bis inungere juſſi, terque tantum in die pultem exhibere, cujus portioni interdum corallos miſcui, aquam quam bibebat, prius in vitro decoquere juſſi, poſteaque panem toſtum huic indere, eamque, ſed ſi fieri poſſet, rarius exhibere. Adhuc non ceſſante fluxu, juſſi orizam cum lacte decoquere, verum cum reſpueret, pultem cum lacte in quo ſilices albi extincti eſſent, coquere juſſi. Lac amygdalinum interdum loco aquæ propinavi: & cum admodum ſingultiret, Syrup. cydon. quo delectabatur, exhibui, ſtatimque ſingultus ceſſavit. Cataplaſma ex illis quæ ad manum habere poteram ſic paravi.

℞. Cydonia, & pyra ſicca, p. ii. panis parum toſti ablata circumferentia nimium uſta; laminas ii. decoq. in vino rubro, donec molleſcant, contund. addendo pulv. roſ. rubr. abſint. an. ℥ii. maſtich. boliarmen. an. ℥ii. ol. maſtich. ℥i. M. & extend. ſuper pannum, & ventriculi ac ventris regioni

ap-

apponantur, repetantur quater in die, quando ad dormiendum fasciis involvitur, repetitum altero die fuit, additis ol. mastich. ʒi. ol. cydon. nardin. an. ʒß. pulv. mastic. ʒi. sicque mox postea expurgata omni illuvie malum cessavit. *Felix Platerus, observ. lib. 3. pag. 855.*

SECTIO XXXXIX.

De Colica.

COlica ab intestino colo nomen habet, quod in eo maximè crudelitatem suam exerceat: ejus sæpe tanta est atrocitas, ut multi immisericorditer ab ea tractati, levandi doloris causa se confoderint. Est tristis sensatio intestinorum præcipuè coli cum fæcum retentione, à solutione continui oriunda.

Causa proxima est solutio continui; vix enim potest tantus dolor ab intemperie originem suam trahere. Causæ materiales sunt, flatus, excrementa indurata in intestinis coercita, humores præsertim biliosi, ac pituitosi, interdum inflammatio, quandoque vermens, & alia quævis materia seu frigida seu calida; quæcunque etiam intestina violenter comprimere, vel obstruere, vel erodere potis est, aut impense alterare; quod materiæ malignæ denegandum non est: cum hæc interdum dolorem colicum accersere possit. Materia verò ipsum faciens, alias in civitate, alias intra intestinorum tunicas continetur, quandoque in utroque ex dictis locis.

De triplici potissimum colica mentio fit apud Medicos; de flatulenta nimirum, pituitosa & biliosa, quæ à flatibus oritur, dolorem habet maxime vagum, qui non diu in eodem loco persistit, sed modò sursum, modò deorsum, modò ab uno latere in oppositum divagatur & distendendo excruciat. Bilis rursus colicam cum mordacitatis sensu inducit, plerumque sitim & oris amaritudinem comitem habet, inter pituitosas, ut crudelissimam eam refert *Galenus*, quæ à pituita vitrea intestinis tenaciter impacta, ortum ducit, quæ pali infixi vel tenebræ perforantis speciem exhibet, hunc comitatur affectum frequens nausea & vomitus, excrementorum retentio, ita ut interdum ne flatum quidem supra vel infra excernere possunt; & sæpe dolor modo in una parte, modo in alia vehementius infestat: per quæ signa non inepte è dolore nephritico distinguitur; sed manifestius multo, si dolor locum renibus altiorem occuparit, & rejecta per sedem pituita vitrea, vel fæcibus induratis, aut alia materia, dolor quieverit: hæc enim Colicam satis manifestant, ut alia, & præcipue doloris situs & stabilitas, cruris stupor è directo, & arenularum vel calculi exclusio nephriticum indigitant.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Colico dolore ex pituita crassa.

UT hic Clyster injiceretur mandavi. ℞. Rad. alth. ʒi. fol malv. mercurial. an. Mj. fol. rutæ, flor. Chamæm. & melilot. an. Mß sem. anis. fœnic. carvi. an. ʒij. F. decoctio in jure pulli pingui, in colat. ℔i. dissolv. Cass. hieræ picræ, an. ʒß. bened. Laxat. ʒij. ol. amygd. d. ol. aneth. & Chamæm. an. ʒi. salis gemmæ, ʒi. salis communis, ʒß. M. F. Enema nihil effecit, glandem adhibuimus, sed frustra.

Ad ructus verò expellendos sumebat ex decocto flor. Chamæm. in cerevisia, nihil juvabat. Ideo ad Clysteres fortiores transivimus, non tamen unum Clysteram super alium statim immittendo, ut stolidi facere solent; qui singulis horis ferè indifferenter enema injiciunt; quod minimè fieri debet. Ideo expectavimus in alterum diem, & tunc decocto superiori addentes, ficus pinguens & passulas, & ʒi. fol. Senæ, & post colaturam eadem lenientia & laxantia, addendo butyri ʒi. & loco ol. aneth. rutaceum, clysterem denuo injecimus, qui tamen nihil effecit. Ideo sex vel pluribus horis intermissis, in eodem decocto decoximus pulp. colocynth. in nodulo raro ligatæ ʒi. agar. el. ʒiß. & hujus decocti accepimus ℔j. addendo bened. laxat ʒi cass. ʒß. hier. picr. ʒiij. philon. Roman. (ob ingentem dolorem) ʒß. ol. chamæm. aneth. amygdal. d. an. ʒi. salis communis, ʒiß. salis gemmæ, ʒi. F. Clyster. injeciatur

tur moderatè calidè, quo quinquies egeſſit valde pituitoſa cum flatibus multis, & dolor ex parte ſedatus eſt. Die vero ſequenti in diluculo exhibui ℈ij. theriac. opt. & ſpec. diagar. ℈ß. cum ℥iij. aq. hyſſop idque calide, egregiè dolorem ſedabat ſudore ſubſequente, ſed hora ſexta poſt meridiem cum dolor iterum rediret, hoc fotu rurſus ceſſavit, nec amplius rediit.

℞. Flor. chamæm. & melilot. an. Mj. ſem. malv. lini, carvi, aneth. an. ℥iij. coq. in aq. pro fotu cum ſpongia. Dolore non redeunte, ad reliquias ventoſitatum depellendas, tum ructus auferendos, ad ventriculi & inteſtinorum roborationem, ex electu. ſequenti ſumebat omni manè, ad magnitudinem caſtaneæ.

℞. Conſerv. flor. anthos ℥ii. conſ. roſ. ſpec. diacumini, & diagalang. an. ℥ii. cum ſyrup. menthac. fiat ad modum conditi. Hiſce præſidiis in longum tempus ſanatus eſt. Salgemmæ proprietate quadam, ut ſæpe experti ſumus Scybalas emollit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 5. lib. 21. De Meſenterii & Inteſtinorum affectibus.*

Si ex pituita craſſa malum originem habeat, & dolor vehementiſſimus fuerit, præſtat initio uti clyſtere ex oleo communi *Paulo* Authore. Sæpe enim vitream ſimul cum fæcibus pituitam expulit, ac dolorem ſubitò finivit talis Clyſter, vel uti licet eodem oleo, in quo priùs decocta fuerit ruta, ſeu ſemen aliquod quod flatum diſſipet; liquato prius in prædicto oleo, adipe anſerino vel gallinaceo. Fotus etiam in hunc modum præſcribatur.

℞. Rad. alth. ℥iß. fol. malv. alth. an. Mi. flor. chamæm. melilot. ſummitat. aneth. an. Mß. ſem. fœnugræc. lini, an. ℥ß. ſem. aniſ. cumin. fœnic. an. ℥ji. bulliant in hydræleo, & cum ſpongiis duabus alternatim, partibus dolentibus applicentur. Detur quoque poſtea medicamentum diatrion pipereon & theriaca. Ubi verò pituita ſatis eſt extenuata, purgans medicamentum exhibeatur, ut hiera. *Petrus Foreſtus, obſ. 7. l. 21.*

Rondeletius nobilem Matronam curavit, cum graviſſimo dolore coli detineretur ex pituita, & nihil ad manum eſſet, ſolo vino hyppocratio injecto, eodem modo & ruſticus quidam curatus fuit. *Petrus Foreſtus, in Schol. obſerv. 7. lib. 21.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Colica Bilioſa.

FRigida aqua uſus ſum in iis quorum vires robuſtas & partes principes illæſas deprehendi: ac ſcio me levaſſe omnino dolorem & totum morbum, ne reverteretur amplius, prohibuiſſe.

Amatus, cent. 1. curat. 2. Hiſtoriam habet de Muliere colica ex calida cauſa laborante, quæ ex potu aquæ frigidæ, ſubitò incantamenti inſtar dolore lævata eſt, non amplius redeunte.

Idem quoque in filio Falconis colica à cauſa calida laborante, gelidam dedit, & inſuper pannum lineum frigida aqua immerſum, ac manu preſſum umbilico admoveri juſſit: nec non diapapav. in rotulis dabat, ac deſuper aquam Endiviæ, quibus paucis intra triduum ſanus factus eſt, non ſine multorum admiratione, & artis Medicæ decore. *Petrus Foreſtus Schol. obſerv. 12. lib. 21.*

Religioſus quidam obnoxius erat colicæ bilioſæ diuturnæ & contumaci, quæ ſæpe recurrebat, cujuſdam conſilio, ſumpſit manè fruſtum butyri recentis, ſuperbibendo parum vini; hoc remedio per longum tempus continuato, ab affectu liber & immunis evaſit. *Lazarus Riverius, obſerv. 71. cent. 2.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Colico Dolore.

INter alia decoctum flor. chamæm. com. modè exhibui, quod quidem ſi quid aliud hypochondriis ac reliquis viſceribus quæ circa hypochondria ſunt, gratum exiſtit. Condenſata corpora rarefaciens, indurata emolliens ac tenſa relaxans, doloreſque ſedat ac mitigat. Decoquatur cum cereviſia. Hoc decocto ſæpius nos dolorem mitigavimus, præſertim ſi cum pituita etiam flatus adeſſent. *Petrus Foreſtus, obſerv. 16. lib. 21.*

Dedi uſitatum meum ad dolores colicos ſedandos remedium.

℞. Ol. amygd. d. rec. expr. ℥iß. vini malvat.

vat. ℥ß. syrup. papav. ℥ij pro uno haustu. *Felix Platerus, observ. 2. pag. 450.*

24. Cassiæ rec. extr. ℥ß. spe. hier. ℥ß. ol. amygd. d. rec. q. s. M. F. bolus, Egregium est hoc medicamentum ad pituitæ eductionem, nec sinit post ejus usum alvum indurescere. Quidam redactus erat ad extremam maciem ut [illegible] hominis esse videtur, & laborabat simul perpetua obstructione & duritie alvi, & colica subinde recurrente cum hoc aliquoties usus esset, redierunt intestina ad officium suum. *Gaspar Hoffmannus consil. 11. lib. 3. consil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scoltzio* editorum.

Si adest dolor colicus, injiciatur per Enema oleum amygd. d. cum vino malvatico, apponatur ventri rete castrati coctum in oleo adjecto chelidon. maj. contuso cum rad. si haberi possunt. Prosunt etiam Catuli lactantes ventri appositi, qui si veteribus Latinis Medicis fides est adhibenda, malum ad se trahunt, atque ipsi deinceps colicis doloribus moriuntur. Ventrem etiam Anatis vivæ deplumatum malum ad se trahere, si ventri apponatur, experientia constat. Idem præstat rana viva apposita. Magni etiam Medici aquam frigidissimam apponunt, nolim tamen ullum temerè ad hoc remedii genus pervenire. Per os magno cum adjumento datur album quod infimo gallinaceo reperitur ex optimo vino. Quidam adjiciunt membranas interseptentes nucleum in juglande. *Joan. Crato. consil. 13. lib. 3.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Colico Dolore.

Jacobus Finkius avunculus meus suspiciendus colico dolore torquebatur, canis milesius ventri impositus, qui cum incaluisset, urgebat exitum, vomuit vehementer, & tormina avunculi remiserunt.

Ancilla ejusdem in dolore dentium, eundem canem genis appposuit sensitque levamen, sed canis dolorum impatientia hinc inde curritare & latrare cœpit. *Thomas Bartholinus, hist. 53. cent 6.*

Colica oritur ex flatibus verum est, sed hic protinus aliqui festinant ad flatus discutiendos, adhibent fomenta, illinunt unguenta, dant per os flatus discutientia, &c. quæ sanè in colica leviori faciunt quod debent; hoc est, discutiunt flatus: sed in vehementi tantum abest, ut prosint primùm administrata, ut plurimum etiam noceant, quandoquidem pituitam in intestinis contentam in flatus dissolvunt, & morbum augent. Sicut memini accidisse Doctori cuidam, quem remedia contra Colicam apta, non apto tempore usurpata pene enecarunt: habent flatus discutientia suum locum, & iis omnino opus est, sed antequam ea adhibeantur, necesse est vias inferiores aperiri, stercora arida obstructionem facientia educi, & siccitatem intestinorum emendari. Ad hoc medicamentum nullum magis idoneum est quam Clysteres lenientes, mollientes, & si viscida materia adsit, etiam incidentes, & abstergentes, neque protinus si unum Enema successu caruerit desistendum est ab ulteriore usu illorum, sed insistere oportet, donec obstructio à retentione fæcum exorta tollatur, cur autem non recipienda sint olea in Clysteres non video, cum lubricent intestina eaque molliant, multò magis metuo siccitatem, quæ non usurpatis oleis relinquitur. *Galenus* certè cum ex phlegmate vitreo intestina ipsi veluti terebra perforarentur, fatetur in illa sua colica injecto per Clysterem oleo rutaceo, magnam frigidissimæ pituitæ, *i. e.* vitreæ copiam excrevisse & convaluisse, Adscribam verba *Longii* popularis mei Medici expertissimi ex epistolis ejus.

Si Colon (inquit) flatu grosso aut phlegmatis vitrei frigore & cruciatu intollerabili divellitur, si oleo subtilioris substantiæ, quale est Sabinum (in quo ruta aut semina cumini, dauci, anisi, decocta fuerint) cum Clystere infuderis patientem confestim ab hujus doloris colici carnificina liberabis. Avena in sartagine frixa, & sacculo indita, egregium est fomentum in doloribus Colicis. Marchionem quendam ex magnis doloribus relevavi hoc uno; cum nihil reliquorum adesset ad manum. Attenuat flatus & vim habet etiam laxandi. *Gaspar Hoffmannus, consil. 14. lib. 3. consil. Cratonis, &c.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Colico dolore.

OLeum amygdalinum cum vino malvatico hauſtum, pervulgatum eſt remedium verùm ego ℥ß. ſpermati ceti addo, atque hoc inter efficacia & ſecreta remedia habeo, ſed videndum ne ſperma vetus ſit & rancidum.

Galenus in dolore à ventoſitate orto, curcurbitam magnam cum multa flamma ventri ad umbilicum admovet, & ita ſubitò auxilium ferre affirmat; ut incantamenti ſimile videatur. In pauperibus allium cum ſale contuſum ſæpe magno ſucceſſu ventri apponitur. In colica & Iliaca plurimum valet extractum Calam. arom. ad ℈i. cum ſyrup. aliquo ſumptum. Item Mithridatica Antidotus, cum ſucco Cytoniorum in Lienteria. *Joh. Craton. conſil.* 21. *lib.* 5.

Ad colicum dolorem prodeſt pro præſervatione Zona ex inteſtino Lupi exſiccato, ea cingatur die ac noctu. Si verò infeſtat colicus dolor.

℞. Succ. parietar. urin. pueri, an. ℥ v. ol. rutac. vini cocti an. ℥ iij. ovorum lutea ii. ſal. ℥ i. F. Clyſter. *Helideus de Paduanis, conſil.* 63. *lib.* 6. *pag.* 365. *conſil. Craton.* &c.

Per ſuperiora multa dari medicamenta in colicis non ita ſemper convenit, ſalubrior multò eſt crebrior Clyſterum uſus. Utatur aliquot diebus ante cœnam & prandium ℥ i. ſequentis pulver. ſæpiſſimè à me in colica experti cum vino albo.

℞. Cinamom. integ. opt. ℥ iii. galang. cal. aromat. an. ℥ i. bacc. lauri, ℥ i ß. cumini, ℥ ii. C.C. uſti, ℥ ß. ſem. rutæ. ℥ ß. aniſ. fœnicul. an. ℈ iv. caryoph. ℥ i. pulveriſatis ſingulis ſubtiliſſimè & miſtis adde ſpec. dianiſ. ℥ i ß. ſacchar. albiſſ. ℈ ii. F. pulvis.

Emplaſtrum denique in torminibus celebre ſequens eſt.

℞. Emplaſt. de baccis Lauri. ℥ iv. de melilot. ℥ i. M. malax. cum modico ol. chamæmel. & rutac. ut fiat maſſa. *Joh. Nævius conſil.* 89. *p.* 649. *lib.* 6. *conſil. Cratonis*, &c.

Urgentibus doloribus, injiciatur Clyſter ex decocto veronicæ hoc modo.

℞. Veronicæ, Miii. flor. Sambuci, Mj. abſinth. p. ß. coq. in lacte, vel quod melius eſt, in jure capi, in colat. ℔iß. diſſolve ſacchar. ℥iii. Aloes. ℥iß. myrrh. ℥i. M. F. Clyſter. *Joh. Crato. conſil.* 99. *pag.* 652. *lib.* 6.

Imprimis commedatur decoctum veronicæ, quæ à proprietate colicis medetur; ea coquitur in juſculo gallinaceo, libræ juris decocti adjiciatur vini malvatici, ℔ß. myrrh. ℥ß. & tanquam Clyſter imponitur, rectè etiam decoctum veronicæ ex vino albo cum ℈ß. myrrhæ, per os inchoantibus & urgentibus doloribus datur. *Joh. Crato. conſil.* 10. *lib.* 1.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Colico dolore.

NUllum præſtantius aut divinius remedium pro eo propulſando invenimus quàm lupi inteſtinum; in pollinem enim redactam & vino generoſo exceptum ac calidè epotum, brevi opus ſuum confecit, & ipſe æger ſanus evaſis. *Amatus Luſitanus, cent.* 3. *curat.* 12.

Plurima ſunt quæ pro præſervatione & curatione doloris colici; ab occulta proprietate operantia, à medicis præſcribuntur auxilia. Lupinum ſtercus ſummè laudat *Galenus* & appoſito exemplo confirmat. *lib.* 10. *de ſimpl. med. facult.* titul. *Stercus Lupinum*. Sic pudendum tauri ſpecifica virtute mirificè juvat. Plurimos notavi miſerrimè hoc tormento concuſſos, qui ſolum hoc auxilio ſanitati ſunt reſtituti. Alii ab eo hujus vi ſunt præſervati: utere eo in pulverem redacto ℈i. quantitate in malvatico diſſoluto. *Zacutus Luſitanus obſerv.* 26. *lib.* 2. *Prax. admirandi*.

Propinetur cum vino vel liquore convenienti, ſtercus lupinum in ſubtiliſſimum pulverem redactum ad ℈ i. pondus, mirandum dictu acerbiſſimos dolores citò hoc pulvere evanuiſſe vidimus, qui in colicis omnibus doloribus tam à frigida quàm calida cauſa ortis ſummopere auxiliatur: non operatur qualitate manifeſta, ſed tantum occulta, ut pluries experti fuimus. *Dominicus Panarolus obſer.* 36. *Pentecoſt.* 3.

Si dolor Colicus urgeat, fotu ex Chamæmelo & ſeminibus Lini & fœnu græc. utatur: valet quoque equinum ſtercus. *Guill. Ballorius conſil.* 117. *lib.* 1.

Uri-

Urinæ potum ad graviſſimos morbos frigidos propulſandos ſummè eſſe ex uſu, unanimiter authores confirmarunt, hanc ego à puero impube extractam ſæpe ℥viij. quantitate cum melle deſpumato permixtam, actu calidam patientibus dolorem colicum cæteris non conferentibus auxiliis exhibui, omnes exceretis flatibus per inferiorem & ſuperiorem ventrem, ruptaque copiosè alvo ſuperſtites evaſere. *Zacutus Luſitanus, obſ. 27. lib. 2. Prax. Admirand.*

Adoleſcens bilioſiſſimus vigente hyeme in Colicum dolorem incidit ita atrocem, ut ingenti dolore ſitique oppreſſus velut amens, tres dies inſomnis duceret, vocatus uſus ſum ſectione venæ, refrigerantibus Clyſmis, frigidis Julapiis, & aliis quæ furentem & acrem bilem mulcerent, ac lenirent; ſed cum dolor ingraveſceret, ſitis urgeret, ex nive Emplaſtrum parti dolenti impono, & aquam gelidiſſimam cum ſaccharo ad ſatietatem bibendam offero; non tranſierat hora, quin ſe ſanum repentè exclamaret, ita ut eodem victu frigido nutritus, à dolore ſecurus evaſerit. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 25. lib. 2. Prax. Admirand.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Colico Dolore.

24. TEſticul. equor. vino generoſo optimè laventur. Deinde in taleolas incidantur, & in furno exſiccentur ſenſim non multum calido, ne comburantur, uſus tempore.

24. Teſtium ſic ſiccatorum ℥ j. in pulverem reducatur cum ℥ ß. ſem. aniſ. contuſ. & in vino vel jure exhibe, quod debet fieri poſt aliquam evacuationem per Clyſteres.

Hoc eſt ſingulare quoddam remedium ad dolores colicos, tum curandos, tum præcavendos, à proprietate ſubſtantiæ operatur; & illud expertus ſui in meipſo, & in multis aliis, & tanquam ſecretum inter mea ſecreta præcipuè habeo.

In eandem intentionem exhibetur etiam pulvis jecoris lupi exſiccati cum magna utilitate. *Rodericus à Fonſeca. Tom. 1. conſult. 57.*

Ubi morbus non cedit, quidam exhibent ℥ iii. ol. rec. amygd. d. cum vino albo & aq. parietar. Deinde exhibent glandem plumbeam argento vivo illitam in formam pilulæ; qua ratione quidam liberatus eſt, in ſumma deſperatione. Sed ut arbitror fuiſſet convenientius exhibere ♃ ß argenti vivi crudi. *Rodericus à Fonſeca. Tom. 2. conſult. 81.*

Hic Venetiis, maximè celebre proleniendis doloribus colicis eſt placenta ex pluribus ovis contuſis, cum pulvere cumini in ſartagine cum ol. Chamæm. confecta, quæ ad locum dolentem apponitur. Balneum etiam univerſi corporis ex oleo, cæterorum omnium mea ſententia eſt præſtantiſſimum. *Lælius à Fonte conſult. 146.*

Neſcio qua bona fortuna in radicem imperatoriam, quæ ſpecies eſt chamæleontis albi, & vulgò Cardopatia appellatur, incidi: eam Cyatho vini impoſui, & ſingulis diebus ante cœnam hauſtum dedi, & cœperunt dolores conquieſcere. Cum autem radix illa aliquid malignitatis, præſertim cum eſt humidior, haberet, itaque cum triduo ſumpſiſſet, & dolores jam remitterent, ℥ ß. Myrrh. in vino exhibui. Dedi etiam theriacam cum cal. aromat. extracto, & ſecundum divinam benignitatem contulerunt hæc remedia. *Ioh. Navius, conſil. 100. lib. 6. Cratonis, &c.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Colico dolore.

AUlicus quidam incidit in dolorem colicum graviſſimum: ad cujus ſublationem, primò injectus eſt Clyſter emolliens & purgans, poſtea carminans & evacuans, cum terebinthina à quo levatus eſt, ſed brevi dolor rediit, tandem in decocto carminante diſſolvi jubeo aq. benedict. ℥iv. diaphæn. ℥ i. à quo quater dejecit pituitoſa multa, & omnino liberatus eſt.

Eodem Clyſtere & alter à ſimili dolore ſanus evaſit. *Lazarus Riverius, obſerv. 67. cent. 1.*

Vir quidam quadragenarius graviſſimo dolore colico correptus eſt, qui neque Clyſteribus laxantibus, & carminantibus, etiam cum aq. benedicta; neque fomentis

ac

ac semicupiis intra 24. horas usurpatis sedari potuit: eoque continuo sæviente sequentes pilulas præscripsi.

℞. Aloes opt. ʒi. diagrid. gr. VIII. laudan. opiat. gr. v. F. pil. VI. deauratæ, has sumpsit media nocte, manè hora quarta dolor protinus quievit, & per diei decursum purgatus est quinquies, sicque omninò liberatus. *Lazarus Riverius*, *observ.* 1. *cent.* 2.

Juvenem quendam 18. annos natum colico dolore acerbissimo laborantem invisens, statim præscribo ad immanem dolorem coercendum, quem vix sustinere poterat, laudan. opiat. gr. VI. quibus intra duas horas dolor omninò sedatus est, nec in posterum rediit. *Lazarus Riverius*, *observ.* 12. *cent.* 1.

Mulier quædam subitò correpta est doloribus vehementissimis ventriculi & lienis regionem occupantibus, qui neque fomentis, neque purgatione, sedari potuerunt: sed phlebotomia celebrata, satis larga manu è brachio sinistro statim evanuerunt. *Lazarus Riverius*, *obs.* 44. *cent.* 1.

Mulier quædam sexagenaria doloribus colicis acerbissimis conflictata, post duos Clysteres frustrà injectos, sumpsit intestini lupi pulverat. ʒi. cum vino, & statim dolor evanuit. Post 10. vel 12. dies, licet per apozemata purgata fuisset, dolor rediit acerbior quam antea, ac licet in Clystere philonii ʒii. dissolutæ fuissent, dolor non quievit, prædictus pulvis iterum fuit exhibitus, & dolor imminutus est, ac post trium horarum spatium omninò ferè sublatus. Sed postridie rediit acerbior quàm antea; exhibita fuerunt laudan. gr. v. & dolor omninò sublatus est, nec amplius rediit. *Lazarus Riverius*, *obs.* 86. *cent.* 1.

Si Clysteres dolorem non solvant, in iis pertinaciter insistendum non est, sed satius est leni aliquo medicamento uti, observatum est, cùm æger quidam triginta Clysteres sine fructu accepisset, alium Medicum mannæ ʒiß. cum ol. amygd. d. ʒii. in jusculo gallinæ pingui exhibuisse, & ægrum à dolore liberasse, in dolore tamen qui fit à pituita crassa fortiora medicamenta exhibenda. *Galbanetum Paracelsi* humori discutiendo donetum est, si totus venter eo illinatur. Illius descriptio à *Cratone* talis proponitur.

℞. Gummi elemi, hederæ, galbani, ol. laurin. an. part. æquales, distillentur in arena per retortam; serventur seorsim, primùm aqua, exinde oleum clarum, tertiò oleum crassum instar mellis, quo imprimis utendum est.

Ad Colici doloris qui in paralysin degenerat, curationem, alvo variis Clysteribus soluta, primisque viis cathartico apertis, demittatur æger in balneum tepidum, ex decocto emollientium paratum, bis, ter, quater, quinquies in die, ut acrimonia humoris temperetur, postero die cathartico accommodato humor ille purgetur. Deinde repetatur balneum, si idque alternis diebus faciendum, vires ægri ferre queant, donec expurgatis humoribus, & sedato dolore, æger in tuto sit, interim Clysteres continuentur, ad dolorem demulcendum, quibus cassia, oleum violac. & Lilior. admisceri poterunt, venter ol. Chamæm. aneth. amygd. d. lilior. cum butyro frequenter inungatur, neque omittenda est, ab ipso morbi initio, phlebotomia, eaque purgationi præmittenda, ac sæpe iteranda, si sanguis prava qualitate infectus appareat, aut si dolor rheumatismi particeps esse videatur. Denique omnia remedia quæ in colica biliosa proposita sunt, hic etiam aptari poterunt, quibus non conferentibus; nonnulli Medici confugiunt ad potionem sequentem, quam licet sordidam & delicatorum hominum ore indignam exhibent, & dolorem statim mitigare affirmant.

℞. Stercoris equini ʒi. minutim dividatur & infundatur in aq. papav. rhœad. lbi. in qua guttulæ 8. vel 10. spiritus vini dissolutæ fuerint, fiat colatura cum expressione levi, & parentur potiones tres satis amplæ sumendæ horis exacerbationis doloris. Si verò affectus in paralysin degeneret, lenienda est spina dorsi & partes paralyticæ, balsamo resolvente & nervos roborante. Galbanetum *Paracelsi* hic præcipuè confert, si partibus prædictis, tum etiam umbilico admoveatur. *Lazarus Riverius*, *lib.* 10. *Prax. Medic. c.* 1.

SUBSECTIO NONA.

Pro Colicò dolore.

Filiolus meus *Carolus* in ætate 4. mensium correptus fuit colico dolore sæviſſimo, qui clamores & ejulatus continuos ab eo extorquebat. Exhibui pulv.el. diamoſch. d. ℈ß. cum lacte, quo dolor quievit per horæ quadrantem, & iterum rediit cum pari sævitia; injectus fuit Clyſter ex decocto aniſi & Chamæm. cum vitello ovi, & ſaccharo, eoque dolor omnino ſublatus eſt.

Poſt octiduum eodem dolore affectus eſt, ita acerbo, ut priori deterior appareret, ſumpſit vulverem ſed fruſtra: injectus fuit Clyſter prædictus etiam fruſtra, tandem admoveo fotum toti ventri ex decocto aniſi & Chamæm. in aq. vitæ, prima applicatione dolor omnino deſiit, ſequenti iterum rediit dolor, eoque aliquantulum prædictis remediis mitigato, poſtero die manè exhibita fuit Syrup. roſ. ℥j. quem aſſumendo, vomuit pituitam inſtar albuminis ovi, ſed nihil ferè rejecit tormina recurrebant, iteratus Syrupus cum ℥i. infuſ. Senæ, etiam parum præſtitit, tandem exh.bui pulverem comitiſ. ad ℈ ß. cum lacte, eoque blandè ac copiosè purgatus eſt, & ab hoc affectu omnino liberatus. *Lazarus Riverius, obſervat.* 27. *cent.* 2.

Quidam graviſſimo colico dolore excarnificatus triduum integrum, cùm nullis anodynis levaretur, ſumpta ℥i. pulv. inteſtini lupi cum pauco vino generoſo, incantamenti inſtar in priſtinam valetudinem erectus fuit. Mille alios colica laborantes hoc unico medicamento reſtitui, nullo injecto Clyſtere, aut catarthico ſumpto; quod admirationem fovet. *Petrus Pachequus obſerv.* 2.

Quidam retulit mihi ſe colico dolori obnoxium fuiſſe per multos annos, quo frequenter affligi ſolebat, ab eoque liberatum ſequenti remedio, una tantum vice aſſumpto, ita ut nunquam deinceps in eum inciderit, & plurimos alios, quibus idem remedium communicavit, fuiſſe etiam liberatos.

Hoc remedium eſt dolii obturamentum, ex ſubere conſectum quòd per plures annos huic uſui inſervierit, atque adeo probè vino imbutum ſit, illud autem ſuber igne comburendum eſt, ejuſque cinis exhibendus cum vino albo ℥i. pondere, urgente dolore, *obſerv.* 7. obſervationum à *Riverio* hinc inde decerptarum.

Nobilis quidam 40. annorum tam ſeviſſimis coli, & ilei inteſtinorum doloribus torquebatur, ut mortem ſibi ipſi conſciſcendi omnem captaret occaſionem. Ego acitus dolorem hunc immanem multis ritè adhibitis pharmacis demulcere ſedulò dedi operam, ſed fruſtra, tandem tale decerno Enema.

℞. Juris piſorum ℥ viii. aq. noſtræ benedict. ℥iiß. Sacchar. ℥ß. ol.communis ℥iv. M. ſimul. S. A.& injiciatur quavis hora recrudeſcentiæ doloris calidè. Ex hujus Clyſteris repetitione miraculosè omni ſopito dolore, & cauſa doloris noxia excluſa convaluit. *Martinus Rulandus cur.* 22. *cent.* 6.

Vir quidam coli dolore infeſtè cruciatus, liber & ſanus illico evaſit per ſequens infuſum catharticum.

℞. Troſchiſch. alhan. pulv. ℥i. ſeri lactis ℥x. macerentur per noctem in loco calido, fiatque infuſio: de qua colata bibit calidè ℥v. ſedens in balneo aq. dulcis, tantundem bibit & fecit ſequenti die; & ſtatim ſanatus eſt. *Martinus Rulandus cura.* 61. *cent.* 10.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro colico dolore.

In Colica, & Iliaca flatulenta, remedium ſpecificum eſt mixtura ſpiritus vini & ſpiritus ſalis an. ℥ß. vel ℈ ii. in aq. communi tepida ſudoribus exinde provocandis data. Illicò nimirum ſitientes ſpiritus colicæ adminiſtros potat, ac in vapores reſolvit. Patiens quieſcat, licet id ei difficile; motu enim creſcit malum. In Colica ponatur magnes ſuper umbilicum & ſtatim ceſſabit dolor. *Joh. Hartmanus.* Pract. Chimiatr.

Vir quidam patiebatur ſæviſſimum & crudeliſſimum dolorem colicum, cum cibi potuſque vomitu hunc ita ſanabam.

℞. Spi-

℞. Spiritus vitæ aurei ℥i. hoc valdè est expurgatus, atque inde quievit dolor. *Martinus Rulandus, curat. 5. cent. 3.*

Studiosus quidam 18. annorum affligitur colico dolore. Sanatur à me unico die hoc modo.

℞. Extract. Esulæ ℥ß. aq. font. claræ. ℥iv. M. Fiat haustus colandus colaturam bibit calidam, qua probè expurgatus est cum colici doloris remissione, altero die iteravit hunc haustum, & integram obtinuit sanitatem. *Martinus Rulandus, curat. 45. cent. 7.*

Aurifaber quidam colica & diarrhea subinde corripi solitus, hoc facili remedio illico se curat, sedendo nimirum per satis longum tempus super incudem probè calidam. *Honoratiss. D. Robertus Boyle* libro de utilitate naturalis Philosoph. *Part. 2. Sect. 5. cap. 14.*

℞. Jusculum cum allio & oleo olivarum, & calidè hauriatur cum vini opt. dimidia parte sæpè enim expertum est. *Petrus Borellus, obs. 92. cent. 4.*

Multos qui colica graviter afflicti essent, curabat medicus quidam experientissimus facillimo hoc remedio. Stercoris ovilli globulos vi. vii. aut ix. solvebat in vino opt. colabat, & fortiter expressum infusum propinabat, quibusdam præterea exhibebat magno emolumento pulv. compositum ex part. ii. rasuræ ossium dactylorum, & part. j. pulv. ovorum ex quibus pulli fuerint exclusi. *Hieronymus Reusnerus observatio 178.*

Syrupus ex aqua vitæ paratus cum saccharo in crudis humoribus tormina excitantibus mirificè contulit. In Colico dolore præsertim circa ventriculum vexante, conferre dicunt jusculum ex succo amygd. d. cum granis aliquot piperis longi ex vino *Hipocratico* pauco.

An in Colicis doloribus sectio venæ? Imò præsens remedium si à bile esse videtur, cavendum à medicamentis validis, & usu lenteorum impensè calidorum tepore juvantur & thermasmate. Syrupus violatus confert, imo & usus lactis recens mulcti aut calidi. *Guil. Ballonius lib. 1. Epidem. & Ephemer.*

Vidimus cuidam acerbitate doloris colici detento placatos esse dolores adhibito umbilico modico Emplastro caustico, & veluti escharam faciente, & intus foras evocante, quomodo etiam in doloribus dentium deforis extremo maxillæ inferioris Escharoticon miro profectu applicant quidam. Pericula ista nos debent cautiores & & scientiores reddere ad excogitanda affinia remedia, sed illi aliquanto tutiora. *Idem ibidem.*

Efficax ad Colicam est oleum Saponis. Quod sic paratur.

℞. Saponis hispan. part. j. calcis vivæ part. ii. distillentur per alembicum vel retortam, oleum ab aqua separetur, cujus guttæ vi. vel viii. umbilico cum gossipio imponantur. *Sennertus Pract. lib. 3. part. 2. sect. 2. cap. 2. & instit. lib. 5. part. 3. sect. 3. cap. 6.*

Venerabilis quidam Pastor torquebatur dies noctesque continuo & acerbo cruciatu, ac vomitu crebro varia rejiciebat. Ego accersitus ad hunc mox per *Dei* gratiam sanum reddo ad hunc modum. Primò rutam contundebam cum aceto, & post coctionem imponebam in duobus saculis, quorum unum calidè admodum applicabam ventri toti dolenti, alterum ad anum. Et ex hoc fomento spatio unius horæ frænatus fuit dolor cum symptomatis non sine stupefactione astantium amicorum. *Martinus Rulandus curat. 13. cent. 9.*

Celebris Medicus *Augustanus D. Minderer* scribit se multis risui fuisse, quod vinum Colica laborantibus interdixerit, cùm tamen ipse expertus sit, omnes tales spuria paralysi immunes evasisse. Id quod ego in mea praxi diligenter & non sine magno fructu observavi. Quia autem ægri de ventriculi imbecillitate conqueruntur; soleo ipsis *Hispanicum* vel generosum aliud præm. concedere, non tamen pro potu ordinario, sed tantùm confortationis gratia. Clyster ipsi in colica familiaris fuit simplicissimus, ex lacte, melle & oleo; eumque mirè commendat. Hunc & ego quoque commendatione dignum experior, & vivunt etiamnum aliquot talibus Clysteribus familiariter usi: præterquam enim quod alvum subducant, etiam dolorem leniunt, & intestina minimè offendunt. *Vvolfgangus Hœferus. lib. 3. Herculis Medici, cap. 5.*

℞. Stercor. suill. rec. q. s. applicetur ca-

lidè dolenti ventri in forma emplaſtri. Hoc ſolo topico confeſtim convaluit Dux quidam. *Martinus Rulandus cur.21. cent.6.*

Aliquando confugiendum eſt ad mercurium d. qui aliquoties exhibitus cum purgantibus diagrydiatis curationem abſolvit. Quibus ſuſpectum eſt diagrydium, ſolus exhibetur mercurius d. in pil. efformatus cum conſerva roſ. ſuperhauſta infuſione ſenæ & rhei, addita manna & ſyrup.roſac. poſtea utiliter uſurpantur aquæ acidulæ & vitriolatæ. *Lazarus Riverius prax. Medic. lib.10. cap.1.*

Zythogalum factum ex cereviſia & lacte, in quo decocti ſunt aculei foliorum agrifolii, mirè conducit ad dolorem colicum & tormina inteſtinorum, ut in ſemetipſa aliiſque nuperrimè experta eſt matrona quædam poſt alia remedia fruſtra tentata. Idem procul dubio efficiet foliorum decoctum. *Joh. Rajus Catal. plantar. Angliæ.*

℞. Cort. aurant. ficc. ℥vi. coq. in ℔ ß. vini albi generoſi. Colatura bibatur calidè.

Litus loci dolentis ex ſolo Zibetho mirum in modum prodeſt. Folia quoque liliorum cum oleo lauri in ſartagine frixa, & cataplaſmatis inſtar admota, ſtupendæ eſt virtutis. Agaricum in Clyſteribus decoctum ſtatim liberat à dolore colico.

℞. Fol. taurini, ſal. gemm. aloes, ol. com. an. part. æq. M. F. unguentum, quo illinatur orificium ani. Fæces duriſſimas educit.

℞. Ovum gallinaceum, abjiciatur albumen, vitello in putamine relicto: adde gr. piper. num. 6. vel 7. aq. vitæ quantum putamen continere poteſt. Calefiant, & capiat. Certiſſimum eſt ad Colicum dolorem remedium, à Regina Maria de Mediceis cuidam nobili datum. *D. Robertus Cuninghamo in M. S.*

SECTIO I.

De Columellæ inflammatione.

GUrgulio quod figura columnam referat Græce dicitur Κιονίς, Latinis Columella: ſæpe hæc pars inflammatione laborat, figura duntaxat ſecundùm longitudinem & magnitudinem mutata. Si enim inferior ejus pars craſſa & orbicularis ad uvæ ſimilitudinem evadat, non amplius columella ſed uvula dicetur. Inflammatur columella ob effuſos copioſius in partem humores: qui effunditur humor ſanguis eſt imprimis tenuis, aut pituita ſanguine mixta. Adeſt tumor, dolor, ardor, & rubor, cum deglutiendi difficultate, & ſuffocationis quodam periculo, interdum & cum febre.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Collumellæ inflammatione.

PRæmiſſis Clyſtere & venæſectione, hoc gargariſma (cùm eſſemus in principio) ad fluxionem reprimendam præſcripſi.

℞. Aq. plantag. ℔iß. aq. Equiſeti ℔ß. flor. roſ. rubr. p. 1. ß. gallarum contritarum num. 3. ebulliant unica forti ebullitione colat. addediamori ℥iii. M. Poſtea venas ſub lingua ſecari feci, & uvulam etiamnum inflammatam, & propendentem pulvere aluminis uſti & boli armeni ſimul mixtis ſublevavi. Hoc deinde gargariſmo utens convaluit.

℞. Plantag. bellid. min. flor. roſ. rubr. an. p. i. balauſt. ℥iii. coq. in aqua ad ℔i. adde aq. plantag. ℔i. ſem. Cydon. ℥ii. ſem. malv. ℥ß. rurſus bulliant addendo diamori ℥iiß. Melli. roſat. colat. ℥ß. M. pro gargariſmo, jubebam quoque ut ex dianuco lamberet, quo utebatur *Galenus* in Hortulano. *Petrus Foreſt. obſ. 1. lib. 15.* de faucium, gutturis, gulæ, & aſperæ arteriæ affectibus.

Mulieri cuidam tonſillæ vehementer tumebant, columella inflammata & valde laxata erat, ut vix deglutire & reſpirare poſſet, illam curavi in hunc modum.

℞. Aq. font. ℥ii. olei vitrioli tot guttas quot acidam multum reddant. In hac aqua intinctam pennam ad fauces tumentes immittebat aliquoties in horas ſingulas: cujus uſurore permulta phlegmata cõtinuò emittebat & expuebat. Poſt aquæ immiſſionem ex præcepto meo Succinum album carbonibus impoſuit, & per infundibulum ore fumum excepit, & ſic cum multorum ſtupore intra diei ſpatium ſanitatem obtinuit. Nam mox ſine moleſtia deglutivit, facilè reſpiravit, benè dormivit, tumor &

inflam-

inflammatio protinus sublata fuit. *Mart. Rulandus, cent. 2. cur. 97.*

SECTIO LI.

De *Comate.*

Κῶμα (quasi per Syncopen pro Κοίμημα à Κοιμῶ dormio) & Κατακωρὰ i. e. in somnum propensio & inclinatio; pro eodem accipiuntur; & nihil aliud sunt quàm profunda & nimia in somnum delatio & propensio, somno subsequente vel non. Si sequatur somnus dicitur coma somnolentum, in hoc ægri aperire oculos nequeunt, & non solùm in somnum inclinationem perpetuam habent, sed & profundius dormiunt, difficulter etiam excitantur, si nequeunt dormire, vocatur affectus Coma ἄγρυπνον seu vigil; quod est cum ægri clausos habent oculos ut dormire videantur, cum tamen vigilent. Causa Comatis somnolenti est quicquid spiritum animalium ad sensus organa influxum prohibet, ut sunt intemperies cerebri frigida & humida præsertim cum materia, quæ vapor est sæpius, quam humor: copia etiam calidorum & putridorum vaporum ad caput exhalantium, vel à toto, ut in febribus, vel à parte aliqua, ut ventriculo, intestinis & vermibus in iis. Hæc enim cerebrum replent, canales spirituum animalium ad sensum organa obstruunt, & spiritus ipsos torpidos reddunt, unde facilè obrepit somnus hic præter naturam. Probabilis etiam est, nec improbanda eorum opinio, qui hujus mali causam vaporibus adscribunt narcoticis; spiritibus animalibus torporem inducentibus.

Differt hic affectus à Caro, quòd in Comate interrogati respondent, in Caro vero nequaquam. Coma vigil fit ex certamine biliosi & pituitosi humoris in cerebro, unde soporis & vigiliarum est mixto, bilis enim vigilias, pituita vero soporem inducit: Potest quoque hujus Comatis causa assignari vapor narcoticus simul & mentem turbans. Sunt enim plurima narcotica, quæ & somnum inducunt, & deliria excitant; Qui comate vigili laborant, oculis conniventibus somnum captant, dormire tamen non possunt, aut si dormiant, mox excitantur, delirant, corpus varie movent, temerè è lecto furgunt moxque iterum decumbunt, aliquando adstantes invadunt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Comate seu Subeth puerorum.

PUer quidam 5. annos natus, crassus & obæsus, subitò incidit in comatosum affectum, cui convulsiones interdum superveniebant. Vocatus statim præscribo clysterem ex hiera diaphœnicone & aqua benedicta. Quo multum purgatus est. Reiecto Clystere, exhibeo salis vitrioli, ʒß. & provocato cum penna vomitu, multam pituitam excrevit, ac paucis post horis liberatus est. *Lazarus Riverius, observ. 28. cent. 4.*

Puella quædam 8. annorum comate detinebatur cum convulsionibus frequentibus, cui Medici multa remedia adhibuerunt, clysteres nempe, frictiones, cucurbitulas, vesicatoria, sternutatoria, & similia, ego vitrioli albi ʒi. cum juscùlo exhibui, & vomitu excitato illico liberata est.

Filius cujusdam hortulani 5. vel 6 annos natus, eodem affectu cum convulsionibus detinebatur, cui exhibui aq. bened. *Rulandi* ʒß. unde supra & infra purgatus est, & ab affectu liberatus. *Samuel Formius, observ. 11.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Comate.

SAcerdotem juvenem robustum comate vidi correptum à recediva febris, clystere accerrimo cum Colocynthidis ʒiii. Mell. ros. ʒii. & sale, sine efficacia indito, Prævotius 7. Vesicantia imperavit, quibus parum proficientibus, ad occipitis inustionem ventum; à qua melius habuit. *Joh. Rhodius, observ. 36. cent. 1.*

Commune est omnibus Cataphoris remedium aceti acerrimi perfusio super laminam ferream ignitam, quæ multos fumos acres excitat: qui naribus attracti, cerebrum exsiccant, somnumque expellunt, efficacius erit si addatur semen nigellæ

vel rutæ aut caſtoreum, *Guil. Rondeletius, pract. lib.* 1. *cap.* 19.

Qui in ſomnum profundiſſimum cadebat, pro apoplectico falsè habebatur, hunc autem difficulter ligaturis fortibus ac vinculis injectis, ac demum ſolutis, tum frictionibus excitare potuimus. Sed injecto acri clyſtere cum multis moleſtiis & yellicationibus excitatus eſt, frigidum & humidum habebat cerebrum, pituita refertum. Poſt exhibitum oxymel Scyllinum, & Syrupum è Stœchade, has pilulas commode devoravit.

℞. Pil. Coch. ℈ii ß. Caſtor. ℈ß. cum Syrup. è Stœchade F. pilulæ v. quibus alvus egregie turbata eſt, demum adhibita theriaca ad ʒi. vigil factus eſt, & à ſomno excitatus ad mentem rediit. *Petrus Foreſtus obſerv.* 33. *lib.* 10. *De Cerebri Morbis.*

SUBSECTIO TERTIA.

De Comate ſomnolento ex vini nimio uſu.

SAcerdos quidam ſi apud Convivas paulo largius vinum hauſiſſet, comate ſoporifero detinebatur, adeo ut neque tympanis valde ſonantibus, nec quovis horribili ſtrepitu aut ſonitu, vel exclamantibus à ſomno expergiſceretur; imò in menſa ſedens, ſomniculoſus, ſtupidus & immotus manebat: & ſi annuli à digitis detraherentur, & modò in hanc, modò in aliam partem propulſus, & ſi in domum ab aliis ferebatur nullo modo excitabatur, Huic viro ego Apoplexiam, aut aliud gravius malum ob hoc accidens prædixi: nec me fefellit prognoſticum, poſtea enim ab apoplexia extinctus eſt. Alios etiam novi, qui ubi largiter potaſſent, illicò Coma ſoporiferum incurrebant. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 34. *lib.* 10.

SECTIO LII.

Pro Condiendo Funere Magnatum.

IN *Italia* hic ordo ſervatur, primùm Pharmacopolam jubent, ut hæc ſimplicia adornet, quorum poſtea in conditura uſus erit.

℞. Roſ. rubr. abſinth. ſicc. lavend. nuc. cupreſſ. ſalv. an. Miij. cal. aromat. ſpic. nard. an. Mj. myrth. maſtich. aloes an. ʒiß. cinnamom. macis, nuc. moſch. cariophyl. croci, an. ʒi. alumin. roch. acaciæ, an. ʒii. ſal. communis, ℔ i. cumini furfur. torrefact. an. ℔. i. Contuſa omnia groſſo modo ſerventur ad Condituram. Item.

℞. Aq. vitæ, ℔ x. aceti acerrimi, ℔ xv. ſtup. canabin. vel cotti, ℔ viii. Spongias magnas numero 4. iſta omnia apparata habere decet.

Adminiſtratio autem condituræ hac ratione perficitur.

Inciſo ventre longitudinaliter, & latitudinaliter detracto etiam ſterno, & ſerra ablato Cranio, auferuntur omnia interanea omnium trium cavitatum. Poſtea totum corpus intus aqua frigida primò eluitur, ac ſpongiis abſtergitur. Secundò, aceto acerrimo. Tertiò aqua vitæ diligentiſſimè. Deinde facta cum ſicca ſpongia abſterſione, pulvis inſperſus infricatur ea ratione qua ſuillam carnem ſale condimus. Tandem ſaldellæ ex ſtupa, aut cotto, aqua vitæ immerſæ, & rurſus manu expreſſe undequaq; carni applicantur, inſperſo una pulvere, quibus cavitas ventris, pectoris & capitis tota adimpletur; ac demum conſuitur cutis. Poſtremò omnium linteo incerato calente adhuc, cadaver obvolvitur, ita tamen, ut digitus à digito ſit ſeparatus. Deniq; cadaver linteo incerato involutum, pro Colophone pici navali illinitur. Conſervatur cadaver hac ratione conditum ad decem vel duodecim annos, quod ſi diutius adſervari velis, omnes muſculi totius corporis longitudinaliter inciſi & præſcripto modo eloti, pulvere erunt aſpergendi & apprimendi.

Ita paratur Linteamen inceratum.

℞. Ceræ novæ ℔ii. reſin. pini, terebinth. an. ℔j. gummi arabi. ʒvi. colliquatis omnibus immerge linteamen, vel tantum telæ lineæ quantum ſufficit ad involutionem totius corporis, quo extracto inſperge cumini pulverati, ʒviij. (potius ʒviij.) ſalis communis ʒiv.

℞. Picis nigr. reſin. pini, an. ℔. iv. ſtyrac. liquid. ʒij. ſolutis omnibus ad ignem illinatur totum corpus linteamini incerato jam involutum: hac ratione & hoc modo ipſe aliquoties & vidi in *Italia*, & feci noſtro-

strorum Principum corpora condiri. *Reinerus Selenander consil. 14. sect. 4.*

SECTIO LIII.

Pro Conditura corporis Nobilis Viri.

℞. VIni sublimati mensur. ij. pro abluenda post exenterationem tota cavitate interiore pectoris & abdominis, quæ statim post factam ablutionem terebinth. undique aspergatur, ut pulveres & herbæ injiciendæ melius adhæreant. Postea sequentibus impleatur.

℞. Fol. rorismar. lauri hyssop. absin. menth. rutæ, salviæ, serpill. puleg. origan. scordii, flor. rorismar. ros. lavendul. chamæm. stæchad. spicæ communis an. M ij. sem. carvi, fœnicul. an. ℔ iß. rad. Gentian. cariophyllat. angel. valerian. an. ℔ j. incidantur crassiusculè.

℞. Aloes lotæ ℔ ij. myrrh. ℔ ß. mastich. thur. an. ʒij. benzoin. styrac. calamit. ladani, cinnam. carioph. nuc. mosch. macis, croci, an. ʒj. mummiæ, ʒiiß. crasso modo contusa M. cum præcedentibus. Hæc omnia capacitati injiciantur, corpusque futuris occludatur, ac sequentibus oleis totum corpus inungatur.

℞. Ol. absinth. rutæ, spicæ, chamæm. an. ʒiv. ol. juniperi, laurin. an. ʒij. ol. petrol. ʒiß. ol. terebinth. ʒj. M.

Ad inincerationem indusii, quo corpus post inunctionem induatur.

℞. Terebinth. ℔ i i i. ceræ ℔ xv. dissolve cum oleo procerato.

Pro replenda capacitate Narium & Aurium.

℞. Ol. nuc. mosch. express. ʒß. ol. caryop. destil. ʒiß. M. *Grogorius Horstius. Appendice ad observ. 9. lib. 3. de Morbis pectoris.*

SECTIO LIV.

De Contusione.

COntusio in quacunque corporis parte sit, nihil aliud est quam interna membri continui solutio & collisio, extrinseco plerumq; integro apparente. Fit à re gravi, dura & obtusa, ea sequitur aliquando ἐκχύσεις sanguinis scilicet subter cutem effusio.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Contusione sine Vulnere.

VIr quidam dum carnem fortiter percuteret, ex improviso cecidit super coxam; insignem dolorem ex contusione cùm pateretur, oleo rosaceo & myrtino imprimis locum affectum ut inungeret mandavimus: quo dolor omnis tandem cessavit, nulla subsequente inflammatione, aut partis collisæ nigritie. Soleo enim in Contusione ex casu aut collisione, ne fiat inflammatio, echymosis, seu sanguinis sub cutem aggregatio, modò nulla sit carnis ruptio, uti ab initio sola olei rosac. inunctione cum myrtino, quæ multis ita profuerunt, ut non opus fuerit aliis remediis, alioquin postea inungere soleo unguento Alabastrino.

Doctor *Jason* qui de uteris Librum edidit, in offensione & contusione absque vulnere, & casu, nautis in mari degentibus, quibus remedia ad manus non essent, imperabat, ut peplum in muria (vulgo *pickle*) calida immersum & expressum apponerent, nec alio remedio quam hoc ad contusionem, offensionem & casum utebatur.

Quidam contusionem pedis hoc Emplastro curavit.

℞. Stercoris vaccin. absinth. an. Mj. furfur. Mß. fl. chamæm. ʒij. cum ol. chamæm. F. Emplastrum. *Petrus Foreſtus observ. 28. lib. 6. observ. Chirurg.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Contusione.

ADolescens quidam ex alto ceciderat, ita ut omnia membra admodum contusa fuerint, & brevi moriturus videretur, pater ipsius accepit favos cum melle & coxit in vino ad consistentiam unguenti, quod extendit super corium vervecis recenter mactati, eoque ægrum involuit reiterata per triduum operatione, æger omninò curatus est. In contusionibus particularibus, extenditur unguentum super linteum, & applicatur, statim curat. *Lazarus Riverius observ. 29. cent. 3.*

SECTIO LV.

De Convulsione.

CONvulsio (Græcè σπασμὸς, Celso Distentio nervorum) est partium quæ sponte nostra (non sua) moventur, præter voluntatem sursum ad principium suum contractio, quam rigor, figuræ depravatio & acerbissimus dolor consequitur, pars affecta est Musculus, qui proprium est voluntarii motus instrumentum mediantibus tamen nervis & musculorum fibris. Causa proxima (rejecta percelebri veterum opinione de repletione & inanitione, quæ tot difficultatibus involuta, animum veritatis avidum satiare nequit) est expultricis facultatis partium in musculo nervosarum à re quapiam molestante irritatio, animali ibidem facultate in consensum tracta & motum perficiente. Causæ materiales sunt quivis humores, ne ipsa quidem pituita excepta, dummodo occultam aliquam & nervis inimicam dispositionem acquisiverint, vapores etiam & humores maligni ut in febribus sæpè, & cholera, morbo quæcunque tandem nervos vellicare possunt, convulsionis causa rectè statuuntur. Consivulsio aut est totius corporis, aut est partium plurium vel paucioruin, quæ totius est corporis, tres constituit species: prima dicitur ἐμπροσθότονος, quando caput, cervix & spina dorsi in anteriora convellitur. Secunda ὀπισθότονος: quando eædem partes in posterioria contorquentur. Tertia est τετανὸς, in qua cervix & reliquum corpus rigidum ac in neutram partem flexile apparet, hæ species Spasmi ut sunt rarissimæ, ita etiam periculosissimæ. Est præterea alia species convulsionis quæ flatulenta vocari solet; *Italis* verò Crampa; vulgò etiam Kramp. Accidit plerumque musculis humerorum & tibiarum digitisque manum & pedum, & cum maximo fit dolore: excitatur à flatu: non tam periculosa est facilè enimimo sola frictione tollitur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Convulsione.

PRo purgatione exhibuimus has Pilulas.

℞. Pil. Coch. & fœtid. an. ʒß. castor. gr. iij. fiant pil. vi. Pro divisione Clysteribus fortibus uti mandaveram, sed non admittebat. Interea & ventosis siccis, etiam cum scarificatione in spatulis & natibus cùm usus essem, ad masticatoria & apophlematismos accessimus. Hæc non solum divertunt, verum etiam propriam materiam è capite educunt. Deinde reliquias materiæ remanentis dissolvimus atque consumpsimus, intus & extra membra convulsa roborando, theriaca assumpta & mithridatio, diamoscho & conserv. flor. salviæ & rorismar. & exterius spinam dorsi tum membra convulsione laborantia, inungendo oleo vulpino, vermium terrestrium, atque pelle arietis calente contracta membra involvendo. Membra quoque detinendo in decoctione catellorum in vino & oleo decoctis, neque experimento *Nicoli* neglecto quod resolvit & dolorem remittit. Anser pinguis eviscceratur, in quo minutim incisus positus felis, cum lardo, myrrha, & thure consutus, in veru rotetur vase aceto repleto supposito, in quo prima pinguedo destillans abjiciatur, sed quæ paulò post exstillat, usui reservetur. Postea anser bulliat in dicto aceto & maxima pinguedo, inde separabitur, & aceto supernatabit, quæ miscenda cum prima, qua convulsa membra inungantur. Refert *Gatinaria* se ea quendam curasse, cui pedes convellebantur, & in plurimis aliis usum fuisse. Novimus qui solo balneo ol. communis cum decoct. vermium terrestrium à dolore liberati fuerint. *Petrus Forestus*, *ob.* 104. *l.* 10. *De Cerebri morbis*.

Mercator quidam robustus 36. annos natus, aliàs rheumatismo obnoxius, ob hanc quoque causam venæ sectioni ac purgationi assuetus, quas tamen per biennium intermisit: dum interim genio nimis & vino indulgeret, ingens eum dolor prehendit, quem quidem per integram septimanam neglexit. Tandem ex consilio Chirurgi consanguinei purgavit, & venam

nam pertudit. Sed non dempta plethora in terribiles incidit & frequentes convulsiones, cum sanguinis ex ore spuma, vocis defectu & aphonia. Illicò vocatus, venæ sectionem statim impero ad ℥x. & à meridie rursus ad ℥v i i i. Clysteres acres injecti & suppositoria indita. Dentes aperire nequibat, ea nocte loqui cœpit; sed convulsiones licet rariùs rediere. Sequenti die Cucurbitulæ scapulis cum scarificatione affixæ, distinctè loqui & os aperire cœpit. Resinam jalapii ad ℈i. cum Castor. gr. i v. in aqua theriacali exhibui, & exinde probè purgatus, nec posthac rediere convulsiones. Sed incidit in levem phrenitidem, quæ statim sectione venarum brachii & temporum fugata est, & sic *Dei* opt. Max. beneficio sanitatem integram recuperavit. *D. Robertus Cuninghame in M. S.*

Quidam cum in flexura brachii in parte exteriori vulneratus esset, totius brachii usque ad axillas convulsione satis continua cum maximo dolore corripiebatur: sed continua frictione ex oleo vermium terrestrium hic probè curatus fuit nostra industria, quem etiam alii Chirurgi duo tractabant. Pinguiter aliquando per integram noctem inungebatur, & quando à lenitione Chirurgi cessarent, ingenti dolore denuo torquebatur, donec ista sola linitione ab omni convulsione fuerit liberatus. *Petrus Forestus, observ.* 120. *lib.* 10.

Matrona quædam convulsionibus brachii sinistri cum maximis doloribus correpta fuit, & per dies aliquot laboravit. Ego tandem vocatus brachium & nucham sequentibus oleis inunxi.

℞. Ol. Lumbric. vulpin. lilior. an. ℥ii. ol. philosoph. & terebinth. an. ℥ß. pingued. human. ℥i. M. circa carpum cingulum, ex corio humano applicui, his convulsiones cessarunt. *Fabrit. Hildanus, observ. 9. cent.* 3.

Si ex repletione fuerit convulsio, evacuationem requirit, quapropter victus tenuis instituendus, corpus expurgandum, & vena secanda, parsque affecta, totaque spina dorsi sequenti linimento inungenda est.

℞. Ol. lumbric. vulpin. an. ℥ii. ol. terebin. ceræ, de castoreo an. ℥ß. axung. human ℥iii. succi lumbricor. ℥i. M. applicetur calidè. *Guil. Fab. Hildanus, lib. de Gangræna, cap.* 26.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro convulsione.

JUvenis toto corpore convulsus erat, ita ut spina dorsi non posset inflecti. Sequenti remedio statim expedite ambulavit.

℞. Butyri rancidi, laridi veteris, an. ℥iii. bdellij, ammoniac. an. ℥i. myrrh. castor. an. ℥iii. flor. stœchad. anthos. an. p. i. nuc. mosch. cariophyll. an. ℥i. catum parvum exenteratum, excoriatum, & in frustra concisum. His inferciatur anser, & consuatur, & torreatur in veru, primus qui defluet succus abjiciatur. Secundus colligatur in vase aceto semipleno, pro situ spinæ convulsæ. Remedium est divinum. *Petrus Pachequus, observ.* 8.

Ab inanitione cùm Nobilis vir acerbissimis doloribus, à convulsionis vi natis, ferè necaretur. *D. Guillandinus* cum jussit totum caldo olei immergi, unde præclarè recreatus fuit. Corallum proprietate juvat convulsionem ab inanitione. *Joh. Heurnius ad Hipp. aph.* 26. *sect.* 2.

In convulsione à repletione, ut aliter calida & sicca in usum duces, ut decoctum pœoniæ, ligni guajacini, sarsæparillæ, lign. sassafras, theriacam, mithridatium, castoreum, & talia cætera. *Joh. Heurnius, ad aphor.* 57. *sect.* 4.

Ubi à plethora nata est convulsio, venæsectio solatio est: ubi ab exhaustu balneum tepidi olei convenit. *Jo. Heurnius ad aph.* 39. *sect.* 6.

Puerum quendam 17. menses natum convulsione opisthotono laborantem tribus auxiliis brevi sanavi; abstinentia à carnibus, vino, & ovis, linteis in oleo chamæm. & liliaceo madefactis perpetuò impositis cervici, partibusque quæ contrahebantur; & medicamento, quod constabat ex mithridatio triplo sacchar. rosaceo, & electuario de moscho cum margaritis, hyacinthis, smaragdisque orientalibus. *Hieron. Cardanus, cur.* 15. *De admirand. curationib.*

Nullum remedium utilius est, quàm Embrocatio partis posterioris capitis, nuchæ, & colli, cum oleo violac. decenter ca-

calido; sicut ego feci, dum essem in servitiis Illustrissimi Domini mei, Domini *Caroli* Secundi, *Sabaudiæ* Ducis, in Illustrissimo *Ludovico* Principe *Pedemontij*, Illustr. Ducis filio, qui dum esset in cunabulis passus est Erysipelas in tota tibia cum bubone in coxa, & febre valde intensa, à quibus cum convaluisset, incurrit statim in spasmum à siccitate causatum, cum continuis maximisque clamoribus, torquendo caput ad posteriora, & nullo modo poterat sugere lac. Ego igitur perfudi nucham, & totam partem capitis posteriorem, & collum cum oleo violato decenter calido, permittendo cadere oleum ab alto, manu exprimente petiam in eo infusam, per spatium quartæ partis unius horæ, & sic embrocando dormire cepit. Mox pannis decenter calidis absterso caput leviter fricando, & eum dormire permisi: qui post tres aut quatuor horas per se excitatus, sugit lac absque ulla difficultate redeuntibus iisdem symptomatibus semel aut bis, eodemmet remedio iterato, cum gratia Dei sanus factus est. *Petrus Bayrus, practic. lib. 2. cap. 20.*

Cum Medicinam discebam *Patavii* vidi adolescentem, cujus intestina totumque abdomen convellebantur, testes & vasa spermatica sub osse pubis abscondebantur, rugitus aderat, & tensio hypochondriorum. Frigida huic erat temperies, & ventriculus frigidus cum madore. Anhelosus erat oppresso à diaphragmate, ac mente in paroxysmo exuebatur. Præceptores mei adhibebant flatus discutientia, & attenuantia; ac ea quæ evincere possunt materiam frigidam coquendo ac purgando, & roborabant tandem intestina. Primum injectus Clyster ex decocto anethi; cum hiera, melle rosac. & ol. Chamæmel. Dein decocto agrimoniæ, petro sel. præparabatur. Postea pilulis aureis ac alephanginis purgabatur, alternis diebus Clyster repetebatur: foris oleo rutæ & castor. ungebatur. Interdum accipiebat unam pilulam ex Castorio cum Syrup. beton. hæc inaurata erat, Bibebat vinum Salviatum & ex betonica, dianisum illi in deliciis erat: fricabantur crura. *Ioh. Heurnius, cap. 26. De Morbi Capitis.*

Quædam mulier passa dolores brachiorum, genuum cum contractione, cum non posset ullis remediis sanari, tandem vetula aspersо malvatico ignito lateri, & adjectis foliis lauri, nepitæ, stæchad. majoran. rorismarin. origan. salv. Jubebat exciperet fumum; & excitato sudore, convaluit, *Solenander. consil. 15. sect. 5.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Convulsione flatulenta.

HOc Linimentum optimum est. Accipiatur omnis pinguedo caniculæ prius mactatæ: cui adde flor. chamæm. lavend. an. Mii. chamæpit. rorismar. hyssop. an. p. i. lumbric. vino lot. numero 7. castor. ℥ii. terebinth. & mellis an. ℥i. istis simul concisis & tusis suffarciendus anser subpinguis deplumatus & exenteratus, elotusque vino, qui diende suffixus veru assetur ad ignem, atque inde extillans pinguedo in suppositum vas quod generosum vinum admixta pauca aqua vitæ contineat, excipienda, postea auferenda, diligenterque asservanda pro usu. Paratu & hoc facile est ad hujusmodi spasmum juvansque subinde compertum.

24. Axungiam seu pinguedinem vulpinam (defectu ipsius caninam substitue) immisce grana aliquot piperis crassè tusa & cum tantillo generosi vini, vel aquæ vitæ coque ad vini exhalationem lento igne, pinguedinem per lineum pannum expressam adserva, ista illita confricentur spasmo convulsa membra manibus calentibus. *Reinerus Solenander, consil. 23. sect. 2.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Convulsionibus in Puero.

PUer quidam decem annos natus correptus est convulsionibus Epilepticis sævissimis, ut omnes corporis parte atrociter convellerentur, & paroxysmi identidem recurrerent nullaque propemodum adesset intermissio. In tanto periculo & tam præcipiti affectu, exhibeo salis vitrioli ℥ß. in aq. beton. dissolutam, qua vomitus statim concitatus est, ægerque multam rejecit pituitam, & statim convulsiones co-

hi-

hibitæ sunt. Attamen post aliquot horas rederent sed longè breviores ac leviores, ideo purgatio instituta est ex diacarthami ʒß. Syrup. rof. ʒi. cum aq. beton. eaque exhibita est sub vesperam, cum manè affectus eum corripuisset. Per noctem bene purgatus est. Postea ei exhibitæ sunt ol. succini & spiritus vitrioli, an. gr. ʒ. in aq. beton. remissiores fuere paroxysmi, sed nocte insequente aliquantum frequentiores rediere. Postridie manè exhibetur potio ex aq. Card. bened. & scord. an. ʒi. aq. theriac. Bauderon. ʒ i. sal. Card. bened. ℈i. Confect. alkerm. ʒi. cujus beneficio convulsiones omnino sublatæ sunt: ne tamen iterum succrescerent bezoardicum joviale bis exhibitum est, octo horarum spatio ad gr. x i i. & sic omnino liberatus est: potio alexipharmaca & bezoardicum joviale exhibita sunt, quia magna erat malignitatis suspicio. *Lazarus Riverius, observ. 59. cent. 4.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Convulsione.

24. Spiritus cornu cervi, aut fuliginis, vel sanguinis humani, vel salis armoniaci q. s. sumantur gutt. x. ad x i i. manè & vesperi in cochlæari Iulapii sequentis superbibendo haustulum ejusdem.

24. Aq. Lumbric. limacum an. ʒv i. aq. jugland. simpl. ʒ i v. aq. raphan. comp. ʒij. sacch. albiss. ʒij. F. Iulapium. Dosis cochlearia 4. vel 6. bis in die.

24. Millepedum mundator. ℔i. Cariophyll. concisorum ʒß. superaffunde vini albi ℔ij. destillentur in cucurbita vitrea dosis ʒi. ʒiß. bis in die.

24. Pulv. Mellipedum præp. ʒiij. sem. ammeos ʒi. F. pulvis dividatur in x. partes, sumatur dosis bis in die vel assellis x i i. contusis cum vino albo affuso exprimatur succus F. haustus, sumatur bis in die. *Thomas Willis cap. 5. De morbis Convulsivis.*

Virgo quædam 16. annos nata, pulchra & εὐτραπὴς, patre tamen paralytico progenita, sine causa evidenti, circa brumæ solstitium, malè habere cœpit: primò per aliquot dies Cephalalgia & vertigine, haud gravi tamen modo afficiebatur; deinde in brachio uno, & mox in altero tremorem, & subitam contractionem persensit; cujusmodi spasmi isto die sæpius repetentes, vix punctum temporis durabant; postridie juxta sororem suam in Cathedra sedens, subitò exiliens, saltum unum, & alterum, multosque alios successivè ad distantiam plurimum pedum mira agilitate perficiebat: dein cum Cameræ extremum limitem attigit, aliquandiu in eodem loco, & qualibet vice ad miram altitudinem saliens perstabat, cum saltationi ulteriori crura deficerent, in terram concidit, ac statim caput mira cum violentia huc illuc conjecit: quamprimum ab hoc motu præ lassitudine cessaret, statim manus & pedes idem furor invasit, ut necesse haberet membra hæc parietes aut postes percutiendo, vel pavimentum contundendo validissimè exercere: quando ob pudorem, aut verecundiam, amicis aut adstantibus debitam, se magna vi ab his motionibus cohiberet, & (usque enim animo constabat & sobrie loquuta erat) statim affectu interius transmisso, insigni cordis oppressione, cum gemitu, & singultu valde stridulo, plurimùm infestabatur; dein cum se relaxaret, statim, œstro ad artuum exteriorum musculos transmisso, aut saltare, aut caput, vel brachia immaniter huc illuc conjiceret, aut etiam in Camera rapidissimè cursitare, vel humum pedibus contundere cogebatur, die quinto à quo hæc domina primo, ægrotaverat adveniens, vomitorium ex infusione Croci metall. vino scillitico, & sale vitrioli propinabam, à quo septies evomuit bilem æruginosam in magna copia, cum admistione humoris acerrimi & quasi vitriolici: postridie sanguis è vena Saphæna ad ʒx. detrahebatur. Præterea sumebat bis in die antidota ex pulveribus lapidum pretiosorum, cranii humani, & rad. pœon. maris, horum usu intra septimanam sanari visa, per plures exinde dies affectionibus prædictis immunis degebat, attamen post binas hebdomadas, instanti plenilunio, ejusdem morbi recidivam so-

solito atrociorem patiebatur. Cœpit hoc tempore, ex aliorum præscriptis, remedia antihysterica, & statis quibusdam intervallis purgantia, sine quovis tamen juvamine. Denuo accersitus, siquidem robusto corporis habitu, & spirituum efferatione insigni predita videretur, emeticum fortius propinabam, à quo decies evomuit bilem instar æruginis virideſcentem, cum pituita instar aquæ stygiæ acerrima, & subitò alleviabatur. Exhibui post hæc, quovis manè haustum vini albi cum aq. cerasor. nigr. dilutum, asellis contusis superaffusum, & fortiter expressum. Horum usu statim curari visa, per mensem & amplius integrè valebat: cumque postea affectus rediturus quævis præludia unquam persensit, mox vomitorii, & ejusdem milsepedum expressionis usu, morbi insultum avertebat, & sic intra tres menses, sanitatem pristinam ita recuperabat, ut plures nunc annos affectionibus ejusmodi Spasmodicis immunis degeret. *Idem* de morbis convulſ. *cap.* 9.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Convulsione rara.

VIr quidam militaris ex ictu tormenti bellici vulnus accepit in brachio dextro, quod totum brachium abscissum est, superstite tantum parte, quæ humero vicina est, ad 4. transversorum digitorum longitudinem. Corato brachio & vulnere optimè consolidato, quadam convulsionis specie correptus est, qua retrahebatur caput versus partem dextram, & mandibulas frequenter agitabat. Medici & Chirurgi convocati, uno ore censuerunt in extremitate ossis à tormento bellico præcisi, aliquam eminentiam acutam adesse, quæ nervum aliquem feriendo, talem convulsionem produceret, & ideo rescindendam iterum esse ossis extremitatem, ac diligenter adæquandam. Hæc operatio, sedulò celebrata, nihil tamen profuit. Fortè fortuna cùm ei occurrissem, & ille incommoda sua mihi enarraret, in mentem venit, aliquod virus venereum intus latens hunc affectum forsan posse producere: Et illico ab eo quæsivi, num morbum aliquem venereum unquam antea passus esset; respondit se per aliquod tempus antequam vulneratus esset gravem passum esse gonorrhæam, quæ tamen curata prorsus fuerat. Hoc meam conjecturam auxit, ita ut ægro consuluerim remedia luis venereæ experiri, quibus ille hujus morbi curandi cupidissimus, se lubenter submisit, præmissis igitur purgatione universali & diæta sudorifera, frictiones ex unguento mercuriali celebravi, à quibus ptyalismus provocatus est, & post tertium diem ptyalismi convulsiones illæ desierunt, neque ab eo malo amplius ullo modo æger conflictatus est. *Ozias Aimar*. Chirurgus Celeberrimus, *observ.* 10.

SUBSECTIO SEPTIMA.

De Convulsione unguibus incaute resectis.

NObilis quidam Venetus dum præscinderet ungues, læso nervo successit inflammatio & convulsio, tandemque tertio menſe interitus. *Joh. Rhodius. observ.* 50. *cent.* 1.

Nervo manus punctiuncula tacto, *Prævotius* convulsionem mortiferam animadvertit. *Joh. Rhodius*, *observ.* 51. *cent.* 1.

SECTIO LVI.

De Cordis Calculo.

NOn semel in corde lapides reperti sunt; quod quidem mirum sed non sine variis optimorum authorum testimoniis, id autem fieri potest, quoniam quæ in corde generantur, ut lapilli & ossa non ei vim inferunt, ut extrema accidentia. *Petrus Borellus*, *observ.* 88. *cent.* 1.

SUBSECTIO PRIMA.

De Cordis Calculo.

RAri quidem Calculi intestinis sunt, at rariores longè qui in ipsa cavitate cordis solidissimi reperiuntur: qualem ego aliquando in sectione nobilissimæ fœminæ conspexi: pondus, cum à Bibliotheca

mea

mea abſim, adſcribere non poſſum, curavi autem tunc temporis exactè eum depingi, & hiſtoriæ calculorum, *Johan. Kantmanni* adieci, totam cordis cavitatem adimplebat, corpore incurvo, colore ciriceritio, in cujus apice 2. veluti roſtra prominebant. *Bernardus Stieberus in Epiſt. ad Greg. Horſtium poſt obſ.* 47. *lib.* 4. *obſ. Greg. Horſtii.*

Mercatoris cujuſdam filia in febrem bilioſam continuam incidit, cum dolore capitis, intumeſcentia ventris, & cardialgia frequenti; omnibus præſidiis irritis, naturæ tandem debitum ſolvit. Poſt mortem à collegis meis aperitur: abdomen ichore fœtido repletum, omentum putrefactum, lien atque hepar Schirrho laborans, pulmones pleuræ adnati, cor duplo majus bubulum referens, inveniuntur, quodque notatu dignum, circa valvulas dextri ventriculi calculus ex tartaro concretus, inſtar minoris caſtaneę nucis compreſſioris membranoſæ valvularum ſubſtantiæ adnatus conſpicitur, vehementioris Καρδιαλγίας procul dubio cauſa proxima. *Gregor. Horſtius in Epiſt. poſt obſerv.* 7. *lib.* 4.

Nobiliſſimus juvenis *D. Carolus* Comes de *Balcarras* 11. annos natus cùm tota æſtate præcedente (licet ante ab infantia uſque ſalubriter ſatis vixiſſet) febris quotidianæ impetum ſuſtinuiſſet, quam finitam ſubſequutæ ſunt frequentes intro aſſumptorum vomitiones, ut & nonnulla circa appetitum ſymptomata, præcluſa tandem obſtructa & intercepta ſanguinis & ſpirituum officina ſuffocatus obiit, diſſecto cadavere præſente medico ordinario, vis credibile eſt, quàm magnus Calculus duarum prorſus unciarum ponderis, ejuſdemque pariter cum corde figuræ ventriculos ipſius ambos undiquaque occupans ſit intus repertus.

Vir quidam Nobilis fideque digniſſimus mihi aliquando narravit in Nobiliſſimi Illuſtriſſimique *D. Georg. Huntileæ*, Marchionis diſſecto poſt obitum corde lapillum fuiſſe repertum.

SUBSECTIO SECUNDA.

De cordis Calculo.

NUper in *Cæſaris* corde, qui palpitatione frequenter corripi ſolitus erat, veluti lapillus quidam niger repertus fuit. *Thomas Eraſtus conſil.* 10. *lib.* 3. *conſil. Cratonis, &c.*

In Imperatoris Maximiliani ſecundi corde ſecto inventi ſunt tres lapilli quantitate piſorum, unus interim major altero, colore rubigineo, frequenter vero cordis palpitatione gravi afficiebatur, dum viveret. *Joh. Wierus lib.* 4. de præſtigiis dæmonum, *cap.* 16.

Leydenſis quidam juvenis compotationibus nimium dedicus, in crebras inde cordis enxietates incidit; poſtea in Lypothymias & cordis palpitationes. Cibi potuſque erat avadiſſimus: ſed commeſtum ſæpe regerebat. Unde debilitas ſecuta ipſum decumbere juſſit, tum prædicta mala quotidie augeſcere, atque palpitatio tanta ſuborta fuit, ut in vehementiori animi commotione, ab aſtantibus audiri poſſet, quod ipſi tum valde dolorificum erat, eumque tandem vita privavit, thorace aperto, inventum fuit cor bovino non multò minus, quippe communem magnitudinem quater circiter excederet, increverat autem cor æqualiter ferè circa ſubſtantiam & cavitates, ipſaque ſubſtantia naturali erat ſolidior. Sed in villis ſepti intermedii tres calculi reperiebantur piſi circiter magnitudine, non admodum adhuc ſolidi, ſed arenacei & novaculæ cedentes. *Otho. Heurnius hiſt.* 18. *obſerv. Rarior.*

Quidam audaciſſimus latro palpitatione cordis frequenter corripi ſolitus, à magiſtratu apprehenſus, rotæ eſt affixus. Nos hujus cor viſcendi cupidi, poſtquam corpus in 4. partes eſt diſſectum, pulſans adhuc incidimus, & in ventriculo ejus dextro tres reperti lapilli ciceris magnitudine, coloris cinere oblongi, pondere unius dragmæ, quos aliquot viri docti & curioſi, non tam viderunt quam admirati ſunt. *Zacutus Luſitanus obſerv.* 141. *lib.* 1. *Prax. Admirand.*

In

In muliere, quæ 4. menſium ſpatio incredibili urinæ cruciatu laboraverat, duo calculi reperti in corde cum multis abſceſſibus, integris renibus & veſica. *Jacob. Hollerius, lib. 1. De Morbis internis cap. 9.*

SECTIO LVII.

Pro Cordis dolore à verme in ventriculo provenierte.

FAber quidam lignarius cum à cordis dolore ferè perpetuo duobus jam annis graviter urgeretur, ac propterea quod eo ſæpius in mortis diſcrimen adductus fuerat, peritiſſimos quoſque noſtri ſæculi Medicos, ſed fruſtra conſulviſſet, tandem ad nos venit oratum, ut ſi quo modo poſſem, tanto malo ſuccurrerem; cœpi itaque mecum cogitare, an id fortè ex malo habitu cordis, ſive ille calidus frigiduſve eſſet, an ſiccus, ſimplex aut mixtus: ſed horum nullus certis indiciis oſtendebatur. Cordis enim natura nobilis tanto tempore hujuſmodi injuriam non toleraſſet; cum nullum ægritudinis genus imprimi in corde poſſit, quin hominem ad feſtinam mortem deducat, opinanti igitur mihi malignam aliquam & noxiam materiam in ventriculo detineri; quæ quod vicinus ſit locus cordi, ad ejus cervicem aſcendens hominem affligeret; viſum eſt eam quoquomodo propellere; quare medicamento vomitionem fieri jubeo. Eo etſi corrupta ac putrens materia expellitur, non tamen dolor remittitur, conſulo igitur, ut iterum vomitum experiatur: quem una intermiſſa diecula validiorem exhibeo: expulſaque eo eſt craſſior pituita, & cum ea vermis longitudinis digitorum 4. capite rubro, lævi rotundoque, quod piſi magnitudinem non excederet, cætero corpore lanugine quadam contecto, cauda furcata ad ſimilitudinem novæ lunæ: pedibus nixus quatuor, duobus in dexteriorem totidem in ſiniſteriorem partem coaptatis. Admiratus verbis formam Medicis eruditioribus oſtendo, nullum invenio qui monſtrum ſimile ſe vidiſſe unquam fateretur, aderat tamen ſenior quidam, ſed Medicæ artis imperitus, qui teſtatus eſt ſe ſimilem vidiſſe vermem vomitu quoque propulſum ab *Alexandro* quodam cœnobita; qui ſtatim ut ille ajebat, projecto eo, mortuus eſt, ocitabat autem hoc monſtrum cordis vermem, at contra æger noſter, ut primùm vermem ipſum evomuit ad priſtinam reverſus eſt ſanitatem. *Antonius Benivenius cap. 2.* de abditis morborum & ſanationum cauſis.

Vermes vomitione rejeci haud inſolens eſt, nobiſque non ratò viſum, teſtatur & idem *Amatus Luſitanus curat. 5. 6. & 10. cent. 1.*

Generari autem poſſe in ventriculo, ut *Amatus* exiſtimat, difficile fuerit affirmare; veriſimilius eſt ex inteſtinis ad ventriculum pervenire. *Annotat. ad cap. 2. Benevenii.*

SECTIO LVIII.

De Cordis oſſe.

IN filii Typographi palpitatione cordis ſæpius laborantis medio cordis diſſecto, os tribus articulis conſtans, cavumque & arenoſa quadam materia repletum inveni. *Felix Platerus obſerv. lib. 3. pag. 636.*

Phthiſici cujuſdam defuncti cor tam vaſtum erat, ut ſæpe in bobus non majus ſit aut ponderoſius. In ſiniſtro ventriculo inventum fuit os nonnihil ſpongioſum & friabile calculis nonnullis per urinam excretis haud abſimile, triquetrum & propemodum cordis picti figuram repreſentans vel literam Y. *Thomas Bartholinus hiſt. 50. cent. 1.*

Cadaver *Urbani* octavi Pontif. *Romani* 1644. *Romæ* apertum fuit à *Johan. Trullo* Anatomico inſigni ad Pollincturam, repertum in ſiniſtro cordis ventriculo os triangulare literam T. Referens, & 5. Calculi in veſica fellea, ſinguli magnitudine nucis avellanæ. *Thomas Bartholinus hiſt. 45. cent. 2.*

SECTIO LIX.

De Cordis palpitatione.

PAlpitatio Cordis (Græcè πάλμος τῆς καρδίας) eſt immoderata & violenta cordis concuſſio, quod ſibi moleſtum eſt ſtudentis excutere, illam efficit facultas motrix à re moleſta & aliena irritata, quæ irritant ſunt vapores & flatus in febribus malignis, menſium ſuppreſſione, & melancholia hypochondriaca, cor ſubeuntes, humores etiam putridi & acres, vel nimium copioſi, calculi item, oſſa & vermes, talia enim aliquoties in ipſis cordis ventriculis generantur, & tum palpitationem neceſſariò inducunt: tumores denique in pericardio exorti, & ſanguis in vulneribus ad cor effuſus, & ſpirituum etiam vitalium defectus, & calor in corde præter naturam, ut ſemper vehementiorem aliquem motum; ita etiam palpitationem, quæ motus eſt depravatus, excitant. Cauſæ externæ ſunt vehemens corporis commotio & excitatio, nimia excandeſcentia & ira, crapula, veneni aſſumptio, balnea calidiora, & animi paſſiones, ægros ad interitum, per ſyncopen non rarò præcipitat, amoto nimirum cordis motu.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cordis palpitatione.

JUvenis quidam vulneratus fuit in dorſo ſub ſcapula ſiniſtra, vulnere Thoracem tranſeunte; qui mox febre valida continua acuta correptus eſt, & in cordis palpitationem adeo vehementem, & violentam incidit, ut etiam extra domum, in qua æger decumbebat, à tranſeuntibus, palpitatio cordis exaudiretur, ut in vita ſimile caſum neque audierim neque viderim, neque à præceptoribus meis obſervatum compererim. Ad hunc juvenem cum ingreſſus eſſem, hanc gravem palpitationem animadverti ortum habere ex ſanguine intus remanente, vel ibidem concreto. Venam ſiniſtri brachii ſtatim tundere feci, & illicò à detractione ſanguinis, inſcio Chirurgo, meliſſam viridem, & borraginem accepi, contrivi herbas ne ab aſtantibus cognoſcerentur, eaſque ſupra tegulam mundam ignitam poſui aqua roſacea & aceti momento irroratas, quas cùm cordis regioni admoviſſem, miraculi ſeu incantamenti modo illicò ceſſavit cordis palpitatio, omnibus admirantibus. Hoc autem arcano, nulli niſi vero Pythagorico revelando aliquando uti videram præceptorem meum *Elidæum Paduanum* in Noſocomio *Bononiæ*. Verùm is ſolo Melyſſophyllo utebatur, nos borragine adjecimus. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 1. *l.* 17. *De cordis & Mammillarum affectibus.*

Juvenis quidam multo ſanguine abundans cùm ſubitò in cordis palpitationem incidiſſet; ſtatim venas ſecari juſſit, in mentem enim venit illud *Galeni* dictum *lib.* 5. de locis affectis *cap.* 2. quod palpitatio cordis pluribus integra valetudine degentibus, tum adoleſcentibus, tum adultis, ſubitò ſine alio accidente manifeſto evenire viſa eſt, atque omnes eos ſanguis detractio juvit, leniente deinde medicamento corpus purgavi. Poſtremò theriacam dedi ad ʒ ii ß. ſuperbibendo parum aquæ meliſſæ. Exterius etiam hoc Epithema cordi appoſui.

℞. Aq. meliſſ. & borrag. an. ℔ ß. aq. roſ. ʒij. maceris, Cariophyll. Cinamom. lign. aloes, cortic. citri an. ʒß. Sem. ocymi. ʒ i. croci gr. v. vini odoriferi ʒ iij. ambr. moſch. an. gr. iij. F. Epithema cordiale quibus remediis, vel his ſimilibus, non ſolum hic juvenis, ſed alii multi convaluere. *Petrus Foreſtus obſerv.* 2. *lib.* 17.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Cordis palpitatione.

R*Ondeletius* optimum medicamentum parat & alimentum ex corde porci (in quo inditi ſunt Cariophylli) in veru aſſato, ſed prius in aqua cocto, ut caro tenerior fiat, vel

℞. Cord. porci, num. 2. cord. Cervi, vel bovis, num. ʒ. Cariophyll. galang. maj. & min. ſem. baſilici. an. ʒß. macis ʒiij. flor. bugloſſ. borrag. an. p. i. flor. anthos p. iij. temperentur in vino malvatico per noctem

& de-

& deſtillentur omnia in alembico, aqua ſervetur uſui.

℞. Aq. prædictæ ℥iv. Sacchar. parum. F. Iulepus. Aqua illa valet in omni paſſione cordis à materia frigida flatuoſa vel à vaporibus, vel à melancholia. Sed in materia calida adde aq. roſ. part. æq. & utatur cum aqua bugl. vel borrag. Doſis hujus aquæ eſt ℥ß. ſuperbibendo vini hippocratici ℥ij. *Petrus Foreſtus Schol. obſ. 5. lib. 17.*

Pro Palpitatione cordis hac aqua uſus ſum, quæ cordi, cerebro, nerviſque accomodatur.

℞. Cordis Cervi, vel hirci, porci domeſtici, vel *Sylveſtris* an. ℔i. abluantur vino malvatico, & incidantur in parvas portiones, addendo fol. meliſſ. majoran. an. Mj. flor. bugl. borrag. viol. roſ. ſcabioſ. Cariophyll. hortenſ. an. p. j. ſem. ocymi ℥i. ſem. Citri ℥ß. Cariophyll. ℥ij. cinamom. ℥vi. macis, Santali citrini, lign. aloes, an. ℥i. incidantur & contundantur, adde vini malvatici ℔ij. ſucci limonum ℥i. vel in illius defectu Syrup. illius, deſtillentur in Baln. M. donec. aqua non amplius odorem ſpiret, tunc enim ſatis eſt, ſervetur ad uſum benè obturata, & rectificetur in calore ſolis vel alio. *Felix Platerus, obſ. lib. 1. pag. 236.*

Exterius theriaca vetus cum vino generoſo & croci modico, cordis regioni illita, palpitationibus inſigniter ſuccurrere ſolet. *Hieronymus Mercurialis, conſult. 112. tom. 1.*

Remedium eſto mixtura ſimplex, cujus medicamenti nomen quidem abſonum videtur, ſed ſi res eſt integra parùm refert. Componitur autem è ſpiritu theriacali & tartari. Utimur eadem mixtura in morbis malignis etiam. *Wolfangus Hœferus, lib. 2. Herc. Med. cap. 1.*

Mixtura ſimplex ita fit. ℞. Spirit. theriacal. camphor. part. 5. ſpir. tartar. correct. part. iv. ſpirt. vitrol. correct. part. 1. Hi ſpiritus invicem miſceantur, & ſtent per aliquot ſeptimanas in digeſtione in vitro anguſti orifici, vel in balneo vel in hypocauſto calido. Poſtea tranſcolentur, & uſui reſerventur. Doſis in adultioribus ℥i. vel ℈iv. cum aq. ſcord. vel Card. bened. in junioribus ℥ß. vel ℈ij. plus minuſve pro ætatis ratione. *Philippus Grulingius in Florilegio part. octavâ, capit. ſexto.*

Cardiacæ decoctum aut pulvis ſaccharo mixtus & exhibitus in palpitatione cordis, lienis morbis & affectibus hyſtericis mirandæ virtutis & efficaciæ medicamentum eſt. *D. Bovvle referente Joh. Ratio in Catal. Plant. Angliæ.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Cordis palpitatione.

PUrgatione peracta ſine qua viſcera attemperari nequeunt, ad roboranda viſcera, cor nimirum & ventriculum, tantiſper refrigerata, & ad jecur impensè calidum attemperandum, exhibeatur hoc conditum.

℞. Conſerv. roſ. conſ. flor. Cichor. borrag. & bugl. an. ℥i. ſpec. triaſantal. diamarg. frig. diatrion. piperon. an. ℥i. Syrup. de Cichor. mivæ Citoneor. aromaticæ. Syrup. de cortic. citri, ℥iß. Spec. diambr. diamoſch. d. an. ℈i. M. F. Electuarium addendo fol. auri puriſs. numero x. cujus ℥vi. vel ℥ß. præbeantur duabus horis ante prandium, cum vino vel altero hauſtu vini albi generoſi, decem diebus continuis. Linimento pro cordis regione ex theriaca vino albo generoſo liquata cum croci modico quàm maximè probo. *Ioh. Zecchius conſult. 29.*

Exterius admotum hyacinthum gemmam, regioni cordis, tum etiam corollam ex rubro corallio, ſiniſtro brachio ſupra manum aliquoties circumvolutam continuò geſtatam manifeſto experimento comperimus eos juvaſſe, quibus cor tremit, & palpitat. Unguentum etiam hic addam quo aliàs olim præſcribente *Antonio Guainerio* inſigni medico, ad cordis anguſtias, ego fœliciter ſum uſus in cordis palpitatione.

℞. Ol. è flor. nimph. luteæ. ℥iß. flor. nymph luteæ. ℥i. corall. rubr. ſantal. citrin. ſem. acetoſ. an. ℈ß. margarit. præp. lig. aloes odor. oſſis è corde cervi an. g. vii. Camphor. gr. iij. F. omnium pulvis M. & cum cera alba lota in aqua nymphææ q. ſ. f. ſ. a. unguentum cordiale, quo illinatur cordis regio. *Reinerus Solenander. conſil. 10. ſect. 3.*

Ma-

Maximilianus 2. Imperator nullum expertus eſt præſtantius remedium in cordis palpitatione, quàm theriacam extra adhibitam, negari certè non poteſt, medicamenta externa, ut ſunt unguenta, balſama. Epithemata, arteriis & cordi applicata multum prodeſſe ægrotis morbi gravitate & diuturnitate debilitatis. Sed advertendum, talia medicamenta cordialia, etſi cor in medio ſitum eſt, melius applicari non in medio pectoris, quod cartilaginoſum eſt, ſed paulò infra mamillam ſiniſtram, quo vergit cordis mucro. *Vvolfgangus Hœferus, Hercul. Medic. lib.* 2. *cap.* 3.

Extra applicentur Sacculi è meliſſa, flor. lavend. borrag. bugl. & aliis cordialibus parati ac vino albo & aqua roſ. irrotati. Ut.

℞. Flor. roſ. roſmar. an. ℥ii. lavend. ℥i. em. angelicæ, cortic. citri, cariophyll. cinam. macis, an. ℥ß. croci ℈i. moſch. ambr. an. gr. vi. cum Syndone rubra F. Sacculus qui vino albo, & aq. roſ. irroratus, regioni cordis tepide applicetur *Daniel Senertus. Pract. lib.* 2. *part.* 4. *cap.* 4.

℞. Conſerv. meliſſ. anthos. fl. borrag. & Cariophylli noſtratis, an. ℥i. conf. alKer. & theriac. veter. an. ℥i. pulv. el. diambr. & diamoſch. d. an. ℈i. cum Syrup. de cortice Citri, fiat opiata qua utatur frequenter.

℞. Aq. bugl. roſ. & flor. aurantiorum. an. ℥ii. Syrup. Cariophyll. ℥iß. aq. cinam. ℥ß. Spirit. roſ. ℥ij. Confect. AlKerm. ℥i. M. fiantur cochl. ij. per intervalla.

℞. Unguenti roſac. ℥ß. ol. Cinnamom. & Cariophyll. an. gutt. vi. moſc. ambr. an. gr. iv. M. F. Linimentum quo illinatur regio cordis.

Clyſteres purgantes & carminantes frequenter injecti, flatuoſam materia potenter evacuant & diſcutiunt. Quidam practici admovent thoraci cucurbitulas ſine ſcarificatione, quibus magnam vim tribuunt diſcutiendis ac digerendis flatuoſis ſpiritibus, qui in partibus internis incluſi continentur. Alii hypocondriis admovent, quando in iis locis mali minera reſidet. Alii commendant rhaponticum verum, ad ℈ij. cum vino exhibitum, aut vino in quo eadem radix macerata fuerit. *Lazarus River. Prax. Med. lib.* 8. *cap.* 2.

SECTIO LX.

De Corde pilis referto.

LAtor quidam è patibulo quo ſuſpenſus fuerat, veluti jam mortuus, ſed qui tamen adhuc viveret, depoſitus atque curatus convaluit: verùm ut erat homo ingenio malo pravoque ad eadem ſtatim ſcelera revolutus, pro quibus antea extremum promeruerat ſupplicium, iterum capitur, atque ſuſpenditur. Hominis admirati nequitiam, mortui cadaver incidendum curavimus: & inventum eſt cor ejus ob eximiam caliditatem undique pilis refertum. Hoc idem inventum eſt in corde Ariſtomenis Græci, qui ſolus perhibetur integras acies pugnando in fugam vertiſſe. Eſt ergo non tantum, ſceleſti ingenii ſignum, ſed quandoque etiam raræ fortitudinis. *Antonius Benevenius cap.* 38. *lib.* de abditis morborum & ſanationum.

SECTIO LXI.

De Corio humano.

CElebres ſunt corii humani præparati in medicina uſus. Cingula enim inde conficiuntur & lota: quibus per medium diſcinctæ puerperæ fœliciter fœtum enituntur. Hyſtericas quoque paſſiones, ſeu uteri adſcenſum Corii humani cingulum comprimit; quod non ſemel expertus ſum, & apud non paucas hyſtericas iſto vinculo gratiam merui, in ſpaſmis manuum pedumque ex eodem corio auxilium ſæpe petitur, circa carpum cingulum ex corio humano matronæ convulſionibus brachii ſiniſtri correptæ poſt inunctionem applicuit cum ſucceſſu. *Hildanus, cent.* 3. *obſerv.* 9.

In vino ſexagenario aulico Epilepſiæ Paroxyſmum ſedatum eſſe corio humano quo collum cinxerat, meminit *Becherus, lib.* 2. *Microc. Med. cap.* 1. *Thomas Bartholinus, Hiſt.* 87. *cent.* 3.

SECTIO LXII.

Pro Cornea male affecta à Scoria Chalybis.

RUſticus quidam cum Chalybem emeret, optimumque eligere vellet &

proinde ut fieri ſolet, fruſtum contra fruſtum allideret; Scintilla ipſi in illam corneæ partem, ubi iris conſpicitur, proſiliit, ibidemque membranæ firmiter inhæſit, idque non ſine dolore maximo, cum fruſtra per plures dies adhibita fuiſſent remedia, en uxor mea remedium longè aptiſſimum excogitat. Interim enim dum ego ambabus manibus palpebras aperio, illa magnetem oculo quàm proxime æger id ſufferre potuit, admovet, id cum aliquoties & quidem repetitis vicibus feciſſemus (non diu enim lucem qua tamen hac in re ſummoperè opus fuit, ſufferre potuit) tandem Scoria ex oculo nobis omnibus videntibus ad lapidem proſiliit. Poſtea applicato collyrio anodyno brevi convaluit, fuit hæc quidem curatio ingenioſa ſatis. *Gull. Fabrit. Hildanus, obſerv.* 21. *cent.* 5.

Quædam mulier infimæ ſortis maculam habebat in oculo, cui conſilium dedi, ut bis in die ſucci rutæ guttam unicam in oculum inſtillaret, quod cum ſatis diu continuaſſet macula prorſus abſumpta eſt, *Samuel Formius, obſerv.* 28.

SECTIO LXIII.

Pro Corneæ Cancro.

PRæmiſſis veneſectione & debita purgatione, aqua ſequens pro collyrio & oculi ablutione erit præſtantiſſima.

℞. Rad. ſcrophular. maj. & geran. Robertian. an. Mij. arnogloſſ. ſolan. borrag. bugloſſ. portulac. euphraſ. beton. an. M. i. ranar. virid. album ovor. an. num. 12. ſem. fœnugræc. & cydon. an. ℥i. Radices & ſemina contundantur, & folia incidantur; deinde affunde aq. roſ. & euphraſ. an. ℔. 1. M. omnia & deſtillentur in alembico plumbeo. *Lazarus Riverius, Prax. Med. lib.* 2. *capit.* 12.

SECTIO LXIV.

Pro Corneæ ruptura.

CUratio hujus affectus glutinantibus remediis tentanda eſt. Præmiſſis ergo univerſalibus, venæſectione ſcilicet & purgatione ſi eæ neceſſariæ ſint, aſtringentia & glutinantia oculo admoveantur. In oculum inſtilletur albumen ovi, cui trochiſci albi *Rhaſis* admiſceantur; Eadem pars foveatur decocto roſ. rubr. fol. polygoni, rubi, burſæ paſtoris & plantag. in vino aſtringenti parato, ſi non adſit inflammatio, alioquin aqua ſimplici. Vel.

℞. Carnis cydon. ℔ß. roſ. rubr. p. iij. acaciæ ℥ij. croci ℈i. decoq. in vino aſtringenti, & fiat cataplaſma parti applicandum. Ad integram conſolidationem ſequens collyrium adhibeatur.

℞. Aloes lotæ, tutiæ præp. & ſarcocoll. nutrit. in lacte muliebri, an. ℈ß. croci gr. v. cum mucilagine gumi tragacanth. f. collyrium. *Lazarus Riverius. Prax. Medic. lib.* 2. *cap.* 13.

SECTIO LXV.

Pro Corneæ & Adnatæ ulceribus.

CUratio hujus affectus, quemadmodum & reliquorum ulcerum, detergentibus & exſiccantibus perficitur, quæ tamen mitiſſima eſſe debent, propter partis mollitiem & exquiſitum ſenſum: Præmittenda tamen ea, qua fluxionem ab oculis revellunt, eamque reprimunt, qualia in ophthalmia fuere propoſita. Detergentia & exſiccata moderata ſunt; ſaccharum, mel, crocus, myrrha, thus, aloe, ſarcocolla, tutia & ceruſſa. Ex quibus formulæ ſequentes componi poterunt.

℞. Decocti hord. & fœnugræc. ℥iv. mell. opt. ℥ß. vel ſyrup. de roſ. ſicc. ℥i. M. f. collyrium quo oculi ſæpe abluantur. Vel.

℞. Aq. verben. & plant. an. ℥ij. Sacch. cand. ℥ß. M. pro collirio. Vel

℞. Aq. mell. in B. M. deſtillat. & aq. roſ. an. part. æq. Vel

℞. Ovum coctione induratum & à putamine mundatum. Dividatur in 2. partes, & detracto vitello, repleatur fovea ſaccharo cando pulverato: optimè ligetur, & ponatur in cella vinaria, extillabit liquor, qui detergendis ulceribus ſine morſu valde idoneus eſt. Et ſi potentius remedium deſideres, myrrha pulverata cum ſacch. cando admiſcenda eſt.

Montanus pulverem ſequentem valde commendat.

℞. Al-

℞. Album. ovor. rec. num. 20. ponantur in vaſe ſtanneo ad ſolem donec exſiccentur poſtea pulveriſentur ſubtiliſſimè cum equali pondere ſacchar. & pulvis immittatur in oculos qui ſine eroſione plurimum adjuvat.

In progreſſu morbi, ſi potentius detergendum ſit & exſiccandum, adde collyriis prædictis troch. albos *Rhaſis*, thus, aloen myrrham, ſarcocollam & alia hujuſmodi parva tamen doſi, ne oculos exaſperent: & iis etiam lac albumen ovi, mucilagines, aliaque anodyna addi poterunt. Tutia præ cæteris valet, quia minimè dolorifica eſt, & ſine morſu ſiccat ac cicatricem inducit: ideo collyria, & unguenta ex ea parata utiliſſima ſunt. Et præ cæteris unguentum in ophthalmiæ curatione deſcriptum quod magnam tutiæ quantitatem recipit, erit utiliſſimum, quod ſic ſe habet.

℞. Tutiæ præparat ℥iß. camphor. ℥i. virid. æris gr. xii. Tutiam cum camphora ſimul contere in mortario, æs ſeorſim; omnia verò ad pulveris impalpabilis conſiſtentiam. Tum recipe butyri rec. ℥i. aq. roſ. ℥i. Bulliant leniter ſimul, & ab igne remotis, primùm tutiam cum camphora; deinde æs viride ſenſim immiſce, agitato optimè, & in vaſe vitreo reconde, f. unguentum, quod per ſericum tranſcoletur. Probatiſſimum eſt ad oculorum inflammationes, & palpebrarum pruritus & lachrymas ſingulare remedium.

Collyrii valde detergentis & exſiccantis ac cicatricem inducentis formula talis eſſe poterit.

℞. Sarcocoll. nutrit. in aq. roſ. ceruſſ. & aloes lot. myrrh. tutiæ præpar. an. ℥ß. ſacch. cand. ℥i. cum mucilag. gummi tragac. in aq. roſ. extract. f. collyrium, quo palpebræ illinantur. *Lazarus Riverius. Prax. Med. lib. 2. cap. 11.*

SECTIO LXVI.

Pro Coryza.

CUratio hujus affectus à catarrhi curatione deſumenda eſt: eaſdem enim evacuationes, revulſiones & derivationes poſtulat, niſi quod errhina huic uſurpanda non ſunt, ne nimium ad partem affectam attrahant; Sed apophlegmatiſmi & maſticatoria poſt univerſalia maximè convenient. Præter dicta remedia authores nonnulla commendant, quæ coryzæ compeſcendæ peculiariter conveniunt, ut vapor decoctæ majoranæ naribus exceptus, vel aqua majoranæ naribus excepta. Vapor aceti in ferream laminam candentem infuſi ad idem confert; idque efficaciùs, ſi in aceto roſæ rubræ prius infundantur. Si fluxio valde frigida fuerit, ſuffitus ſicci ex nigella, thure, aliiſque in prunas conjectis, erunt utiliſſimi: his enim frigida cerebri intemperies corrigitur, & ſuperflua humiditas abſumitur. *Lazarus Riverius. Prax. Med. lib. 4. cap. 5.*

SECTIO LXVII.

De Coxendicis Dolore & Laxatione.

COxendicis dolor (Græcè ἰσχιάς) arthritidis ſpecies eſt coxam occupantis, pars affecta licèt præcipuè ſit coxæ articulus, quandoque tamen in lumbis; ſumma nate, & oſſe ſacro conſiſtit. Dolor enim atrox in omnibus illis locis perpetuò ſe prodit, & in femur quòque tibiamque & extremum pedem deducitur, mediantibus nervis lumborum & oſſis ſacri partes has infernas pertingentibus. Eandem pariter cum Arthritide agnoſcit cauſam: non niſi difficulter curationem admittit hoc malum, propter cavitatis oſſis iſchii profunditatem, & materiæ multitudinem: ſi diu perſeverent, coxæ tandem luxationem infert, quam nullæ machinæ curare poſſunt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Coxendici Dolore.

UT Anodynis primum ſolvatur tentandum, fotu nimirum ex decocto flor. chamæm melilot. fœnugræc. ſem. lini abſinth. & origan. cui quidem vel conſimili medicamento ſæpius repetito, ſi dolor non ceſſerit, ad validiora localia tranſeundum. Inter quæ Emplaſtrum ex Sulphuris & picis partibus æqualibus ſedi affectæ admo-

tum, geſtandumque donec ſponte ſua decidat. *Galenus* ex *Andromacho*, *lib.* 10. *De comp. med.* ſec. locos *cap.* 1. magnopere extollit. Ceratum etiam nobis valde familiare huic operi accommodatiſſimum conficitur ex bdellio, ammoniato, opoponac. myrrha & reſina pini, omnium autem efficaciſſimum eſt, quod à *Galeno* ex *Democriti* monumentis, *lib.* 10. *De comp. med.* ſec. loc. *cap.* 2. mirificè celebratur. Paratur autem ex Iberidis radice exactè contuſa atque ſuilla axungia veteri excepta, linteoque denſiore Emplaſtri modo affecto loco admota, ibique per tres horas detenta: cæterum in affectu contumaciſſimo, rebelli, & aliis remediis ex arte adminiſtratis minimè cedente, ad validiora ut ad phænigmos etiam & inuſtiones *Hippocratis* more confugiendum, corpore tamen iterum, atque iterum exactè perpurgat; omnibus prægreſſis averſoriis auxiliis. In curationis principio, corpore ſaltem ſemel nonnihil purgato, venam ſecandam omnino conſulo Sanguinem ex vena poplitis vel malleoli lateris affectis detrahendum nemini in dubium revocari debet; quod miſſo ex hac vena ſanguine, inſignis derivatio obtineatur. Sanguis quoque è venis, quæ in ſede ſunt per hirudines admotas evocatus, mirum in modum iſchiadicis opitulatur. Cauterium etiam paulò ſubtus genu in parte exteriore lateris affecti inuſtum derivationis cauſa ſummoperè commendamus; quemadmodum & alterum in brachio oppoſito averſionis gratia. *Joh. Zecchius*, *conſ.* 43.

Ad Dolores coxendicis præſtantiſſimus eſt Balſamus ſulphuris terebinthinatus, ſi paucis ejus guttis pars affecta illinatur quo ſæpius una noctè curavi homines miſeros. *Franciſcus Sylvius*, *prax. medic. lib.* 10. *cap.* 30. *paragraph.* 24.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Coxæ Laxatione.

CAput femoris ſi excidat, nunquam in ſuam capſulam poteſt reduci, ſique hoc tentetur, fruſtaneus erit labor, tendines enim & ligamenta per affluxum aliorum humorum emollita, & lubrica facta, caput femoris retinere nunquam poſſunt. Hinc facilè intelligitur Adoleſcentem hunc cui coxa excidit, perpetuò claudicaturum. Inanis etiam eſt & inutilis labor, quando ægrum calidioribus unguentis ad tabem membrorum uſitatis, ex pyrethro, euphorbio, ſem. ſinap. ſimilibuſque excruciant: quandiu enim cauſa tabis, quæ eſt dislocatio, abundantia mucoris quæ vaſa obſtruit, & diſtortio vaſorum non tollitur, tabi mederi non poterit quiſpiam. Rebus ſic ſtantibus, coxarum reſtitutio naturalis fieri nequit. Optimum ergo ſi coxa totumque crus omnibus remediis quantum poſſibile corroboretur. Obſervanda autem in hac cura ſequentia. 1. Quod ægrotus in dieta omnes cibos frigidos humidos pituitam generantes, omneſque ſuperfluitates fugiat; talibuſque veſcatur quæ boni ſunt nutrimenti; hiſce miſcenda ſemper ſunt quæ nervoſas roborent partes, ut ſunt roſmarinus, ſalvia, majorana, cortex Citri, aurantiorum: ex hiſce memoratis herbis F. decoctum: eædemque herbæ cereviſiæ imponantur, & bibat. 2. Coxa extenſionibus & rebus acribus non vexetur, potius roboretur, quod commodè fit emollientibus, ſed potiſſimum aſtringentibus: inde perſpicere in proclivi eſt, quod olea recommendata uti ol. lumbric. aneth. chamæm. lilior. alb. &c. morbo ſint inconvenientia; licet lumbrici ſingularem quandam poſſideant proprietatem in talibus affectibus. 3. Quia ob vitam ſedentariam exercitiorumque defectum copioſa generatur pituita, & ad locum affectum tanquam imbecillem partem defertur, corpus ſæpius purgetur benignis & placidis medicinis: vomitus etiam ſi interdum accedat, non nocebit. Corpore diæta & purgationibus præparato, fiat facculus tantus quantus totam tegat coxam ex ſequentibus herbis, & latitudinem pollicis impleatur, interbaſtetur, terque, quaterque bulliat, & imponatur.

℞. Fol. flor. beton. roſmar. ſalv. prim. veris lavend. origan. abſinth. an. M. i. roſ. gran. juniperi, muſci querni an. M. ii. ſem. aniſ. ℥ii. incidantur omnia groſſo modo, de his herbis q. ſ. facculo indatur, addatur ſalis M. ß. & in duabus menſuris aquæ coquatur calideque, imponatur, hic facculus tres vel quatuor dies efficax eſt.

Coxa ita manè & veſperi fomentata, totum

totum crus, cõxa & os ſacrum ſucco lumbricorum inungatur, & tantiſper fricetur, donec benè abſorptus fuerit. Succus hoc modo præparetur.

2ℓ. Craſſiſſimorum lumbricorum, Mij. vel iij. ſingulis ſordes extrahantur, & exprimantur digitis (non enim vino abluendi) concidantur minutiſſimè, poſtea injiciantur cyatho ſtanneo vel argento, affundantur aq. flor. lavend. & baccar. juniperi (quæ non cum vino ſint deſtillatæ) an. ℥iij. ſalis ℥i. cyathus obturetur veſica humectata ne quidpiam expiret: deinde aquæ inponatur & coquatur quatuor vel quinque horas, refrigerato cyatho veſica auferatur, & ſuccus per pannum craſſum exprimatur, indaturque vitro anguſti orifici, addaturque aliquid ole. amygd. d. vel lumbric. hoc modo per multos conſervatur dies. Utiliſſimus etiam eſt hic ſuccus in tabe membrorum, corroborat nervoſas partes, reſeratque obſtructiones arteriarum & venarum. Coxa & crure hoc ſucco benè inuncto, Emplaſtrum ſequens molli inducatur corio, totique imponatur coxæ.

2ℓ. Emplaſtr. diapalm. ℥ı v. ceræ novæ, ℥ij. gummi elemi, tacamach. an. ℥j. maſtich. olibam. an. ℥x. lumbric. tereſtr. ſubtiliſſ. pulverator. ℥iß. pulv. roſ. ruber. myrtill. balauſt. ivæ arthetic. flor. hyperic. an. ℥ij. diſſolvantur gummata lentiſſimo igne in ſ. q. ole. lumbric. & percolentur per linteum, poſtea commiſceantur omnia cum emplaſtro ſupradicto, & cera liquefacta fiatque maſſa addendo nonnihil ol. gran. juniperi & ſpicæ.

Balneo ex herbis ad facculum præſcriptis addito pauco ſale & alumine, comodè etiam uti poterit, totumque crus in eo lavare; finito balneo per horam in lecto quieſcat, ſuccoque fricari & Emplaſtrum imponi curet. In uſu balnei & facculi corpus ſit quietum, ne natura impediatur: ſi iterum ambulare incipiat, calceus altior in quantum crus brevius paretur, ne corpus plus imbecilli quàm ſanæ incumbat parti, hoc proceſſu, divina juvante gratia, plures ſanavi, quod ſine fulcro ſive baculo incedere potuerint, loco ſucci lumaric. inſervire poſſunt aquæ betonic. ſalv. prim. veris, lavendulæ, gran. juniperi ſine vino præparatæ. In me ipſo, enim expertus ſum, vinum internè & externè uſurpatum, nervoſis nocere partibus. Uſtio enim coxæ non contemnenda, ſed magni facienda, egregios enim & fœlices ſucceſſus in coxarum affectibus inde ſecutos eſſe veriſſimè vidi. *Guil. Fabrit. Hildanus obſ.* 100. *cent.* 3.

Spigelius os occygis à partu luxatum nobili matronę ſola faſcia reſtituit, *Ioh. Rodius*, *obſerv.* 80. *cent.* 3.

SECTIO LXVIII.

De Cranii depreſſione & fractura.

CRanii fractura (Græcè κάταγμα τῆς κράνιον) ſolutio eſt continui in cranio à vi exteriore facta, ejus ſecundum *Hippocr. lib. De capitis Vulneribus*, quinque ſunt ſpecies. Prima dicitur ῥῶγμα & ῥῆξις (à ῥήσσω vel ῥήγνυμι, frango) Latinè verò rima ſeu fiſſura: à re gravi & contundenti, aliquando & ab incidenti & acuta provenit. Accidere ſolet oſſibus durioribus, mollia enim cedunt, & non finduntur: hæc vel conſpicua eſt, vel adeo plerumque tenuis, ut ſenſum prorſus lateat, quæ medio modo ſe habet, τριχισμὸς appellatur, ſeu capillaris, rurſus vel brevis eſt vel longa, recta vel curva, in externa lamina, illæſa interna, vel è contra in interna, integra manente externa, aliquando denique totum cranium rimam contrait. Secunda ſpecies vocari ſolet φλάσις & θλάσις (à φλάω & θλάω contundo) Latinè contuſio ſeu colliſio. Fit dum ab irruente violenter intrinſecus, aut obſtante duro aliquo & obtuſo corpore, os ita contunditur, & deprimitur, ut licet, ejus continuitas integra foris ad ſenſum appareat, intus tamen multæ latent diviſiones in oſſe contuſo. Tertia eſt σφάσις ſeu ἔμφλεξις, Latine, depreſſio, cum os finditur, & ſimul introcedit, ita ut fragmentum intus detruſum cerebrum vel pungat, vel comprimat; quod ſi in ſublimi, dum extrahitur telum, attollatur. *Galeno* dicitur κάμαρωσις & κάμαρωμα (à κάμαρα fornix, teſtudo, (Quarta eſt ἕδρη, Latinè ſedes ſeu veſtigium, cum telùm acutum cranium ita lædit, ut ſui veſtigium, relinquat: huc pertinet punctura à ſtylo,

cultro, vel alterius rei acute cuſpide facta, nunc externam ſaltem, nunc utramque cranii tabulam penetrans; inciſio Pariter ab inſtrumento acuto, & benè ſcindente, ita ut ſuum naturalem ſitum ad huc obtineat, & veſtigium in oſſe inciſo appareat. Dedolatio etiam huc refertur, quæ Græcè dicitur διαχοπή, eſt cum aliquid de ſuperficie cranii abſcinditur. Quintam ſpeciem vocat *Hippocr.* ξυλλοφοδη, *i. e.* Infortunium, *Paulus* vero ab *Ægineta*, ἔπηχημα Latini autem contra fiſſuram ſeu reſonitum, & eſt cum in alia parte cranium percutitur, & in alia finditur, aut in eodem oſſe, aut in diverſis, accidit dum percuſſione impulſus aer intra diploen concluſus parti alteri crani alliſus ipſum perfringat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Cranio depreſſo.

IN pueris ſæpiſſimè hujuſmodi depreſſiones cranii abraſis crinibus, & appoſita cucurbita, naribuſque & ore clauſis quemadmodum *Ambr. Paræus* Chirurgus æterna laude digniſſimus, *lib.* 10. *cap.* 5. rectè docuit, in naturalem ſitum repoſui: vel emplaſtrum aliquod tenaciter adhærescens, veluti ex pice, reſina, colophonia, & gummi elemi in medio oſſis depreſſi applicetur, vel hoc quod tenacius adhæret.

℞. Farin. tritici, ℥i. ichthyocoll. in aq. beton. & ſalv. diſſolut. ℥ß. pulv. maſtich. thur. farin. volatilis, ſang. dracon. gypſi, an. ℥iß. M. coque in. aq. beton. & ſalviæ, ad juſtam conſiſtentiam applicetur calidè, quamprimum undique agglutinatum & exſiccatum fuerit emplaſtrum, vi auferatur; ſic enim attracta cute & pericranio, cranium depreſſum ſimul elevabitur: id ſi prima vice minus ſucceſſerit, ab opere tamen minimè deſiſtendum, ſed denuò novum emplaſtrum applicandum, & ut antea vi auferendum. Sit Emplaſtrum ejus magnitudinis, ut tantum tertiam circiter partem impreſſionis crani cooperiat, ſic enim in ablatione minor erit dolor, & facilius impreſſum cranium elevabitur. Si hinc dolor aliquis oritur, locus inungendus eſt oleo roſac. aut myrtino, & de vitell. ovo habeat præterea emplaſtrum in medio funiculum, quo à Chirurgo apprehendi poſſit. Dum vero Chirurgus emplaſtrum aufert, os & nares infantis claudendæ ſunt, ſi in flato cerebro propter retentione in ipſo ſpiritum, cranium impreſſum facilius in ſitum naturalem relevabitur. *Guil. Fabrit. Hildanus, obſerv.* 5. *cent.* 2.

Puelula quædam 18. menſes nata per ſcalas decidit, & capite illiſo in lapidem, facta fuit crannii depreſſio inter futuram ſagitalem & coronalem magnitudinis dimidiæ nucis: ad quam vocatus, raſo capillitio, parti cucurbitulam admovi ſine ſcarificatione, & conſequenter iterum admovi cum ſcarificatione. Poſtea applicui cataplaſma ex furfure, pane cum roſis & vino compoſitum, idque iteravi bis in die, per quinque vel ſex dies, iterando cucurbitulæ applicationem ſine ſcarificatione, ante ſingulas admotiones Cataplaſmatis; deinde per quatuor aut quinque dies ſolum Cataplaſma admovendo, tumor à cucurbita excitatus diſcuſſus eſt, & depreſſio ſublata apparuit, atque os ad ſuum naturalem locum reſtitutum. *Samuel Fornerius, obſerv.* 14.

In multis Crannii depreſſio curata eſt, admota poſt unam vel alteram phlebotomiam, ſupra depreſſionem cucurbitula cum multa flamma; addita interdum inciſione, multis aliquando ſcarificationibus, & interdum ſine illis. *D. Des Grands prez, obſerv.* 3.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Cranii fractura.

UNdecimo die morbi cum æger pro deplorato habebatur, cranium cum ſucceſſu perforatum fuiſſe obſervavi. Hiſtoriam hic recenſere non gravabor.

Anno 1586. Sexagenarius quidam in bregma ſiniſtrum percuſſus fuit, cũ cranii fractione & depreſſione cecidit mox in terram, cibum indigeſtum evomuit; & loquelam amiſit. Curatio ab initio Barbitonſori commiſſa fuit; quum verò omnia in pejus ruere vidiſſent adſtantes, *Janum Antonium Saracenum* Medicum longè cele-

celeberrimum, & *Johannem Griffonium* Chirurgum peritiſſimum præceptorem meum fideliſſimum in conſilium vocatum. Pervenimus itaque ad ægrum decimo die morbi ſub veſperam, ipſumque ardentiſſima febre laborantem delirantem, & abſque loquela invenimus; vulnus anguſtum & fractura cranii aderat: verùm etſi rem in anguſtiis poſitam ſatis ſuperque nobis palam eſſet; adſtantium tamen petitionibus commoti, facta prius prognoſticatione, curationem ſic aggreſſi ſumus: injecto enemate & exonerata alvo crines abraſimus, totumque caput ol. roſac. & myrtill. inunximus: deinde cutem & pericranium in formam crucis incidimus, craniumque denudavimus, nec non pulvillis ex ſtupis ſuavibus præparatis & albumini ovi intinctis vulnus implevimus. Sequenti die oſſiculis nonnullis quæ à prima tabula ſeparata erant, extractis, cranium perforavimus, & quod aſperum in oſſe inſtrumento lenticulari, lævigavimus. Poſtea panum Sericeum melle roſaceo parumque ol. roſac. (Propter dolorem immenſum) tinctum cerebro impoſuimus, totum verò vulnus ſequenti digeſtivo implevimus.

℞. Terebint lotæ in aq. beton. & ſalv. ℥i. olei roſac. ℥iß. olei de vitell. ovor. ℥ii gummi elemi lentiſſimo igne cum ſupradictis oleis diſſoluti & percolati ℥i. croci pulveriſ. ℈i. vitell. ovor. numero 2 M. F. Unguentum quo impoſito vulneri, Emplaſtrum Baſiliconis applicuimus; totumque caput & collum ol. roſac. & myrtill. inunximus. Eo die iterum Clyſterem injecimus, optimamque victus rationem præſcripſimus; atque iſta methodo per dies aliquot proceſſimus. Iterim pus per factum foramen effluxit, & febris reliquaque ſymptomata paulatim remiſerunt: ſedato dolore & inflammatione, melli roſato quod membranæ imponendum erat, gutulam unam aut alteram atque vite admiſcuimus, & vulneri ſequens mundificativum impoſuimus.

℞. Pulver. rad. caryophyllat. angelic. ariſtol. rot. irid. flor. an. ℥i. extract. ſalv. beton. an. ℈ii. gummi elemi in oleo roſac. diſſolut. ℥ii. M. & F. cum melle roſ. q. ſ. parumque aq. vitæ unguentum in mortario. Tandem ſedato Emplaſtrum applicuimus.

℞. Emplaſtr. de beton. ℥iv. gummi elemi in oleo roſat. diſſolut. ℥i. pulv. roſ. odorifer. myrtill. an. ℥i. maſtich. cal. aromat. angelic. caryophyllat. an. ℥iß. cum q. ſ. ol. roſac. parumque ceræ fiat emplaſtrum.

Interim dum vulnus hac methodo curavimus, ſingulis aut alternis diebus, alvo ſponte non reſpondente, clyſteres injecimus: per intervalla quoque ſyrupo roſat. ſolut. comp. cum. rheo. agar. & ſena, manna item, & caſſia corpus leniter expurgavimus. Sic divino favore, magna cum admiratione adſtantium ſanitati reſtitutus fuit. *Guil. Fabrit. Hild. obſ.* 4. *cent.* 4.

Emplaſtrum de betonica cujus hic fit mentio, deſcribitur in hunc modum à *Foreſto, lib. 6. obſerv. Chirurg. obſerv.* 43.

℞. Therebinth. reſin. pini, ceræ novæ, an. ℥iv. pulv. betonic. ℥iß. maſtich. thuris, an. ℥ß. mummiæ, ℥iii. F. maſſa. S. A.

Ante annos 10. vocatus fui à quodam ruſtico ut ipſius inviſerem ſororem, quæ vulnus contuſum in dextro oſſe bregmatis, cum fractura & impreſſione Cranii acceperat. Evomuit mox ab initio bilioſum humorem, & cibum indigeſtum; ſiniſtrum latus reſolutum eſt; in dextro autem convulſiones patiebatur, abraſis crinibus, fragmenta aliqua cranii & portiunculam ad inſtar fabæ ex cerebri ſubſtantia digitis extraxi, altero die advenit *Slotanus*, qui dilatato vulnere denuò extrahit fragmenta quædam oſſis, & portiunculam ipſius cerebri, ad nucis avellanæ magnitudinem. Poſtea aliquoties ipſemet *Slotanus* me preſente de cerebri ſubſtantia detraxit, & tamen convaluit pleniſſimè. *Guil. Fabrit. Hildanus, obſerv.* 13. *cent.* 1.

SECTIO LXIX.

Pro Cruribus exulceratis leviter, & excoriatis in ſuperficie in hydropico.

HUic cùm multa & varia, ſed fruſtra, medicamenta præſcripſiſſem, tandem juſſi ut decocto plantag. & ungul. caballin. in vino foverentur membra, & folia ejuſdem ungulæ caballit. in decocto madefacta, & molliter expreſſa apponerentur, quo facto egregiè curatus fuit. Alii etiam quamplurimi per nos eodem

remedio eodem morbo laborantes ſanati fœliciter fuere, *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 7. Obſer. Chirurg.*

SECTIO LXX.

Pro Cruris ulcere inveterato & maligno.

MErcator quidam cum ulcus malignũ in crure haberet, nec ullo modo curari poſſet, quidam ei conſilium dedit, ut agrimoniam herbam ſuperponeret bis in die, manè, & ſerò, atque ita miraculi inſtar, intra novem dies ſanitati reſtitutus eſt, valet eadem herba, tum ejus ſuccus cum filamentis impoſitus ad vulnera tam recentia quam antiqua. Alius quidam cum eidem inteſtinum rectum procideret, ac ex hæmorrhoidibus doleret, pulvere hujus herbæ aſſumpto tam in potu quam cibo, brevi ſanitatem recuperavit. Alius etiam cui lapis in veſica erat, cùm crebrò herbam hanc cum ovis comediſſet, lapis per fruſtra cum lotio tandem expulſus eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 3. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Ulcus cum quidam diuturnum ac malignum in crure haberet, ne id ullo modo curari aut conſolidari poſſet, ac varia Chirurgi medicamenta adhibuiſſent, etiam pulverem præcipitatum ſubinde inſpergentes, tandem ſuperveniens quidam Medicus cortices granatorum in tenuiſſimum pulverem contumdebat, ac ulceri inſpergebat, atque hoc unico tam ſimplici medicamento vir ille ab ulcere curatus fuit. *Petrus Foreſtus, ob. 2. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

℞. Litharg. cadmiæ foſſilis, ceruſſæ, an. ℥ii. thur. myrrh. an. ℥iß. rad. ariſtol. ℥i. ærugin. æris ſublimati, an. ℥ß. argenti vivi, ℥iii. extincti cum terebinth. ℥iß. mellis, ℥ß. ol. roſac. & ſucc. plantag. an. ℥ii. F. inſtar Emplaſtri, excellens eſt Emplaſtrum, quo plura crurum ulcera perverſa ſanavi. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 560.* & ejuſdem praxeos, tomo ſecundo, *pag. 837.*

SECTIO LXXI.

Pro Cruſtis caput pueri occupantibus.

PUerulus quidam recens natus cruſtas in capite patiebatur, quę ad oculos ſcendebant, & ita eos occupabant, ut timor eſſet, ne in ipſis vitium aliquod impingeret. Nos igitur huic occurrentes vitio, jubemus, ut nutrix optimo victus ordine utatur; atque ut ex ubere ſuo ulcera ipſa multo lacte irroret, ac poſtea carnali capitis parti, verſus ſinciput, folium caulis tepidum admoveat, ac ſæpe innovet: iis enim facillimis remediis puer liber intra paucos dies fuit. *Amat. Luſit. cent. 5. cur. 80.*

SECTIO LXXII.

Pro Cutis externa excoriatione in infantibus.

QUidam utuntur oleo raparum, vel ex oleo raparum & cera virginia linimentum facio, quo commodè admodum ſæpe uſus ſum. Sed illud experimentum infallibile habetur, quo obſtetrix quædam utebatur in infantibus.

℞. Ol. raparum, farin. tritici volatilis, vel ſiliginęæ; an. part. æq. M. unguenti inſtar, & ſuper petiam lineam raram, tenuem & antiquam liniatur lociſque corroſis applicetur: curabuntur eo Infantuli inſtar miraculi, vel loca corroſa aqua communi tepida ablue, deinde ceruſſa ſubtiliter pulveriſata inſpergatur, brevi cutis reparabitur; etiam ceruſſa ſola inſperſa ſine lotione.

Quidam à caſu in tibiam cute nudatam & corroſam incidit, noſtro conſilio membranam intus ſuccingentem ovum gallinæ valde tenuem & mollem loco dolenti appoſuit, & illico ſanus factus eſt; & alii plurimi cum eo. *Petrus Foreſtus, obſer. 27. lib. 29. De Arthritide & externarum partium Affectibus.*

ME-

MEDICINÆ PRACTICÆ

LIBER QUARTUS.

De Affectibus à littera D incipientibus.

SECTIO PRIMA.

De Dentium Affectibus.

DEntes varie affici ſolent, modò enim externi aut longiores prominent; modò atteruntur, aut mandendo externarum cauſarum vi: Stupeſcunt aliquando frigidioris & acidi humoris influxu, & acerborum crudorumque fructuum eſu. Nigreſcunt etiam & fædo lentore obducuntur, detergendi incuria, frequenti dulcium eſu, maſticatione fructum nigrorum, humorum vitio ſurſum expirantium propter viſcerum impuritatem, & hydrargyri illitu in lue venerea. Hinc eſt quod fœminæ faciem pingentes fucis ex mercurio plerumque dentes malè coloratos habeant. Vacillant quandoque mobileſque fiunt externa vi concuſſi, & quum eorum radix multo humore madet laxiorque ſit alveolus: defectu etiam alimenti, ut in ſenibus, & inunctione hydrargyri; & à ſuccis pravis gingivas erodentibus. Dolore pariter conflictantur acerrimo, qui Græcè dicitur ὀδοντολγία, quæ nihil aliud eſt quam triſtis dentium ſenſus ab ipſorum continui per humores ſolutione proveniens.

Cauſa eſt humor frigidus vel calidus, ſeroſus, ſalſus, & acris, qui vel in maxillæ membranam, vel in dentium nervum, vel etiam in corpus decumbit, fluxionis hujus materiæ principium plerumque eſt è capite, aliquando etiam ab inferioribus partibus procedit. Si humor in dentibus putreſcas, vermes inde generari ſolent, qui doloris dentium etiam cauſa ſunt. Corroduntur pariter dentes & cariem patiuntur ab acribus humoribus ad ipſos defluentibus. Ita ut frangantur, & fruſtulatim excidant.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Dentibus dealbandis.

INter omnia quæ dentes præſervant à putredine, & dealbant, maximè commendatur oleum vitrioli, ſi cum aqua miſceatur, cum puræ & integræ carni ſit innoxium, & corruptam ſaltem tollat; vituperant autem multi illud, quia verum illius uſum ignorant: qui verò eo uti ſciunt, fœliciter in magnis morbis adhibent, gutta una vel altera ſaccharo vel melle roſac. admiſta mirificè deterget dentes, & gingivas putridas cum ulceribus oris plurimum juvat. Eadem vi, qua camphora, propter partium tenuitatem prædita eſt, & cum refrigerationibus datum refrigerat, cum calfacientibus eorum calorem auget, atque univerſi corporis ſubſtantiam minori noxa quàm Camphora, quæ humido radicali inimica eſt, permeat. *Iohannes Craton. conſilior. 8. lib. 5.*

℞. Fol. roſmar. ℥ß. ſiccentur, in pulverem redigantur, adde pannis in albi in pulverem combuſti ℥ii. corall. rubr. ℥i. Alabaſtr. ℥ß. M. F. Pulvis. Quo quotidie dentes fricentur, & eſt optimum medicamentum. Poſt frictionem os aqua roſmar. colluatur. *Rodericus à Fonſeca. Tomo primo, conſultatio 46.*

Optimum eſt remedium, & ſæpe experientia comprobatum ad dentium radices carne obducendas, denteſque firmandos & de-

& dealbandos opiata sequens. Parum aluminis in olei Sulphuris ℥i pone adde Conserv. bugloss. vel ros. ℥vi. & detersо dentium tartaro ope Scalpelli lignei, admoveatur opiata, & intra 15. dies, si hæc sæpe fiant, dentes firmabit, dealbabt, & carnem gingivarum producet. *Petrus Borellus, observ. 65. cent. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Dentium dolore.

PRæmissis venæsectione, scapularum scarificatione, & medicamento lenitivo, quibus dolor multum sedatus, ad sequens topicum tandem devenimus.

℞. Mastich. staphysag. an. ℥i. sem. hyoscyami ℈i. F. duo globuli in panno lineo raro, unum post alterum masticabat, & pituita ex ore defluente, ab omni dolore liberata est ægra, cum quadam admiratione hoc remedio nunc juvante, quod prius dolorem inferebat, idque ob causam antecedentem nunc per evacuationes ablatam, cum in iis adhibendis remediis ordo servandus sit, quem Empirici ignorant. *Petrus Forestus observat. 3. lib. 14.* De affectibus Labiorum, gingivarum, dentium, oris &c.

Cùm juvenis essem in dente molari insignem dolorem habui, dens cum corruptus esset, & Chirurgus eum extraheret, extrahere non potuit, videbatur tamen paululum elongatus, & dolor cessabat ad 4. vel 5. annos. Sed postea redeunte, dolore, extractus est idem dens, & ab eo tempore usque in senectutem, nullo unquam dolore dentium laboravi. Quanquam postea anno ætatis meæ 63. cum alius dens mihi doleret etiam molaris, ac attritus & corruptus esset, & aliquo modo videretur mobilis, deliberabam ob dolorem insignem, ut idem extraheretur, propter femium tamen non audebam, cum Bononiæ contigerit eo tempore, quo studiis ibidem in *Italia* impallescerem, quo *Dentarius* in foro publico cum in sene detraheret dentem, subitò extinctus est, obingentem tamen dolorem accessi Chirurgum, qui eundem extraxit, qui equidem omnino corrosus erat, quanquam radicitus inhæreret, dente ablato, statim dolor cessavit: neque unquam postea ullo dolore affectus sum. *Petrus Forestus, ob. 4. lib. 4.*

Famula nostra cùm asperrima hyeme lintea exposita lavaret, vento boreali flante, ex frigore dolorem dentium incurrebat, cum lana succida oleum chamæm. & aneth. circa dolentem locum exterius admovebam: inungebam quoque unguento Alabastrino, illud enim egregiè valet in omnibus doloribus dentium, ut experti sæpe sumus ex quacunque causa. Auri instillari jussi castorei exiguum cum nardo in oleo coctum; quo & *Ætius* utitur. Postea maxilla inflata, quod bonum erat signum, materiam foras evocari, continuando inunctionem, dolor cessavit. *Ætius* commendat suffitum ex canis mortui dente, ita ut fumus inde progressus ero excipiatur. Deinde dentem ustum exigo aceto tritum in ore retinendum præbet. *Petrus Forestus, Schol observ 5. lib. 14.*

Corpore expurgato, imperavi ut supra dentem dolorosum radicem lapathi acuti poneret per talcolas concisam, quo remedio dolor multos annos affligens illicò sedatus est, cum tanto successu, eodem remedio in aliis plurimis (præcedentibus tamen universalibus præsidiis) prosperè usus fuerim. Habui illud à rustico quodam. *Petrus Forestus, observ. 6. lib. 14.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Dentium dolore.

CApe opium in pauca quantitate, & manu calefactum, ita ut mollescat ut cera, circumpone denti dolenti, aufert omnem dolorem stupefaciendo. Item.

℞. Camphoræ modicum, in aceto bulliat parum: deinde teneat eger in os, valet ad omnem dentis dolorem. *Bartholomæus Montagnana conf. 87.*

Omnium præstantissimum est oleum buxi, quod tanquam incantamentum, illicò dolores sedat, ad miraculum usque; & pro maximo secreto habetur; ita ut hoc solo ditari aliquis possit, in foramen dentis gutta una vel altera injiciatur: illicò dolorem tollit; ideo nihil præstantius reperiri potest. Aliud remedium ad hoc fit

ex

ex oleo Camphoræ, cujus gutta ſi intra foveam dentis inſtilletur, mirificè dolores ſedabit. tertium eſt.

℞. Aq. plantag. ℥i. vitrioli rom. contuſ. gr. ix. M. madefac. linteolum in liquore calido, quo dentes & gingivæ madefiant, poſſunt dentes cavi aduri per ſtylum aureum vel argenteum ignitum, & ita firmatur eroſio, ceſſat dolor, nec redit, ſed franguntur dentes: *Rodericus à Fonſeca, Tom. 1. conſult. 46.*

Nil præſtantius oleo terebinthinæ chimico cum pulvere Camphoræ; cujus etiam oleum chimicè paratum eſt efficaciſſimum. Item vitellum ovi aſſi applicatum prodeſt, ut & theriaca illita. Exterius interim confert panis calidus nuper è clibano extractus, qui magis proderit, ſi cum ſale, aniſis, & pulvere florum anethi factus fuerit. *Jul. Cæſar. Claudinus, conſult. 20.*

Epiſcopus quidam Eccleſiæ *Laugingane* dentium dolore infeſtiſſimè cruciabatur, cui ego ſupra dentes dolentes crebrò admovebam ſequentem aquam lana vel linteolo exceptam; qua ſtatim omnis dolor evanuit, plurimum ex ore phlegmatis profluxit.

℞. Aq. ſolan. ℥iii. ol. vitrol. rom. q. ſ. ut acida reddatur, probè diluantur. *Martinus Rulandus, curat. 9. cent. 1.*

Illuſtriſſima quædam princeps torquebatur miſerè dentis cavernoſi dolore: pro quo frænando, molliendo & pellendo uſa fuit multis variiſque medicamentis in tali caſu expertis & probatis, ſed ſine ſucceſſu, vocatus tandem ego, guttas aliquot olei Camphoræ goſſipio parvo excipio, ac dentis cavernæ applicari jubeo. Quo facto cruciatus illicò præter omnem expectationem inhibitus & ſuppreſſus ex toto fuit, neque amplius rediit, hoc enim oleum certò domat, & abolet omnem dolorem. *Martinus Rulandus, curat. 3. cent. 2.*

In dentis cavernulam impoſui oleum heraclei ligni, & confeſtim ex toto evanuit dolor: nam oleum iſtud humores extrahit, vermes dentibus innatos necat, & doloris omnem cauſam ex qua ortum trahit dolor, tollit. *Martinus Rulandus, curat. 31. 52. 53. cent. 3.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Dentium dolore.

PUrgato primùm corpore, cum dolor in dextro latere magis urgeret: allium contuſum carpo dextro appoſui, unde cuticula abſceſſit, dolorque in eo latere remiſit, verum in ſiniſtro latere, dolor non ſolùm dentium regionem occupabat, ſed & temporum, totaque mala illic dolorem patiebantur, eumque intollerabilem, punctioneſque in aure ſentiebantur, itaque cucurbitulas binas ſcapulis utrinque adhibui; allium etiam ſiniſtro carpo applicatum fuit, in aures aqua roſ. cum album. ovi & lacte conquaſſata, additis guttis 4. Extracti opii, immiſit, temporibus oxyrrhodinum adhibitum addito oleo chamæm. Lotiones item crurum ex decocto herbarum capitalium factæ. Hiſce remiſit aliquo modo dolor, rediit tamen, quare repetii cucurbitulas, rurſuſque purgavi, & poſtea ſcarificatione uti juſſi, & hanc ceris collutionem præſcripſi.

℞. Rad. biſtort. pyreth. an. ℥i. Rad. ireos ℥ß. herb. hyſſop. agrimon. ſalv. beton. majoran. an. Mi. anthos pi. Sandarach. pulv. ℥vi. piper. long. Zinzib. an. ℥ii. bulliant in aqua, addito aceto donec decoctum aceſcat: utebatur eo tantùm eo tempore, quando dolor urgebat, alio minimè, ſemperque profuit, temporibus hoc Epithema, cum ſtupa canabina, quoties dolor ingruebat, appoſitum fuit.

℞. Aq. roſ. ℥iv. aq. lavend. ℥i. lactis, ℥ii. album ovi agitat. num. 1. pulv. ſem. Cumini ℥ii. extracti opii liquidi gutt. iv. quoties applicuit, levamen ſenſit.

Naribus ſuccum betæ & fol. majoran. cum penna indidit, unde ſternutatio ſecuta eſt, redeunte dolore purgavi illam denuo extract. Cydon. ℥i. unde ſepties dejecit.

Cucurbitulæ duæ majores ſcapulis iterum adhibitæ. Carpo brachii ſiniſtri allium contuſum bis appoſui, & potionem illius in aurem partis affectæ immiſit: quæ adjumentum aliquod adferebant, juſſi tandem ut dentem cavum malorum humorum cauſam evelleret, quo facto, poſtea ejuſmodi doloribus, liberata fuit. *Felix Platerus, lib. 2. pag. 397.*

℞. Rad.

℞. Rad. pyrethr. ʒii. Rad. angel. ʒß. fem. ſtaphyſagr. ʒi. cubeb. ℈i. nuc. moſch. ʒi. F. pulvis adde Sacchar. ʒß. & cum infuſ. gummi tragacanth. F. rotulæ maſticet expuendo.

℞. Rad. alth. pentaphyll. an. ʒii. Rad. galang. ʒii. Liquirit. ʒiß. Salv. beton. an. Mi. flor. roſ. malv. an. pi. flor. anthos pß. hord. pi. nucis moſch. ʒii. F. decoctio in aqua & vino ad ℔iii. in colatur. diſſolve diamor. ʒii. mell. anthos ʒiß. aceti Scill. ʒi. F. gargariſma quo ſæpè fauces gargarizet. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 2. *pag.* 403.

Mira vi prædita eſt nicotiana nuper huic orbi illata. Cum ego ipſe ante annum vehementer ex dente laborarem, hanc decoxi ex aqua, adjectis chamæm. floribus, tepidi hujus decocti cochlear ore tenebam, expuebam; ac idem agebam horis duabus; dolor miteſcebat: poſtridie cum ex more meo hortulum in ſuburbis acceſſiſſem, inclinatoque capite quid graminis evellerem, liquor croci flavedinem referens copiosè è naribus meis affluxit, nicotianæ odorem referens; ac omnis dentium dolor evanuit. Mihi toto vitæ curriculo nec ſanguis, nec quid præter ſeroſam pituitam, è naribus fluxit unquam. At nihil ego vidi hoc effluxo liquore flavedine altiore tinctum. *Ioh. Heurnius*, *lib.* 1. *Methodi ad Praxin.*

Parva quædam lamina ferrea à Sereniſſ. *Farneſia*: gente tanquam arcanum quoddam pro ſedando dolore dentium haberi poteſt, qua quidem lamina ſi confricentur extremitates infernæ aurium uſque ad incaleſcentiam partis, ſedabitur dolor. *Benedictus Sylvaticus*, *obſ.* 2. *cent.* 2.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Dentium dolore.

MUlier quædam gravida ſeptimeſtris, & bilioſi temperamenti, tandem dentium dolore correpta eſt, ut fruſtra tentatis omnibus remediis, per multos dies inſomnis & clamitans cum lachrymis, & vigiliis continuis, quælibet remedia, imò ferrum & ignem experta, ad deſperationem ferme adducta fuerit, ita ut coactus fuerim ipſi exhibere nocturnis horis (quia tunc præcipuè intollerabilis ipſi dolor erat) laudan. opiat. gr. iv. quibus cum pauca quantitate confect. de hiacintho aſſumptis, poſt horæ quadrantem placidè per aliquot horas dormivit, ac ſine dolore expergefacta, reliquum gravidatis tempus jucundè tranſegit. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 90. *cent.* 4. vel *Simeon Iacoz.*

Infinitos à dolore dentium liberavi, denti coroſo admovendo tantillum goſſipii oleo buxi imbuti, illud autem oleum extrahitur per retortam igne reverberii, ſcobem illius prius infundendo per 24. horas in vino albo, & omnia ſimul deſtillando, primùm egreditur aqua acida, quæ etiam ad eundem affectum confert, ſimplici ablutione dentis, mox egreditur oleum uſui diligenter reſervandum, hoc etiam remedio fœliciter uſus ſum.

℞. Sem. plantag. ʒii. tormentill. ʒiii. rad. hyoſcyami albi ℈iv. omnia exſiccata redigantur in pulverem ſubtiliſſimum addendo opii gr. i. includantur nodulis qui macerentur in decocto ſequent.

℞. F. Sambuci. Mi. roſ. rubr. pii. bulliant in aceto ad ſuum dictum.

Hi noduli in decocto dicto macerati, intra dentes leviter comprimuntur, & detinentur, & intra exiguum temporis ſpatium multus humor effluit per os, & dolor aufertur. *Samuel Formius*, *obſerv.* 40.

D. Leſeq. Medicinæ Doctor, ſe curatum vidiſſe retulit dolorem dentium ſale fraxini, quo impletur digitale mulierum, aut quid ſimile, & applicatur arteriæ temporum ubi ſentitur pulſatio, & intra breve tempus, nodum facit in arteria, quo fluxus intercipitur, obſerv. 11. obſervationum hinc inde decerptarum & *Riverio* communicatarum.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Dentium dolore.

ANno 1647. Graviſſimo dentium dolore afflictus ſum, qui cum circa mediam noctem intolerabilis evaſiſſet, fruſtulam tabaci ore aſſumpſi, & diu leviter maſticavi, donec vomitus excitatus eſt: quo omnia alimenta in cœna aſſumpta rejecta ſunt, & cum iis multa pituita, dolor verò

vero intra in duas horas evanuit. *Lazarus Riverius, observ.* 31. *cent.* 4.

Anno 1645. Correptus sum frequenti & molesta salivatione cum dolore dentium acerbissimo. Sumpsi resinæ Jalapæ gr. VIII. quibus optimè & blandè purgatus, serosam illuviem in corpore redundantem, doloresque in diversis corporis partibus excitantem, 7. dejectionibus, in maxima copia excrevi, & sequenti die à prædictis doloribus, & molestissimo ptyalismo immunem me sensi; attamen post 2. menses reversus est dolor dentium, & ptyalismus, qui sumpto eodem medicamento intra 24 horas prorsus evanuerunt. *Simeon Jacoz observ.* 15.

Cum ego olim cum aliis à viro primario sat lauta cœna exceptus essem, quidam gravi dentium dolore infestari cœpit, ut incœnatus abire constituerit, jussi aliquantulam sustinere patientiam, & paulisper morari; interea modicum Camphoræ adferri curavi cavitati dentium inserendum, cum subitaneo levamine, ut animo hilari compotare licitum usque ad metam. *Augustinus Thonerus, observ.* 1. *De Dentium dolore, lib.* 2.

Bursa pastoris contusa & auribus indita avellanæ magnitudine optimum est remedium, & sæpe expertum; est enim quidam aurium cum dentibus consensus. Allium etiam contusum cum salis momento, & pollici admotum vesicas efficit, è quibus apertis aqua fluit, qua fluxio à dentibus derivatur, & dolor eorum tollitur: quod non minus mirum est, quàm cum *Galenus* è contra digitorum impotentiam motus admoto in dorso Emplastro ad nervorum origines curavit. *Petrus Borellus, observ.* 27. *cent.* 3.

Emplastrum ex pice burgundica cum pulvere nucis mosch. arteriæ temporali admotum multis contulit, eosque a dentium dolore liberavit, *Petrus Borellus, observ.* 68. *cent.* 4.

Anno 1648. Tumores quidam genarum cum dentium dolore populariter grassati sunt, à fluxione Catarrhosa ob pluvias immodicas, at omnes breviter curati sunt, qui ficum inversum calefactum, sepæ renovando, interius admoverunt; tumor enim citò maturatus in ore aperiebatur, & cum sputo evacuabatur. *Idem observ.* 86. *cent.* 1.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Dentium dolore.

ILlustrissima quædam princeps tempore hyemis patiebatur dolorem dentium diuturnum ac gravem dentibus maximè erosis cavisque existentibus, remedia quibus fœlici cum successu usus sum. fuere sequèntia.

℞. Extract. panchymag. Croll. ℈iß. gumm. gutt. laxat. gr. IV. (erat enim difficilioris solutionis) ol. succin. anis. stillat. an. gr. ii. M. F. pilulæ num. 21. pro una dosi, accepit in aurora, & sufficientur excrevit, præmisso hoc minorativo, noctu antequam cubitum se conferret, accepit pro catarrho sistendo v. vel VI. de istis pilulis.

℞. Oliban. selectiss. mass. Pil. de Cynogloss. an. ℈ß. laudan. opiat. gr. iß. ol. cravi succini an. gutt. iv. cum Syrup. papav. pil. num. 25.

Interdiu utanur istis morsulis contra catarrhos, pro lubitu accipiendo aliquoties.

℞. Oliban. ol. nuc. mosch. an. ℥i. mastich. liquirit. pulv. an. ℈ii. C. C. usti præp. ℥i. coriandr. ℥iß. conserv. ros. antiq. ℥vi. saccar. equ. ros. solut. ℔ß. ℥ii. F. confectio in morsulis. Si dolor urgeat, placetur istis topicis.

℞. Aq. salv. beton. verben. an. ℥iß. aceti, flor. cariophyll. rosac. an. ℥ß. ol. succini, cariophyll. an. gr. iii. laudan. opiat. aceto scyllit. solut. gr. IV. camphoræ solut. gr. ii. M. F. gargaris. vel sic fiat.

℞. Rad. alth. pyrethr. bistort. ireos, ras. ligni sanct. an. ℥ß. fol. hyssop. salv. verben. beton. an. Mß flor. anthos sambuc. an. p. i. F. decoctio in colat. ℔ß. dissolve aceti rosac. ℥vi. laudan. opiat. gr. v. ol. cariophyll. gutt. v. M. F. gargarism. atque his Deo benedicente, immanis ac diutinus dolor remisit, placarique cœpit. *Ioh. Petrus Lotichius., observ.* 4. *cap.* 4. *lib.* 2.

Ex unico alumine inveni solatium, quod ignita scutella fusum in pulverem redegi, cumque nuce moscata & mellis, q. s. in mortario in limenti formam permis-

miſcui; quo per vices partem dolentem inunxi non vano ſucceſſu, ſopiti enim dolores & nox quieta fuit. *Thomas Bartholinus, hiſtor. 54. cent. 5.*

Vidi os brachii bufonis ſtatim primo contactu odontalgiam tollere. *Joh. Helmontius, tract. cui tit. Butler.*

Quicunque excavatos dolenteſque dentes digitis eximere ſine omni moleſtia & cruciatu cupit, is diſſolvat ℥ii. gummi ammoniac. aut galbani cum ſufficiente lacte cſulæ aut hyoſcyami, & coquat lento igne donec lac abſumatur, ex his gummatibus conformet globulos, & eroſis foraminibus dentium imponat per noctem & ſic ſine dolore eximere dentes poterit. *Franciſcus Joel. pract. lib. 2. ſect. 6.*

Si dentes ſunt cavi & dolent, vel etiam citra cavitatem in dentibus dolentibus preſtans eſt oleum cariophyll. in cujus ℥i. camphoræ. ℈ß. ſolutus fuerit, hujus compoſiti gutta una vel altera in goſſipio (præſertim moſchum redolente) cavo denti immiſſa, vel etiam dolenti alioquin appliçata, omnem dolorem aufert. *Johannes Hartmanus* prax. Chimiatr. *pagin.* 126.

Carolus Piſo (qui exiſtimat dolorem dentium à ſeroſo humore ut plurimùm fieri) lib. *De Morbis ab illuvie ſeroſa.* Refert ſeipſum dolore dentium per multos dies afflictum, ab aſſumpto medicamento purgante, poſt ſeſquihoram, ſinceram aquam ad ſbi. & amplius evomuiſſe, tanto ſucceſſu, ut poſtea vel decem annis ab hujuſmodi dolore immunis prorſus fuerit, quo edoctus experimento, ſimili affectu laborantibus, medicamenta ſeroſos humores educentia præſcripſit fœlici ſucceſſu.

Præmiſſis venæ ſectione & purgatione, cucurbitulis item cum & ſine ſcarificatione ſcapulis, & veſicatoriis nunchæ vel pone aures admotis & applicatis; ad fluxionem etiam inhibendam, adſtringentia temporibus utiliter applicantur. Qualia ſunt Emplaſtra ex gummi elemi, vel maſtiche ſola, ſupra pannum ſericum liquata, cum piſtillo æneo calefacto, Emplaſtrum de maſtiche officinar, vel contra rupturam, radix conſolidæ maj. recens, contuſa & ſ. d. nota tempori in formam Emplaſtri, fluxionem efficaciter intercipit. In aures quoque immittuntur medicamenta ad dolores dentium, quia venulæ per quas fertur alimentum addentes, per illas partes excurrunt. Ideo infunditur oleum amygd. amar. in aurem vicinam denti dolenti, aut excipitur fumus aceti, in quo pulegium aut origanum cocta ſint. Alia acetum in aurem infundunt, quo fluxio cohibetur efficaciſſimè, & in fluxione calida præcipuè confert. In frigida verò fluxione, ſuccus alli cum theriaca mixtus, & in aurem tepidè inſtillatus; mirum in modum dolorem compeſcit. Idem præſtat allii bulbus detracto cortice in formam ſuppoſitorii ſciſſus, & in aurem intruſus.

Irritis omnibus aliis remediis, Dens præſertim ſi valde exeſus fuerit, ferro extrahendus eſt, eo enim extirpato, ſtatim dolor ceſſat, non amplius reverſurus. Evulſo dente, ea pars à qua extractus eſt, digitis undequaque comprimatur, ut ad naturalem ſitum ſtatim redeat; poſtmodum æger os colluat oxycrato tepido, caveatque ab aere frigido. Si verò ſanguis in tanta copia effluat, ut vix cohiberi queat (quod interdum contingit ex vena vel arteria diſciſſa) ſiſtitur ut plurimum ille ſanguinis fluxus, appoſito globulo ſolidiori ex linteo confecto, & digitis per horam unam aut alteram compreſſo, quod ſi non ſuccedat vitriolum uſtum admovendum eſt, & linteum in aceto maceratum ſuperimponendum, digitoque comprimendum, donec cruſta inducta fuerit. Poſtremum remedium eſt cauterium ignitum, quo ſanguis erumpens ſtatim cohibetur. Si quis meticuloſus Chirurgi manum refugiat, ea ſunt tentanda remedia, quæ ab authoribus paſſim proponuntur, & dentis caſum promovere cenſentur: qualia ſunt, paſta ex lacte tithymali, & thuris pulvere ſimul mixtis cum pauco amylo, in cavum dentis immiſſa; radix ranunculi, cortex radicis mori, cinis vermium terreſtrium, pyrethrum aceto infuſum, radix cucumeris agreſtis aceto infuſa, & ſimilia.

Sed præ cæteris efficaciſſimam vim obtinet ad dentium caſum promovendum helleboraſter, ſi ejus folio contrito dens

con-

confricetur. Sed diligenter cavendum est, ne alii dentes hoc remedio tangantur, eorum enim casum promoveret.

Quidam rusticus cùm dolore dentium acerbissimo premeretur, suasit alter ut helleborastro dentem confricaret, ille incautè hoc utens remedio, majorem partem dentium maxille afflicte confricuit, & intra paucas horas omnes propemodum deciderunt. Si quis igitur tam vehemens remedium experiri cupierit, suaserim ut reliquos dentes cera diligenter obducat. *Lazarus Riverius, prax. medic. lib. 6. cap. 1.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Dentium dolore.

Miles strenuus æstatis tempore liquatis crudis succis, in tribus molaribus superioribus dextri lateris immani dolore est concussus, ita ut rabie quadam, & doloris sævitie pressus, furibundus veluti, & amens, è domo vociferans exire vellet, huic revellentia primò omnia facta sunt præsidia, mox anodyna, soporifera, imò ipsum opium dentium cava applicitum. Sed incassum omnia tentata: nam vehementius dolor ægrum vexabat. Demum nive, qua aquam bibendam refrigerabat, fortuitò in ore detenta, eaque iterum atque iterum accepta, à dolore intra horam immunis evasit; & plures alii, qui hoc præsidium sunt experti, doloris sævitiem effugere. *Zacutus Lusitanus, observ. 35. lib. 1. Prax. admirand.*

In dentium dolore à flatibus solent nostrates mulierculæ, pro magno secreto rapi sub cinere calente assi infimum orbiculum calidissimum post aures applicare, magna certè efficacia revellit, & dolorem sedat, ut ego, qui ejus rei, experientiam & feci, & ab aliis factam observavi, testari possum. *Joh. Fiennus. lib. De Flatibus, cap. 16.*

Si à ventriculo dolor est, medetur vomitus, idque subitò, sicut gravissimos dolores dentium videmus subitò simul ac evomuit aliquis; tolli, *Joh. Crato lib. 5. epist. ep. penult.*

In acerbis dentium doloribus pyrotica ex usu sunt, quoniam educitut quædam sanes tenuis, & mirum tam exigua materia & pauca excreta, tam acerbos dolores dentium sedari. *Guill. Ballonius, lib. 1. epidem. & ephemer. pag. 87.*

Dens à cadavere extinctis viribus defuncto, quemlibet dentem hominis vivi, solo attactu marcessere excidereque facit, quod non item præstat dens à cadavere violenta nece interemptio, vel acuto mox morbo extincto. *Joh. Helmontius, tract. cui tit. Tumulus Pestis.*

Joh. Heurnius mulierem quandam pipere aquatico denti dolenti indito protinus dolorem sedasse testatur. Laudat idem Sandaracham albam (gummi Juniperi) in aceto coctam.

Dentium etiam dolori ut secretum remedium hoc adhibuit.

℞. Rorismarini, hederæ arborescent an. Mi. coque ex posca, tepidè ore retineatur. In notis ad *cap. 8. lib. 5. Patholog. Joh. Fernelli.*

Quidam socius meus patiebatur intensum dolorem dentium, cum inflatione & tumore genarum, sic quòd videbatur sibi, quò dolor esset mortalis: quem sic curavi. Feci colligi rad. urticar. pungentium M. i. & feci lavari cum tribus aquis optimè ultimò ex vino feci eas lavari, & teri optimè in mortario cum ʒß. zinzib. & ʒi pyrethri. Deinde feci omnia in ℔ii. vini optimi bullire usque ad tertiæ partis consumptionem; & sub vesperam, cùm volebat intrare in lectum, feci ipsum pluries gargarizare cum prædicto vino calido, & radices prædictas optimè pistari, & supra stupam extensas supra maxillam tumefactam emplastrari, & sic stetit per noctem. Manè verò recessit dolor dentium & tumor maxillarum, sic quòd perfectè liberatus fuit. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib. 1. cap. 34.*

Virgo quædam nobilissima affligebatur sævissimo dentium cruciatu, qu cùm nullis cederet remediis, tandem feci sacculum ex tartari pulverati Mi. quem dolori applicavit, ex quo omnis dolor resolutus, solutus & sublatus fuit. *Martinus Rulandus, cur. 18. cent. 8.*

Odontalgiam ingravescentem non parùm placavit sacculus hic anodynus.

℞. Sa-

2ℓ. Salis com. M. ii. Torrefiant in ſartagine, & f. ſacculus dolenti maxillæ accomodandus. *Martinus Rulandus, cur. 36. cen. 7.*

Pilula *D. Herlicii* in ore detenta mira præſtat in dentium dolore. Componitur hoc modo.

2ℓ. Sem. apii gr. ii. hyoſcyam. opii. an. gr. iv. ſyrup. papav. q. ſ. M. f. pilula. *Joh. Andr. Schmitzius. Compend. Med. pract.*

Puella quædam 18. annos nata, plurimis annis dolore dentium afficiebatur, variiſque adhibitis remediis, tum iis quæ empirica dicuntur, nullo modo ſedari potuit. Tandem ex mulierculæ conſilio duo noduli vel parvæ puppæ lineæ ad piſorum magnitudinem confectæ ſunt, quibus incluſa erant piper pulveratum, ſal, medius cortex ſambuci, & filo conſtrictæ ne ſolverentur. Per vices denti doloroſo appoſiti ſunt, & mox dolor ceſſavit. Poſtea & alii plures hoc eodem medicamento ſanati ſunt. Non placet tamen mihi hoc remedium, ſi humorum adſit defluxus, niſi corpore priùs repurgato. Mathematicus quidam inſignis ſe pluries experimento comprobaſſe mihi faſſus eſt, ſolia lappæ, ſale adjecto, in aceto decocta ad dentium dolorem miraculosè contuliſſe, ſi decoctum tepidè in ore ſupra dentem potiſſimùm dolentem frequenter detineatur. Idem præſtare dicuntur à *Plinio* radices plantag. in aceto decoctæ, quo remedio *Ericius* collega meus uti ſolebat. *Petrus Foreſtus obſerv. 6. lib. 14.*

Mulier quædam morbo *Gallico* olim infecta dentium dolore torquebatur. Ad eam accedens, purgato priùs corpore, juſſi hoc diluto dentes colluere.

2ℓ. Sandarach. *Arabum* optimè pulver. ʒi. aceti acerrimi, vini rubri an. ℔ß. M. & ad ignem f. ebullitio ſufficiens. Hoc medicamento calido os colluebat ter aut quater in die, quod ſibi multum opis attuliſſe dixit. *Amatus Luſitanus, cur. 21. cent. 5.*

Ancilla noſtra odontalgia immani diu vexata, topicis & ſpecificis nequicquam adhibitis, tandem ſuaſu juvenis cujuſdam feminis hyoſcyami ſuper prunas injecti fumum per infundibulum ore excepit, unde ſubitò plus quàm quinquaginta vermes è cavitate dentis proſiluerunt, albicantes & exiles admodum, vix fili craſſitiem æquantes, qui ſtatim nonnihil ſeſe intorquendo mortui ſunt. Sedatus quidem dolor fuit, nec poſt rediit, ſed vertigine, ſtupore & imbecillitate, capitis ex eo tempore correpta fuit, quæ necdum omnino evanuerunt, ut plus hic mali quàm illic boni fuerit. *Thom. Bartolinus in Actis Medicis Sect. 114. ann. 1671. & 1672.*

Experimenta duo εὐπορίστα in dolore dentium:

1. 2ℓ. Flor. ſpic. nardi q. ſ. coq. in vino. Colaturam calidam ſæpe in ore teneat. Hoc plurimis profuit.

2. Poſt catharſin cum pilulis lucis, ſine quibus. & aureis, admoveatur decoctum ſabinæ cum baccis juniperi. Optimè inde habuit mulier quædam ingenti dolore dentium afflicta. *Joh Scroterus* apud *Joh. Philip. Brendelium, Conſ. 57.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Dentium eruptione in dentitione.

AD dentitionem facilitandam, cerebro cuniculi vel leporis in vino cocto vel butyro recenti cum melle permixto, gingivæ infantium leniter & ſæpe ungendæ: quod ſolidiores & duriores dentium protruſionem remorari velle videantur, unde ſæpe graviſſima accidentia & ſymptomata ſupervenire ſolent, imprimis convulſiones & diarrhœæ lethales, moſque ipſa; tunc ſine mora ſcalpello, aut inciſorio alio acuto aperiri poterunt, quod tuto & ſine metu inflammationis, doloris, aut hæmorrhagiæ fiet, qua operatione Chirurgum magnum & celebrem, ſuos & multos alios infantes dentientes, à graviſſimis ſymptomatibus liberaſſe in Galliis vidi. *Felix Platerus, pract. tom. 2. cap. 8. pag. 336.*

Fricare gingivas cum cerebro leporis, facit naſci dentes infantium ſine dolore, verùm utrum crudo vel cocto utendum ſit, non dicunt authores, coctum non bene permiſcetur melli: ideo mulierculæ crudum accipiunt, & cum cochleari uno mellis concutiunt, ſed valde fluidum eſt; ideo minus mellis accipio: ut in craſſius linimentum coeat, meliuſque frictione,

giu-

gingivis adhæreat, *Petrus Foreſtus, obſerv. 8. lib. 14.*

In eruptione difficili dentium apud pueros maxillæ ſæpius inungantur butyro recenti, & facilius prodeunt, quod ſi nec hoc modo prodire videantur, & neceſſitas urgeat, accipe ſanguinem è criſta gallinacei recentem, & cum digito ſemel tantum, vel ad ſummum bis inunge gingivas, & ſine difficultate aliiſque accidentibus tandem prodibunt. *Joha. Hartmanus*, pract. Chimiatr. *pag.* 121.

Ad facilitandam dentitionem & mitiganda ſymptomata præſcripſi linimentum gingivis per intervalla affricandum.

℞. Mell. virg. butyr. inſulſ. an. ℥ß. pulv. liquir. raſ. dent apri, lupi an. ℈i. M. f. linimentum. Ad dolorem leniendum, inflammationemque inhibendam, peculialiter commendavi ſuccum ſempervivi & plantag. Utque denſitas & craſſities gingivarum magis laxaretur & emolliretur, mucilaginem ſem. malvæ & altheæ cum vitello ovi ſubactam gingivis repetitim illinendam conſulvi. Extra maxillis cataplaſma ex floribus chamæm. ſummitatibus anethi, malva & farina hordei applicui, facta priùs inunctione ex oleo lil. albor. & amygd. d. Cumque non parum blandimenti adferat gingivarum frictio, etiam rarefactioni conveniens, juſſi dentem lupinum ſæpiùs morderet puer. Verùm cùm ne ſic quidem prodirent dentes, guttam unam atque alteram ſanguinis ex inciſione criſtæ galli adhuc calentis per vices affricui, quo factum ut tandem erumperent inciſorii, quos poſtmodum, ex aliquo temporis intervallo, canini, tandemque molares ſequuti ſunt. *Timæus. Caſ.* 10. *lib.* 5.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Dentibus mobilibus.

℞. VErnicis, maſtich. an. ℥i. gummi elemi, terr. ſigillat. bol. armen. an. ℥iß. gummi diſſolvatur in aceto ſcillit. & reliqua pulveriſentur poſtea cum oleo terebinthinæ addita modica cera fiat linimentum, tum manè fricentur dentes cum lano lineo intus & extra, ſuaviter tamen, deinde laventur cum vino aromatico, poſtremo fricentur leniter cum prædicto linimento *Ioh. Baptiſta Montanus, conſil.* 113.

℞. Mellis ℥ß. Sandarach. ſeu vernic. ammoniac. alumin. ſciſſil. thuris, an. ℥ß. M. bulliant in aquæ vitæ, ℥iij. aceti alb. ℥j. unica ebullitione, dein coletur, colaturæ calenti adde croci, gr. ij. & cum bombace hoc liquore calido imbuta dentes & gingivæ fricentur. Hoc quidem præſidium non ſolum mobiles dentes confirmat & roborat, verum etiam congelatos in priſtinum ſtatum reſtituit, dolorem ſedat, & rheuma deſiccat. *Ioh. Zecchius conſult.* 72.

Mobiles dentes firmiores reddit hic pulvis.

℞. Corall. utriuſque an. ℥ij maſtich. tragacanth. gummi arabic. an. ℥j. M. F. pulvis. *Ioh. Crato conſil.* 8. *lib.* 5.

Gargariſmo & lotione uſi ſumus adſtringente, & ad commotos dentes faciente.

℞. Rad. pentaphyll. biſtort. an. ℥ij. rad. cyperi ℥ij. flor. roſ. rubr. cupul. glandium, ſpongiæ bedeguar. an. ℥ß. ſumach, ℥ij. Coq. in aqua ſerrata vel ciſterna. Colaturæ add. alumin. ℥ij. ſemel ebulliendo, quibus dentes foveantur. Deinde circa gingivas & dentes mobiles f. fiat talis inunctio.

℞. Alumin. corall. rub. C. Cervi. an. ℥iß. ſumach. ſpongiæ bedeguar. rad. biſtort. an. ℥i. Media pars pulveriſetur, & cum ſucco vel vino cydon. f. ad craſſitiem mellis. Quod reliquum eſt pulveris, circa dentes mobiles inſpergatur ſubinde; & hoc quod ſequitur, myrrha, pompholix, lentiſcus ac amylum, quibus *Archigenes* dentes mobiles ſiſtere docuit, & abluantur cum aqua ſupradicta: hiſcè dentes firmiores facti ſunt. Abſtinendum à calchite, cortice mali granati, gallis, balauſtiis, quia dentes ingrant. *Petrus Foreſtus, obſervatio* 11. *lib.* 14.

SUBSECTIO XI.

Pro Dentium Nigredine.

HOc unum præſtantiſſimum judicio, tum ad abſtergendos mundifican-

doſque dentes, tum etiam à putredine conſervandos: quod hujuſmodi eſt.

℞. Oſſium dactylorum, ʒij. corall. rubr. ʒi. farin. lupin. ʒiij. ſcyllæ aſſar ʒvi. rad. Irid. ʒiij. contundenda contundantur, & omnia miſ. cum optimo melle ut F. trochiſci parvi, exſiccentur in umbra. Poſtea uſus tempore diſſolvantur vel in aceto ſcyllit. vel in vino albo, & cum eo liquore, abluat ſingulis diebus manè dentes, & foveantur tenendo in ore iſtum liquorem, ſed prius diligenter fricentur panno albo ſubtili munde aliud dentifricium optimum.

℞. Cortic. oſtreor. combuſtr. & pulveriſat. ʒiii. vernicis ſeu ſandarach. arabum. ʒß. Rad. Irid. ʒii. Rad. ariſtol. gentian. cent. maj. an. ʒii. terantur omnia per ſe. Deinde M. & excipiantur cum oximel. ſcillit. F. trochiſci parvi, & poſtea uſus tempore, fricentur dentes cum illis, & laventur cum aceto ſcyllitico, vel diſſolvantur trochiſci cum vino, & fiat ſicut ſupra dictum eſt.

Aliud præſtans remedium, quod dentes mirum in modum abſtergit, & à putredine præſervat, prius frictis dentibus, ſola gutta olei vitrioli liniat dentes, & poſtea perfricentur cum panno aſperiore, ſtatim enim decidunt ſordes per plurimum tempus in iis collectæ. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſil.* 111.

Montanus retulit ſe didiciſſe *Romæ* ex quadam muliere, ſe formæ, atque virium integritatem oleo vitrioli acceptum debere, ipſi enim ſignificavit, ſe ex ejus uſu dentes quos in juventutes peſſimos habuerat, nunc pulcherrimos habere & firmiſſimos; gingivas etiam firmas. Addiditque quod videretur ſibi ob ejus uſum tardius ſeneſcere. Uſa erat autem ſingulis diebus una aut altera guttula, gingivas & dentes leniter fricando. *Ioh. Baptiſta Montanus; conſ.* 113.

Uxor mea chariſſima ſolo ſale toſto cum digito ſaliva intincto dentes commodè ad præſervationem omni mane fricabat. *Felix Platerus. Schol. obſerv.* 10. *lib.* 14.

SUBSECTIO XII.

Pro Dentibus nigris.

NOs Matronæ cuidam imperavimus ut cum oleo vitrioli gutta 1. aut altera aquæ admixta dentes fricaret; hoc enim mode & flavi & nigri albiſſimi evadunt. Oleum etiam vitrioli vacillantibus dentibus prodeſt.

At prumex ignitus vinoque albo bis extinctus, & tertia vice ignitus relictus donec refrigeretur abſque alia extinctione, demum tritus & ablutus albiſſimos facit dentes: nec eo magis celebre experimentum invenitur. Imò ſi dentes: eo quamvis non combuſto, ſed trito fricentur, albiſſimi evadunt. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 13. *lib.* 13.

Cinis tabaci ad dentes abſtergendos & dealbandos mire efficax eſt. *Lazarus Riverius, lib.* 6. *Prax. Medic. cap.* 2.

SUBSECTIO XIII.

Pro Dentium ſtupore.

VIr quidam ſtupore dentium frequenter corripiebatur, huic portulacam commanducandam propoſui; nam ſecundum *Paulum*, ſtupori bene facit portulaca commeſta: huic etiam profuit. Nuces pineæ avellanæ quoque aut juglandes commanducatæ proſunt, ut & caſeus commeſtus. Prodeſt etiam ſi ſale dentes confricentur. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 9. *lib.* 14. *& Schol.*

SUBSECTIO XIV.

Pro Dentibus vacillantibus.

UTatur hoc Gargariſmate.

℞. Aq. roſ. vel plantag. ℔ß. muriæ olivar. condit. bene percolatæ, ʒii. vel. ʒiii. alumin. ʒii. vel ʒiii. aceti roſac. ʒi. huic immiſceri poterit oxymel ſcillit. parum, aut ſi gravius habere velis, mellis roſac. parum oxymel ſcilliticum in iſtis omnibus ex defluvio in os, fauces & gingivas affectibus valde utile eſt, quare author ſum etiam ſi amaricet,

cet, ejus tibi multum esse usum. Est enim singularis ei facultas ad dentes confirmandos & stabiliendos, humor exsiccat, influxum omnem arcet, dealbat dentes, atque omni putrilagine absumpta, anthelitum ex ore corruptum emendat. *Reinerius Solenander, consil. 29 sect. 2.*

Est hic pulvis efficax.

℞. Rad. cyperi, sumach. gallar. balaust. ros. rubr. an. ℥iv. alumin. ℥ii. C. C. usti, ℥ii. F. omnium pulvis subtilissimus quo dentes gingivæque fricentur leviter. Hoc modo solent brevi confirmari. Paratu facilis etiam hic est; & tamen ita applicatus utilis.

℞. Gallæ coctæ in aceto ad aceti consumptionem & exsiccatæ, ʒii. malicorii, myrrhæ, alumin. usti, C. C. usti. an. ℥ß. F. pulvis subtilis. Usus idem qui superioris, quod si pulverum horum affrictus gingivarum infirmitas mobilitasque dentium non patitur, acetum in quo alumen solutum sit, quidam ore continendum propinant; quod etsi utile sit, tamen quia acerbius esse videtur, licebit hoc decocto subscripto inos sumpto dentes gingivasque fovere, non enim colluere utile est.

℞. Gall. ʒii. myrrh. ʒi. malicor. rad. Ireos, an. ℥i. rad. cyperi, alumin. an. ℥i. C. C. usti, ℥ß. aceti, q. s. coquantur, & aceto excolato ore contento, foveantur dentes & gingivæ.

Mitius hoc est, paratu facilius & plurimis profuit. Myrrhæ quantumvis, incoque vino, & addito oleo olivarum dentes & gingivas fove, firmat dentes, confortat; & ne corrodantur aut dissiliant efficit. *Reinerus Solenander, consil. 24. sect. 3.*

SUBSECTIO XV.

Pro Dentium Verme.

DEntium vermes decoctum corticum fraxini interimit. Item decoctum rad. urcæ, quod etiam dolorem dentium tollit. *Jo. Crato. consil. 8. lib. 5.*

Mihi secretum suum communicavit Rusticus Empiricus. Sevum nempe cervinum linteo exceptum & ad ignem liquatum inbibitumque & gingivis impositum, quo & vermes attrahi expertus est, & dolores mitigari. *Thomas Bartholinus, hist. 96. cent. 1.*

SECTIO SECUNDA.

De deglutitione depravata.

CUidam sexagenario deglutitio adeo depravata fuit, ut liquida omnia præsertim vinum non sine suffocationis metu deglutire poterat, reliqua verò quamvis solidissima facillimè ad ventriculum descendebat. Rarum hunc affectum præcessit, catarrhus & paralysis sinistri lateris. Cum itaque liquida sorbere non posset, & solidis non satis nutriretur, tandem ad summam imbecillitatem, lapsumque virium pervenit. Ego ad ipsum vocatus, primo pilulis (quas facillimè deglutiebat) corpus leniter expurgavi; deinde omnia quæ ad vires instaurandas requirebantur exhibui, & quia ut dictum est, liquida imprimis vinum sine suffocationis metu, sorbere non potuit, jusculata utcunque spissa præparavi, additis vitellis ovorum: pro potu lac amygdalarum dedi, hinc factum ut liquida facilius quàm antea sorberet. Verum enim vero non diu post meum abitum, catarrhus denuo maximo cum impetu ad latus sinistrum & laryngem delapsus est, & de novo paralysin istius lateris induxit, quapropter cum nihil liquidi deglutire posset, nec solidis satis reficeretur corpus: vires quum etiam propter longitudinem morbi (antea enim femoris os sibi fregerat) prostratæ essent, brevi naturæ debitum persolvit. *Guil. Fabrit. Hildanus, observ. 34. cent. 5.*

SECTIO TERTIA.

De Diabete.

RAriſſimus est hic affectus quem *Galenus* bis tantum vidit. Διαβήτης Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ διαβαίνεσθαι, transire, quod citò transferatur materia urinæ. Vocatur etiam hydrops ad matulam, quod qui eo laborant, perpetua mictione matulas impleant, & δίψωδης, propter sitim huic affectui junctam. Est autem Diabetes immoderatum urinæ profluvium,

quo assumptus potus nihil mutatus profunditur.

Hujus mali causa proxima est attractio renum depravata, cum retentione debilitata propter intemperiem calidam excedentem; quam affluxus humorum acrium mordacium & salsorum renum parenchymati impactorum infert. Locus affectus renes sunt.

Signa sunt, assidua oris siccitas, sitis intensa, urinæ copiosissimum profluvium corporis extenuatio, viscerum æstus & ardor. Malum est plerumque lethale, & vix unquam curatur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Diabete.

SOmnum solito longiorem præcepimus & quietem, nam quodvis exercitium & immodicus motus, & animi affectus immoderati vitandi, tota vitæ ratio omnino frigida esse oportet, alimentis crassis utendum, cibi sint crassi, bonique succi mordacitate carentes ac frigidi. Dedimus igitur ptisanam, & sorbitionem ex alica, pedes vervecinos, vitulinos, suillos, bubulos & hædinos, caseum item recentem citra salem; & lac per silices aut ferrum ignitum sciissum, seroso humore adempto, ova etiam sorbillia, & ex oleribus intybum, portulacam & lactucam; inter pisces, saxatiles, inter fructus, pyra, poma & castaneas. Quod ad medicamenta attinet, à venæsectione abstinuimus in valde vetula & exangui, quæ aliàs convenit in principio in cubito. Syrupos ex portulaca, de ribes, acetosæ, myrtinum rosac. & nymphæ exhibuimus, qui bilem contemperarent. Tandem ad hoc Electuarium deveni.

℞. Carnis cotoneor. conserv. consolid. maj. ros. vet. an. ℥ß. mucag. gummi tragac. & sem. cotoneor. cum aq. ros. extract. an. ℥ß. bol. armen. terr. sigill. an. ℥i. amyli ℥iii. cum Syrup. myrtino & papaver. an. q.s. F. opiata. Capiat bis in die & semel in nocte, lumbos inunximus hoc linimento.

℞. Ol. ros. omphac. cotoneor. ymphæx, an. ℥ß. succi plantag. ℥i. santall. omnium ℥iß. ceræ & aceti parum, fiat linimentum. Lumbi quoque interdum unguento popul. inungebantur. His tamen non obstantibus naturæ debitum persolvit. *Petrus Forestus, obs. 4. lib. 24. De Renum Morbis.*

Honestus quidam civis urinæ detinebatur profluvio: subinde uno die amplius quàm urnam 40. librarum reddebat, bibebat non minus, ut qui propter assiduam urinæ profusionem, assidua quoque siti premeretur. Cùm autem huic nulla prodessent remedia, & vix ulla sibi adhiberi pateretur, paucis diebus deficiens, è vita commigravit. Morbum hunc diabetem fuisse apparet, quem *Galenus* comparat lævitati intestinorum seu lienteriæ: quemadmodum enim per hanc cibus assumptus citò dejicitur; ita & in diabete potus velocissimè per vias urinarias descendit. *Rombertus Dodonæus, lib. observ. cap. 32.*

Diabetis specificum positum est in marte essentia croci martis à *Crollio* descripta multùm hic prodest. Felicius operatur tinctura Smaragdi (de qua infra sect. de Dysenteria) tinctura Corallorum, item sal Corallorum mirabiles in diabete potestates habent. *Joh. Hartmanus* pract. Chimiatr. *pag.* 268.

Erastus valde commendat Syrupum ex rad. Symphyti maj. & prunis Sylvestribus confectum, quem se summa cum fœlicitate in affectibus huic malo similibus usurpasse testatur.

Narcotica, ut theriaca recens, Syrup. de papav. & laudanum opiatum, prudenter usurpata, in hoc affectu plurimum prodesse poterunt. Pro potu utatur æger aqua ferrata cum Syrup. acidis & astringentibus, vel decocto prunorum Sylvestrium & corticis interioris quercus, quo remedio fere solo se hunc morbum in puero curasse testatur. *Erastus. Lazarus Riverius. Prax. Med. lib. 14. cap. 6.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Diabete.

PUer quidam 7. annorum usu acidularum *Griesbachensium* in tantum urinæ profluvium incidit, ut an unquam simile visum sit, valde dubitem. Hinc sitis talis supervenit, ut singulis noctibus

bus plus quàm libras x. aquæ (quantitatem vini, quod admiſcebatur, non obſervarunt adſtantes) ebiberet, & eodem modo protinus, nihil alteratam, iterum emingeret. Ego cum alio Clariſſimo Medico in conſilium adhibitus, victus rationem refrigerantem & inſigniter nutrientem præſcripſimus. Loco vini & aquæ quibus antea, copiosè uſus fuerat, lac amygdal. & juſcula caſtratorum, caponum & pullorum in quibus vitella ovorum diſſolvebantur, propinavimus, carnem aſſatam caſtratorum, perdicum, caponum, turdorum, alaudarum, & ſimilium avicularum dedimus. Hac cum per dies aliquot uſus fuiſſet victus ratione, & vires nonnihil recollegiſſet, Syrupo roſato ſolutivo compoſito cum rhab. & myrobal. citrin. corpus leniter expurgavimus & per intervalla potiunculam ſequentem exhibuimus.

℞. Rad. tormentill. biſtort. Symphyt. maj. plantag. an. ℥ij. fol. agrimon. veronic. roſ. rub. an. Mß. coq. in aq. ad tertiæ partis conſumptionem in colat. ℥ij. diſſolv. Syrup. de roſ. ſiccis ℥ij. C. C. uſti & præpar. corall. præpar. trochiſc. de ſpodio an. ℈j. M. F. potio. De præſcriptis pulveribus quoque non rarò cum lacte amygdalino dedimus, renes unguentis & oleis refrigerantibus & adſtringentibus, veluti oleo roſac. myrtillorum, maſtiches, unguento roſac. & comitiſſæ inunximus. His cum per aliquot dies uſus fuiſſet remediis, & victus ratione, pleniſſimeque reſtitutus eſſe nobis videretur puer, domum me contuli. Poſt meum abitum, cum victus rationem non obſervaſſet, & loco lactis amygd. vinum aqua dilutum iterum bibiſſet; denuo in eundem morbum incidit, & quidem tam graviter, ut naturæ debitum perſolverit. *Guil. Fabrit. Hildanus, obſerv.* 35. *cent.* 5.

Duo diabete laborantes qui ita ſqualidos habebant renes, ut folia nymphææ illis impoſita, momento temporis chartæ pergamenæ inſtar duriſſima redderentur; poſtquam plurima fruſtra uſurpata præſidia tandem lactis aſinini chalybeati potu unius menſis ſpatio nutriti, & philonio perſico ex intervallis aſſumpto à tanto malò, me jubente; fuere immunes. *Zacutus Luſitanus, obſerv.* 80. *lib.* 2. *Prax. Admirand.*

Mulierem quandam diabete laborantem iſtis paucis & facilibus remediis liberavi.

Manè & veſperi ægra reſidebat in Balneo aq. dulcis; in qua ferrum vel ignitus Chalybs aliquoties extinctus erat. Poſt egreſſum Balnei regionibus renum ac veſicæ applicabat plantaginem aqua chalybeata decoctam. Cibum præſcribebam ſiccantem, & ex Chalybeata aqua vel lacte coctum. *Martinus Rulandus. curat.* 98. *cent.* 2.

Diabetem curatum vidi hoc medicamento.

℞. Cancror. fluviat. in clibano ſiccat. & pulv. ℥i. thuris maſculi ℥ß. Sacchar. modicum detur in potu. *Achilles Gaſſerus, obſerv.* 36.

Trochiſci magiſtri mei, cum quibus plures curavit, & ego cum iis quendam juvenem intra 4. dierum ſpatium curavi, qui diabeten patiebatur, & mingebat involuntariè in lecto.

℞. Roſ. ſpond. an. ℥x. ſem. portulac. ſucc. liquir. boli ſumach. an. ℥ij. ſem. lactuc. coriandr. ſantal. berber. an. ℥i. tragac. gum. Arabic. balauſt. an. ℥ij. camphor. ℈ß. Temperentur cum ſucco malor. granator. acetoſorum, & f. trochiſci, quorum quilibet ſit ponderis ℥i. Capiat manè & ſerò unum cum aqua frigida & ſyrup. roſ. Eſt ſummum & expertum remedium ad prædictam paſſionem. Item fiant ſæpe clyſteria cum lacte frigido & ſucco herbarum frigidar. & parùm ol. roſ. & viol. ſimul mixtis; ex prædicto tamen lacte priùs butyrum extrahatur.

Trochiſci ad idem. ℞ Carab. boli, myrobal. nigr. torrefact. medull. glandium excorticatar. ſumach. coriand. torrefact. in aceto poſiti roſ. ſpodii, & ſem. lactuc. portulac. gummi *Arab.* an. ℥ij. Conficiantur cum ſucco granat. acetoſor. & detur ℥iß. cum ſyrup. roſ. & ceſſante ſiti purgetur cum aliqua levi colatura cholleram mundificante. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib.* 2. *cap.* 20.

Principium curationis ſit vomitus, jubendo, ut dum maxima torqueatur ſiti, copioſam deglutiat frigidam, hancque repentè evomare fiat hoc ſingulis 4. diebus

Certum est hoc auxilium pro revulsione & refrigeratione. Singulis quoque diebus deguſtet aliquid, quo fluida reddatur alvus. Leves clyſteres placent. Sudor provocetur facto balneo ex aquo dulci. *Felix Platerus* apud *Brandelium*. *Conſil.* 83.

SECTIO QUARTA.

De Diarrhœa.

DIarrhœa (quæ communiter ſumpta omne alvi profluvium denotat) propriè ſic dicta, eſt immoderata frequens ac jugis alvi dejectio, qua non ut lienteria, crudum alimentum, nec ut in dyſenteria, cruenta colluvies, ſed humores excrementitii & ſinceriores quantitate & qualitate moleſti ſine inflammatione, exulceratione, aut vehementi doloris ſenſus profluunt, eam gignit humorum copia & pravitas facultatem ventriculi & inteſtinorum expultricem nimium irritans. Adjuvantes cauſæ ſunt errores in victu commiſſi, cibi mali ſucci, venenati & facilè corruptibiles, nimiaque copia ingeſti, cereviſia etiam recens, aeris intemperies, omiſſa corporis exercitatio, & cutis totius corporis adſtricta.

Diarrhœæ plurimæ ſunt differentiæ, ratione materiæ, bilioſa eſt & pituitoſa melancholica & ſeroſa; ratione loci, unde materia profluit, alia eſt à toto corpore, alia a parte aliqua peculiari, ut cerebro, ventriculo, inteſtinis, meſenterio, hepate, liene, & utero. Denique ratione modi & cauſæ efficientis, alia eſt critica, natura in febribus, apparentibus ſignis concoctionis, rectè agente; alia ſymptomatica. Dentitio in pueris alvi fluxum inducit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Diarrhœa.

QUi diuturno alvi fluxu laborabat, & omnem ſuam ſubſtantiam fruſtra in medicorum ope conſumpſerat, conſilii cauſa, ut ab hoc malo liberari poſſet, me accеſſit: cui conſilium dedi, ut meſpilla etiam immatura, in maxima copia devoraret, quibus commeſtis alvi profluvium paucis diebus ceſſavit. Idem evenit mercatori *Zelando*, qui cùm multis menſibus laboraſſet profluvio & tandem etiam dyſenteria neque ab ullis medicis curari poſſet, tandem meſpilis commeſtis ex *Johannis Spirinchii* Medici *Lovanienſis* conſilio, ſanitatem conſecutus eſt, & medico trecentos aureos pro ſola meſpilorum præſcriptione numeravit; quibus ſolis in priſtinam ſanitatem fuerat reſtitutus. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 1. *lib.* 22. *De Diverſis generibus Profluviorum alvi*.

Convenientiſſima ſunt remedia quæ parantur ex rhab. myrobal. & maſtich. ex quibus hæ pilulæ confici poſſunt, quæ in omni fluxu ventris juxta *Rondelet*, tutò dantur.

℞. Myrobal. citrin. chebul. an. ʒß. Maſtich. ℈i. Spic. nardi gran. vi. cum. Syrup. roſat. F. Pillulæ. Doſis pro prima vice ʒß. deinde ʒj. ſi opus fuerit reiteratione. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 2. *lib.* 22.

In pauperibus ſi fluxus non conſtringeretur, poſt Univerſalia remedia, ſoleo commode exhibere ʒj. ſem. plantag. exſiccati cum cereviſia vel ovo ſorbili, idque poſt deterſoria medicamenta. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 3. *lib.* 22.

Qualiſcunque fuerit redundans humor clyſteribus utendum. Ego ſequentibus fæliciſſime ſæpe uſus ſum.

℞. Decoct. hord. non decortic. ac torrefacti ℔i. Sacch. rubr. ℥i. vitellum unius ovi F. Clyſter. Sal non imponendum, propter eius mordacitatem.

Hoc etiam præcedente corporis evacuatione fœliciter uſus ſum.

℞. Decoct. hord. torrefact. ʒviii. ſucci plantag. ℥iv. ol. roſac. omphac. an. ℥ij. vitellum ovi unius. Sach. rubr. ℥iß. M. frigidè potius quàm tepide aut calide injiciantur. In fine etiam tali uſus ſum (quibus omnibus jam dictis etiam præceptor meus *Benedictus Faventinus* utebatur.)

℞. Lactis vaccin. lapidati vel Chalybeati ℔j. ſucc. plantag. ℥iv. Sacch. rub. ℥iß. vitell. ovor. num. 2. F. Clyſter. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 9. *lib.* 22.

Medicus quidam *Hibernus* celeberrimus in Diarrhœa præ omnibus aliis quibuſcunque ſequens commendat remedium.

℞. Butyri inſulſi. q. v. bulliant lento

igne

igne ad tertiæ vel mediæ partis consumptionem subinde despumando, exhibeatur de eo ægrotanti satis magna quantitas. Mitigat plurimum acrimoniam humorum, & ab eorundem corrosione intestina defendit. *D. Robertus Boyle, lib. De Utilitate Philosophiæ Experimentalis. Part. 2. sect. 5. cap. 18.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Diarrhœa in prægnante.

℞. Mastich. el. ʒij. dissolv. in oleo rosac. ac cum ceræ ʒß. vel q. s. fortiter commisceantur, quousque venerint in formam linimenti, deinde infundantur telæ lineæ mundæ q. s. exsiccentur, post applicentur ventri.

Hoc Emplastrum per biduum aut triduum supra ventrem geret, singulis tamen diebus renovando: quod si fluor non cessarit, applicabi sequens ceratum linteo superinductum, quod etiam per dies aliquot gestabit.

℞. Oriz. torrefact. ʒß. mastich. cortic. thuris an. ʒij. gallarum quercin. cupress. an. ʒiiß. gummi torrefact. ʒiij. myrtill. ʒß. pulveris. pulv. & cum resina & cera sufficientibus F. Ceratum. Remedia illa quo multis profuerunt prægnantibus Diarrhœa laborantibus.

De condito etiam sequenti sæpius in die ad quantitatem nucis castaneæ deglutire poterit, & maxime ante cibum. Sistit enim fluxum ventris, & ventriculum misselle roborabit.

℞. Conserv. ros. antiq. diacyton. simpl. cum sacch. sine speciebus an. ʒiß. rad. tormentill. ℈ii. sem. sanguinariæ. ʒß. nuc. condit. torrefact. ℈i. ossium dactyl. ʒß. Smaragd. orient. præp. corall. rubr. præp. an. ℈i. cum miva cydonior. simpl. q. s. f. conditum. Poterit etiam quandoque cochlear unum bibere balsami puerorum, si embryonis senserit debilitatem. Plurimùm enim laudatur à prægnantibus usurpatum ubi senserunt fœtus imbecilles esse. Hoc tamen admonitum volo, ut ubi videris fluorem ad sistendum inobedientem futurum, ne multum urgeas, ferunt enim nonnunquam prægnantes ejusmodi diarrhœas usque ad partum citra noxam; excluso tandem fœtu sponte sua desinunt. *Ioh. Nævius, consil. 32. lib. 3. Consil. Cratonis & aliorum Medicorum.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Diarrhœa.

Vir quidam robustus, æstate media correptus est diarrhœa biliosa valde urgente; cum siti intensissima. Vocatus ad eum, præscripsi sal prunellæ, in potu ordinario, tum etiam in julepis ex aq. lactuc. & portulac. paratis ter in die sumendis: & intra 24. horas convaluit. *Lazarus Riverius, observ. 33. cent. 1.*

Correptus sum diarrhœa biliosa tantâ acrimonia prædita ut anum eroderet, ardoremque urinæ concitaret, translata materiæ portione ad urinas. Dysenteria erat in procinctu. Ingressus semicupium tepidum illico liberatus sum. *Lazarus Riverius, Observ. 59. cent. 2.*

Auspicanda est curatio ab humoris peccanti evacuatione, quod fiet medicamento quod purgando adstringat, quale est hoc.

℞. Rhab. el. ʒi. mirabol. citrin. ʒß. Santal. citrin. ℈ß. Infund. in aq. plantag. in express. dissolv. rhab. pulv. ʒß. Syr. ros. ʒi. F. Potio. Vomitus etiam interdum convenire poterit, quia revellit, & evacuat materiam morbificam.

Si sanguinis redundantis indicia fuerint, & robur virium, phlebotomia initio celebranda est. Corpore sufficienter evacuato tum medicamentis purgantibus, tum ipso alvi fluxu, astringentia & roborantia erunt, tum per os assumendo, tum per clysterem injicienda, tum ventri admovenda, quorum formulæ à curatione Dysenteriæ erunt repetendæ.

Folia plantaginis in jusculis decocta ad hunc affectum utilissima sunt. In contumaci alvi fluxu, clyster ex jusculo & theriaca recenti utilis; suffitus etiam tapsi barbati in cathedra perforata receptus, insignis est efficaciæ; Syrupus corallorum ad idem est efficax, & multò magis illius tinctura, vel magisterium. Conserva cinorrhodi per se ad diarrhœam biliosam utilissima est, tum etiam si

opiatis aſtringentibus permiſceatur.

Pilulæ de bdellio bis aut ter in ſeptimana, vel alternis diebus uſurpatæ; ad diuturnos, & contumaces alvi fluxus ſiſtendos utiliſſimæ ſunt. Utiliſſimæ etiam hæ tabellæ.

℞. Raſ. ebor. ʒiii. confect. alKer. ʒi. ſacch. in aq. roſ. diſſolut. ʒiv. F. tabellæ.

Mercurius diaphoreticus per aliquot dies ad gr. xii. exhibitus, omnes corporis impuritates aufert, quæ contumaces interdum alvi fluxus parere conſueverunt.

Decoctum granorum juniperi in vino paratum, multum etiam confert materiam alvi fluxum committentem derivando ad urinæ vias, ita fit.

℞. Granorum juniperi Mi. vini rubri ℔iß. bulliant ad duarum tertiarum conſumptionem, colaturam capiat mane per triduum. *Lazarus Riverius, Prax. Med. lib. 10. cap. 5.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Diarrhœa.

PIlulas has pro cauſa & minera diarrhœæ averruncanda, ordinavi.

℞. Myrabal. citrin. ℈ii. rhab. el. & parum toſti. ℈i. Spicæ gr. iv. cum Syrup. roſ. laxat. F. pil. ix. inaurandæ, habuit eo die decoctiones aliquot, ceſſantibus à meridie torminibus. Circa veſperam regionem ſtomachi & umbilici calida hoc linimento inunxit.

Ol. Cydon. menth. omphac. an. ʒß. ol. nuc. moſch. ʒß. ol. maſtich. mac. cariophyll. an. gr. iii. ſumach. balauſt. an. ℈ß. cum ceræ q. ſ. F. linimentum.

Poſtea commendavi hanc pulticulam.

℞. Farin. tritici ʒi. vitell. ovor. numero 3. pulv. cinnamom. nuc. moſchat. an. ʒi. coq. omnia cum vini rubelli ʒiii. vel q. ſ. ad pultis conſiſtentiam, adde Sacch. finiſſ. q. ſ. ad gratiam.

Laudabat ſucceſſum remediorum, appetentia ciborum, alvoque ad priſtinam conſuetudinem redeuntibus. Nihilominus majoris præſervationis ergo præcepti, ut de pulvere ſequenti per aliquot dies ſumeret manè & veſperi.

℞. Margarit. præp. ʒß. corall. rubr. terr. ſigill. C. C. præp. an. ℈ii. croci martis. ℈ß. ſem. plantag. papav. alb. an. ʒi. ſerici crudi. ℈iß. ſpec. diatrion. ſantal. anif. ſaccharo cooperti. an. ʒß. ſacchar. roſ. tab. ad pondus omnium M. F. omnium pulvis. His ille paucis diebus à Diarrhæa tum epidemica liberatus eſt: ſicut etiam iiſdem remediis & plurimi alij reſtituti ſunt. *Ioh. Petrus Lotichius obſerv. 1. cap. 7. lib. 4.*

Vidi nobilem pleuriticam: huic ad ſtatum ferè immanis fluxus alvi ſupervenit. Præſcripſi illi uſum Syrupi Myrtillor. ac ſummi Dei beneficio ſervata fuit. *Ioh. Heurn. ad Aphor. Hippoc. 16. ſect. 6.*

℞. Album. ov. conquaſſ. num. ii. ponantur in cella vinaria, ut diſſluantur in aquam puram, cui tantundem aq. roſ. vel rub. Idæi adde & exhibe patienti. Ex Obſtetrice Gallica *Vvolfangus Hœferus lib. 3. Herc. Med. cap. 5.*

Plurimi commendant caſeum antiquum ſic præparatum. Comminutus ſæpius abluatur aqua aliqua refrigerante & adſtringente, ut roſar. plantag. portulac. Poſtea diligenter in ſartagine exſiccetur, & in pulverem redigatur, cujus ʒi. vel cum cibo, vel cum aqua aliqua conveniente exhiberi poteſt. *Daniel Sennertus Practic. libr. 3. Part. 2. ſect. 2. cap. 6.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Diarrhœa Bilioſa in Dyſenteriam commutata.

EVocatus è *Gallijs* ab illuſtriſſimo meo principe, *Lugduno* media æſtate diſceſſi, idque in magno æſtu: hinc factum eſt, quod in itinere labore fatigatus, æſtuque confectus inciderim in diarrhœam bilioſam, quæ ſtatim in dyſenteriam commutata eſt, non ſubveniente conſilio, cum Clyſterum pertæſus eſſem: captans ex tempore conſilium, ſumebam ferè ſingulis noctibus, ſtatim à dejectione, cum dolor acerbius lancinaret, ℈ii. & amplius theriaces non admodum veteris (quam tum fortè *Lugduno* mecum in viam attuleram) diſſolvendæ in vino rubello, quo aſſumpto, qualibet vice, ſtatim ſedato ſopitoque dolore, occupabat me ſomnus, corporeque in ſudorem reſoluto, videbar plane perſanatus, eoque paucis vicibus reiterato,

penitus restitutus, persanato ulcere, nihil amplius incommodi sensi. Satis jam constat quid theriaca possit; quam illa fluxus inhibeat, quantum dolores sedet.

Utile est hoc Emplastrum ad hepar, quod sæpe in omni fluxu tam hepatico quam dysenterico excoriativo, in antiqua diarrhœa, & similibus mirum in modum comperi juvisse.

24. Eupator Schænanth. an. Mi. spic. Ind. pß. mastich. macis. an. ʒß. lingn. aloes. odorif. ʒiii. myroball. Cheb. Emblic. torrefact. an. ʒi. bol. armen. terr. Sigill. hæmatitid. an. ʒvi. coriandr. præpar. ʒiß. Spod. ʒii. ros. ʒi. Spec. trionsantal. sine Camphora ʒß. Scoriæ ferri præp. farin. hord. ʒii. ol. mastich. Myrtill. an. q. s. ad impinguandum F. Emplastrum cum modica aceti in bona forma, & superpone ab osse Xyphoeide supra totum ventrem, usque ad os pectinis, removeatur quandoque ne pondere nimis gravet.

In hoc quidem stringentia atque ligantia sunt; quia tamen multis hepaticis & roborantibus temperata non formidanda in actu ipso comperi.

Addam hoc paratu facilè & verè ἐυπόρισον, quod in fluxu pernici vidi profuisse. Incoquuntur flores roris marim leviter acri aceto, expressi ventri calentes imponuntur. Addam & alia comperta.

Omnem fluxum observavi à matronis Neapolitanis, tam Diarrhœam & lienteriam, quàm dysenteriam, fluxumque hepaticum curari.

Destillabant poma granata acida nec dum satis matura, aquæ extillatæ propinabant ʒii. vel ʒiii. quibus ad manus non fuit extillata aqua, decoquebam poma, decoctumque exhibebant, haud dissimili effectu. Memini fuisse mulierem, quæ cum 6. menses fluxu hepatico colluctata esset, nec posset curari; quodam consulente, ut manè ʒi. pulveris medii corticis fraxini cum tantillo malvatici sumeret; quod cum tertium feciisset, fluxum restitisse. Addam & hoc quod sæpe numero plebeis præscribo, qui ferè ut hic homines sunt, ab iis medicamentis quæ à pharmacopola porriguntur abhorrere solent; quod compertum est contra fluxum ventris diuturnum.

Accipio turturem pinguem depluma-tam, abluo leviter, exinteratam infarcio ceræ novæ ʒi. percoquo in aquæ q. s. eam edendam porrigo, jusque bibendum: atque exossis edendum, comperi istud verum & salutare in quodam Lucense Peraccino qui diu gravissima Diarrhœa laborabat, atque ab eo tempore subinde utor. Ego delector id genus Euporistis, atque diligenter ea observata adnotare soleo. *Rinerus Solenander, Consil. 9. sect. 4.*

SECTIO QUINTA.

Pro Digitorum in manibus contractione.

POst diuturnum colicum morbum, & resolutiones contractionesque secutas in manibus & pedibus in Nobili quodam Sene, remanserunt in utraque manu contracti digiti, inter nodiis duobus exterioribus adeo astrictis, ut incurvati in volam manus digiti nulla vi extendi amplius possent. Multis usus remediis, & thermis, nihil profecit; durante & jam per biennium perseverante malo, meo tandem utens consilio; hoc pacto curationem inchoavi, purgato prius decenter corpore per triduum vino cathartico nervis simul accommodato, dextræ manu sequens Emplastrum applicui.

24. Gummi ammoniac. ʒii. galban. opoponac. bdell. an. ʒi. dissolv. in aq. vitæ, adde styrac. calamit. ʒß. axung. anser. medull. cruris vituli an. ʒi thuris ʒii. rad. Ireos ʒi. hermodact. ʒi. laric. & resinæ communis an. q. s. F. Emplastrum super alutam extend. & manus interiori sedi universæ applicetur, & in plicaturam astrictorum digitorum imprimatur. Fuit Emplastrum scissum in partes tot, quot digiti erant, chirothecæ instar, singulis digitis petiis obvolutis, ut exactè illis jungeretur Postea, pittacium ex panno duplicato formatum, firmiter impressum, & assereulum panno involutum transversim collocatum, & omnia fascia probè coercita sic, ut Emplastrum undique se digitis incurvatis accommodaret, eosque nonihil extrorsum premeret, totam noctem sic collocatam retinuit, aliquotque noctibus continuavit manè verò hisce impedimentis remotis, singulis digitis plumbeam

mas-

massulam chorda plana appensam, quæ illos sensim extenderet, gestavit, suffitu ipsu per manè usus est ex trochiscis sequentibus carbonibus ignitis impositis, parato.

℞. Marcas. ʒiß. myrrh. mastich. an. ʒi. Storac. benjoin. an. ʒi. rad. Ireos ʒß. cum laricea F. trochisc. hisce vix dum octiduo usus est, cum digitos, premendo tamen eos, extendere posset. Emplastrum rursus sinistræ quoque manui, tribus noctibus tantum apponens, eos etiam digitos jam cedere nonnihil sensit, quibus ad me scriptis, jussi ut articulorum roboris causa, bis auter manum decocto Salviæ in lixivio, in quo Chalybs extinctus esset, foveret, usuque horum pergeret: & ut utramque manum digitosque ante Emplastri appositionem hoc unguento illiniret.

℞. Ol. Lumbric. Lilior. an. ʒiiß. ol. cheirin. irin. an. ʒß. Lithargyr. ʒi. coq. parum adde gummi ammoniac. in aq. vitæ solut. ʒi Styrac. ʒij. laric. ʒß. ceræ q. s. F. unguentum, Interea licet omnia in melius tenderent spesque esset integræ restitutionis, nolens amplius apud nos subsistere, thermas adiit Piperinas. Sed irrito conatu, nam earum usu, digiti amplius astringi potius quam relaxari cœperunt. *Felix Platerus, observ. lib. 1. pag. 147.*

SECTIO VI.

Pro. Dorsi dolore.

SEptuagenarius quidam cùm longo morbo attenuatus & debilitatus, immensos dorsi dolores jam diu sentiret; nec quicquam proficerent medicamenta, obiter eum invisens hoc consilium dedi, ut dorsum hoc balsamo (sic enim vocare soleo quod balsameon alias dicitur) manè & vesperi illiniret.

℞. Aq. vitæ rec. extill ʒiß. aq. vitæ comp. ʒß. ol. spic. gr. iij. hoc remedio per triduum cum esset usus, ita profuit, ut dolor omnis evanesceret, & integrè convalesceret; itaque illud multis laudibus extollere non desiit, mihique ut annotarem occasionem dedit. *Felix Platerus, observat. lib. 2. pag. 515.*

SECTIO VII.

Pro. Dracunculis puerorum.

HOc unum remedium experiri libuit mulierculis Polonis valde usitatum: quod mihi profectò miraculi loco est, idque eo magis, quod nulla ejus rei causam investigando reperire possum: injiciebatur in labrum aquæ calidæ, in quo pueri lavabant, panis in micas friati manipulus, cineris item parum: elotis pueris, aqua percolata, panis ille in massam compingebatur: quæ in diversas partes manibus distracta, magnam subtilissimorum pilorum vim oculis offerebat primo die; subsequentibus autem diebus pauciores pili, postquam convaluerunt, prorsus nulli apparuerunt, hos illæ caninos; aliæ vermium pilos vocant, & morbi causam ad hos referunt. Præterea humeros & brachiola inunximus farina aceto permixta (*Sennertus* linimentum pro harum partium frictione ex farina triticea & melle conficit) vix peracta unctione, & abluta statim eminebant ex cute tubercula quædam pusila instar seminis, Papaveris coloris cinericei (quæ ab illis vermium capitula esse dicuntur) ea statim cultello seu novacula abradebantur, nisi id ocyus fieret; recondebantur iterum, & intra cutem se recipiebant. Hi quoque sive vermiculi, sive alio quovis nomine vocentur, primò multi sese proferebant, postea pauciores, postrema unctione prorsus nulli; Cum in vestris medicis quærerem, altum ubique silentium reperi. In uno inveni dracunculo sad *Arabibus* vocari. *Andreas Dudithius, epist. 12. lib. 13. consil. & epist. Cratonis, &c.*

Qui hoc morbo laborant infantes contabescunt ferè, & licet satis comedant, & alias bene valeant, non nutriuntur; & pruritum molestissimum in dorso percipiunt. Generantur hi vermes in dorso præcipuè, & in brachiis nonnunquam & in aliis partibus externis ex materia viscosa subter cutem concluſa, & ob prohibitam transpirationem in hoc vermium genus transmutata. *Sennertus, practic. lib. 2. part. 2. cap. 24.*

Commemorat in *Saxoniæ* historia *Albertus Crantzius*, *Henricum* quintum Impe-

peratorem morbo illo quem dracunculos appellant, ipſique congenitus fuerat, extinctum eſſe *Anno* 1125. *Ioh. Wierius, lib. 2. obſerv. cap. 1. De Varenis.*

Æthiops maris præfecti ſervus, juvenis 18. annorum, cum primùm ex *Memphi Ægypti* celebri civitate *Theſſalonicen* advectus eſſet, illicò de cruris dolore conqueſtus eſt; in quo juxta talum primò ulcus excitatum eſt, in quo venę caput conſpiciebatur: quod advertentes *Turcæ* morbum cognoverunt, periculoſumq; eſſe in *Ægypto* & *India*, ac reliquis regionibus quibus innaſcitur, ſignifiarunt; quem *Arabes*, præcipua *Avicenna venam medenam* appellari tradi, *Galenus* verò *dracunculum*. Pro cujus curatione accerſitus Medicus Linguæ *Arabicæ* doctus ita orſus eſt: Primò debitâ victus ratione propoſita, partem extremam venæ, aut verius nervoſæ cujuſdam ſubſtantiæ, ſubtili ligno alligavit, quam paulatim ligno trahebat rotabatve, adeò ut ad ultimam ejus partem, hoc eſt, ad trium cubitorum longitudinem, poſt multos dies pervenerit. Unde *Æthiops* à doloribus, & anguſtiis morboque ipſo liberatus eſt nullo ſuprapoſito cataplaſmate. Vena, an nervus, vel lumbricus, morbus hic fit, in dubium vertunt authores. Ego verò oculatus teſtis, multis auritis verior, teſtor morbum hunc tanquam lumbricum conſpici album, ſubtilem, lineæ contortæ modo, qui ex ſe foras prodit, & pars extra miſſa cùm areſcit, eum nervum exſiccatum quivis dicet: qui ſi abrumpi contingat, intenſos excitat dolores, & non leves inducit animi anguſtias. Evenit autem hic morbus, fortè ut in renibus pili, à materia craſſa & lenta, quam calor plus juſto calfecit & exſiccavit unde medicamentis atram bilem reſpicientibus & purgantibus curari debet, prout imperat *Avicenna*. *Amatus Luſitanus cur. 64. cent. 7.*

SECTIO OCTAVA.

De Dyſenteria.

CRuentarum dejectionum apud *Galenum* quatuor ſtatuuntur differentiæ, una eſt, quum ſanguis purus & affatim, propter membrum aliquo abſciſſum aut ſanguinis intermiſſam conſuetam evacuationem aut aliam ſimilem cauſam per alvum excernitur: alia cum liquor aquoſus loturæ carnis recens mactatę prorſus ſimilis, in fluxu hepatico, dicto, dejicitur. Tertia verò eſt nigri & ſplendentis ſanguinis excretio & melancholia appellatur. Quarta demum eſt Dyſenteria, quæ ἕλκωσις ἐστί τῶν ἐντέρων; in hoc fluxu inteſtina primario affici ſatis indicant torſiones ventris ac tormina nimium moleſta. Definiri poteſt, quod ſit alvi frequens, cruenta & purulenta, cum dolore ventris, & inteſtinorum exulceratione, à materia acri erodente & inteſtinis peculiariter adverſa, dejecto. Pro cauſa proxima agnoſcit humores quoſcunque acres peculiarem & occultam diſpoſitionem obtinentes, qua inteſtinis duntaxat infeſti ſunt, eaque exulcerant; non ſecus ac pulmo marinus pulmoni, & Cantharides veſicæ ſunt infeſtæ, eaſque non verò alias partes exulcerant. Cauſæ remotæ ſunt cibi pravi & inſoliti, fructus autumnales, uvarum eſus, muſti potus, venenata & violenta pharmaca, aquæ per plumbeos & vetrres canales fluentes, aer vernus, poſt hyemem ſiccam & aquiloniam, pulvioſus & auſtralis calidus etiam & ſiccus, plerumque enim in fine æſtatis & autumni initio morbus hic excitatur, & in regionibus calidis potiſſimùm viget, contagium denique non raro ſuas agit partes in hujus affectus productione. Pars affecta ſunt inteſtina nunc tenuia, nunc craſſa, nunc utraque. Si in tenuibus malum conſiſtat ſequentibus ſignis ut plurimum ſe prodit; tormina ſeceſſum longe præcedunt, dolor acutior, eſt, ac circa & ſupra umbilicum ſe oſtendit, alvinæ fæces & ſanguis plurimùm confunduntur, quia diu ſimul iter agunt. Cum afficiuntur craſſa, non tantus urget dolor, & inferius ſubſiſtit, quin etiam ſtatim à torminibus excernuntur excrementa quibus inſuper potius ſupernatat cruor, quam illis intimè permiſcetur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Dyſenteria in tenuibus inteſtini.

CUrationem inſtituimus auxiliis illis quæ per os aſſumuntur, ita jubente

Ga-

Galeno lib. 6. De locis aff. Ideo huic ægro dedi primò rhab. opt. ʒi. infuſi cum ʒiij. decoct. hord. non excortic. ſyrup. de ribes ʒß. M. Poſtea imperavi, ut bis aut ter in die ex iſtis Syrupis caperet cochl. j.

℞. Syrup. cotoneor. myrtin. de roſis ſiccis, de ſucco portulac. an. ʒi. deinde ad majorem reſtrictionem, dedi hunc pulverem.

℞. Myrobal. citrin. ℈j. rhei parum torrefact. ℈j. dabam cum ſyrup. cotoneor. Memini me hoc pulverem quondam viro cuidam dyſenterico dediſſe, cum cyatho uno cereviſiæ communis, & ad miraculum eo curatus fuit, ſemper ante cibum ſumebat ʒij. vel ʒiii. diacidon ſine ſpeciebus, victu demum conſtringente utens præter opinionem convaluit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 33. lib. 22. De diverſis generibus profluviorum alvi.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Dyſenteria.

HOc detergens Enema & ſimul dolorem mitigans injectum fuit.

℞. Decoct. hord. aliqualiter torrefact. ℔iß. diſſolv. ſacchar. rubr. ʒiß. ol. roſ. omphac. ʒiij. adip. renum capræ, ʒij. ovi vitellum F. Clyſter lavans & dolorem mitigans, ter copioſè indè alvum expurgavit, & tormina magna ex parte ſedata ſunt. Ideo & ſequens injeci Enema, quod & dolorem ſedaret, & ſimul conſtringeret, & inteſtina roboraret.

℞. Lactis vaccinis in quo lapides igniti ſæpius extincti eſſent ʒviii. ſucci plantag. ʒiv. ol. roſac. omphac. ʒij. vitellum unius ovi. F. Clyſter, frigidè injicicebatur. Hoc præceptor meus *Benedictus Faventinus* utebatur, quo quidem ſecundo clyſtere tormina ceſſerunt, juvenis hic ſtatim à principio magno cum meo honore convaluit, optima victus ratione præſcripta. *Petrus Foreſtus, obſerv. 31. lib. 22.*

Mercator quidam *Delphis* habitans temperatura bilioſa triginta annos natus, per longam peregrinationem, multoſque perpeſſos labores, ex *Gallia* reverſus, & nunc paulò tranquillior, uxorem duxiſſet, & delicate magis viveret in fluxum diuturnum ventris incidit, mox in dyſenteriam lapſus; per ſex integro menſes, cum miſcerè vitam duxiſſet, doloribus ac torminibus ſub umbilico pene extinctus eſt verùm cum hic experimenta multorum, ac muliercularum fruſta, ac diu, multumque tentaſſet, tandem noſtram opem expoſtulavit, omni ſpe deſtitutus, qui equidem cùm hæc ſubſequentia remedia eidem per me fuiſſent præſcripta, præter omnium opinionem ſanitatem conſecutus eſt. Omnium primò injectum eſt hoc Enema.

℞. Decoct. hord. parum torrefact. ℔i. ol. roſac. ʒiij. ſacch. rubr. ʒiß. vitellum unius ovi. M. Materia eo clyſtere ut cunque deterſa, dolor quoque nonnihil mitigatus eſt. Mox altero die ſequens Enema infuſum, recipiens lactis bubuli chalybeati. ℔i ſacch. rub. ʒiß. 2. vitella ovorum. Deinde & tertium, ita.

℞. Decoct. hord. torrefact. ℔i. ol. roſ. cotoneor. an. ʒiß. ovorum vitellos num. 2. ſacch. rub. ʒiß. M. Iis tormina ceſſarunt, & facta eſt excrementorum mutatio in melio. rem ſtatum: injectis demum clyſmis his aeres materias eluentibus, per ſuperiora hæc propinavimus; & primò abſterſorium hoc medicamentum.

℞. Decoct. hord. communis, ʒvi. ſyrup. ex infuſ. roſar. ʒiij. M. conficiebatur ex roſis omphacinis non valde apertis, affuſis ſepties vel pluries, atque abjectis, ut ego parare ſoleo; in eo enim ineſt vis doloris ſedandi mira & etiam oblinendi.

Purgavimus autem hoc modo.

℞. Fol. plantag. Mj. flor. roſ. rub. ʒj myrobal. citrin. ʒiij. myrobal. chebul. indor. an. ʒiß. ſchęnanth. ʒj. bulliant in aqua, in colat. ʒiij. adde rhab. el. ℈iiß. ſyrup. infuſ. roſ. & cotoneor. an. ʒß. M. F. potio. quinquies eduxit. Deinde & hoc præſcriptum eſt.

℞. Hord. commun. p. j. ſem. plantag. flor. roſ. rub. an. ʒj. bulliant in aqua, in colat. ʒiij diſſolv. ſyrup. cotoneor. & infuſ. roſ. an. ʒß. M. Poſtea dedi ℈iiß. rhab. parum toſti cum decoct. plantag. & flor. roſ. Deinde & ea quæ magis conſtringerent.

℞. Sem. plantag. exſiccat. & pulv. ʒj. trochiſc. de carabe, de ſpodio an. ʒß. C. C. uſti ℈iß. corall. rubr. ℈ß. pulveriſentur ſu-

ſubtiliſſime & dividantur in tres partes & detur una doſis, cum vino rubro, altera cum decoct. ſem. plantag. flor. roſ. & centinod. tertia cùm decocto vini rubei in quo bullierint roſæ, ſem. plantag. & centinodium. Hoc etiam condito uſus eſt.

℞. Conſerv. roſ. vet. ℥vi. diacydon. ſine ſpeciebus ʒß. troch. de ſpodio, ℈iv. ſyrup. cotoneor. rob. de ribes, ſyrup. myrtin, an. ʒß. M. Inſuper victu convenienti utens pro. bè convaluit à Dyſenteria deplorata. Unicè etiam prodeſt, vinum decoctionis Gnaphalii, tam potum quàm loco fomenti adhibitum, & nihil præſtantius quam ℥j. coaguli leporis pota ex ſapa: & ſtercus canum ſola oſſa vorantium, cum lacte chalybeato ut ſæpius expertum eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 33. lib. 22.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Dyſenteria.

NOs fœlici cum ſucceſſu per multos annos ipſum rhabarb. toſtum in principio morbi tam evacuationis gratia, quam corroborationis, per vices aliquot exhibuimus hoc modo.

℞. Decoct. hord. toſt. ℥iv. rhei toſti & pulver. ℈iv. Syrup. roſat. ſolut. acetoſ. citri. an. ʒß. M. F. hauſtus; qui reiteretur per biduum. Cùm ad conſolidationem ulceris (poſt ſufficientem ejuſdem abſterſionem) accedendum eſſe putavimus; aliquoties pulverem emplaſticum ex cera alba cum æquali parte gummi Arabici tenuiter inciſa & pulveriſata in pomo aſſato ſolutum quantitate ʒi. exhibuimus magno cum ſucceſſu.

Si vero neque ſic fluxus ſanguinis ſiſtatur, ſequens narcoticum per os exhibeatur.

℞. Conſ. roſ. antiq. ℥ij. laudan. opiat. gr. ij. Conſ. alkerm. ℈ß Syrup. papav. errat. q. ſ. F. Electuarium molle, hoc modo in nostro ægrotante conciliata quiete, rariores exinde dejectiones & ſomnus interveniens effectum medicamenti comprobabant; victum inſtituimus convenientem, ut ſunt juſcula gallinarum cum oſſibus minutiſſimè inciſarum, & contuſarum, additis ſuccis citri; berberorum & ſimilibus, oriza cum lacte chalybeato, cydonia, pyra magis aſſata quàm cocta *Gregorius Horſtius, obſervat. 19. & 20. lib. 4. De morbis infimi ventris.*

℞. Rhab. ℥iß. piſtetur & maceretur in aq. plantan. ʒiii. per aliquot horas, tandem facta colatura & levi expreſſione, rhei prædicti ſubſtantia aliis ʒiii. aqu. plantag. denuo infundatur, quibus pulp. caſſiæ noviter extractæ, ʒß. diſſol. vito & pharmacum parato, ac ægrotanti propinato, quo multa egeſſit. Cæterum prima infuſione rhab. ſi quas partes exaſperantes, & ulceribus adverſas habet, omnino amittit, & mitius ac ſecurius redditur, quàm teſta uſtum aut aſſatum, ut multi dare ſolent. *Amatus Luſitanus, Cent. 2. curat. 44.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Dyſenteria.

CLyſterem hunc abſterſivum & lenientem imperavi.

℞. Lactis chalybeat. ℔. 1. diſſolv. vitello. ov. num. 2. mell. roſat. ℥iß. laric. diſſolut. in his duobus ℥ii. F. clyſter quo non diu retento, ſed rejecto, potionem poſtea hanc bibit.

℞. Syrup. de roſ. rub. ſiccis ℥i. ſyrup. de papav. ʒß. aq. plantag. ℥i. M. cùm adhuc non ceſſarent ſedes, & ſitiret admodum, proſtratuſque eſſet, amylo cocto refectus fuit & lacte amygd. d. quod cum aqua chalybeata parabatur, addito ſacch. roſ. rab. clyſter aſtringens dein tali injectus fuit, & ſub veſperam repetitus.

℞. Hord. orizæ an. p. i. F. decoctio in lacte pro duobus clyſteribus, diſſolve in uno vitell. ovor. numero 2. ſacch. rub. axung. hœdi, an. ℥i. laricæ ℥i. F. clyſter. Pulverem hunc quoque duabus vicibus ſumſit, cum lacte amygdalarum d. paulò antequam clyſterem admitteret.

℞. Troch. de carabe ℥i. rad. tormentill. ʒß. ſacch. roſ. tab. ℥ii. M. venter hoc unguento inunctus fuit.

℞. Ol. myrtill. ℥i. maſtich. ℥i. bol. rub. ℥i. roſ. ſantal. an. ℥i. ceræ, q. ſ. fiat unguentum.

Cly-

Clyſter aſtringens dein talis injectus fuit.

℞. Rad. biſtort. totmentill. an. ℥i. conſolid. maj. ℥ii. equiſeti, plantag. agrimon. an. Mi. flor. roſ. rubr. p. ii. hord. mund. orizæ, an. p. i. ſemin. aniſ. ℥iß. ſemin. acetoſ. ℥ii. ſem. plantag. ℥i. F. decoctio in ſero lactis, diſſolv. ſacch. rub. ℥iß. mell. roſat. ℥ii. mucilag. ſem. cydon. ℥iß. ſem. pſillii. ℥i. M. F. clyſter. ſub noctem alius fuit injectus.

℞. Orizæ parum torrefact. p. i. gallar. conquaſſat. ℥ß. balauſt. ℥i. roſ. rub. p. i. ſem. plantag. ℥ii. rad. biſtort. ℥iß. rad. conſolid. maj. ℥ii. F. decoctio, in aqua chalybeata, in colatura ℔. r. diſſolv. ſucci plantag. ℥iii. lap. hæmatit. ℥ii. ſang. dracon. ℥i. axung. hædin. mell. roſ. an. ℥i. F. clyſter. eo rejecto, tab. meas narcoticas ſumpſit; & noctem quietiorem habuit. Cras ante prandium idem clyſter injectus fuit: poſtea uſus eſt hoc ſuffitu.

℞. Rad. thapſi barbati, biſtort. an. ℥ii. gallarum ℥i. plantag. M. i. roſ. rub. flor. chamæm. an. p. i. coq. in aqua fabrorum extinct. ferri pro ſuffitu. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 3. *pagin.* 893.

Qui navigant in *Indiam* Orientalem exuſu putridarum carnium incidunt interdum in Dyſenteriam, quibus præſentaneum eſt remedium, allium cum ſaccharo & ſucco citriorum: ut & placentulæ in ſartagine coctæ ex ovis gallinaceis & argentina. *Io: & Ottho Heurnius*, *ad cap.* 10. *lib.* 6. *patholog. Ioh. Fernelii.*

In Dyſenteria potus exiguus ſemper eſſe debet, quod remedium edocta aliqua bruta, ubi alvi fluxu tentantur, ſibi ipſis ex toto potum naturali quodam inſtinctu interdicunt. *Hier. Mercurialis. conſult.* 90. *tom.* 2.

Sequens pulvis probatus eſt ad omnem ſpeciem dyſenteriæ.

℞. Turtur. cum pennis ſuis, interiora extrahantur, & impleantur venter mixtura ex bolo Armena, ſang. drac. mummia, aceto forti & vitellis ovor. confecta. In olla nova ponatur, & in furno panis comburatur. De hoc pulvere des quotidie cum ſucco plantag. vel aq. roſ. vel aliquo ſyrup. aſtringente. Probatum eſt. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib.* 2. *cap.* 37.

Quum puer quidam nobilis torminibus a dyſenteria vexaretur, juſſimus hircos mactare, ac eorum omentum ita recens calidum ſupra pueri ventrem extenſum admovere, & faſcia faſciari; idque bis & ter iterari mandavimus: quo remedio à doloribus puer libes brevi evaſit. Topicum hoc remedium ſecurum & optimum à vervecibus & aliis animantibus non minùs quàm ab hircis accipi poterit. *Amatus Luſitanus*, *curat.* 93. *cent.* 5. Vid. *cur.* 2. *cent.* 6.

Quidam dyſenteria laborabat febreque carebat. Inter alia jubeo pullo columbino aſſo, ſed cera infarcto, veſcatur. Adhæc pomum cotoneum excavatum cera quoque repletum, & ad ignem exaſſatum, jejuno ſtomacho comedat, nihilque ſupra bibat, ſuadeo: iis enim non ſæpe iteratis convaluit. Ceram dyſentericis convenire tradit *Dioſcorides lib.* 2. ſui Medici operis, cap. de Cera, ad hunc modum dicens, cera datur in ſorbitionibus dyſentericis. Cui ſuffragatur *Galenus*, & cæteri poſt eum Medici. Cæterùm nonnulli ceræ maſtichem adjungunt. *Amatus Luſitan. cur.* 14. *cent.* 6.

Ad virum quendam, qui dyſenteriam diuturnam 30. dierum ingenti cum febre patiebatur, & poſt multa & varia adhibita remedia, imbecillis & gracilis eſt factus, perſeverante etiam fluxu ventris, multo cum ſanguine, Medicus cordatus ingreſſus eſt, & ſanguinem ex baſilica brachii dextri extraxit; ſed quanto juvamento audite. Illico (mirum dictum) ſanguis cohibitus fuit, perſeverante adhuc fluxu ventris. Cæterùm ſaccharo roſaceo ad aliquot dies ingeſto, & nonnullis injectis clyſteribus, & topicis conſtringẽtibus remediis applicitis, alvus in totum reſtricta eſt. Advertant igitur Medici, qui, ob unum *Galeni* verbum non ſatis fortè intellectum, in dyſenteria ſanguinis extractionem formidant *Amatus Luſitanus*, *cur.* 15. *cent.* 7.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Dyſenteria in gravida.

NObilis quædam mulier gravida in Dyſenteriam incidit, conſilium ſequens dedi.

℞. Amygdalinum cum aqua cocta chalybeata paratum, loco vini bibat orizam co-

ſtam cum jure gallinæ frequenter comedat, & pultem (*Cadle*) cum vino rubro in quo aurum extinctum ſit, ovis & ſaccharo coctam.

Electuarium hoc manè & veſperi ſumat, quantitate nucis moſch.

℞. Pulv. rad. tormentill. ʒii. ſem. lapath. ʒi. corall. ʒiß. Conſerv. roſ. & carn. cydon. an. ʒß. cum ſyrup. cydon. F. Electuarium.

Julepi hujus coch. v. ſuperbibebat; atque circa meridiem totidem ſumat.

℞. Syrup. cydon. ʒi. ſyrup. fragor. ceraſ. acid. de papav. (ad ſenſum inteſtinorum nonnihil obtundendum) an. ʒß. aq. roſ. & plantag. an. ʒii. M. F. Julep.

Inungat ventris regionem oleo abſinth. maſtichino & cydon. pedes abluat vino rubro ſtiptico, ſic reſtituta fuit. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 3. *p.* 861.

Prægnans mulier quum geſtationis nonum menſem ingrederetur, dyſenteria lethali corripi cœpit, quæ nullis preſidiis domabatur, at cum pareret, illico dyſenteria reſtricta eſt, & illa paulatim ſanitatem conſecuta fuit. Dyſenteria ante partum ſalubris ab *Hippocrate*, judicatur quod verum eſſe iſtoria noſtra teſtatur: ita enim *Hippocrates lib. De morb. popul.* quinto memoriæ commendavit. *Epicharmi* uxori ante partum dyſenteria, dolor, alvi geſtiones ſubcruentæ mucoſæ aderant, ubi peperiſſet, ſtatim ſana erat, diverſiones fortè ratione. *Amatus Luſitanus*, *cent.* 2. *curat.* 51.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Dyſenteria.

NE detur potus chalybeatus ut fieri ſolet, non enim is aſtringit, ut falsò exiſtimant Medici, ſed turbat alvum.

Ante ſeptimum diem priuſquam ulcera inteſtinorum probè extergantur, aſtringentia per os non conveniunt, nec foris etiam applicanda ſunt. In morbi enim initio talia vel in mortem vel graviores morbos præcipitare multis exemplis poteſt oſtendi.

Tutus eſt uſus pulv. tragacanthi in ovo ſorpili cum pulv. corall. & nuc. moſch. hoc modo.

℞. Pulv. tragacanth. ʒi. nuc. moſch. corall. an. ʒß. M. F. pulvis. Foris admoventur multa, ut Empiaſt. de cruſta panis, diaphænic. & ſimilia. Ad opiata non niſi in ſumma neceſſitate diveniendum, prius tamen quàm manifeſtus ſit virum lapſus. *Joh. Crato conſil.* 22. *lib.* 5.

Aqua chalybeata in dyſenteriis ab omnibus ferè qui in medicina claruerunt, præter *Iohanem Cratonem* laudatur. Cujus quoque ſententiæ favere videtur *Felix Platerus* in epiſtola quadam ad me ſcripta. Ego ut ingenuè fatear, doctrinam & praxin præceptorem meorum imitans, per multos annos aquam chalybeatam dyſentericis quoque præſcripſi; tandem verò cum ea quæ *Crato* hac de re obſervavit, mihi innotuiſſent, ac proinde loco aquæ chalybeatę ægris lac amygdalarum aut decoctum aliquod conveniens exhibuiſſem, omnia profectò longè feliciùs mihi ſucceſſerunt. ita quidem ut obſervationem *Cratonis* veriſſimam eſſe reipſa expertus ſim.

Hoc decoctum pro potu propino.

℞. Agrimon. Mi. veronic. Mß. rad. biſtor. & raſ. C. C. an. ʒß. coq. in ℔ ix. aq. font. donec tertia pars ſit abſumpta, idque fortiſſimo igne & in vaſe aperto, herbæ & radices ſint exſiccatæ, recentes enim decoctum reddunt ingratum.

Lumbricos terreſtres lotos & conciſos. cumque carne caſtratorum coctos, ſi ægro eorundem juſcula exhibita fuerint, mirum in modum dyſentericis prodeſſe ſæpiſſimè expertus ſum. Dolores enim leniunt, & quæ in inteſtinis ſunt ulcera aut vulnera facultate quadam ſpecifica conſolidant, quod & clariſſimus *D. Vvierus*, libro *De Scorbuto* teſtatur. Sed quia urinas ſimul inſigniter movet, non niſi prius expurgato corpore hujuſmodi juſcula exhibenda ſunt: & quidam paulò ante paſtum diuretica enim reliquis cibis minimè ſunt: permiſcenda. Lac etiam mulcb e ſummoperè convenit. *Guil. Fabrit. Hildanus*, *lib. De Dyſenteria*, *cap.* 7.

Ego ſanctè affirmare poſſum confectione Alkermes nihil præſtantius me unquam reperiſſe etiam in ipſis infantulis dyſenteria laborantibus. Non ergo ob lapidem Lazuli qui debita doſi purgat rejicienda videtur, cum in exigua illa quantitate

qua

quæ exhiberi ſolet, impoſſibile prorſus eſt, ut alvum moveat. Singulæ enim dragmæ confectionis, duo duntaxat grana cum dimidio lapidis Lazuli in ſe continent. Certè hanc confectionem omnibus aliis cordialibus præferendam eſſe, experientia ſemper fidem mihi fecit. *Guil. Fabrit. Hildanus, obſerv. 23. cent. 6.*

Ad dolorem ſedandum, in dyſenteria ſæpius utor oleo amygd. d. cui tantum ſacchari miſcelanei admiſceo, quo formam elect. acquirat. De hoc Electuario æger ſingulis ferè momentis aliquantulum ſumat. Si aliquid olei rec. ex vitell. ovorum admiſceas, præſtantiſſimum habebis medicamentum, non ſolum ad dolores ſedandos, verum etiam ad excoriationem & ulcera inteſtinorum curanda, *Guil. Fabrit. Hildanus. lib. de Dyſenteria, cap. 9.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Dyſenteria.

MUlier medica quædam annoſa (ſunt enim authore *Galeno*, *lib. 5. De locis aff. cap. 5.* & mulieres medicæ quædam) mirabile conſulvit remedium.

Juſſit pomum integrum (cotoneum magis laudarem ob vim adſtrictoriam) excavari, implerique cavitatem cera alba vel citrina ſelectiſſima, & indito operculo prunis admoveri pomum donec omnifariam liqueſceret cera & pomi ſubſtantiæ intermiſceretur, tumque pomum ſic paratum eſitare ægrum jubebat ante omnem cibum, & profecto optimè contulit, nam cùm clam me dies aliquot hoc eſſet uſus remedio, mihique poſtea rem omnem detexiſſet, & ecquidnam mihi de tali adhibito remedio videretur, rogaſſet, ingenuè quidem reſpondi, non malum mihi omnino auxilium videri, cum virtutem habeat emplaſticam, qua agglutinare ulcera inteſtinorum poſſet; quin & dyſentericis opitulari ex *Dioſcoride* affirmavi: nec me propterea remedium improbare velle, quod eſſet à muliercula excogitatum, cum & *Gal.* ipſe veritus minime ſit, nec dedecori ſibi fore putavit à plebeio homine inventam ſumariæ herbæ vim, ad ſtomachum roborandum & ventrem lubricandum in monumenta ſua referre, & tanquam exploratum probare, ut *lib. 7. De ſimpl. facultat. cap. De Fumaria, Franciſcus Valeriola, obſerv. 4. lib. 3.*

Illico præſcribe julapia ex aq. cichor. cum emulſione ſem. cichor. & endiv. miſce ſyrup. de ribes, & alternis diebus propina rhei & myrobalan. an. ʒß. cum ſyrup. de ribes. *Ioan. Heurnius.* ad aphor. *Hippocrat. 23. ſect. 7.*

Principem vidi quæ querula fuerat ante de ſplene: in febre dejecit alvo cruentam atram materiam copioſe bis aut ter; trepidabat illa ad conſpectum excrementi; verùm in bonam ſpem eam erigebam, evaſit, non erat hæc dyſenteria ab atra bile, nec diuturna, nec illa quæ eſt cum ulcere inteſtinorum, ſed cruenta, quæ illico placatur, nam ſplenem evacuat. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 48. ſect. 6.*

Optimum remedium eſt infuſum rhabarbarum in decocto roſ. ſicc. rad. plantag. & mirobal. ex aqua endiv. cum pauco cinnamomo, expreſſio fiat valida, præbeatur cum ſyrup. de ribes vel de roſis ſiccis. Sumatur bis in ſeptimana. Intermediis diebus lac à vacca calens datur ter in die cum ſaccharo roſato. Dolor ſi urget, lac clyſmo infundatur cum butyro rec. & vitello ovi, Coquatur in lacte tapſus barbatus & roſæ, tandem ut ſtringas, lactis dimidium excoque. Bibat ter in die. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 3. ſect. 6.*

Quendam vidi, quem Dyſenteria longiſſima ad tabem tantam deduxerat, ut ei lac ſugendum muliebre Medici præſcripſerint Sed miraculo quaſi curatus optime & breviter fuit, uſu aquę pro potu ordinario, in qua ſuber bullierat: uſus eſt etiam utiliter ſyrupo corallorum, & conſerva Cynorrhod. Sed aqua ſuberata præcipuum ejus curæ fuit inſtrumentum. *Petrus Borrellus, obſerv. 57. cent. 1.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Dyſenteria venenoſa.

NObilis quidam *Luſitanus* devoratis tribus pyris ab amaſia porrectis, in fluxum incidit ventris diuturnum, cum diris ſymptomatis. Plurima ex abſtergentium

pri-

primò, deinde adſtringentium ſylva medicamina parantur, extra admota, intus aſſumpta, & per ſedem infuſa, ſed fruſtra: cum tandem de veneno ſuſpicio eſſet, propinantur cardiaca & alexipharmaca, at malum ſolùm ſmaragdo trita, & conſerva cydon obvoluta conquievit. Hanc alternis diebus jejuno ventriculo aſſumebat, ſuperbibita aqua, in qua tragacanthum prius erat incoctum, ſmaragdi, quantitas erat pondus duodecim granorum, quam quum quinquies devoraſſet à fluxu immunis evaſit. *Zacutus Luſitanus, obſerv. 91. lib. 3. prax. admirand.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Dyſenteria.

PUerulus quidam bimulus Dyſenteria contumaci laborabat: poſt multa alia remedia fruſtra uſurpata, exhibui extract. Corallorum ℈ß. cum aq. plantag. & eodem die fluxus cohibitus eſt. *Lazarus Riverius, obſerv. 66. cent. 1.*

Adoleſcens quidam 20. annorum laboravit Dyſenteria per 12. dies, quam nullo remedio oppugnare conatus eſt, donec ad Xenodochium deductus, ſumſit ex præſcripto medici Xenodochii Salis vitrioli ʒi. in aqua diſſolutam, multa evomuit bilioſa & pituitoſa; ſicque facta eſt revulſio humoris ad inteſtina defluentis, & hoc ſolo remedio curatus eſt. *Lazarus Riverius, obſerv. 9. cent. 3.*

Alvum coactam vomitio ſolvit, & plus æquo fluidam ſiſtit: illam quidem humectando, hanc vero ſiccando. *Hippocr.* Libro de diæta.

Uxor mea menſe Auguſti incidit in gravem Dyſenteriam, ab aſſumpto pridie pharmaco leviori. Circa horam ſomni exhibeo laudani gr. ii. cum conſerv. roſ. Poſtridie hora ſecunda pomeridiana, cùm perſeveraret affectus, exhibeo ejuſdem laudani gr. ii. continuavit alvi fluxus ſine ſanguinea dejectione, qui per 5. vel 6. dies perſeveravit, ac tandem medicamento ex infuſ. rhab. & mirobal. cum rheo pulv. & ſyrup. roſ. omninò ſublatus eſt. *Lazarus Riverius, obſerv. 84. cent. 2.*

Puer quidam 8. annos natus Dyſenteria tenebatur, cum multo ſanguine, dejectionibus viridibus & porraceis admixto, & febre continua, tertio morbi die ſumpſit infuſum rhei ad ʒi. in aq. plantag. cum Santalo citrino, diſſolvendo rhei pulv. ℈i. Syrup. roſac. ʒi. optimè purgatus eſt, multa excrementa rejecit ſine ſanguine, & febris ferè expers fuit toto illo die. Poſtridie ſanguinem purum rejiciebat, frequens erat dejectio, cum dolore ventris & febre, quæ perſeveravit uſque ad diem octavum, licet omnia remedia ordinaria, interna & externa adhiberentur, tum etiam Clyſteres varii. Septimo die extractum Corall. ter exhibitum fuerat ad ℈i. cum aq. plantag. & Syrup. Cydon. ſed fruſtra. Octavo die cum febris & fluxus ingraveſcerent, ac merus ſanguis excerneretur, circa meridiem ſecta fuit vena, & ſanguis ad ʒv. detractus, nocte omnia eadem, poſtridie manè exhibui laudan. gr. ii. cum extract. Corall. aq. plantag. & roſ. & Syrup. Cydon. alvus omnino ſuppreſſa eſt per 4. horas; & placidè dormivit, ſenſim tandem convaluit. *Lazarus Riverius, obſerv. 37. cent. 2.*

Quidam dyſentericus omnia remedia reſpuens, ſolo uſus eſt Pimpinellæ decocto cum aqua & butyro confecto, cujus Scutellam ſumebat manè & ſerò & intra triduum curatus eſt.

Plurimum valet Pimpinella ad depurandum ſanguinem, & levem habet aſtringendi vim, ideo non eſt mirum, ſi dyſentericis conferat. *Lazarus Riverius, obſerv. 83. cent. 3.*

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Dyſenteria.

DOmina quædam dyſenteria gravi correpta eſt, menſe julio, æſtu maximè ſæviente, ad eam vocatus tertio die morbi præſcribo clyſterem detergentem, & venæſectionem, quarto purgata eſt medicamento ex rhab. ʒiß. myrobal. ʒß. infuſ. in aq. plantag. diſſolvendo rhab. pulv. ℈i. Syrup. roſ. ʒi. bis decies humores excrementitios; ſed in reliquis dejectionibus, quæ frequentes erant, mucoſum quid ſanguine perfuſum. Veſperi exhibui laudani

dani gr. ii. quibus tormina parum remiſerunt, & dejectiones paulò rariores fuere. Quinto tormina eadem, dejectio frequens eaque ſanguinea: Clyſteres ex lacte, & vitell. ovor. frequenter injiciebantur. Veſperi iterum ſumſit laudan. ad. gra. iii. cum conſerva roſ. & illicò dolores ſedati ſunt, ac ſemel tantum in hora dejiciebat. Dormivit per intervalla. Sexto die dejectiones iterum frequentiores cum doloribus intenſis, rurſus ſecatur vena: & poſt 3. horas ſumpſit decoctum inteſtinorum vervecis, cum pulveris granorum actes ℥i. dolores omnino ſublati ſunt, & dejectionum intervalla multo longiora reddita: ſtatim etiam à venæſectione totus venter inungebatur oxyrrhodino ex ol. roſac. aceto & aq. roſ. parato, quod admovebatur ſingulis horis ad ſedandam inteſtinorum inflammationem, & hoc remedio multum levabatur. Veſperi injectus fuit Clyſter ex lacte cum ℥iv. ſucci plantag. ad eandem inteſtinorum inflammationem demulcendam, noctu etiam exhibitus fuit julep. ex aqu. plantag. cum ℥i. pulv. gran. actes. Poſtmodum per triduum ſumpſit manè decoctum myrobal. quo integrè curata eſt, illud decoctum ita compoſitum fuit.

℞. Cort. myrobal. chebul. ℥i. citrin. ℥ß. paſſul. corinth. ℥ii. coq. in aq. ℔ii. ad tertiæ partis conſumptionem, in colat. diſſolv. Sacchar. ℥i. clarificentur & aromatizentur cinam. ℥ii. capiat in iv. doſes manè & ſero. *Lazarus Riverius, obſerv. 2. cent. 3.*

℞. Juris inteſtinorum aut capitis caſtrati ℥viii. Sacch. rub. ℥ii. M. F. Clyſter.

℞. Oſſis ſepiæ uſt. pulv. ℥ii. Spongiæ pice imbutæ & in ollula uſtæ & in cinerem redactæ, cortic. ovor. indurat. pellicula ablata interiore an. ℥ß. margarit. præp. boli armen. an. ℥i. M. F. pulvis, doſis ℥i. in lacte vel chalybeato vel cocto, aut in aqua polygoni, certò vobis polliceor, hunc pulverem recentes omnes dyſenterias niſi fluxio admodum urgeat, licet valde cruentas, ſtatim ſanare. *Hercules Saxonia. Pract. part. 2. cap. 19.*

SUBSECTIO XI.

Pro Dyſenteria.

CIvis *Haffnienſis* honeſtus ſecreto ſuo aliquot mille dyſentericos ſervaſſe ſe gloriabatur, ad præſervationem vinum vel cereviſiam abſinthites commendabat, ad curationem præſentis fluxus ſeu albi ſeu ſanguinei, libram ſemis calidæ cereviſiæ propinavit adultis ægris, cui ſummitates abſinthii & ſal album incoxerant, & nucem moſchatam tritam cochleari ultimo ſuperbibendam dabat. Infantibus verò pro ratione ætatis cochlearia hujus potus tria 4. vel 6. miſcuit applauſum à multis meruit hoc ſecreto. *Thomas Bartholinus. Hiſtor. 65. cent. 2.*

Sæpe contulit pulviſculus ſtercoris canini per triduum cum oſſibus nutriti, cum lacte caprillo hauſtus. Nos ſæpiſſime glande ex opio facto & inteſtinis inſerto tormina abſtulimus & dyſentericum profluvium cohibuimus, & ſomnum ægroto conciliavimus. Crebro autem glans ex opio podici inſeratur; ſed ultra quadrantem horæ in inteſtinis non eſt dimittendus, ſed rurſum appenſo filo eximendus. *Franciſcus Joel. Pract. ſect. 3. lib. 4.*

Memini frixis equorum ungulis in butyro, iiſdem dein pulveratis, ſedatum fuiſſe frequenter pylori furorem, ſtetiſſe dyſenterias, atque medelæ benignitatem ſenſiſſe, olido illo remedio adhuc intra ſtomachum detento. Sin autem ungula ſit jumenti laſcivientis, dyſentericis certam perniciem allatura dicitur. *Joh. Helmontius. Tract. cui titul.* Pylorus rector.

Linteum in leporis (venando per canum morſum interempti) ſanguine tinctum, ſiccatumque & in vino carptim exhibitum curat dyſenteriam: & ſiccum Eryſipelati appoſitum illud ſanat. Milites *Germani* leporem fumo ſiccatum præbent in potu, & curatur dyſenteria non fallaci eventu. *Joh. Helmontius Tractat. cui titulus.* Poteſtas Medicaminum.

An in fluoribus dyſentericis aſſiduus Clyſmatum anodynorum uſus tutus: nequaquam, & in hoc valde Medici decipiuntur, cum inteſtina abluendi lacte finem non faciunt; dum enim ſic inteſtina proluun-

ſuuntur & diluuntur, effœminatio & mollitudo adfertur ipſis inteſtinis, unde fit διάῤῥοια quam *Galenus* ῥευματικὴν vocat. *Guil. Ballonius lib.* 1. *Ephemerid. & Epid.*

Quidam dyſentericos certò curabat fumo gingiberis per anum in ſella perforata recepto, alius vero prætulit fumum C. Cervi. Nobilis *Robertus Boyle*, *lib. De utilitate naturalis Philoſophiæ*, *part.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 14.

Cryſtallus in tenuiſſimum pollinem redactus, ac cum vino propinatus dyſenteriam curat, ac albos uteri fluxus ſiſtit, fluxum præterea cholericum, vel cœliacum citiſſimè & à proprietate tanquam Bezoar aliquod compeſcit. *Anſelmus Boetius*, *lib.* 2. *De lapid. & gemm. cap.* 74.

Dyſentericum quendam ita curavi. Glandes quercinas in aceto forti concoquendas jubeo; quarum nidorem, & fumum ano per ſedem perforatam excepit. Hinc ſedabatur dolor, fluxio ſiſtebatur, & paucis diebus, integras vires redintegrabat. *Martinus Rulandus*, *obſerv.* 40. *cent.* 7.

Studioſus quidam in Dyſenteriam incidit cui opitulatus ſum his paucis præſidiis, cibus, quo meo monitu veſcebatur, aut ſiccans erat, aut toſtus, aut aſſatus, aut in aqua vel lacte chalybeato decoctus. Potui dabatur à me lac amygdal. dulc. ex aq. chalybeata confectum. Præter hæc ſacculos calidiſſ. ex furfuribus in forti aceto coctis factos crebrò ano applicari juſſi, & ſic bidui ſpatio convaluit. *Martinus Rulandus*, *curat.* 18. *cent.* 5.

SUBSECTIO XII.

Pro Dyſenteria.

DYſenteriam ſæpius à ſe curatam notavit.

Ioh. Prævotius in adverſariis ſuis exhibito ʒi. pondere, ex vino aut ovi vitello, pulvere rad. filipendulæ, quem ante ipſum ſecreti loco commendaverat *Ludovicus Mercator. lib.* 1. de recto præſidiorum uſu c. 14. fit ſanè huic plantæ inſignis vis adſtringendi. *Georg. Hieron. Velſchius*, *obſervat.* 44.

Pro arcano habeo à viro illuſtriſſimo, argentinæ folium plantis pedum admotum, omnes dyſenterias intra 24. horas ſiſtere, notavi aeris mutationem mirè ad dyſenteriæ curam conferre.

Vidi enim *D. Solierium* Mercatorem *Nenauſenſem* dyſenteria ferè morientem, qui curari nunquam potuit, niſi aeris Caſtrenſis, cum ſuo immutatione; poſtquam ſtatim curatus fuit, pinguiſque evaſit, licet antea tabe confectus eſſet. *Petrus Borellus*, *obſerv.* 13. *cent.* 1.

Tormina ſedabuntur hauſtu aquæ verbaſci cui parum aq. juniperi admixtum. Fiant ſacculi etiam è verbaſco aqua incocti, & ventri dolenti imponantur. *Philippus Michael. Conſil.* 94. *lib.* 7. *Conſil. Cratonis*, *&c.*

In dyſenteria à proprietate ſpecifica juvat eſſentia ſeu tinctura Smaragdi, fit hoc modo.

℞. Particulas ſeu recrementa Smaragdi, tere (non in mortario, niſi ferreo) in pulverem tenuiſſ. ſuper. porphyrio, ſuperfunde urinam puerorum ſimplici deſtillatione paratam, & in loco calido tincturam extrahe, quam toties affuſo menſtruo recenti collige, quoties illa in idem mittitur, tincturas omnes collectas & filtratas, ablato per deſtillationem menſtruo, reduc in pulverem griſeum, quem de novo cum Spir. vini extrahe in ſummam viriditatem, Spiritu vini denuo ablato ad aliqualem conſiſtentiam, relinquitur eſſentia vel tinctura Smaragdi in fundo, cujus gr. ii. iij. iv. ad viii. vel x. in aqua plantag. vel tormentillæ exhibita omnes dyſenterias miraculosè ſiſtunt & ventriculum roborant; eſſentia etiam Croci martis à Crollio deſcripta hic plurimum valet. *Ioh. Hartm. Prax. Chimiatr. pag.* 192.

SECTIO XI.

De Diſpnœa.

DIfficultatis ſpirandi (quæ δύσπνοια vocatur) apud ſcriptores medicos tres gradus reperiuntur interdum non eſt vehemens & diſpnœa nominatur, generis nomine retento: aliquando vehemens eſt, cum ſono & ſtrepitu, & aſthma dicitur, aliquando vehementiſſima eſt, & cum ægri nequeunt ſupini decumbere ſed coguntur

vel erecti vel ſedentes manere, & orthopntia appellatur. Eadem eſt omnium cauſa, quæ prout augetur vel diminuitur, hunc vel illum producit affectum. Vide ſupra Sectionem de Aſthmate.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Dyſpnœa in hydropica.

HYdropicæ matronæ magna dyſpnœa laboranti, & pedibus tumidis exhibui Succi iridis ʒß. cum Sacchar. ʒß. & vini hyppocrat. ʒi. vomuitque inde viſcoſæ tenaciſſimæque pituitæ matellam ſemiplenam, ſedeſque ternas habuit; meliuſque poſtea ſpirare & ſperare cœpit. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 1. *pag.* 177.

Dyſpnœa vehementi laborabat mulier quædam diſpoſita ad hydropem, quod ex tumore pedum & urina aquea cruda conjiciebam, præſcripſi illi vinum ſequens.

℞. Rad. iridis ʒi. rad. Enulæ, Scillæ præpar. an. ʒß. Marrub. Mj. cort. rad. Sambuc. & ebul. an. ʒi. fol. Sen. ʒiß. agar. ʒii. zinzib. ʒi. conquaſſentur, & infund. in vini lib. IV. coq. parum in duplici vaſe; bibit cubitum itura hauſtum per dies 6. ceſſavitque dyſpnœa, & tumor pedum evanuit pulchreque curata fuit. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 3. *pag.* 178.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Dyſpnœa.

CUratio in eo conſiſtit, ut craſſa & viſcida in pectore contenta incidantur, attenuentur, & educantur, ita tamen ut tenuis catarrhi qui accedit, aliquando habeatur ratio, ad incidendum exhibui oxymel. cum aq. cinamomi, ad eandem intentionem & ſimul etiam roborare pectus ac maturare craſſiorem materia ſtudens, Syrupum è ſucco cardui, veronicæ & ſcabioſæ, ad tenuem catarrhum Syrupum violaceum cum bolo armena, quæ in morbis pectoralibus mirificè convenit, ad educendam materiam in pectore, eamque attenuandam movendamque etiam alvum, nihil convenientius noſtro hoc oxymelite.

℞. Fol. hyſſopi, veronic. ſcabioſ. marrhub. origani puleg. Card. ben. an. Mj. rad. ireos inciſ. ʒvi. zinzib. ʒß. agar. albiſſ. ʒß. infund. in aceti ℔iß. aq. veronic. card. ben. an. ℔ß. ſtent in vaſe vitreo obturato loco calido per triduum, deinde lento igne decoq. & exprimantur.

℞. Expreſſionis ℔iß. mell. opt. ℔ß. coq. iterum lento igne & deſpumentur uſque ad Syrupi formam, ac in vaſe vitreo conſerventur, imponi poterit cinamomum, cariophyllus, calamus aromaticus, pulveriſata omnia & in petia linea ligata, ita ut diutius conſervetur, & ſapor ſuavior fiat de hoc aſſumat 2. vel 3. cochlearia paulatim ſorbendo, ubi vel difficultas ſpirandi moleſtior, vel alvus adſtrictior fuerit.

In ore autem ratione tenuioris catarrhi teneat iſtos orbiculos.

℞. Boli armen. orient. præp. ʒß. cum aq. tuſſilag. vel viol. addito parum mucilag. tragacanthi F. Orbiculi. *Joh. Crato, conſil.* 8. *lib.* 4.

Hoc Emplaſtrum tanquam efficaciſſimum raſo capiti (ut ſine labore rurſum avelli queat) applicetur, ita ut illi agglutinatum hæreat, vel ſi hoc diſpliceat, interpoſita tenui ſyndone proximè illud attingat, dies noctesque geſtet, cum opus eſt, renovando, deſcriptio hæc eſt.

℞. Rad. Ireos. galang. cyperi. angelic. an. ʒii. rad. pyrethr. agar. rhab. rad. Scillæ an. ʒi. Sen. ʒii. majoran. ʒi. ſem. coriandr. bacc. Lauri. cariophyll. nuc. moſch. macer. an. ʒi. ſem. nigell. Sinapi. an. ʒß. benjoin. Storac. an. ʒiii. calcanth. albi. ʒß. lap. calamin. ʒii. alumin. ʒi. ol. nuc. antiquiſſ. addendo gutt. aliquot ol. major. & Salviæ per diſtillationem, laricæ reſinæ & ceræ q. ſ. F. Emplaſtrum. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 2. *pag.* 176.

Alium adipe ſuillo contuſum, ſi plantæ pedum eo inungantur, multum conducit ad pulmonum canales aperiendos & ab infarctu liberandos in dyſpnœa vel aſthmate. *D. Hulſe*, referente *Joh. Raio*, Catal. Plant. *Angliæ*.

SEC-

SECTIO DECIMA.

De Dysuria.

DYσουρία *i. e.* meiendi difficultas est, urinæ magno cruciatu & labore excretio; à stranguria affectu cognato differt, quod in stranguria seu urinæ stillicidio vesica non expectat, ut urina tota colligatur; sed statim tanquam mordentem expellit: in Dysuria verò expectat quidem, atque aliquando diutius quàm oporteat, sed cùm excernenda est, percipit æger dolorem aut tantam difficultatem, ut sæpe, nisi locum vesicæ comprimat manu, aut diu & magno conatu enitatur, liberè non profluat. Præterea in stranguria nec libera est nec liberalis ἔρυσις guttatim enim redditur; in Dysuria autem liberalis est sed non libera, aut si liberalis non est, est libera. Causa ejus vel in urina consistit, vel in vesicæ cervice: in urina quod acrior evaserit, vel ratione victus calidioris, vel humorum acrium permixtione, ut bilis & pituitæ salsæ; puris etiam ex rupto abscessu manantis, in vesicæ cervice vel exulceratio est, vel inflammatio, quam transiens, urina acrius ferit. Dysuriæ nomine aliquando indigitatur affectus qui ardor urinæ dicitur, easdem enim uterque agnoscit causas.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Dysuria.

ACrimonia urinæ & vesicæ imbecillitas hujus affectus solet esse causa; aliquando tamen à plethora nascitur. Vbi acrimonia fatigat, utatur emulsione Sem. 4. frigid. & papav. albi ex sero lactis, vel decocto jujub. & liquirit.

Si sit ab imbecillitate, vino utatur tenui cum nuce myristica, vel folia ribes nigri illi immacerentur. Sumat myrrhæ pulv. ℈ß. cum Syrup. viol. id sæpe agat: vel bibat lixivium factum ex cineribus roristmarini ex vino albo factum. *Joh. Heurnius ad Aphor. 36. sect. 6.*

Phlebotomia hic, ad hepatis aliarumque partium intemperiem corrigendam, necessaria est: eaque pluries repetita, pro plethoræ magnitudine, aut inflammationis periculo, ex brachio dextro primùm ad evacuationem & revulsionem: postmodum verò ex venis inferioribus ad derivationem à parte affecta. Purgatio etiam convenit, sed ex lenientibus tantum & refrigerantibus composita, alioquin ardorem urinæ maxime exasperaret. Ideo multi bolum ex cassia simplici non audent transcendere, & illa certè reliquis præferenda, magis tamen refrigerans efficietur, si pulpa tamarindorum etiam adjiciatur, vel dilutum cassiæ ex decocto lactucæ, portulac. & summitat. malvæ paratum, ad plures dies, exhiberi poterit, ut acres humores in partes urinarias confluentes ad intestina sensim deriventur. Vomitus blandis remediis concitatus præstantissimus est revellit enim à parte affecta, & incommoda arcet, quæ à purgantibus per inferiora induci consueverunt. Semel igitur aut bis in septimana proritandus. Clysteres frequenter injiciantur in hunc modum.

℞. Rad. alth. ℥i. fol. malv. viol. lactuc. an. M. i. flor. nymphææ & hord. mund. an. p. i. coq. in colat. ℔. i. dissol. cassiæ rec. extract. ʒi. ovum integrum unum, ol. viol. ℥ii. F. clyster. Mucilagines sem. alth. cydon. fœnugræc. clysteribus utiliter admisceri possunt ad dolorem leniendum, verùm ad contemperandum dolorem & ardorem, Clysteres ex lacte puro, vel cum prædictis admixto, ita efficaces esse consueverunt, ut quosdam viderimus ægrotantes, qui in diuturnis doloribus ex hoc solo remedio, & semicupio ex decocto herbarum refrigerantium parato, levamen susceperint. Per os exhibeatur quod sequitur.

℞. Aq. portul. lactuc. ros. & nymphææ, an. ℥i. Syrup. viol. & nymph. an. ʒvi. Sal. prunell. ʒi. M. F. Julep. sæpe iterandus.

Jusculæ parentur in hunc modum.

℞. Rad. alth. ℥ß. sem. malv. Mi. liquirit. ℥ß. sem. cydon. ʒi. F. cum pullo jusculum. Conveniet etiam non parum serum lactis caprilli magno haustu exhibitum, imo & majori efficacia, absente febre, lac integrum, præsertim asininum, propinari poterit, quod non solum detergit, sed etiam dolorem mulcet, & humorum acrimoniam contemperat.

Amatus Lusitanus curat. 58. cent. 6. dicit quan-

quandam mulierem dyſuria laborantem, poſt multa fruſtra uſurpata remedia, tandem uſu conſervæ flor. malvæ fuiſſe perſanatam, ſumebat autem conſervæ ℥i. manè & veſperi ſuperbibendo aq. malvæ ℥iii. *Idem curat.* 59. dicit ſenem quendam ab excreto lapillo dyſuria laborantem, eadem conſerva, eodem modo uſurpata, intra triduum fuiſſe liberatum. Conſerva flor. altheæ eſt ejuſdem vel majoris efficacię.

Dolore admodum urgente non inutile eſt, dum urina redditur, penem demergere in lac tepidum, vel decoctum malvæ, & ſem. papav. albi. Imò & aqua ſola tepida non parum conducit ad hujuſmodi dolorem & ardorem minuendum. Potus ſit decoctum leve malvæ cum Syrup. viol. aut conſerva roſac. agitatum. Ad eundem verò ardorem leniendum fiunt etiam injectiones in veſicæ ductum, ex lacte, emulſione ſem. frigid. aqua plantag. ſero lactis; quibus addi poteſt liquor albuminis ovi probè concuſſi, vel trochiſ. alkekengi. ℈i.

Externa etiam remedia ad hujuſmodi ardores temperandos non parum conducunt, qualia ſunt balnea, vel ſemicupia, & fomenta pubi & perinæo admota ex decocto herbrum refrigerantium parata. Linimentum ex ol. roſ. nymphææ, unguento roſac. refrigerante *Galeni*, populeone cum Camphora & mucil. pſyllii extract. in aq. plantag.

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER QUINTUS.
De Affectibus à littera E incipientibus.
SECTIO PRIMA.
Ad Ebrietatem præcavendam.

INterrogatus ſæpe numero, cum tot annos ab ægris plurimis frequenter accerſitus Principibus, Nobilibus, & aliis Magnatibus, apud quos ſplendidè vivitur, quomodo mihi cavere potuerim, quo minus ab illis ad potandum invitatus, uti moris eſt, inde noxam nullam contraxerim, & ad hanc grandem & vegetam ętatem ſalvus pervenire potuerim. Reſpondi id quod & verum erat, me in conviviis, quæ in multas horas protrahuntur, ab initio ad horam unam vel etiam duas à potu abſtinere poſſe, idque eo facilius, quod ſitis me non urgeat, donec ad ſatietatem ferè comederim; tuncque ventriculo cibis referto, etſi quandoque liberalius bibens, nullam offenſam inde me hactenus ſenſiſſe, quod cum & alii quidam me ſuadente, feciſſent, ſe quoque contra ebrietatem egregiè fuiſſe præmunitos, mihi ſunt faſſi. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 1. *pag.* 41.

SECTIO SECUNDA.
De Ectropio.

EKτροπιον (à τρέπω verto) affectus eſt inferioris palpebræ, qua invertitur & deorſum trahitur, ut internæ palpebræ pars cum deformitate videatur, & inſtar rubræ carnis appareat, neque cum ſuperiore committitur, ſed pendet atq; hiat. Cauſæ hujus mali variæ ſunt. Primò, Incrementum carnis vel tumor in parte interna palpebræ, obquæ invertitur palpebra: Secundo Vulnus vel ulcus in inferiore male curatum, ita ut palpebra in agglutinando deorſum nimis retracta ſit.

Ter-

Tertiò, Paralyſis vel convulſio inferioris palpebræ, ob quam attolli nequit, quod in palpebra inferiore eſt Ectropion id in ſuperiore eſt λαγόφθαλμος, ſeu oculus leporinus: eſt verò affectus ſuperioris palpebræ, quæ ita ſurſum adducta eſt, ut oculum totum tegere non poſſit, ſed per ſomnum etiam aliquantum apertus maneat. Dicitur hoc vitium *Plinio* Corybantiaſmus. Cauſæ hujus affectus ſunt plures: nam vel poteſt in utero palpebra ita fuiſſe conformata, vel à conſuetudine iſtum poſitum accepiſſe, cum Infantes in cunis ſurſum vel retro continenter ſpectant, vel à convulſione, vel à vulnere, ulcere, & cicatrice potuit imminuta aut ſurſum retracta fuiſſe.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Ectropio.

RUſticus quidam hoc vitio laborans, ad nos venit. Habebat enim palpebras inverſas ſupra ſeipſas & extra. Ego ex materia ſalſa malum contractum exiſtimabam, facta ſectione venæ, per pilulas illum bis terve purgavi. Deinde ut oculum lavaret præcepi vino albo, cui alumen de rocha in exigua quantitate ſemel ebullitum erat. Poſtea palpebram linimento ſubſequenti inungeret juſſi.

℞. Axungiæ porcinæ colat. ℥i. tutiæ præpar. ℥ii. camphoræ, ℈ß. M. ſimul & lavetur novies in aqua roſ. ſomni tempore inungatur. Hoc modo *Gilbertus Horſtius* præceptor meus Nobilem *Romanam* Matronam curavit, cùm multis annis ex catarrho calido & ſalſo & inverſione palpebrarum laboraſſet, alioqui & hoc ut uteretur præcepi, quod ſæpe experti ſumus ad oculorum rubedinem.

℞. Butyri rec. novies loti in aq. communi, poſtea novies loti in ſucco plantag. deinde ter in aq. roſ. ℥iiß. tutiæ præp. lotæ ſemel in aqu. roſ. aloes lotæ in aqu. plantag. aut ſolani. Sief. albi. cum opio, an. ℥iß. camphoræ lotæ, ℈i. M. F. unguentum veſperi inungatur, & aqua calida abluatur. Hoc unguento plurimum adjutus fuit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 41. *lib.* 11. *De morbis oculorum & palpebrarum.*

SECTIO TERTIA.

De Empyemate.

EMπύημα (à πύον pus, & πύθω putrefactio) *i. e.* ſuppuratio, eſt puris in thoracis capacitatem collectio, in cujus illuvie pulmo totus mergitur, eo autem confluxit, vel ex angina, vel peripneumonia, vel quod frequentius contingit ex pleuritide. His enim non bene tuſſi expurgatis, abſceſſus exoritur, è quo tandem rupto, pus ſæpe univerſum in thoracis capacitatem influit.

SVBSECTIO PRIMA.

Pro Empyemate ob deſtillationem à capite.

AD intercipiendam & ſiccandam deſtillationem Sacch. roſat. antiquum cum bolo armena, tùm theriacam aut recentem, aut ſaltem cum conſerva viol. exhibitam hora ſomni ſummis laudibus extollo, capiti etiam Emplaſtrum de betonica cum portione cerati ſacri, vel ceratum *Montagnanæ* applicitum maximè commendo, pro expurganda deinde materia in thorace contenta, exhibeatur lohoc de pulmone vulpis, vel de caulibus, cum pulvere pulmonis vulpis. Verùm & per vias urinæ; expurgantia propono, in quem finem terebinthinam cum pulvere rubiæ tinctorum omnibus præfero, jus quoque paretur cum rad. aperientibus, capill. vener. adiantho, ſeminibus melonum, adjecto ſyrup. de liquirit. capill. ven. his omnibus non ſufficientibus diſſipanda eſt materia jure galli non valde antiqui, in cujus ventre china ſit incocta, cui ſi expectorantia diuretica & purgantia immiſceantur, medicamentum parabitur plurimi uſus. Si hæc non conferrent, & Chirurgus peritus audaxque multum in promptu ſit, ad uſtionem thoracis tantoperè ab *Hippocrate* celebratam devenire non hæſitarem, *Jul. Cæſar Claurinus, conſult.* 82.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Empyemate ex pleuriſi.

CUm ſuſpicio eſſet futuræ ſuppurationis, ad illam promovendam, emplaſtrum præceptoris mei *Faventini* ad maturationem faciens, ut loco affecto apponerent, conſulvi, quod ex foliis malvæ cum rad. viol. rad. altheæ, lilior. alb. & enul. camp. flor. chamæm. melil. conſtabat, bullitis ac colatis & adjectis farina fœnugræc. frumenti, & in fine exiguo fermenti, pingued. porci; butyro & oleo communi ad impinguandum emplaſtrum. Uſus eſt etiam intus decocto ficuum, uvarum paſſ. liquirit. rad. malv. alth. ſacchar. adjecto. Aliis item commodis remediis per quatuor decim dies dein aliquot diebus interjectis, dolor cœpit ſedari, & eroſa membrana ac perrupta ſanies non admodum multa in pectus collecta eſt. Tandem ne in tabem tranſiret, conſulvi ſtatim ab eruptione, ut ter quaterve in die, aquam hederæ terreſtris (poſt decocta hordei mel. roſac. ſyrup. viol. infuſ. roſ. & alia eclegmata pectus repurgantia) ad ℥iv. pro vice ſumeret, id enim juxta *Benedictum Faventinum* præceptorem meum, diſruptum apoſtema pleuriticum è ſanie repurgat, ne ex empyemate in tabem æger incidat. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 40. *lib.* 16. *De pectoris & pulmonis morbis.*

Senem curavi qui ex pleuritide empyema eſt paſſus, febre aſſidua, tuſſi ſicca, ſputo ſaniei copioſæ, difficultate ſpirandi laborabat, & tabidus prorſus factus erat. Medicis jam deploratus videbatur, & mirum erat, ex quo loco tanta puris copia emanabat, nam quotidie libras duas excernebat. Huic præter alia quamplurima auxilia, lactis aſinini potus per tres menſes exhibitus miro fuit auxilio, hujus enim ope, puris copia omnino eſt imminuta, refectum corpus, febricula evanuit, tuſſis nulla. *Zacutus Luſitanus, obſerv.* 119. *lib.* 1. *Prax. admirand.*

Apud nos Iuvenis quidam à me fuit liberatus, qui per annum pus in thorace collectum poſt pleureſin geſtavit, & quaſi abſumptus erat, uſtus fuit, & per vulnus purgatum pus. Multos hoc modo curavi, quorum nomina ſupprimo. *Guil. Rondeletius prax. Med. cap.* 15 *lib.* 2.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Empyemate.

PUer quidam quinque annorum febre continua laborabat, per duos ferè menſes perſeverante, cum tuſſi frequenti ac moleſta, ita ut ad tabem vergere crederetur. Tandem vocatis in conſilium medicis, relatum fuit illum conqueri de dolore lateris ſiniſtri, præcipuè cum manu contrectaretur, tum etiam relatum fuit, illum in febris principio perſenſiſſe aliquem dolorem in illo latere, qui tamen intra paucos dies delituerat, idcirco pleuriticus non fuit judicatus à medico ordinario. Suſpicio fuit Empyema aliquod ibi latere, atque ut res clarior evaderet, decretum fuit, admovendum eſſe per aliquot dies Cataplaſma emolliens & attrahens, quo per triduum admoto, apparuit elevatio quædam in parte, & in ea fluctuatio ſubobſcura percipiebatur, convocato iterum conſilio, de Empyemate nemo amplius dubitavit. Apertione facta pus copioſum effluxit, ejuſque vacuatio per duos menſes continuata eſt, donec tota materia evacuata, æger tandem priſtinæ ſanitati reſtitutus fuerit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 75. *cent.* 2.

Si aperto thorace pus debitè non fluat, ſequenti emplaſtro eliciendum eſt, quod ex omnibus abſceſſibus potentiſſimè pus attrahit, & foras educit.

℞. Reſinæ pini rec. claræ & odoratæ ℔ ß. ol. laurin. & terebinth. au. ℥i. gummi elemi, ℥ii. primò reſina & gummi in igne liquentur, donec ſimul miſceantur, poſtea adde terebinthinam & oleum, omniaque ſimulque bulliant tantillùm, & per linteum craſſius tranſcolentur. Maſſæ iſtius portio extendatur ſuper alutam, & fiat emplaſtrum, quod mutetur ſemel. tantum in die hyemis tempore, bis autem in die in æſtate. Perforetur in medio duabus aut tribus inciſuris oblongis, ut pus attractum effluat. Dum pus aperto thorace per intervalla educitur, utatur æger bis in die potione hac vulneraria, quæ ſanguinem expurget, ulcera detergat, & putredinem inhibeat.

℞. Sa-

℔. Sanicul. bugulæ, ſcabioſ. beton. hyperic. tard. ben. piloſell. pimpinell. vinc. per vinc. agrimon. plantag. an. M. i. ſem. hyperic. card. bened. an. ℥ß. flor. cordial. an. p. i. coq. in hydromel. ad ℔iß. cujus capiat ℥vi. ſingulis diebus. Hoc eodem decocto poterunt fieri injectiones in thoracis cavum. *Lazarus Riverius*, *Prax. Med. lib. 7. cap. 4.*

Servus quidam ex curru decidit læſus eſt thoracе, præſertim dextra in parte. Dolores remediis non ceſſant, cogitabant de ſectione inter quintam & ſextam coſtam. Diviſæ ſunt ſententiæ, tandem vicit pars minor, & periclitandi occaſionem captans ex deſperatis penè rebus, applicatum cauterium, fluxit per dies plus minus viginti aut viginti quinque materia ſanioſa ferè ad pintas 15. ut retulerunt Chirurgi convaluit. *Guill. Ballonius*, *lib. 2. Eodem.*

Cum ſummus *Hippocrates* paſſim hoc remedium uſurpet nunquid ſatius eſt aliquo remedio cruento & ancipiti certam mortem (ſi aliter facias, & id remedii genus omittas) redimere? Humanum eſt, & officii plenum aliqua ratione miſerorum ægrorum dolores levare, atque id magis ſi cum aliqua ſalutis ſpe. *Guill. Ballonius*, *conſil. 6. lib. 2.*

Enatum ex pleuritide Empyema, cùm alia non profuiſſent, frequenti potione ex ſyrupo altheæ, oxymel te ſaccharino & manna, cum oleo amygd. d. rec. & aq. ſcabioſ. feliciter curatum *Romæ* accepimus a *Matthia Baccono* Anglo, pure nimirum alvo proclivius quam ore expurgato. *Greg. Hieronymus Velſchius*, *obſerv. 29.*

SUBSECTIO QUARTA.

De Empyematis expurgatione.

CLariſſimus *Baubinus* noviter ad me ſcripſit ſe peculiarem & inſignem ramum ad cordis ventriculi ſiniſtri oſtium ex arteria venoſa propagatum obſervaſſe; qui ſupra pulmonem ſiniſtrum elatus, ac mox reflexus, arteriæ magnæ truncum deſcendentem comitatus, & in eum ſub diaphragmate implantatus ſit: per quem vomicam pulmonum & per urinas & per alvum evacuari poſſe minimè dubitat, in iis ſcilicet, qui ſani evadunt; at in iis qui moriuntur, poſſe purulentam materiam, etiam corde mediante, ad vias urinarias promoveri non negat. *Gregorius Horſtius*, *obſervat. 11. lib. 3. De morbis pectoris.*

SECTIO QUARTA.

De Epilepſia.

INter Symptomata terrifica quibus non ſolum ægri, verum etiam ij, qui præſto adſunt, exterrentur, præcipuum obtinet locum id quod è ſubito caſu & totius corporis correptione nomen habet, & Epilepſia dicitur; nimirum ab ἐπιλαμβάνειν, *i. e.* corripiendo, deducto vocabulo. Eſt vero totius corporis præternaturalis concuſſio & motus convulſivus cum mentis, & ſenſuum omnium ob læſione. Hoc infauſto morbo qui corripitur, ſubito concidit; nec audit, nec videt, nec expeditus præteritorum recordatur, concuſſione ex ore ſpumæ moventur, & ſolutis muſculis interdum vel urina, vel ſtercus, vel genitura præter voluntatem exit. Hæc abſolutæ & fortis Epilepſiæ ſigna ſunt, plerumque levior exiſtit, cujus non tam expreſſa ſunt ſymptomata. Cauſa hujus affectus proxima eſt humor aut vapor ſpecifica & occulta vi cerebro infenſus, ejuſque membranas nervoſumque genus crudeliter vellicans, eo verò feriente, cerebro rurſus contra pugnante, quaſi colluctatione quadam & dimicatione fit Epilepſia. Hæc autem materia modo, in ipſo cerebro, modo in ventriculo, nonnunquam & in aliis diſtantioribus locis deliteſcit? è quibus furtim per cæcos ductus in cerebrum prorepit. Antecedentes cauſæ ſunt omnia illa quæ ſpecificam hanc cerebroque adverſam materiam apta nata ſunt ſuppeditare; ut ſunt ſucci quicunque in corpore vitioſi, cranii caries, ſecundina corrupta & vermes. Ad Epilepticam etiam diſpoſitionem facit hæreditas, & in eclipſi lunari nativitas. Pro catarcticæ ſeu externæ cauſæ ſunt cibi excrementitii, & facilè corruptibiles, fructuum horariorum crudorum, & lactis nimia ingurgitatio, carnes hædorum, hepar hircinum, coturnices, paſſeres, anguillæ; iſti enim cibi à proprietate Epilepſiam excitare creduntur: qui-

quibus annumerandum venit apium; huc referuntur etiam radii lunæ, olfactus rerum fœtidarum, ut bituminis, picis, cornuum, sulphuris, corii caprilli, allii, apii, & gagatis, cujus suffitu antiqui servos emendos, an essent epileptici explorabant terror item ex tonitru, tubarum clangore, bombardarum fragore, aut occurrente re aliqua improvisa & terribili, &c. Varias obtinet appellationes, vocatur enim morbus puerilis, herculeus, comitialis, lunaticus, divinus, sonticus & caducus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Epilepsia.

CAlcearius quidam annos 50. natus Epilepsia repente correptus erat, vociferabatur stertebat & spuma ad os ferebatur, & concussio totius corporis valida aderat: ad eum accitus, ne ex concussione linguam sibi amputaret, inter dentes ligneum cuneum intromittebam, ad anhelitum facilitandum, & spumam & humiditates extra mittendas ad os: forteſque deinde frictiones membrorum extremorum & ligaturas dolorosas adhibeo, ut ita ægrum miserè afflictum à paroxysmo excitarem, rutam quoque intra manus meas contritam naribus ægri applicandum, & succum quantum potui naribus infundebam, nareſque constringebam & digitis contorquebam, quibus remediis mox à paroxysmo liberatus fuit. Verùm ne postea redirer, cum hic valde pituita abundaret, & etiam ex parte succo malancholico post exhibitam hieram picram, hoc decocto utebatur.

℞. Beton hyssop. meliss. an. Mi. Salv. majoran. fol. Lauri, an. Mß. (vel loco fol. lauri ʒi. bacc. lauri.) rad. bugi. borrag. pœon. polip. q. an. ʒß. thymi, epithymi, an. ʒi. F. decoctio in aq. q. s. colat. adde squillæ, ʒi. cranii human. ʒiß. nuc. mosch. ʒi. iterum bulliant & denuo colentur hujus decocti accipiebat omni mane ʒiv. oxymel. scillit ʒiß. M. deinde & hoc decoctum descriptum est.

℞. Beton. salv. majoran. hyssop. an. Mj. flor. stœchad. anthos an. p. i. sem. pœon. æthic. an. ʒiij. rad. pœon. ʒß. fol. sem. ʒi. agar. alb. ʒi. epithymi. ʒiß. polipod. d. ʒß. sem. cartham. contus. ʒiij. uvar. pass. exacinat. ʒi. liquirit. ras. ʒß. coq. in. aq. communi pro ʒix. fortissimè expressioni adde syrup. de stœchade, oxymel. scillit. syrup. de beton. an. ʒi. M. pro tribus dosibus matutinis. Postea & has pilulas deglutivit.

℞. Pil. coch. de hiera simpl. an. ℈i. agar. troch. pil. aggregat. an ℈ß. troch. alhand. g. v. cum melle anthosato F. pilulę vii. corpore ita expurgato, quotidie ex infrascripto medicamento sumens, ad magnitudinem fabę majoris epilepticos paroxysmos, quos antea crebrius habuerat, amplius non patiebatur.

℞. Hirundin. deplumatar. & lotar. in vino & in furno exsiccat. num. v. pulverisentur subtiliter; quibus adde conserv. flor. pœon. luna decrescente paratę. conserv. flor. herb. paralys. an. ʒi. rad. pœon. collect. luna decrescente exsiccat. & pulv. ʒiij. conserv. anthos. ʒß. probe misce cum oxymel. scillit. exiguo adjecto aceto scillitico, F. s. a. opiata, sapor non arridebat: tamen sumens curatus fuit. Alium Epilepticum novi, qui corde hirundinis solo pulverisato utebatur, nostro ęgroto magis profuit hirundo cum reliquis pulverisata; cujus usu liberatus fuit. *Petrus Forestus, observ.* 23 *lib.* 10. *De Cerebri morbis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Epilepsia

PUerulus duorum mensium Epilepsia continuo affligebatur, ita ut me vocari jusserint, quę cum spectarem miserè afflictum, ex *Galeni* testamento sacculum hunc quadratum collo suspendi ut furculam stomachi nudam attingeret.

℞. Rad. pœon. virid. ʒß. sem. pœon. maris nempe nigri ʒiß. radice concisa, & semine contuso, hęc in sacculum concludebam, bombace interjecta & Syndone copertum & inter sutum, ad collum cum filo sericeo rubro suspendi mandavi, ut ventriculi os attingat; & ut ibidem suspensum ad aliquos dies permaneret, hoc suspensorio miraculi instar, paroxysmi cessarunt, neque amplius reversi sunt, eodem re-

me-

medio eoque solo plurimi alii convaluere, ante hoc tempus & postea in aliis hujus suspensorii maximam esse vim & præclaram experti sumus *Petrus Forestus*, *observat.* 59. *lib.* 10.

Puer trium annorum cùm Epilepsia corriperetur, simul vermes mortuos cum excrementis subinde ejiciebat. Existimavi, quod ex tetris vermium fumis in cerebrum delatis hic Epilepsiam incurrerit, quare cum eidem pulverem sequentem cum aquis destillatis dedissem, optimè deinde habuit.

℞. Sem. contra vermes, pulv. rad. pœon. sagar. troch. an. ℈ß. diamosch. dulc. ℈i. syrup. acetos. simpl. ʒß. aq. absinth. melissæ, an. ʒi. M. Dedi illico in intervallis paroxismorum, & jussi ut continuò sumeret parum sem. zedoar. saccharo incrustati, iisque sumptis hic statim melius habere cœpit; & ejectis vermibus ab Epilepsia liberatus est. *Petrus Forestus*, *observ.* 55. *lib.* 10.

Pro Epilepsia in puero duodecim annorum. Præmissis universalibus commendare oleo sequens Electuarium solidum.

℞. Coagul. leporis ʒij. sem. pœon. maris ʒß. visci q. ʒv. sang. mustel. præp. ʒiß sem. anis. cinnamom. caryophyll. an. ℈iß. corall. rub. ℈i. cranii humani anterioris partis desicti, ʒvi. pulverisatis omnibus cum saccharo fino in aqua pœoniæ dissoluto q. tabellæ ponderis ʒiij. capiat unam pro dice tribus horis ante prandium. Mustelæ sanguis hoc modo præparatur.

Mustella decollata totus sanguis asservatur in vase vitreo, mox ubi concreverit, dividitur in partes minutas, & umbræ æstivo tempore expositus, siccari finitur. Mustelæ sanguis præstantissimus censetur pro Epilepsia sananda; imò hoc certissimè tibi dicere possum: vidisse me sanatum epilepticum 25. annorum solo hujus sanguinis usu, potati scilicet statim atque è venis exiit ad ʒii. cum ʒi. aceti. Curato diligenter ut copiam habeas testiculorum apri, aut saltem verris, i. e. suis domesticæ venere utentis, ac simul testiculorum galli, & siccabis illos in furno: mox in pulverem tenuissimum rediges. Sint pulveris apri ʒij. galli ʒi. Deinde addito duplum saccari fini. De hoc pulvere continuo sumat puer tuus in omnibus ferculis; nam experieris Pharmacum absolutissimum. Refere at mihi *Ludovicus* pater solitum sese dare ʒiij. hujus pulveris cum aq. betonic. decem continuis diebus sine saccharo, & sanasse mulierem, quę passa fuit Epilepsia annis octo, præcipiebatque ut omnino mense integro abstineret à potu vini. Nunc tibi communico aquam verè pręstantem pro hoc morbo aut omnino propulsando, aut certè magna ex parte mitigando.

℞. Flor. lavend. Mviii. flor. lil. convall. Miii. macerentur 6. diebus in ℔xxv. vin. flavescentis ac generosi, mox distillentur in M. B. lento igne sine fumo, tum verò postea aq. destillat. addito spec. diamosch. d. ℈ß. visci q. ʒi. sang. mustell. præpar. ʒvi. rut. sicc. Mj. cubeb. & sem. citri an. ʒiij. macerentur hæc quatriduo: ac quod destillaverit; postea usui reservetur. Exhibeatur hujus aquæ, ʒß. ex cochlearı mane post electuarium solidum superius descriptum antequam invadat Epilepticus insolutus, detur ʒß. hujus aq. cum ʒiij. juris pullæ, in quo decocta sit radix pœon. & semina. Equidem accessionem si non removet, saltem retardat. observes tempus invasionis, & antea quam invadat, diebus quatuor aut quinque, aquam exhibeas ante cibum horis tribus. Cum verò noveris jam proximè instare accessionem, eandem propinabis; nam aut non revertetur accessio, aut certè quotidie magis breviorem faciet. Hæc medicamenta apud me potiora sunt. *Horatius Augenus*. *Tom.* 2. *Epist. & Consult. lib.* 8. *Epist.* 2.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Epilepsia.

INter alia commendavi hunc pulverem cum jure pulli ad ʒi. sæpe in aurora sumendum.

℞. Sem. pœon. pulv. cranii human. an. ʒiij. cariophyll. nuc. mosch. sem. Citri an. ʒi. M. F. pulvis usui servandus. *Forestus*, *obs.* 61. *lib.* 10.

Juvenis quidam Epileticus postquam bene purgatus esset, nostro jussu continuò comedebat radices pœoniæ virides per longum scissas & in sartagine frictas, quæ valde

de profuere: ut & etiam alteri puellæ, quæ ab illarum esu ab epilepsia admodum gravi curata fuit.

Empiricus quidam post universalia remedia, nucham candela cerea incensa cauterii instar inurebat, & radices pœoniæ in patella cum butyro frictas continuò comedendas dabat: & ita juniores & magis adultos magna cum admiratione curabat. *Petrus Forestus Schol. obs. 61. lib. 10.*

Præmisso lenitivo, venæsectione, & Julepis alterantibus, utatur hac medicina.

℞. Conf. Hamec. ʒß. troch. alhand. gr. x. Syrup. ros. fol. ʒii. M. F. potio detur in aurora.

Pro purgatione peculiariter in mense sumat una hora ante cœnam pilulas è sequenti pasta.

℞. Rheiel. ʒii. Cariophyll. Cinamom. an. ℈ii. Aloes ʒß. agar. opt. ʒiii. sem. pœon. ʒiß. M. cum melle ros. F. madaleon de quo sumat. ʒi. singulis vicibus accipiat etiam interdum una hora ante cibum myrobalan. chebulum unum conditum. *Joh. Baptista Montanus, consil.* 37.

Ego summopere laudarem cauteria in brachiis, imò hoc est familiare remedium, & vidi anno præterito Nobilem senem qui solo cauterio sanatus est. Laudatur pœonia ob singularem quandam occultam vim. Ego tamen sæpe eam exhibui; sed semper coactus sum ad alia remedia devenire, nec unquam ita efficacem expertus sum, detur tamen cum non possit obesse *Joh. Baptista. Montanus, consil.* 50.

Post purgationes universales, mandavi ut uteretur decocto guaiaci, in unaquaque libra addendo ʒß. rad. pœon. adjecto etiam Hyssopo, & oxymel. Scillit. ʒiß. ad dies 40. hoc enim modo, multi curati sunt. *Petrus Forestus, observ.* 58. *lib.* 10.

Setone ad cervicem adhibito, *Hollerii* Medici undequaque doctissimi decreto, Adolescentem quendam 20. annos natum morbo caduco, cujus insultibus ante crebrò prehendebatur, liberavi: derivatis, ut credere par est illa arte ichoribus mali fomitibus. *Ambrosius Paræus, lib.* 10. *cap.* 25.

Puer quidam singulis 15. diebus Epilepticus concidebat. Per affectum capitis hoc fieri Medicorum præstantissimi *Frisimelica, Montanus, Odus* & *Francanzanus*, existimarunt. Sed quò plura pharmaca exhibuerunt, cò affectus magis crevit, ita ut in 24. horis paroxismos haberet plures centum & quinquaginta, leves tamen, quia parva commotio capitis cum bulla circa frœna labiorum aderat, unde tandem cognoverunt morbum esse, non per affectum capitis, sed per consensum à ventriculo, quare cum illum pharmacis exagitare desisterent, & roborarent; puer egregie convaluit. *Victor Trincavellius, consil.* 25. *lib.* 1.

Paretur potio ex cerasis nigris maturis, accipiendo libras ducentas horum cerasorum, contundantur cum ossibus, deinde affundantur libræ centum aquæ fontis, in qua infundantur, per diem naturalem ℔.ii. ligni buxi incisi, & ligni arboris tiliæ; nec non libra semis radic. pœon. & tantundem radic. Lilior Convallium factaque infusione per diem naturalem in aqua calida, & ebullitione ad tertiam partem, aqua prædicta calida colata affundantur cerasis contusis, & fiat Ebullitio ad duos dies, postea coletur, & succus seu vinum recondatur in dololio, impositis iisdem lignis, quæ subsidebunt, & succus clarescet in usum continuum prandii & cœnæ. *Benedictus Sylvaticus, observ.* 46. *cent.* 1.

Facta universalis totius, & particularis capitis expiatione laudo aquam stillatitiam hunc in modum paratam.

℞. Sex paria Hirundinum, & totidem picarum lanugine tectarum radicum pœonis una decrescente sub signo leonis collectarum, ligni visci quercini, buxi rasspati, an. ʒiij. Saffaphras incisi. ʒi. flor. Lilior convallium, flor. Hyperici, tiliæ arboris, primulæ veris, rorismarini an. pij. incidantur pulli cum visceribus, & lanugine; contundantur radices, & imponantur in vase vitreo, affundendo succi Cerasorum nigrorum de ruta capraria, acetosæ, limonum, aceti scyllitici. an. ʒiv. vini albi generosi ℔ij. macerentur triduum in Bal. M. additis floribus præscriptis in maceratione, factaque forti expressione, & colatura, destillentur & servetur aqua; cujus dosis singulis matutinis erit ad ʒiij. cum tribus guttis ol. Buxi, & spiritus Salis Præmisso bolo in hunc modum parato.

℞. Terebinth. cipriæ lotæ in aq. Lavendul.

dul. castor. an. ℥iß. sem. pœon. pulv. cardamom. cranii human. an. ℥iß. ungul. alcis pulver. ℈ij. cum oxymel. Scyllit. F. boli x. quorum singulis diebus sumat duos, & superbibat, aquam suprascriptam. *Benedictus Sylvaticus, observ. 47. cent. 1.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Epilepsia.

PEr aliquot annos autumno & vere purgetur hoc modo.

℞. Flor. Cassiæ ℥x. spec. hier. ℥ij. cum Saccharo F. bolus, sumendus tribus ante prandium horis. Item.

℞. Oxymell. Scilit. Syrup. de beton. an. ℥i. aq. pœon. ℥iii. M. pro uno julepo & sic pro aliis septem. Post ultimum Syrupum die immediatè sequenti accipiat infrascriptam medicinam manè cum custodia.

℞. Confect. hamec. ℥iii. cortic. rad. hellebor. nigr. ℈i. Syrup. rosat. solut. ℥iii. cum aq. pœon. F. potio, & hæc pro evacuationibus tam autumni quam veris.

Mediis temporibus utatur ter vel quater in mense pilulis suprascriptis consil. 37. item utatur frequentissimè hoc electuario, bis aut ter in septimana; ad cochlearia duo tribus horis ante prandium.

℞. Oxymel. Scillit. ℥ii. mithrid. opt. ℥i. succirad. pœon. rec. ℥iii. sem. pœon. sem. citri an. ℥ii. pulv. Cranii hum. ℥iiß. Sacch. ros. ℥ß. M. Cum iulepo rosato F. lambitivum item quandoque ubi Electuarium fastidierit sumat ℥i. infrascripti pulveris in brodio pulli circa aurora.

℞. Sem. pœon. pulveris humani cranii. an. ℥iii. Cariophyll. nucis mosc. sem. Citri an. ℥i. M. F. pulvis ad usum. Duo cauteria in cruribus continuò teneat aperta. *Joh. Baptista Montanus, consil. 41.*

Ut præservetur puer ab Epilepsia quæ imminere videtur, abstineat omnino à vino, bibat aquam decoctam cum cinnamomo, tormentilla, & pœonia, utatur frequentissimè Agarico, & faciat hoc sibi familiare, ut evacuetur caput, sit dosis pro vice ℥ß. *Job. Baptista Montanus, consi. 46.*

Mirabilia scripsit *Galenus* de pœonia & maximè experimentaliter cum dixit, quod volens experiri iuvamentum ejus, suspendit eam collo patientis, & nunquam evenit ei paroxysmus; cum autem eam deposuit, reversus est paroxysmus. Et ego iterum depono me hanc experientiam oculo meo sæpe vidisse.

Hoc Electuarium quod sequitur in usum vocetur; cujus experientiam, apud Deum testor, millies me vidisse sanavisse homines ab Epilepsia, & inter alios socium domini Archangeli, qui paroxysmis Epilepticis decies in die vexabatur.

℞. Pyrethr. stœchad. costi an. ℥x. agar. ℥v. sem. carvi, anethi, assæ fœtidi. aristol. rot. an. ℥iiß. succi squill. mell. el. an. ℔i. & ℥ii. coq. simul Scylla & mel lento igne usque ad bonam viscositatem, deinde superadditis speciebus F. Electuarium, cujus dosis sit omni mane ℥iii. & tardetur post ipsum cibus ad minus 4. horis *Barthol. Montagnana, consil. 43.*

SVBSECTIO QUINTA.

Pro Epilepsia.

℞. HErb. paralys. *i. e.* primulæ veris quantumvis, minutim concidatur, Cariophyll. rad. pœon. & pyrethr. an. pt. æq. cum melle F. Electuarium, de quo sumat quotidie cochlear i. vel alterum: hoc Electuario testatur *Nicolaus Florentinus* se liberasse ab Epilepsia virum quadragenarium, hic pulvis etiam optimus est.

℞. Rasp. Cranii human. ℥i. rasp. vngul. alcis, C. C. an. ℥ii. visci querc. rad. & sem. pœon. rad. tormentill. sem. dictamn. alb. an ℥iß. corall. utriusque præp. rasp. Ebor margarit. præp. an. ℥i. fol. auri, num. xxx. Sacch. opt. ℥ii. M. terantur omnia in mortario marmoreo, ut F. pulvis Epilepticus, detur ad ℈ß. cum aqua Lilior. convall. vel cardui sancti, in accessione apponatur. naribus succus rutæ agrestis, qui præ cæteris mirificè excitat Epilepticos; injiciatur in nares imo per os assumptus solet ab Epilepsia preservare, quando nec sic cedit accessio abraso capiti applicetur vesicatorium.

Ad excitandos in accessione epilepticos, accipiatur succi rutæ ℥ß. castor. ℥i. M. intromittatur intra nares. *Rodericus à Fonseca. Tom. 2. consult. 80.*

Lau-

Laudatur oleum buxi, cujus gutt. iii. in conserva pœon. dantur jejuno stomacho & in ipsa quoque accessione cum aqua florum tiliæ exhibetur. Mirabile est hoc oleum, quia narcoticum est, narcotica sensum stupefaciendo solent prohibere accessionem, ita exhibetur in accessione.

℞. Aq. pœon. ℥iii. ol. buxi gutt. x. M. dato. Potest etiam exhiberi ante accessionem & præcavebitur. Est hoc oleum idem cum oleo ligni heraclei, quo *Martinus Rulandus* ad miraculum usque curabat hunc morbum, & etiam dolorem dentium. Habes secretum pretiosum & maximum ad Epilepsiam & dolorem dentium à me expiscatum cum magno labore, hoc idem remedium convenit etiam in vertigine. *Rodericus à Fonseca. Tom.* 1. *consult.* 15.

Post purgationem præcipuè commendo, ut ipsi infirmo inscio, pulvis ossium humanorum ℥i. ponderis in aq. pœon. manè frequenter exhibeatur. In abstinentia vini diu persistat, & si factu illi facile erit, semel aut bis in mense, semperque post novilunium & plenilunium à cœna vomat. *Hieron. Mercurial. Consult.* 72. *Tom.* 1.

Illud pro Colophone addam, eam esse morbi comitialis vim, ut quanto plus Medicinis tractetur, eo acerbior fieri videatur, ac propterea præter assiduam temperatę vitæ rationem aliorum remediorum usum aut nullum, aut parcum esse debere. *Hier. Mercurialis. Consult.* 92. *Tom.* 3.

Muri domestico vivo detrahatur cutis, & capite, cauda, pedibus, & intestinis abjectis, truncus reliquus in lamina ferea exuratur, & redigatur in pulverem, cujus pauxillum quotidie detur ex aq. flor. tiliæ. *Hier. Reusnerus, observ.* 152.

Mulier quædam 20. annos nata, integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis, non quidem vehementibus, sed à septima matutina in horam nonam vespertinam durantibus, cum spuma oris, sine loquela, sensuumque manifesto usus, præscripsi ipsi hasce pilulas unica pro vice.

℞. Castor. salis artem. is. an. gr. iv. resin. Jalap. gr. vi. Aloes succotrin. g. ix. ol. majoran. gutt. ii. M. F. pil. num. 5. deaurentur. Pro voto illis purgata, usa est bis quotidie hausculo sequenti.

℞. Sapon. *Hispanici* albiss. ℥ß. coq. ex lacte vaccino, & colat. ℥iii. dentur usui, miratu dignum erat hoc remedio assumpto paroxysmum in dies gradatim, deque hora in horam ita iviisse imminutum, ut trigesimo die plenissimè curata exiverit, manseritque restituta. *Paulus Barbette, Praxeos, lib.* 1. *cap.* 1.

Iuvenem quendam Epilepticum hoc solo condito purgante curavi, sed non ante septimum mensem.

℞. Elect. è succo ros. ℥i. pulv. Ialap. ℥i. spirit. salis rectific. ℈i. ol. rorismar. gr. viii. M. F. conditum molle, de quo sumat nucis mosch. magnitudinem ter in hebdomada, loco spiritus salis poterit substitui Spiritus salis armoniaci, aliusve salis volatilis oleosi; vel ex hisce duobus mixtis & binis terniisve cohobationibus junctis destillati spiritus ℈i.

Pilulæ sequentes in Epilepsia conveniunt.

℞. Extract. rhei, Aloes lucid. resin. Ialap. an. gr. vi. salis succini, gr. iii. olei Lavendul. gr. ii. M. F. pilulæ iv. deaurentur pro una dosi. *Paulus Barbette. Prax. lib.* 1. *cap.* 2.

Commendantur hic Spiritus C. Cervi, salis dulcis, ut & nitri dulcis, ast omnibus ferè antecellunt salis armoniaci flores albi, rubri, flavi, vel ejusdem salis spiritus, qui non tantum pituitam incidit, verùm etiam acido austerum corrigit, estque valde volatilis ac penetrantissimus; quo ipsi melancholici redduntur hilares, quod quidem centies observavimus: atque non tantum puerorum, ast quoque adultorum Epilepsias varias hujus beneficio, iusto vehiculo mixti, annuente divino numine curavimus.

Ad Epilepticum quendam vocatus inter alia remedia, quibus tandem annuente Deo opt. max. curatus est, hunc iulepum præscripsi.

℞. Aq. beton. flor. tiliæ. an. ℥ii. aq. fœnic. vitæ Matthiol. antepilept. Langii an. ℥i. Spirit. Salis armoniac. ℥ß. tinctur. castor. gutt. x. flor. hyperici ℥i. Laudan. opiat. gr. iv. ol. Succini gr. v. Syrup. stœchad. ℥i. M. cujus singulis diebus ad minimum cochlear unum atque alterum quater assumebat. *Federicus Dechers: Notis ad Prax. Barbettianæ, lib.* 1 *cap.* 1.

In-

nfantes plures motibus convulſivis Epile-
pticis afflictos ſequenti mixtura cochlea-
im uſurpata ſanavimus,

℞. Aq. flor. tiliæ fœnic. an. ℥i. Syrup.
Stœchad. diacod. an. ℥ß. Spirit. ſal. armo-
niac. ℈ß. M. *Idem ibidem.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Epilepſia.

CIvis cujuſdam Lavingani filia decem annos nata, per tres menſes quo-
idie incurrebat in Epileptica Symptoma-
ta, rogatus ego à puellæ matre, gravi,
ſævo, & longo huic morbo curationem
talem adhibeo.

Purgato rectè capite propinabam per 5. dies manè jejuno ſtomaco & in ipſa acce-
ſſione tres guttas olei ligni heraclei: cujus uſum mox cum omnium admiratione. Deique laude omnino liberatur à Chro-
nico & quotidiano malo: quod jam an-
nis multis amplius non rediit. Laus ſo-
li Deo & gloriæ; qui contra morbum comi-
tialem peculiarem & occultam huic oleo
vim & facultatem indidit. *Martinus Ru-
landus, curat. 6. cent. 2.*

Puer quidam Lavinganus 7. annorum torquebatur graviter Epilepſia dies noctes-
que, ſed ex hac ægritudine ſanus factus
eſt iſto remedio.

℞. Olei ligni heraclei, gr. VII. has meo conſilio ante & an. paroxyſmo exhibuerunt per 7. dies, atque efficacia ejus Epilepticus paroxyſmus poſt modum non viſus eſt am-
plius, ſed liber ab hoc malo & incolumis
eſt per manſit. *Martinus Rulandus, curat. 36. cent.* 10.

Conſul quidam quinquagenarius gravi Epilepſia coreptus erat, in ipſo paro-
xyſmo dedi 13. guttas antepileptici no-
tri: quo adſtantibus omnibus obſtupeſ-
centibus, confeſtim quievit, ad ſe rediit, & convaluit: convaleſcunt & ſanantur per idem oleum etiam inumeri alij ex hoc horribili morbo. *Martinus Rulandus, cu-
rat. 32. cent.* 10.

Vir quidam triginta annorum levem paſ-
ſus Epilepſiam, à nobis curatus fuit fœli-
citer & integre hac ratione.

℞. Pulver. Sen. Laxativ. ℥iß. vini ℥ v. commixta ſtabant per noctem; manè ex-
hauriebat, multaque ac varia excernebat. Pulvis hic Senæ laxativus, non eſt pulvis Senæ Montagnanæ qui paſſim in officinis proſtat, ſed eſt pulvis ſenæ laxativus *Joh. Wiceri*, cujus deſcriptio hæc eſt.

℞. Fol. Sen. tartar. alb. an. ℥i. ſem. ani-
ſi, Caryoph. cinamom. galang. an. ℥i. dia-
gridi. ℥ii. F. omnium pulvis ſubtiliſſ. S. A. doſis eſt à ℈ß. ad ℥iß. in ſubſtantia ad ſum-
mum cum convenienti liquore. Doſis in in-
fuſione eſt ad ℥ß. educit per infra bilem tam flavam quàm atram, & pituitam, atque inde natos morbos curat fœliciter: quare in officinis parari ſuadeo, cum uſus ipſius ſit maximus & ſalutaris & tutiſſimus in omni morbo, ut ſum perdiu expertus. *Martinus Rulandus, cur. 3. cent.* 10.

Mulier quædam epileptica me conſulto & maximè Deo implorato ad ſanitatem reducta eſt hac via.

℞. Aq. flor. tiliæ, ℥vi. trochiſc. alhand. ℥ß. M. F. infuſio S. A. pro duabus vicibus colandis ac per duos continuos dies biben-
dis, poſt bonam per alvum factam purga-
tionem, ſeptem dies in lecto ſudavit, ca-
piendo de hyſſopi decocto calente ℥vi. his ita peractis, liberata ex toto fuit. *Marti-
nus Rulandus, curat. 66. cent.* 10.

Mulier quædam ſexagenaria ſexies facta eſt epileptica, hæc à me per Dei gra-
tiam adjuta ac ſanata eſt ſequenti ſolo, facilique remedio.

Vino ſublimato impoſuit, meo iuſſu, hyſſopum, de quo manè & noctu cubitum abitura bibit tria cochlearia, vel ad ℥ij. hoc cum ſingulis diebus per ſeptimanam feciſ-
ſet, convulſio hæc ex toto intermiſit, & nunquam reverſa eſt. *Martinus Rulandus, curat. 95. cent.* 10.

Erat qui Epilepticos multos etiam Pro-
vecta ætate, & qui diu laboraverat, poſt purgationes, hoc pulvere percuraret.

℞. Cryſtall. præpar. ℥i. corall. rub. ℈ij. Margarit. or. ſmaragd. an. pr. ℥ß. M. F. pulvis, cujus pars dimidia eſt una doſis ex aqua taraxaci.

Alius Empiricus hoc fœliciter utebatur, in acervis formicarum reperitur aliquid ſi-
mile thuri, quod pulveriſatum dabat. Epilepticis ex aqua pœon. vel florum tiliæ. *Hieronymus Reuſnerus, obſerv.* 15.

℞. Cor-

Laudatur oleum buxi, cujus gutt. iii. in conserva pœon. dantur jejuno stomacho & in ipsa quoque accessione cum aqua florum tiliæ exhibetur. Mirabile est hoc oleum, quia narcoticum est, narcotica sensum stupefaciendo solent prohibere accessionem, ita exhibetur in accessione.

℞. Aq. pœon. ℥iii. ol. buxi gutt. x. M. dato. Potest etiam exhiberi ante accessionem & præcavebitur. Est hoc oleum idem cum oleo ligni heraclei, quo *Martinus Rulandus* ad miraculum usque curabat hunc morbum, & etiam dolorem dentium. Habes secretum pretiosum & maximum ad Epilepsiam & dolorem dentium à me expiscatum cum magno labore, hoc idem remedium convenit etiam in vertigine. *Rodericus à Fonseca. Tom.* 1. *consult.* 15.

Post purgationem præcipuè commendo, ut ipsi infirmo inscio, pulvis ossium humanorum ℥i. ponderis in aq. pœon. manè frequenter exhibeatur. In abstinentia vini diu persistat, & si factu illi facile erit, semel aut bis in mense, semperque post noviluniun & pleniluniun à cœna vomat. *Hieron. Mercurial. Consult.* 72. *Tom.* 1.

Illud pro Colophone addam, eam esse morbi comitialis vim, ut quanto plus Medicinis tractetur, eo acerbior fieri videatur, ac propterea præter assiduam temperatę vitæ rationem aliorum remediorum usum aut nullum, aut parcum esse debere. *Hier. Mercurialis. Consult.* 92. *Tom.* 3.

Muri domestico vivo detrahatur cutis, & capite, cauda, pedibus, & intestinis abjectis, truncus reliquus in lamina ferea exuratur, & redigatur in pulverem, cujus pauxillum quotidie detur ex aq. flor. tiliæ. *Hier. Reusnerus, observ.* 152.

Mulier quædam 20. annos nata, integrum per annum laboraverat motibus Epilepticis, non quidem vehementibus, sed à septima matutina in horam nonam vespertinam durantibus, cum spuma oris, sine loquela, sensuumque manifesto usus, præscripsi ipsi hasce pilulas unica pro vice.

℞. Castor. salis artem. is. an. gr. iv. resin. Jalap. gr. vi. Aloes succotrin. g. ix. ol. majoran. gutt. ii. M. F. pil. num. 5. deaurentur. Pro voto illis purgata, usa est bis quotidie hausculo sequenti.

℞. Sapon. *Hispanici* albiss. ℥ß. coq. ex lacte vaccino, & colat. ℥iii. dentur usui, miratu dignum erat hoc remedio assumpto paroxysmum in dies gradatim, deque hora in horam ita iviſſe imminutum, ut trigesimo die plenissimè curata exiverit, manserìtque restituta. *Paulus Barbette, Praxeos, lib.* 1. *cap.* 1.

Iuvenem quendam Epilepticum hoc solo condito purgante curavi, sed non ante septimum mensem.

℞. Elect. è succo ros. ℥i. pulv. Jalap. ℥i. spirit. salis rectific. ℈i. ol. rorismar. gr. viii. M. F. conditum molle, de quo sumat nucis mosch. magnitudinem ter in hebdomada, loco spiritus salis poterit substitui Spiritus salis armoniaci, aliusve salis volatilis oleosi; vel ex hisce duobus mixtis & binis terniſve cohobationibus junctis destillati spiritus ℈ii.

Pilulæ sequentes in Epilepsia conveniunt.

℞. Extract. rhei, Aloes lucid. resin. Jalap. an. gr. vi. salis succini, gr. iii. olei Lavendul. gr. ii. M. F. pilulæ iv. deaurentur pro una dosi. *Paulus Barbette. Prax. lib.* 1. *cap.* 2.

Commendantur hic Spiritus C. Cervi, salis dulcis, ut & nitri dulcis, ast omnibus ferè antecellunt salis armoniaci flores albi, rubri, flavi, vel ejusdem salis spiritus, qui non tantum pituitam incidit, verùm etiam acido austerum corrigit, estque valde volatilis ac penetrantissimus; quo ipsi melancholici redduntur hilares, quod quidem centies observavimus: atque non tantum puerorum, ast quoque adultorum Epilepsias varias hujus beneficio, iusto vehiculo mixti, annuente divino numine curavimus.

Ad Epilepticum quendam vocatus inter alia remedia, quibus tandem annuente Deo opt. max. curatus est, hunc iulepum præscripsi.

℞. Aq. beton. flor. tiliæ. an. ℥ii. aq. fœnic. vitæ Matthiol. antepilept. Langii an. ℥i. Spirit. Salis armoniac. ℥ß. tinctur. castor. gutt. x. flor. hyperici ℥i. Laudan. opiat. gr. iv. ol. Succini gr. v. Syrup. stœchad. ℥i. M. cujus singulis diebus ad minimum cochlear unum atque alterum quater assumebat. *Federicus Dechers: Notis ad Prax. Barbettianæ, lib.* 1 *cap.* 1.

In-

nfantes plures motibus convulſivis Epilepticis afflictos ſequenti mixtura cochleatim uſurpata ſanavimus,

℞. Aq. flor. tiliæ fœnic. an. ℥i. Syrup. Stœchad. diacod. an. ℥ß. Spirit. ſal. armoniac. ℈ß. M. *Idem Ibidem.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Epilepſia.

CIvis cujuſdam Lavingani filia decem annos nata, per tres menſes quotidie incurrebat in Epileptica Symptomata, rogatus ego à puellæ matre, gravi, ſævo, & longo huic morbo curationem talem adhibeo.

Purgato rectè capite propinabam per 5. dies manè jejuno ſtomaco & in ipſa acceſſione tres guttas olei ligni heraclei: cujus uſum mox cum omnium admiratione. Deique laude omnino liberatur à Chronico & quotidiano malo: quod jam annis multis amplius non rediit. Laus ſoli Deo & gloria; qui contra morbum comitialem peculiarem & occultam huic oleo vim & facultatem indidit. *Martinus Rulandus, curat. 6. cent. 2.*

Puer quidam Lavinganus 7. annorum torquebatur graviter Epilepſia dies noctesque, ſed ex hac ægritudine ſanus factus eſt iſto remedio.

℞. Olei ligni heraclei, gr. VII. has meo conſilio ante & an. paroxyſmo exhibuerunt per 7. dies, atque efficacia ejus Epilepticus paroxyſmus poſt modum non viſus eſt amplius, ſed liber ab hoc malo & incolumis iem per manſit. *Martinus Rulandus, curat. 36. cent.* 10.

Conſul quidam quinquagenarius gravi Epilepſia coreptus erat, in ipſo paroxyſmo dedi 13. guttas antepileptici noſtri: quo adſtantibus omnibus obſtupeſcentibus, confeſtim quievit, ad ſe rediit, & convaluit: convaleſcunt & ſanantur per idem oleum etiam inumeri alij ex hoc horribili morbo. *Martinus Rulandus, curat. 32. cent.* 10.

Vir quidam triginta annorum levem paſſus Epilepſiam, à nobis curatus fuit fœliciter & integre hac ratione.

℞. Pulver. Sen. Laxativ. ℥iß. vinj ℥ v. commixta ſtabant per noctem; manè exhauriebat, multaque ac varia excernebat. Pulvis hic Senæ laxativus, non eſt pulvis Senæ Montagnanæ qui paſſim in officinis proſtat, ſed eſt pulvis ſenæ laxativus *Joh. Wiceri*, cujus deſcriptio hæc eſt.

℞. Fol. Sen. tartar. alb. an. ℥i. ſem. aniſi, Caryoph. cinamom. galang. an. ℥i. diagridi. ℥ii. F. omnium pulvis ſubtiliſſ. S. A. doſis eſt à ℈ß. ad ℥iß. in ſubſtantia ad ſummum cum convenienti liquore. Doſis in infuſione eſt ad ℥ß. educit per infrabilem tam flavam quàm atram, & pituitam, atque inde natos morbos curat fœliciter: quare in officinis parari ſuadeo, cum uſus ipſius ſit maximus & ſalutaris & tutiſſimus in omni morbo, ut ſum perdiu expertus. *Martinus Rulandus, cur. 3. cent.* 10.

Mulier quædam epileptica me conſulto & maximè Deo implorato ad ſanitatem reducta eſt hac via.

℞. Aq. flor. tiliæ, ℥vi. trochiſc. alhand. ℥ß. M. F. infuſio S. A. pro duabus vicibus colandis ac per duos continuos dies bibendis, poſt bonam per alvum factam purgationem, ſeptem dies in lecto ſudavit, capiendo de hyſſopi decocto calente ℥vi. his ita peractis, liberata ex toto fuit. *Martinus Rulandus, curat. 66. cent.* 10.

Mulier quædam ſexagenaria ſexies facta eſt epileptica, hæc à me per Dei gratiam adjuta ac ſanata eſt ſequenti ſolo, facilique remedio.

Vino ſublimato impoſuit, meo juſſu, hyſſopum, de quo manè & noctu cubitum abitura bibit tria cochlearia, vel ad ℥ij. hoc cum ſingulis diebus per ſeptimanam feciſſet, convulſio hæc ex toto intermiſit, & nunquam reverſa eſt. *Martinus Rulandus, curat. 95. cent.* 10.

Erat qui Epilepticos multos etiam Provecta ætate, & qui diu laboraverat, poſt purgationes, hoc pulvere percuraret.

℞. Cryſtall. præpar. ℥i. corall. rub. ℈ij. Margarit. or. ſmaragd. an. pr. ℥ß. M. F. pulvis, cujus pars dimidia eſt una doſis ex aqua taraxaci.

Alius Empiricus hoc fœliciter utebatur, in acervis formicarum reperitur aliquid ſimile thuri, quod pulveriſatum dabat. Epilepticis ex aqua pœon. vel florum tiliæ. *Hieronymus Reuſnerus, obſerv.* 15.

℞. Cor-

℞. Corvos juveniculos ferè implumes, menſe *Martio* excluſos, ſtatimque nido extractos in ollam novam conjice, probeque lutatam clibano impone ut comburantur corvi, quos tere in pulverem; qui plures annos efficax ſervari poteſt, capiat de eo parum in liquore appropriato ſemel in die. Eſt hic pulvis corvinus ſummè ſecretus.

De corvis *Conradus Geſnerus lib.* 3. *De Avib. pag.* 141. hæc habet.

Medicus quidam celebris noſtra ætate, corvos duo menſe *Martio* è nido combuſtos, in leviſſimum pollinem redactos epilepticis propinabat bis vel ter die, ℈i. pondere exhibito cum aq. decoct. caſtor. & paulo poſt cerebrum corvi in ſtillatitio liquore verbenæ hauſtum epilepticis prodeſſe nuper amicus quidam ad nos ſcripſit. *Hieron. Reuſnerus, obſerv.* 13 *& ſcol.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Epilepſia.

FAbro clauſtrario annorum circiteer viginti, apud ejuſdem artis opificem *Bernæ* operanti, tumor exiguus ſubortus eſt in vola manus dextræ, ſub radice minimi digiti, cum dolore, qui tumore creſcente augebatur. Poſt dies aliquot, nihil gravius ſentiens, ſubitò corruit, epilepſia prehenſus, convulſus, ſenſibus ſublatis, motuque inordinato aliquandiu agitatus, finito paroxyſmo ad ſe rediens, munia conſueta obivit, verùm exactis diebus 14. paroxyſmo rediit; ab eo diebus octo poſt, denuò recidivam paſſus, quo Magiſter perterritus, cum à ſe dimiſit, itaque in patriam ad nos reverſus, Magiſtratu ſumptus pro remediis ſolvente, ſic cura fuit inſtituta.

Purgatus fuit primum hoc pacto.

℞. Rad. pœon. rec. ℥ij. polipod. ℥iß. fol. ſen. ℥ij. epithimi, ℥ß. ſem. fœnic. ℥ij. fumat Mj. F. decoctio in. aq. & vino pro tribus vicibus ſumenda.

Inde pulvere uſus eſt ſequenti.

℞. Cranii hominis triti, ℥ii. rad pœon. unguel. aſini, an. ℥iß. cineris hirundinum, ℈i. viſci querni, ℥ß. raſ. eboris. ℥i. ſacchar. ad pondus omnium, fiat pulvis, capiat ſingulis matutinus cochlear unum ſuperbibendo aq. flor. pœon. ℥iß.

Denuo purgatus fuit ſequenti modo.

℞. Tartar. vini, ℥ii. diagrid. ℈ß. ſem. aniſ. ℈i rad. pœon. ℥ß. ſacch. alb. ℥v. F. pulvis tribus vicibus ſumendus.

℞. Sem. ocymi, hormini, pœon. palmæ Chriſti, an. ℥iß. viſci q. rad. pœon. an. ℥i. corall. utriuſque ℥iß. cineris ungul. aſini, & cranii anterioris humani, an. ℥ß. ſpec. diamargar. frigid. ℈i ſacch. diſſolut. in aq. beton. & pœon. q. ſ. F. tabulæ, doſis ℥i. poſtea hæc opiata præſcripta.

℞. Theriac. veter. ℥vi. rad. & ſem. pœo. viſci q. an. ℥ii. ſem. hormini, & ocymi, an. ℥i. cranii, hominis. ℥ß. cum melle ſcillitico. F. opiata, detur ℥i. cubitum ituro, & continuet.

Cauterium poſtea inuſtum cervicis poſteriore regioni, à quo tempore licet præludia quædam paroxyſmi ſentiret, non tamen eo uſque ut caderet, invaluerunt.

Poſtea pilulæ ſequentes ordinatæ.

℞. Caſtor. aſſæ fœtid. an. ℥j. gummi ammoniac. ſagapeni diſſolut. in aceto ſcillit. an. ℈ij. fellis bovis ℈j. ol. ſuccini, gutt. viii. cum ſucco rad. pœon. F. pilulæ pond. ℈ß. capiat unam nocte cubitum iturus aliquoties, iterum etiam fuit purgatus ſic.

℞. Pil. aggregat. ℥i. cum aqu. pœon. F. pilulæ, dejecit per biduum octies.

Ut vinum ſequens biberet injunctum.

℞. Rad. pœon. ℥iv. ireos, enul. camp. an. ℥ß. fol. ſalv. majorau. chamæpit. an. ℥ij. ſem. pœon. ℥iij. ſem. fœnic. ℥i. incidantur pro duabus menſuris vini bibat ſingulis matutinis hauſtum. Ab eo tempore quo fontanella fluebat, ſex ſeptimanarum ſpatio, à proxyſmo liber fuit: & poſt vini præſcripti uſum, dicebat convulſivos illos motus ſeu palpitationes in pedibus ceſſaſſe, ſaltem in brachio remanere, quare etiam brachio cauterium fuit applicatum, ulcere inducto, dicebat ſe noctu ter aut quater ſenſiſſe convulſionem levem in digitis, ſed non alibi, quapropter iterum pilulis aggregativis fuit purgatus, denuoque vinum prius præſcriptum bibit per dies duodecim, cauteriumque tertium in ſura pedis dextri fuit apoſitum, denuoque pilulis purgatus.

Cum

Cum adhuc sentiret reliquias aliquas, incepit hoc uti Electuario.

℞. Rad. pœon. pyrethri, an. ℥ß. hyssop. sem. pœon. an. ʒii. mell. scillit. q. s. F. Electuarium, utatur singulis matutinis.

Postmodum sentiebat tantùm, ut exponebat ab ulcere manus, vaporem per brachium ferri, & per cauterium brachii, & nuchæ, & suræ pedis evaporari, alioquin graviorem paroxysmum non sentiens *Felix Platerus*, *obser. lib.* 1. *pag.* 24.

℞. Conserv. flor. pœon. ʒiß. conserv. majoran. meliss. beton. & flor. rosmar. an. ʒi calam. aromat. zinzb. cortic. citri condit. an. ℥ß. pulv. sem. & rad. pœon. visc. q. an. ʒi. ras. ebor. ʒß. cranii hominis pulver. subtiliter, ʒiß. cinamom. ʒii. nuc. mosch. ʒi spir. plinisarch. ʒß. cum syrup. cortic. citri. F. Electuarium capiat alternis diebus ʒi. manè jejunus superbibendo Julepi sequentis ʒi.

℞. Aq. salv. meliss. an ʒii. vini alb. ʒi. sacch. rosat. perlat. ʒii. M.

Balsamolæo sequenti fricet Spinam.

℞. Gummi galban. bdellii in aq. vit. dissolut. an. ℥ß. benzoin. ʒi. styrac. liquid. ʒi. fol. rut. chamæpit. flor. stœchad. lavendul. an. ʒii. rad. costi, ℥ß. castor. ℈i. infundantur incisa & pulverisata in aq. vitæ. Stent in maceratione in calore per dies aliquot ante usum. Hęc profuerunt Epileptico cuidam cordis palpitatione simul etiam laborante. *Felix Platerus*, *observ. lib.* 1. *pag.* 236.

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Epilepsia.

PEr triduum ferè paroxysmis epilepticis corripiebatur puella infans, jussi succum rut. cum aceto fortissimo permixtum in spongia naribus adhibere; cujus usu statim ad se redibat, sed mox iterum recidivam patiebatur, brevibus tamen quando hæc naribus admovebat paroxysmis. Emplastrum hoc cordis regioni applicavimus.

℞. Thæriacæ veteris ʒi. rad. pœon. pulv. ℥ß. M. item pulvere rad. pœon. capilli conspergantur, & sic præter omnium spem evasit. *Felix Platerus*, *observ. lib.* 1. *pag.* 29.

Pueris applicentur cauterium actuale in parte capitis posteriore, & maximè iis qui obesiores sunt; estque præstantissimum remedium. *Florentiæ* ubi pueri valde sunt obnoxii huic morbo, etiam mulieres admovent cauteria actualia, ut torrem ignitum: idque habent in communi usu, edoctæ quotidiana experientia. Rusticæ pueros sacerdotibus deferunt, ut cauterio vel carbone ignito partem illam posteriorem urant, quod quidem maxime confert, si epilepsia facta fuerit per idiopathiam. In antiqua Epilepsia aqua sequens mirificè confert, & potissimum in Paroxysmo data, illos subito excitat.

℞. Hirundin. num. 90. rut. Mii. castor. ʒi vin. alb. ℔iij. destillentur in Bal. M. & aqua servetur usui: ex ea dentur cochlearia duo in paroxysmo, vel manè extra paroxysmum, precedente universali purgatione totius corporis & capitis. Valet etiam intus assumpta & extrinsecus apposita in convulsione & paralysi, sed magis in paralysi, & efficacior est oleis. *Guil. Rondeletius cap.* 36. *lib.* 1. *Methodi curand. morbos.*

℞. Sanguinis è vena aperta hominis sani collecti, ℔ß Rad. pœon. rec. incisæ, ʒij. sem. pœon ʒß. hyssopi, rutæ, an. Mj. cranii humani, ʒi. eliciatur per destillationem aqua, cujus datur ʒi. ad præcautionem. *Felix Platerus pract. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 73.

Sanguinem ex homine sano decollato haustum Epilepsiæ præsens remedium plurimi commendant. Plurimi nostratium inter familiaria secreta habent sanguinem ipsius Epileptici. Extrahunt enim secta vena brachii in ipso convulsionis paroxysmo parum sanguinis illumque ovo forbili mixtum, ægro forbendum propinant quod experimentum non paucos, & in urbe nostra, & extra illam ab insultu epileptico statim liberavit, & planè deinceps immunes reddidit. Sed post haustum liquorem, cordialia, pulverem bezoarticum, aliaque addunt, ut ad sudorem componatur æger, ita enim à sanguine proprio materia convulsionis mota & turbata per sudorem discutitur, & evacuatur, pro amuleto Epilepsiæ habetur Lapis nephriticus collo suspensus. *Thomas Bartholinus*, *hist.* 78.

Experientia comprobatum est prid. *D. Jo-*

hannis Baptistæ sub radicibus artemisiæ evulsæ carbones reperiri, quorum ℥i. si in pulvisculum redigatur, & cum aqua stillatitia flor. tiliæ, aut flor. lil. convall. ebibenda offeratur, protinus ad Epilepsia ægrum liberatum iri. *Franciscus Ioel. practic. lib. 1. sect. 3.*

Quidam multa perhibent de carbonibus pridie *D. Iohannis Baptistæ* sub radicibus artemisiæ evulsis, sed hallucinantur Authores, non enim sunt carbones, sed radices artemisiæ annosæ emortuæ multo sale volatili constantes: & semper ferè sub artemisia reperiuntur, adeo ut tantùm superstitio quædam sit, quod radices illæ annosæ emortuæ pridie *D. Johannis Baptistæ* circa duodecimam nocturnam evelli debeant. *Fredericus DecKers* notis ad *cap. 1. lib. 2. prax. Barbettianæ.*

Ad Epilepsiam inter multa alia commendatur pulvis fecundinæ. *Idem ibidem.*

Quidam ultra viginti epilepticos uno anno sanavit hac ratione. Cane vivo dissecto, fel poculo excipiebat, & cystin felleam aceto eluens miscebat, mixturam potinunculæ instar ægroto exhibebat, quam si fortè vomitu rejiceret, ex alio cane repetebat. Eligebat autem juvenibus bimulum, senioribus, trimum fœminam fœminis, & viris marem. *Ieremias Martius observ.* 45.

Insuave quidem remedium, sed quod spes sanitatis jucundius effecerit, quàm crudelissimum sanguinis humani potum, cæterum eodem felle canino cum duplo vini cretici seu aq. picarum aut flor. tiliæ feliciter usum *Ludovicum Hermannum* idem hic *Martius* alio loco adnotavit, cum aceto sumendum, probeque à portione sudandum monet *Franciscus Hildesheimius. De capitis morbis*, Spicileg. 7. *Hier. Velschius* notis in *observ.* 45. *Ier. Martii.*

Epilepsia sæpius remedio arcano curata ab avo meo *Petro Gassero*, succo nimirum aquilegiæ cum succo vermium terrestrium æquis potionibus ad ℥i. diebus 40. continuis dato. *Achilles Gassierus*, *observ.* 55.

Dum anno 1659. medicinæ studii *Monsperii* incumberem; unus ex præceptoribus meis clarissimus Dominus *Salienus*. Practicus consummatissimus, perpetuaque memoria dignissimus, mihi tanquam secretum insigne Emplastrum sequens ad Epilepsiam benignè communicauit, quo ajebat se plurimos etiam provectæ ætatis Epilepticos sanitati integræ restituisse, præmissis scilicet universalibus.

℞. Gummi ammoniac. gummi juniperi, thuris & mastich. an. ℥ij. sem. pæon. maris suo tempore collect. & nuc. mosch. an. ℥iij. corall. rubr. præp. ras. eboris & Cervi, an. ℥i. malaxentur cum Styrace liquida, formenturque in Emplastri massam in sequentem usum.

℞. Mass. Emplast. præscript. p. s. extend. super alutam vel pannum sericeum rub. & formetur Emplastrum magnitudinis & figuræ debitæ, admovendum vertici & futuræ coronali calidè, detonso prius capillitio, ibidemque diu gestandum.

Hac etiam aqua hirundinaria in eodem affectu feliciter utebatur.

℞. Hirund. adhuc in nido existent. numero viii. rad. pæon. visci q. an. ℥iij. fol. rutæ, Mj. flor. lil. convall. p. ij. caryophyll. macis, an. ℥ij. cum sufficienti quantitate vini albi, aceti scillit. & aq. melliss. super cineres calidos infund. per 24. horas. Dein destillentur, atque in vase vitreo optimè clauso servetur aqua, dosis pro majoribus ad ℥i. ad ℥ij. pro junioribus ad ℥ß. ad ℥i.

SUBSECTIO NONA.

Pro Epilepsia.

NObilis quidam *Danus* in gravem Epilepsiam incidit, ex translatione peccantis materiæ à partibus externis ad internas: de dolores enim in aure interno prius conquestus erat, quo remittente, protinus successit hic affectus, non tantùm ruta contusa & in aceto macerata laborantem à paroxysmo excitamus, guttulis etiam olei succini aliquot naribus per pennam immissis, sed lenito quodam modo paroxysmo pro corrobaratione cochlear unum atque alterum de spiritu ceras. nigror. item aliquid syrup. flor. pæon. cum spiritu vitrioli permixtum, & similia exhibuimus: capiti verò raso Emplastrum *Cratonis* applicare jussimus quod.

℞. Succin. alb. thur. mastich. an. ℥iß. galbani,

bani, opopon. an. ℈i. visci q. ℥ii. ambræ grif. gr. vi. mosch. gr. iii. sem. pœon. ℥ß. ladan. ℥iß. ol. nuc. mosch. parum, ol. ros. q. s. extend. in corio, aspergatur pulvis cubeb. & futuræ coronali imponantur.

His remissionem gravissimorum symptomatum introduximus, ut æger mentis compos vicissim redderetur, & adstantes cognoscereet, cum iisque loqueretur ad tempus, donec gravibus recidivis remorantibus, sequenti die naturæ debitum solveret. *Gregorius Horstius, obs.* 21. *lib.* 2. *De Morbis capitis.*

Puer quidam duodecim annorum prefecta ratiocinatione & articulato sermone destitutus, post paralysio dextri lateris in Epilepsiam incidit, ad eum vocatus ante omnia Phlegma, quare pulverem hunc purgantem præscripsi.

℞. Rad. pœon. ℈ß. crem. tartar. ℈ß. spec. diaturbith. cum rhab. ℈i. diagrid. cum ol. fœniculi præpar. ℈ß. sem. anis. coriand. præp. an. ℈i. M. F. pulvis in duas partes pro duabus dosibus.

Ad cerebrum roborandum utatur interius per vices hoc pulvere corroborante.

℞. Pulv. marchionis, ℥iß. C. C. ust. præp. corall. rub. præp. an. ℥ß. sacch. ros. tabul. ℥ß. M. F. Pulvis.

Spinalem medullam & partes læsas hoc linimentum inungat.

Ol. de castor. lumbric. rutac. an. ℥iß. unguenti nervini, ℥vi. ol. fœnicul. distill. ℈ß. M. pro linimento. Hisce aliisque ejus generis per semestre diligenter adhibitis, Dei gratia, non tantum ratiocinationis & loquelæ defectus corrigebantur, sed etiam pristino vigori restitutus puer, nihil amplius de subitaneo lapsu vel insultu conquererebatur. *Gregorius Horstius, observ.* 41. *lib.* 2.

Durante accessione alvus est irritanda glandibus & clysteribus acribus.

In os etiam vi apertum instillatur quod sequitur medicamentum.

℞. Ungul. alcis, ℥iß. sem. pœon. lign. visci q. an. ℥ii. beton. ℥iii. cranii. human. castor. an. ℥iß. cum oxymel. scillit. F. pasta cujus ℥i. ex aq. hyssopi in os infundatur, vel palato affricetur. *Iulius Cæsar Claudinus consult.* 130.

Ut morbi causam præscinderemus, singulis mensibus per diacydonitem purgatorium à nobis excogitatum, puerum (qui trium erat annorum) purgabamus, quem avidissimè puer ipse comedabat. Et ita habet.

℞. Cydon. mundat. ℔ß. mell. vel sacchar. ℔ß. aqua vel vino liquefiat, & fiat conditum ad ignem, cui adde spec. diaturbit. ℥ii. M. F. diacydonitem purgatorum, cujus dosis sit pro vice ad ℥ß. optime eo egerebat, ita enim *Galenus* monente, pueri qui pharmaca renuunt, purgandi sunt. *Amatus Lusitanus, cent.* 4. *cur.* 22.

SECTIO DECIMA.

De Epilepsia.

POst evacuatum corpus venæsectionem & purgationem, verno, æstivo, & autumnali tempore, decocto radicum Cichorii uti rectissimum, hyeme mithridatica antidotus cum syrup. de succo Cardui, vel syrupus Cardui conveniens erit, destillatum autem cardui, & millefolii cum syrup. viol. toto anno probo, de quo quere etiam in iis lignum Guajacinum cum ligno visci q. & per dies viginti vel quadraginta, bibere vere & autumno utilissimum Medicamentum de Cinabare non præscribo, cum *Fernelius* in libello suo *De Lue Venerea*, tam dira symptomata usum Cinnabaris consequta referat, Mihi, ne quid dissimulem, non per suadet, cum bono successu me eo usum esse *Vienne* vere affirmare possim. Stercus pavonis ex destillato cardui vel millefolii magis probo. Hepar ranarum & perdicum comestum plurimi commendant. Sed ego ut dixi nihil carduo & mille folio efficacius reperi. *Io. Crato conf.* 4 *lib.* 1.

Ante paucos dies *Thessalus* ille puero cuidam pulverem epilepticum ex cinnabare viva confectum dedit, non velim hoc facere, si omnes homines mihi autores essent cùm robusta etiam corpora vix illius usum ferant, & quam graviter ferant viderim, Sed cum audacia illi pro scientia sit, arte sua Medica *Fierovantum* nebulonem pessimum, qui *Venetiis* ejectus est, magistrum habuerit, hæc atque alia ab eo

designari non novum. *Io. Crato epist. 7. lib. 1. epist.*

Decoctum radicis Sassaphras, aut solum, aut cum vino singulare. Frustulum aloes perpetuò gestandum, ut cutem attingat. Lupi etiam corium ea parte desumptum, qua spinæ adhæret, latitudine duorum digitorum in cinguli formam effingendum, ventrique & lumbis circumcingendum, & semper gestandum, ut corium attingat cutem, pilis exterius positis.

Cum primum pullus equinus in lucem prodiit, vomitu materiam quandam rejicit, quam nisi quis præripiat, mater statim devorat, hæc materia siccata & pulverisata, a morbo comitiali liberat certo experimento, ut mira quædam res videatur. Chalcanthini olei ritè præparati gr. v. in jusculo manè sumptæ per multos dies plurimos ab hoc morbo liberant.

Theriaca etiam tam idoneum est morbi hujus remedium, ut ea sola quotidie liberentur multi: aqua etiam theriacalis plurimùm prodest. *Hieron. Donzelinus, consil. 38. lib. 6. consil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholizio* editorum.

Præscripseram nuper cuidam puero Emplastrum futuræ coronali apponendum, is tentatis multis remediis beneficio Dei convaluit. Pharmacopœi conjux Emplastrum hoc aliis pueris epilepticis adhibuit, itaque tam multus de eo sermo, ut etiam senes bono successu uterentur. Descriptio Emplastri hæc est.

℞. Succin. alb. thur. mastich. an. ʒiß. galban. opoponac. an. ℈i. visci q. ʒii. Ambr. grif. gr. vi. mosch. gr. iii. sem. pœon. maris, ʒß. ladani, ʒiß. ol. nuc. mosch. parum, aspergatur pulvere cubebarum, & extendatur super alutam. *Jo. Crato*, epistola ad *Iordanum*, *lib. 4. Epist. Cratonis &c.*

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro Epilepsia.

QUæ à tota proprietate huic affectui sunt accommodata non sunt negligenda, ex quibus omnibus confectum quoddam medicamentum nostrum sæpius fœliciter à nobis usurpatum hic describere non gravabor.

℞. Sem. pœon. cranii hominis combusti, flor. anthos, cort. citri, an. ʒii. visc. q. rad. tormentill. ras. eboris, an. ʒi. M. F. omnium pulvis, cujus ʒi. cum aqu. pœon. ʒiv. jejuno ventriculo sex vel septem diebus continuis ante diem accessionis consuetæ propinetur. *Ioh. Zecchius, consult.* 2.

Vomitus bis saltem in mense post Plenilunium & Novilunium à cœna excitatus mirificè hoc affectu laborantibus conferre solet. Sed omnibus præstare videtur medicamentum nobis sæpe ac sæpius comprobatum, quod tale est.

℞. Cranii hominis violenta mortem defuncti, sem. pœon. an. ℈ß. Rad. tormentill. lign. visc. q. ras. ebor. an. ℈ii. conserv. anthos ros. conserv. acori, an. ʒx. syrup. de stœchade q. s. F. electuarium, cujus detur ʒß. quatuor horis ante prandium alternis diebus.

Experientia compertum est Smaragdum cum corallo gestatum, ita ut carnem contingat, epilepticas accessiones coercere. *Ioh. Zecchius, consultat.* 44.

Curat Epilepsiam acori radix contusa & potui indita. Fimus Ciconiæ bibitus, & pulvis cranii humani, si detur cum succo rutæ vel cum decocto pœon. visc. q. tormentill. & cubeb. Sumitur etiam quotidie ℈i. castor. cum decocto prassii per 14. dies id agitur. Pulvis lumbricorum terræ cum vino potus. Contunde rad. pyrethri cum melle ita ut fiat Electuar. detur ʒi. & superbibat decoctum stœchad. hoc agat semel septem dierum spatio, sed toto anno. Si ab utero sit Epilepsia, quæ puellabus frequens, fumat bis in mense pilula fœtidas. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 45. sect. 2.*

Radicem pœon. collo appendimus, ac in sorbitiunculis eam coquimus. Damus mel Scillæ vi imbutum, hyssopo ac rore marino cibos coqui jubemus.

Cuidam juveni à manu repebat quid per humores in cervicem & caput; mox cadebat. Post provisionem habitam totius corporis, phœnigmos adhibui manui, tum malum incipiebat ab humeris: illis caustica admovi; ac ut theriaca uteretur quotidie manè ad ℈i. jussi. Mox à lingua invade-

debat & à genis, genis phænigmos admovi, perennique theriacæ usu summi Dei beneficio evasit. Sed diu mutus perseverabat, at loquella rediit tandem. *Joh. Heurnius, ad aphor. Hippocr. 7. sect. 5.*

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Epilepsia gravissima cum pulsu intermittente.

CUm advenissem hominem veluti in agone mortis reperi, pulsus adeo erat variabilis, ut nunquam similem in homine qui evaserit, me observasse ausus sim affirmare, jam enim erat magnus & celer, jam tardus, rarus, inæqualis, formicans, parvus, & languidus, sed & (quod omnibus admirabilius est) aliquoties adeo intermittebat & quiescebat, adeoque deficiebat pulsus, ut æger jam animam effudisse videretur, non enim ictum unum aut alterum, verùm quatuor aut quinque, aut etiam plures intermittebat, & ita quidem ut facillimè passus quatuor aut quinque, quiescente pulsu, per cubiculum feciſſes, interim dum ita quiescebat pulsus, corpus appoplecticorum more, planè sine motu & respiratione iacebat, oculi aperti & fixi erant, & vix signum ullum vitæ in ipso observari potuit, nisi quod partes corporis imò ipsæ quoque extremitates suo calore naturali fruebantur. Ego cum advenissem protinus nares, labia & tempora succo rutæ (maximas istius succi in Epilepsia esse vires testantur viri docti) in quo nonnihil theriacæ dissolutum erat, inunxi, regioni cordis & carpis epithema calidè applicui & pulverem epilepticum & aliquantulum confect. alkerm. cum aq. lil. conval. pœon. & beton. exhibui. Sequenti die cum iterum præscriptam potiunculam sumpsisset, præter meam & adstantium opinionem melius se habuit: deinde observata victus ratione expurgatoque corpore, brevi restitutus fuit. In hoc autem casu videmus quid natura valida etiam præter spem & opinionem Medici præstare potest, quandoquidem ego ut ingenuè fatear, cum pulsum ut dixi, non solum variabilem & summè imbecillem, verum etiam omninò intermittentem in ipso observassem, mortem in propinquo esse adstantibus significavi; ille tamen quia juvenis & robustus adhibitis remediis idoneis, intra dies quatuor sanitati restitutus fuit. Respexi autem in prognostico meo non solum ad ea quæ quotidie in praxi accidere observamus: verum etiam ad locum illum *Galeni, lib. 2. De precognitione ex puls.* ubi ita scriptum reliquit, si arteria duorum pulsuum tempus moretur, haud scio an quisquam superstes esse possit, & eodem libro, naturalis arteriæ motus sanitatem refert; vitiosus morbum, intermissus mortem. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 22. cent. 4.*

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Epilepsia.

CUm piscator quidam bis, ter & sæpius quotidie Epilepsia corriperetur, nec radix pœoniæ, cranium humanum, alcis ungula, aliaque remedia, à multis authoribus enumerata juvarent; accidit fortè ut legerem in *Fabii Columnæ* historia Plantarum, *cap. De Phu.* hæc verba. Præter has vires plantę huic tributas, addo & hanc proprietatem jamdiu in multis, atque in memetipso expertam, quod pulveris radicis plantæ hujus spontè ortæ extirpate antequam caulem edat, cochlearii dimidium cum vino, aqua, lacte, aut alio quovis decenti succo semel sumptum, aut bis Epilepsia correptos liberet; hunc pulverem amicis dono dedi, deinde divino prius numine fautore glorificato, ejus usu illis restitutam sanitatem affirmarunt. Hæc sunt ipsius verba: & sicut ipse jubet, ita dedi, & sanatus est æger, & in posterum fœliciter hoc remedio usus sum. *Dominicus Panarolus, observ. 33. Pentecoste 1.*

Pulvere sem. saponariæ ante paroxysmos sumpto semel in mense per tria novilunia ad ℥i. observavi paroxysmos valde minui tum numero, tum violentia; idque in filia viginti & quinque annos nata tentavi cum fęlici successu. Nota etiam herbam hanc signaturam hujus proprietatis habere, spumam enim, si in aqua fricetur, saponis instar emittit (unde ei nomen

inditum) sicque spumantibus epilepticis confert. Rutæ Mi. in vini amphora infusus, & per tres dies manè sumptus idem præstat. *Petrus Borrellus*, *observ.* 18. *cent.* 1.

Pavi stercoris pulvis cum vino ad ℥i. luna silente deglutitus præstantissimum est remedium (si semel in mense sumatur per aliquot menses) ad sacri morbi paroxysmorum sævitiam compescendam imò ad curandam omninò. *Petrus Borellus*, *observ.* 15. *cent.* 3.

Adrianus Spigelius memoravit Nobilem *Patavinum* 19. annorum sæpius epilepsia conflictatum; quinquum à gravi de scalis lapsu, *Fabritius* ab *Aquapendente* cranio terebram admovisset, nunquam ex eo malum percepisse. *Ioh. Rhodius*, *observ.* 66. *cent.* 1.

Cæsarem Palavicinum aliumque Nobilem melancholia & comitiali morbo alternatim laborantes, & frustra à Medicis vexatos somniferis & lotionibus capitis; solo potu pulveris chysoliti ex vino, octo dierum spatio sic liberavi, ut nunquam morbus redierit. *Hieron. Cardanus*, *curat.* 3.

Dedit mihi Rex *Poloniæ Sigismundus Augustus* integrum pedem posteriorem dextrum animantis illius à se cæsi, eo ipso tempore quo dextram aurem unge pedis illius scalperet; quod quidem tempus fuit inter duos divæ Virginis *Mariæ* festos dies immediatè sese consequentes interjectum. Nam hæc omnia religiosè observanda dicunt, si unguis ille id quod creditur vulgò, efficere debeat, totum in multa frusta concisum distribui amicis, nemo tamen unquam adjutus est, expertus ego sum in aliquot comitialibus frustra: quæsivi ex infinitis etiam superstitioribus, fabulas esse comperi, quæ ratio igitur est, ut tantum morbum tam leviusculo amuleto profligari muliebriter credamus. *Andreas Dudithius*. *Epist.* 24. *lib.* 6. *consil.* & *Epist. Ioh. Crat.* &c.

SUBSECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Epilepsia.

ANcilla Epileptica usu oxycrati liberata est; cujus cyathum sumebat manè singulis diebus, & ante tempus invasionis acetum purum. Curato morbo doloribus artuum correpta est, qui usu thermarum curati sunt. *Lazarus Riverius* *observ.* 10 *cent.* 4.

Puella duodecim annorum epilepsia frequenter corripiebatur, ad cujus curationem multa remedia frustra tentata fuerant, cùm autem pleuritide correpta fuisset, pluries ei secta fuit vena, & ab eo tempore epilepsia nunquam correpta est, inde colligere licet, venæsectionem ad epilepsiæ curationem plurimum conferre. *Lazarus Riverius*, *observ.* 38. *cent.* 4.

Puer quidam trimulus patiebatur insultum epilepticum à quo liberatus fuit fumo tabaci, quem minister tubulo attrahebat, & insufflabat in os pueri apertum, vomitus indè illi concitatus est, & paroxysmus solutus. *Lazarus Riverius*, *observ.* 60. *cent.* 2.

Pueri fermè omnes, qui alvum adstrictam habent, obnoxii sunt convulsionibus, ut ex *Hippocr.* didici & experientia, filius meus adstrictione alvi perpetuò laborans convulsus periit. *Petrus Pachequus*, *obser.* 50.

Præmissis universalibus decocto guajaci se multos epilepticos curasse refert *Iachinus*. Continuetur autem per triginta vel quadraginta dies, singulis dosibus decocti sudorifici aliquot guttæ Spiritus vitrioli addantur, qui etiam specificus creditur ad epilepsiam.

Sequens opiata ad hunc affectum specifica est.

℞. Conserv. flor. anthos pœon. bugloss. an. ℥ß. cort. citri condit. ℥ii. pulv. visc. q. sem. pœon. decrescente luna collecti & ungul. alcis, an. ℥ß. cranii humani non humati ad albedinem calcinati ℥iß. cor. præp. marg. præp. & C. Cervi, præp. an. ℈iv. lapid. Bezoard. veri ℈i. diamosch. d. & diatriasant. an. ℈i. theriac. vet. & Confect. de Hyacinth. an. ℥i. spiritus vitrioli, gr. xv. cum syrup. condituræ corticis citri F. opiata, de qua capiat ad magnitudinem avellanæ, superbibendo aqu. cinamomi parum.

Sequens vero efficacissima est ad morbum radicitus tollendum, post diligentem corporis purgationem.

℞. Conserv. flor. beton. & anthos an. ℥iiß. Rad. eryngii condit. & mithridati, an. ℥i. Pulv.

℥i. Pulv. ligni sassaphras ℥vi. castor. ℥iii. crani humani non humati, ungulæ alcis, an. ℥ii. rad. & sem. pœon. sem. nigell. rutæ Sylvestr. & rad. pyrethr. an. ℥i. oxymel q. s. F. opiata, de qua capiat ℥ii. vel ℥iij. reliquas omnes efficacia superat opiata *Montagnanæ*. cujus beneficio multi epileptici liberantur. (Ejus descriptionem vide supra *Subsect.* 4.)

Si cætera non profuerint, extremum remedium erit sinciput terebello perfodere, vitatis futuris, ut hoc veluti spiraculo aura maligna exhalare possit, hoc remedio aliquando desperatæ epilepsiæ curatæ sunt; & sine periculo celebrari potest, si periti Chirurgi manus adhibeatur.

Si conjectura sit, vapores ad cerebrum exhalantes à partibus inferioribus affectum producere, vel fovere, utilissimum erit causticum sincipiti admovere, vitatis futuris: refert enim *Carolus* Piso, duos epilepticos hoc cauterio fuisse curatos, tum etiam si à partibus inferioribus affectus producatur, aquæ acidulæ mirabiles sæpe effectus producunt, & morbum interdum radicitus tollunt, si prius evacuationes universales, & venarum inferiorum sectiones celebrentur.

Peculiariter verò ab utero procedens Epilepsia curationem sortitur pulvere granorum actes à Quercet. descripto per triduum exhibito ad ℥i. cum aqua hysterica.

Utatur æger pro potu ordinario hydromelite, vel bocheto ex guajaco & rad. pœon.

Crato cinnabarim nativam epilepsiæ magnetem vocat, ex eaque talem pulverem parat.

℞. Cinnab. nativæ pellucide limatæ & in tenuissimum pulverem tritæ, ℥ß. corall. rub. & margarit. præp. an. ℈ij. croci orient. ℈i. fol. auri, num. 15. terantur omnia subtilissimè super lapidem, & M. dosis in ipsa accessione à gr. vi. ad ℈i. cum aquis appropriatis. *Lazarus Riverius, prax. Med. l. 1. c. 7.*

Si pueros, ut sæpe fit, Epilepsia prehendat, primò Suppositorio vel Clystere alvus solvenda est. Postea & fere eodem tempore, purgans medicamentum exhibendum satis validum pro ætatis robore, ita ut non dubitemus in puerilis unius anni electuarium diacarthami ad ℥ii. exhibere, si fiat ex lacte corrupto.

℞. Hier. picr. ℈ß. vel ℈i. pulv. de gutteta ℈ß. cum liquore specifico, vel cum melle rosato dentur. Cucurbitulæ scapulis & lumbis admoveantur, & cum scarificatione, si puer sit grandior. Vesicatorium applicetur posteriori parti cervicis. Si purgatio non rectè processerit, aut parum profecerit, vomitus provocandus est vitriolo albo præparato, vel etiam sale vitrioli, quod bis, ter & quater exhiberi poterit, si affectus protrahatur. Pulvis epilepticus de gutteta vulgo nominatus, frequenter exhibeatur cum lacte, jusculo & panatellis, à ℈ß. ad ℈i. cujus hæc est descriptio.

℞. Rad. pœon. sem. ejusdem, dictamni albi, visci q. an. ℥ß. sem. attriplicis, ℥ij. crani humani, ℥iij. corall. rubr. præp. hyacinth. præp. an. ℥iß. alces, præp. ℥ß. mosch. ℈i. fol. auri, ℥i. M. F. pulvis.

Spina dorsi & membra quæ contrahuntur, inungantur sequenti linimento.

℞. Ol. rutac. lumbric. an. ℥ii. ol. castor. ℥i. aq. vitæ, parum. F. Linimentum.

℞. Theriac. vet. ℥i. Confect. alkerm. & de hyacintho, an. ℈i. aq. beton. salv. majoran. & cinnamom. an. ℥ß. M. Foveantur nares tempora & aures ejusdem aquæ cochlear unum per os poterit exhiberi.

Schenkius exotericorum experimentorum, *cent.* 5. ex *Georgio Kufnero*, hæc habet. Pro Epilepsia puerorum expertum medicamentum. Detur de mosch ffno parum, ex mero subtili, bis vel ter in die, & sic perfecte curantur.

Dum hæc omnia fiunt, Clysteres semel aut bis in die injiciendi sunt in hunc modum compositi.

℞. Rad. arist. rot. polipod. q. sem. cartham. an. ℥ß. sem. pœon. cumini, an. ℥iij. flor. chamæm. & anthos, an. p. j. coq. ad ℔i. de colatur. cape ℔ß. hier. picr. ℥iii. mell. anthos, ℥i. ol. rutac. & lilior. an. ℥iij F. Clyster.

Inter specifica est fel. catelli lactentis, quod ab *Vntzero* his verbis prædicatur. Sume catellum parvum nigrum adhuc sugentem (pro fœmella epileptica sume catellam) cumque strangula, ac interfice, ex interfecti

& per sectionem aperti corpore extrahet totam cystim felleam vix tres vel quatuor guttas sinceræ bilis in se habentem illum bilioſum ſuccum omnem puerulo, in paroxysmo Epileptico, cum pauxillo aquæ florum tiliæ propina, & miraculi instar videbis illum ab hoc morbo è vestigio sanari & curari. *Lazarus Riverius, prax. Med. lib. 1. cap. 8.*

SUBSECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Epilepsia.

QUidam ab aliquot annis Epilepticus, si quando prehendendus esset paroxysmo, auram quandam frigidam ex crure, itemque ex brachio quasi ascendere sentiebat, moxque concidebat. Suasi itaque post adhibita variæ medicamenta, ut sentiens vaporis ascensum, partem ligaret; id quod præstitit, sicque semper paroxysmum inhibuit. *Philippus Salmuthus, observ. 90. cent. 1.*

Rusticus quidam longo tempore morbi comitialis paroxysmis frequenter conflictatus nullo remedio curari potuit; donec febre quartana superveniente, ab eo liberatus fuerit. Ita enim *Hippocrat. Aphor. 9. Sect. 6. lib. 6. Epid.*

Quartana laborantes nullo magno morbo corripiuntur, si prius autem corripiantur, & quartana superveniat, liberantur. *Gallenus* in Comment. nomine magni morbi Epilepsiam intelligit. *Philippus Salmuthus, observ. 84. cent. 2.*

Nobilissima quædam domina Epilepsia penè hæreditaria diu afflicta, irritis omnibus remediis ab excellentissimis Medicis præscriptis, tandem solo pulvere veri querni ad ℥i. quantitatem in aq. cerasi. nigr. vel cereviſia singulis matutinis per dies aliquot circa plenilunium exhibiti, sanitatem obtinuit. Licet nullam habuerit medicamentum sensibilem operationem, tamen post primum diem: nisi unum paroxysmum passa est *D. Robert. Boyle Tractatu de Vtilitate Naturalis Philosophiæ part. 2. sect. 5. cap. 7.*

Inter alia ungula alcis circumferenda est in annulari digito. *Guil. Ballonius, consil. 60.*

Retulit *Iacchinus* in Epilepticorum curatione, se semel viscum quercium ea ratione qua ligno guaiaco utimur, per dies 40. propinasse, & profuisse quidem non tamen morbum abstuliſſe neque licuisse iterum id remedii in facilior morbo experiri. *Iul. Cæsar Bariccellus* in hortul. genial.

Ungula alcis præsentanea vi pollet adversus morbum comitialem, quod multis experimentis comprobatum habeo, dicet mihi ratio visa sit obscura, semel atque iterum contingit, ut muliercula quædam in ædium nostrarum vestibulo, tamquam fulmine icta, concideret; quod ubi essem conspicatus: accedo proprius atque annuli gestamen, cui alcis particula inferta erat, digito qui infimo proximus est infero, illa è vestigio erexit se in pedes, potuque refocillata iter inceptum alacriter peregit. *Levinus Lemnius, lib. 2. De Occultis Naturæ Miraculis, cap. 3.*

Petrus Merenda scribit, in comitiali morbo admodum vehementi, exiguo intervallo sæpius repente, nec aliis remediis cedente, se quam plurimos per admota collo prope scapulas rubificantia medicamenta, donec vesicæ exsicitarentur, brevi temporis spatio ad pristinum rationis usum frequenter perduxisse, & ab accessionibus liberasse, qui deinde decenti curatione, ad ingentem sanitatem perducti fuerunt: Sed hoc faciendum est post purgationem, nisi morbus urgeat, sed neque hæc, neque setones, neque cauteria conveniunt circa caput, nisi morbus cerebro sit essentialis, ut fiat diversio à cerebro. *Iacobus Hollerius, lib. 1. De morbis internis, cap. 15. in Scholiis.*

SUBSECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Epilepsia.

ILlustris Neogamus amore formosissimæ puellæ, quam jam quintum deperiebat annum, potitus, in arcem milliari à Leodio dissitam eam ducit, ibi cum amore sepulcherrimo ad satietatem explet, depleri facultatem animalem, purissimamque spirituum partem absumi non sentiens, Epilepsia corripitur, advolo ego

cita-

citato equo, atque à paroxysmo excitato; album pavoninis excrementis, derasum, in decocto mille folii (erat casu ad manum) propino, à cujus sumptione cum aliquot horas liber fuisset, iterumque corriperetur, antepilepticum Sereniss. Ernesti Principis mei, quod oleum heracleum, qui ingenti pretio ipsi vendiderat Chymista indigitabat; Leodio adferri curavi; quo bis terve sumpto, per omnem vitam ab Epilepsia immunis fuit, ejus olei, quod fæpe fidum expertus sum, descriptionem hic ponam.

℞. Vitrioli veneris, aut viridis ægris calcinati, ℔iß. cranii humani, ungulæ alcis, an. ℥ii. visci querni (malim colurnum) sem. pœon. maris, an. ℥i. cum spiritu vini rectificatissimi ℔ii. digere in retorta & distilla S. A. ingratissimum est hoc oleum, & odore & sapore, sed miræ efficaciæ, si cum aqua convenienti sumatur. Huic omissis universalibus, quia ob virium imbecillitatem mortem timebam, solis antidotis consulvi, monuique meminisset, dicere stagiritam naturæ ocellum, synusiam seu coitum esse parvam epilepsiam, à parva autem ad majorem proclivem esse transitum. *Henricus ab Heers, observat.* 18.

Puella quædam ab ebriis duobus ad stuprum sollicitata, in epilepsiam ex subito terrore & animi consternatione incidit gravissimam. Ad illam accersitus, duas quæ lecto adstabant famulas rogo, quoties concideret; jam videbis inquiunt, adhuc loquebantur, cum sęvissimè convulsa fuit, lecto affixus, observo illam duos utriusque pedis pollices confricare, nec ullam in illis movendis, quoties paroxysmo libera erat quietis partem interponere, extemplo curo beri butyrum antimonii, ex æquis antimonii crudi & mercurii sublimati concinnatum partibus: quo utrique pollicum applicito, vesicisque magnis excitatis, iisque abscissis, demum carne ad ossa ablata, ab omni paroxysmo, triduo liberrima fuit: quarto die cum levissimè convulsam domestici dicerent, sumpto antepileptico, ex cranio hominis, pavonino excremento, vesica apri cum lotio in furno siccata. visco colurno, oleo succini inodoro, aquisque cirei dicatis apprimè facto, nunquam postea vel umbram convulsionis sensit. *Henricus ab Heers, observ.* 24.

SUBSECTIO XVII.

Pro Epilepsia.

PRæmissis universalibus vomitivis & catharticis exhibeantur specifica qualia sunt. Primò, Hepata ranarum quæ sic parentur, ex quadraginta ranis viridibus aquaticis vivis jecinora exime, & sigillatim pone supra folia brassicæ capitatæ ad eam partem qua terram respiciunt, ita ut se invicem contingant; postea in ollis devitreatis & recentibus superius tectis, exsiccentur, ad lentum ignem, ita ut in pulverem tenuissimum teri possint, à foliis cautius separata. Postea divide pulverem integrum in quinque partes æquales, & usui serva, partem unam exhibe patienti jejuno ventriculo in haustulo aquę vel spiritus appropiati, cùm Luna ingressa est cancrum: vesperi duabus horis à cœna alteram partem, atque sic consequenter postero die manè tertiam, vesperi quartam; tertio die ultimam partem mane, ubi tamen observandum semper ante & post sumptionem pulveris duabus horis ab omni cibo & potu abstinendum esse. Si patiens post sumptam hanc medicinam in fronte & temporibus sudet, testimonium est operationis exquisitæ, itaque si post tertiam, quartam & quintam exhibitionem sudor provocetur totius corporis, vel in lecto, vel laconico, effectus sperandi sunt uberiores. Hic pulvis mense *Majo*, *Junio*, & *Julio*, usque ad medietatem *Augusti*, tantum confici potest, extra hæc tempora ranæ inutiles sunt, ultra annum non durat, vix dici potest qnantum emolumenti ab hac medicina simplici accedat. Hoc remedio restitutus est *Fredericus* quartus *Palatinus* qui ab anno quindecimo ætatis ad vicesimum sextum epilepticus fuit.

Secundò, Amuletum ex frutice sambuci in salice inventi, colligatur frutex quolibet mense, melius tamen *Septemb.* & *Octob.* quando maturuerint grana sambuci ante plenilunium diebus duobus, & reservetur usui (servari potest annos duodecim) teneriores saltem surculi sufficiunt, usus

talis

talis est. Seca furculum unum tenuiorem in taleolas tenus, & quantum fieri potest integras: earum novem redigantur in nodulum, vel ex linteo vel serico confectum & cum simplici filo lineo suspendatur collo usque ad orificium ventriculi, ut rectè nodulus eò pertingat, applicetur post univer. salia, & relinquatur tamdiù donec spontè sua citra omnem vehementiam rumpatur filum & nodulus videatur cadere, quem deinceps neque patiens, neque ullum animal nudis manibus vel pedibus tangat, sed mediante aliquo instrumento vel forcipe, vel alio, sepeliatur subtus terram, eo in loco, ubi neque animalia pertransire possint. Secus si tetigerit, morbus epilepticus denuò invadet eum; vel alios antea morbum non passos corrumpit, id quod studiosè est evitandum. Hoc amuleto curari possunt & ii, qui longissimo tempore hoc morbo laborarunt. In adultis soleo ex majoribus furculis excavatis facere cannas, per quas tempore gestationis amuleti omnem suum potum hauriunt. *Ioh. Hartmannus*. Pract. Chimiatr. *pag.* 67.

Hartmanni amuleto ex frutice sambuci in salice inventi, plurimi epileptici salutem suam debent. Medicus quidam nostræ urbis exercitatissimus plusculos solo isto amuleto restituit, præmissis præmittendis.

Sartor Juvenis *Haffinienſis* tumido ventre diu aquam inter cutem collegerat, nullis adjutus medicamentis, transmisso ad cerebrum sero copioso, epilepticus evasit. urgebat viginti & quatuor horis paroxysmus, & miserè torquebatur, sed appenso amuleto, imminutus primum paroxysmus, mox planè remisit, hydrops verò tractu temporis alvi fluxu superveniente detumuit. *Thomas Bartholinus*, *hist.* 69. *cent.* 4.

SUBSECTIO DECIMA OCTATA.

Pro Epilepsia.

ANno 1598. Iuvenem *Lausannæ*, quindecim annos natum, curandum habui, qui singulis ferè diebus, semel ad minimum, accessionem epilepticam patiebatur, cuique ob id multa, sed frustra; præscripta adhibebantur remedia. Ego purgato corpore pilulis aureis & cochiis, institutoque regimine optimo, setaceum ipsi adhibui, hinc accessiones remiserunt, & paulatim ab Epilepsia liberatus fuit, corpore ejus post leniter aliquoties purgato. *Guil. Fabrit. Hildanus*, *observ.* 41. *cent.* 1.

Inter amuleta præcipuè commendatur Smaragdus, nam si è puerorum collis pendeat, eos ab epilepticis paroxysmis tutari creditur; digitis etiam gestatus comitialem morbum impedire omnes authores asserunt; eamque habere facultatem, ut si morbus ita vehemens sit, ut superari a gem. ma non possit, eam in partes diffringi, itaque vel tollere morbum, vel frangi quasi pugnando à potentiori devictam *Anselmus Boetius*. *De Lapid. & Gemm. libr.* 2. *cap.* 53.

Refert *Arnoldus Villanovanus* grana x. corall. rubr. ex materno lacte infanti primùm nato exhibita ante omnem alium cibum vel potum, efficere ne unquam in vita epilepsia corripiatur: quod *Camillus Leonardus* Medicus *Pisaurensis*, frequenter se expertum fuisse testatur. *Anselm. Boetius*. *De Lapid. & Gemm. lib.* 2. *cap.* 154. & *Wolfgangus Hœferus* in hercul. Medic. *lib.* 7. *cap.* 6.

Cæsar in Epilepticis hoc remedium prò maximo secreto habet, & ait *D. Petrus Cavizerum* etiam homines provectæ ætatis, & qui diu hoc morbo fuerinr obnoxii, post purgationes curasse.

℞. Crystall. præp: ℥i. corall. rub. præp. ℈ii. margar. orient. ℈i. smaragd. orient. ℥ß. M. F. Pulvis, cujus media pars est dosis in aq. taraxaci, bis feci periculum, ægri liberati sunt ab Epilepsia, sed postea tamen obierunt, Crystalli usum non existimo esse tutum, & Smaragdus, quo vulgo utuntur, non est verus. *Io. Crato*. *Epist.* 14. *lib.* 5. *consil. & epist.*

Crato existimat crystalii usum non esse tutum, verùm contra probatur ab aliis Medicis, ut *Antonio Guainerio*, *Ioh. Langio*, & *Anselmo Boetio*, & experientia aliquoties docuit, ejus usum non solum tutum sed & utilem esse.

Nec refert, quod ægri, qui ex usu pulveris

febris antea descripti ab Epilepsia liberati sunt tandem obierint; alia enim obitus causa, non Crystallus esse potuit. *Daniel Sennertus. practic lib.* 1. *parte* 2. *cap.* 31.

Semen pœoniæ maris collo subnexum vim habere experimus, & ungulam alcis vel appensam, vel annulo inclusam vidimus Epilepticam accessionem cohibere. *Ioh. Fernelius, consil.* 1.

Pro epilepsia infantium. Quando infans deambulare inceperit, si ab hoc languore vexetur, propinetur syrupus ex succo cichor. manè cum urina ipsius calida permixtus. Hæc enim potio suaviter solvit ventrem & educit phlegma, & à tota specie curat morbum lunaticum. Non omittam quod gratia *Dei* mihi collatum utile ad sanitatem huius infelicis languoris: fateor me expertum in quàm pluribus infantibus, quod suspensio pœoniæ & ligni quercini usti cum argento curant in tota specie morbum caducum, & lapis smaragdi similiter. *Socrates* recitat hoc experimentum pro mirabili & electo. In pullis, inquit, hirundinum inveniuntur duo lapides, quorum est rubeus, alter albus: albus quidem, lunatico cadente, appositus levavit eum; Rubeus autem acceptus & ligatus in pelle collo ei apponitur. Lapis smaragdus deferentes eum in annulo à morbo caduco liberat. Propter hanc causam docentur Reges suspendere in collo puerorum suorum, statim quando nascuntur ne superveniat iis morbus caducus. *Arnoldus Villanovanus, lib.* de Epilepsia *cap.* 4. *&* 24.

Emplastrum hoc roborans occipiti admoveatur.

℞. Storac. benjoin. ladam. an. ℥iv. rad. pœon. ireos, flor. visc. q. mastic. an. ℥i. styrac. liq. q. s. f. emplastr. massa.

Exhibeantur guttulæ aliquot mixturæ spiritalis cum liquore idoneo. Olei succin. gr. ii vel iij. cum pari quantitate spir. vitrioli in aq. beton. Exhibitæ puerulos à paroxysmo epileptico statim plerumque liberant. Idem oleum naribus illitum multum confert. Oleum etiam buxi utiliter hic exhibetur. Ad præservationem ab hoc morbo, recens natis, antequam lactare incipiant, detur Pulv. de guttet. ℈i. cum pauco lacte, eademque dosis ter repetatur intra 2. dies. Iisdem vero post aliquot dies à partu, tum etiam iis qui semel epilepsia correpti sunt, causticum occipito inurere utilissimum est: Purgetur puer bis in mense cum manna, syrup. ros. aut de cich. cum rheo. Singulis interluniis capiat dosin pulv. de gutteta. Paretur cucupha cerebrum roborans, & suffumigium pro tegumentis capitis. Nonnulli denique ad ptæservationem hoc remedium comendant.

℞. Spir. vini lib.. iv. castor. ℥i. rad. pœon ℥iii. macerentur & colentur. Colatura totum corpus infantuli abluatur calidiusculè. *Lazarus. Riverius Prax. Med. lib.* 1. *cap.* 8.

Chimici valde commendant mixturam spiritualem, qua in Epilepsia nullum medicamentum præstantius exoptari posse asserunt. Illius compositio talis est.

℞. Spirit. vitrioli part. i. spir. tartar. part. iii. aq. theriacal. camphor. part. iv. M. & vitro bene clauso per 3. aut 4. septimanas digerantur. Dosis est ℥i. in convenienti vehiculo. *Lazarus Riverius, Prax. lib.* 1. *cap.* 7.

Cornu cervi ustum hic utile. Quotidie ad mucrones aliquot vel per se, vel cum syrup. de pœon. aut aq. cinam. exiberi poterit. Hoc modo præparetur. Primùm contundendo redigatur pulverem, deinde teratur super marmor affundendo aq. pœo. flor. tiliæ, aut lilii conval. tamdiu teratur donec justam spissitudinem aquirat. Componantur, planetur, & decussatim scindendo dividantur; servetur ad usum. Inter omnes pulveres ad hunc morbum valentes, præstantissimus judicatur pulvis cranii humani præparati. Pro secretis habetur stercus leonis & ciconiæ in prædictis aquis sæpius propinatum. Vulgus stercus boum juniorum ligat in petia intingit aq. flor. tiliæ, exprimit & patienti bibendum dat. Pre ceteris commendatur vesica apri cum lotio suspensa & exsiccata in furno, & lento igne in pulverem usta, cujus itidem aliquid pueris in aq. flor. tiliæ exhibetur. Ex amuletis præstantissimum est lapis in pullorum ventriculis inventus in aluta cervina ligatus & de collo suspensus *Solomon Albertus* apud *Ioh. Philippum Brendelium. Consil.* 18.

Epilepsiam, experimento certissimo vi-

duæ cujusdam hoc remedio se suamque familiam sustentantis, curari per pulverem ex ovis coturnicis factum testatur Illustris Domina quędam. Exsiccantur paulatim ova, ut in pulverem teri possint; de hoc exhibetur pro dosi ʒß. vel ℈ii. Sic provida natura ex eadem avicula, etiam ut perhibetur epilepsiæ obnoxia, promit remedium. *VVolfangus Hæferus, lib.* 1. *Herc. Med. c.* 2.

℞. Piper. cinam. nuc. mosch. an. ʒi. bulliant in cervis. ℔iij. ad ℔i. Dein accipe fel. canis majoris vel minoris pro diversa ætate ægrotantis affunde bilem omnem in vesica contentam prædicto liquori, & ebibat, abstinendo à potu per duas horas. Dein capiat haustum secundi decocti super eadem aromata. Hoc ego remedio empirico puerulum epilepsia diu & quotidie correptum post universalia, *Dei* Opt. Max. beneficio restitui. Nunquam fefellit hoc pharmacum empiricum quendam nomine *Stevvartum*.

D VVederburnus pulverem suum antepilepticum unicè prædicat, & ejus eximias dotes multum extollit, cuius ope quam plurimos curavit puerulos. Descriptio sequitur.

℞. Ras. ungul. alcis, spond. an. ʒi. rad. pœon. mar. sem. anis. succin. alb. præpar. c. c. præp. an. ʒiii. cranii humani præp. ʒß. cal. arom. visc. q. ras. buxi, ebor. & lign. Rhodii. an. ʒiiß. magister corall. rub. rad. valerian. Sylv. corallin. an ʒii. flor. beton. salviæ, lavendulæ majoran. rorismar. an. ʒi. nunc. mosch. ℈iv. fol. auri & argenti an. num. 15. M. Dosis à ℈i. ad ℈ii. ex posseto salviato. Compositioni Ambr. gris. ʒi. addi poterit. Non comtemnendum pro epilepsia est sequens remedium à Doctore *Jolly* in usum sępius vocatum.

℞. Stercor. pavon. exsicc. ʒi. flor. tunicæ ʒiß. M. & infund. in aceti ℔i. Capiat cochl. ji. è colatura sæpe. Clarissimus *D. D. Robertus Cunninghame* Medicus celeberrimus in M. S.

Pulvere hoc antepileptico in plurimis cum laude sum usus.

℞. Stercor. pavon. alb. in umbra optimè siccati ʒiii. talpæ totius præter cutem optimè in clibano post exemptum panem siccatæ ʒß. secundinę mulieris primiparæ masculum enixę ʒvi. Rad. pœon maris, valeriam. Sylv. & visc. querc. ʒiß. Crystalli rupis & fragmenta tor. smaragd. ritè prępar. an. ℈v. Rad. contraverv. & viperinè Virginianæ, an. ℈ii. f. omnium pulvis subtilissimus addendo Ambr. gris. ℈i. Dosis ʒß. cum aq. cerasor. nigr. & flor. tiliæ exhibita. Eum Illustrissimo viro *D. Theodoro de Mayerne* acceptum, fero; qui si per anni tempestatem licebat jecinora ranarum viridium, nequid pulveri deesset, addere solebat. *Fredericus Lossius, lib.* 1. *observ.* 11.

SECTIO QUINTA.

De Epinyctide.

Ἐπινυκτὶς (sic dicta quod noctu oboriatur, & noctu hominem vehementius excruciet) pustula est pessima, circa quàm vehemens inflammatio conspicitur, cum ingenti dolore subrubra est, & quadantenus livescens, noctuque potissimum affligit. Sponte exulceratur, ex eaque subcruenta sanies emanat, speciem habere cognoscitur carbunculi, causamque similem sed quę nullius malignitatis particeps, levior existat: quemadmodum & ejus pustula carbunculo minor: fabę enim est magnitudine.

SUBSECTIO VNICA.

Pro Epinyctide.

PUrgato prius decenter corpore, brassicam crudam contusam imponere mandavimus quę sola satis fecit ad curandum hunc effectum; imponitur etiam Cicuta cum melle trita, solanum etiam per se, & cum Coriandro viridi; hyoscyami item folia cum melle pertrita admoventur, aut olivæ folia cum aqua cocta *Petrus Forestus obser.* 16. *lib.* 1. *observ. Chirurg.*

Cùm nullis remediis epinyctides potuissem curare in atrabilario venatore, mulierculæ consilio illitæ fuerunt oleo juniperino, & vir ille placidè dormivit, cum antea insomnes noctes duceret, & sanatus fuit. *Petrus Pachequus observ.* 7.

SUB-

SUBSECTIO SEXTA.

De Epiphora.

Ἐπιφορά (à φέρω ferò) eſt immoderata tenuis humoris fluxio lachrimarum ſpecie in oculos præter naturam facta, humor qui fluit, modò frigidus eſt & aqueus nullo dolore moleſtus, modò acer eſt, aut ſalſus, dolorem ardorem & ruborem, imò nonnumquam palpebrarum exulcerationem inferens, Symptoma eſt in excretis. Hujus affectus cauſa proxima eſt humor excrementitius, à capite vel aliundè à parte aliqua corporis in angulos oculis influens. Cauſæ diſponentes ſunt partis affectæ imbecillitas, roburque mittentium.

SUBSECTIO VNICA.

Pro Epiphora.

PUellæ cuidam novem annorum ex uno oculo lachrymæ ultro effluebant, quæ frigidæ erant, neque oculum corrodebant. Erat autem puella pituitoſa & catarrho obnoxia, præmiſſis univerſalibus ut ſequenti collyrio uteretur mandavi, quod omnibus convenit in quibus malum perſeverat.

℞. Aloes, nucis cupr. thuris, maſtich. myrrh. an ℥ij. tutiæ præp. ſarcocoll. nutrit. an. ℥iß. ſang. drac. herbar. fumach. roſ. rub. an. ℈i. pulveriſentur tenuiſſimè & excipiantur aqua fœnic. & fiat collyrium, cujus ope ab hoc malo liberata eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv. lib.* 11. *De morbis oculorum.*

Epiphoram calidam in muliere quadam ita curavi, corpore repurgato & vena ſecta, collyrio ſequenti utebatur.

℞. Troch. alb. rhaſis ſine opio, ℥i. aq. roſ. vel peculi roſ. ℥iij. aq. fœnic. (ne ob refrigerationem obtundatur acumen viſus,) ℥ij. M. F. Collyrium.

Si illud non juvaret conſului ut ſequenti uteretur.

℞. Ceruſſ. ablutæ, ſarcocoll. nutrit, liicii, acaciæ, thuris, an. ℥i. oſſium myrobal. aduſtor. corall. alb. rub. an. ℥ß. margarit. ℈ß. ſucci mali punici ad dimidii abſumptionem cocti, q. ſ. F. Collyrium. Solus etiam malorum punicorum ſuccus coctus, donec dimidium abſumatur, lachrymas calidas curat. In hac Epiphora commendantur etiam cauteria retro aures *Rondeletius*, potius laudat cauterium ſupra commiſſuram. Vetula quædam in *Italia* cum oculos haberet lippientes, lachrymantes & ſanioſos, cum intenſo dolore & prurigine, & nullis remediis poſſet curari tandem raſo capite emplaſtrum veſicatorium impoſitum eſt; excitatiſque veſicis ac rupis, butyro impoſito, ac demum caulis folio, quo præſidio perfectè curata fuit. Veſicatoria etiam in collo egregiè proſunt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 12. *& Schol. lib.* 11.

Pro ſingulari experimento habetur hoc unguentum.

℞. Ærugin. æris, gr. xij. camphoræ, ℥i. tutiæ præp. ℥ß. butyr. rec. quod cum aqua roſ. liquefiat, & parum bulliat, ℥vi. M. decenter ut fiat unguentum. Indatur piſi magnitudo in oculi canthum majorem leviterque inungantur palpebrè. Eſt ad Epiphoras & pruritus oculorum, ſingulare experimentum. *Felix Platerus, tom.* 2. *prax. med. pag.* 279.

SECTIO SEPTIMA.

De Eryſipelate.

Ἐρυσίπελας (Latinis ignis ſacer, vulgò roſa) tumor eſt bilioſus cum ardore vehementi per corporis ſumma, diffuſus, nec tumore manifeſto extuberat, nec partem attollit, nec penetrat in ſubjectam carnem, ſed latè diffunditur, nulla collectione circumſcriptum, quamcunque partem prehendit, vehementer mordicat & urit. Color ineſt ex rubro flaveſcens qui preſſu ſubter fugit, moxque redit, dolor nec pulſans, nec admodum vehemens. Eſt autem duplex, unum quod ſimplex Eryſipelas dicitur, ſolo rubore & ardore; nulla exulceratione moleſtum; alterum quod ignis ſacer appellatur, atque exulceratum eryſipelas, ejus origo eſt è fervente tenuiſſimoque ſanguine qui vulgo bilioſus appellatur, cum febre ſemper invadit. Eryſipelas nothum aliud eſt phlegmonodes, quod tumentius quidem ſed minus fer-

fervidum exiſtit, aliud œdematodes, & aliud ſcirrhodes.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Eryſipelate.

HOc pro arcano accepimus, ſi ſperma ranarum *Martio* menſe collectum, in Alembico deſtillatur, & ille liquor deſtillatur cum petiis lini applicetur Eryſipelati, egregiè prodeſſe.

Bened. Faventinus in Eryſipelate, ſi tumor adeſſet, ſanguinem mittebat è Baſilica; ſi autem eſſet abſque tumore, tantum cuti inhærens, à phlebotomia abſtinebat.

Detur hęc potio.

℞. Caſſię ℥i. el. de ſucco roſ. ℥iß. cum aq. endiv. F. potio, ab evacuatione ſtatim alterandum eſt in hunc modum.

℞. Syrup. de roſ. de ſucco endiv. de ſucco acetoſ. an. ℥ß. aq. plantag. & roſ. an. ℥i. M. deinde hęc appoſui.

℞. Succ. plantag. ſolan. ſemperviv. an. ℥vi. aq. roſ. ℥iij. M. cum petiis infuſis appone, cùm verò diutę petię incipiunt calefieri, ſtatim eas amovere oportet, Præceptor meus valde attramentùm commendabat, ſi eo Eryſipelas integeretur, ob frigida & ſtyptica ingredientia attramenti, vel inungebat petiam unguento de ceruſſa & apponebat. Vel,

℞. Ung. de ceruſſa ℥vi. ſucc. plantag. ℥ij. aq. roſ. ℥i. M. & eo extenſo ſupra petiam Eryſipelati apponatur, vel hoc quo ſequitur valens in augmento.

℞. Lithargyr. argenti, ℥vi. ſucc. plantag. ℥iij. ol. roſ. ℥ij. aceti opt. ℥i. M. Omnia in mortario plumbeo benè ducantur quouſque fiat unguentum participans de colore plumbi, extend. ſuper petiam, & apponatur, permutentur hæc manè & veſperi, tamdiu donec certus fueris de augmento & ſtatu ejuſdem. Cùm verò declinare cœperit; quod cognoſces ex mutatione coloris ad album vel rubrum, tunc ſiſte gradum ab applicatione frigidorum ob metum mortificationis partis, & illorum loco hoc ſotu foveatur.

℞. Flor. Chamæm. melil. fœnugræc. an. M ß. bulliant in aq. q. ſ. & facta quotidiana fomentatione cum petia madefacta in liquore dicto, abluatur locus cum modico vini albi odoriferi calidi. Hoc enim eſt quod prohibet futuram membri mortificationem ex Eryſipelate. *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 2. Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Eryſipelate puro in crure.

POſt exhibitum infuſum rhei cum ſero lactis & ſyrup. viol. terram cimoliam ex furno cum butyro inſtar pultis mixtam circa ſuram appoſuimus, & ſtatim Eryſipelas curatum eſt.

Cum hæc colligerem cognata quædam mea eryſipelate legitimo in crure ſiniſtro circa talum ad ſuras ſurſum aſcendente correpta eſt. Ad hoc curandum, epoto hoc pharmaco quinquies alvum depoſuit.

℞. Fol. ſen. ℥iij. ſem. aniſ. ℥ß. infund. in ℥v. decocti communis, facta ebullitione levi & fortiſſ. expreſſ. adde ſyrup. ex infuſ. roſ. ℥i. M. cruri autem appoſuimus pultem ex lacte & pane ſiligineo contrito & pulvere terræ cimoliæ quæ exterius furnis circumducitur, eſtque griſea, & vocatur apud noſtrates vulgari nomine *Clep*: cum ter quaterve hoc emplaſtri modo appoſuiſſemus, dolor ſedatus eſt, & rubedo evanuit, & ab Eryſipelate curata eſt. In alio etiam profuit terra hæc Cimolia in parte externa furni collecta, & cum butyro trita inſtar pultis appoſita. Hoc enim arcano etiam plures alii ex eriſipelate phlegmonoſo curati ſunt per me, alii quoq; hoc ſequenti experimento uſi ſunt ad eryſipelas tam purum quam phlegmonoſum, quod conſtat ex vitellis ovorum duris & ſale contritis. Hoc enim ſolo remedio plurimi curati ſunt. *Petrus Foreſtus obſerv. 2. lib. 2. Obſerv. Chirurg.*

Extra ſtupam cannabinam farinà hordei & pulvere liquir. conſperſam aplicui, in horas ob calorem mutandam, præſcriptis actu frigidis, adſtringentibus, & præcipuè humidis. *Baltaſſar. Timæus Caſus 38. lib. 4.*

Inter plura ignis ſacri genera Ἅγριον numerat *Plinius Nat. Hiſt. lib. 26. cap. 11.* qui medium hominem ambiens ſi cinxerit eum

enc-

enecat ; quo Marchionem *Brandeburgenſem* interiiſſe, Principem verò *Palatinum* ſanitati à ſe reſtitutum refert *Langius lib. 1. Epiſt. 32.* Corripiebatur eodem honeſta matrona jurium practici vidua, quod cum præ pudore diſſimularet, & tibiam ſaltem eodem igne inflammatam & exulceratam Chirurgo tractandam exhiberet, accidit ut altero illo ſubitò invaleſcente & in gangrænam deſinente, ægra præter ſpem placidè expiraret, paulò ante mortem & ſuperioris illius inſpiciendi copiam faciens. Deprehendi autem illud inferiorem ventrem tam accuratè circumdediſſe, ut cingulum fuſcum palmam latum examuſſim refert. *Thomas Bartholinus. Act. Medic. Sect. 108. anni 1671. & 1672.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Eryſipelate Cruris.

JVſſi illinire locum rubentem hoc linimento.

℞. Succ. Solan. plantag. an. ℥i. ol. viol. roſ. an. ℥ii. aceti roſac. ℥ß. coq. ſuccorum conſumptionem, adde unguenti populei & de ceruſſa an. ℥ß. camphoræ, ℈i. ceræ alb. parum. F. Linimentum, quo illinant crus ubi rubet, & poſtea involvat corio canino, mitigabatur dolor & rubedo: Sed poſt biduum vehementer iterum recruduit malum, itaque quia ſpiſſius adhærebat prius unguentum aliud præſcripſi.

℞. Succi ſolani plantag. an. ℥ii. aceti roſ. ℥ß. lariceæ, diſſol. in vitello ovi, q. ſ. vitell. ovi, nu. 1. ol. roſ. viol. de nymphea, an. ℥i. probè agitentur, & illinat locum affectum. *Felix Platerus obſerv. lib. 2. pag. 347.*

℞. Ol. roſ. & vinum antiquum æquali menſura ; in eo fervendi duplicatum linteum immergere juſſi, expreſſumque calidum tibiæ obvolvere, ſtatim dolor remiſit, aliquoties per biduum eo uſa, liberata ab ardore & rubore fuit. Idem hoc in aliis tentatum remedium egregiè profuit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 517*

Præclaram remedium eſt ſtercus recens bubulum, ſi in ſartagine coquatur cum aceto, adjectis flor. camæm. & ſanbuci, ut F. Cataplaſma, quod tepidum admovetur, ex aceto roſato & aqua ranarum coquitur myrrha, & ea aqua admovetur. *Ioh. Heurnius, ad Aphor. Hippocr. 25. ſect. 6.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Eryſipelate.

AD præſervandum ab Eryſipelate medicamentum hoc tibi commendatum volo.

℞. Fl. Sambuc. rec. vel ſiccat Mj. lactis vaccæ rub. ℥viii. vel ℥ix. coque moderato igne, ne ebulliendo quicquam effluat, inde colla: excolatum lac bibe manè tepidum qualibet decreſcente luna, idque licebit prout commodum fuerit, bis, ter quaterve facere, atque per annum integrum qualibet decreſcente luna continuare. Affirmant qui experti ſunt, ab iſtius annuo uſu homines nunquam poſtea Eryſipelata tentari, neque omni penitus ratione hæc experientia deſtituitur. Statim ut morbus invadens deprehenditur, ad naturæ motum adjuvandum, quod intus noxium eſt, & quaſi in venis turget, ab internis viſceribus ad cutem excutiendum, in quem finem aliqui theriacam, aut mithridatum optima ratione exhibent. Ego in iſta prima humoris motione, priuſquam in extremis aliquid rubere incipiat, atque ita de morbo adhuc incertus ſum, propinare ſoleo ſubſcripti electuarii (cujus mihi etiam in peſte uſus eſt) ℥i. vel ℥iß. vel ℥ii. ſecundum corporis ægrotantis conſtitutionem, robur, & ætatem, in paucis aq. cichor. vel card. bened. vel ſcabioſæ quæ potione levi ſudore moto fluctuans humor excutitur.

℞. Theriac. andromach. ℥i. bol. armen. præp. vel terræ ſigill. veræ, vel iſtius ex Sileſia recens importatæ ℈i v. gran. juniper. rec. rad. cormentill. ſem. card. bened. an. ℥v. ſpec. elect. de gemmis, diamarg. frigid. an. ℈i. raſ. eboris, vel oſſis de corde Cervi ſem. acetoſ. corall. rub. præp. an. ℥ß. cum Syrup. acetoſit: citri, q. ſ. F. Electuar. liquidus S. A. mirum in modum huic morbo convenire ingredientia donec, & uſus comprobat.

Ubi jam in parte aliqua effloruit tumor Eryſipelatodes, Medici ſtatim frigida & hu-

humida, Solani & sempervivi succos adhibent tam diu donec coloris rubicundi vigor deferbuerit remissus sit, tunc enim ad leviora discutientia transeundum est, in principio igitur hoc & leve & tutum est locale.

℞. Aliquot folia crassulæ major (quæ cotyledonis species est) & applicentur parti ita ut exterior foliorum pars detracta pellicula cuti jungatur. Tutum est hoc remedium & mihi sæpenumero utile compertum quin, & paratu facillimum est & elegans quo & calor extinguitur & dolor mitigatur, juvat etiam aqua in Majo destillata ex rec. stercore bubulo applicata: quæ & suo tempore in æstate bibita multos juvit.

Utile est Emplastrum quod vocant Diapompholigos admotum quocunque tempore sive sit simplex, seu exulceratum Erysipelas, nihil pingue, nihil oleosum adhibendum aut quod gravet sua mole, aut alioqui cutis meatus impediat vel obstipet, nam ista solent ad suppurationem vel putredinem (quod *Hippocr.* autore 20. *Aphor. Sect.* 7. valde malum est) causam dare, atque in isto morbo naturæ impedire motum. Aliqui fœliciter hoc utuntur supra & infra ruborem filo serico rubente partem tumentem circundant, atque ex stercore vaccino, albuminib. ovorum & pauco bolo cataplasma imponunt.

Ubi jam calor deferbuerit, utiliter sicci panniculi linei calefacti imponuntur, qui maduerunt in subscripto liquore, & in umbra exsiccati sunt.

℞. Saponem album venetum dissolv. in aq. scabios. calente, atque ista imbuantur panni linei mundi, & exsiccentur, istis admotis discutitur & resolvitur tumor rubens. Imminentem morbum aliquoties præcaveri vidi usu huius medicati cibi, accipiunt absintii paucas comas, pauca folia taraxaci, caput monochi vocant, & tantundem chamædryos vulgaris à *Fuchsio* depictæ, recenter manè lectas omnes minutim concisas immiscent recenti ovo, coquunt in placentulam mollem cum tantillo butyri vel olei olivaram, vel subigunt tantum ad levem ignem, hac vescuntur manè novem ex ordine in *Maio* diebus, incipientes ab ipsis *Maii* calendis. Isto modo novi nonnullos ab isto morbo se liberos integrum annum servasse qui alias sæpius affligi isto solebant. Cum hoc medicamentum hepar ita disponat, ut minimum istius tenuis, bilioſi, pinguis, fluxilis humoris ingeneret, ego mea fidei commissis autor esse soleo, ut non solum novem primis verum etiam singulis in *Maio* diebus quotidie eo utantur: nam ita ab obstructionibus hepar liberatur quod in eo & vicinis partibus bilioſum inhæresit, abstergitur, refrigeratur hepar mediocriter, & inter humiditatem & siccitatem, quandam temperiem, atque totum hepatis corpus robur quendam & robur acquirit, ut porrò massam sanguineam ingeneret magis stabilem, minusque fluxilem, pinguedine sanguinis absumpta, absterſaque tenui bile, qui utebantur sine potu sumebat: ego quibusdam permitto, ut post esum parum vini absinthitis bibant. *Reinerus Solenander, consil.* 12. & 13. *sect.* 5.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Erysipelate.

ERysipelati applicare jussi Cataplasma ex ℔ß. micæ panis albi, terræ Cimoliæ ex parte furni externa ℥ij. cum pauco croco, & vitello ovi coctum in s. q. lactis vaccini ad consistentiam. Sed mulierculæ melius suis experimentis confidentes, feli vel cato nigro prehenso, articulam vulnerarunt, atque exinde stillantem cruorem parti Erysipelatosæ induxerunt superimposito linteo sicco, unde illico Erysipelas recedere visum. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 9. cap. 6. lib.* 1.

Erysipelas odore lintei leporino cruore tincti sanatur; si siccum illigetur. *Joh. Helmontius, tractat. cui tit. Imago fermenti impregnat massam semine.*

Probatissimum vulgi remedium unum Chartæ huic ad suam, quod nunquam fallere experientia inter nostros docuit, urinam propriam mele subactam summo mane continuis tribus diebus assumunt, & exinde tutos se ab Erysipelate per vitam sciunt. Mel sanè humores calidos temperat & ex-

& expurgat, urina verò vehiculi loco adhibita, ſale ſuo abſtergit bilem Lithargyrum tritum inter duas petias externè Eryſipelati impoſitum, & dolorem mitigat & tollit Eryſipelas. Vidi effectum, & aliis auctor ſui ut uterentur, quia etiam *Crato* id probavit. Cavendum quidem in hujuſmodi morbis à refrigerantibus & adſtringentibus, cæterum multorum fœlicem eventum uſus comprobat, quorum rationes ignoramus. *Thomas Bartholinus, hiſtor. cent. 6.*

Eryſipelas recens quamcumque partem invaſerit externa diſcutientia requirit moderata. Sanguis menſtruus in aceto roſac. diſſolutus, & calidè applicatus ſubitò ſolvit; præſertim ſi ſudores quoque moveantur ex bezoardico tum ſimplici tum compoſito in aqua *Senecionis*. Nonnullis aqua ſpermatis ranarum ad extinguendum ignem ſacrum familiaris eſt, ſed ſæpè malo cum ſucceſſu: eſt enim nimis frigida. *Joh. Hartmannus.* Prax. Chimiatr. *pag.* 385.

Ruſticus quidam Eryſipelate phlegmode in ſiniſtra manu laborans, ex conſilio per aliquot dies manum & brachium oleo roſac. inunxit: unde dolores, inflammatio, aliaque ſymptomata magis magiſque ingraveſcebant, ita ut tandem gangræna correpta ſit tota manus, is cum ad me acceſſiſſet, ſcarificatione aliiſque remediis quæ ad gangrenæ curationem ſpectant, curatus fuit. Ex quibus perſpicuum eſt, oleum maximè inflammationibus adverſari. *Guil. Fabr. Hild. obſerv.* 82. *cent.* 1.

Quidam Eryſipelas in ſeipſo & aliis plurimis curavit ſecreto præſtantiſſimo, quod ſic habet, accipiebat folia & ramuſculos ſabinæ & in pulverem craſſiuſculum redactis quotidie ter ſuffiebat membrum affectum. Si verò exulceratio adjuncta eſſet, teram virgineam in aqua calida manibus tractatam, emplaſtri modo, ſolam imponebat. *Hieron. Reuſnerus, obſ.* 124.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Eryſipelate.

SI Patiens ſit Plethoricus, & venas habeat amplas & tumidas, & bilis fo-

veatur a ſanguine, tunc vena hepatica, aut mediana dextri brachii eſt incidenda. Novi ego Comitem, qui ex Eriſipelate mortuus eſt, præ timore & puſillanimitate Medici, qui ſanguinem ipſi verebatur detrahere.

Si Plethoræ ſigna non adſint, ſuperſedere poſſumus venæ ſectioni, & quamprimum naturæ laboranti ſubvenire potiuncula leniter purgante quæ dicata ſit bilis expurgationi. Poſtquam pravis humoribus corpus expurgatum eſt, ſive una vice pluribus, ſequenti die ſudoriferum eſt exhibendum, ut natura partim per ſudores expellat humores peccantes reſiduos, partim materiam contentam & impactam digerat, ſi fortè eadem aut imbecillis nimium, aut cutis denſior exiſteret. Sequens ergo ſudoriferum propinetur.

℞. Aq. Sambuci, ℥iii. ſem. apii, ʒii. terræ ſigillat. ʒß. M. Utilis etiam pro hac intentione eſt Syrupus, S. Ambroſii, ut & theriaca cum aq. cardui exhibita. Inter externa procul abſint refrigerantia. Nonnulli adhibent linteum, quod adhuc lotionem expertum non eſt, ſed recens a textore venit; ad hoc opus probatum eſt remedium & admodum utile, ſi ſapo conquaſſetur in aq. flor. ſambuci, aut in ejus defectu in aq. communi, & linteum intingatur & continuò exſiccetur, & tepidè applicetur loco affecto, & quamprimum incipit exſiccari, iterum renovetur. Multi Eryſipelas tantum ſuffumigant maſtic. thur. aut hyper. poſſumus etiam miſcere partem unam ſaponis Veneti, & duas ſimi vaccini in aqua, & ex iis confice cataplaſma quod Eryſipelati applicetur. Varia etiam poſſunt comparari remedia ex ſolo Sambuco, nam præcipio, ut ſtatim Eriſipelate incipiente cortex ſambuci abradatur, & circumcirca membro patienti obvolvatur, renovando idem ter in die, alioqui miſcere ſoleo ʒi. theriacæ cum ℥iv. aut ℥v. aq. flor. ſambuci, & linteum immergo, illudque expreſſum tepidè impono Eryſipelati, quod ſæpius a me probatum eſt, poteſtque commodè adhiberi capiti, aut collo, aut lateribus ſeu coſtis. Similiter poſſumus internæ corticis tiliæ Mj. aut alterum minutim con-

concidere, & per noctem macerare in aq. flor. ſambuci, eique linteum intingere, quod leviter expreſſum imponitur, & exſiccatum iterum recens adhibetur. Ex quo facilè patet, ſimilia ferè adhibenda eſſe in Eryſipelate, veluti ad ambuſta. Eſt etiam ſecretum præſtans, ſi Eryſipelas inungamus leviter pluma intincta in felle carpionis, ſuperponendo linteum nitidum ſeu exſiccatum. Nonnulli accipiunt vitellos ovi numero VI. addunt parum ſalis, & pauxillum boli armeni, ex iis emplaſtrum conficiunt, imponuntq; affectui, quod ardorem extrahit.

Quod ſi per negligentiam aliudque infortunium contingat cutim abſcedere, & Eryſipelas in ulcus tranſeat, affectui inſpergendus eſt pulvis lapidis calaminaris, vel diapalma imponatur, vel ſequens Sparadrapum.

℞. Ol. olivarum ℔ii. ebulliat in vaſe terreo vitreato, adde ceruſſ. ſuper porphirite levigatæ ℥iv. agita continuo & ebullire fac uſque ad nigredinem, deinde admiſce Lithargyrii aurei ſimiliter levigati, ℥ii. & agita donec ſpiſſum evadat. Deinceps ab igne remove & agitando miſce ℥i. Myrrhæ pulveriſ. in quo petiæ lineæ immergantur, eæque lævigentur, ſerventurque ad uſum. *Joh. Vvierus, obſerv. lib. 2. cap. De Eryſipelate.*

℞. Lixivii facti ex cineribus ſagi ℔. IV. album. ovor. num. 3. camph. ℥ii. his mixtis linei panni mundi imbuantur, & in umbra exſiccentur, atque unus ad ignem calefactus parti applicetur, & per diem ter aut quater mutetur. Victus ſit refrigerans & humectans, ſed tamen ſimul incraſſans, quapropter vitentur calida & ſicca, ut aromatica, acria, ſalſa, pinguia, oleoſa, dulcia, butyri multus uſus, porrhum, cæpe, raphanus, ſinapi, ſale macerata, & fumo indurata, abſtinendum etiam a vino potentiore, cereviſia craſſa, carne ſuilla & anſerina. Sit contra uſus frequens cichoreæ, ptiſanæ hordeaceæ, & omnium ex hordeo paratorum: convenit & oriza, lactuca, acetoſa, portulaca, endivia, quæ in acetariis adhibeantur, aut cibis reliquis miſceantur, acetum ipſum quoque admittitur, ſed ſit paſſulatum, roſac. vel ſambucinum, utilis quoque eſt agreſta, ſuccus ribium, berberorum, cydonior. ceraſorum. Nec ſerum lactis inutile eſt. Conceditur & vinum abſinthites. Vitandus eſt corporis & animi nimius motus. Somnus, ſi in cruribus ſit Eryſipelas, ſit mediocris: Si verò in facie ſit, quantum fieri poteſt à ſomno temperandum eſt, *Daniel Sennertus, lib. 2. De Febribus c. 16.*

SECTIO VIII.

Pro Excreſcentia carnea in faucibus.

SArtor quidam *Monſpellienſis*, cum piſces comedendo ſpina ſatis inſignis faucibus infixa eſſet, eam extrahendo ſibi fauces laniavit, unde temporis progreſſu exorta eſt paulatim excreſcentia carnea in faucibus juxta uvulam, nucis magnitudinem ſuperans, ad cujus curationem Empiricum vocavit, qui oleo vitrioli frequenter admoto tumorem abſumpſit, & ad perfectam cicatricem perduxit. *Samuel Formius, obſerv. 46.*

SECTIO IX.

Pro Excreſcentia carnea in ulcere.

PUlverem illum corroſivum deſcriptum a *Bertapolia*, qui minuit carnem mollem & ſine moleſtia, inſpergebamus; cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. Cortic. granat. gallam & ſpongiam aduſtam, & fiat pulvis, ipſa etiam ſpongia aduſta ſola carnem minuit ſine dolore & ægri moleſtia.

In alio etiam uſi ſumus, & in multis frequentiſſimè unguento Ægyptiaco, corrodit enim carnem ſine mordificatione, ut etiam pulvis ſolus hermodactyl. valent etiam & cortices aſphodelorum & unguentum apoſtolorum. *Petrus Foreſtus, obſerv. lib. 7.*

℞. Croci noſtri metall. q. ſ. pulver. & ſuperponatur ſuper carnem mortuam vel excreſcentem. Citò & abſque ullo dolore depaſcit atque abſumit, noſtra multa experientia. *Martinus Rulandus. Curat. 10. cent. 3.*

SE-

SECTIO X.

De Excretione critica.

OBſervavi interdum quædam excreta mole parva, attamen vi magna fuiſſe, ac ægros liberaſſe, id evenit quamplurimis, dum peſtillens illa febris quam *Hungaricam* appellabant, graſſabatur anno 1572. Manabat tunc quibuſdam hac in febre ſanguinis ſubſtillum è naribus exiguum, verum illud erat purpureum roſeoque fulgore micans: merus namque is ſanguis erat arterialis nimia flamma incandeſcens, ita illi evadebant, unde ſæpe mecum cogitavi, num ſalutariter in his arteria aperiri potuiſſet. Sed quis audet? doctiores quæſo hac de re cogitent. *Joh. Heurnius, ad Aphor. Hippocr. 23. ſect. 1.*

SECTIO XI.

De Excretione Pilorum.

DOctor *Echtius* mihi retulit ſe vidiſſe puerum per alvum veros pilos excernere. *Reinerus Solenander, conſ. 15. ſect. 5.*

SECTIO XII.

De Exomphalo.

Ἐξόμφαλος umbilici prominentia, ſimptoma eſt pueris familiare, in quo umbilicus in tumorem ſine inflammatione attollitur, accidit hoc malum, vel ob umbilici ligaturam perperam factam, cum nimirum pars ejus major quam debebat, relicta eſt, vel quia relaxatur peritonæum, aut rumpitur, ob fletum tuſſim, vociferationes, riſum, curſum, ſaltum, &c.

SUBSECTIO VNICA.

Pro Exomphalo.

EGo pro umbilico extante vel exomphalo in pueris nuper natis, quatuor rotulas ad formam Stuferi rotundus ex corio rubro conficio, oxycroceo obductas, hoc enim expertiſſimum remedium eſt, ut expertus ſum etiam in adultis; una autem rotula maneat affixa per quatuor pluresque dies antequam amoveatur, deinde altera admoveatur. M. *Iohannes Tiengius* Medicus percelebris accipiebat petias tres rotundas ex panno lineo, primam magnitudinis denarii, ſecundam quadrantis, & tertiam Stifferi; inungendo primam cum oleo ovor. & ita rotulam unam ponendo ſupra aliam, & ultimo emplaſtrum hoc glutinans diligenter ligabat, ſupraponendo plumaceolum aptum ſupra ventrem, ita ut umbilicus nullo modo eminere aut exire poſſet, uſque ad perfectam curationem, & ita puerum duorum vel trium annorum affectum magna eminentia umbilici curavit. Emplaſtrum tale eſt.

℞. Gummi arab. tragacanth. maſtich. bol. armen. ſang. dracon. glutin. piſc. glut. ex corio bovum, an. ℥ii. thuris, ℥iii. picis græc. ℥i. picis navalis, ℥ii. mumiæ ℥iii. glutinis Carpentariorum, ℥ß. Item contere ſemen pſyllii, infunde ipſum in aquam pluvialem decoctionis caudæ equinæ & conſolidæ & dimittatur in ea donec incraſſetur & pingueſcat, cui deinde ſuperadde pulverem Squinanthi, gallarum balauſt. piſidiæ, & nuc. cupreſſ. item liquefiant pix navalis & græca ad ignem, & cum liquefactæ fuerint, addantur glutina, & iis calefactis poſtea adde aquam pſylli cum pulveribus; quibus incorporatis deponatur ab igne, & cum infrigidari cœperint, fiant ex iis magdaleones, manibus prius oleo roſac. inunctis, vel ceratum. *Petrus Foreſtus, obſerv. 28. lib. 27. De ſcreti & teſtium vitiis*, ac *De ramicum ſpeciebus.*

Intra corpus infantulo exhibeatur ℈i. pulveris rad. Scrophulariæ cum lacte. *Franciſcus Joel.* Practicæ, *lib. 9. ſect. 4.*

Umbilici Eminentia & craſſities in pueris innumeris ferè curata eſt cataplaſmate ex ſanicula, in vino cocta umbilico appoſita cum ligatura ſtrictiori; & rad. conſolid. maj. contuſa dorſo è regione umbilici admota. *Achilles Gaſſerus, obſerv. 93.* Vide *Hieron. Reuſnerum, obſerv. 96.*

MEDICINÆ PRACTICÆ

LIBER SEXTUS.

De Affectibus à littera F *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

De Faciei vitiis.

CUtis faciei ſpeculum eſt morborum corporis, qualis enim humor dominatur in viſceribus, talis efflorescit in facie. Hinc eſt quod plura ſint ejus, quam reliquarum partium cutanearum vitia, interdum fœdatur puſtulis ardentibus ob bilioſum ſanguinem intus immodicè auctum: ſuffunditur non rarò pertinaci rubore ob ſurſum elatos calidos vapores. Aliis etiam quandoque inficitur coloribus: pallida eſt in χλώρωσι virginum; ad flavedinem vergit in ictero, dehoneſtatur præterea gutta roſacea, varis, lentigine, impetigine, de quibus omnibus infra fuſius dicetur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Faciei & Oculorum flavedine ab ictero.

ACcipe fumum ex aceto calido in quo decocta ſit herba roſmarinus. *Matth. Ratzenbergerus*, 73. *lib.* 6. *conſil. Cratonis*, &c.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Faciei maculis.

PUella alioqui venuſta cum faciem maculis quibuſdam deturpatam haberet, me conſultandi cauſa acceſſit, huic ut talis aqua conficeretur, mandavi.

℞. Albumina ovorum ad duritiem cocta vitellis abjectis, eamque more chimico deſtillato, & aquam inde provenientem uſui ſervato, hæc enim aqua omnem maculam faciei delet. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 1. *lib.* 31. *De Fucis.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Faciei puſtulis.

QUidam contraxit in facie permultas puſtulas magna feritate extuberantes, quæ univerſam faciem fœdiſſimo infeſtarunt colore: is meo monitu manè & veſperi cubitum abiturus ſulphuris oleo omnes infectiones perunxit ad calentem fornacem vel focum; quo omnes puſtulæ intra ſeptem dies abſque aliorum medicamentorum uſu evanuere, nec unquam poſt repullularunt, *Martinus Rulandus*, *curat.* 91. *cent.* 1.

Juvenis quidam cui facies tota quaſi rubra, puſtuloſa, & morpheatica erat, ut ferè de emendatione turpitudinis iſtius deſperaret, me aliquoties conveniens conſilium avidè corrogavit, motus ejus precibus, apozema digeſtivo purgans pro tribus matutinis tale injunxi.

℞. Rad. enulæ, liquir. cichor. lapath. acuti, an. ℥i. fol. ſumar. ſcabioſ. endiv. ſummit. lupul. an. M.i. flor. 3. cordial. an. ℥i. polipod. epithym. rhab. monachor. an. ℥ß. fol. ſen. ſem. cartham. contuſ. an. ℥i. ſem. aniſ. fœnic. an. ℥iß. paſſul. corinth. ficum, an. ℥ß. F. decoct. in ſ. q. ſeri lactis caprilli pro tribus doſ. in colat. ℥v. diſſolv. crem. tartar. ℥iiß. ſpec. diaturb. cum rhab. ℥i. ſyrup. roſat. laxat. ℥ß. aq. cinnamom. ℥i. M. F. apozema, abſoluto apozemate venam aperiat cubiti dextri, inde rubor & puſtulæ faciei notabiliter remiſerunt, per aliquot

quod poſtea ſeptimanas in uſum vocavit ſingulis diebus lac caprinum recens, abſtinebat interim a vino, cibis ſalſis, multumque aromatizatis. Hoc etiam utebatur condito quotidie aliquot vicibus.

℞. Conſerv flor. & rad. cichor. ℥i. conſerv. acetoſ. acetoſell. borrag. viol. an. ℥ß. troch. de camphora. ℈i. ſpec. diarrh. diatrionſant. an. ʒß. cum ſpiritu vitrioli, & Syrup. de pomis redol. F. conditum guſtui gratum Externè faciem illiniat hoc coſmetico.

℞. Lithargyr. auri pulv. ℥ß. alumin. ʒß. boracis, ʒiß. ceruſſ. ʒii. aceti, ℥i. aq. roſ. plantag. an. ʒiß. bulliant lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, colat. adde ſucci limon. ʒii. M. F. lac virginale, hiſce tandem curatus eſt. *Joh. Petrus Lotichius. obſerv. 1. cap. 3. lib. 6.*

Quidam occurrunt affectus, qui licet ut parvi momenti negligantur, & rarò Medici eorum curationi præſint, tamen quod moleſti ſint, & pertinaciter hæreant, non ſunt contemnendi. Ita ſe res habuit non ita diu in quandam muliere, quæ nullis remediis faciei intenſum ruborem cum multis varis puſtuliſque illam indecorè dehoneſtantem abolere poterat, quamvis famoſos Medicos ad id agendum adhibuiſſet. Illi conſului, regimine vitæ humectante & refrigerante præſcripto, & tusà jecoraria vena, itemque ſumpta per tres dies opiata, ſenſim doſim ejus augendo humores aduſtos evacuante, hac aqua deſtillata faciem ablueret.

℞. Summit. myrti & mali gran. oleaſtr. ceterach, plantag. morel. quæ ſpecies ſolani eſt, clavicular. vitis an. M. iv. uvar. acerbarum cum pediculis, vel labruſcarum, ℔ii. Incidantur, irrorentur aceto. Aqua deſtillata reſervetur uſui.

℞. Aq. præſcript. ℥iv. alum. uſti ʒii. album. ovor. fortiter agitatorum ℥i. Admoveantur faciei eundo cubitum, & abluantur frequenter facies prædicta aqua. Poſtea.

℞. Tuthiæ præp. ceruſſ. uſtæ, an. ℥ii. Lithargyr. ℥i. Succ. plantag. aq. ſuperioris deſtillatæ, an. q. ſ. ol. myrtillor. ʒii. de vitell. ovor. ℥i. Incorporentur ſimul & reducantur ad formam nutriti. Add. chalcitid. ℥iij. alumin. ʒii. ſulph. ℥i. ſucci citri ʒiß. Applicentur noctu, manè verò abluatur facies aqua deſtillata. Si iſtis medicamentis non ceſſiſſet, addidiſſem argenti vivi ℥i. aut eo plus. Sed cum rubor & vari evanuiſſent, nihil opus fuit quid piam adjicere. *Obſerv.* 25. Anonymi Medici *Riverii* Obſervationibus additi.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Faciei rubore.

REfert Eruditus quidam practicus ſe noviſſe celebrem Medicum, cui naſus & facies tota rubore fœdo, & puſtulis deformata erat eum his duobus auxiliis curatum, quod quinque menſibus, verno videlicet uno, æſtivis tribus, uno autumnali, continuò vinum decocto cichorii diluerit, & ante paſtum horis matutinis fructu roſæ caminæ cydoniati more cum ſaccharo factæ uſus ſit. Vinum decocto cichor inſuavius reddi non eſt dubium, ut hoc incommodum effugiamus, poſſes pro primo hauſtu decoctum cichor. ſeparatim bibere, & deinceps vino uti: quod ad topica attinet, imprimis utile exiſtimatur interdum faciem noctu illinite ſanguine leporino, & manè aqua fragorum, vel aqua è floribus verbaſci cum ſucco limon. deſtillata abluere.

Utile etiam eſt rubeatæ faciei caſeum recentem imponere.

Si verò puſtulis facies deformata ſit, exprimatur menſe *Maio* ex Scrophularia herba, cum radice lota ſuccus, & cum ol. amygd. d. miſceatur, atque inſolenter, eoque facies inungatur, vel fiat unguentum ex eadem herba hoc modo.

℞. Scrophulariam cum radice bene lotam, incidantur, ac addito butyro *Majali* optimè depurato, coquantur, & exprimatur, atque expreſſum in vitro uſui ſervetur, hoc unguento etiam ulcera lepræ ſimilia, inuncta ſanantur. *Jo. Crato conſil. 19. lib. 3.*

Ut faciei rubor tollatur primum facilioribus remediis utendum. Commendatur ſuccus pomorum acetoſorum, ſi eo veſperi facies inungatur, & manè aqua in qua amygdalæ & ſemina melonum ita comminuta ſint, ut quaſi lac appareat, abluatur,

quod si hoc non prodest, accipiatur ovum integrum, & impone quatriduò aceto fortissimo, donec corticem mollorem redditam appareat, & tunc accipe albumen ovi, eique admisce thuris, mastich. cerussæ an. ʒi. F. Unguentum, quo ungatur facies, rectè etiam ista aqua & magno successu adhibetur.

℞. Lithargyr. præpar. ʒß. aceti, ʒiv. bulliant usque ad tertiæ partis consumptionem & in alia olla bulliant salis, alumin. an. ʒß. thuris, ℈i. in aq. ros. ℔ß. commisceantur deinde omnia postea quam per lienteolum fuerint colata, & habebis lac quo facies abstergatur, hoc cæteris non conferentibus, non solum maculas rubras faciei tollit, verum etiam pustulas aufert, potest eo manè & vesperi uti. *Io. Crato consil.* 8. *lib.* 4.

Decoctum rad. taraxaci plurimum valet si ante cibum sumatur & ablutio faciei, cum aq. fragorum, cui aliquid sulphuris pulverisati in linteolo imponatur. *Ioa. Crato consil.* 26. *lib.* 4

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Faciei rubore.

COntra Faciei rubedinem hoc expertum habetur.

℞. Albumin. ovor. numero centum, terantur in mortario, adde vitrioli rom. alb. pulverisati, ʒi. M. & destillentur in alembico lento igne, & aqua facies ablnatur, hoc similiter & rubedinem & pustulas tollit radix scrophulariæ bulliat in aq. fontis, & colatura sæpius lavetur facies. *Petrus Forestus, observ.* 3. *lib.* 31.

In studioso Patricio facie rubra squalida, pustulis referta laborante, cura sic fuit instituta: præparavi materiam.

℞. Syrup. acetos. simpl. de Cichor. an. ʒiß. aquæ cichor. acetos. an. ʒiv. M. F. Julepus pro tribus vicibus. purgatus fuit hoc modo.

℞. Aq. endiv. cichor. an. ʒiii. aq. acetos. bugloss. an. ʒii. infund. fol. sen. ʒiß. epithym. ʒii. tamarind. ʒß. Bulliant in duplici vase in colat. parum expressa, infunde rhei, ʒß. spicæ, ℈i. rursum fiat expressio; adde syr. de fumar. simplici, ʒii. syrup. diaser. ʒi bibat tribus vicibus.

Inungat faciem sequenti.

℞. Unguenti citrini, ʒi sublimati, ℈ß. ol. de tartaro succi limon. an. ʒß. Lithargyr. ʒi. cerussæ ʒiß. M. cum pauco pomato, inungat, exulcerabatur nonnihil, quare jussi rarius uti, postea hanc aquam præscripsi.

℞. Ap. ros. plantag. flor. fabarum an. ʒiii. aquæ acetos. ʒiii aluminis ʒii. M. hæc plurimum profuit, ejus diutino usu rubedo ex parte cessavit, pustulæque sanatæ sunt exactis multis annis mihi iter facienti per ipsius patriam, hanc adhuc laudavit aquam, faciem tamen subrubram nonnihil semper retinuit, erat enim originale, sed planam. *Felix Platerus, lib.* 3. *pag.* 618.

Facies seni cuidam ebrio rubris maculis commaculata & inflata, crustisque flavis per barbam serpentibus defœdata fuit; adeo ut Elephantiasin metueret vix octiduum hoc remedio usus convalvit, & postea recedivam passus iterum eodem sanatus est, post purgation. factum cum cathol. ʒß. confect. hamec. ʒiii. & aq. fumar. illinat faciem hoc liquore.

℞. Lithargyr. auri pulv. ʒi. alumin. ʒi. boracis, ʒiii. cerussæ ʒß. aceti, ʒii. aq. ros. & plantag. an. ʒiii. Bulliant lento igne ad consumptionem tertiæ partis, postea coletur, adde succi limon. ʒß. *Felix Platerus, observ. lib.* 3. *pag.* 627.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Faciei pustulis.

PRæstantissimum remedium est menstruum (virginis, vel alias juvenculæ boni habitus) in aqua calida solutum, quo si per dies aliquot sub vesperam eundo cubitum facies lavetur, & spontè exsiccetur, pustulæ cadent succrescente nova cuticula, & robur evanescet.

In iisdem pustulis & morphea totius faciei radicitus extirpandis mirificè valet oleum bufonum, quod fit hoc modo.

℞. Bufones vivos (propter signaturam macularum in bufonibus) numero 3. vel 4. coque in olei olivarum ℔ii. per integram

gram horam, poſtea cola, hoc oleo illine faciem aliquoties, ſed ſingulis diebus ſemel, poſt aliquot dies cadunt puſtulæ & morphea ſanatur. Omnium fortiſſimum eſt hoc oleum, ideoque cæteris nihil proficientibus, ad id accedendum. *Iohannes Hartemannus. Pract. Chimiatr. pag.* 117.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Ad Faciem decorandam.

MAgnæ virtutis hæc eſt aqua, qua *Maria Medicea* Regina Mater ad Faciem decorandam utebatur.

℞. Tres Capones albos ſtatim poſt jugulationem axungia detracta, minutiſſimè conciſos, caſeos duos recentes ex lacte caprino excoctos, pulpam ſex limonum corticibus detractis, albumina ovorum, numero viii. una cum putaminibus, boracis, ſulphr. pulv. an. ℥ß. camphor. ℔i. aq. flor. ſabarum & nymphææ, an. ℔iß. collocentur in Bal. M. atque in roſtrum alembici aliquot grana moſchi, aqua exſtillans ſervetur ad uſum, hac noctu ante ſomnum lavetur facies. *Felix Platerus, Prax. Medicin. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 153.

SECTIO SECUNDA.

Pro Fame ingenti in viro quodam ex verme Cucurbitino.

VIr quidam optimo præditus temperamento, multoque ſanguine abundans, anno ſuæ ætatis 26. fameſcere multùm cœpit, mox ſenſim, in dies augeſcente fame, ed eum ſtatum pervenit, ut inexplebilis omninò redderetur: atque licet oppidò viveret, & multùm ederet, ſaturatus tamen à menſa nunquam diſcedebat, imò cogebatur hora una, aut, quod ſummum erat, duabus à cibo tranſactis, denuo comedere; neque alimenta vomebat unquam, neque alvus fluebat illi, ſed contra, ſiccior quotidie evadebat. Vocatus ad curationem accedo libenter, putans obſervaturum affectum memoria dignum, & certè vanum non extitit judicium, nam ſtatim atque conveni ægrotum, non quidem comedentem, ſed devorantem video, ita ut fuerit mihi admirationi maximæ, ac rurſus à prandio horis nondum duabus præteritis, fameſcentem vidi ita, ut omnino cogeretur cibari: alioquin ſtatim animo deliquebat, contemplor omnia, quæ ſecundum naturam, & præter naturam inerant in ægroto, & facta in omnibus, ut parerat, diligenti conſideratione, dico nullam adeſſe refrigerationem oris ventriculi, nullam melancholiæ naturalis fluxionem ad ventriculum, ut exiſtimabant Medici quidam, ſed ſuſpicari me vermem cucurbitinum mali cauſam exiſtere, omne alimentum depaſcentem, hanc conjecturam præter alia comprobabant hæc duo: Unum quod ægrotus dicebat ſe ſentire aliquid moveri in inferiore ventre, & veluti manum quandam extendi ad ventriculum, ac omnem cibum ex eo rapientem. Aliud verò, quod in pueritia multùm fuerit obnoxius vermibus, retuleritque pater illius ſeſe recordari illum anno 17. ſuæ ætatis, ſupra viginti vermes glomeratos ejeciſſe. Data mihi fuit ſanandi hominem provincia; quæ fœlicem admodum ſucceſſum habuit in hunc modum, primum omnium, hora quinta ante prandium exhibeo illi ℔iß. ol. amygd. d. rec. hoc potiſſimum conſilio, ut emolliendo alvum viam ad exitum vermi pararem: quia verò nolebam concitari vomitum, quo perperam & intempeſtivè ante uſus fuerat, non unico hauſtu, ſed quatuor vicibus totam exhibui quantitatem, jubens ut ſextam horæ partem inter unam ac aliam ſorbitionem interponeret: nec minori indigebamus in magno corpore, multo potui aſſueto, quantitate, hora prandii ſtatim ante cibum dedi bolos duos ex ℥i. ſpec. hieræ, & ℈i. rhei: ac ſtatim juſſi ut ſumeret ℥vi. decoctionis ſebeſten. humidum paravi cibum, ſed acidum. Fuit panis contritus in iure pullæ cum ℥iii. ſucci limonum, hiſce peractis, jam cepit mitificari fames, neque enim duarum horarum poſt cibum ſpatio, eſurivit, hinc non ille modo, ſed omnes benè cæperunt ſperare, maximè quod uſque ad ſextam à prandio ſine appetitu manſit, ante cænam parari iubeo clyſterem ex lactis caprini ℔i. exhibeo ℥iß. pilul. ex aloe non lota, ſtatim ante cænam, cum eadem quantitate decoctionis ſebeſten. in contrito pane de-

cem amygdalas amaras diſſolvo nocte emollita illi alvus, excrementa erant pituitoſa, admodum viſcida, ſubcineritia, nocte quievit, parum eſurivit, eadem repeto ſecundo die remedia, nulla fames hora cœnæ, ſed ferè nauſeabundus videbatur, emollitur alvus nocte media, ac paulo poſt ſentit ægrotus exire aliquid ſolidum, ac tangens, eſſe inteſtinorum portionem retur, clamans, vocari me jubet, accedo, ille ſtatim, morior, inquit, niſi manus porrigas adjutrices, en inteſtina ex ventre proſiliunt video cucurbitinum vermem ac ridens; bono ſis animo, dixi, jam ſanus evaſiſti. Inteſtina non ſunt ex ano prodeuntia, ſed vermis ille, qui famem inexplebilem efficiebat, devorabatque omne alimentum. Erat longitudo illius cubitorum 25. adhuc vivens movebatur, latitudo erat digiti minimi, erant plus quam mille cucurbitini vermes adhærentes illi muco aut membranulæ, ac una ferè vixit hora, & ſic convaluit non ſine admiratione aſſiſtentium, ac artis noſtræ honore. *Horatius Augenius. Tom. 2. epiſt. & conſult. lib. 5. epiſt. 6.*

SECTIO TERTIA.

De Favo.

VIde ſupra *Lib. 1. Sect. 7. de Achoribus.*

SUBSECTIO UNICA.

Pro Favo in Puero lactante.

INfans quidam in capite Favum habebat cum ingenti pruritu. Imperavi ut caput leviter balnearetur cum decocto fœnugræc. malv. & altheæ. Deinde ut inungerent ſolo oleo roſ. in quo Camphoræ exiguum immixtum ſit, alioqui ſi iſtis non curaretur, juſſi pararentoleum deſcriptum à *Montagnana conſil.* 298. (cujus deſcriptionem vide ſupra, *ſect.* 14. *lib.* 3.) quod egregie valet ad cruſtas & eruptiones puerorum, valet enim ad favum, tineam & achores. Nam ea quæ ad cruſtas capitis puerorum à Neotericis practicis ſcripta ſunt valere, eadem quoque conferunt favis, achoribus, & tineis. *Petrus Foreſtus, obſerv. 24. lib. 8. De exterioribus vitiis capitis.*

Præſtat in pueris uti levibus, quale hoc eſt à *Bayro* ſæpius expertum, tam in favis quam achoribus, nempe caput abluere cum decocto flor. ſalicum, fol. parietar. betæ albæ & dentium, & poſt ablutionem inungere unguento ſubſequenti.

℞. Lithargyri cum oleo roſ. & aceto nutriti, ℥i. fol. rutæ viridis; ℥ß. (vel ceruſſ. ℥ß) ſtaphiſag. ℥ii. vitrioli, ℥i. (vel aloes ſuccotrinæ, myrrh. fuliginis oris furni, tuthiæ, an. ℥iß.) probe M. in mortario cum aceto & ol. roſac. vel myrtino) diu agitando, ut fiat unguentum inſtar nutriti, eo inungatur caput & eſt mirabile. *Petrus Foreſtus, obſerv. 26. & Schol. lib. 8.*

SECTIO QUARTA.

Pro Faucium ulcere.

QUidam in palato juxta uvulam ulcus obortum ex defluxione, ut aiebat, ſpatio temporis adeo invaluit, ut magna illius portione abſumpta, uvula ſimul perderetur, unde vocem nonnihil raucam edebat, potuſque quandoque in deglutitione per narium amplitudinem aſcendens effundebatur, licet multa tentaſſet remedia topica & generales purgationes ſæpe repetitas, & ſudores uſu decocti guajaci, nihilominus tamen exulceratio hæc preſiſtens, ulterius ſerpebat; duraveratque tunc cum ad me venit per biennium, difficilem fore curationem prædicens, nec uvulam amiſſam reparari poſſe, curam ſic aggreſſus ſum, ut potionem hanc vulnerariam, prout in praxi mea deſcribitur, per menſis ſpatium manè quotidie biberet juſſi. Potio ita ſe habet.

℞. Pyrol. ſanicul. conſol. artemiſ. alchymill. ſanguiſorb. piloſell. agrimon. millefol. vinc. pervinc. an. Mß. coq. in vino rubro ad tertias dulcorando melle ut fiat potio vulneraria. Poſtea aqua viridi exulcerata loca in faucibus cum penicillo in ea madefacto tangat ſemel in die, cautione adhibita ne quid illius deglutiat, & ideo ſtatim poſtea lacte caprino cum Chalybe uſtulato os colluat & expuat; in cuius lactis poculo uno, mellis, ℥i. aluminis uſti, ℥i. miſta fuerint, aqua viridis ſic parabatur.

℞. Æru-

24. Ærugin. æris, ʒi. alumin. ʒß. vitriol. minii, an. ʒi. coq. in vini alb. ʒvi. aq. vitæ, ʒß. reponatur ad uſum, poſt illius per aliquot dies uſum, colluat ſæpe os vino in quo fol. Liguſtri cocta ſint.

Maſtichen, thus, myrrham, carbonibus ardentibus, inſpergat, fumumque interdum per infundibulum in os intromittat, hiſce tantum effecimus, ut exulceratio nulla amplius conſpiciebatur, ſed omnia ſana; & ipſe optimè contentus à me diſceſſit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag.* 404.

Si non ſit inflammatio, unicum ac ſummum remedium eſt ſpiritus vitrioli aut ſulph. qui in adultis purus ac putus uſurpari poterit, intincto in eum goſſipio bacilli apici alligato, eoque ulceri admoto leviſſimo contactu: Sic enim aphthæ ſimplices momento ferè curantur. In pueris verò permiſcetur dictus ſpiritus cum melle roſaceo, ea proportione, ut aciditas linguam leviter feriat, & cum penicillo ex linteo baculo alligato aphthæ illinuntur frequenter & citò curantur. Si admodum dolorifica ſint ulcera, cum inflammatione conjuncta, lacte frequenter gargariſato demulcentur, vel, ejus defectu emulſionibus ſem. frigid. vel mucilag. ſem. pſyll. & cydon. cum aq. roſ. plantag. & ſolani extractis. Si denique dolor pertinax revulſionibus & topicis non ſedetur, ſed ab illius vehementia copioſi humores acres continuò attrahantur, unde vigiliæ continuæ exoriuntur, & corporis conſumptio ſequitur, quæ vitæ ſummum periculum minatur; extremum remedium eſt ad narcotica confugere, quæ dolorem ſedant & humorum influxum inhibent. Ego aliquando puerum 4. annorum ab orci faucibus *Dei* beneficio liberavi, exhibito laudani gr. 1. cùm ejus lingua & fauces profundis ulceribus ſcaterent, cum tantæ inflammatione, ut ne juſcula nec topica remedia ferre poſſet, & tanto humorum acrium affluxu, ut illi continuò ex ore rivuli inſtar emanarent, & dies noctesque puer inſomnis tranſigeret ejulando. *Lazarus Riverius, lib. 6. Prax. Med. cap.* 5.

SUBSECTIO QUINTA.

De Febre continua.

FEbris eſt motus inordinatus ſanguinis eiuſque nimia efferveſcentia, cum calore & ſiti, aliiſque pluris ſymptomatibus, quibus œconomia naturalis variè perturbatur, alia eſt continua, alia intermittens; de intermittente infra.

Continua eſt cujus acceſſio ad plures dies ſine κατοχῇ protenditur, ſua habet remiſſionis & exacerbationis tempora, intermiſſionis verò nequaquam.

Tribus modis ſanguis efferveſcens febrem continuam inducit. Primus eſt, cum ſubtilis & ſpirituoſa ſanguinis portio nimis incaleſcit, & excandeſcentia quadam afficitur, quæ idcircò reliquas cruoris partes exagitat, & in orgaſmum incitat, & ſic in toto corpore fervor & incaleſcentia ſolitò maior excitatur. Quoniam verò ſpiritus ſolummodo in culpa ſunt, eorum æſtus & inordinatio intra breve tempus ſolent ſponte ſedari; hinc eſt quod hæc febris intra diem terminetur, rarò ultra triduum extenditur, ideoque febris Ephemera, aut Synochus plurium dierum appellatur. Secundus efferveſcentiæ modus eſt, quando pars ſanguinis ſulphurea ſive oleoſa nimis caleſacta fervorem concipit, tunc enim & immodicè in vaſis efferveſcit, & plurimùm in corde accenſa, deflagratione ſua, calorem valde intenſum in toto corpore producit, & ſic hujuſmodi febris inducitur quæ Synochus putrida vulgò nominatur: quæ ſymptomatica eſt vel eſſentialis; Symptomatica dicitur, quę ab alio quodam morbo in corpore prius excitato originem ducit, cujuſmodi habetur febris, quæ an angina, pleuritide, peripneumonia, à vulnere, ulcere, aut abſceſſu quopiam in parte principe, aut eius vicina dependet. Eſſentialis dividi ſolet in cauſon, quotidianam, tertianam, & quartanam, iuxta diverſimodam ſanguinis dyſcraſiam, ſuccique nutriti degeneris ſupplementum, citius aut tardius ad turgeſcentiæ plenitudinem aſſurgens. Tertius verò gradus (qui & diſtinctam febris continuæ ſpeciem conſtituit) à fermento

quo-

quodam maligno & venenato excitatur, quo cum ſanguinis maſſa imbuitur, & ſpiritus, & pars ſulphurea una fervorem concipiunt, eorumque excandeſcentia non prius ſedatur, quàm aut materia iſta maligna aſſumpta ſit, & forans eliminetur, aut à veneno ejus corruptivo, ſanguinis coagulatio & velut putrefactio quædam inducatur, qua & circulatio impeditur, & ſpiritus vitalis extinguitur: & juxta hunc modum fiunt febres malignæ, variolę, morbilli, & etiam peſtis.

Differt autem efferveſcentia febris continuæ, ab illa quæ intermittentem conſtituit in hoc quod in ea ſpiritus aut ſulphuris aut utriuſque inordinationes propria ἐκθυμάσεις ſuaque ſponte ſine alterius miſcela fervorem concipiant, & immaniter ebulliant; ſecus ſe habet in febre intermittente.

Clariſſimus *Fr. Sylvius* exiſtimat febrium omnium continuarum cauſam eſſe bilem aut lympham (ſub qua ſuccum pancreaticum, ipſamque adeo ſalivam comprehendit, quatenus cum ipſa deferuntur ad cor) aut utramque viticſam, & in dextro cordis ventriculo efferveſcentiam talem excitantem, unde continuo pulſus producatur frequentior.

Febrem ephemeram inducunt nimius corporis motus, animi perturbationes, calor ambiens; puta Solis aut Æſtuarii, vini potus, ciborum piperatorum eſus, vigiliæ, labor immodicus, bubo, aut vulnus, in puerperis lactis proventus, ad eam diſponunt temperies corporis calida, habitus athleticus, vita ſedentaria, & exercitii deſuetudo.

Febris putridæ cauſæ procatarcticæ ſunt, temperies calida & humida, habitus corporis atheleticus. Ætas juvenilis, victus lautus & opimus, vinorum, divitum potus aſſiduus, tempeſtas verna aut æſtiva, corpus cachochymicum, & vitiofis ſuccis refertum, præ cæteris verò obſervatione conſtat, quod crebra ſanguinis miſſio, homines febri aptiores reddat, ex eo nimirum quod hac ratione ſulphur in ſanguine copioſius congeratur, ſubducatur verò ſal quod ipſum ab efferatione cohibere debet, quæ latentem hujus febris diatheſin in actum deducunt, ſunt præcipuè διαπνοὴ impedita & crapula; hæc non ſolum fermentationem immodicam ſanguini inducit, ſed ſimul etiam materiam nitroſulphuream aduſtioni & incendio aptam velut pabulum ſanguini flagranti ſubminiſtrat; propter illam verò ſanguinis maſſa mole aucta turgeſcit veluti fermento quodam de novo inſpirata fervorem concipi, & immaniter ebullit.

In hac febre quatuor licet obſevare tempora, quibus velut totidem ſtadiis ejus curſus peragitur, ſunt autem hæc, initium, augmentum, ſtatus, & declinatio, hæc in quibuſdam citius in aliis tardius & longiori tempore ſolent abſolvi. Initium computari debet, à quo ſanguis fervefieri, ejuſque ſulphur æſtum concipere incipit, uſque dum in totam cruoris maſſam ardores & excandeſcentiæ diffunduntur, tunc eſt quod plerumque rigor aut horror infeſtat, ob nimirum crudi ſucci cum ſanguinis admixtionem. Augmentum erit cum febris incendium totam occupavit ſanguinis maſſam, h. e. ſulphur ſeu oleoſa ſanguinis pars jamdiu excalfacta, & per partes efferveſcens tandem inſtar fœni madidè repoſiti poſt longam incaleſcentiam ſimul tota in flammam erumpit, ejuſque maſſa recrementis ſeu particulis aduſtis, quæ & fermentationem adaugent, aggravatur, hoc tempore ægri de ſiti intollerabili quæruntur; inſuper dolor capitis, vigiliæ pertinaces, ſæpe etiam deliria, phrenitis, & motus convulſivi infeſtant; alimenta quævis faſtidio ſunt, aut vomitu rejiciuntur: accedunt oris amoror, ſapor ingratus, linguæ ſcabrities, pulſus vehemens & citatus, urina ſummè rubicunda, plerumque turbida & contentis ſaturata. Status eſt illud morbi tempus, in quo natura criſin ſeu materiæ aduſtæ & à deflagratione ſanguinis reſiduæ expulſionem molitur. Poſt enim ſanguinis & ſucci alibilis deflagrationem, materia hæc aduſta in tanta copia congeritur, ut turgeſcentia ſua naturam ad expulſionem irritet, quæ criſis dicitur: cujus cauſa inde potius potẽda eſt quàm à Lunæ influentis. Declinatio criſin ſequitur, quo tempore ſanguis languente incendio minus efferveſcit, & vel ſpiritu vitali adhuc præpullente, quod reliquum eſt materiæ iſtius aduſtæ ſubigit,

& pau-

& paulatim excernit, donec priſtino vigori reſtituatur ; vel eodem ſpiritu nimis depreſſo, recrementis aduſtis adhuc inficitur, ideoque turbidus & depauperatus evadit, ut nec ſuccum nutritium aſſimilet, nec circulationi, neque in corde accenſioni pro lampade vitæ ſuſtentanda, idoneus perſtat. *Thomas Willis, lib. De Febribus.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Febre Synocha ſimplici.

JVvenis quidam Nobilis bene habitus & ſanguineus menſe Majo pila palmaria ludens, ſeque vehementer exercens, adhæc cum antagoniſta contendens ; atque excandeſcens, poſtea domum reverſus in febrem incidit Synocham, itaque Chirurgo accerſito, vena brachii aperta, ſanguiniſque ℥viii. detractæ fuerunt, ſtatimque ad ſanguinis fervorem extinguendum julepum hunc propinavi.

℞. Aquar. endiv. & acetoſ. an. ℥i. ſucci limon. ℥i. Syrup. de ribes & de agreſta an. ℥i. Julep. viol. ℥iß. capiat mediam partem ſtatim à venæ ſectione, alteram ſub nocte, ut aquam fontis, quam ſummè expetebat, injecta tamen prius cruſta, panis, affatim biberet conceſſi, quia nox inquieta fuit ob turbulenta inſomnia, & caput dolebat, oxyrrhodinum fronti & temporibus applicui.

℞. Aq. roſ. ℥iv. aq. plantag. viol. & lactuc. an. ℥ii. aceti roſac. ℥i. album ovor. num. 1. ol. roſac. ℥i. agitentur ut fiat oxyrrhodinum.

Pulſus cùm nihilo remiſſior eſſet, iterum craſtino die miſſus eſt ſanguis ex ſiniſtro brachio bona quantitate. Sub veſperam quia alvus non reſpondebat, & ut calor magis reſtingueretur clyſma injectum fuit tale.

℞. Fol. malv. viol. acetoſ. lactuc endiv. an. Mi. flor. viol. nymphææ an. pi. ſem. cucurb. conquaſſat. ℥ß. ſem. pſyllii, ℥ii. F. decoctio, in colat. ℔i. diſſolv. ſacch. rub. ℥i. caſſiæ rec. extract. ℥ß. ſucci lactuc. ℥ß. ol. viol. ℥ii. ſalis parum. F. Clyſter hujus uſu bis ejecit, poſt mediam noctem facies & pectus madere cœperunt, indeque ſomnus ſubſequi, moxque inter dormiendum egregiè ſudare: & poſtea febris eum penitus dereliquit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 277.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Febre ardente.

PAuper quidam quadraginta annorum coreptus eſt ardente febre cum ſymptomatis ſolitis, illum paucis & nullius pretii remediis ſequentibus ſanum feci.

℞. Aq. Card. bened. ℥vi. rad. aſari pulver. ℈ii. M. pro hauſtu, hauſto hoc calide in lecto, ſudavit multum, vomuitque nonnulla bilioſa, ſequenti die baſilicam cubiti dextri aperuit, & copiosè ſanguinem miſit, pro cibo dabantur juſcula, potus erat aquæ decoctionis fragrariæ, atque his ſanè mox ſubventum eſt miſero. *Martinus Rulandus, curat. 56. cent. 9.*

Experientia longa obſervavimus in curandis febribus omnibus, & iis equidem quæ nullis pharmacis ſolvi & tolli potuerunt, illas mox & certò ſolutas & ſublatas eſſe aqua benedicta. *Martinus Rulandus, curat. 68. cent. 9.*

Paupercula quædam febre ardente lethifera laborans, mox adjuta eſt & liberata peremptu facilia & utilia iſta catapotia.

℞. Pil. ſine quibus, aurear. an. ℈ii. agar. troch. ℈ß. cum ſyrup. roſ. ſolut. F. pil. ix. quarum operatio fuit bona & ſalutaris, potus erat decoctum radicum cichor. *Martinus Rulandus, curat. 69. cent. 9.*

Vir quidam triginta annorum ardente febre extorreſcebat, acceſſerat pertinax vigilia, lingua arida, ſpiritus difficilis, cibi faſtidium, vehemens ſitis, ab omnibus erat deſperatus, urina fuit rufa, turbiba & ſpumoſa, hujus deplorati hominis curam ſuſcepi talem. Cibus erat liquidus, ſorbilis, humectans, potus aqua julepizata julepo violato, hoc purgatorium propinavi.

℞. Decoct. aperitiv. cum rhab. ℥iii. ſyrup. roſat. ſolut. ℥ii. ſyrup. de rhab. ℥i. M. pro hauſtu: quo alvus multa bilioſa & varia egeſſit, & febris ſeſe mox inclinavit, urinaque cœpit: naturalis fieri. Sequenti die poſt hanc evacuationem, baſilicam venam me admonente pertudit, his ita

pera-

peractis præter omnium hominum opinionem Dei misericordia iterum incolumis restituitur. *Martinus Rulandus, curat. 46. cent. 10.*

Juvenem quendam 19. annorum febre continua periculosè laborantem mox annuente Deo, sanum feci per sequentem potionem & poculum.

℞. Aq. font. vini an. ℥iv. bulliant simul & semel, postea infundantur in calice nostro chimico per horæ quartam partem, deinde invocato nomine Domini, accepit calicem salutarem ebibitque infusum, & post horam evomuit multa phlegmatica & biliosa, ac alvo quoque consimilia excrevit, & statim melius habuit, melior etiam urina & quatuor dierum spatio sanatus fuit, victus ratio fuit humectans, potus decoctum hordei saccharatum. *Martinus Rulandus, curat. 27. cent. 9.*

Villicus quidam annorum 40. robustus, canicula æstuante, cùm variis cibis ac potibus sese implevisset, & præter modum se exercitasset, in febrem acutam continuam lapsus est. Vehementer enim capite dolebat, aderatque totius corporis calor acris & mordax, qui unà cum febre magis intendebatur, & ad interiora penetrabat; vigilia quoque ac insigni angustia premebatur, hypochondria dolebant; sitis valida cum linguæ ariditate & palati; pulsus velox, & anhelitus spissus, inquietudo, spiratio major, decubitus gravis atque molestus, somnia terribilia, & frequens in somno locutio, delirium per intervalla: quæ omnia & acutam & continuam febrem indicabant Cumque adesset, plethora, ac lotium rubrum esset, & alia ad sanguinis detractionem consentirent, balano priùs indito, cùm alvum non redderet, ad ℥vi. sanguinis trahere feci, sed non plures ob æstum & in homine biliosо, & macilento. Mox & hunc syrupum ebibit.

℞. Syrup. de endiv. de succo acetos. viol. an. ℥ß. aq. bugl cichor. acetos. an. ℥i. M. Decocto hordei pro potu utebatur. Quarto die à morbi decubitu hoc leniens medicamentum propinavi.

℞. Diaprun. simpl. diacathol. an. ℥ß. elect. è succo ros. ℥i. aq. decoct. tamarind. & flor. cord. ℥iii. Syrup. viol. ℥i. M. Ter copiosè ex eo alvum reddidit. Sub noctem ad somnum conciliandum capiebat ex syrup. viol. papav. & nymphææ, cum aq. lactuc. Et ad dolorem capitis consopiendum, modò oxyrrhodinon fronti imponebatur, modò lac mulicbre. Quinto julepos sumpsit ex aqua endiv cich. acetos. an. ℥i. Syrup. de limon. viol. an. ℥ß. M. Et cùm lotium crassum & concoctum spectabatur. Sexto die hanc purgationem sumpsit.

℞. Rhei el. ℥iß. spicæ ℈ß. Infund. per noctem in aq. endiv. cich. bugl. an. q. s. In colat. express. ℥iii. dissol. cathol. ℥vi. Syrup. ros. solut. ℥i. M. quo sexies multa biliosa & male olentia excrevit. Septimo die cùm calor non mitigaretur, epithemata hepati & cordi sunt adhibita, à quibus meliùs habere visus est. Post meridiem cœpit delirare; sed sub noctem cùm in somnum incidisset, mox ad se rediit, & cùm pulsum tangerem, undosuserat, & sudor per totum corpus erumpebat, & meliùs deinde habere cœpit, ita ut postea eum febris reliquerit. At 7. vel pluribus diebus interpositis, post meum discessum cùm bene se haberet, recidivam passus est, quam ex mala victus ratione factam suspicabar: & tunc multò pejus quàm antea laboravit, ita ut etiam hypochondria fuerint tensa & inflammata, unde & delirabat & in paraphrenitidem incidebat, ut à quatuor hominibus vix in lecto contineri posset. Nihil tunc remedii tentatum, sed amici astantes, ut moriturum, cum omnino sacerdotibus committunt. At delirium per se sedatum est, fluxu enormi subsequenti, singultu etiam oborto, cum sopore ac animi deliquio. At his duobus accidentibus rursus cessantibus, remansit singultus. Re tunc quasi deplorata, iterum me vocarunt, ut, si aliqua spes in remediis adhuc posita foret, adhiberem. Accedens inveni vires valde dejectas, & quòd singultus eundem maximè infestaret. Sed & sopor & deliquium animi, quæ præcesserant, cum singultu magis anxium me reddebant, juxta *Æstium Tetrabibl. 3. Serm. 1. cap. 5.* sic „ dicentem: Singultus in altiore sopore, aut animi deliquio, aut tetanis „ obortus, mortem non longè abesse præsagit. Evanuerant tamen sopor & animi deliquium ante quàm eum ac ederem, remanente virium debilitate & singul-

gultu: fluxûs etiam, qui priùs adfuerat, nunc ſponte ſedatus erat. Cùm autem mirum in modum ſingultu afficeretur, ſtomachum prope mucronatam cartilaginem tum etiam ſpinam dorſi è regione ejuſdem inungebam oleo viol. ad humectandum & refrigerandum, etiam bombace in eo oleo tincta admota. Deinde imperabam, ut continuò ſumeret ex ſyrupo violaceo & menthaceo ſimul mixtis: violaceus humectabat menthaceus verò corroborabat; iſque adhibitis remediis, ſingultus incantamenti inſtar ceſſavit. Ad corroborationem quoque ſaccharo roſaceo perlato utebatur, & præſcripta diæta reſumptiva hic ſecundò curatus fuit, tanquam à ſepulchro in lucem revocatus, præter aſtantium opinionem. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 5. *lib.* 4. *De Febribus.*

Puer quidam cùm febre continua laboraret, & rurſus bene haberet non multum poſtea ab ingeſtis pomis viridibus in febrem recedit. Huic poſt injectos clyſteres, depoſita ventris excrementa, ſequenti die ad eum accedens, ſyrup. roſati ſolutivi ℥ii. tribus aquę portulacæ miſtas jejuno ſtomacho propinavi: quibus ita in ſudorem copioſum, univerſum ejus corpus irrigantem ad tres horas pervenit, ut inde liber à febre maneret; ex pharmaco autem purgatorio, per ſudorem evacuans humores factum eſt. Cæterùm elapſis poſtea quinque diebus puer hic febre correptus eſt, à qua ſudore mundus evaſit. Poſtea quinto altero ſequenti die eadem febre eadem hora oppreſſus fuit, à qua & ſudore liber evaſit. Sed & quinto altero ſequenti die ſimil paroxyſmo vexatus eſt, à quo & ſudore in totum ſanatus eſt. Quintani autem tres hi paroxyſmi à me in hoc puero deprehenſi ſunt adeò evidentes & manifeſti, ut ex tertianis quotidie percipiuntur. *Amatus Luſitanus, curat. 67. cent.* 5.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Febre continua putri.

JUvenis quidam bilioſus 25. annorum, cùm tempore verno à cibo, operi ruſtico valde intentus eſſet, in febrem continuam eamque putridam incidit. Secundo die à morbi initio ad eum accitus, cum alvum ſtrictiorem haberet, minorativum medicamentum ſequens propinavi.

℞. Elect. lenitiv. & cathol. an. ℥iii. ſyrup. roſat. ſolut. ℥ii. aq. cichor. ℥iv. quo multa bilioſa evomuit, ſimulque ter alvum exercevit, ſequenti verò die, ℥viii. ſanguinis ex vena brachii dextri extractæ ſunt, cum robuſtus eſſet, hora quarta pomeridiana hunc julepum ebibit.

℞. Aq. lactuc. cichor. endiv. an. ℥i. ſyr. de endiv. viol. oxyſacchar. ſimpl. an. ℥ß. M. pro capitis dolore fronti oxyrrhodinum admovi, cumque male dormiret, tempora inunxi oleo viol. & papav. ſimul mixtis, cum à ſanguinis detractione, aliquantulum ſudaſſet, & benè egeſſiſſet quarto die melius habere viſus eſt, quinto autem cum ſigna coctionis in urina apparerent, neque alvum deponeret, rhabarbari infuſum ſequens dedi.

℞. Rhabarb. el. ℥iß. ſpic. ℈ß. infund. per noctem facta prius leni ebullitione in aq. endiv. ℥v. fortiſſimæ expreſſioni adde ſyrup. roſat. ſolut. ℥ii. M. quo optimè excrevit, ita ut febris ſexto die minus illum affligeret, & urina craſſior facta valde ſubſideret; ſeptimo autem die per ſudorem criſis ſubſecuta eſt, & ſanitati reſtitutus fuit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 1. *lib.* 2. *De Febribus continuis.*

Puella quædam ſeptem annos nata, laborabat febre continua non admodum vehementi, ſed quæ per intervalla, ſcilicet circa veſperam exacerbabatur, incepit febris cum vomitu pituitoſo, quem deinde ſecutus eſt alvi fluxus etiam pituitoſus, per unum tantum diem perſeverans, urina erat pallida & turbata, anhelitus acidus & graveolens. Præſcribo potionem ex infuſo ℥i. rhei cum ſyrup. roſac. ℥i. quam paulò poſt aſſumptionem evomuit, cum pituita craſſa & valde putrida, deinde circa veſperam clyſterem ex catholic. duplic. ℥ß. injiciendum curo: quo & reliquiis medicamenti ſimul operantibus, quinquies dejecit tota nocte materiam pituitoſam, bilioſam, & valde fœtentem; manè febris perexigua, & meridie febris expers, ac ſanitati reſtituta eſt.

Ex hac obſervatione colligere eſt, quantum

tum aberrent illi Medici qui in omni febre continua indiscriminatim à venæ sectione inchoandam esse curationem existimant, cum sæpe in pueris dictæ febres à putridis humoribus, in prima regione stagnantibus oriantur; qui purgatione facilè educuntur, in hac autem puella vomitus pituitosus & alvi fluxus talem humorum redundantiam indicabant. *Lazarus Riverius, obs. 57. cent. 1.*

Inter reliqua, quod semper certa fide à me longo experimento probatum est, laudo ut singulis diebus sumat infusionem rhabarbari in aqua endiviæ: Nunquam enim vidi febrem ex obstructione hoc remedio non esse sublatam, si modò pertinaciter quispiam in ejus usu perseveraverit. Quandoque enim crassissimos humores impactos, & obstructiones, quæ ob caloris imbecillitatem facilè tolli non poterant, ex rhei assumptione curatas vidi. Consuevi accipere libram aquæ endiviæ, in quam ʒi. rhei infundo in panno lineo involutam. Deinde singulis diebus ʒiv. illius infusionis, facta aliqua expressione, accipi jubeo circa auroram; & est hujusmodi dosis puerorum Neque desisto ab hac potione, priusquam video omnino & febrem & obstructiones ess. se sublatas: auferentur enim procul dubio, si reliqua omnia rectè fiant, & curationi consentiant. *Ioh. Baptista Montanus, consil. 10. De febribus.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro febre summe maligna cum pulsu intermittente.

NObilis quidam incidit in febrem summæ malignitatis, quam statim ab invasionis principio comitabatur continuus vomitus materiæ biliosæ, vehemens linguæ ariditas, sitis, inquietudo, intollerabilis æstus ventriculi, cum frequenti eructationum repetitione, quæ per intervalla gulæ communicabat angustias & coarctationem difficillimam; pulsatio arteriarum deprehendebatur valde inæqualis & in ordinata usque ad septimum diem, quo percipi cœpit intermittens, sed hic nondum arripui desperationis ansam, licet haudquaquam me latere *Galeni* de hoc signo judicium prorsus formidabile.

Ad medelam huic affectioni præstandam accitus, neglecta sanguinis detractione, quam hoc anno in quibuscunque malignis & pestilentibus morbis crudeliter grassantibus periculosam compereram, illico exhiberi jubebam antidotum hoc cum aq. Card. bened.

℞. Theriac. el. ʒiii. rad. tormentill. bacch. junip. sem. Card bened. an. ʒiß. Bol. armen. præp. ʒß. diamargar. frigid. ℈ii. sem. acetos. citri, ras. eboris, an. ʒi. syrup. acetos. citri, q. s. F. conditum, unde provocato abundè sudore meliusculè babuit, tertio die observata maxima humorum putredine, & apparentibus incendii adustionisque grâvioris indiciis, ordinavi decoctum ex hordeo, Carduo bened. & scabiosa confectum, admixto saccharo & aceto in formam syrup. acidi quo assiduè utebatur, quandoque haustum ex stilaticia Card. bened. & oxalidis aqua bibebat. Nutriebatur ptisana subacida, avenato in aqua cum pauxillo aceti præparato, ac tandem jusculo pulli gallinacei simplici in quo vitellus ovi erat dissolutus, assumpsit quoque succum mali punici. Quinto die contecto diligenter corpore, exhibitaque aqua hordeacea dulcorata, copiosissime profluxit sudor, qui mirè ægrotantem sublevabat anxietatis continuæ molestiis. Sexto per secessum prodibant excrementa penitus biliosa cum fœtore magno adeo ut natura materiæ peccantis diminutionem paulatim molliri jam videretur, sed impedita fuit ab insultu noctis subsequentis, qua symptomatum omnium concursus ingruebat tanta & vehementia & celeritate, ut æger condito ultimæ voluntatis testamento migrationis è vita momento intenderet. Septimo rediens manè in acerbo consanguineorum astantiumq; luctu citra ullam delationem digitis carpo admotis pulsun percipio intermittentem tertia quaque pulsatione, qui primo quidem contactu terrorem incussit, at examinatis interea cæterorum accidentium præsagiis, indeque certa convalescentiæ spe data, quicquid discriminis portendebat variata illa cordis & arteriarum motio, id totum retuli ad acerrimam naturæ cum vi morbi consertationem, neque profectò conjecturam meam eventus rei fefellit, quoniam reliquo diei decursu ex-

expultrix facultas occupabatur planè in exonerando ſtomacho à noxia materiæ aduſtę multitudine, animadverſio ne habita primò ad virtutis corroborationem, odoratui mala arantia aq. roſac. obtuli. Deinde ad juvandum naturæ conatum inſciendo vomitu exhibui aquam tepidam cum ol. communi & arantiorum ſucco mixtam; inde ſeroſa quidem, excrementa nonnulla emanarunt. Sed quum minera mali nondum attingeretur ſatis ab imbecilliori hoc medicamento, aut ejus tenaciſſima malignitas infrigeretur ſequenti die (qui octavus numerabatur) deliberato animo, & pulſus intermiſſione quamvis perſeverante, miniſtravi potionem purgantem ſequenti modo confectam.

℞. Rhei el. pulv. ſen. laxativ. an. ʒiß. infund. ſeorſim in aq. endiv. ʒivß. horis x. poſt fortem expreſſionem colat. adde ſyrup. roſ. ſolut. ʒi. M. & quia mentio incidit pulveris ſenæ ſolutivi, cujus uſum in hac inferiore *Germania* ego primus introduxi, ejus deſcriptionem lubenti communicatione obiter ſubjungam, ut quibus viſum fuerit in ſuis præparent pharmacopoliis.

℞. Fol. ſen. purgat. tartar. alb. an. ʒi. ſem. aniſ. cariophyll. cinamom galang: an. ʒi. diagrid. ʒiii. comminuantur minutiſſimè in pulverem. S. A. doſis eſt ʒii. ſubſtantia & ʒß. in infuſione. Ex ſupraſcripti pharmaci aſſumptione ſexies æger per alvum excrevit flava, biliosa, aduſta, fœtida, cum ſedatione omnium ſymptomatum: ut etiam teſtaretur ſenſibili perceptione ſeſe liberari ab ingenti pondere incenſi glomeris per inteſtinorum longitudinem à ventriculo delabentis. Poſtea roboravi intrinſecus conſ. roſ. exhibitione foris verò illinitione olei roſ. immitaturi, convaluit probe nobilis hic poſt univerſalem corporis evacuationem: ſaltem pulſus intermittens perdurabat adhuc in nonum uſq; diem, quo commutabatur in parvum, rarum, & tardum, qui neceſſariò debilitatem ſequebatur ex mutua naturæ & ægritudinis colluctatione natam. Proinde manifeſtiſſimè apparet hanc prædicendi cautionem à Medicis eſſe obſervandam, ne animo penitus perculſo & commoto de valetudinis recuperatione confeſtim diffidant, ſi quando ejuſmodi pulſus ſenſui occurrat; cum cauſæ quidem morbificæ magnitudinem & ancipitem oppugnantis naturæ luctam denotet, non tamen mortis propinquitatem, niſi plurium lethalium ſignorum tanquam συμπρίων acceſſione confirmetur artificioſa conjectura. *Ioannes Vvierus lib. 1. obſerv. 4.*

In febre maligna hodie frequentiſſimus eſt lapidis bezoardici uſus, cujus (ut libere loquar) numquam evidentem ullum fructum conſpexi, veruntamem uſurpari facilè concedo, quod ex iis ſit, quæ ſi non juvent, nec etiam obſunt: quæque exerceri à Medico indulgebat. *Hippocr. Hier. Mercurialis, conſult. 5. tom. 3.*

Ut ingenue dicam, dum *Venetiis* praxim exercerem, maximam lapidis bezoardici copiam conſumpſi, nec egregiam operam ſenſi. Scio plurimos quibus exhibui, fuiſſe ſanatos, ſed non retuli in lapidem: Scriptores dicunt, quod eo ſumpto ſudor copioſus excitetur, poſt quem ſtatim ſublevantur. Ego tamen non vidi ſudorem prorumpentem: vel ſi apparebat, erat ſudor imperfectus, itaque quantum ad me, abjeci omnem ſpem huius lapidis in his febribus. *Hercules Saxonia, lib. De Febribus, cap. 38.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Febre putrida maligna.

IN eam facile ſententiam deſcendo, ut quamprimum mittatur ſanguis quamvis a nonnullis veneſectio in febre maligna virium cauſa, veluti valde ſuſpecta improbetur, habeo tamen rationes quæ id mihi ſemper perſuaſerunt.

Contra malignitatem ita pugnandum eſt.

℞. Margarit. alb. non perforat. C. C. uſti, ſem. citr. mundati, an. ʒi. boli armen. orient. ℈ii. ſacchar. albiſſ. ʒß. M. F. pulvis ſubtilis cujus ʒi. bis in die detur in cibis.

Placet nunc confectionem quandam huic operi maxime opportunam longo uſu à me comprobatam recenſere. Eſt autem hujuſmodi.

℞. Bol. armen. or. ʒi. corall. rubr. ℈ii. macis ℈ß. rad. angelic. tormentill. fol. dictam rec. an. gr. v. ſem. citri mund. mar-

garit.

garit. alb. an. ʒß. rad. Scorzoner. condit. ʒii. ſacch. albiſſ. in aq. vel decocto Sonchi diſſolut. q. ſ. ut fiat confectio in rotulis ʒii. ponderis: quarum una ſingulis ſex horis jejunio ventriculo offeratur: prȩterquam enim quod venenoſos illos halitus aut humores eadem contagione infectos mirificè corrigere & extinguere valent, temperatæ admodum ſunt, ita omnibus humoribus indifferenter ſpiritui venenoſo materiam prȩſtantibus in omni ætate, temperamento & anni conſtitutione nec non in utroque ſexu, maximè ſunt accommodatæ: delirio ſuccurrendum eſt venæ ſectione, veſicantibus, oxyrrhodino, cucurbitulis ſcapulis affixis, clyſteriis, frictionibus & ligaturis dolorificis partium inferiorum: & ſomnum conciliantibus: pro linguæ ariditate, ſcabritie & ſiti, lactucæ & oxalidis folia aqua frigida madefacta ore contineantur; neque unquam gelida pro abluendo ore illi denegetur, vulgatiſſimum enim eſt veterum illud præceptum, cave ne exſiccentur fauces ægri: in hunc uſum efficaciſſimum eſt hoc conditum.

℞. Sem. citrull. ſem. portulac. virid. ſem. papav. alb. an. ʒi. rad. liquirit. tragacanth. an. ʒiß. cum mucagine ſem. cyton. aq. roſac. extract. F. globuli in ore detinendi. *Joh. Zecchius, conſult.* 47.

Pro potu ſit decoctum C. C. veri cum hoc ſyr.

℞. Syrup. acid. citri, ʒiß. rob. de berberis & de ribes, an. ʒi. ſp. vitrioli gutt. vi. M. Ad fervorem reſtinguendum hunc julepum exhibui.

℞. Syrup. acid. citri, è ſucco acetoſ. an. ʒß. ſal. prunell. ℈iß. aqu. acetoſ. ʒii. aq. cichor. endiv. an. ʒvi. M. non parum contulit tinctnra roſar. ita præparata.

℞. Aq. endiv. ℔i. aq. acetoſell. roſ. an. ℔ß. flor. roſ. rub. ʒß. ſpirit. vitrioli ʒß. infunde tepidè in vaſe vitreo per horas x. colat. adde julep. roſat. ʒii. de qua bis in die hauſtus auferatur: ad refrigerium, roborandum, & malignitati reſiſtendum valde accommodata. In febribus continuis, & malignis primas tribuo partes aquę acetoſellæ quæ & alterando, & malignitati reſiſtendo ſuo merito principatum obtinet. *Auguſtinus Thornerus, lib. 1. obſerv.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Febre maligna.

UNgula alcis ſumoperè in epilepſia commendata mirabiliorum virtutem poſſidet, ut ſæpius nos experti ſumus contra venena & febres malignas, eo modo ſumpta quo lapide Bezoar utimur. Sudorem facillimè movet. Nos exhibhimus in minutiſſimas partes lima redactam cum conſerv. de acredine citri ad ſeptem grano. rum pondus, mirabileſque effectus in morbi malignitate ſuperanda ægrotis peperit. *Dominicus Panarolus, obſerv.* 33. *Pentecoſte* 3.

Vir quidam incidit in febrem malignam quę ipſum ad convulſiones & delirium perduxit, cum ſumma pulſus inæqualitate, unde brevi moriturus videbatur. Ex variis quæ illis exhibita fuerunt, maximè profuit aqua theriacalis noſtra in febris peſtilentis curatione deſcripta ad. ʒiv. exhibita cum bezoardici jovialis, gr. xii. à quibus ſudor copioſus excitatus eſt, & æger veluti miraculo liberatus. *Lazarus Riverius, obſerv. 66. cent.* 4.

Compoſitio aquæ theriacalis *Rivertanæ* talis eſt.

℞. Limones recentes & ſuccolentos, num. 12. cortices & ſemina eximantur, ſuccus exprimatur, eique adde cortices prædictos & ſemina: ſucci ſcordii, ℔iij ſucci acetoſ. rutę caprariæ, ſcabioſ. & Card. bened. an. ℔i. raſ. C. C. ʒiv. theriac. vet. ʒvi. cortices limonum in tenues laminas dividantur, ſemina contundantur, & herbæ quæ minus habent ſucci inter contundendum ſucco limonum irrorentur. Omniaque deſtillentur in B. M. hujus aquæ detur ʒi. per ſe vel cum aliis liquoribus permixta.

Matrona quædam Sexagenaria febre maligna laborabat, cum ſumma virium dejectione ex continuo alvi fluxu ad lienteriam tendente, & totius corporis refrigeratione ſingulis diebus recurrente, & per plures horas perſeverante. Cùm remedia ordinaria, quæ pro febre maligna, alvi fluxu & corroboratione virium vulgò præſcribi ſolent, ſedulò ac continuo per biduum uſurpata, nihil profuiſſent, & ægra in

pejus

pejus rueret, ita ut die undecimo morti proxima ac veluti in agone constituta videretur ab bezoardicum joviale tanquam alexipharmacum eximium, & potens diaphoreticum confugiendum esse censui, illius gr. xii. exhibui: ab eo tempore non amplius dejecit: perfrigerationes non redierunt, & intra biduum febris expers fuit, ac postmodum brevi convaluit. *Lazarus Riverius, observ. 56. cent. 4.*

Civis quidam *Monspelienſis*, cum laborasset febre maligna per 6. septimanas, tanta virium dejectione detinebatur, ut brevi moriturus videretur. Ego tunc temporis eum videre incipiens, & audiens parum expurgatum fuisse toto morbi decursu, ab humorum sarcina vires opprimi censui, eas tamen adeo dejectas vix purgationem sustinere posse. Ideo per epicrasin purgationem institui, & potionem præscripsi ex infusione ℈i. Senæ in aq. cichor. cum sal. tartari ℈ß. addendo syrup. ros. ʒi. Continuata fuit potio per triduum. Ex ea bis dejiciebat singulis diebus, vires paulùm recreatæ. Quarto die sumpsit syrup. de absinth. ʒi. Quinto exhibita infusio ʒi. Senæ, & per biduum continuata, blandè purgatus est cum fructu. Unde melius habere cœpit, & sensim convaluit repetitis per intervalla purgationibus. Post aliquod tempus recidivam passus est & Medicum non vocavit, donec ad extrema redactus fuerit, atque ita ultimum diem clausit. Hoc tantùm in hac observatione notatu dignum est, medicamentum purgans exhiberi posse in summa virium dejectione, modò perexigua dosis præscribatur. *Lazarus Riverius, observ. 87. cent. 2.*

Mercator quidam febre acuta & maligna correptus est cum pessimis symptomatis, quæ licet septimo videbatur sopita, decimoquarto tamen rursus increbuit. Ad quem accitus debilem inveni dentibus stridentem, & nares palpantem. Hæc mihi præbebant suspicionem vermium, qui ejusmodi febribus putridis & malignis sæpe adesse solent. Cumque per 2. dies alvum non deposuisset, clysterem injicere jubeo, ad materiæ putridæ aversionem & retractionem, quæ ad caput tendebat surditatem & delirium inferens.

2℔. Juris pulli decocti cum lactucæ, viol. malv. lib. 1. cassiæ extract. ʒi. spec. hier. (ob vermes & materiam aliquo modo pituitosam) ʒß. ol. oliv. viol. an. ʒiß. sal. ʒi. M. f. clyster. Benè excrevit, & vermem in excrementis conspeximus. A clystere parùm melius habere visus est, delirio nondum ex integro sedato. At cùm per intervalla ad se rediret, dicebat se subinde dolorem modò circa ventriculum, modò totum ventrem sentire. Verùm cùm confectione sequenti uteretur, quatuor deinde vermes admodum longos vomitu, & 4. per alvum unà cum excrementis valde male olentibus dejecit. Tale erat Electuarium.

2℔. Spec. diarrhod. abbat. diatrag. frig. spec. cordial. corall. rubr. (nam fluxus quasi symptomaticus postea accessit) cornu cervi usti an. ʒß. subtiliter pulveris. dissolv. in aq. portulac. bugl. adiect. sacchar. albiss. q. s. fiat Confectio in tab. Capiebat bis in die ℈ij. vel iii. Altero die, dictu mirum, cùm continuò ex istis tabulis sumeret; denuò adhuc quatuor vermes vomitu, deinde adhuc quatuor per secessus magno impetu reiecit, quibus mox fluxus cessare cœpit, & pristinæ sanitati restitutus fuit. In hac curatione hoc notatu dignum, quòd cornu ustum (ut sæpius aliàs experti sumus) maximè confert in febribus ejusmodi malignis, ubi fluxus adest, & vermes intestina lancinat. *Petrus Forestus, observ. 7. lib. 2.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Febre maligna.

POst *Monspelii* obsidionem an. 1623. grassata est per plures menses febris admodum maligna, ex qua media ferè pars ægrotantium interibat particulariter verò quibuscunque parotides superveniebant: (quod circa nonum vel undecimum morbi diem solebat contigere) omnes interibant, cum autem plures huiusmodi vidissem, neque ullis alexipharmacis liberare potuissem, cogitare cœpi ideo censeri lethales parotides, quod pars illa non sit capax recipere totam materiam morbificam, quæ intus manens, intermit; & sup-

plendum esse naturæ opus: ac quanquam ægrogantes pulsum haberent parvum & frequentissimum ac pene formicantem, ut in agone mortis versari viderentur, quæ etiam brevi succedere solebat: attamen hanc C. *Celsi* sententiam animo revolvens, multa scil. in præcipiti periculo recte fieri, quæ alias essent omittenda, & satius esse anceps remedium in uno, aut altero experiri, quam toto ægros certo exitio relinquere; sanguinis missionem præscripsi partitis vicibus, propter virium imbecillitatem bis aut ter in eodem die, & sequenti die, purgationem: qua via omnes, quibus hæc remedia administrata sunt, fœliciter evaserunt, neque ullus deinceps interiit. *Lazarus Riverius*, *observ.* 43. *cent.* 1.

Vocatus ad quendam febre maligna laborantem, præter remedia ordinaria & julepos cardiacos cum sale prunellæ ter in die exhibendos hunc pulverem præscribo.

℞. Salis prunellæ, ʒß. camphoræ ʒß M. F. pulvis: qui dividatur in quatuor partes, quarum una capiat tertia quaque hora: noctu hunc pulverem sumpsit, manè multò melius habuit, jubeo iterari pulverem cum aliis remediis, & eodem die à præsentaneo vitæ periculo liberatus est, paucis & modum post diebus omnino convaluit. *Lazarus Riverius*, *observ.* 18. *cent.* 2.

Aromatarius quidam viginti & quatuor annorum laboravit febre maligna, ex qua tandem circa undecimum morbi diem incidit in delirium, & paucis post modum diebus in motus tremulos & convulsivos nervorum qui phrenitidi lethali supervenire solent per mensem ferè integrum delirium perseveravit convulsiones verò per dies duodecim, tandem evasit post multorum remediorum usum: ea quæ magis profuere, sunt sectio venæ frontis, & julepi compositi ex aq. card. bened. ʒiv. aq. theriac. ʒiii. bezoard. mineral. ℈ii. camphoræ, gr. xii. qui quinquies fuere exhibiti. *Lazarus Riverius*, *observ.* 62. *cent.* 2.

SUBSECTIO OCTAUA.

Pro Febre maligna.

ANcilla quædam febre maligna laborare cœpit, quæ eam ad deliria & convulsiones deduxit: qui paupercula erat, & parcebat sumptibus, paucis remediis curata est in sequentem modum. Quatersecta fuit vena cucurbitulę pluries admotæ humidæ & siccæ: pro potu utebatur decocto radicis acetosæ, in quo dissolvebam bis in die salis prunellæ, ʒi. spirit. sulphuris, gutt. xv. In iusculis sumebat frequenter bezoard. mineral. ℈i. die undecimo morbi exhibui spiritus fuliginis, ʒii. in aq. card. ben. & parum sudavit: die duodecimo exhibui ejusdem spiritus ʒiii. cum eadem aqua copiosè sudavit, eodemque febris remissa est, deliria & motus convulsivi desierunt: & intra paucos dies postmodum convaluit. *Lazarus Riverius*, *observ.* 36. *cent.* 3.

Virgo quædam viginti annos nata correpta est febre maligna, quæ eo usque processit non obstantibus remediis ordinariis, ut circa undecimum morbi die in delirium & nervorum contractiones inciderit, quibus accedebant interdum Leipopsychiæ: in gravi illo periculo præter epithemata & pullos columbinos, aliaque roborantia interna & externa, sequentia remedia præscripsi; quæ in his affectibus maximæ solent esse efficaciæ: nempe vesicatoria quinque cervici, brachiis, & femoribus admovenda; julepos ex aq. card. bened. ʒiii. aq. theriac. *Bauderon*, ʒiii. Bezoard. miner. ℈ii. camphoræ, gr. vi. qui julepi per biduum usurpati fuere manè & serò; tum etiam prædictum bezoard. miner. exhibebatur insingulis jusculis ad ℈i. hisce remediis intra paucos dies, à gravi morbo liberata est. *Lazarus Riverius*, *observ.* 73. *cent.* 2.

Mulier quædam triginta annorum sese mihi curandam obtulit, laborabat febre maligna à duobus diebus, cum dolore capitis, inquietudinibus fere continuis, sitique intensa, maculis quibusdam lividis circa pectus & dorsum apparentibus: ter intra biduum sanguinem adu-

xit

xit ad ℥vIII. ſingulis vicibus, cumque interna omnia remedia adverſaretur, ad externa animum contuli: quinto itaque morbi die cataplaſma ex cochleis cum ſui teſtis contuſis, ſtupiſque ſuperpoſitis utrique pedi circa plantas applicandum curavi admotum eſt hoc remedium circa horam tertiam pomeridianam inclinante autem die, cœpit ægra ſentire dolorem quendam moleſtum & gravem in utroque femore & tibia, qui ad mediam uſque noctem duravit, ea ſævitia ut ægra de removendo cataplaſmate perpetuo cogitaret. Media autem nocte ſudor totum corpus invaſit, tanto fœtore, ut illum ſuſtinere vix poſſet, mutato induſio, amota ſunt è pedibus cataplaſmata tetrum adeo odorem exhalantia, ut adſtantes fermè inficeret; manè ægram alacrem invenio, febre, aliiſque ſymptomatis valde imminutis, & brevi poſt omnino convaluit. *Ioh. Martinus, obſerv.* 8.

SUBSECTIO NONA.

Pro Febre purpurata.

VOcatus ad inviſendum virum quendam febre continua laborantem ab octo diebus, in quorum ſpatio ter ipſi vena ſecta fuerat, & purgatus medicamentum ſemel exhibitum, ex præſcripto medici ordinarii; invenio pulſum valde frequentem & inæqualem unde ſuſpicor febrem eſſe malignam, ſimulque eum detegi jubeo, & totum corpus invenio exanthematis purpureis refertum: urinæ erant ſatis laudabiles concoctionis rudimenta quædam oſtentantes. Præſcripſimus cucurbitulas multas ſecundum ſpinæ longitudinem applicandas, tum ſiccas, tum humidas, epithemata, inunctiones ex oleo ſcorpion. Mathioli, confectionem de hyacinto in juſculis, & julepos refrigerantes cum cardiacis, pro potu utebatur ptiſana vulgari, in quam nodulus C.C. mergebatur: hæc remedia continuavit uſque ad undecimum morbi diem, cum tamen omnia in pejus ruerent, ægerque delirio, & convulſionibus coreptus fuerit: dicto die undecimo leviter ſudavit ſine fructu. Delirium cum ſtupore quodam conjunctum erat: ideo veſicatorium cervici admotum eſt, & cucurbitulæ continuatæ partibus inferioribus.

Julepi ſequentes præſcripſi ſunt.

℞. Hord. integri, p. i. rad. bugl. ℥ii. fol. borag. pimpinell. ſcord. an. M. i. ſem. citri, acetoſ. an. ℥ß. tamarind. ℥ii. flor borrag. bugl. roſ. rub. an. p. i. dictamn. cretic. p. ß. F. decoctio in aqu. ℔vIII. ad tertiæ partis conſumptionem: in colat. diſſolv. ſacch. alb. ℔i. F. julep. de quo capiat ℥vIII. manè & ſerò, addendo unicuique doſi ſalis prunellæ, ℥i. ſpirit. vitrioli, ℈ß. Pro potu præſcripta fuit tinctura roſ. in juſculis, pulv. ex margarit. corall. raſ. ebor. C. C. & lap. bezoard. at poſtremis diebus inſtante decimo quarto die, cùm omnia in pejus ruerent, loco pulveris illius, ſubſtitui bezoardicum minerale purum, cujus ℈i. ſumebat in ſingulis juſculis. Cùm verò circa veſperam, febris, delirium, & convulſio plurimum intendi conſueviſſem; duabus horis ante exacerbationem hunc pulverem exhibuimus.

℞. Salis prunellæ ℥ß. bezoard. miner. ℈i. camphoræ, gr. v. M. capiat cum aqu. Card. ben. & exinde melius habuit: decimo ſexto die cum appareret concoctio in urinis, medicamentum catharticum exhibitum eſt ex ſenæ ℥ij. rhei. ℥iß. in decocto refrigerante infuſis. Addendo colaturæ manuæ, ſyrup. roſac. an. ℥i. quo blandè purgatus eſt: eodem die puſtulæ quàm plurimæ animadverſæ ſunt inſtar variolarum ad ſuppurationem tendentes maguo quidem numero circa veſicatorum, tum ſparſæ per dorſum, lumbos, & nates: die ſequenti prædictæ majori ex parte ruptæ apparuerunt, & ad exſiccationem tendentes; verum in parte anteriore circa hypochondria & pectus puſtulæ perexigue, pellucidæ, & diaphanæ, humore ſeroſo refertæ, infinito propemodum numero prodiere: febris valde remiſſa, & delirium valde imminutum: decimo octavo ſomnus multus fuit, & ferè continuus diu noctuque uſque ad diem vigeſimum: purgatus eſt iterum die vigeſimo ſecundo; poſtea febris omnino deſit, ac paucis poſtmodum diebus perfectè convaluit. *Lazarus Riverius, obſ.* 21. *cent.* 1.

Raphanus quia magnam vim habet attrahendi malignitatem materiæ, utile eſt ſcobem ejus pedibus ſale & aceto prius

mundatis alligare : idem etiam occipitio apponi poteſt, ſi vehemens capitis dolor adſit, *Joh. Crato. conſil.* 16. *lib.* 3.

Nihil æquè juvit in febre petechiali ac à *Cratone* in hunc modum deſcripta emulſio.

℞. Semi. Card. bened. ℥iß. citri ℥ß. aq. card. ℥iiiß. M. f. emulſio Add. ſyrup. acetoſ. citri. an. ℥ß. M. *Balthaſar Timæus. Caſ.* 24. *lib.* 8.

Vir 60. annos natus febre laborabat continua: ad quem vocatus ego, eum male habere deprehendi. Nam pulſum intermittentem habebat, ſingulis quippe quinque pulſationibus arteria ſtabat. Sed hoc fortè non ita ingens malum erat, præſertim in homine ſene, ut aliàs diximus, niſi ſecundum hoc conjunctum haberet: à longinquo namque hic multum fætebat, corporis ingentem corruptionem præ ſe ferens. Nota. Unde non diu vixit, ſed à præſagio habito intra biduum diem ſuum obiit. *Amatus Luſitanus. Cur.* 72. *Cent.* 7.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Febre maligna.

CIrca potum hoc annotandum, vini uſum in hac febre aliquando eſſe proficuum, utpote inſigne cardiacum; & malignæ qualitati maximè adverſum.

Inter revulſoria remedia meritò referuntur frictiones partium extremarum cum linteo aſperiori frequenter repetitæ. Sed præcipuè commendatur illa, quæ fit in toto corpore cum linimento. Ætii, quod in hunc modum componitur.

℞. Ol. amygd. d. & aq. fontis, an. ℥iv. ſalis nitri, ℥ij. bulliant ad aquæ conſumptionem, & manibus hoc oleo inunctis perfricetur calidè totum corpus manè, & ſerò. Hoc linimentum cutis poros aperit, ut natura commodius vapores venenatos ad eam tranſmittere valeat.

In maxima virium imbecillitate potiones merè cardiacæ componi poterunt in hunc modum.

℞. Aq. nanph. & roſar. an. ℥iß. confect. alker. ℥i. ſyrup. de pomis, ℥i. ſucci limon. ℥iii. F. potio.

Si Febris non ſit intenſa, aq. cinnam. ad ℥i. vel ℥iij. addi poterit, & interdum ambra griſea ad gr. v. vel viii.

Emulſione parari poterunt ſic.

℞. Amygd d. excortic. ℥i. ſem. melon. cucurbitæ, napi, citri, card. ben. an. ℥ij. contundantur in mortario marmor. ſenſim affundendo decoct. julepi ſequenti, ℔iß. ſyrup. de limon. ℥iij. ſalis prunellæ, ℥iii. F. emulſio pro tribus doſibus, bis aut ter in die ſumendis.

Hæc julepi forma in febris initio convenire poterit.

℞. Rad. acetoſ. bugloſſ. tormentill. an. ℥i. fol. endiv. cichor. acetoſ. pimpinell. an. Mi. tamarind. ℥j. coquantur ad ℔j. in colatur. diſſolv. ſyrup. de limon. & granat. an. ℥iß. F. Julep. pro tribus doſibus in die ſumendis: addendo unicuique doſi confect. de hyacinth. ℥i. lapid. bexoard. gr. vi. & ſpiritus ſuphur. q. ſ. ad gratam accidit.

Medici *Monſpelienſes* utuntur in hac febre tanquam alexipharmaco utiliſſimo, nulla calefaciendi vi prædito, trochiſci viperinis, eoſque exhibent à ʒi. ad ℥ß cum aquis cordialibus vel julepis. Utilis etiam hic eſt radix quam contrayervam nominant: cujus ʒi. vel ℥ß exhiberi poteſt in pulverem redacta cum aq. card. bened *Lazarus Riverius, cap.* 1. *ſect.* 3. *lib.* 17. *Prax. Med.*

Servus cujuſdam Archiepiſcopi febre petechiali laborans eo devenerat, ut nulla ſpe ſuperſtite, de vita eſſet conclamatum, ille verò mortis candidatus, qui mori ſe intelligebat, miſſo ad Epiſcopum nuncio, ſupplex vini hauſtum expetit ante fatalem horam, quod illi illico conceſſum fuit largiore quam expetierat, menſura. Poſt hauſtum vini in rhenani in ſudorem ſolutus, quievit, & iudicata eſt cum ſalute febris. Similia exempla plura apud nos memoriæ occurrunt. *Thomas Bartholinus hiſt.* 7. *cent.* 6.

Ego certè teſtari poſſum, me, cum extremè febre peſtilenti decumberem, animique deliquia ſingulis momentis haberem quatuorque dies & noctes abſque omni ſomno habuiſſem, omneſque aſtantes de mea ſalute deſperarent, ſex guttulis tincturæ coralli cum decoctione violarum ex cochleari propinatis, extemplo & quaſi

quasi miraculosè fuisse liberatum: quamprimùm enim ad duo cochlearia tincturæ sumpseram, cordis spiritus ita recreari, & naturæ gratissimum quippiam accessisse, ac omnia præcordia subiisse, sensi ut illico quasi luce depulcis tenebris, morbi vim, medicaminis efficacia, manifestè abigi perciperem. Sudorem enim & crisim (cujus tamen nulla indicia præcesserant) movebat, maculasque quam plurimas purpureas ad cutem pellebat: quibus sudore continuo deletis, brevi pristinam valetudinem recuperabam. *Anselmus Boetius, lib. 2. De Lapid. & Gemmis, cap. 154.*

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro ebre continua in puerulo octodecim mensium, cui à secto Linguæ fræno Sanguis in ventriculum effluxit, ibique putrescens. Febrem excitavit cum sævissimis Symptomatis.

QUam primùm vomitus provocetur cum ʒiii. ol. amygd d. ut putridus in ventriculo contentus sanguis evocari possit, mox à vomitu Clysteriolus quamprimum injiciatur ex iure pingui & saccharo, vel melle despumato, ut fæces, & ejusdem corrupti sanguinis reliquiæ ab intestinis detrahantur. Propinato vomitorio, sanguinis concreti purulentique notabilem copiam evomuit, adhæc unà cum reiecto clystere sanguinis corrupti grumos permultos excrevit: & sic statim remissa fuit febris: cessaruntque omnia symptomata, neque in posterum quicquam mali persensit. Sanguis in ventriculum fluxit, quod ab opere Chirurgico, non statim pronum situaverunt infantem, ut ex ore potuerit protinus profluere. *Ioh. Zecchius, cons. 46. & append.*

SECTIO DUODECIMA.

Pro Febre maligna cum vermibus in Muliere.

AB umbilico inuncto sequenti linimento, & pilulis deinde devoratis, novem vermes eiecit, & sic præter omnium spem sana evasit.

℞. Ol. ovor. lilior. fellis bubul. succi cepæ assatæ, butyri rec. an. ʒii. M. F. linimentum.

℞. Aloes succotrinæ, ℈iß. spec. diatragac. frig. gr. v. cum syrup. viol. F. pil. iii.

Sorbebat autem supra pilul. (ne aloe febrilem calorem augeret) cochl. i. syrup. de limon. *Petrus Forestus, observ. 4. lib. 6. De Febribus malignis.*

Filia cuiusdam Procuratoris annos nata 12. febre continua laborabat cum alvi fluxu molestissimo, quo materias excernebat colore cineritio infectas, quales apparere solent plerumque in verminosis affectibus. Præscripti initio fuerunt clysteres detergentes, ex rebus dulcibus parati; tum potus vulgares contra lumbricos, & rheum pulveratum etiam bis iteratum, ex quibus omnibus nullum levamen obtinuit: imò febris & alvi fluxus in deterius vergebant: ut iam de puellæ salute dubitaretur, quandoquidem delicatula, & à longo tempore male affecta erat, ac pallidis coloribus defædata. Tandem sequentem Julepum ipsi præscripsi.

℞. Rad. acetos. gramin. & cichor. an. ʒi. fol. endiv. cichor. acetos. portulac. & hyperic. an. M. i. Scord. & absinth. pontic. an. Mß. flor. 3. cordial. p. i. Coq. in aq. hordei ad quartaria 5. In colat. dissolv. syrup. limon. ʒiv. spirit. vitriol. gutt. aliquot ad levem aciditatem. f. Julepus pro IV. dosibus manè & serò sumendis.

Intra illud biduum, quo Julepo usa est, febris & alvi fluxos omnino quieverunt, & perfectè curata est. Si quis miretur tam levi remedio sublatum esse hunc affectum, sciat hypericum & scordium mirabili efficacia putredini resistere & lumbricorum generationem prohibere, nedum iam genitos enecare. Et verè testari possum, me huiusmodi Julepis in infinitis pueruli lumbricis laborantibus cum felicissimo successu usum esse. *Lazarus Riverius. observ. 16. cent. 1.*

Puer quidam undecim annos natus in febrem lapsus est ingentem. Sex à morbi initio elapsis diebus ad eum invisendum sum vocatus, quem ita imbecillum & viribus prostratum inveni, ut ea ipsum nocte

mori, ni obviam tantò malo iremus, certum eſſet. Pulſus non apparebat, foras frigidus & algidus totus puer ipſe erat: ad hæc circa guttur laqueum habere, & velut eo ſtrangulari inculcaverat cubili proſtratus cum jaceret; non quieſcebat, ſed furibundè huc illuc movebatur. Quæ omnia non aliunde venire, quàm à vermium multitudine puerum infeſtantium, mihi fides erat. Proinde ſtatim Clyſterem ſequentem injiciendum curavi.

℞. Coralin. portulac. gramin. an. p. i. betæ, malv. mercurial. an. p. ß. coriandr. præp. ʒß. ſem. ſancti ʒii. in lib. 2. aq. f. decoctio.

℞. Prædicti decocti ʒxv. ol. roſ. ʒii. caſſ. extract. ʒvi. hier. picr. ʒii. mell. viol. ʒi. ſal. ʒi. M. f. clyſter, quo 12. ageſſit vermes craſſos & ingentis magnitudinis, & tunc meliuſculè habere viſus eſt. At ut vires robore afficerentur, ex pullo aquam ſtillatitiam in hunc modum parare juſſi.

℞. Carnis pulli gallinac. ʒxii. corall. præp. margar. præp. an. ʒii. ſem. ſanctonic. ʒi. ſem. limon. ʒß. M. & in balneo M. f. deſtillatio. Ex hac aqua nonnihil deglutire ac ebibere cœpit. Sequenti die clyſterem iterari juſſi, quo tantam vermium proluviem egeſſit, ut omnibus admirationi eſſet; & tunc meliuſculè guſtavit, & ad oblata meliùs hebebat; pulli autem contuſum bibebat. In aurora jejuno ſtomacho ſyrupum hunc ſumebat.

℞. Sem. acetoſ. portulac. ſanctonic. an. ʒii. coralin. ʒiii. ſem. citr. limon. coriandr. præp. an. ʒi. fol. acet. ſcord. portulac. gram. pimpinell. an. p. ß. f. decoctio in aqua ℔iß. ad ℔. 1. In colat. ʒiv. diſſolv. oxyſacch. ʒi. M. f. Julepus. Et interdiu ex electuario ſequenti miris prædito viribus pro detrudendis vermibus lingebat.

℞. Sem. ſanctonic. ʒi. contundatur, & per 2. horas in aceto acerimo maceretur, ac poſtea coletur, & ſemen melle cocto excipiatur & f. conditum. Electuarium primas contra vermes habens dignum ut appeletur: paratu enim ut eſt facile, ita viribus & facultatibus mirum. Hoc enim per intervalla adhibitum guſtabat, & ex aqua coriandro incocta, vino granatorum miſta ſuperbibebat. Iis puer hic intra decem dies, quod utrum, ſed verum dixerim, treſcentos egeſſit vermes, & eorum plures craſſos & ingentes, ac vivos omnes ſtercori liquido & putido miſtos. *Amatus Luſitanus, cur. 3. cent. 6.*

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Febre publice graſſante cum gutturis dolore moleſtiſſimo ex Catarrho pene ſuffocante.

PLurimum profuit ad dolorem guttu-ris gargariſmus ſubſequens, quo in meipſo uſus ſum tùm in aliis, ita ut cùm illo ſepties tantum gargariſaſſem, dolor ille ſubitò ceſſarit, ſimul & anguſtia pectoris miraculi inſtar.

℞. Aq. plantag. ℔i. aq. ſcabioſ. ℔ß. flor. roſ. rubr. p. i. ſem. cydon. ʒi. bulliant leviter & colentur: adde diamor. dianuc. an. ʒi. terræ ſigill. veræ pulver. ʒi. M. quo cùm uſus eſſem videbat quaſi liberatus ab hoc malo, ita ut nocte ſubſequente optimè dormirem. *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 6.*

SUBSECTIO DECIMA QUARTA.

De Febre ſtata.

ARchitectus quidam ſingulis annis ſtato die, hoc eſt, quo natus fuerat, febre implicabatur, quæ ex putreſcente bile genita ſuum circuitum ſervans decimum quartum non tranſgrediebatur diem, donec ſenio confectus, & eadem ex more complicitus febre natali ſuo die vi morbi proſtratus, naturæ conceſſit. *Antonius Bevevenius, cap. 84. lib. De abditis morborum & ſanationum cauſis.*

SUBSECTIO DECIMA QUINTA.

Obſervatio circa lotium in Febribus acutis.

RArò evenit, ubi urinæ nigræ minguntur, in febribus acutis, ſi alia adſint ſigna mala, ut evadant, ut accidit noſtræ puellæ, quæ per totum morbi decurſum lividam & nigram urinam mejebat. Sic & *Philiſcus* apud *Hippocr. c. 1. epid. ægr. 1.* qui

qui prope murum decumbebat, tertio die nigra minxit, & quarto urinæ nigræ, & quinto: ſexto demum die obiit. *Scilenus* etiam ægrotus ſecundus, qui in *Platamome* prope *Evalcidem* habitabat, primo die urinam nigram minxit, ex alvo bilioſa, ſincera, ſpumoſa, & multa effluxerunt. Secundo die feceſſus plures, tenuiores, ſpumoſi, urinæ nigræ, nox moleſta, parum deliravit: tertio omnia exacerbata, feceſſus tenues ſubnigri, urinæ turbatæ, ſubnigræ. Vndecimo & hic quoque mortuus eſt. Sed hic notandum, urinam nigram tum præcipuè eſſe mali ominis, cùm non ſemel ſed ſæpius per totum morbi decurſum ſe oſtentat. Nam *Herephonti* apud *Hippocratem* cui urinæ nigræ tenues in principio, cum poſt octavum melioris coloris eſſent, & parvam ſubſidentiam haberent, & nono ſudaret, judicatus eſt morbus: idem pariter fuit exitus febris uxoris *Epicratis* quæ decumbebat prope *Archegenem*.

Cùm igitur lotium in prædicendo tantam vim habeat, videndum nunquid bonum ſit aut malum. *Petrus Foreſtus. Scol. obſerv. 6. lib. 2. De Febr. continuis.*

SECTIO SEXTA.

De Febre intermittente.

IN febre intermittente non minus intenſa & violenta, durante ſaltem paroxyſmo, ad ſanguinis efferveſcentia quàm in continua: hoc tamen illi præ continua, peculiare eſt quod quædam ἀπυρεξίας ſeu intermiſſionis habeat tempora, quod quilibet paroxyſmus à frigore aut rigore plerumque incipiat, & in ſudorem deſinat, quod acceſſiones ſtatis periodis, certiſque temporum intervallis redeant, ut non ſit automaton horologicum exactius. Efferveſcentia verò ſanguinis hanc febrem conſtituens unicè dependet à ſucci nutricii aſſimilatione, ipſius ſanguinis vitio, præpelita: Dum enim ſuccus nutricius cum ſanguine non aſſimilatur, licet ejus particulæ velut heterogeneum quoddam & non exactè congener in ſanguinis maſſa perſiſtant, adhuc tamen cum eo ſine tumultu aut perturbatione circulantur, donec iis ad turgeſcentiam cruoris maſſa ſaturatur; tum protinus ebullit illa & efferveſcentiam febrilem concipit, qua vel ſubigitur, vel foras protruditur quod heterogeneum eſt: cujus conſortio cum ſanguis liberatur, ſequitur acceſſionis febrilis intermiſſio; poſtea demum à novo hujus ſucci ſupplemento novus inducitur paroxyſmus. Cauſa verò rigoris & frigoris, quæ in paroxyſmo huius febris excitantur, hæc videtur eſſe, nimirum ſucci nutricii in materiam nitroſam & acetoſam degeneris fluor & turgeſcentia, quo ſpiritus & calor ſuffuſi obtunduntur (inde in toto corpore frigoris ſenſus percipitur) & corpora nervoſa irritata in tremores cientur. Poſtea autem cum particulis hiſce nitroſis aliqua ex parte in ſuperficiem corporis protuſis earum gravamine & oppreſſione ſanguis nonnihil liberatur, ſpiritus vitales ſe recolligunt, & emicare incipiunt, & ſic calor ſuccedit intenſiſſimus, qui uſque perſiſtit, donec materia iſta fermentativa penitus combuſta, ſubacta & ſubtiliata ſudore aut tranſpiratione inſenſili evaporet: quod verò ſtatis temporum intervallis acceſſiones plerumque repetant, ratio talis reddi poteſt, quod nimirum æqualis ſucci nutritii portio ſanguini in vaſis confluo continuò ut plurimum ſuppeditatur.

Franciſcus Sylvius febrium omnium intermittentium cauſam eſſe putat, ſuccum pancreaticum aliqua ſui parte in uno pluribus pancreatis ductibus lateralibus obſtructis ſtagnantem, ac mora ſua ibi acriorem factum, atque acrimonia iſta acida per pituitam plus minuſve viſcidam & notatæ obſtructionis cauſam, via vi parata penetrantem ac in tenue inteſtinum effuſum, vitioſamque ibi cum bile atq; pituita efferveſcentiam excitantem. Dividitur febris intermittens in tertianam, quartanam & quotidianam. Tertiana eſt cujus paroxyſmus tertio quoque die repetit, & ſi exquiſita eſt, cum rigore vehementi incipit, cui ſuccedit calor acris & mordax, qui in ſudorem exolvitur, atque intra duodecim horas acceſſio finitur.

Cauſæ ad hanc diſponentes ſunt temperamentum calidum & bilioſum, ætas juvenilis, præfervida victus ratio, aeris conſtitutio calidior, vigiliæ, curæ, iræ, je-

Junia, exercitatio nimia. Febri tertianæ interdum icterus supervenit, eamque solvit. Scribit *Haly* & vulgatissima docetur experientia in tertiana laborantibus, si ulcera aut pustulæ in labiis & naribus erumpant, finem febris præsagire, est enim quædam veluti crisis. Alvi etiam fluxus tertianæ superveniens, materia jam concocta, eam solvit. Quotidiana rursus est, cujus accessio quolibet die redire solet: ut plurimum nocturnis horis invadit, idque sine rigore, sed cum frigore tantum, aut levi horrore, calor deinde, transacto frigoris tempore, mitis est, ac minimè deurens, paroxysmus diutius protrahitur, & sæpe horas octodecim aut viginti solet durare. Quartana denique illa est quæ paroxysmus habet quarto quoque die recurrentes: incipit cum oscitatione, pandiculatione, & gravitate totius corporis quam sequitur frigus, postmodum horror & rigor quo ossa confringi videtur; unde dolor qui à quartanariis percipitur, ὀστεοκοπος nominatur. Calor deinde succedit satis molestus, sed remissior quam in tertiana. Sudor plerumq; accessionem concludit. Febris hæc longissima esse consuevit, & quæ autumno incipit, ut plurimum tota hyeme perseverat, nec nisi accedente vere finitur: imò nonnullæ ad annum unum vel plures extenduntur: æstivæ tamen breviores sunt: ad hanc febrem disponunt, tempus autumnale, loca maritima, ætas declinans, temperies melancholica, & quæ ob malam victus rationem affectioni hypochondriacæ obnoxia est. Causa verò harum periodorum febres has constituentium adscribenda videtur diversæ sanguinis constitutioni, qua nimirum à debita temperie in diatesin modo acrem, modo acidam aut austeram pervertitur: pro diversa enim hujus dyscrasia succus alibilis recens advectus plus aut minus à mutatione desciscit, & in materiam citius aut tardius fermentescere aptam degenerat. *Thomas Willis, lib. De Febribus.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Febre tertiana exquisita.

IN principio mensis *Junii*, cùm tempus valde calidum esset; ac impensè circa ægros curandos ipse laborassem, vigiliis, curis, & solicitudine, plus æquo occupatus, in tertianam veram & intermittentem lapsus sum: in paroxysmi principio & augmento à somno & potu abstinebam, die verò sequenti intermissionis post primum paroxysmum ter in die ex julepo sequenti sumpsi.

℞. Fol. acetos. endiv. viol. lactuc. scariol. an. M i. prunor. damasc. num. 15. coq. in sero lactis pro ℥ix. col. adde syrup. viol. ex multiplici infusione ros. de endiv. an. ℥i. M. F. julepus: eo alvus nonnihil solvebatur. Cibus erat panata vel pomum acidum coctum, potus cerevisia tenuis tempore intermissionis, tempore febris ptisana ex hordeo mundato & liquir. parata: post secundum paroxysmum die quietis hac leniente medicina usus sum.

℞. Flor. nymphææ, viol. borrag. an. p. i. prunor. damas. numero 13. tamarid. ℥ß. coq. in sero lactis in colat. ℥iiiß. dissolv. diaprun. simpl. cassiæ rec. extract. syrup. viol. an. ℥ß. M. inde habui sex sedes valde copiosas ac biliosas. Postea tertius rediit paroxysmus adeo violentus, ut in statu delirarem. Die verò subsequente, nempe quieto, cum urina aliquo modo tincta spectaretur, & crassior, ex basilica brachii dextri ℥iv. sanguinis extraxi: sed adeo inde debilitabar, ut quasi syncopen futuram præsentirem, nisi Chirurgo imparassem, ut illico venam constringeret: at modico vino rhenano sumpto deliquium animi intercipiebam, ut non fuerim syncopen passus. Alteratio tamen illa adeo profuit: ut postea non amplius paroxysmum habuerim. *Pet Forestus. observ. 2. lib. 3. De Febre intermittente.*

Virum quendam febre tertiana laborantem Dei auxilio & sequenti medicina mox liberavi.

℞. Decoct. Card. bened. ℥iii. extract. e. sul. ℈ii. M. pro hausto, quo multa biliosa phlegmate permixta egessit: per sequentes novem dies in aurora & longè ante paroxys-

kyſmum accepit decocti ſequentis ℥vi. cadè & in lecto ſtragulis benè contectus ſudores graveolentes & acres emiſit, ac eo penitus remiſit febris, ſanuſque evaſit decem dierum ſpatio. Eſt autem decoctum tale.

℞. Flor. centaur. min. M. iii. coq. in aq. q. f. ad dimidias. *Martinus Rulandus*, *cur. 97. cent.* 1.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Febre Tertiana.

AD Generoſum quendam febre tertiana correptum vocatus, in hunc modum curationem inſtituo. Primò longè à remiſſo paroxyſmo venam hepaticam pertundo. Sequentibus diebus ſex horis ante paroxyſmum jejunus aſſumebat aquam hanc frigidè.

℞. Aq. fontis, ℥vi. ſpirit. vitrioli, gutt. v. vel vi. M. ut F. potio aut aqua acetoſa, quæ dentes non contrahat in ſtuporem, per hujus primi potus efficaciam & Dei potiſſimum miſericordiam febris arcebatur, atque ex toto quieſcebat, nec unquam poſtea revertebatur: verùm nihilominus per ſequentes ttes dies febri dicatos aqua iſta dabatur ante ut dixi acceſſionem. *Martinus Rulandus. curat.* 100. *cent.* 1.

Alium febre tertiana laborantem curavi in ſequentem modum.

℞. Aqu. bened. aq. fontis, an. ℥i. commixtas frigidè exhauſit, atque ſuprà, & infrà rectè multumque purgatus fuit: exhibui potionem hanc ſeptem horis ante paroxyſmum; ſequenti die ſecari juſſi dextri lateris baſilicam, & ſanguinem ad decem nucias fluere. Interea ſupra pulſus manuum per octo dies ligavi ſequens Epithema manè, quod per diem retinebat, noctu removebat. Eſt autem hoc.

℞. Rutæ, Salviæ, burſæ paſtoris, an. Mi. cum aceto roſac. conterebantur in formam pultis, & adaptabantur ad pulſus: poſt quæ remedia, acceſſio febri ex toto receſſit, nec in poſterum rediit: cibus dabatur refrigerans & humectans, ſed raro & parcè: potui dabam decoctum hoc ad ſatietatem quoties urgebat ſitis.

℞. Cichor. Miii. rad. cichor. ℥iii. liquirit. raſ. ℥ß. paſſul. cõrinthiac. ℥iii. coq. in aquæ q. ſ. ad tertias: & ſic omninò convaluit. *Martinus Rulandus, cnrat. 94. cent.* 2.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Febre Tertiana.

ALternis diebus febrili paroxyſmo corripiebatur Puella Nobilis jam nubilis. Purgavi illam die quietis hoc pacto.

℞. Rad. cichor. dentis leonis, an. ℥i. rad. rhapont. ℥ß. abſinth. chamædr. chamæpyt. an. ℥iß. flor. cordial. p. i. fol. ſen. ℥i. ſem. aniſ. ℥iß. infund. in aqu. & vino: coque parum in duplici vaſe: colaturæ denuo infunde rhab. ℥ii. cinamom. ℥i. exprimatur: bibat unam doſim, alteram tertio poſt die quo apyretos eſt. Cum non remitteret, juſſi in principio paroxyſmi aquam ſequentem bibere.

℞. Aq. cichor. cent. min. & gentian. an ℥i. M. die febris elapſo repetatur hujus aquæ potus: pulſibus applicari iuſſi in utroque carpo ſequens.

℞. Cortic. intern. nucis arboris, macereturin aceto forti, & ligetur ſupra pulſus; unde nigra macula, & poſtea cutis excoriato ſecuta: paroxyſmus poſt mitior fuit.

Juſſi tertio aquam bibere, & pulſibus ſequens apponere.

℞. Fol. thalaſpi, burſæ paſtoris, & plantag. an. q. ſ. contund cum ſale & aceto, & applicentur: vix bis hoc facto, febris ceſſavit, ipſaque ſana facta eſt. *Felix Platerus*, *obſervatione lib.* 2. *pag.* 288.

Nobilis adoleſcens menſe *Martio* febre correptus, duobus diebus continuis paroxyſmum habuit, poſtea alternis diebus paroxyſmos aliquot, qui horis nunc tribus, nunc quatuor anticipabant: purgatus fuit, poſtea vena ſecta, iterumque purgatus: cæterum cum non ceſſaret febris eumque miſerè affligeret, dedi illi ante paroxyſmi adventum ſequentem Iulepum.

℞ Aq. plantag. ℥iiß. ſyrup. de papav. ℥iii. bibat. Pulſibus applicet in carpo, & temporibus unguentum populeonis ſubactum cum telis aranearum: ſuperveniente paroxyſmo ſtatim ſudor erupit, calorque longè mitior ſubſecutus. Poſtea denuo inſtan-

inſtante paroxyſmo, hæc duo remedia repetii, addendo ad Iulepum aquam Nicotianæ. Sudavit iterum mox ab initio, & vix frigus perſenſit: calor etiam mediocris fuit: poſtea tandem febris illum deſervit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 293.*

Ob inordinatum thermarum uſum, in febrem incidi tertianam intermittentem; ſequenti die à ſecundo paroxyſmo hauſi ℥i. Tartar. vitriol. cum gr. ii. diagridii in aliquot cochlear. vini abſinthii calidi, cujus operatione bilis evacuatio egregia eſt ſubſecuta. Cùm autem propter plenitudinem moderandam ſollicitus eſſem, die paroxyſmi tertio venæſectionem inſtitui, idque cum ſucceſſu, ſignis concoctionis ſeſe offerentibus: quam ob cauſam ſpem bonam de quarto paroxyſmo non futuro ſuſcipiebam. Quid fit; Natura ab onere ulteriore liberata ſub noctem diarrhœam producit bilioſam cirticam, qua ſanitati, Dei gratia, ab acuto morbo reſtituebat. *Gregorius Horſtius, obſer. 10. lib. 1. De Febribus.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Febre tertiana.

OMnibus ad curationem paratis, & evacuationibus tam per ſanguinis miſſionem quàm per pharmaciam adhibitis, quum ſemel in paroxyſmo (vigente ardentiſſima febre) nimia ſiti cruciaretur me rogat, ut illi gelidam bibendam traderem, cui lubentiſſimè obtemperans ad ſatietatem uſque concedo: à cujus potu multam flavam, citrinam, ſive pallidam dictam bilem evomuit, & melius habuit, ita ut intra viginti dierum ſpatium ſanitati fuerit reſtitutus Magnificus ille & liberalis vir, qui tunc pro hac curatione mihi trecentos largitus eſt aureos ducatos. *Amatus Luſitanus, curat. 3. cent. 1.*

Pharmacopæus quidam quinquagenarius laborabat febre tertiana intermittente: bis fuit purgatus, bis etiam phlebotomia celebrata: poſtea ante paroxyſmum, ſequens portiuncula ei exhibita eſt.

℞. Aq. cichor. ℥iii. ſalis abſinthii, ℨß. ſpirit. ſulph. gr. xii. M. ab hac potione accеſſio non rediit, ſed per urinas plurimùm fuit evacuatus. *Lazarus Riverius, cent. 1. obſerv. 20.*

Studioſus medicinæ poſt quinque acceſſiones febris tertianæ, ſecta vena bis, & ſemel purgato corpore, ſumpſi initio paroxyſmi, aq. bened. ℥i. acceſſio fuit cohibita, tum etiam operatio medicamenti per duas horas, poſtea vomuit quinquies aut ſexies ſine moleſtia, acceſſio brevior ſolito fuit, & in fine illius purgatus eſt per alvum pluribus vicibus, & omnino curatus eſt. *Lazarus Riverius, cent. 2. obſer. 57.*

Gratianopoli vocatus ſum ad equitem quendam ordinis Divi *Iohannis*, febre tertiana laborantem; erat tunc temporis in tertia acceſſione: prius tamen quàm tres illæ acceſſiones ordinem cœpiſſent, per aliquot dies ſine typo febricitaverat: præſcripſi ad diem ſequentem, qui erat intermiſſionis dies, calomelanos. Turqueti ℈i. diagrid. gr. v. in forma pilul. quibus valde purgatus eſt; redeunte circa veſperam ciborum appetentia, qua prius deſtitutus fuerat: die verò acceſſionis ſumpſit ante paroxyſmum julepum ſequentem.

℞. Aq. cichor. ℥iii. ſal. abſinth. ℨß. ſpirit. ſulph. ℈i. F. julepus: quem hauſit duabus horis ante paroxyſmum, & corpore propè contecto ſudavit copioſiſſimè, ſicque à febre liber evaſit. *Lazarus Riverius, cent. 1. obſ. 26.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Febre tertiana duplici.

COnſiliarius quidam annum agens 63. feb. tertiana duplici laborabat à quinque ſeptimanis, in quarum decurſu multa remedia adminiſtrata fuerant ab alio Medico; quater ſecta fuerat vena, pluries purgatus erat, & multi julepi aliaque remedia exhibita: morbus tamen in pejus ruebat, & acceſſiones graviores evadebant, ita ut eo die quo ego vocatus ſum, ipſum attonitum, & comatoſo quodam ſtupore affectum invenerim, & adſtantes de ipſius ſalute maximè dubitarent: tanta autem erat virium proſtratio, ut nulli evacuationi locum eſſe cenſuerim. Primo igitur die quo ipſius curationi incumbere cœpi, julepum ſequentem exhibui hora una ante acceſſionem.

℞. Aq.

℞. Aq. cichor. ℥iii. ſal. abſinth. ℥ß. ſpirit. ſulphur. ℈i. M. F. Iulepus Secundo die idem remedium iteratum eſt, hora etiam una ante acceſſionem. Tertio item die eadem hora ſumpſit & acceſſio perexigua fuit. Quarto die manè ſumpſit ſequentem potionem.

℞. Sem. mund. ℥ii. ſal. tartar. ℥ß. ſpirit. ſulphur. ℈ß. aq. cichor. ℥vi. infund. frigidè per noctem, & colaturam capiat cum regimine: pluries purgatus eſt cum euphoria: & eo die acceſſio non apparuit, neque deinceps, & ita perfectè curatus eſt, *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 2. *cent.* 4.

Gravida quædam ſeptimeſtris correpta eſt febre tertiana duplici, quæ per menſem eam afflixit; nulla apparente remiſſione, quod periculum non exiguum portendebat. Docet enim experientia quotidiana mulieres gravidas, hujuſmodi febribus laborantes, difficillimè curari, & non paucas abortu interveniente de medio tolli: ter ipſi ſecta fuerat vena, purgans medicamentum bis exhibitum, & multi julepi aperientes & refrigerantes propinati, tandem venæſectione hora ante paroxyſmum celebrata, & exhibito immediate ante venæſectionem, julepo ex decocto flor. Chamæm. & crem. tartari parato, febris omnino ſublata eſt; acceſſio enim quæ poſt venæſectionem expectabatur, non comparuit, neque deinceps. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 72. *cent.* 4.

Patronus quidam Sexagenarius febre tertiana laborans, poſt uſualia, remedia tandem curatus eſt ſecta, hora una ante paroxyſmum, vena, præmiſſo decocto chamæm. & cremor. tartar. & admotione carpis emplaſtri. *Strobelbelgeri*, *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 12. *cent.* 4.

SUBSECTIO SEXTA.

De Febre tertiana.

A Spiritu ſulphuris cum aqua exhibito, copioſè ſudor provocatur, quod multis experimentis nobis innoteſcit, qui plures tertianas febres curatas vidimus eodem remedio in ſummo acceſſionis æſtu, & urgente ſiti exhibito, unde copioſi ſudores provocabantur, à quibus non ſolum paroxyſmus, ſed etiam totus morbus integrè ſolvebatur. Hac doſi exhibeo.

℞. Aq. frigid. ℔i. ſpirit. ſulphur. gr. xx. M. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 19. *cent.* 1.

Retulit mihi *D. Chomel*, ſe omnes propemodum tertianas curare ſolitum, exhibendo per horam ante acceſſionem bonum hauſtum decocti chamæm. & cremor. tartar. & ſtatim ab aſſumpto remedio ſanguinem detrahendo. Si non ſit ad manus decoctum, aquæ frigidæ cyathum exhibet; & idem fere ſuccedit effectus, putat aquam illam aſſumptam per phelebotomiam ad venas rapi, & materiam ebullitioni proximam diluere, unde acceſſio impeditur. *Franciſcus Chomel. obſerv.* 3.

Vir quidam febre tertiana notha correptus eſt, quæ cum per menſem perſeveraſſet, ſumpſit meo conſilio vomitorium ex ℥i. ſalis vitrioli in aqua diſſoluti, à quo ter aut quater excitatus vomitus, nec febris amplius apparuit. *Simeon Jacoz*, *obſerv.* 14.

Civis quidam *Monſpelienſis* febre tertiana laborans, ſumpſit aq. bened. ℥i. & à febre liberatus eſt; hujus etiam medicamenti operatione latum lumbricum excrevit ſeptem pedum longitudinem æquantem. *Samuel Formius*, *obſerv.* 12.

Initio ducatur alvus ita.

℞. Elect. lenitiv. ℥vi. diacathol. ℥ii. cum aq. cichor. F. hauſtus, dein cùm apyrexia adeſt modicè adimatur ſanguis ſi opus eſt, ac præpara julepiis per triduum, mox purga rhabarbaro cum manna & ſyrup. roſat. laxat. *Joh. Heurnius*. ad aphor. *Hippocr.* 59. *ſect.* 4.

Maxima damna ſibi adferre ſolent febricitantes, dum potant ineunte paroxyſmo, uſu mihi compertum eſt, inde plerumque ex febribus intermittentibus periculique expertibus, naſci continuas ac lethales febres. *Joh. Heurnius*, *ad aphor.* 62. *ſect.* 7.

Ad inhibendum paroxyſmum.

℞. Rad. gentian. ℥i. ſummit. cent. min. ſerpill. an. ℥iii. bulliant in vino, bibat hauſtum duabus aut tribus horis ante paroxyſmum, in lecto maneat, & cooperiatur, ut ſudet. Succus crudus herbæ plantag. ad ℥iii. cum tertia parte circiter ſucci portulac. dimidia ferè hora ante paroxyſmi

inva-

invaſionem ebibitus ad eam ſiſtendam prodeſt, vel pulvis hic mirè in omnibus febribus, uti & peſtilentialibus commendatus.

℞. Sacch. card. ʒiii. zinzib. ʒi. camphor. ʒii. F. pulvis detur ʒi. cum aqua calida; alter.

℞. pulv. cancror. fluviatil. cranii. hominis, raſ. ebor. an. ℈i cinnam. ʒß. croci ℈i. F. pulvis detur ʒi. cum vino, exercitium ſi ita inſtituatur, ut corpus ante invaſionem paroxyſmi incaleſcat & ſudet, paroxyſmos diuturnarum febrium nonnumquam ſiſtit, hoc autem motu corporis eundo, equitando, curendo ante adventum paroxyſmi, donec corpus incaleſcat, perficitur: panis etiam maceratus aliquoties in aceto, & pulſibus applicatus prodeſt. *Felix Platerus, Prax. Med. tom.* 2. *cap.* 2. *pag.* 149. 150.

Per familiare remedium febris inter vulgus noſtrum ex pipere percrebui: quo cum ſucceſſu uſum magnum olim *Solandiæ* Epiſcopum *D. Joh. Reſenium* ſeniorem accepimus, in ipſa acceſſione piper cum ſpiritu vini exhibent, vel abſinthium in aceto coctum cum pauco pipere tribus continuis propinant, quanquam malè multis ceſſerit, non paucis tamen profuit, ſive quod vomitum provocarit, ſive quod horrorem febrilem diſcuſſerit. *Thomas Bartholinus, hiſt.* 48. *cent.* 5.

Ad febrem tertianam intermitentem epidemicam ſudoriſera maximè profuere paroxyſmo inſtante cum alexipharmacis exhibita præmiſſis ex metodo præmittendis. Innotuit in horum cenſu virtus unicornu noſtri *Groenlandici*, quia non ſolum ʒß. pondere cum appropriatis ante paroxyſmum exhibitum, ſudorem largum procuravit, ſed febrem plerumque extinxit, expertus id remedii novi genus ſum magno ſucceſſu in plurimis. *Thomas, Bartholinus hiſt.* 56. *cent.* 2.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Febre tertiana.

PRo minorativo has pilulas dedi.

℞. Extract. pil. coch. ʒß. diagrid. præp. gr. iii. ol. anis. fœnic. an. gr. ii. cum aqu. cinnamom. F. pil. vii. deglutivit involutas pulpa pomi ſub cinerib. aſſi, & mediocriter inde depoſuit. Sequenti die in ipſa acceſſione iſtud expulſivum exhibui.

℞. Aqu. cinnam. card. bened. an. ʒx. C. C. uſti præp. ℈ii. Confect. alker ʒß. lapid. bezoard. gr. vi. M. F. hauſtus hydroticus, ſudavit, & viſus paroxyſmus brevior. Sequens paroxyſmus multum anticipavit: in limine ejus dedi cochlear. 2. hujus pulveris ex cervis. calente.

℞. Salis abſinth. gra. xvi. pulv. fol. centaur. min. ʒiiß. ſacchar. alb. ʒiß. M. F. pulvis.

Pro potu ordinario utatur hoc decocto.

℞. C. C. uſti præpar. ʒii. coq. in ℔v. aqu. fontis, deinde impone in cantharo cinnam. el. & fracti, & ſacch. albiſſ. an. q. ſ. ſuperaffundatur decoctum efferveſcens, & ſinatur ſponte ſua refrigerari, paroxyſmus rurſus anticipavit, ſed mitior fuit, exhibui iterum doſin pulveris ſupraſcripti, & pulſibus hoc ſequens unguentum applicavi.

℞. Vng. popul. ʒii. tel. aranear. ʒiiß. opii. thebiac. aceto. ſolut. gr. iv. ol. fœnic. gr. ii. M. fiat unguentum, paroxyſmus non reverſus eſt. Ad reliquias febris diſcutiendas, unica vice illum purgavi, ita.

℞. Elect. diacydon. lucid. lavat. ʒiß. exhibe, habuit. aliquot ſedes, bene tulit, & ad priſtinam ſanitatem. *Petrus Lotichius obſerv.* 1. *cap.* 5. *lib.* 1.

Alteri, paroxyſmi leve quoddam præludium ſentienti dedi ʒß. ſequenti pulveris mei antifebritici.

℞. Pulv. flor. & fol. cent. min. ʒii. C. C. uſti præp. ʒii. ſal. abſinth. card. bened. cent. min. an. ℈i. manus Chr. perlat. ʒii. M. fiat pulvis, ante ſequentem paroxyſmum ita accepit.

℞. Pulv. antifebritici ſupraſcripti, ʒi. ſyrup. de papav. ʒiii. cum vino albo, q. ſ. hauſtulus.

Ab inde ſudore copioſè inſecuto placidè dormivit, & ſeſe liberatum prædicavit illo pulvere contra quaſcunque intermittentes febres fœliciter hactenus utor. *Joh. Petrus Lotichius, obſerv.* 2. *cap.* 6. *lib.* 4.

Vulgo exhibentur theriaca ad ʒi. cum vino albo ante acceſſionem tribus vicibus repetendo.

Ubi theriacæ caliditas timetur, ſola primùm exhibetur, & deſuper aquæ plantag. Cyathus propinatur, hoc frequenter utebatur *Varandeus* præceptor meus tanquam ſpecifico, id ipſum præſtare poteſt vini hippocratici cyathus unus ante acceſſionem exhibitus, eoque remedio gratiſſimo multi curati ſunt. In vulgari uſu habetur, & ſæpè fœliciter ſuccedit, potiuncula confecta ex aquis roſ. plantag. & aq. vitæ, ſingulis ad cochlearis menſuram, exhibenda ante acceſſionem.

Zecchius in frequenti uſu habebat pilulas ſequentes, quæ ad aperiendas obſtructiones, hepar roborandum, & viſcerum dyſcraſias tollendas ſunt efficaciſſimæ.

℞. Trochiſc. de rhabarb. de eupator. & de abſint. an. ℥ß. pulv. el. diarrhod. ℈i. cum ſyrup. de abſinth. F. maſſa pilul. de qua capiat ℥i. manè per triduum ſuperbibendo iuſculum ex cichoraceis & capillaribus paratum. In eundem finem maximè laudatur à *Montano* decoctum cichor. & chamædrios in iuſculo, quod dicit eſſe admirandum in febribus longis ab obſtructione pendentibus. *Lazarus Riverius, cap. 3. ſect. 2. lib. 17. Prax. Med.*

Multas tertianas intermittentes, tertia, ſecunda, imo prima exhibitione ſequentis hauſtus, præceſſo purgante, curavimus.

℞. Aq. Card. bened. ℥ii. theriac. ſimpl. ℥ii. ſal. abſinth. ℥ß. ſpirit. ſalis armoniac. ℈ß. ſyrup. papav. errat. ℥iii. M. pro hauſtu quo multùm ſudarunt, & ut plurimùm prima vice febris receſſit. *Freder. Dechers*, notis ad *cap. 3. Prax. Barbettian.*

Ad febres tertianas ſpecificum eſt ſpiritus ſalis armoniac. cuius gutt. iii. uſque ad vii. in aq. cent. min. vel cichor. horis quinque vel ſex, ante paroxyſmum ſudoribus inde profluentibus dantur, aqua item rad. imperatoriæ pro ſpecifico habetur, & fit hoc modo.

℞. Rad. Imperator. & vini generoſi, an. digerantur invicem in B. M. ſub alembico cæco, poſtea deſtilla ex alembico per arenam in fine cavendo, ne Empyreuma redoleat, huius exhibe patienti die quietis, & poſtero tribus horis ante paroxyſmum, atque ita etiam tertio die ieiuno ventriculo coch. i. ut ſudores, ſi poſſit, moveat, rarò poſt ſpecificum paroxyſmus redit. *Ioh. Hartmannus.* Prax. Chimiatr.

Ioh. Heurnius in tertiana intermittente maximo cum ſucceſſu hoc ſemper uſus eſt.

℞. Nucem moſchatam uſtam, adde tantum nucleorum perſicorum, & amygd. amar. F. pulvis, cuius ℥i. ſumatur cum vino, ante febrem. In *notis* ad *cap. 11. lib. De Febribus. Ioh. Fernelii.*

℞. Vini albi optimi hauſtum unum, bulliat ad dimidiæ partis conſumptionem, & ſic hauriatur: multas tibi vomere faciet aquas. Sic multos tertiana febre laborantes curavi. *Petrus Borellus, obſerv. 56. cent. 3.*

In acceſſionibus contra præceptum *Hippocratis*, dare cibum oportet bilioſis, quibus os ventriculi bilioſis humoribus tentatur facilè, & exquiſitioris ſenſus eſt, febribus ſyncopalibus laborantibus, morbo extenuatis & famelicis & melancholicis: alioqui facile iis deficeret animus. *Guil. Ballonius lib. 1. Epid. & Eph. pag. 62.*

Ad tollendum paroxyſmum tertianæ, accipe fol. urticæ, ſalic. vitis, an. M. i. terantur & cum forti aceto conficiantur, & pulſibus brachiorum applicentur duabus ante acceſſionem horis. Probatum eſt. *Arnoldus Villanovanus. Practic. lib. 4. cap. 18.*

In hac curatione hoc obſervandum, à ſpiritu ſulphuris cum aqua exhibito ſudores copioſos fuiſſe provocatos, quod multis experimentis nobis innoteſcit, qui plures tertianas febres vidimus eodem remedio curatas, in ſummo acceſſionis æſtu, & urgente ſiti exhibito; unde copioſi ſudores provocabantur, à quibus non ſolùm paroxyſmus, ſed etiam totus morbus integrè ſolvebatur. *Lazarus Riverius, obſerv. 19. cent. 1.*

Adoleſcens quidam temperatura ſanguineus inchoante hieme, febre correptus eſt octavana, quæ ad medium veris uſque perduravit, non quidem obſcuris, ſed evidentibus paroxyſmis. Singulis namque octo diebus horret, horrore horam unam perdurante: deinde ſubſequitur febris 15. ferè horas eum affligens: Sed poſt ita rectè valet, ac ſi nihil mali paſſus eſſet. Eveniebat hæc febris ab humore melancholico pauco ſed bene craſſo. Pro qua abigenda, ac ſanitate

huius

hujus juvenis recuperanda, cùm multa concinnè data sint medicamenta, sanatus est. Febris quintanæ, septimanæ, octavanæ,& nonanæ *Hippocr. Lib. Epid. & Prorrhet.* veluti sexcentis aliis locis meminit. Longæ sua natura sunt, sed nonana cæteris longior omnes tamen salubres & minimè lethales. Quintana verò cęteris periculosior est, & magis mortifera. *Amatus Lusitannus, cent. 7. curat. 75.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Febre quartana.

EXhibentur per aliquot vices in aurora ʒij. aq. flor. chamæm. destillatæ ex succo eorundem, hæc aqua est præstantissima, vimque magnam habet ad febres solvendas, ita ut jure merito dici possit febrifuga, aperit enim obstructiones, & ventriculum roborat. Alii pro secreto habent maxima & experto exhibere ʒij. pulv. fol. betonic. in ovo, die accessionis horis quatuor ante illam,& ter aut quater repetunt aliis diebus certò in quartana inveterata mira præstat. *Rodericus à Fonseca. Tom. 1. consult. 65.*

Henricus Vergerius Medicus Doctissimus pro febre quartana propulsanda, aquam quandam vomitoriam ex aceto& herba acetosa destillatam in ipsis accessionibus, videlicet, cyathum unum propinabat, atque ita vomitum irritabat: ad idem malum utebatur etiam aqua rosac. ex pallidis rosis provincialibus dictis destillata, quam & *Amatus* pro experimento indubitato pro quartana convenire tradit. *cent. 2. curat. 97.*

Quidam etiam recentiores Practici, in initio hujus febris vomitum provocant, & ante paroxysmum, vel initio paroxysmi: ihujus remedii tanta vis est, modo recte nstituatur, ut multi hoc unico presidio convaluerint. *Petrus Forestus, observ. 35. & Schol. lib. 3. De Febris intermittentibus.*

Quidam Gentianam experti sunt aliquot diebus acceptam, quartana laborantes mirabiliter juvasse, *Christophorus Guarinonius. consult. 270.*

Empiricum *Parisiensem* plurimos quartanarios decocto radic. lappæ maj. ex vino albo, magno successu curare solitum, accepimus inter observatione Celeberrimi Viri *Pauli Marquardi Slegelii*, nimirum eadem quartanæ & luis venereæ quandoque remedia obfervatur. Sicillam cum tibiarum ulceribus hydragyrosi curatam narrat *Ballonius, lib. 2. epid. & ephem. pag. 131.*

Hanc verò ab *Henrico III. Galliarum* Rege eodem decocto *Bardanæ* à *Petro Pena* delatam testatur, *Samuel Formius, obs. 41. Georgius Hieronymus Velschius observ. 4.*

Decoctum Salsæparill. in sequentem modum paratum ebibitum (præmissis tamen debitis evacuationibus) quartanas brevi curat, paucis diebus etiam cujuscunque speciei hydropem sanat.

℞. Salsæparillæ contusæ & incisæ ʒiv. Decoquantur in aq. ℔xvi. cum senæ ʒß. F. decoctio lento igne quousque absumantur ℔iv. tunc addee pithymi ʒß. hermodactyl. contus. ʒii. qui prius cum modico parati decocti dissolvantur, & parumper insuper bulliant: deinde amoveantur ab igne, vas optimè claudatur quousque; decoctum frigescat, fiat colatura: qua utatur pro potu in prandio & cœna, quantum ægro satis est: hoc decoctum ad vigesimum, diem usque bibendum erit, hoc enim temporis spatio quartanas curat. in diebus decem hydropem, *Franciscus Arcæus, c. 8. lib. De Febrium curandarum Ratione.*

Doctor Medicus certò affirmavit, vidisse sequendam quartanarium, cui in decursu febris ulceruscula apparuerunt maligna, consilio quorundam frictiones ex hydrargyro usurpantur. Sanantur ulcera, imò & febris ipsa quartana. *Guil. Ballonius, lib. 2. Epid. & Ephem. pag. 158.*

Hoc unum subjicere libet, quod ab amico seu secretum quid accepi, & in multis casibus non inutile deprehendi.

Sumatur cor leporis, & eo modo quo pulmo vulpis solet, præparetur, postea in pulverem redactum, atque in tres æquales portiones divisum, tribus vicibus exhibeatur, hora una aut circiter ante invasionem, vino albo, aut alio convenienti liquore dissolutum. Vidi ego semel atque iterum post hujus amuleti assumptionem, febrem deinceps non magis ap-

par-

paruiſſe, aut ſaltem paulatim evanuiſſe.

Verùm hoc non ſtatim ab initio morbi, ſed ubi jam manifeſta coctionis ſigna apparent, faciendum eſt. *Petrus, Monavius, ep. 62. lib. 5. conſil. & epiſt. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO NONA.

Pro Febre quartana.

QUoniam in hoc leviſſimum & ſecuriſſimum experimentum incidimus, quod quiſque experiri poterit, literis id mandare placuit, quod ita ſe habet. Cùm frigore quartanarius torqueri cœperit, cyathum ſtillatitiæ aq. roſar. ebibat, quo multa & bilioſa evomet, & ſanus evadet: ita enim multis eveniſſe obſervavimus: proximum eſt hic citare aliud contra quartanæ ingens frigus remedium, quod ex *Galeno* habetur, & ſæpe à nobis in uſu habitum, & pro vero compertum, grana 5. vel 6. piperis integra deglutienda frigoris tempore ægrotanti cum pauculo vino generoſo dabis, quo auxilio repetito, æger bene habebit, ut noſtro accedit ægrotanti, cui quartana poſt tres deſiit, paroxyſmos. *Amatus Luſitanus, cent. 2. curat. 97.*

Poſtquam multa & varia medicamenta, quæ tum atram bilem, tum ſplenem reſpiciebant, daremus; tandem propinato pharmaco atram bilem reſpiciente die paroxyſmi quatuor horis ante acceſſionem, multa & nigra excrevit, ac liber à quartana evaſit.

Hujus evacuationis die paroxyſmi ratio aſſignatur talis, quia commotione agitata materia facilior ad expulſionem redditur, quam divinus ſenex contemplatus, in quartana febre die paroxyſmi pharmacum dare mandat. *lib. De Affectionibus*, non longè à principio (ſi verò quartana apprehenderit, ſiquidem impurgatus fuerit, primum caput purgato, & interpoſitis tribus aut quatuor diebus pharmacum ſurſum verſus purgans dato in ipſa apprehenſione, & interpoſitis diebus rurſus aliud deorſum purgans dato in ipſa apprehenſione) nos verò hodie hora paroxyſmi vomitum proritamus, accum purgandi tempus inſtat die paroxyſmi pharmacum damus, quibus multa & egregia conſecuti ſumus, adeo ut rarò quartanam incuratam hoc incedendi ordine dimiſerimus. *Amatus Luſitanus, curat. 4. cent. 1.*

℞. Aq. flor. cent. min. & rad. gentian. an. ʒi. Iulep. roſat. ʒiß. M. bibat initio paroxyſmi, & ſpinam dorſi oleo chamæm. & aneth. inungat: bis julepum exhibui quo fugata eſt febris.

Alteri in principio paroxyſmi hauſtum aq. tabacci exhibui, & valde profuit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 302. & 304.*

Aliqui pro ſingulari remedio ſingulis matutinis exhibent hanc aquam deſtillatam ad ʒii. vel. ʒiii.

℞. Aceti fortiſſ. ℔iii. panis albi calentis adhuc detracta cruſta ℔i. pulv. pyrii ʒii. M. & deſtillentur in B.M. Similiter laudant quidam & hanc.

℞. Aq. Meliſſ. ℔ß. aq. vitæ ℔i. medull. ebuli ℔ß. M. deſtillentur: dentur ʒii. per dies aliquot manè aut ſerò. *Felix Platerus, pract. tom. 2. cap. 2. pag. 138.*

SUBSECTIO DECIMA.

De Febre quartana.

SI alvus ſit adſtricta rectè adhiberi enemata humectantia ex decocto veronic. & Card. bened. judico: ac verè affirmo, me magni nominis virum ſolo uſu enematum (cùm alia remedia omnia aſpernaretur) liberaſſe. Sed hoc fit in illis, qui initio paroxyſmorum tormina ventris ſentiunt, diligenter autem obſervandum eſt quæ pars corporis in ipſa invaſione laborare videatur, eaque diligenter fovenda, ut calor innatus (qui eſt omnium actionum naturalium opifex) adjuvetur. Audivi hæc à Medico excellentiſſimo, qui quartana ferè confectus, ab Empirico iſto modo eſt curatus, primùm parti quæ initio paroxyſmi afficiebatur fomenta adhibebat, proceſſu temporis, cataplaſma applicabat quod materiam educeret. Exiſtimabat autem Emplaſtrum quod adhibebat fuiſſe ex helleboro compoſitum. Nunc quid in plurimis rectum uſu atq; experientia compertum ſignificabo, multis diebus quartana laborantibus

ſloum

ſolum decoctum raparum do, admonitus ſum de hoc excellentiſſimi Medici *Guainerii* conſilio qui ſcripſit ſe Abbatem quendam fœlicitus rapis quàm aliis medicamentis curaſſe. Sic autem exhibeo, mundandas ab exteriore cortice, deinde decoquendas curo, primum jus tempeſtivè abiicio, aliam aquam puram affundo, & donec diffluant rapæ decoquo, exprimo ſuccum accuratè, & addo butyrum recentiſſimum abſque ſale cum ſaccharo, ſi flatulentus eſt æger, adiicio caryophyllos leviter inciſos. Matutinis horis do quinque nucleos perſicos mundatos, in iſta curatione perſevero plerumque diebus quindecim, ante acceſſionem decoquo in Vino Naccarino herbam illam quam *Matthiolus* appellat Clinopodium, & exhibeo, & ne quid in paroxyſmo bibant veto, viribus omnibus rationibus conſulo, victus rationem exactam non requiro, a lacticiniis tamen & piſcibus abſtinere jubeo, hoc modo ſervavi plurimos. Ubi valde contumax morbus eſt, in augmento paroxyſmi, iis qui promptè evomunt aquam roſ. tepidam exhibeo, & non ſolum arteriis in brachiis & pedibus, verum omnibus articulis radices urticæ contuſas & cum aceto maceratas adhibeo. *Jo. Crato. conſil. 26. lib. 5.*

Ubi emicuit natura, & cum urina non ſit inflammata, purgetur Elect. Indo, & Confect. Hamec & altero die ſumat ex aceto vel vino ʒi. hujus pulveris.

℞. Zedoar. galang. zinzib. an. ʒi. ſumat ante paroxyſmum: quidam ipſa hora novilunii ſcindunt venam ſiniſtram ſalvatellam. Sed id non agatur die paroxyſmi.

Thaddæus ter ante ternos paroxyſmos drachmam dabat rad. Gentianæ rec. ex malvatico vino frigidè. *Joh. Heurnius, ad aphor. Hippocr. 25. ſect. 2.*

Vidi ducem militum, qui cum diu quartana afflictus fuiſſet & emaciatus tandem concreti ſanguinis magnam copiam per ſedem depoſuit, poſtridie obiit. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 23. ſect. 4.*

Communicavit mihi quidam amicus meus Medicinæ Doctor ſingulare quoddam experimentum in quartana, quo ſe quàm plurimos reſtituiſſe gloriabatur: eſtque hoc.

Accipe cor leporis ita præparatum ut pulmo vulpis præparari ſolet, poſtea dividatur in tres partes æquales, & patienti paulo ante paroxyſmum, aut etiam in ipſo paroxyſmo cum vino detur: continuetur hoc tribus vicibus, ut dictum eſt: & paroxyſmum prorſus evaneſcet. *Petrus Monavius, Epiſt. 34. lib. 2. Epiſt. Cratonis* & aliorum Medicorum a *Scholtzio* editorum.

Si in febribus intermittentibus quibuſcunq; apparente aliqua, etiamſi non perfecta in urinis coctione, ægro ipſo die paroxyſmi medicamentum purgans dederis, ita ut effectum ſuum ante paroxyſmi invaſionem compleat (horis ſcil. quatuor aut quinque antequam paroxyſmum adventurum putas) videbis febrem poſt illum paroxyſmum non amplius reverti, ſed prorſus tolli quaſi incantatione quadam probavi jam ſæpius & in pluribus ſemper eventus reſpondit. In tertianis poſt tertium aut quartum paroxyſmum hoc facio. In quotidianis tardius: in quartanis tardiſſimè ac vix ante triceſimum diem. *Petrus Monavius, epiſt. 37. lib. 2. Epiſt. Conſil. Cratonis* & aliorum Med. *&c.*

SUBSECTIO XI.

Pro Febre quartana.

ILli occurretur diligenti uſu juſculi ſequentis.

℞. Rad. borrag. ʒii. rad. cichor. cortic. appar. an. ʒi. Incid. & coq. in juſculo gallinæ juvenis macro pro 2. doſibus: diebus quietis hora una ante prandium aſſumendo: repetantur octies herbæ ſuperius ordinatæ: temperabit humorem melancholicum, obſtructiones jecoris & lienis reſerabit: imò materiæ formæque febrili reſiſtet egregiè. *Balthaſ. Scheiderus, conſ. 39. lib. 7. conſil. Cratonis* & aliorum à *Scholtzio* editorum.

℞. Pulv. ſem. Hyperic. ʒi. M. pro tribus doſibus, uſurpandis 3. horis ante prandium cum aq. agrimoniæ. Inungatur lien ſequenti oleo.

℞. Ol. Chamæm. & de cappar. an. ʒi. M. *Ioh. Sigiſmundus, conſ. 40. lib. 7. conſil. Cratonis, &c.*

Quidam ante triennium quartana laborabat

rabat diu, dicebatque mihi se multis remedis usum esse, unum hoc profuisse, accepisse vinum sublimatum diligenter, quod aquam vitæ appellant, & madefeciſſe pectiam lineam, ac adveniente quartana, imposuisse ventriculo: hoc modo se eam depulsisse: videtur mihi satis tuta esse medicatio, præsertim in ventriculo frigido. *Ioh. Crato, epist. ad Camerarium, lib. 5. conſ. & epist. Cratonis*, &c.

Consiliarius quidam à febre quartana liberatus est casu rarissimo: cùm secta illi fuisset vena, paulò post occlusum vulnus, & ligatum brachium, fluere cœperunt ex vulnere guttulæ quædam aquæ limpidissimæ quæ fasciam penetrabant & indusia sæpè mutare cogebant: perseveravit ille fluxus per multos dies, donec febris quartana cessaverit. Notandum est illum post multos annos ex hydrope interrisse. *Lazarus Riverius, obſerv. 70. cent. 3.*

Aromatarius quidam febre quartana satis diuturna laborans, quæ multis adhibitis remediis non cessaret, miscuit cum ptisanæ potus ordinarii cyathis tribus mixtionem ex ambro & moscho, quam pro conficiendis muscardinis paraverat saccharo addito, in qua erant utriusque gr. viii. & in calore accessionis ptisanam sumpsit in tres dosses singulis vicibus agitando ne pulvis in fundo remaneret, unde copiosissimi sudores oborti sunt, qui moschum redolebant, & ille perfectè curatus est. *Lazarus Riverius, obſ. 35. cent. 4.*

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Febre quartana.

MUltos quartana detentos curavi vomitibus; abstinentia cibi diebus accessionis, purgatione, inunctione dorsi hora frigoris cum oleo scorp. & pinguedine anseris & gentianæ succo.

Alios verò curavi succo rad. verbasci in potu dato. *Hier. Cardanus, cur. 24.*

Aranea viva quàm fieri potest magna inter duas testas nucis juglandis occlusa ac colligata, & collo appensa; & per quatuor dies gestata, specifica virtute à quartana liberare creditur. Similiter etiam Cantharides quatuor telis aranearum involutas & collo appensas quartanam tollere proditum est. Urina patientis in paroxysmo emissa, & cum farinæ q. s. subacta, & in massam redacta, & in clibanis panis modo cocta, si famelico cani, masculo quidem, si masculus est æger, & fœmellæ, si fœmina, projiciatur, comedendaque præbeatur, idque ter aut quater reiteretur, patiens quidem liberabitur à febre, sed laborabit canis: novem item piperis grana integra plures dies deglutita à quartana febre liberant. *Franciſcus Ioel, pract. tom. 3. lib. 1. sect. 2.*

Præmissis aliquoties alterantibus & catharticis ad eorum usum accedo quæ à proprietate huic febri apponuntur, & putredini resistunt, qualia sunt Elixir. propriet. specificum febrile *Crollii*, gentiana, cent. min. theriaca, arcanum duplicatum *Minsichii*, radix *China China*, à ℥iß. ad ℥ii. in vino (quæ nihil aliud esse videtur quàm gentiana indica frutex, respectu nostræ herbæ) & spirit. salis armoniaci admirandarum in hoc affectu virium: hac methodo plures à quartana Dei auxilio fœliciter à me sunt restituti. *Volfangus Hœferus, lib. 6 cap. 3. Hercul. Medic.*

Plurimum commodi ex hæmorrhoidibus apertis sperandum est.

Inter sudorifera imprimis commendatur asarum, si folia cum radice in pulverem redigantur, & pulveris hujus ℈iv. cum aliquot gran. piperis hora una ante paroxysmum cum vino generoso exhibeantur: ægerque in lecto stragulis coopertus vomitum & sudorem expectet: quin & finito paroxysmo plerumque alvus dejicitur: idque bis vel ter repetatur. Proposuit hoc medicamentum *Pedemontanus, lib. 1. Secretorum.*

Laudatur & hoc quod sequitur.

℞ Mithridat. ℈iv. succi plantag. depurati ℥ii. M. detur ante accessionem.

Memini ante biennium hic civem quendam, cùm toto autumno & hyeme quartana laborasset, tandemque acutissimos in sinistra scapula dolores perciperet, mulieris cujusdam persuasu, ranunculam carpo applicasse, & pustula excitata, à febre & dolore liberatum fuisse. *Daniel Sennertus, lib. 2. De Febrib. cap. 20.*

Elucescentibus Pepasmi signis singulis

hebdomadibus, duabus horis ante Paroxyſmum ſumat theriacam.

Sanguis emitti poterit, ſi homo ſucci plenus ſit, ex brachio vel manu ſiniſtra. Si is craſſus & niger effluit, elabatur pro ægri viribus: ſi tenuis ille fluxerit, illico ſupprimatur; nam indicat craſſum ſanguinem ſolum circa hepar latere.

Aquę dulcis balneum huic febri utile eſt.

Trochiſcis ſequentibus unica exhibitione hyemis tempore multi à quartana liberati ſunt.

℞. Sem. rutæ, petroſel. myrrh. theriac. rec. an. ʒi. opii, ℈ß. F. trochiſci parvi: dabis unum cum aqua ante paroxyſmum. Pro. ſunt etiam quotidianis: vinum fortiſſimum in quo decocta eſt agrimonia quartanam tollit: idem facit millefolium cum vino. *Ioh. Heurnius, cap. 25 lib. De Febribus.*

Ad cohibendum paroxyſmum, hora una ante illius invaſionem, purgantia leviora utiliter exhibentur, quæ ſollicitando naturam potius, quàm purgando, humores revellunt: eo nomine hoc præſcribi poteſt.

℞. Sennæ mundat. p. i. polipod. q. thymi, epithymi an. ʒi. flor. borrag. p. i. F. decoctio ad ʒiii. capiat hora una ante paroxyſmum.

Quercetanus in pharmacopœo maximè laudat pilulas de Sagapeno, quarum unam tantum exhibet initio paroxyſmi, continuando ad aliquot dies; paulo poſt inungendo ſpinam dorſi linimento compoſito ex theriaca, aqua vitæ, & oleo laurino, vel de ſpica, ex hibendo duabus horis poſt pil. ul. devoratione juſculum cum rad aperientibus: dictæ autem ſpinę inunctiones ad rigorem leniendum utiliſſimæ ſunt: ſunt enim in frequenti uſu, quando rigor eſt vehemens fiuntque non ſolum ex prædictis, ſed etiam aliis quam plurimis medicamentis; ut oleo anethino, chamæm. irino, coſtino, rutaceo, de piperibus cum aqua vitæ, theriaca, cariophyllis, caſtoreo, ſinapi, pipere, aliiſque permixtis. Efficacius operantur hęc linimenta ſi hora una ante paroxyſmum ſpina ad ignem inungatur; deinde æger in lectum calidum deferatur, & lateres calentes vino perfuſi odorifero, ac lintei involuti plantis pedum, voliſque manuum admoveantur.

His accedent fotus & linimenta hypochondriis adhibita, ad pravam viſcerum diatheſin corrigendam (quæ novam continuò acceſſionibus materiam ſuppeditat) humoremque valde impactum emolliendum & attenuandum; quæ in hunc modum præſcribi poterunt.

℞. Rad. Alth. lilior. enul. camp. cortic. rad. cappar. & median. tamariſci, an. ʒj. fol. malv. altheæ, parietar. borreg. bugl. pimpinell. abſinth. an. m. j. ſem. lini & petroſel. an. ʒß. flor. chamæm. melilot. aneth. an. p. i. F. decoctio in tribus partibus aquæ & una vini albi ſub finem additi, qua foveantur hypochondria, bis in die longè à paſtu.

℞. Unguenti de althæa, ʒiß. ol. lilior. alb. chamæm. roſac. & abſinth. an. ʒß. F. linimentum: applicandum poſt fotum.

Ac denique balneum aquæ tepidæ, vel ſolius, vel in qua emollientia & temperantia bullierint, vel ex hordeo & amygdalis, ut vulgò fieri ſolet, ad hunc affectum expugnandum erit convenientiſſimum. Siquidem viſcerum intemperiem corrigit, atræbilis ſiccitatem ac fervorem emendat, dura emollit, vias reſerat & crudos humores concoquit: quapropter frequens illius uſus erit convenientiſſimus. *Lazarus Riverius, cap. 5. ſect. 2. lib. 16. Prax. Med.*

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Febre quartana.

ANno 1571. multi quartanarij decubuerunt; qui ſine remediis derelicti ſunt, omnes pene convaluerunt: quibus curiosè adhibita remedia, ii fere interiere, præſerrim ſi macilenti biliosique forent, ut febres iſtæ potius à bile eſſent uſta quam à fæce ſanguinis. Sic cum quartanis agendum mitiſſimè, ne officioſa ſedulitas plus obſit quàm proſit. *Guil. Ballonius, lib. 1. epid. & ephem.*

In quartana & tertiana intermittente.

℞. Salis abſinth. Card. bened. an. gr. xv. tartar. vitriol. gr. vi. ſacchar. perlat. ʒß. M. F. pulvis immediatè ante paroxyſmum aſſumendus: cortex Indicus. *China China* dictus multos curavit, ſed nec tam tutò, nec tam citò, nec tam jucundèquàm

ſupra

ſupra dicta ſalia; interim magno conſtat pretio *Paulus Barbette*, *c.3.l.3.Prax.Med.*

Nuperis annis in *Europam* delatus eſt cortex arboris *Peruviana*, cujus pulvis ad febres quartanas & tertianas efficaciſſimus deprædicatur: cortex hic vocatur *China China*, ſeu *China* febris colore eſt ferrugineo, ſapore amaro, à Gentiana non valde diſſimilis: hoc modo in uſum vocatur. Sumuntur ℥ii. ſubtiliſſimè tritæ & per cribrum pollinarium traiiciuntur, tribus circiter horis ante paroxyſmum infunduntur in phiala vini albi generoſiſſimi & ingruente febrili horrore, univerſa doſis præparata aſſumitur, & æger lecto committitur: proficuum huius pulveris uſum experta ſunt *Romæ* aliquot hominum millia: rarò evenit, ut poſt iteratam ſumptionem perfecta valetudo non obtineatur. Secus ſi contingat, tertio exhibeatur, ut firma deinde & longa ſanitas ſequatur: quod recidiva ſubſequatur craſſioribus pulveris partibus *Antimus Conygius* in defenſione ejuſdem *cap.* 8. imputat, quæ a ſubtilioribus ſegregandæ ſunt, ut ſola pulveris virtus ſine vitio exhibeatur; ut autem ſegregentur, quum altè & arctè inſint, longa maceratione opus eſſe, 40. ſcil. vel 50. horarum, expreſſo deinde per telam laxiorem diluto, pulverem in diluto ita exhibitum juſta menſura ℥ij. ſed majore vi & niſu expreſſo febrem fugare citra ullum recidivæ periculum ipſe *Conygius* expertus eſt; monet idem per deſtillationem ex eodem pulvere liquorem parari poſſe qui eadem vi polleat, & longè facilius ſumatur. *Thomas Bartholinus*, *hiſt.* 56. *cent.* 5.

Non ita pridem inviſebam Generoſum quendam peſſimè per aliquot menſes à febre quartana tractatum, quæ cum eluſiſſet omnes etiam præſtantiſſimorum Medicorum conatus, author illi tandem fuit, ut corticem *Peruvianum* in uſum vocaret, cujus tam mirandos effectus ſæpius obſervavi: non repugnante candido & doctiſſimo ſuo Medico ordinario, bis ejus pulverem ex vino, ut fieri ſolet, aſſumpſit, tanto quidem cum ſucceſſu, (licet in hyeme eſſemus tempeſtate anni omnium minimè favente) ut per primam doſim paroxyſmus multum imminutus, per ſecundam penitus ablatus fuerit. Honoratiſſ. *D. Robertus Boyle*, in aureo ſuo tractatu *De utilitate Naturalis Philoſ. part.* 2. *ſect.* 3.

Si credendum erit magno *Digæo*, culpandus potius Medicus quàm Nobilis hæc Medicina, ſi poſt ejus exhibitionem unquam revertatur febris, nam cùm illum conſulerem ſuper hac re, ſanctè mihi aſſeveravit, ex triginta aut eo circiter quartana detentis, quos hoc ſolo remedio curavit, ne vel duos relapſos fuiſſe. *Idem ibidem. Part.* 1. *ſect.* 1.

Uſus pulveris corticis *Peruviani* hunc morbum certiſſimè curare perhibetur, cujus virtus ſeu operatio ſine quavis evacuatione ſolummodo in hoc conſiſtit, quod paroxyſmos febriles ingruentes inhibeat: vulgaris exhibendi modus eſt, ut hujus in pulverem triti ℥ij. vino aut tenui aut generoſo in vaſe cooperto per duas horas infundantur, ac dein ingruente paroxyſmo, ægroto intra lectum compoſito, liquor cum pulvere propinetur. Hæc potio non rarò acceſſionem imminentem tollit, ſæpe tamen iſtac ſolito more habita, proximè ſuccedentem præcavet: ut cunque ſive prima, ſive ſecunda aut tertia periodo paroxyſmus inhibetur, atque morbus curari viſus ſit, intra viginti aut triginta dies ſæpiſſime redire ſolet, Dein pulvere hoc rurſus exhibito, pro temporis circiter ejuſdem ſpatio: morbi inſultus denuò protelatur, atque hoc ritu novi plures quartana laborantes, toto autumno & hyeme acceſſiones febriles tantum rariores pertuliſſe, hoſtemque ita in præcinctu detinuiſſe, donec vere ineunte, tempeſtatis anni, & alius pharmaciæ ope, ſanguinis diatheſis in melius alteretur, adeoque affectus iſte ſenſim evaneſceret: qui hac ratione crebras inducias quartanæ procurabant, alacres & vividi ad negotia quævis expediti degebant, cum ſecus enerves & pallidi in languorem & vitioſum corporis habitum redigerentur, vix unus è centum hoc remedium incaſſum tentavit, imò ſi in dimidia aut minore quantitate, ſc. ad ℥i. aut ℥ß. pondus ſumatur, acceſſiones ſæpiſſimè tollit nec tantum in febre quart. verum in aliis intermittentium ſpeciebus cum fructu abhibetur, vulgò præcipitur, ut hujus purgatio lenis præmittatur, at in quibuſdam valde imbecillis & lecto affixis ſine

previa pharmac. hic pulv. ſolitariè ſumptus effectus laudabiles procuravit. *Thom. Willis, cap. 6. De Febr.*

Viſcus oxyacantho innatus pulveriſatus, & vino albo aut *Hiſpanico* infuſus, & duabus ante paroxyſmum horis exhibitus, doſi ſubinde repetita, ſi opus fuerit, febrem quartanam non rarò fugat & perfectè ſanat. *Joh. Rains Catalog. Plantar. Angl.*

SVBSECTIO DECIMA QVARTA.

De Febre quotidiana.

AFfinis quidam meus gratis innumeros febricitantes febre quotidiana & tertiana detentos pericarpio ſequenti curavit; quoſdam prima vice, alios ſecunda, pertinaces tertia. Remedium tale eſt. Novem Pentaphylli folia radicitus colligit, poſtea incipiente paroxyſmo, arteriæ brachi dextri tria folia cum ſale, rurſuſque deſuper alia tria folia cum ſalis pugillo in medio foliorum imponit, & ſic mille ad minus febre detentos curavit, multique etiam quartana detenti quatuor folia eodem pacto imponendo curati ſunt. *Petrus Borellus, obſerv. 23. cent. 1.*

Malo non cedente ad Generoſum aliquod auxilium confugiendum eſt hoc, vid.

℞. Lign. guaiac. ʒii. lign. viſc. quern. ʒi. lign. faſſa fr. ℈i. infund. omnia horis duodecim in juris pulli gallin. ℔j. deinde bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, ſub finem addendo cichor. beton. & menth. viridis an. folia duo, colaturæ ʒvij. dentur horis quinque ante prandium per dies aliquot continuos. *Joh. Zecchius, conſult. 22.*

Ad digeſtionem humorum pituitoſorum ordinatum hoc claretum.

℞. Aq. cichor. abſinth. fœnic. an. ʒiii. de cichor. cum rheo ʒiß. ſyrup. de quinque rad. ʒi. de granat. acid. ʒvi. çrem. tartar. ʒß. ſpiriti vitriol. gutt. vi. aromatizetur cum ſpec. diarrhod. abbat. ℈ii. cinamom. cl. ℈i. M. F. Julepus inſtar clareti, pro tribus vel quatuor doſibus matutinis & veſpertinis, paroxyſmus anticipavit & fuit paulo brevior ex uſu clareti quod continuabat. Sequenti die ex hac potiuncula purgante ter vomuit, & per inferiorem gutturem copiosè evacuavit.

℞. Gummi gutt. gr. viii. tartar. vitriol. gr. vi. ſpirit. vitriol. gr. ii. aqu. cinamom. ʒi. M. F. hauſtulus. Poſtea ſequens expulſivum in acceſſione febri accepit.

℞. Aq. Chard. bened. cent. min. an. ʒi. aq. cinamom. ʒi. ſyrup. de papav. ʒiii. ſal abſinth. gr. viii. pulv. fol. cent. min. ʒß. ſpirit. vitriol. gt. i v. M. diligenter. F. hauſtulus. Paroxyſmus vix tres horas duravit, horum uſu continuato intra paucos dies à febre immunis evaſit. *Joh. Petrus Lotichius, obſerv. 2. cap. 4. lib. 1.*

Curatur ferè hæc febris ut tertiana, diuturna & notha; ita tamen ut inter præparantia humores, & obſtructiones aperientia, ſeligantur ea, quæ majorem attenuandi & incidendi vim obtinent, tum etiam in hac febre peculiaris ventriculi ratio habenda eſt, qui plerumque graviter laborat; ideoque roborantibus tam internis quam externis reficiendus eſt. Imprimis autem maximè conducit Cataplaſma ſequens.

℞. Abſinth. & menth. virid. an. ℔j. cruſtæ panis aſſatæ & in aceto roſac. infuſ. ℔ß. pulp. cydonior. vel cydoniati cum melle confecti ʒii. Maſtich. ʒß. macis & nuc. moſch. an. ʒij. omnia piſtentur fortiſſimè cum oleo cydoneor. F. Cataplaſma, quod calidè applicetur ventriculo ante paroxyſmum.

Zacutus Luſitanus duo remedia proponit, quibus ſe febre pituitoſas contumaciſſimas expugnaſſe gloriatur, unum eſt decoctum chamæm. in hunc modum compoſitum.

℞. Flor. chamem. p. iii. comar. abſinth. pont. p. ij. coq. in aq. ℔iii. ad mediæ partis conſumptionem, colaturæ adde ſacchar. alb. ʒiv. capiat manè ſingulis ʒv. vel vi.

Alterum eſt decoctum Chinæ & Guaiaci ad 25. dies exhibitum. *Lazarus Riverius, cap. 5 ſect. 2. lib. 17. Prax. Med.*

Duobus ab hinc annis febre quotidiana violenta laborabam, à qua liberatus ſum carpis applicando ſequens.

℞. Salis marini, lupul. anglic. an. Mij. paſſul. corinthiac. ʒiv. probè miſceantur & con-

& contundantur. *D. Robertus Boyle, lib. De utilitate Natural. Philoſoph. cap.* 10. *ſect.* 3. *part.* 2.

SECTIO SEPTIMA.

Pro Febre Hectica.

FEbris Hectica, id eſt, habitualis vel in habitum converſa febris, eſt calor præter naturam in cordis ſubſtantia ſolidiſque partibus ardens & hærens, eaſque abſumens, arefaciens, & ad extremam macilentiam totum corpus deducens tres ejus conſtituuntur gradus. Primus eſt cùm rorida humiditas abſumitur & exſiccatur: Secundus, cùm carnoſa & adipoſa ſubſtantia depopulatur & perit, in eo eſt evidens corporis extenuatio. Tertius, cùm fibroſa & membranoſa ſubſtantia colliquatur, corpuſque ita marceſcit, ut facies ſuccedat Hippocratica, & oſſa pellibus tantum circumtecta appareant, hic verus eſt marcor & hectica μαρασμώδης nominata, quæ & immedicabilis exiſtit. Cauſæ hectiæ internæ ſunt febres ardentes & diuturnæ, hepatis item, ventriculi, pulmonis, renum aliorumque viſcerum diuturnæ inflammationes & ulcera. Ad externas referuntur quæcunque reliquas febres generare poſſunt, dummodo tales ſint, quæ vel plurimùm humidæ ſubſtantiæ in membris ſolidis abſumere, vel maximum & diuturnum calorem excitare, vel utrumque præſtare aptæ natæ ſunt, ad quam rem imprimis facit ſubjecti ad calorem hunc præternaturalem recipiendum, promptitudo & diſpoſitio, ac continua & vehemens calefaciendi actio. Tales verò ſunt calor Solis aut Ignis, exercitium vehemens, cibi & potus calefacientes, excretiones immodicæ, ut diarrhœa & dyſenteria; animi pathemata vehementiora ac denique inedia. Corporis calidior & ſiccior habitus ad hanc febrem ſuſcipiendam aptior eſt. Incipiens hectica non facilè cognoſcitur, cognita autem facilius curatur. Reliqua genera, difficulter curantur, licet facilè cognoſcantur. Omnium Hecticarum ſigna communia ſunt, calor toto corpore æqualis, ex quo non dolent, nec ſe febricitare intelligunt, debilis primò apparens, ob vaporum paucitatem, poſtea ſi manum diutus admoveas, acerrimus & mordax propter ſubjecti ſiccitatem & ſoliditatem; in arteriis major quàm in reliquis partibus ob cordis communionem; hora una aut altera poſt cibum ſumptum increſcens nec aliter efferveſcens quàm calx viva, ſi aquam aut aliquid aliud tale ſuperinfundas; pulſus parvus, frequens, & celer, urina oleaginoſa cum ſedimento farinaceo.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Febre Hectica.

PRæ cæteris ad lactis aſinini uſum quam primum tanquam ad ſacram anchoram confugiendum. Hoc enim tam generoſum præſidium, ut decet de more adminiſtratum, & febrem hecticam evincere, & corpus univerſum humectare, refrigerare, ſimulque reficere valebit.

Neceſſarium etiam erit ut veſperi duabus horis ante cœnam quotidie ſeſe aquæ dulcis tepidæ balneo paulo minus horæ ſpatio immergat: & ita ſimul lacte & lavacro diebus pluribus continuis utatur, lactis aſinini loco, ſi non illi conveniat, juris pulli gallinacei more noſtro parati ℥vi. vel viij. horis quatuor vel 5. ante prandium non minori fructu ſumere poterit.

℞. Sacchar. roſat. ℥iv. ſacch. viol. ℥ij. carnium teſtudin. nemuralis contuſar. ℥iij. includantur ventri pullæ prius per aliquot dies nutritæ hordeo in lacte excocto, elixetur pulla in ſ. q. aquæ, donec carnes contabuerint; in fine adde ſol. lactuc. hyſſop. cichor. an. p. j. rad. farfar. ℥ij. coletur & ut diximus adhibeatur. Ad remittendum immenſum totius corporis morboſum calorem fiat tale unguentum.

℞. Mucilag. ſem. pſyll. ſem. cytoneor. ſem. malv. an. ℥iß. butyri rec. loti. ol. viol. loti, an. ℥i. ceræ alb. q. ſ. F. unguentum, quo tepido cum lactis mulie-bris modico manè & veſperi ante cibum tota illinatur dorſi ſpina.

Alvus lubrica ſingulis diebus ſervetur clyſteribus citra caliditatem emollientibus

corporis & animi quies omni induſtria quæratur, retineaturque. Somnus pro viribus concilietur, quod ad alimenta ſpectat, ſorbitiones præ cęteris in uſu ſunt habendę: & ex his quæ commodè alant, facilè conficiantur, refrigerandi, humectandique vi prædita ſint, & pauca gignant, excrementa: inter quas primum locum obtinent ptiſana hordeacea cum modico cydonior. ſucco; ova ſorbilia, pulli gallinacei juſcula, in quibus carnes contabuerint: cancrorum fluvialium & teſtudinum nemoralium carnes in lacte bubulo elixæ, & ejus generis aliæ. Vinum prævalidum ſuſpectum habetur, quod & caput feriat, & univerſum corpus, vehementer excalefaciat: pauciferum tamen, probeque dilutum aqua cum mica panis excocta, in virium & ventriculi gratiam tutò concedi poteſt ſemel ſaltim in menſa: in reliquis verò potionibus aqua ex cochlearum & teſtudinum carnibus per alembicum vitrò extracta utiliſſima ſemper erit: inter edulia etiam quæ multum & commodè nutriunt, pedes ſuilli, & vervecis exacte elixi, butyrum & lactaria cum ſaccharo mixta maximè conveniunt. Sed præ cæteris tum ad hoc multa alia, tum ad roboranda ſimul præcipua viſcera, confectio hæc noſtra non ignobilem obtinet locum.

℞. Carnium Capi, carn. teſtudin. elix. an. ℥ij. amygdal. dulc. pinearum avellan. an. ℥i. ſem. frigid. min. an. ℥i. margarit. fantal. alb. rubr. & citrin. an. ℥ß. conſerv. borrag. roſar. an. ℥iß. ſacchar. albiſſ. diſſolut. in aq. roſ. & viol. q. ſ. F. decoctio in morſellis in ultima menſa devorandis.

Unum autem alicujus momenti non eſt ſilendum, videlicet ante cibum immediatè jus parvæ pullæ omni pinguedine ſemota ad ℥v. vel hectica laborantibus utiliter propinari, buo ſolidæ partes humectentur. Sic Cœmentarii aqua parietem aſpergunt, priuſquam calcem aut cæmentum admoveant, ut paries tenaciusac firmius incruſtetur. *Ioh. Zecchius, conſult.* 28.

Aqua ex ſanguine lactentis vituli vel agni balneo M. præparata mirificè in hoc affectu accommodatur. *Lalius à Fonte. conſult.* 126.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Febre Hectica cum initiis tabis in muliere quadam.

COmmendata victus ratione humectante & nutriente, ſic præeunte divina benedictione, proceſſum eſt.

℞. Sem. papav. alb. ℥ß. gummi arabic. tragacanth. farin. amyli, an. ℥i. ſem. alth. malv. portul. bombac. an. ℈iv. ſem. 4. frigid. maj. rec. & excortic. an. ℥iij. ciner. cancr. fluviatil. corall. rub. uſt. ſucc. liquir. ſpodii, roſ. rub. an. ℈iv. ſpec. diatragac. frigid. diar. Solom. an. ℥iii. cinnamom. ℈ii. pulm. vulp. præp. ℥i. inciſis & non contuſis ſem. omnibuſque loco calente exſiccatis. M. F. pulvis dividendus in tres partes.

℞. Pulv. præſcript. partem unam, ſacch. roſat. vet. ℥i. pinear. rec. amygd. d. rec. excorticat. an. ℥v. ſacch. penid. ℔i. aq. tuſſilag. veronic. roſ. odor. an. q. ſ. ol. cinnam. gt. vi. F. rotulæ, è quibus diglutiat manè in lecto numero ii. vel iii. elapſaque hora ſumat coch. i. ſequentis miſturæ quæ.

℞. Aq. tuſſilag. ℔iß. ſyrup. jujub. ℔ß. M. Noctu verò in ingreſſu lecti de hocce capiat.

℞. Pulv. præſcripti partem ſecundam, ſyrup. de jujub. de papav. loch. de farfara, an. ℥i. M. F. Elect. cum fol. auri.

℞. Pulv. preſcripti partem tertiam, ſacch. penid. ℥ii. M. ad Scatulam. Familiarem ſibi faciat uſum iſtius pulveris interdiu.

℞. Flor. roſ. ℥iiß. flor. viol. bugl. borrag. & nympheæ, an. ℥iß. ſantal. rub. ℥iiß. corall. ℥ii. cariophyll. ℈iiß. ſem. citri, ocymi, an. ℥iß. camphorę ℈i. conquaſſatis omnibus. F. Sacculus pyramidalis è ſyndone rubro, iſque interbaſtatus; irroretur ſequenti miſtura.

℞. Aq. roſ. odor. ℔ß. ſpirit. roſ. ℥i. M. tepide iſta irroratus ſacculus admoveatur cordis regioni, hiſce remediis diligenter cùm inſiſteret, rectius habuit, convaluitque. *Ioh. Petrus Lotichius, obſerv.* 6. *cap.* 2. *lib.* 1.

SUB-

SUBSECTIO TERTIA.

De Febre Hectica.

INfanti cuidam trium annor. atrophia & hectica laboranti, cui brachia & pedes flaccescebant, venter verò tumidus erat, sequentia consului. Primò de hoc lacte cancrorum detur infanti manè & vesperi calide cachl. j. vel ii.

℞. Cancror. fluviatil. viv. num. ς. bene lotis & mundatis affunde lactis caprini q. s. contunde parumque coq. Postea per linteum succus expressus edulcoretur sacchar. card. q. s.

Si tussicula adsit, succus raparum sub cineribus coctarum & expressarum sacchar. candilo edulcoratus propinetur. Deinde fiat balneum ex aq. dulci fontana tepida in qua caput, & pedes agni cocti sint, in eo ponatur infans per horam dimidiam & amplius si ferre possit, ante ingressum assumat parum lactis caprini rec. & calidi, vel lactis cancrini ut supra. Prodivitioribus par ari potest balneum è solo lacte caprillo vel vaccino, vel dimidiis partibus lactis & aq. dulcis. Tertio quoque die renovetur balneum, & caput & pedes agni tamdiu coquantur: donec caro ab ossibus separetur. Post egressum è balneo pectus cum spina dorsi hoc linimento calidè inungatur.

℞. Adip. capon. anser. an. ℥j. ol. viol. ℥ij. ol. amygd. d. rec. exp. ℥iiß. mucilag. sem. psyll. cum aq. viol. extr. ℥ß. cum pauca cera F. linimentum, extra usum balnei etiam manè & vesperi fieri potest hæc inunctio. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 3. cap. 2. lib. 1.*

Habui hecticum in curatione diu, qui siccatus & tabidus, nec balneo, nec lactis potu, aliisque innumeris humidis, & reficientibus auxiliis unquam potuit restitui, tandem morbi pervicacis pertæsus, ad tanarum usum accessi. Stillatitiam aquam ex illis extractam in balneo Mar. cum syr. violaceo permixtam pro potu quotidiano bibendam obtuli: eas elixas cum oleo, sale, sacchar: & salsamentis in cœna & prandio degustabat, interdiu illi erat pro frequenti usu jus album, factum ex illatum contusa carne, cum amygdalis, lacte, butyro, farina hordei, saccharo, vitellis ovorum: quæ omnia respersa cinnamomo, & rosacea irrorata, ad ignemque percocta, conditum faciunt suavissimum, quod optimè nutrit, humectat, impinguat, coquitur facilè, citò distribuitur: hoc modo gubernatus hic æger, trium mensium spatio pristinam recuperavit sanitatem. *Zacutus Lusitanus, observ. 36. lib. 3. prax. admirand.*

In hectica simplici, quia adjectione & humectatione opus est, nec evacuatio sanguinis, nec aliæ purgationes instituendæ; sed potius cum medicamentis, tum diæta corpus humectandum. Quæ intra corpus assumuntur medicamenta imprimis humectare, & simul refrigerare debent, qualia ex violis, borragine, bugloſſa, nymphæa, rosis, endivia, cichorio, sem. quatuor frigidis, amygdalis, papav. parantur. Utilis est sequens mistura.

℞. Sacch. albiss. ℔iß. amyli subtiliss. pulveris. ℥iv. ol. amyd. d. rec. express. ℥iij. dissolv. sacch. super igne cum aq. ros. vel viol. & cùm inceperit inspissari, adde nunc amylum, nunc oleum amygd. d. & cum spatula continuò agitentur, fiatque mixtura.

Joh. Angelicus hunc syrupum commendat & aureum appellat.

℞. Ungul. caballin. umbilic. Veneris capil. ven. lenticul paluſtr. endiv. hepatic. cichor. viol. lactuc. sem. papav. alb. portulac. sem. frigid. maj. malv. ficus passul. pineas, amygd. santal. omnia genera, flor. violar. raſ. ebor. pruna damascena, cassia fistul. liquirit. ex quibus singulorum q. s. coquit in aqu. hord. q. s. & cum sacch. albiss. q. s. parat syrupum quem ægro manè & vesperi propinat.

Inter ea quæ extra corpori applicantur, imprimis laudatur balneum aq. dulcis: quod refrigerat simul & humectat, & propterea convenientissimum est.

Maxima verò curationis, spes in diæta consistit, aer sit mediocriter frigidus: cibus sit refrigerans, & humectans, facilis coctionis, boni succi, paucorum excrementorum, & qui non mox discutiatur: tales autem sunt, ptisana, vel eius cremor, ova recentia, pulli gallinacei, caro hœdina, pisces optimæ notæ, &c. Condian-

diantur autem lactuca, endivia, sem. frigid. & papav. Imprimis verò lac convenit, & vix quiequam ad curandam hecticam eo est convenientius, quod non solum alit, sed etiam medicamenti rationem habet. Est enim frigidum & humidum, facilis concoctionis, optimi nutrimenti, ac summam vim habet substantiam corporis nostri humectandi & reficiendi. Inter lactis genera, commendatur primo loco humanum, utpote quod nostræ naturæ sit familiarissimum; secundo loco constituunt Medici lac asininum, quod tenuis est substantiæ, & facilè in totum corpus distribuitur: tertio caprinum, quarto vaccinum: ne in ventriculo lac coaguletur, ei saccharum vel sal admiscendum est. *Daniel Sennertus, cap. 3. lib. 3. De Febribus.*

Matrona nobilis phthisi correpta non diu post in hecticam febrem incidit, cui tandem in fine etiam admixta fuit quartana continua, quarto die magis affligens, ita ut omnino tabida evaserit. Hanc Medicus optimè tractabat, ad quam & ego post aliquot dies, cum diu laborasset, accitus fui: Cui varia remedia præscripsimus, & inter reliqua & hanc pullam, qua Præceptor meus *Benedictus Faventinus* in phthisi uti solebat.

℞. Hord. mund. ℥iv. amyli, gummi tragac. an. ℥ii. Infundantur per noctem in aqua ungulæ cabalinæ. Manè sordities quæ supernatat amoveatur, deinde aqua coletur leviter, & crassiora pullæ insuantur, & coquatur ad jecta aqua colata & aq. communi, bulliatque ad putrilaginem, donec ab ossibus caro decidat. Facta forti expressione ius reservetur, de quo capiat ℥iv. Præscripsimus quoque decoctum ex ungul. caball. scabios. cap. ven. ceterach. scolopendr. viol. pimpinell. beton. flor. cordial. hord. mund. sem. 4. frigid. mai. jujub. febest. & similibus; colaturæ addendo syrup. convenientes viol. jujub. & fumar. simpl. purgavimus cum ℥vi. cass. rec. extract. & diacathol. ℥ij. in bolo. Pectus inunximus oleo amygd. d. butyr. rec. loto in aq. ungul. caball. Capiti ad catarrhi suspensionem facculos capitales ex mastiche, olibano, ros. siccis, beton. maiorana, macere, cariophyllis & santalis composuimus. Pro phthisi continuò dedimus conserv. ros. & sacchar. ros. quibus *Gordonius* dicit *Avicennam* curasse mulierem à Medicis deploratam. Præterea usi sumus pilulis sub lingua & pulvere haly. Et quartana illa continua tandem minùs apparebat, licet febris ipsa magis tabida fieret. Et tunc ius hoc restaurans præscriptum est.

℞. Caponem mundatum, ut decet, abscissis pedibus, capite & collo, in minutas partes concisum, addendo conserv. ros. hujus anni ℥iß. conserv. borrag. ℥ß. sacchar. viol. manus ch. cum perlis an. ℥i. cinnamom. el. ℥iß. aq. ungul. caball. ℔ß. vini *Rhenens.* opt. ℥iij. Bulliant in balneo M ad horas 10. deinde coletur expressione ut fius restaurans. Post mensem tabe confecta, cùm remedia non iuvarent, incidit in alvi profluvium, quod nullo modo restringi potuit, & ita paulò post mortua est. *Petrus Forestus, observ. 12. lib. 4.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Febre Hectica morasmode.

VIctu humectante & restaurante usi sumus. Hoc inter alia eius restaurans præscripsimus.

℞. Capon. deplumat. minutissimè incisum prius lotum cum vino & aq. rosac. carn. vervecin. non pinguis ex armillo ℔i. succor. trium granator. medii saporis, pedes duos ovillos prius coctos (ut melius instar gelatinæ adhæreant ob alvi fluorem quem semper metuebamus) coq. in poculo stricti orificii bene obturato, in balneo M. ut artis est per horas septem vel octo, & jus expressum ac concretum usui reserve. tur, & ablata pinguedine, quæ ius conservat, cum opus est singulis tribus horis capiat tria vel quatuor cochl. ut melius sapor placeret, adiecimus vini rhenani exiguum, pauco cinnamom. pulverisato insperso, adiecto quoque sacch. rosat. perlato.

Hoc item restaurans denuò à nobis præscriptum.

℞. Capum deplumatum, purgatum, pedem porcinum, à pilis optime repurgatum, pedes duos ovilos coctos, vini rhenani odoriferi ℔i. manus Ch. perlat. ℥iii. cinnamom. select. ℥ß. coq. in balneo M. ut

artis

artis eſt ad horas octo, & uſui reſervetur. Sapor huius reſtaurantis ei valde arridebat. Poſtea hæc paſta regalis præſcripta eſt.

℞. Pulv. capon. & perdic. an. ℥iii. amygd. d. excortic. aq. calida roſac. ℥iii. pinear. rec. lotarum in aq. roſ. ℥ß. piſtach. ℥ii. terantur ultima contritione addendo gummi Arabic. tragacanth. an. ℥ß. diarrhod. abbat. diatragac. frigid. an. ℈iß. pulv. Haly. diapenid. an. ℥i. conſerv. viol. borrag. an. ℥ß. conſerv. roſ. unius anni ℥ii. pulv. cinnam. el. ℥i. manus ch. perlat. ℥iii. adiecta exigua aq. roſac. F. Paſta regalis, foliis auri obducta. Sapor valde placebat. *Petrus Foreſtus, obſerv. 9. lib. 4. De Febr. Hecticis.*

SUBSECTIO OTAUA.

Pro Febre albo in Virgine.

PRæmiſſis lenitivo & venæſectione ita purgetur.

℞. Agar. rhei an. ℥i. ſalis tartar. ℥ß. F. infuſio S. A. in decoct. Senæ, q. ſ. ut fiat potio.

Sal tartari præterquam quod obſtructiones aperiat, hoc peculiare habet, quod infuſionibus purgativis additus, vim medicamenti auget. *Rodericus à Fonſeca. Tom. 1. conſult. 6.*

SECTIO NONA.

Pro Febre verminoſa cum alvi fluxu.

PUella quædam duodecim annorum febre continua laborabat cum alvi fluxu moleſtiſſimo, quo materias excernebat colore cineritio infectas quales apparere ſolent plerumque in verminoſis affectibus: præſcripti ſunt clyſteres detergentes ex rebus dulcibus parati, tum potus vulgares contra lumbricos, & rhabarbarum pulveratum bis iteratum; ex omnibus tamen his nullum levamen obtinuit, imò febris & alvi fluxus in deterius vergebant, ut iam de ſalute puellæ dubitaretur: tandem ſequentem iulepum ipſi præſcripſi.

℞. Rad. acetoſ. gram. & cichor. an. ℥i. ſol. endiv. cichor. acetoſ. portulac. & hyperic. an. Mi. ſcor. & abſint. pont. an. Mß. flor. cordial. p. j. coq. in aq. hord. ad quartaria v. in colat. diſſolv. ſyrup. limon. ℥iv. ſpirit. vitrioli gt. aliquot ad levem aciditatem. F. Julepus pro quatuor doſibus manè & ſerò ſumendis: intra illud biduum quo julepo uſa eſt, febris & alvi fluxus omnino quieverunt, & perfectè curata eſt. Si quis miretur tam levi remedio ſublatum eſſe hunc affectum, ſciat hypericum & ſcordium mirabili efficacia putredini reſiſtere, & lumbricorum generationem prohibere, nedum genitos enecare: & verè teſtari poſſum me hujuſmudi julepis in infinitis penè puerulis lumbricis laborantibus cum fœliciſſimo ſucceſſu uſum eſſe. *Lazarus Riverius, obſ. 16. cent. 1.*

SECTIO DECIMA.

Pro Ficu cancroſo ſeu tumore Scirrhoſo in cancrum degenerante in oculi dextri orbita.

TUmor hic ovo anſerino major erat, extra palpebras prominebat, partemque faciei cooperiebat; eum comitabatur magna oculi & vicinarum partium inflammatio, capitis dolor, & oculi quoque dolor acutiſſimè pungens, acceſſit & febris, ſitis, lipothymia, & vomitus. His ego ſtatim cœpi occurrere; itaque poſt præſcriptam legitimam victus rationem, iuſſi lenientem Clyſterem iniici. Poſtridie purgatum fuit corpus; ſequentibus diebus propinatum fuit iulapium ſequens.

℞. Aq. borrag. acetoſ. & beton. an. ℥ii. ſyrup. de ſucco citror. & granat. an. ℥iß. M. pro tribus doſibus: à purgatione ſecta fuit vena cephalica reſpondens parti affectæ, & miſſus ſanguis ad ℥vi. paucis poſt diebus admovi hirudines venis iugularibus ſub aurem ad idem latus, nec non & ſcapulis cucurbitulas modò cum ſcarificatione. Pedes lavi decocto herbarum calidarum roriſmar. ſalv. maioran. origan. menth. cum ſale: ita mitigata ſunt imminutaque paulatim ſymptomata. Statim etiam partem affectam ablui goſſipio imbuto ſtillatitia hac aqua, quæ multum poteſt adverſus cuiuſcunque partis cancrum.

℞. Rad. ſcropul. mai herb. robert. an. Mii. arnogloſſ. mai. ſolan. bugl. ſylveſtris borrag.

rag. portulac. euphraſ. betonic. an. Mj. ranar. aquatil. album ovor. diu agitator. an. num. 12. ſem. cydon. fœnugræc. aliquantum conquaſſator. an. ʒi. his ſeminibus affunde aquam roſ. & euphraſ. an. ℔i. incidantur omnia & conquaſſentur, & deſtillentur in alembico plumbeo: & quoniam ingens fuit affluxus, præter revulſiones admovi fronti ſequens unguentum ad fluxionem intercipiendam.

℞. Farin. hord. ʒii. pulv. roſ. rub. myrtill. balauſt. nuc. cupreſſ. & fl. beton. an. ʒii. acaciæ, ʒi. cum oleo roſato, pauca cera & aceto, fiat unguentum. Hoc defenſivum adhibui tribus vel quatuor diebus ad ſiſtendum fluxionis impetum; deinde ſuperſedi, ne plus ſatis refrigeraretur caput: hac methodo ſedavi ad tempus tum capitis tum ulceris dolores acutiſſimos, cęteraque ſymptomata: creſcente nihilhominus in dies tumore hac curatione palliativa ſeu fucata invalida exiſtente, ad reprimẽdam morbi vehementiam, & perfectè ſanandum ægrum ſuperat Chirurgica operatio, ut ſimul & ſemel extirpetur quicquid vitioſum eſt in parte affecta, quæ meo judicio omnium minimè periculoſa eſt. Decreta tandem eſt per initam conſultationem plurium Medicorum, mali extirpatio per inciſionem, cui facilè aſſenſit magnanimus æger, ſed prius præſcripta eſt ægro victus ratio congrua ad reparandas vires, præſcriptus eſt etiam potus laxativus: exhibitus etiam bis eſt hic potus cordialis, die operationem præcedente, & ipſo die manè quo inſtituta eſt.

℞. Aq. bugl. viol. roſ. meliſſ. an. ʒi. Syrup. cortic. citri, & de ſucco acetoſ. an. ʒi. Confect. alkerm. ʒi. pulv. diambræ ʒß. M. F. potio pro duabus doſibus: exterius etiam ſuper corde ante & poſt operationem applicitum eſt ſcutum ſequens.

℞. Flor. 3. cordial. an. p. ii. meliſſ. majoran. an. Mß. ſem. & cortic. citri. ſem. ocymi: an. ʒii. pulv. el. diamargar. frigid. el. è gemmis & diamoſch. d. & diambr. an. ʒß. croci ʒi. excipiantur goſſipio, & cum ſyndone rubra, F. ſcutum interpunctum pro regione cordis: ante & diu poſt operationem, unctus eſt ſtomachus hoc unguento.

℞. Cerat. ſtomach. Gal. ʒiii pulv. arom. roſat. ʒi. cariophyll. & nuc. moſch. an. ʒß. ol. nardin. & maſtich. an. ʒß. F. linimentum pro ſtomacho ante cibum.

His præſcriptis, & præmiſſis ſolemnibus precibus pro felici ſucceſſu, & tribuenda ægro patientia ac viribus ipſemet ſumpto recenti ovo, & cyatho vini, cathedram accommodam ſibi elegit, & ultro ſedit ita ut quam mollis quiſpiam cathedræ alligandus foret, neceſſe duntaxat habuerim adſtantium duobus brachia, tertio caput committere; tum crumena ex utraque parte aperta ad hanc operationem à me inventa, totam excreſcentiam ſive ficum tam altè quantum fieri potuit, verſus nervum opticum apprehendi & incluſi, crumenulamque conſtrinxi, & ſiniſtra mea nonnihil attraxi.

Crumena hæc fit ex corio tenerrimo. Sic apprehenſo & crumena incluſo fungo cępi ſub palpebra ſuperiore ad majorem oculi canthum, cultello hic figurato (quem ipſe inveneram & nominatim præparatim ad eam operationem) ſeparare coniunctivam, adactoque ferro ad opticum uſque nervum percurri oculi ambitum quæ erant ſeparanda disjungens eodemque inſtrumento opticum ſecui, tum & eum qui ſecundæ conjugationis eſt: & tam dextrè (ſine jactantia ſit dictum) me geſſi, ut vix decem paſſus fierent, dum ficus ille cancroſus totam oculi orbitam implens, & in faciem late prominens, intactis palpebris radicitus erutus ſit, porro etſi adnata tunica, quæ precipue incidenda erat, exquiſitiſſimo ſenſu ſit prædita, non uſque adeo tamen dolorifica fuit operatio, injeci illico copioſe pulverem noſtrum ad ſanguinem ſiſtendum, ſtupis quinetiam albumine ovi madefactis & prædicto pulvere conſperſis oculi capſulam implevi, ita ut vix ʒij. ſanguinis extillarent; deinde faſcie involuta eſt orbita, & defenſiva ad frontem & collum circumcirca adhibita. Pulvis noſter ſanguinem ſiſtens ita deſcribitur *lib. de Granata cap.* 19.

℞. Farin. volatil. ʒvi. ſang. drac. thur. an. ʒj. bol. armen. orient. terr. ſigill. an. ʒß. gypſi ʒiß. ranarum aquatil. præpar. (mirificè enim & proprietate quadam occulta ſanguinem ſiſtunt) ʒii. muſci cranii human. ʒi. pil. leporin. minutiſſimè incifor.

ʒii. pulv.

℥ii. pulv. alb. ovor. sole caniculari exsiccat. spumæ maris, spongiæ novæ torrefact. an. ℥i. M. F. pulvis subtilissimus. Ranæ autem ita præparandæ sunt; accipio ranas aquatiles, suspendo illas in cucurbitam, ita tamen ut fundum non attingant, ne in carbones comburantur, & aqua quæ extillat odorem gravem acquirat, accenso igne aquam in arena clementer extraho, & ad usum reservo, est enim pretiosa in ulceribus malignis & cancrosis, item in polypo, ozæna, aliisque pudendorum & sedis ulceribus, inflammationem extinguit, & malignitatem corrigit, ignem non extinguo, usque dum omnino exsiccatæ fuerint ranæ, nec ulla amplius extillet aqua, illam tamen quæ circa finem extillat separatim colligo, odorem enim graviorem habet, & in ulceribus oris & narium minus grata est. Ranas ita exsiccatas in catillum fusorium projicio & in albissimos cineres comburo, valent non solùm ad sistendum sanguinem, verùm etiam in omnibus ulceribus & sordidis & malignis, si iis inspergantur, mundificant, abstergunt & corrigunt malignitatem. Ipso operationis die non est retectum vulnus metu hæmorrhagiæ, postridie tantùm applicatum ex concerptis filamentis digestivum sequens.

℞. Terebinth. lotæ in aq. beton. ℥ii. gummi elemi, ℥ß. dissolv. in ol. ros. ℥i. adde vitell. ovor. num. 2. croci ℈ß. M. F. digestivum. Insuper admovi emplastr. basilicum, inunxi totum caput & collum ol. myrtill. & rosac. fronti & collo defensivum applicui, sex diebus continuavi digestivo adhibui mundificativum sequens.

℞. Terebinth. lotæ in aq. beton. ℥ii. gummi elemi in ol. rosac. dissol. ℥ß. rad. aristol. rot. irid. flor. an. ℥ii. cum melle rosac. F. mundificativum, tum applicui emplastrum de betonic. eoque ipso incarnavi vulnus, cicatricem induxi pulvere sicco ex cerussa, lithargyro, C. C. usto, alumine & radice irid. super inducto emplastro diapalma, victus rationem æger adeò accuratè & lubens observavit, ut supra decimum quartum diem vino sibi temperarit, contentus ptisana, cui adjectum erat paucum coriandrum præparatum, atque sic adductis tandem concinnè palpebris à ficu cancroso ejusque omnibus symptomatis vir genere & virtute imprimis verò pietate Nobilissimus persanatus est. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 1. cent. 1.*

SECTIO UNDECIMA.

Pro Fissuris & Rimis in volis manuum ex Lue Venerea.

POst universales purgationes, & universalem curationem factam per lignum, ut sequenti unguento uteretur consulvi.

℞. Ol. Tart. vitr. an. ℥i. Tart. vitr. alumin. an ℈i, axung. porcin. rec. ℥iv. succi limon. ℥i. probè commistis. F. linimentum: deinde hoc quod fortius est utatur.

℞. Unguenti enulati ℥iii. argenti vivi ℥i. sublimati ℥i. M. ungatur manus. *Petrus Forestus, observ. 26. lib. 32. De Lue Venerea.*

SECTIO DUODECIMA.

De Fistula.

FIstula est ulcus sinuosum, angustum, callosum, & aliquatenus indolens: ut plurimùm ex abscessibus parùm dextrè curatis oritur. Fit in omni ferè corporis parte: plures sunt ejus differentiæ, aliæ profundæ sunt, aliæ intra carnem desinunt, aliæ ad os aut cartilaginem penetrant, aliæ ad nervos, aliæ ad venas & arterias perveniunt, aliæ præterea simplices sunt, aliæ verò ab uno ore incipientes duplices triplicesve.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Fistula in dorso à Scapula ad lumbos pertingente.

PUrgato corpore potionem hanc vulnerariam præscripsi.

℞. Rad. consol. mai. ℥ii. rad. bistort. aristol. rot. dictamn. alb. an. ℥iß. herb. pyrolæ ℥iii. consolid. Saracen. ℥ii. fol. alchimill. agrimon. equiset. beton. flor. hyperic. ros. rub. an. ℥i. sem. hyperic. perfoliat. an. ℥ii. ocul. cancr. ℥ii. F. omnium pulvis: cujus

ius ſumatur tertia pars & coq. in menſuris quatuor vini albi, & menſura una aq. plantag. coletur & ſervetur ad uſum, addendo Sacchari quartar. i. aq. cinnam. ℥i. bibat de eo manè jejunus cyathum unum, & ſub veſperam horis duabus ante cœnam tantundem, ita continuando donec reliquæ pulveris partes conſumptæ fuerint. Interea dum hoc decoct. utitur, injectionem ſequentem per Syringam in ulcus in dies infundat.

℞. Succ. apii officin. ſucc. plantag. & agrimon. an. ℥ii. ſucc. tabacc. ℥iß. mell. roſ. ℥iii. vini rub. ℥i. diſſolv. calcanth. alb. aluminis, tartari, an. ℥ii. vel plus, dum ſordidum adhuc eſt ulcus, ærugin. æris, auripigmenti, an. ℥ß. F. injectio. Cum ſupra & infra pateret ulcus, ut ſiccaretur, fumus per canales infundibuli in humilius ulcus fuit intromiſſus, tam diu donec per ſuperius ulceris foramen prodiret, ſicque interiores omnes cavitates pervaſiſſet.

℞. Maſtich. thuris an. ℥ß. myrrh. ℥ii. benjoin. ſtorac. an. ℥iii. ſarcocoll. pic. reſin. pini, gummi elemi, an. ℥i. F. Pulvis carbonibus inſpergendus pro fumo. Poſtquam curam hanc per injectionem & ſuffumigationem aliquot ſeptimanis continuaſſet, integrè ſanatus fuit. *Felix Platerus obſerv. lib. 2. pag. 568.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Fiſtula inferioris maxillæ à dentis dolore.

INſtituta optima victus ratione; ſequentem exhibui potiunculam.

℞. Pulv. paſſavant. ℥i. detur cum decocto beton. ſalv. roriſmar. & majoran. Poſtridie venam in cubito incidi: deinde materiam in capite ſequenti decocto præparavi, & leniter purgavi.

℞. Fol. & flor. beton. ſcabioſ. verònic. cuſcut. agrimon. an. Mi. ſummitat. roriſmar. major. flor. ſalv. & prim. veris, an. Mß. fem. aniſ. & fœnic. an. ℥ii. liquirit. ℥i. coq. in aq. ad conſumptionem tertiæ partis huius colaturæ per triduum in aurora calidè ad ℥iv. melle deſpumato dulcoratæ exhibui. Poſtea.

℞. Eiuſdem decocti colaturæ ℔ii. fol. ſen. ℥ii. agar. rec. troch. rhei el. an. ℥ii. maneant in infuſione horas duodecim, deinde iterum leniter calefacta, fortiter exprimantur, expreſſione adde Syrup. beton. & roſat. ſolut. comp. cum rheo, agar. & ſena an. ℥i. M. potio pro quatuor matutinis, tandem ſumpſit ſequentes pilulas.

℞. Maſſ. pil. aurear. & aggregativ. an. ʒiß. troch. alhand. & diagrid. an. gr. iv. cum ſyrup. de ſtœchad. F. pilul. quinque, quæ diluculo ſumantur.

Præparato ſatis corpore, radices dentis in alveolo à barbitonſore relicti effodi, calloſitatem verò fiſtulæ unguento quodam cauſtico abſumpſi, & ulcus unguento de ſucco apii mundificavi, tandemque cicatricem emplaſtro diacalciteos, & pulv. aluminis uſti induxi, ſicque curationem ſpatio triginta dierum fœliciter abſolvi. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 32. cent. 3.*

Quia pulvis paſſavanti excellens eſt; nec omnibus notus, ejus deſcriptionem hic annectere placet.

℞. Fol. ſen. mundat. ℥iii. turbith. gummoſ. ℥ii. rhei el. ℥i. liquirit. ſem. aniſſ. fœnic. an. ℥ß. ſpic. indic. gr. viii. F. omnium pulvis tenuiſſimus, detur à ʒii. ad. ʒiv. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 80. cent. 2.*

Iohan. Schroderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chymic. cap. 77. pulverem paſſavanticum in ſequentem modum deſcribit.

℞. Flor. borrag. viol. an. ʒii. zinzib. ſpic. nard. an. ℥i. liquirit. ſem. aniſ. an. ℥ii. diagrid. ℥iii. rhei el. ℥v. turbinth. gumm. ℥i. ſen. ℥ii. M. F. Pulvis. Purgat omnes humores noxios, maximè bilem.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Fiſtula.

STudioſus quidam octodecim annorum in pectore diu habebat Fiſtulam, ex qua effluebat multum aquoſum pus. Hæc à me curata ſic fuit, manè & veſperi poſtquam exivit omne pus, inieci per Syringam oleum heraclinum, ac poſtea foramini fiſtulæ turundam majorem impoſui, ut maneret aperta, atque tali proceſſu

quo-

quotidie penitus confanauit. *Martinus Rulandus, curat. 39. cent. 9.*

Domina quædam juvencula fistulosis ulceribus pluribus locis prorumpentibus multùm debilitata, post expertissimorum Chirurgorum irritos planè conatus, & cùm ab omnibus pro deplorata haberetur, tandem brevi temporis spatio sequentis remedii usu integre curata est.

℞. Absinth. & menth. an. Mi. millepedum bene contusor. (demptis prius capitibus) 300. Sacculo omnia includantur, qui suspendatur in cerevis. tenuis pintis viii. peracta fermentatione, capiat haustum de ea bis tervo in die, plurimùm præstant millepedes in fistulis & mammillis exulceratis modò non sint cancrosæ. *D. Robertus Boyle, lib. De Vtilit. Natur. Philosoph. part. 2. sect. 5. cap. 5.*

Quidam habens fistulam longo tempore in pectore, non reperiens apud Medicos remedium, usus consilio cujusdam peregrini, accepit quolibet die cum oleribus, carnibus & ovis de herba dicta *Cauda equina*, & brevi curatus est. Quædam mulier habens fistulam in manu quotidie apponebat succum chelidoniæ, & herbam tritam super fistulam bis in die ponebat, & brevi curata fuit. Quædam domina curabat omnes plagas hoc modo. Succum pentaphylli bis in die superponebat, deinde ipsam herbam tritam, & sic brevi tempore curabat omnia vulnera & incisiones in quacunque parte corporis etiam cum fractura ossis. *Arnoldus Villanovanus, lib. 3. cap. 21.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Fistula Lachrymali.

VIde supra *libro primo, sectione octava. De Ægilope.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Fistula Lachrymali.

HOnesta quædam & pia matrona triginta circiter annos nata, humidissimo cerebro prædita, cum inflammatione oculorum sæpissimè, dolore verò capitis continuò vexaretur, tandem quoque Fistula lachrymalis in dextri oculi cantho exorta est; ea cùm ad annos circiter duos ægram excruciasset, tandem me in consilium vocavit, purgato corpore, reliquisque universalibus adhibitis, & collyrio appropiato quotidie in oculum instillato, Setaceum nuchæ quoque adhibui, hinc dolor capitis non diu post ex toto remisit, fistula intra menses quatuor plenissimè sanata fuit, laboraverat autem (quod annotatione dignum est) matrona illa per annos aliquot menstruis albis, quamobrem nunquam utero gestaverat, adhibito vero Setaceo, paulatim remisit fluxus, ac paulò post concepit, ac filiam peperit. *Guillelmus Fabritius Hildanus, observ. 19. cent. 4.*

Ante omnia instituenda est optima victus ratio. Secundò, purgandum est corpus, secundùm humoris prædominantis naturam. Tertiò, caput corroborandum; idque medicamentis tam per os sumptis, quam exterius admotis. Convenit decoctum igni guaiaci, sassaphras, radic. chinæ, & sarsæparill. addita betonica, salvia, rosmarino, majoran. & primula veris. Conveniunt quoque conserv. betonic. rorismarin. salv. majoran. primulæ veris, pœoniæ, Conf. alkerm. cortices citri, species dianthos, aromat. rosmar. & hujusmodi. Capiti inspergatur pulvis benjoin. styrac. calamit. mastich. thuris succini albi, granorum kermes, rad. irid. florent. flor. betonic. anthos, majoran. & rosar. rubr. ex quibus pileolus sive cucupha parari quoque poterit. Quartò, materia quæ ad oculum fluit, ad alia loca trahenda est, in quem, finem cucurbitulæ scapulis frequenter appositæ conveniunt, uti quoque vesicatoria post aures. Omnium verò præstantissimum est Setaceum, materiam enim ad oculos fluentem, potenter ad se trahit & evacuat, caput ab omnibus excrementis humoribus expurgat, & egregiè corroborat. Quid plura? tanti est momenti, ut inveteratam fistulam lachrymalem sine hoc præsidio vix curari posse, in aliquibus observaverim: amovet etiam causa antecedentem mali. Purgato itaque corpore, applicandum est Setaceum, nec quicquam circa fistulam tentandum; nisi Setaceum prius ad tempus aliquod fluxerit, materiamq;

ad

ad fistulam decumbentem ad se traxerit, postea dilatanda est fistula turundis ex radic. gentianæ, aut spongiis præparatis, quo facto, pulvis præcipitatus quam diligentissime præparatus, inspergendus, aut filamentis imponendus est ulceri, quod emplastro ex solo gummi elemi, in alutam aut telam extenso, obtegendum. Ego fortiori pulvere isto non utor, ne os, si forsan adhuc sanum fuerit, à suo periostio detegatur. Sæpissimè enim fistulas lachrymales, etiam inveteras, sanavi, in quibus caries in osse reperta non fuit: quapropter festinandum non est, sed sensim procedendum, inspersо pulvere prædicto bis, vel semel in die, prout ulcus fuerit humidum; ut plurimùm tamen dum pulvere isto utor semel tantum in die ulcus deligare soleo. Stylo ab initio cariem ossis curiosè perquirere non est necesse: Si enim os carioſum fuerit, pulvis iste carnem, quia mollis & flaccida est, absumet: Sin sanum fuerit os, sanum illud relinquet pulvis, & ulcus non solùm mundificabit, sed & ad cicatricem perducet: habet enim diversas hasce facultates pulvis iste, ut ego sæpius observavi. Si os carioſum inveneris, quantum fieri potest detergendum est, postea euphorbium in subtilissimum pulverem redactum copiosè inspерge. Nihil enim in ossibus carioſis, imò & in fistula lachrymali euphorbio est præstantius. Aliqui cariem ossis fistulæ lachrymalis cauterio actuali corrigunt, quod non improbo, mihi tamen, laus sit Deo, præcedens methodus cum euphorbio, semper tam fœliciter successit, ut cauterio actuali nunquam usus fuerim. Satis mundificato ulcere, & prædicto pulvere præcipitato ferè carne repleto, balsamum tolutanum filamentis applicare poterit; cicatricem enim planam & pulchram facit. Per totum autem tempus curationis, sequens collyrium oculo bis aut ter in die instillandum, & linteum reduplicatum, & collyrio madefactum, applicare convenit, sintque omnia fascia diligenter ligata, ut oculi motus quoad fieri potest, impediatur. Motus enim humores attrahit, & consolidationem impedit. Collyrium tale esto.

℞. Aq. rosar. plantag. an. ℥iß. aq. euphras. & valerian. an. ℥i. sem. cydon. contus. ℈i. M. maneantque in infusione horas sex velocto, colaturæ adde tutiæ præp. plumbi squammos. diligenter præpar. C. C. usti præp. an. ℥i. camphoræ ℈i. M. omnia diligenter in mortario fiatque collyrium quod tepide applicetur. *Guil. Fabricius Hildanus, observ. 3. cent. 6.*

Puer quidam tredecim annorum, ab annis quatuor fistula lachrymali ex sinistra parte, quæ pro deplorata habebatur laboravit: non enim os solummodo carioſum, verùm etiam glandula ita erosa erat, ut quotiescunque puer ploraret, lachrymæ per ipsam fistulam copiosè extillarent. Est præterea puer adeo morosus & impatiens, ut cauterium actuale, quod summum optimumque censetur esse remedium fistularum lachrymalium, nunquam ipsi applicare potuissemus; quapropter de aliis remediis nobis cogitandum fuit: itaque instituta optima victus ratione, corpus secundùm humoris prædominantis naturam, & ægri tollerantiam expurgavimus: deinde setaceum nuchæ applicuimus; post dies aliquot optimè fluente setaceo, manum fistulæ adhibuimus hoc modo. Primò, quia angustissima, nonnihil de caustico meo, quod absque dolore erodit, applicuimus. Post casum escharæ fistulam unguento escharotico, & spongiis præparatis, usque ad ipsum os dilatavimus: tandem euphorbium per se fistulæ inspersimus, & quidem in copia; deinde emplastrum ex solo gummi elemi applicuimus, his ea qua fieri potuit diligentia per septimanas aliquot adhibitis remediis, squammula ossis sese obtulit, & extracta est: & postquam per paucos dies semiguttulam balsami tolutani, semel in die cum filamentis ulceri imposuissemus, brevi plenissimè consolidata fuit fistula, quæ huc usque clausa est, oculo & visu planè illæsis. Setaceum quoque non diu post consolidatam fistulam cicatrice obduximus. *Guil. Fabri-britius Hildanus, observ. 22. cent. 5.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Fistula Lachrymali.

VIrgo quædam Nobilis ex ægilope fistulam lachrymalem contraxit, in maio-

majore oculi angulo, osse illic vitiato, & pure continuò ex eo angulo fluente, cum multis lachrymis: frustra per anni spatium à *Judæo* & Chirurgis afflicta, & per diætam extenuata, tandem ad me deducta est. Purgavi eam primum pilulis capitalibus ex cochiis & aggregat. Postea applicui sex cucurbitulas collo utrinque sine sectione per biduum, tertio die cum scarificatione.

Injectione dein hac usus sum.

℞. Lixivii ℔iß. aceti ros. rub. balaust. an. ℥ß. gallar. ʒi. fol. rutæ. Mß. decoq. pro abolutione & infectione cum Syringa, in fistulam oculi anguli.

Postquam aliquoties usa fuisset, semper portio illius in nares descendebat, tandem portio ossis maxillæ superioris, in oculi angulo ad nares, cum magna parte carnis putridæ fetidissimè per nasum in palatum erupit, quo facto, nullum pus nec lachrymè amplius ex oculi sede efluxerunt, sed omnia per nasi amplitudinem in palatum deciderunt. Dein unguentum hoc immittebat in ulcus.

℞. Aloes, thuris, sarcocoll. sang. drac. an. ʒi. antimon. crudi, plumbi usti, & loti, tutiæ, lapid. hæmatit. an. ʒij. balaust. aristol. rot. an. ʒiß. alumin. ʒij ærugin. æris ℈i. pulverisentur subtilissimè, excipiantur melle & terebinthina. Fiat unguentum.

Persistebat in usu unguenti & lixivii, bisque in die Chirurgus meo jussu administrabat. post dies aliquot applicui cauterium in nucha, & exempta eschara apertum retinui.

Dedi quoque Potionem hanc pro quinque dosibus.

℞. Fol. tanaceti caul. rub. agrimon. filicis maj. filipendulæ, pimpinell. ceterach. an. Mj. fol. myrthi Mß. rad. liquirit. ʒi cicer. rub. pij. F. decoctio ad ℔ß. addendo sacchar. q. s. pro quinque dosibus. Purgavi denuò pilulis. Incipiebat sanari ulcus, sed intrinsecus tunica succinctum, metuens autem ne apertus maneret sinus, cauterii portiunculam intrusi, quod mirè urebat, sed illicò remittebat. Postea ad carnem generandam hoc Scarcotico sum usus.

℞. Aristol. rot. rad. ireos, cortic. thuris, an. ʒiß. mastich. myrrhæ, sarcocoll. aloes, lap. claminaris, an. ʒi. mellis q. s. F. unguentum.

Integrè sanata, ita ut tantum parva fovea illic citra incommodum, aciculæ capitis instar remaneret, formam tamen minimè defigurans. Post octodecim annos ad me scripsit, cùm esset Abbatissa facta, & catarrho laborasset, metuens ne recidivam pateretur, sed nihil subsecutum. *Felix Platerus, observ. lib. 2. pag.* 385.

SECTIO XIV.

De Fluore albo.

FLuor albus (Græcè ῥεῦς γυναικεῖος dictus) humoris excrementitii tota natura è sanguine alieni, totius vel partis alicujus vitio collecti. inordinata ex utero excretio qui excernitur humor, modò liquidus est & albicans lactis sero aut ptisanæ cremori persimilis, modò citrinus, aut pallidus, modò subviridis, & adeo acris & adurens, ut quascunque partes attigerit, erodat aut leviter exulceret, atque is rursum modò graveolens est, modo etiam nullo odore molestus. Virgines rarò hoc malum infestat, frequentius adultiores, nonnunquam & gravidas, in quibusdam quotidie, in aliis post mensium purgationes nonnullis evenit inter duas purgationes tantum. Causa autem quæ corruptum istum humorem assiduò gignit, aliàs in utero, aliàs in corpore toto, vel aliqua parte consistit; neque enim semper hic culpandus est uterus, si labefactata sint mulierum viscera si nimirum refrigeratæ sint, aut ferventiora, aut obstructa, aut schirrosa, eruditates: malum habitum, humores corruptos, acres & serosos subministrant, qui sæpe naturę robore in uterum feruntur, & per illum effluunt: atque hæc fluoris uterini causa admodum frequens est, altera causa ex utero rarius contingit, eaque vel intemperies est, fereque frigida, vel imbecillitas ab uteri gestatione, à partu & abortu, contusione, aut ab alia causarum externarum vi contracta, vel erosio, vel exulcerato ex inflammatione aut ex abscessu derelicta, his quippe causis oblæsus uterus, proprium alimentum malè conficit, & excrementa plurima congerit, quæ foras elabuntur &

ex-

excidunt. Cauſæ externæ ſunt, aer frigidus & humidus, mœror, vita ſedentaria & otioſa, hinc eſt quod ruſticæ mulieris rarò hoc morbo tententur. Alimentorum etiam humidorum & frigidorum nimius eſus, ſed præ cæteris frequentes cruditates, duæ ut ait *Avic.* ſunt omnium morborum mater. Vidit *Fernelius* puellam octavo ætatis anno hoc malo obſeſſam. Differt hic fluor à Gonorrhæa; quod hæc in minore quantitate excernatur, albidior ſit & craſſior, & longioribus intervallis eff.uat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Fluore albo.

PVrgato decenter corpore, manè & veſperi ante paſtum per decem dies utatur hoc balneo.

℞. Fol. Lauri, origan. calamenth. puleg. menthaſtr. Sabin. an. Miij. artemiſſ. meliſſ. nepit. beton. majoran. an. M iv. rad. rub. tinct. cyperi, an. ℥iij. rad. ruſci, aſparag. an. ℥ij. ſpic. nard. (exſiccat enim humiditatem) junci odori, an. ℥i. ſem. rutæ, dauci, aniſ. fœnic. ſeſel. an. ℥ß. rad. valerian. ℥ii. coquantur in aq. pro balneo. Si valde fluant humiditates albæ, ne concitatior fiat fluxus, ſtyptica magis addantur. Si adhuc fluor non vincatur, ſemel in hebdomada accipiat has pilulas.

℞. Pip. maſtich. agar. troch. an. ℥ii. cortic. myrobal. cheb. ℈ii. excipiantur melle roſ. ex ℥i. F. pil. vi dentur iv. pro vice. Succini farina cum ovo forbili detur. Hæc ſunt quæ ad album fluorem proſunt, præcipuè hic pulvis, quo multæ matronæ Nobiles poſt univerſalia remedia ſanatæ ſunt.

℞. Faucium Lucii piſcis, capitis caponis in furno exſiccati an. ℥ß. oſſium dactylorum ℥ij. coriandr. præpar. ſem. aniſ. torrefact. an. ℥i. rad. nymph. ℥ß. ſacch. roſ. ℥iij. datur ℥i. cum vino rubro. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 13. *lib.* 28. *De morbis Mulierum.*

Ad evocanda ab utero ad alias partes recrementa, tria valde profutura præſidia occurrunt, diureticorum uſus, repetita ex rhabarbaro purgatio, & ligni guaiac. decoctum, quod ita fit.

℞. Ligni guajac. ℥i. rad. ſaſſaphras ℥ii. ſantal. omnium ℥i. infund. in aq. chalybeat. ℔iii. horis 12. deinde: bulliant ad conſumptionem tertiæ partis: ſub finem ebullitionis adde fol. plantag. menth. matricar. artemiſ. fœnicul. capill. ven. an. p. i. ſumac. rad. petroſel. an. ℥i. colati ℥vii. vel viii. exhibe in aurora, & ſudor molliuſculè provocetur, idque viginti ſaltem diebus continuis præſtandum: quo tempore cauterium cruris dextri parti interiori affixum, non poſſum non ſummoperè laudare. *Iohan. Zecchius conſult.* 35.

Hujus mali maxima habenda eſt ratio, cum mulieres quas exercet, ſteriles ut plurimum reddere ſoleat, vel etiam gravidis abortum parere remediis uſitatis peractis, ſi vitium adhuc pertinaciter perſiſtat, Electuario mihi hoc in caſu ſæpe fœlici cum ſucceſſu uſurpato utatur.

℞. Gummi Arabic. tragacanth. corall. utriuſque, an. ℥ii. ciner. putamin. ovor C. C. ſem. aneth. ſuccin. an. ℈iv. mellis roſat. q. ſ. F. Electuarium: cujus ℥ß. horis duabus ante cœnam devoranda exhibeatur; ſuperbibendo aq. plantag. ℥iv. vini ſubrubr. ℥ij. *Ioh. Zecchius, conſult.* 97.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Fluore albo.

PRo revulſione laudo vomitum cum diaſaro *Fernelii* ad ℥ß. detur ex aqua mulſa, vel

℞. Rad. aſari ℥i. detur cum oxymel.

Pro derivatione materiæ per alvum conveniens eſt medicamentum jalapa, in hunc modum.

℞. Ialap. pulv. ℥ß. cinamom. pulv. ℈ß. M. & cum jure pulli. F. potio. Deinde pro præparandis humoribus ſumat ſingulo quoque manè tria cochlear. oxymel. per v. aut vi. dies: deinde ſumat ℥ß. hydragog. min. *Fernel.* vel in bolo cum ſacch. vel cum pauco vino: his ad exſiccandum corpus & roborandum ventriculum, decoctum Salſæparill. cum pauco ligno guajac. confectum ſumat per 15. aut 20. dies, & procuret ſudorem ſemel in die, ut materia revel-

latur

latur ad cutem; id quod *Galenus* procurabat facere in uxore *Boethi*, *lib. De Præcognitione*, fricando corpus melle cocto, & etiam linteis primo lenibus, postea asperioribus: derivatur quoque materia ad urinam, quod fecit *Galenus* ex decocto rad. asari & apii: venter quoque si tumet & madet, arena calida exsiccari debet: id quod *Gal.* in uxore *Boethi* fecit, victus denique sit exsiccans, & quàm minimum bibat. *Rodericus à Fonseca*, *tom.* 1. *consult.* 4.

Nonnunquam evenit mulieribus pituitosum profluvium, cum pituitæ per aliàs partes denegatur exitus, hæc per dorsum ad uterum defluit. Siccabimus illam pituitam decocto guajaci & syrupo *Montagnanę* Nam fotu & suffumigiis curationem recipiunt inquit *Hippocr. De morbi mulierum*, *Ioh. Heurnius*, *ad aphor.* 56. *sect.* 5.

℞. Fimi asinini M. IV. macerentur aq. rosac. magna rejiciatur, & cum sacch. F. Syrupus: cujus in hoc affectu admirabilis vis est. Paretur etiam Syrupus ex succo urticæ mollis. Pro suffitu plurimum valet rasura ebor. carbonibus injecta, commendatur hoc facilè parato. Accipitur ebur tenuissimè in lapide prophyrio pulverisatum, & propinatur ex aqua chalybeata. *Guil. Ballonius*, *comment. ad Hist.* 2. *lib.* 2. *consil.*

Nos sæpius hoc remedio hunc morbum sanavimus, nempe nucis pineæ decocto cum ligni visci quercini portione in potu administrato: mirabilem remedium est huic morbo, sicuti nos pluries observavimus. *Dominicus Panarolus*, *observ.* 48. *Pentecost.* 2.

Fluore albo, mulier quædam mediæ ætatis laborans diuturno & copioso sic curata est

℞. Pilul. assajaret & fœtid. an. ℈i. cum succo artemis. F. pil. v.

℞. Pulv. aromat. rosat. ℥i. ras. ebor & C. C. an. ℈i. cortic. citri sic. diamargar. calid. an. ℥ß. galang. cyper an. ℈i. ciner. spong. combust. & lotæ aq. pecul. rosac. ℥ß. sacch. ℥i. F. pulvis. Capiat. cochl. 1. mane ante ingressum balnei. Balneum tale ordinavi.

℞. Rad. bistort. lapath an. ℔i. gallar. malicorii. an. Mii. flor. chamæm. melil. rosar. rub. fol. absinth. an. Mi. aluminis ℥ii. sal. ℥i. tartar. p. i. F. decoctio pro incessione in balneo. Utatur in dies hora una in hypocausto calido & sic fuit pulchrè sanata. *Felix Platerus*, *observ. lib* 3. *pagin.* 781.

His pessis sæpe usus sum in fluore uterino ad expurgationem illuvici.

℞. Fell. vaccæ ℥i. rad. asar. agar. cinnam. an. ℥i. succ. mercurial. ℥i. coq. cum melle pauco reliquisque permistis. F. instar unguentum ad sacculos implendos. *Felix Platerus*, *observ. lib.* 3. *pag.* 782.

Menses albi præmissis universalibus, quibusdam appropriatis emendantur, qualia sunt apud obstetricem gallicam, pag. 83. sem. citruli, si singulis diebus numero 12. deglutiantur, superbibito haustu lactis. vel.

℞. Camphor. ℈ß. scobis ebor, ℈ii. aq. ros. nymphæ, an ℥iß. M. & repetatur sæpius pro dosi. *Wolfgangus Hœferus*, *cap.* 1. *lib.* 7. *Hercul. med.*

Mulier quæ integro biennio fluxu albo laboraverat, accepit nucem moschatam, ejusque assatæ & diversæ partem ß. manè, alteram ß. vesperi adsumpsit; sicque continuando sanata est. Hoc ipso remedio utebatur quoque *Tho. Erastus* in sistendis mensibus nimiis & fluore albo. Ceu singulari experimento. *Hieron. Reusnerus*, *observ.* 101.

Quædam jam aliquot annis fluxu albo conflictata hac ratione convaluit, accipiebat cineres sarmentorum vitium, & aquæ injiciens pedes fomentabat vesperi immediate antequam cubitum iret, primoque die deglutiebat grana juniperi tria, altero 5. tertio 7. semenque præterea urticæ adsumebat. *Idem observ.* 103.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Fluore albo.

MUlier quædam quadragenaria diuturno fluore albo laborans, post multa remedia frustra tentata, ptisana laxante per mensem integrum singulis diebus usurpata, protinus liberata est.

Ptisanæ compositio talis fuit.

℞. Sem. mundat. ℥i. sem coriandr. præp. liquirit. ras. an. ℥iß. aq. fontis in qua tama-

rind. ℥iij. ligni lentiſcini ℥i. bullierint, cyathum unum infundantur frigide per noctem, & colaturam capiat manè duabus horis ante paſtum. *Lazarus Riverius, obſerv.* 81. *cent.* 3.

Mulier quædam à ſeptem menſibus fluxu muliebri ſeroſo laborabat, quam curavi intra quinque ſeptimanas exhibendo ſingulis octo diebus gr. viii. reſin. jalapæ: educta ſcilicet ſeroſa illuvie, à qua pendebat affectus. Deinde recidivæ occaſio ſublata eſt uſu ſequentis opiatæ.

℞. Conſ. roſ. antiq. ℥ii. conſ. abſinth. ℥i. pulv. elect. triaſant. & aromat. roſat. an. ℥i. corall. rub. præp. ℥ß. theriac. vet. ℥ii. cum ſyrup. de roſis ſiccis fiat opiata: de qua ſumebat ad magnitudinem avellanæ ſingulis diebus hora ſomni per longum tempus. *Simeon, Jacoz. obſerv.* 8.

Hic Syrupus bonus eſt & utilis in hoc affectu.

℞. Flor. Artemiſ. matricar. meliſſ. betonic. ſalv. origan. eupator. aſari, an. Mii. cumini, aniſ. ammeos: ſem. rutę, carvi, an. Mi. enulę ſiccę M. iv. cal. aromat. galang. zedoar. cinamom. an. Mß. biſtort. gall. moſch. doronic. viol. citrinar. an. ℥ii. liquirit. ℥ß. buliant. omnia in ℔xii. uſque ad medietatis conſumptionem. Deinde cum forti expreſſione colentur, colaturæ addatur aceti ℔ß. ſacch. ℔xv. coquantur ad debitam conſiſtentiam ut F. Syrupus: cuius dentur manè ℥ii. cum aq. abſinth. beton. & meliſſ. an. ℥i. & tardetur cibus poſt ipſum horis quatuor. *Barthol. Montagnana conſil.* 214.

Puella quædam octodecim annorum fluore albo diu laborans poſt multa & varia remedia quibus per annum integrum uſa eſt, hoc uno ſanata eſt. Sorbebat jejuno ſtomacho ovi vitellum recentem aq. roaſcea exceptum, & intra quindecim dies ſana evaſit: cæterum album ovi prædicta aq. roſac. concuſſum, & jejuno ſtomacho ebibitum non ſolum ad album fluorem facere, ſed gonorrhæam ſanare ſatis ſumus experti. *Amatus Luſitanus, curat.* 12. *cent.* 4.

Lamii flores albi ad fluorem album abſumendum fœminarum experimento celebrantur. Paraturque à nonnullis in eum uſum ex floribus iſtis cum ſaccharo conſerva: quam ſingulis aliquot diebus ſumendam præcipiunt. *Ioh. Bauhinus, Hiſt. Plantarum lib.* 28. *cap.* 119.

Flores lamii albi ad fluorem album ſpecificè celebrantur. *Ioh. Rarius Catal. Plantar. Angliæ.*

SECTIO DECIMA QUINTA,

Pro Fluxu poſt Abortum.

NOſtrę mulierculę in fluxu poſt abortum hoc pro arcano habent, carnem fumo induratam ad minus vetuſtate annum excedentem, quam minutiſſimè conciſam in patella terrea ſupra ignem torrent & exſiccat, ut in pulverem redigatur, dant cum vino rubro ſtyptico: ferunt que hoc remedio deploratas mulieres ex fluxu enormi poſt abortum reſtitui. Vulgares mulierculæ experimentum aliud habent ad hoc ſanguinis profluvium & nimiam evacuationem in puerperis, nempe nucem juglandem exſiccatam in pulverem redigunt, & tribus vicibus cum cereviſia aut vino rubro exhibent. Quo remedio fluxum enormem reſtringunt: hoc modo Matrona *Rotallerę* Nobilis in *Hagacomitis* dicitur curata.

Hic etiam Pulvis belle profuit.

℞. Margarit. non perforat. ſpodii. an ℥iß. coriandr. præp. C. C. uſt. an. ℥ii cortic. median. caſtan. ℥iij. ſem. roſ. ℥ii lapid. hæmatit. pilor. lepor. combuſt. an ℥i. ſacch. roſ. ad pondus omnium: cinamom. quantum placet pro ſapore. Sumatur in die cochlear unum. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 16. *lib.* 28. *De Mulierum morbis.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Fluxu Hepatico.

OMnium primo dedimus infuſum rhe myrobalan. citrin. & chebul. Poſte hoc decoctum propinavimus.

℞. Marrhub. abſint. rom. flor. ro rub. menth. ſicc. & rubr. an. Mi. ſen ſanguinar. plantag. coriandr. præp. an. ℥ myrobal. citrin. ℥ß. rhab. el. ℥iß. ſcha nanth. ℈ß. rad. cichor. apii, petroſe an. ℥ß.

an. ʒß. cal. aromat. inciſ. ſanar. rubr. an. ʒi. coq. Calyb. ad ℔i. in colat. adde ſyrup. de menth. de cichor. cum rheo an. ʒß. M. pro quatuor doſibus.

Deinde dedi ſemel ʒß. rhei pulv. in modum pilul. cum ſyrup. de roſis ſiccis: poſtmodum imperavi, ut bis in die ex hoc condito ſumeret magnitudinem caſtaneæ.

℞. Conſ. roſ. antiq. ʒii. ſpec. aromat. roſat. ſine moſcho ℈iß. myrobal. citrin. parum aſſat. & pulv. maſtich. an. ℈i. cum ſyrup. myrtino. F. conditum. Cùm fluxus nondum ceſſaret, & jam ultra quatuor menſes duraſſet, & valde æger debilitaretur, ſequens apozema præſcriptum eſt.

℞. Marrub. abſint. rom. menth. ſic. flor. roſ. rub. an. Mi. ſem. myrtil. l. plantag. an. ʒiß. cinamom. el. ſantal. rubr. cal. arom. an. ʒi. coq. in vino rubro ſtyptito, aq. equiſet. & meliſſ. ad ℔ii. colat. adde ſyrup. de menth. myrtill. cotoneor. an. ʒii. M. ſumebat. bis in die: quia circa ſtomachum dolebat, ceratum ſtomachicum appoſui, & hepatis regionem inunxi unguento ſantalino & ol. abſinth. Poſtea cùm neque his adhuc fluxus remitteretur, omni mane per tres dies hunc pulverem dedimus cum ovo ſorbili, qui multum juvabat.

℞. Sem. plantag. nucis moſch. maſtich. pulv. C. C. uſt. an. ℈ß. cinam. el gr. v. F. pulvis ſubtiliſſimus. Sed cum fluxus in totum non ceſſaret, myrobal. cheb. parum roſtos, cum rheo toſto ad ℈iiß. cum aq. plantag. & ſyrup. de roſ. rub. ſicc. propinavi, & omni mane capiebat ad magnitudinem caſtaneæ ex elect. ſequenti.

℞. Conſ. roſ. antiq. diacydon ſine ſpeciebus, an. ʒß. nuc. moſch. maſtich. an. ℈i. troch. de Carabe, de ſpodio, an. ℈ß. C. C. uſti, pulv. flor. roſ. cortic. granat. balauſt. an. ℈ß. Corall. rubr. gr. iii. feric. combuſt. gr. ii. cum ſyrup. myrtill. ment. an q. ſ. F. moderate liquidum, cujus uſu fluxus cœpit ceſſare. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 21. *lib.* 22. *De Profluviis alvi.*

Ad hepar roborandum eiuſque intemperiem corrigendam paretur julepus in hunc modum.

℞. Rad. cichor. gram. acetoſ. an. ʒi. fol. endiv. agrimon. cichor. plantag. cuſcut. an. M. i. abſint. pont. Mß. ſantal. rub. ʒiß. raſ. ebor. & ſpondii, an. ℈ii. coriandr. præp. ʒi. roſ. rub. p. i. coq. ad ℔iß. in colat. diſſolv. ſyrup. cydonior. de aceto ſimpl. an. ʒii. F. julep. pro quatuor doſibus ſerò & manè ſumendis. Vel.

℞. Aq. plantag. ʒiv. Syrup. de roſ. rub. ſicc. ʒi. ſpir. vitrioli q. ſ. ad grat. acid. F. Iulep. frequenter iterandus.

Fit ſyrupus præſtantiſſimus ex tinctura roſar. facta in aq. roſ. & cum ſacch. roſat redacta in ſyrupum.

Vtilis etiam opiata ſequens.

℞. Conſ. rad. cichor. ʒi. conſ. roſ. vet. ʒß. pulp. paſſul. corinth. ʒvi. croci martis ʒi. corall. præp. raſ. ebor. & C. C. an. ℈i. cum ſyrup. de roſ. ſicc. F. opiata, addendo ſpir. vitriol. ℈ß. de qua capiat magnitudinem caſtaneæ tribus horis ante paſtum. Poteſt etiam addi hepar lupi præparatum; quod ab authoribus commendatur tanquam ſpecificum

Paſſulæ majores vel corinthiacæ, quia hepati amicæ, in hoc affectu commendantur, ideo magna copia cum feminibus ſunt comedendæ.

Syrup. corall. ad hepar roborandum & fluxum cohibendum præſtantiſſimus eſt; at longe præſtantius illius tinctura.

Succus urticæ per ſe ad ʒii. vel cum aqua & aceto exhibitus manè per triduum fluxum ſiſtit, & ſanguinem corruptum purificat. *Lazarus Riverius, prax. Med. lib.* 10. *cap.* 8.

SECTIO XVII.

Pro Fluxu Narium vehementi in Febre continua.

CUm mihi nihil ad manum eſſet, & ſubita reſtrictione opus eſſet (plus enim quatuor libris ſanguinis ex naribus fluxerant & vires valdè proſtratæ fuerant,) accepti atramentum quod ibi in promptu erat cum aceto roſac. & cum fuligine fumarii ſimul mixta cum lana ſuccida involvens, naribus indebam: quo remedio fluxus ſanguinis narium ceſſavit: interim & aq. plantag. frigidiſſima teſticulos fovebam, & ſanguinis reſtrictus eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 32. *lib.* 7. *De Symptomatis Febrium.*

SECTIO XVIII.

De Fœtu Mortuo.

SÆpe extinguitur in utero Fœtus. Extinctionis cauſæ ſunt Plurimæ: alimenti nimirum defectus vel parvitas, vel etiam copia à qua ſuffocatur: caſus item, ictus, ſaltus, tuſſis, ſternutatio, quibus ſolvuntur acetabula, per quæ fœtui alimentum ſuppeditatur: animi etiam pathemata, medicamenta fœtum enecantia, morbus acutus, & longus, partus denique difficultas. Fœtus mortui ſigna ſunt, defectus motus infantis, refrigeratio imi ventris, ichores ab utero fluentes, facies pallida. anhelitus fœtidus, mammarum extenuatio, ventris concidentia & mollities, quod decumbente in latus matre, in id devolvatur ac decidat fœtus, magiſque etiam gravitet: quandoque etiam ſuperveniunt animi deliquia, capitis dolores & convulſiones: quamprimum expellendus eſt fœtus, aliàs præſentiſſimum exitium prægnanti inferet.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Fœtu mortuo ejiciendo.

DEdi tredecim guttas ex oleo heracleo bibendas, & ſimul umbilico, me jubente, impoſui gt. xv. de eodem oleo. Hoc facto adjuvante Deo opt. max. intra dimidiam horam peperit facilè, & fœtum ejecit dudum mortuum, & ipſa incolumis evaſit. *Martinus Rulandus, cur.* 57. *cent.* 3

℞. Myrrh. el. ℥i. ſem. nigell. lupin. rad. rub. tinct. an. ℥ß. croci, aloes, borac. an. ℈i. cum ſyrup. artemiſ. fiat pilul. maſta, doſis ℥ß. harum uſu menſes promoti ſunt.

Poſtea Peſſarium ſubdere tale juſſi.

℞. Agar. ℥ii. rad. aſar. ℥i. myrrh. ℥ii. ſucc. merculiar. ℥iß. mell. ℥iß. dequoq. ſucc. cum melle ad ſpiſſitudinem convenientem, pulveresque permiſceantur. Sacculuſque pro peſſario impleatur, quod cùm unam noctem ſaltem retinuiſſet, mox chorda umbilicalis propendere cœpit. *Felix Platerus, obſerv. libr.* 1. *pag.* 227.

℞. Cinamom. el. myrrh. an. ℥ß. ariſtol. long. (ea enim partum magis rotunda adjuvat) ℥i. pulv. diambr. & diamargarit frigid. an. ℥ß. fiat omnium pulvis; cujus detur ℥i. vel ℈iß. ex aq. decoctionis hyſſop. & phaſeolorum, mirè namque partum facilitat. Quod ad topica remedia attinet, nullo magis quàm oleo calente ſecundum Deum levata uxor mea fuit. In hunc modum adhibito.

℞. Rad. alth. fol. malv. hyſſop. calamenth. artemiſ. cum floribus ſuis, q. ſ. coquantur in olei. q. ſ. Deinde in veſicas ſuillas oleum illud calens infundibulo injiciatur, tumentibus modicè veſicis ſuillis, atque muliebricis locis admotis, confeſtim paupercula ægra levamen ſentire ſe affirmavit, graveque pondus ad pudendi oſtium deſcendere, quod paulò etiam poſt obſtetricis ope foras prodiit; erat autem mola ſemiputris cum fœtu illi alligato. *Franciſcus Valeriola obſerv.* 1. *lib.* 1.

SUBSECTIO SECUNDA,

Pro Fœtu mortuo excludendo:

INſtituta per aliquot dies victus ratione optimè nutriente & confortante, ad fœtus mortui excluſionem ſequenti methodo progreſſus ſum. Primum conſtituto die inſeſſionem adhibui ex malv. alth. puleg. hyſſop. menth. mentaſtro, artemiſ. melil. ſerpill. origan thymo, rad. alth. malv. lil. alb. ariſtol. rut. ſem. carvi, cumini, fœnic. bacc. juniper. flor. chamæm. & cent. min. Sacculis incluſis, & in aq. decoctis, quibus faccullis poſtea ſubinde quoque loca muliebria foveri juſſi; ſubſequente inunctione emolliente. Tandem etiam Cataplaſma ex decocto colocynthid. ſucco rutæ & myrrha, cum farina ordei concinnatum umbilico impoſui, & intra corpus pulverem ex ſuccini albiſſ. ℈i. unicornu veri ℈ß. ol. ſuccini, gt. iv. ex brodio caponis exhibui: ſicque poſt decem horas, obſtetrice ſuo quoque officio probè fungente, enixa eſt fœtu maſculum perfectum, ſed nigra putrilagine obductum. *Gregorius Horſtius, obſerv.* 37. *lib.* 5.

Mulier quædam, cui à perverſo marito violenta manu ſuper umbilicum vehemens illa.

illatus eſt ictus, poſt quem exanimis immobilem fœtum perſenſit, pluribus celebratis remediis, hoc ſolo unguento poſito ſuper ventrem & in perinæo, fœtum excluſit.

℞. Medull. cococynthid. ſucc. colocynthid. virid. an. ℥i. ſucc. rutæ ℥iß. euphorb. ℥ii. unguent. artanit. ℥iii. myrrh. ℥vi. ol. de caſtor. ol. rutac. an. ℥i. coq. ad ſucci conſumptionem, & fiat unguentum. *Zacutus Luſitanus, obſerv.* 162. *lib.* 2 *Prax admirand.*

℞. Troch. de myrrh. ℈iß. borac. gr. xv. F. pulvis exhib. cum aq. artemiſ. ℥ii. puleg. ℥ß. hoc ſolo liberata eſt mulier quædam. *Auguſtin. Thonnerus, obſer.* 1. *De Fœtu excludend.*

Tonſoris mei uxor obſtetricis incuria agrippam peperit, relicto in matrice integer. rimo puelli capite: adveniens ego poſt 17. horas, per os, teſtium equi præparator. boracis, an. ℥i. cruci ℈i. cum aq. lil. alb. propino. Mirum dictu viſuque. Patiens humi ſuper pulvinaria jacens quadrante poſt horæ, ſternutatorio ex peto naribus admoto, ita ſe concuſſit, caputque relictum tanto impetu ejecit, ut illud per cubiculum ad octodecim pedes ſpheræ inſtar ligneæ ſe rotaverit. Secretum de equinis teſtibus, communicavit mihi *anno* 1600. *Patavii Horatius Augenius* cùm illum in praxi comitaret. *Geſnerus* etiam hoc tanquam myſterium habendum ſcribit in epiſt. ad *Gaſſerum*. Illa ſupervixit, & ter poſt, ut decies ante, ſed eadem fortuna peperit. *Henricus ab Heers, obſerv.* 14.

Stercus equinum in vino expreſſum, & percolatum ſubito Fœtum & Secundinam expellit. *Iohannes Hartmanus. Practic. Chimiatr. pag.* 299.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Fœtu roborando, ne in partu moriatur.

MUlier quædam ter peperit maturum partum. Labores patiebatur conſuetos ante partum, quemadmodum aliæ fœminæ, ſine majori moleſtia, ita ut neque partus admodum difficilis, aut laborioſus eſſet, In ipſis partus doloribus fœtus in utero movebatur ſufficienter, attamen ſtatim poſt excluſionem mortus inveniebatur, idque ter hactenus contigit. Quæritur cauſa & medela; cùm nulla cauſa in hiſtoria referatur, difficile eſt eam conjectura aſſequi. Vt tamen ſententiam noſtram proferamus, dicimus hos caſus accidere, vel ob fœtus debilitatem, vel ob conſtrictionem uteri aut cervicis ejuſdem tempore partus. Remedia igitur ad duo erunt dirigenda; imbecillitatem ſcilicet fœtus corrigendam, & uteri conſtrictionem nimiam impediendam. Ratione prioris conjuges ante conceptionem debent uti victu euchymo & laudabili, ut ſemen purum & omni labe vacuum generetur: tum mater toto graviditatis tempore eodem victu uti debet, ut ſanguinem laudabilem fœtui ſuppeditet. Præterea bis in ſeptimana pulvere ſequenti utatur.

℞. Gran. kermes, raſ. ebor. corall. præp. & margar. præp. an. ℥i. maſtich. ℥ß. manus ch. perl. ℥ii. M. f. pulvis. Doſis ℥i. in ovo ſorbili aut juſculo. Alternis vicibus, loco pulveris, utatur opiata ſequenti.

℞. Conſerv. roſ. ℥ii. cort. citr. cond. ℥i. myrobal. cond. & nuc. moſch. cond. an. ℥ß. corall. præp. & margar. præp. an. ℥i. raſ. ebor. ℥ß. f. opiata cum ſyrup. condit. citri, de qua capiat magnitudinem caſtaneæ ſemel aut bis in ſeptimana loco pulveris.

Si utcumque tandem faſtidiat, utatur tabellis ſequentibus guſtui gratiſſimis.

℞. Confect. alkerm. ℥iii. Ambr. griſ. ℈i. Sacchar. in aq. namphæ & roſ. diſſoluti ℥iv. f. tabellæ: quibus etiam omni hora uti poterit per ſupradictorum uſum.

Dum ingredietur nonum menſem, ſequentia applicentur ventri manè per dimidiæ horæ ſpatium.

℞. Vini generoſ. ℔iii. Caleſiat, & in eo diſſolv. ol. nuc. moſch. ℥ß. pulv. cariophyll. & granor. chermes an. ℥iii. M. & ſpongia hoc liquore imbuta umbilico applicetur calide bis in ſeptimana.

℞. Nuc. moſch. macis, cariophyll. & cinamon. an. part. æq. Excipiantur melle calido ad formam linimenti, & extendantur ſuper cruſtam panis aſſatam, & umbilico applicentur manè ſingulis diebus vacuis ab uſu fomenti.

℞. Aq. nam phæ & rosan. ℥iii. aq. cinamom. ℥i. M. capiat cochl. unum singulis diebus manè per totum noni mensis decursum.

Tempore partus exhibeatur cum singulis jusculis ℥ß. confect. alker. & hora una post jusculum quodvis exhibeatur aquæ cinnam. cochl. unum. Umbi ico applicetur frequenter frustum semiassæ carnis calidum, & pulver. cinnam. nuc. mos. & cariophyll. conspersum.

Ratione constrictionis uteri, aut cervicis illius, si mulier non sit gravida extra hyemem, utatur frequenter semicupio ex decocto emollientium parato. in graviditate à principio noni mensis ad diem partus illinantur cervix uteri perinæum ol. sem. lini sine igne extracto. Actum *Monspelii* anno 1635. *Lazarus Riverius*, *observ. 7. cent. 2.*

SECTIO DECIMA NONA.

De Fractura.

FRactura (Græcè κάταγμα ab ἄγνυω & ἀγνυμι frango) continuitatis ossium est solutio à violentia quadam extrinsecus irruente accidens. Causæ internæ nullæ sunt, externę vero ea omnia quę contundere vel dividere ossa possunt. Facit etiam ad faciliorem ossium fracturam eorundem constitutio fragilis, sive ea sit naturalis, sive à carie luem veneream subsequente acquiratur. Fracturarum pluries sunt differentiæ alia est per transversum, ita ut nullo pacto extrema cohæreant, & hæc καυληδὸν, à fracti caulis similitudine appellatur. Dicitur etiam ῥαφανηδὸν, à similitudine fractæ radiculę & cucumeris. Alia est quæ σώτριμμα, *i. e.* comminutio dicitur, quando os in plures partes conteritur, quæ & καρυηδὸν, *i. e.* nucatim à quibusdam vocatur, quod sit facta in modum contusarum nucis testarum; alia rursus est secundum longitudinem, quę Fissura nuncupatur. *Galeno* verò σχιδακηδὸν *i. e.* asseris modo. Alia demum est magna, alia parva, alia simplex, alia multiplex, alia est sola, alia est cum carnis contusione, & vulnere: à parte denique affecta variæ petuntur differentiæ, ut alia est fractura cranii, alia humeri, alia brachii, &c.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Fractura Brachii in Sene decrepito.

CUrationem hoc modo instituì, clementer expurgato corpore, illam victus rationem quæ multum nutrit (omissis tamen cibis viscosis, qui mihi in fracturis mirum in modum suspecti) sanguinemque optimum procreat calidum nativum, & humidùm radicale instaurat, præscripsi. Singulis quoque diebus jejuno stomacho, ad ℥iii. sequentis Pulveris ex jusculo carnis recentis exhibui.

℞. Lapidis osteocoll. diligenter præpar. ℥i. cinnam. el. ℥iii. sacch. ℥ii. M. F. pulvis tenuissimus, brachium usque ad scapulam sequenti linimento quotidie bis inunxi.

℞. Ol. lumbric. ℥ii. ol. gran. junip. ℥ii. Succi lumbric. ℥i. M. F. linimentum. sed ante omnia primo ossa in locum suum, ea qui fieri potuit diligentia, reposui, post inunctionem sequens applicui Emplastrum.

℞. Empl. Vigonis ad fractur. ℥ii. empl. oxycroc. ℥ß. lapid. osteocoll. præpar. ℥iß. lumbric. præpar. & in subtilissimum pulverem redactor. ℥i. cum q. f. ol. lumbric. F. Emplastr. fracturum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum diem solvi, & medicamenta renovavi. Reliquum vero brachium quotidie semel aut bis, ut dictum est, ad scapulam & nucham usque inunxi: hisce adhibitis remediis, callus intra paucos dies, usque adeo procreatus fuit; ut collisio ossium non amplius perciperetur, & brachium intra quatuor septimanas restitutum fuerit: & sic natura in hoc decrepito veluti assopita expergefacta, & calor nativus ferè extinctus in ista parte, iterum beneficio prædictorum medicamentorum accensus fuerit: quantum valeat in fracturis ossium ostocolla seu lapis ossifragus non rarò expertus sum: reperitur in campo quodam arenoso prope *Darmstadium*. Eligitur qui sub terra absconditus, extra terram prominens est invalidus nulliusque momenti. *Guil. Fabrit. Hildanus*, *obs. 90. cent. 3.*

Lapis osteocolla, qui & Sabulosus dicitur, singulari quadam virtute, & proprie-

tate

tate occulta generandi callum præditus est: idque ego cùm in aliis tum præcipue in quadragenario quodam observavi, is quum utraque focilia ad malleolum sibi transversim confregisset me advocandum jussit. Ossa in situm naturalem reposita, singulis matutinis horis jejuno stomacho ʒi. hujus lapidis in marmore cum aq. rad. symphit. prep. exhibui primis diebus cum ptisana, aut jusculo carnis recentis, postmodum verò cum vino: iis quæ fracturæ applicui eundem lapidem pulverisatum & præparatum admiscui inde factum est, ut spatio triginta dierum plenissimè restituta sit tibia ita ut sine adminiculo incedere potuerit *Guil. Fabrit. Hildanus*, *obs.* 90. *cent.* 1.

Lapis hic cautè & in senibus tantùm aut extenuatis, & quibus languet calidum nativum adhibendus est, ne aliàs callus superfluus generetur multo labore diminuendus. *Guil. Fabritius Hildanus*, *observ.* 91. *cent.* 1.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Fracturis.

EGo jam à multis annis magno cum successu sequenti utor emplastro infracturis.

℞. Empl. Slotani ʒvi. ceræ nov. ʒij. coloph. gummi elemi pinguissimi an. ʒi. dissolv. lento igne. Postea inspergo sequentes pulveres, rad. consolid. maj. balaust. nuc. cupress. ros. an. ʒi. mastich. thuris, an. ʒii. M. addendo ol. rosac. q. s. ut F. ceratum. In adultis & extenuatis ad ʒi. hujus emplastri tantundem osteocollæ præp. admisceo. Singulis quoque diebus manè tribus ante pastum horis, de eodem lapide cum jusculo carnis vel vino albo exhibeo: multum enim curationem lapis ille accelerat. In juvenibus verò, & qui optima corporis sanitate fruuntur, lapis ille sive per os datus, sive exterius adhibitus minimè convenit: non autem statim ab initio, neque primis diebus applicandum est prædictum emplastr. multo minus oxycroceum, ne affluxus humorum ad partem læsam sequatur: ab initio itaque postquam os fractum in situm suum repositum est, sequens applico Cataplasma:

℞. Rad. consolid. maj. torment. bistort. an. ʒß. boli alb. ʒi. balaust. ʒi. nuc. cupress. gallar. ros. rubr. an. ʒii. F. omnium pulvis tenuiss. cui admisce farinæ hordei ʒvi. hujus pulveris accipe quantum opus est pro membri fracti magnitudine, ex quo cum posca formetur cataplasma in mortario vel alio vase sine calore ignis, addendo vitellum ovi cum albumine, parumque olei rosac. applicetur membro fracto & renovetur ab initio tertio vel ad summum quarto quoque die, donec Symptomata non amplius sint metuenda. Tunc Emplastr. Vigonis, vel meum applicari poterit, & de sexto vel decimo in decimum diem reiterari. *Guil. Fabritius Hildanus*, *Cista militar.* classe 15.

Emplastri palmei sive *Slotani* qui primus ejus author, hæc est descriptio.

℞. Adipis porcin. rec. & fragrantis, minii, an. ʒxii. chalcitid. ust. sed non ad rubedinem, aluminis usti, an. ʒii. adipis cervini ʒiv. mastich. thuris in tenuiss. pulver. redacti, an. ʒii. fiat emplastr. S. A. agitando bacilis faliceis & succulentis. *Guil. Fabrit. Hildanus*, in consilio. *De conserv. valetudine*, in Epistola ad *Croquerum*.

Curationes illas ossium confractorum per lapidem, quem *Erastus* fabulosum vocat, quis non pene fabulas esse judicet? Multo etiam magis, unguentum illud, quo telorum inunctione, vulnerati sanantur, ridiculum videatur: & tamen fide digni amici nostri utrumque sanctè affirmant. Sunt alia sexcenta, quæ fidem omnem superant, non tamen ideo falsa sunt: quare vehementer in iis πχϛαϛ & ubi ratio repugnat, experientiæ, cum admiratione subscribo *Andreas Dudithius*, *epist.* 5. *lib.* 6. *& epist. Cratonis* & aliorum à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Fractura humeri.

OSse per Chirurgum reposito, emplastrum hoc adhibitum est.

℞. Farin. Fabar. farin. ciceris, hordei, farin. volatil. molendini, aa. ʒß. mastic. tragacant. gummi Arab. mummiæ, bol.

bol. armen. myrtil. pulveriſ. an. ℥iii. album ovor. v. conquaſſata in vino ſtyptico nigro: ſucci plantag. aut vini ſtyptici q. ſ. ad incorporandum. F. Emplaſtrum. Hoc conſtringit, repercutit, roborat, & firmat. Diende ſtupas longas, latas, aqua prius balneatas & expreſſas toti brachio circum voluebat, & faſcia latitudine quatuor digitorum, aut quandoque duabus præparatis alligentur dicta, adjectis ferulis quatuor aut ſex, interim facta reſtauratione, etiam pannus lineus infuſus in ol. roſ. prius apponatur. Deinde reliqua jam dicta, ut emplaſtr. ſtupæ & ferulæ in injectis faſciis ut moris eſt: non ſolvebatur ad quinque dies. Interim brachium inungebat, nec non & ſpaculam & loca vicina aliquo defenſivo: & ſanguis detractus eſt ex brachio oppoſito: atque ita Chirurgo procedente, ut in reliquis fracturis hic tandem curatus eſt. *Petrus Foreſtus obſerv.* 8. *lib.* 8. *Obſerv. Chirurg.*

In principio fracturæ dislocationis & torſionis juxta *Ioh. de Vigo* hoc medicamentum apponi poteſt.

℞. Album. ovor numero iii. ol. roſac. omphac. ol. roſ. compl. an. ℥x. ol. myrtill. ℥iß. farin. volat. farin. hord. an. ℥vi. bol. armen. ſubtiliſſ. triti, ſang. drac. an. ℥iii. M. F. Emplaſtr. Eſt mirabile primis diebus. Tranſacto autem nono aut decimo die; nullo contradicente ſymptomate, ut eſt dolor, apoſtema, pruritus, tunc ſupra fracturam & dislocationem utiliſſimum eſt hoc infraſcriptum apponere.

℞. Albumin. ovor. numero iv. ol. myrtin. ol. roſ. an. ℥ii. terebinth. claræ ℥iß. myrrh. aloes, an. ℥ii. ſang. drac. bol. armen. an. ℥ß. farin. violatil. ℥iii. M. & utere, in fractura & dislocatione eſt ſingulare remedium. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 3. *lib.* 8. *Obſerv. Chirurg.*

Ubi callus juſtæ magnitudinis generatus fuerit, medicamentis roborantibus confirmandus eſt. Ideo tale Emplaſtrum imponendum eſt.

℞. Ol. roſac. ℥ij. ceræ ℥iiiß. reſinæ pulveriſ. ℥iij. colophon. maſtich. thuris an. ℥ß. nuc. cupreſſ. rad. erythrodan. *i. e* rubiæ tinctor. an. ℥i. croci ℥ß. M. F. ceratum quod ſupre linteum vel alutam extendatur, & applicetur. *Daniel Sennertus, præctic. lib.* 5. *part.* 5. *cap.* 1.

SECTIO VIGESIMA.

Pro Fuci Vulnere.

CUm die quodam apud amicos commoraret, unus ex iis in ſuperiore labro à fuco vulneratur, ſtatim intumuit vulnus, cum maximo patientis dolore: ſine mora, muſcas contritas appoſui, quo brevi dolor ſedatus eſt, tumorque evanuit. *Iul. Cæſar. Baricellns.* Hortul. geniali.

SECTIO XXI.

Pro Fungorum veneno.

PRinceps quædam magni nominis, cùm quodam die in prandio fungos comediſſet, ſub veſperam dolore torminibuſque maximis ventris, nec non cardialgia correpta fuit; mox quoque vomitus & fluxus ventris ſupervenerunt. Primò excrementa & fungos excrevit, mox quoque mucum qui inteſtinis adhæret, ſanguinemque dejecit; leipothymiæ frequentes & virium proſtratio aderant, & ita quidem, ut excrementa involuntariè ſimul & ſudores frigidi profluerent. Medici etſi ſummam adhiberent diligentiam, morbus tamen medicamenta præcellere, eaque reſpuere videbatur: totam itaque noctem veluti in agone contrivit. Sequenti die, cùm princeps (quem peregrè abſentem illicò acciverant) adveniſſet, protinus ad gr. 40. lapid. bezoar. or. in pollinem redacti ex vino albo propinavit, poſt ſemihoram ſudor calidus & univerſalis ſupervenit, & intellectus rediit, mox ſomnum quoque repetiit, cujus beneficio vomitus ſimul & fluxus ſanguinolentus ceſſarunt, & intra paucos dies integram valetudinem recuperavit. *Guil. Fabrit. Hildanus. obſerv.* 34. *cent.* 4.

Plurimos *Romæ* fungorum eſus interfecit: huic veneno remedium optimum propoſuimus toties quoties opus fuit, ſemper cum victoria; videlicet oxymel cum theriaca: duplici modo Fungi noxii ſunt, aut

ut ob pravam qualitatem quam habent à ua natura, aut ob lentorem & craſſitiem, eu viſcoſitatem quandam, qua mediante naximopere lædunt: viſcoſitas inciſione, & prava qualitas indigit alexipharmaco: dminiſtrando theriacam cum oxymel. tam implici quàm ſcyllitico, his indicationibus atisfacimus, ut pluries experimento comprobavimus. Nullus enim hoc remedio umpto interiit, ſed omnes, placente Deo, onvaluerunt. *Dominicus Panarolus, obſerv.* 45. *Pentecoſt.* 3.

Galenus in tali caſu utitur ſtercore gallinaceo, 10. Simpl. cap. 10. ſic ſcribens. „ Porrò cùm conſpexiſſem illum in *Myſia* „ Medicum gallinaceo utentem ſtercore „ in iis, qui ab eſu fungorum ſuffocaban„ tur, & ipſe quoque ſum uſus in quibuſ„ dam urbem inhabitantibus, qui & ipſi „ fungos eſitarunt; ipſum videlicet ad læ„ vorem contritum tribus quatuorve oxy„ crati aut oxymelitis inſpergens cyathis, „ & palam adjuti ſunt, idque celeriter. „ Nam qui præfocabantur, paulò poſt vo„ mebant pituitoſum humorem omnino „ craſſiſſimum, & exinde planè libera„ ti ſunt ſymptomate. Eſt autem hoc „ ſtercus columbino minùs calidum. *Petrus Foreſtus, obſervatio* 116. *Schol. lib.* 10.

SECTIO XII.

De Furunculo.

FUrunculus Δοθιην Græcis appellatus, tuberculum eſt acutum, cum inflammatione ac dolore, ovum columbinum magnitudine non excedens, oritur a ſanguine craſſo & vitioſo: rarò ſolitarius erumpit, ſed plerumque plures ſimul.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Furunculis in dorſo.

POſt ſanguinis miſſionem & purgationem, ſolo pane nigro frumentaceo cum butyro manſo & valde pingui appoſito, facilè ad ſuppurationem perveniebant; vel ſolo diachylo appoſito, vel, ut alias expertus ſum, beta vel caulibus butyro illitis appoſitis erumpebant, & facilè ſanabatur. Sed & hoc Cataplaſma ad furunculos expertum eſt, & alia apoſtemata ex aduſtione ſanguinis.

℞. Fol. malv. acetoſ. an. Mj. ficuum ping. numero VI. uvarum paſſarum amotis arillis ℥j. bulliant, piſtentur in mortario addendo fermentis acris ℥iß. axung. porc. rec. ſine ſale q. ſ. F. Cataplaſma. Diſſipat etiam Furunculum ac concoquit triticum commanſum & impoſitum, pingues item ficus diſſectæ.

In eo nullum eſt periculum, etiamſi nulla adhibeatur curatio, matureſcit enim per ſe atque erumpit; ſed dolor efficit, ut potior medicina ſit, qua maturius liberet. Proprium ejus medicamentum eſt Galbanum, vel reſina, vel fermentum: expreſſo pure, nulla ulterius curatio neceſſaria eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 9. & Schol. lib. 1. Obſerv. Chirurg.*

MEDICINÆ PRACTICÆ LIBER SEPTIMUS.

De Affectibus à littera G incipientibus.

SECTIO PRIMA.

De Ganglio.

Γάγγλιον, tumor eſt præter naturam concolor, durus, renitens, & indolens, at ſi violenter premas, ſtuporis ſenſum exhibet: frequenter pellicula propria includitur, nonnunquam etiam ea omnino caret: circa partes membraneas, oſſa, tendines, nervos, & articulos ut plurimùm enaſcitur. Si extra has partes oriatur, quibuſdam nodus appellatur. Pro cauſa agnoſcit ictum, extenſionem aut laborem nimium, à quibus nervus vel tendo nimis extenditur, vel etiam ſecundùm membranam quaſi rumpitur, hinc facilè partis nervoſæ nutrimentum exudat, & circa ejus ſubſtantiam adhæreſcit, & tandem a facultate partium earum formatrice in hanc ſubſtantiam mutatur: a lenta etiam & viſcida pituita oriri volunt plerique.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ganglio in ſumma ſiniſtra manu.

Diſſolvi & diſſipari debet tumor iis, quæ digerunt & reſolvunt, ſed videndum eſt ut ita tractetur, ne tenuiore parte extracta, quod reliquum eſt viſcoſum & craſſum concreſcat: quare neceſſarium eſt omnino, ut uno eodemque tempore applicentur tumori, quæ emolliunt, incidunt, digerunt & reſolvunt: in hunc uſum applicarem ſequens ceratum.

℞. Empl. oxycroc. ℥i. ammoniac. ping. bdellii, ſolutor. in aq. vitæ, an. ℥ii. rad. ireos ℈i. lumbric. vino lotor. & diſſolut. numero iii. commixtis omnibus cum pauco oleo terebinth. & cera nova. F. ceratum extend. ſuper alutam, applicetur tumori, & faſcia arctiſſimè conſtringatur, huic cerato ſi lamina plumbea ſuper ligetur, videtur mihi ex uſu fore. *Avicenna* & ſecuti eum ante nos plerique plumbeam laminam ſimili aliquo emolliente & digerente medicamento illitam imponebat: quod ſanè ego improbo: & quia humor viſcoſus eſt, difficilis reſolutionis, membranis & tendonibus adnatus, arbitror maximopere profuturum ſi ſingulis quatuor, quinque, vel ſex diebus ſoluta facia, ablato cerato, ſuffumigetur tumor ſuffitu acerrimi aceti, quod Satureiam, vel Origanum, vel quid ſimile incoxerit, affuſis pyritidis, vel lapidum molarium fruſtis candentibus. Deinde abſterſo ſudore, & compreſſo, & frictionibus exercitato tumore, rurſus ceratum imponatur. Mirum quantum commodum hoc præſtet, & expeditum ſit, id genus morbis remedium; attenuat, incidit, diſcutit, reſolvit, partem roborat & firmat. Ex *Galeno*, bractea tenuis plumbi probe ganglio alligata planè ipſum diſſipat. *Reinerus Solenander, conſil.* 24. *ſect.* 1.

Illuſtris Matrona quædam ganglion ad carpum jam annos aliquot habet, avellanæ magnitudine, indolens, quod proximis partui diebus ſponte evaneſcit. Senſim decreſcens leve aliquod fugillationis indicium in circuitu relinquit, quod & ipſum per cutis poros omnino diſſipatur, certiſſimo brevi inſtantis partus argumento, quod repetita experientia jam dudum advertit. Secunda a partu ſeptimana, quod penitùs abiiſſe jurares ganglion, in eodem quo antea fuit loco revertitur, ſenſim ad priſtinam aſſurgens magnitudinem. Cauſam verò

ſtatis.

ſtatis vicibus ſic ſponte & abeuntis & redeuntis tumoris, quia nec a ſanguine, nec a peculiari uteri cum carpo conſenſu derivare queo, a felicioribus naturæ myſtis diſcere amo. *Thomas Bartholinus. Act. Medic. cap. 56. anni 1671. & 1672.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ganglio in poplite utriuſque cruris pugni magnitudine.

HOneſta quædam matrona aliquot annos in poplite in utroque crure tumorem gerebat, pugni magnitudine in uno, & altero paulo majorem, concolorem, moleſtiam potius quam dolorem afferentem, flexionem tamen articuli illius, & ſic incеſſionem aliquo modo impedientem: quem tumorem cùm inſpicerem, Ganglion eſſe judicavi. Plumbariis thermis, ut eos extirparet, aliiſque remediis, ſed ſine fructu, uſa fuerat. Ad fortiora tranſeundum eſſe docui, illique primum hunc fotum præſcripſi.

℞. Lixivii, urinæ, & vini an. pt. aq. adde ad menſ. i. hujus liquoris, aq. vitæ ℥i. ſpirit. jubi p. ℥i cum ſpongia intincta fomententur tumores calide. Poſtea apponatur hoc emplaſtrum.

℞. Rad. bryon. irid. rec. an. ℔ß. bulbor. lilior. ℥ii. coq. in aceto fortiſſ. & contund. & piſtentur: addendo ol. lilior. ℥ii. gummi ammoniac. in aq. vitæ ſolut. ℥iii. pulv. rad. ireos ℥ii. redigantur in formam emplaſtri vel cataplaſmatis; continuabat fotum & emplaſtrum in dies, domum reverſa ſpatio trium menſium, unde admodum imminuti tumores, adeo ut licet aliquid adhuc appareret, tamen nullum ferè impedimentum amplius adferrent. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 703.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ganglio.

JUvenis quædam mulier Ganglion habebat in facie Ceraſi magnitudine, infra oculum ſupra Zygoma, quod intra menſem diſcuſſum eſt, admota lamina plumbea hydrargyro illita & emplaſtro infixa, ut melius hæreret: eaque ſuper Ganglion admota, una cum emplaſtro, ſplenium ſatis ſolidum ſuperimponebam, deinde faſcia alligabam quæ ſemiphalera a *Galeno* nominatur. *Samuel Formius, obſ. 16.*

Mulier quædam ictum frontis paſſa eſt, quam tumor nullus ſubſecutus eſt, ante quindecimum diem, quo tumor obortus eſt magnitudine nucis juglandis, ſed mobilis, nuncque dolebat, nunc molleſcebat, nunc minuebatur, nunc augebatur, & ſic per longum tempus cum maximo incommodo permanſit: curatus tandem fuit aq. vitæ cum rutæ ſucco mixtæ admotione, linteiſque arctè fronti appoſitis. *Petrus Borellus, obſerv. 15. cent. 1.*

SECTIO SECUNDA.

De Gangræna.

GAngræna, (vulgò ignis *S. Antonii*) incipiens eſt partis corruptio ad νέκρωσιν tendens, quæ cum jam eo proceſſit, ut pars corruptione extincta & emortua ſit, σφάκελος, ſideratio nuncupatur: adeo ut duo hæc mala non niſi magnitudine differant: in Sphacelo enim pars omni ſenſu & vita deſtituitur, in Gangræna verò nondum adhuc adeſt perfecta partis corruptio: Cauſa utriuſque eſt caloris nativi in parte deſtructio, quam infert frigus nimium, venenata qualitas, prohibita tranſpiratio, calor externus vehemens: alimenti & caloris influentis defectus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Gangræna ex inflammatione.

POſt præſcriptam victus rationem, ad arcendam defluxionem, pro primo ſcopo Chirurgus applicet loco affecto defenſivum ſequens.

℞. Farin. hord. ℥vi. bol. armen. alb. ℥ii. pulv. gall. virid. nuc. cupreſſ. cortic. granat. an. ℥iß. camphor. ℥i. cum oxymel. F. cataplaſma. Hoc mihi uſitatum eſt: oleoſa enim omnia ſuſpecta ſunt in Gangræna, poros quippe obſtruendo tranſpirationem inhibent, & vapores putridos in parte affecta

cta retinent: ceſſante defluxione poſſunt defenſiva intermitti, ut innatum calidum minore negotio penetrare queat in partem affectam. Secundus ſcopus eſt alio revellere & derivare humores in partem affectam affluentes, idque quam citiſſimè, adhibitis purgationibus, phlebotomia, cucurbitulis, hirudinibus, aliiſque id genus remediis: Tertius ſcopus eſt, ut pars in priſtinum ac naturalem ſtatum reſtituatur; id fiet evacuato accuratè ſanguinis, & cæteris humoribus parti affectæ impactis, ac in ea concluſis, itaque quamprimùm proſpiciendum eſt quid facto opus ſit, & ſcalpelli acie tentandum, ſitne Gangræna profundior, an ſuperficiaria: tum pro diverſitatis ratione, ſcarificationes levius aut altius imprimendæ: dein ſatis magna ſanguinis quantitas ſinenda effluere: quin etiam ſi quæ ſit in parte affecta grandior inſigniorque vena: ea audacter & ſine mora incidenda, ſic enim ſanguis & humores exonerantur, pars affecta refrigeratur, & aperitur pororum obſtructio: id tamen nequaquam aggrediendum niſi morbus graviſſimus, & æger juvenis, & vires firmæ fuerint: nervos autem maiores, tendines & arterias nefas attingere, niſi maxima & inſignis adfuerit corruptio; alioquin metuendum a convulſione, motus deperditione, doloribus acutiſſimis, ſanguinis profluvio, & ſpirituum vitalium reſolutione, Syncope, imò & morte. Præter ſcarificationes *Avic.* & alii Scriptores iubent apponere hirudines, pro plus depleatur ſanguinis & humorum: id quod & ipſe ſoleo facere, quoties potiſſimum ſanguis parcus educitur ſcarificatione: evacuato ſanguine, abluenda pars aceto & ſale marino ſimul liquatis, hæc enim putrefactioni plurimùm repugnant: at ſi profundior fuerit gangræna, efficacior adhibenda lotio, qualis eſt ea quæ ſequitur.

℞. Lixiv. fortiſſ. aceti opt. an. ℔iii. ſcordii, utriuſque abſinth. rutæ, lupinor. contuſ. an. M. ß. rad. ariſtol. rot. vincetoxic. an. ℥ß. ſamarin. ℥iv. coq. ad conſumptionem tertiæ partis: in colat. diſſolv. aloes, myrrhæ, an. ℥ß. aq. vitæ ℥ii. camphor. ℥ß. quoties remedia permutare neceſſe fuerit, lavare oportebit partem fotu illo tepido: nam præterquam quod plurimum reſiſtit putredini, etiam revocat innatum calidum, reſolvit & exſiccat corruptos humores inibi concluſos Inſuper toti parti affectæ ſcarificatæ imponendum unguentum Ægyptiacum *Meſues*.

Quod ſi corruptio major eſt, ſoleo idem unguentum ſic componere.

℞. Ærugin. ℥iv. mell. opt. & cum decoct. abſinth. & ſcord. deſpumat. ℥xvi. aceti ſciilit. ℥vi. alumin. roch. ſal. armoniac. an. ℥j. ſucc. rutæ, ſcordii utriuſque & alliariæ, an. ℥iii. coq. ad ſpiſſitudinem mellis. Deinde admiſce theriac. opt. mithridat. an. ℥ß. camphor. (plurimum enim penetrat & putredinem inhibet) ℥i. Sic præparatum unguentum ſolum reſiſtit putrefactioni, ſed & temperat ac minuit vaporum malignitatem, qui perpetuò attolluntur à parte obſeſſa gangræna, & lædunt principes: breviter Ægyptiacum præſtantiſſimum & primarium eſt in gangrænæ remediis, ſeparatque mortuam carnem à viva & laudabili gignens eſcharam: ubi tota pars Ægyptiaco contecta fuerit, inſuper applicandum cataplaſma ſequens, quod & ipſum reſiſtit putredini exſiccat humores excrementitios doloreſque ſedat.

℞. Farin. lupin. lentium, fabarum, lolii, ſal. marin. an. ℥iii. pulv. ſummit. abſinth. ſcord. utriuſque, alliar. rutæ, an. ℥j. coq. in oxymel. ſimpl. & F. Cataplaſma; refrigerato adde aloes, myrrh. an. ℥i. aq. vitæ ℥iii. M. prædictæ autem farinæ imprimis lupinor. mirum in modum in Gangræna aliiſque putridis ulceribus conveniunt. Exſiccant enim, diſcutiunt, & putredini reſiſtunt. In præparatione autem diligenter proſpiciendum eſt, ne diu farinæ hæ cum reliquis pulveribus coquantur: fieret enim nimis viſcoſum & glutinoſum, ac proinde inutile cataplaſma.

Hæc autem remedia omnia, ablutio cataplaſma, &c. tepidè ſunt admovenda, linteiſque præterea calidis obvolvenda pars affecta, etiamſi Gangræna orta ſit ex inflammatione. Sic enim pene extinctum & intermortuum innatum calidum revocatur, & quaſi rurſum accenditur in parte affecta.

Chirurgus quoties ad ægrum accedet, his remediis excitatæ eſcharæ ſummam partem

tem tollere conabitur, aut ſcalpelli acie incidet, uſque ad partem ſanam, quo detur medicamento penetrandi via, ad corrigendum quicquid depravatum & corruptum eſt: nec alia procedat methodo donec videat morbum ſuperatum & evictum: id verò ex eo deprehendet, quod malum non latius ſerpet, & circa ipſum apparebit circulus exactè rubens & exquiſiti ſenſus: ſeparationem enim carnis mortuę à viva naturę & medicamentorum beneficio fieri indicat. Corrigitur etiam corruptio & caro emortua cauterio actuali nempe ferro ignito, quod uti ſupremum remedium, ita quoque maximum putatur: quapropter in curatione Gangrænæ & Sphaceli, potentiali ab authoribus claſſicis dignitate & præſtantia præponitur. Eſchara his remediis facta, curandum quamprimùm ut excidat. Ad id utile eſt unguentum ſequens, itemque ad ulcus abſtergendum & mundificandum.

℞. Farin. ervi. rad. ariſtol. rot. irid. flor. vincetoxic. angelic. an. ℥ß. theriac. ℥ii. cum ſ. q. mell. roſat. F. unguentum.

Mundificativum noſtrum de ſucco apii, ad mundificanda & incarnanda Gangręnę ulcera, aliaque ſordida & maligna ſic præparatur.

℞. Succ. apii, ſcord. arnogloſſ. maj. rutæ, an. ℥iv. mell. roſat. ℔j. coq. ad conſiſtentiam Syrupi: tum admiſce farin. lupin. pulv. rad. ariſtol. rot. angelic. vincetoxic. theriac. an. ℥ß. aq. vitæ ℥j. M. F. unguentum; quod ſervetur in vaſe vitreo.

Si Gangræna in Sphacelum deſinat, unica curandi ratio erit, ut pars ſincera & ſana conſervetur, defenſivis applicatis, ne mortificatio altius ſerpat, & extirpetur omne illud quod corruptum eſt. Amputatio membri fieri debet in parte ſana, cum ſatius ſit ſincerum aliquid reſecare, quàm emortuum quidpiam relinqui. *Guil. Fabric. Hildan. lib. De Gangræna & Sphacelo.*

Quidam ante membrorum amputationem ſemper exhibens Philonium Perſicum metu hæmorrhagiæ, ad retinendum ſanguinem, & cum ſucceſſu quidem: verum Philonium unico tantum die naturali vaſere notum eſt, quotidiè ergò illud aſſumendum foret, cum magno corporis detrimento. Satiùs verò, eſt. ex *Hippocratis* ſententia, tertio, vel quarto die venam ſecare. *Philippus Salmuthus, obſerv.* 80. *cent.* 1.

Si proveniat ex frigiditate ego utor hoc medicamento optimo & divino quo plures ſanavi.

℞. Rapum unum domeſticum, unam ſatis craſſam radicem raphani: optimè deradantur, cùm verò ſunt deraſa.

℞. Pulv. ſem. ſinapi, ℥j. cariophyll. ℥iii. ol. ſem. lini. ol. nuc. jugland. vetuſt. an. q. ſ. M. in mortario, & F. Emplaſtrum, & calidum ſuperponatur, aut tepidum, & optimum eſt. *Gabriel Fallopius, lib. De Tumoribus, cap.* 26.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Gangræna pedum.

STatim ſupra pedes imponere oportet quæ calefaciunt actu & potentia niſi putredo ſolidas partes occupaverit. Emplaſtrum tale eſt.

℞. Radicem unam raphani hortenſ. & aliam rapi: terantur in mortario, ad Sinapi ℥j. pulv. cariophyll. ℥iii. ol. ſem lini & jugland. veter. an. q. ſ. F. Emplaſtr. quod calidum applicetur pedibus per unum diem, in loco calido jaceat. Hoc emplaſtro ſolent curari liquorum pedes in triremibus per hyemem ſiderantur à frigore, & qui iter hyeme per loca frigida confeciunt. Sed ſi magna ſit putredo, uſque ad partes internas ſe extendens, illicò ſcarificanda loca altis & profundis ſectionibus, & procurandum ſanguinem defluere, qui in partibus putruit, deinde, quæ valde ſiccent ſunt apponenda, & lavandæ partes aqua ſalſa, in qua Ægyptiacum diſſolutum fuerit: bene calida ſit lotio, & idem unguentum poſtea apponatur. Si hæc non juverint, abſcindantur partes. *Rodericus à Fonſeca. tom.* 2. *conſult.* 11.

Vir quidam Nobilis Gangrænam patiebatur in tibia, quæ eò proceſſerat, ut Medici & Chirurgi partem amputare decreverint, quod cùm ad ſequentem diem diſtulliſſent, poſt eorum diſceſſum, adductus fuit Empiricus, qui Gangrænæ curationem pollicitus eſt, & cùm æger ſe illi commiſiſſet, per totam noctem partem

aſſe-

affectam fovit aqua in qua Calx & Creta alba decoctæ fuerant, & manè Gangræna apparuit protinus ablata. *Samuel Formius, obſerv.* 24.

Vir quidam è plebe febre continua laborans, ab imperito Chirurgo vena aperta, incidit in tumorem illius brachii cum inflammatione, quæ tandem in gangrænam deſiit, ita ut totum brachium liveſcens appareret. At in duobus lotis color magis immutatus erat, in iiſque ſcarificationes non ſentiebat. Igitur poſt multas ſcarificationes admovebantur remedia, quæ parùm proficiebant; imo brachium in deterius vergebat. Ego tandem vocatus locos ſcarificatos humectari jubeo ſpiritu ſulphuris, quo caro mortificata exuſta eſt, ac veluti cauterizata. Poſtea foveri jubeo totum brachium calidè ſpiritu vini, in quo pulveres aloes & myrrhæ infundebantur. Poſtea inſpergebantur toti brachio pulveres prædicti ex aloe & myrrha, magna quantitate, ac deinde ſupra pulveres admovebantur lintea ſpiritu vini madefacta. Quo remedio per aliquot horas, uſurpato, brachium, miraculi inſtar, nativum colorem recepit, tumore imminuto; & gangræna fuit cohibita, ita ut ſequenti die loca mortificata & exuſta à viva carne ſeparari cœperunt; quibus admotum fuit digeſtivum ex vitellis ovorum, terebinthina & melle, ac poſt integram ſeparationem epuloticis curatio abſoluta eſt, *Lazarus Riverius, obſerv.* 84. *cent.* 1.

SECTIO TERTIA.

Pro Genu tumido.

BIennium totum tumorem immenſum mollem & laxum mulier quædam ruſtica in genu habebat, qui quo minus rectè ſtare vel incedere poſſet, admodum illam impediebat. Sequenti remedio brevi ſanata eſt.

℞. Radices brioniæ recentes & irid. in taleolas ſectas unà cum bulbis lilior. & narciſſi vulgaris pratorum, incid. & contund. & in vino addita etiam aqua vitæ coq. ut fiat cataplaſma, cujus portio calidè cum panno lineo in dies tumori imponatur, deraſa ſemper prius remanentia quæ ſiccata tumori adhæret. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 3. *pag.* 704.

Mulier triginta annos nata ab octo menſibus tumorem patiebatur partem ſemotis inferiorem occupantem & ipſum genu, nullus rubor aderat, ſed dolor eam infeſtabat, ut claudicare cogeretur. Multis remediis reſolventibus adhibitis, tumor in eodem ſtatu permanebat, tandem in duobus locis, parte ſcilicet interna & externa elevatio ſatis inſignis apparuit, eaque circumſcripta cum mollitie & fluctuatione, ita ut purulentam materiam adeſſe omnes exiſtimarent, admotum eſt cauſticum potentiale parti magis tumenti, quæ erat exterior, poſtmodum ſcalpello incisa eſchara, & aperto tumore, flatus quidam emanavit, & nihil aliud. Simile exemplum habetur apud *Zacutum Luſitanum, lib.* 2. *prax. admirand obſervat.* 163. ubi docet ex *Gal.* & *Avic.* hujuſmodi tumores in genu ſæpe à Medicis aperiri; pus intus latere exiſtimantibus, & nihil aliud tamen quàm flatuoſum ſpiritum egredi. *Lazarus Riverius, obſerv.* 13. *cent.* 3.

Auriga quidam genu inflatum durum ac ſcirrhoſum habebat, poſt febrem chronicam, non tamen ſine dolore: qui cùm per tres menſes incedere non poſſet, variiſque uſus eſſet remediis; tandem appoſitum eſt furfur minutiſſimè contritum & cribratum cum melle linimenti inſtar, quo non ſolùm dolor (qui diu hominem afflixerat & conſumpſerat) remiſſus eſt, verùm etiam ſedatus eſt, & paulatim durities evanuit, & deinde ambulare potuit, & paucis diebus ad priſtinam ſanitatem reſtitutus eſt. Cataplaſma ex furfure utile eſt ad tophos & ſcirrhos in quacunque corporis parte fuerint.

Mercator quidam cùm per totum crus ab ipſa coxa doleret, nec ullis remediis dolor ſedari poſſet, tandem neſcio quis eidem conſuluerat, ut radices morſus Diaboli contunderet ſuccumque exprimerent) qui olei inſtar mucilaginoſus eſt) ac eo crus totum inungeret, quo facto brevi ab omni dolore liberatus eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 28. *lib.* 29 *De Arthritide*, &c.

SE-

SECTIO QUARTA.

Pro Gibboſo.

Gibboſo cuidam Puero Nobili, cui ſpina dorſi extrorſum admodum extuberabat, thoracem ferreum qualem armati ferre ſolent, ex tenuiſſimis laminis fabricatum, atque intus foriſque ne nimium illum premeret, pannis ſuffultum, indutum ut geſtaret docui, quo facto, cùm eum integri anni ſpatio, dies noctesque geſtaſſet, eique ſic aſſueviſſet ut non magnam inde ſentiret moleſtiam, ſenſim preſſa illa curvatura, ſpina rectitudinem iterum ſuam naturalem eſt adepta, poſteaque ſemper recto corpore incedens, procerus admodum eſt factus. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 1. *pag.* 164.

Puellula quædam octodecim menſium excreſcentia vertebrarum dorſi laborare cœpit. Ad eam vocatus, tertiam & quartam vertebras lumborum extuberantes inveni ad ovi Anatis magnitudinem, quas ſecunda & quinta nonnihil ſequebantur, ita ut in maximum gibbum excreverit ſpina, præcipuè verſus ſiniſtrum latus, quapropter ſiniſtrum crus dextro longè imbecillius fuit. In curatione ſequenti modo proceſſi.

Primò dorſum totumque crus ſequenti aqua ad nervos corroborandos inunxi.

℞. Aquæ gran. iuniperi ſine vino deſtillat. aquæ ſalviæ, betonicæ, lavendulæ, ana ℥ij. pulveris radicis, biſtortæ, tormentillæ roſarum an. ℥ii. M. fiatque infuſio in ampulla magna per dies octo vel decem. Dein per inclinationem à pulveribus ſeparata aqua ad uſum reſervetur. Poſt inunctionem, ſequens Emplaſtr. quo etiam in fracturis oſſium utor, applicui.

℞. Emplaſtr. Slotani ℥v. ceræ novæ ℥ii. lapidis oſteocoll. ℥i. pulveris radicis conſolid. maioris, terræ ſigill. an. ℥iii. pulveris balaſt. nucis cupreſſi, roſarum odoriferarum an. ℥i. miſceantur lentiſſimo igne, fiatque emplaſtrum: addendo ol. roſac. aut maſtich. quantum ſatis, totum autem præcipuumque artificium in curatione gibbi, in hoc conſiſtit, ut extuberantia vertebrarum reprimatur retrorſum, alioquin omnia fruſtra tentantur. In hunc itaque finem laminam ferream, aliquantùm incurvatam, & eius quidem longitudinis & latitudinis, ut totum gibbum cooperiret, in thoracem ex reduplicata tela ita adaptavi ut exturberantes vertebras reprimere poſſet. Laminam tamen carbaſo obtexi, ut puellæ minùs eſſet moleſta, thorax nudo corpori induatur, & ita quidem adaptandus, eſt ut totum ventrem ad mulieb.ia uſque comprehendat: Per medium ventrem ligula oblonga conſtringatur: circa pectus quidem mediocriter, ne metaphrenum & coſtæ conſtringantur; poſt coſtas verò mendoſas, uſque ad imum ventris arctiſſimè, quo lamina ferrea extuberantes vertebras reprimere poſſit. Ne autem thorax à ſcapulis ſurſum trahatur, faſcie duæ tranſverſum digitum latæ, in utroque inguine annectendæ erunt thoraci, quæ deſcendentes perinæum, iterumque aſcendentes ſubter nates, in utroque latere thoraci ligulis annectendæ. Emplaſtrum autem & inunctiones de quarto in quartum, aut etiam de ſexto in ſextum diem renovavi, coxam vero totumque crus ſingulis diebus, præſcripta aqua inungere iuſſi, ſic divino favore, intra menſes ſex, gibbus depreſſus fuit, thoracem verò, laminamque propter imbecillitatem & mollitiem membrorum in ſecundum uſque annum geſtavit. Nunc cùm annum ætatis tertium attingit, quam belle ſe habet. *Guilemus Fabricius Hildanus, obſerv.* 65. *cent.* 5.

SECTIO QUINTA.

Pro Gingivis excreſcentibus.

Foelici ſucceſſu ſal. prunellæ aut ſpiritus ſalis nitri, ut & ſalis communis, cum penicillo aut goſſipio, gingivarum carni luxurianti affricatur, quæ niſi iuvent oleo vitrioli ſolo vel miſto leviter madefaciendæ. *Felix Platerus, practic. tom.* 3. *pag.* 350.

Commendatur hic peculiariter aquilegia, & unguentum ex aquilegia paratum in hoc malo utile eſt. Imprimis verò efficax eſſe ſequens linimentum, multo uſu compertum eſt.

℞. Pulv. fol. aquileg. ſalv. menth. criſp.

hunc

nuc. moſch. an. ʒß. (nonnulli etiam rutæ & myrrh. tantundem addunt) alumin. uſt. ʒj. mell. puriſſ. ʒiv. vel q. ſ. mel leni igne deſpumetur, deſpumato & calenti pulveres inſpergantur. F. linimentum, quo gingivæ inungantur. Vel,

℞. Mell. optim. ʒij. aceti vini ʒj. flor. æris ʒj. alum. ℈i. bulliant donec rubeſiant; adde pulveris Sabinæ, nucis moſchatæ an. ʒß. C. C. præp. ʒß. F. linimentum. *Daniel Sennertus Practica lib. 2. part. 1. cap. 16.*

SECTIO SEXTA.

De Glaucomate.

Γλαύκωμα (à γλαυκὸς cæſius) eſt cryſtallini aut vitrei, aut etiam aquei humoris in glaucum ceu cæſium colorem mutatio. Oritur vel ab humore viridi humoribus oculi commiſto, eorumque alborem ſeu pelluciditatem nonnihil opacante, vel ex certa lucidi & opaci proportione quæ nobis ignota eſt. Humorum exſiccatio & condenſatio hunc affectum producere nequit. In glaucomate incipiente uti & in ſuffuſione per fumum, aut per nebulam ægri ſe videre arbitrantur. Cùm confirmatum eſt malum, viſum omnino tollit. Si ab alieno humore affuſo oriatur, curari poterit, alias inſanabile eſt.

SUBSECTIO VNICA.

Pro Glaucomate.

Fiat ablutio ex *Scribonio Largo* tum aq. marina; vel aq. ſalita, vel cum aq. ſtillatitia ex mica panis actu calente, aſperſa pulvere Euphraſiæ, chelidon. ſem fœnic. rutæ, tutiæ præpar. bol. armen. & ſalis atque madefacta ſucco rutæ, facta maceratione per viginti quatuor horas. Fiat præterea inſtillatio ex felle piſcium mixto cum aquis fœniculi vel chelidon. inter cætera tamen valet fel perdicis, cum croco, thure, & roſis in vino, huc referenda aqua ardens (vitæ) cum decocto gallarum, ve gutta una aut altera olei chalcantharis cum aqua malvæ. *Iul. Cæſar. Claudinus, conſ. 74.*

SECTIO SEPTIMA.

De Gonagra.

Gonagra Arthritidis ſpecies eſt in genu conſiſtens. Vid. ſupra, *lib. 1. ſect. 40.*

SVBSECTIO PRIMA.

Pro Gonagra.

Genu dolenti hoc Cataplaſma valde profuit.

℞. Medull. panis ſibi coq. in lacte, add. farin. ſem. pap. nigr. ʒi. ſem. pſyll. ʒß. lini ʒi. olei chamæm. ranar. an. ʒij. croci ʒj. curatus ſic fuit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 496.*

Mulieri Gonagra laboranti, ut aquam hanc, qua genu tantopere dolens inungeret, præſcripſi.

℞. Aq. vitæ compoſ. ex ſpeciebus calidis, herbis capital. aromatibus & caſtor. paratæ ʒiß. aq. vitæ ſimpl. ʒiii. opii diſſolut. in aq. vitæ ʒi. croci, ſtyrac. liquid. an. ℈j. ea aliquoties uſa, tantum levaminis ſenſit, ut quiete fruens, nullo ſe uſam remedio, quod citius & rectius quàm hoc dolorem ſuſtuliſſet, prædicaret. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 498.*

Innumeris ferè experimentis comprobatum eſt, radicem Sigilli beatæ *Mariæ* probè contuſam & admotam genuum tumoribus & doloribus mirè conferre, præcipuè Gonagricis, idque à Chirurgo quodam *Nemauſenſi* accepi, verumque eſſe comprobavi. Sed in podagricis primò corpus evacuãdum eſt jalapio, & tandem cauſa conjuncta hoc topico tolletur. *Petrus Borellus, obſerv. 10. cent. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Gonagra.

Propinavi duabus horis ante cibum provocando ſudore, de ſequenti hydrotico poculum, unde modicè ſudavit.

℞. Limatur. guajac. ʒiii ſarſæparill. ʒij. rad. chin. ʒj. radic. enulæ, ʒß. fol. chamæpit. Mi. flor. roſmarini ſalv. betonic. an. p. j. paſſul. enucleat. ʒß. ſem. aniſ. ʒiiß. co

in q.

in menſur. iii. aq. font. limpidiſſ. ad caſum medietatis. Colatura adulcoretur ſacch. & julep. Cinamom. an. q. ſ. ad gratiam.

℞. Ol. laurin. lumbric. terræ, an. ℥j. ol. vulpin. urſin. an. ℥iß. adipis human. ℥iß. ol. ſalv. ruſmar. an. ℈ß. Ceræ q. ſ. F. linimentum pro regione dolente.

℞. Aq. vitæ deſtillat. è ſpec. arom. & herbis capital. & caſtor. ℥iij. aq. vitæ ſimpl. ℥ij. ſpirit. junip. ℥j. aq. ſalv. roris marin. an. ℥ij. ol ſal. ſuccini. an. gutt. iij. ol. ſpic. gutt. iij croci, ſtyrac. liquid. opii thebaic. aq. vitæ ſolut. an. ℈i. F. aq. anodyna & arthritica pro fotu partium dolentium ante unctionem.

Quod ſi ranæ aliquot vivæ cum oleo oliv. communi vel oleo lumbricorum, vel butyro recenti decoquerentur eoque calidè foverentur articuli, præſtans quidem id foret.

Pro humoribus electivè evacuandis in uſu ſint pil. ſequentes, de quibus ſingulo menſe cap. ℥ß.

℞. Hermodactyl. veror. excotic. ℥ii. turbith. gummoſ. ℥iß. agaric. troch. mechoac. alb. an. ℥ii. rhei el. ℥iß. diagrid. præpar. ℥i. euphorbii ℈i. rad. ariſtol. rot. chamæpit. an. ℥iß. flor. ſtœchad. herb. paralyſ. an. ℥i. ſpic. incid. zinzib. alb. an. ℈iß. cum ſucco chamæpit. F. pilulæ parvæ. *Ioh. Petrus Lotichius, obſerv. 7. cap. 1. & obſerv. 1. cap. 2. lib. 6.*

SECTIO OCTAVA.

De Gonorrhœa.

GOnorrhœa (à γονὴ genitura & ῥέω, fluo) eſt invita & nimia ſeminis profuſio citra venerem, aut colis tentiginem, quam efficit tum ſpermaticarum partium imbecilla retentio ob intemperiem humidam & frigidam: tum etiam ſeminis ipſius vitium quando vel copioſum nimis eſt, ex Veneris intermiſſione, & ciborum benè nutrientium nimio uſu, vel rurſus acre eſt & calidum excretricem ſtimulans, vel denique crudum, aquoſum & tenue retentricem primariò lædens. Gonorrhœa alia eſt benigna, quam hactenùs deſcripſimus, alia virulenta Luis Venereæ ſoboles, cujus indicium eſt, quod principio virus albus aut ſubcitrinum è vaſis ſpermaticis ſine ſenſu excidit, vigilanti pariter & dormienti, quod tempore putret & acrimoniam adſciſcit, dutum penis in tranſitu exedit & exulcerat: unde dolor exoritur qui in tentigine quaſi funem peni ſubtendit, & in emictione tanquam in dyſuria acrius ſtimulat: oritur à ſpermaticorum vaſorum & teſtium imbecillitate ex venenata lue contracta, quæ efficit, ut quicquid in his vaſis colligitur, in fœdum virus faceſcat, quod dein contagione alium quemvis contaminat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Gonorrhœa.

PRæhabitis purgationibus accommodatiſſimum atque efficaciſſimum remedium erit quod ſequitur.

℞. Menth. ſicc. ℥iij. ſem. lactuc. ℥ij. ſem. rutæ, viticis, rad. ireos, an. ℥j. ſacch. albiſſ. ℥j. M. ſimul inque tenuiſſimum pulverem redigantur, cujus ℥iß. cum aq. plantag. tribus ante prandium horis per aliquot dies offeratur. *Iohannes Zecchius, conſ. 16.*

Mulier quædam cùm Gonorrhœa laboraret, hoc uno decocto, à pro fluvio ſeminis, & urinæ ardore, poſt univerſalia remedia adhibito, ex incontinenti per me curata fuit.

℞. Liquirit. ℥vi. ſem. myrtillor. coriandr. præpar. plantag. agn. caſt. an. ℥j. ſem. papav. alb. ℈ij. ſem. hyoſcyam. ℈ß. hord. mund. M. j. acaciæ, ſumac. an. ℈j. ſemina contund. craſſo modo & bulliant omnia in aq. chalibeata pro ℔jß. colat. adde troch. alkikeng. ℥j. M. Sumebat cyathum bis in die neque aliis medicamentis opus habuit.

Benedictus Faventinus, Præceptor meus hoc in ſimili caſu magno cum ſucceſſu & experientia utebatur. Si & Gonorrhœæ adeſſet dolor & ardor, dabat tepidè ſeptem diebus lactis ovilli ℥iij. aq. plantag. vel ſucci ejus ℥j. boli armen. ℥j. M. *Petrus Foreſtus, obſerv. 15. lib. 26. De Penis Vitiis.*

D. Bontius in Gonorrhœa, ut *Ioh. Heurnius* inter ſecretiora remedia ſua annotavit, uſus fuit his Pilulis.

Sem. lactuc. papav. an. ℥iij. rad. nymphææ ℥iij. roſ. rub. ℥j. corall. rub. ℥ij camphoræ ℈ß. ſem. agn. caſt. ℥j. cum mucagine tragacanth. F. maſſa ex ℥j. fiant Pilulæ vij. *In Notis* ad *cap.* 13. *lib.* 6. *Pathologiæ Joh. Fernelii.*

SVBSECTIO SECVNDA.

Pro Gonorrhœa.

VIr quidam Gonorrhœa antiqua laborans, à me conſilium petiit: cui primùm præſcripſi purgationem ex Mercurii dulcis ℈i. cum pil. coch. min. eadem quantitate, & ſequenti die venæſectionem. Deinde bolum ex rhabarb. pulv. ℥j. cum terebinth. ℥iij. quem continuavit per quinque dies, eoque purgabatur ter aut quater in die: iterum ſumpſit Pilul. Mercuriales, prædictum bolum per alios quinque dies: ac tandem aquam ſequentem per octo dies.

℞. Menth. ſicc. ℥iii. ſem. lactuc. rut. agn. caſt. an. ℥iiß. ireos flor. ℥ij. dictam cretic. ℥x. ſacch. albiſſ. ℔ii. omnia pulverentur addendo terebinth. venet. ℥v. vini albi generoſi ℥xxx. F. deſtillatio in balneo Manipoli capiat cochlearia duo manè duabus horis ante cibum. His remediis a contumaci illo affectu liberatus eſt. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 25. *cent.* 1.

Juris quidam utriuſque Doctor Gonorrhœa laborans, a me conſilium petiit: illi bolum præſcripſi ex rheo & terebint. per quinque dies ſumendum: & cum nondum fluxus ceſſaret, poſtea uſus eſt aqua ad Gonorrhœam *Quercetani* in illius Pharmacopœa deſcripta: prima exhibitione omnino ſublatus eſt fluxus, & ideo per tres aut quatuor dies tantum illis uſum continuavit, neque amplius rediit affectus. *Lazarus Riverius*; *obſerv.* 36. *cent.* 1.

Vir quadraginta annorum ex impuro concubitu Gonorrhœam contraxit, cui ab initio præſcripſi bolum ex caſſiæ ℥j. rhei pulv. & cryſtall. tartar. an. ℥i. Sequenti die volebam ſanguinem mittere ex pede, quod ipſe æger renuit. Emulſiones præſcriptæ ſunt ad tres aut quatuor dies quibus urinæ acrimonia temperata eſt fluxu eodem modo perſeverante. Poſtmodum ptiſana laxante uſus eſt per ſeptem dies continuos, in hunc modum præſcripta.

℞. Tamarind. ℥ij. aq. fontis ℔iv. coq. ad ℔iij. in colat. infund. frigidè per noctem ſen. mund. ſem. coriand. liquirit. & roſ. rub. an. ℥ij. capiat cyathum unum manè hora una ante paſtum. Hoc remedio fluxus valde imminutus eſt, ad quem omnino delendum bolum ſequentem præſcripſi.

℞. Terebinth. venet. ℥iij. rhei pulv. ℥j. F. bolus quem capiat manè per quinque dies: deinde aqua ſuperius deſcripta uſus eſt per ſeptem dies. Hoc modo Gonorrhœa curata eſt; quia tamen exigua quædam humiditas in extremitates glandis frequenter apparebat, ut in fine hujus morbi plerumque fieri conſuevit: ad eam prorſus cohibendam & exſiccandam ſequentes pilulæ præſcriptæ ſunt.

℞. Gumi arabic. tragacant. carab. mummiæ, bol. armen. an. ℥i. pulverentur, cum ſyrup. de roſis ſicc. F. pilul. maſſa de qua capiat ℈j. ſingulis diebus manè, duabus horis ante paſtum per octo vel novem dies, & ita fluxus omnino cohibitus eſt. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 74. *cent.* 2.

Conſerva fructus bruſci à ℥ii. ad. ℥ß. per aliquot dies exhibita Gonorrhœas multas curavi.

Idem præſtat aqua ejuſdem fructus deſtilat. *Samuel Formius*, *obſerv.* 27.

In Gonorrhœa commendatur pulvis ſequens.

℞. Fol. menth. mummiæ, corall. rub. agn. caſti, carabes, an. ℥i. M. F. Pulvis: de quo accipiat æger aliquid manè jejuno ventriculo cum ovo tremulo. Vehementius ſiſtit profluvium ſeminis pulveris oſſis Sepiæ ℈j. cum conſervæ roſ. ℥ii. bis vel ter ſumptus. Excellentiſſimum eſt Magiſterium ejuſdem cum conſerva roſ. antiqua à gr. vi. ad. ℈ß ſumptum. Tinctura etiam coll. mirabill. prodeſt.

In Gonorrhœa virulenta interdum inflammantur teſtes cum maximo tumore: in eo caſu præſtantiſſimum remedium eſt Cataplaſma ex foliis rutæ & ebuli aceto coctum, & applicatum. *Joh. Hartmannus*, *Practic. Chimiatr. pag.* 265.

Quia

Quia ſentiebat maligna ulcera ex ſcabie in pudendo, hanc ei aquam præſcripſimus.

℞. Sacchar. albiſſ. ℔ß. alum. roch. ℔ß. ſal. com. ℥iij. Ponantur in alembico & deſtillentur ſ. a. Hæc aqua ulcus ſanavit, maliguitatem abſtergendo Utor etiam hac aqua ad dealbandos dentes, ubi ſcabie *Gallica* denigrati ſunt, & ulcuſcula in gingivis apparent. Quidam oleo ſulphuris utuntur: ſed hæc aqua eſt longè præſtantior, & eſt arcana apud Medicos, nec libenter communicant. *Ioh. Sroterus* aqud *Ioh. Philippum. Brendelium. Conſil. 96.*

SECTIO NONA.

De Graviditate falſa.

VIdua quædam poſtquam maritus peſte ſublatus fuiſſet, indicia conceptionis ſenſit, menſtruorum nimirum primùm ſuppreſſionem, mox ventris tumorem & mammillarum incrementum, tandem etiam commotionem in interioribus ventris quam illa, quæ prius ſexies pepererat, non ab alio quàm ex fœtus commotione fieri, certò ſibi perſuadebat ita ut exacto decimo à mariti obitu menſe, partui ſe accingeret, & nihil aliud quàm pariendi tempus expectaret: verùm cùm etiam undecimus, & duodecimus quoque à mariti deceſſu menſis præteriiſſet, omneſque eam gravidam ut & ipſa quoque ſe eſſe pro certo haberent, cœperunt multi de ipſa, ac ſi aliud interea fortè commiſiſſet, malè ſuſpicari: alii verò qui eam probam eſſe mulierem ſciebant, de conceptu dubitare: quibus ſic ſe habentibus, illa exacto, menſe duodecimo, menſim ſenſibus rurſum fluentibus, ſubſidente & evaneſcente paulatim ventris mole, & mammillarum tumore, ad priſtinam rediit integritatem, nec molam, nec aliud quidquam niſi purum ſanguinem profudit.

Aliis quæ ſe uterum geſtare putabant, idem evenire vidi quibus cùm venter intumuiſſet, citra alium affectum, tempore partus præterito, vel etiam tardius ſuperveniente menſium fluore, demum ſe deceptas cognoverunt. Sicuti Marchionis cujuſdam conjugi, de qua an gravida eſſet, non ſolum ipſa, ſed & Medici, egoque cum illis dubitabamus, idem contigiſſe memini. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 658. & 659.*

SECTIO DECIMA.

Pro Gulæ dolore ab oſſiculo illic hærente.

SCriba quidam cùm in artocreate pullos colum binos, confractis ut ſolent, prius ipſorum oſſibus coctos comedens, oſſiculum ſimul ex parte deglutiviſſet, illic ubi abruptum fuit, acutum, œſophago infixum hæſit, unde tantus dolor ſubortus, ut miſerè cruciaretur, mox ſecuta inflammatione & tumore, qui etiam foris in collo apparebat. Cùm variis inſtrumentis illud eximere Chirurgus ſtuderet apprehendere, tamen cùm non eſſet conſpicuum, minimè potuit, deorſum propellere longè minus cùm tunc dolor admodum exacerbaretur: vocatus juſſi eum juſculis & lacte nutrire, craſſiora enim deglutire minimè poterat, tumori extrinſecus, cum mollis eſſet Cataplaſma maturans appoſui, quo exactis diebus aliquot, maturari & in abſceſſum converti cœpit, quo aperto, unà cum pure oſſiculum quoque prodiit & exemptum eſt. Poſtea ſanato ulcere, nihil mali amplius paſſus eſt. *Felix Platerus obſerv. lib. 2. pag. 413.*

SECTIO UNDECIMA.

Pro Gummatis & doloribus Gallicis.

QUidam ad Gummata & Dolores hanc Potionem inſtituunt.

℞. Rad. lig. Sancti (dummodo æger ſit pituitoſus) ℔j. aq. ℔xiiii. perſiſtat in infuſione per diem deinde bulliat ad conſum. ptionem ℔v. tunc adde polipod. ℥ij. cichor. Mi. aloes ſuccotrin. ℥iij. bulliant rurſus per horam, poſtea adde ſol. ſen. epithymi, an. ℥ß. colocynth. ℥vi. ſacchar. ℥viii. demum bulliant quoad reneant. ℔v ii. colentur: adde moſchi gr. ij. Sumat hanc Potionem manè & veſperi ad ſudandum, per viginti dies. Hoc eſt Secretum aqud quoſdam eximium certè pro Gummatis & Doloribus Gallicis. Sena à proprietate, morbum Gallicum op-

pugnat. *Rodericus à Fonſeca, to. 2. conſ. 61.*

SECTIO DUODECIMA.

De Gutta Roſacea.

GUtta Roſacea, rubedo eſt Faciei maculoſa, ſeu potius rubor cum tuberculis, quibus tota facies defœdantur, ac ſi guttis roſeis conſperſa eſſet, cognoſcitur viſu. Ortum dat ſanguis craſſus & fervidus, ad faciem delatus. Hoc malum ſæpe contrahunt, qui poculis & ebrietati nimium dediti ſunt: quibuſdam vitio naturæ obtingit.

SUBSECTIO PRIMA.

De Gutta Roſacea.

℞. LIthargyr. auri ℥j. Ceruſſ. ℥ij. Axung. anſer. & gallin. an. ℥ß. argenti vivi cum ſaliva extincti ℥ii. F. unguentum, cum quo ſero inungatur facies, & manè lavetur cum aq. furfuris. Item pineæ nuces recentes piſtæ cum crema lactis in modum unguenti coeant, quo inungatur Gutta roſacea. Mirabile habetur. Vel

℞. Lithargyr. bene triti & pulveriſ. ℔j. aceti fortis ℔iv. M. Stent ita per duos dies. Poſtea coq. ad conſumptionem tertiæ partis: deinde adde aq. flor. fabarum ℔ii. & ſimul ponantur in alembico & deſtillentur. Poſtea iſti aq. deſtillatæ adde gummi Tragacanth. & Arabic. q. ſ. ut F. Unguentum quo facies ungatur. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv. 9. & lib. 2. Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Gutta Roſacea.

PUellæ Nubili facies admodùm defœdata erat jam multos annos puſtulis ſiccis flaveſcentibus ſerpentibus, accedente rubore, ita ut de lepra ſuſpecta eſſet. Vocatus ego veris tempore, primo venam aperui brachii. Scarificatione poſtea, adhibitis cucurbitulis in ſcapulis, juſſi uti ſingulis menſibus. Veſicatorium quoque nuchæ applicui, quod magnam illic veſicam excitavit, & quod admirandum, ut aliquandiu ſanguinem minxerit, fecit. Bibit aliquoties hoc decoctum.

℞. Summitat. lupul. rec. fumar. rec. an. Mj. fol. ſen. ℥iii. coque in ſero caprino, colaturam bibat uno hauſtu, & aliquoties repetat.

Unguentum pro facie ſequens præſcripſi.

℞. Lithargyr. auri, ceruſſ. an. ℥ii. Unguenti citrini ℥iß. Thuris alb. maſtich. an. ℥iß. Rad. ſerpentar. oſſis ſepiæ, an. ℥i. Ol. tartar. ℥ß. Succi limonum ℥i M. Inungat faciem. Manè abluat aqua flor. fabarum: receſſerunt hac ratione puſtulæ, ſed iterum de novo obortæ ſunt. Denuò itaque eam phlebotomia uti juſſi, alteroque mox die ſcarificationibus. Purgavique de novo ſic.

℞. Fol. lupul. fumar. an. Mj. flor. cordial. pi. ſem. anif. ℥ii. fol. ſem. anif. ℥ij. fol. ſem. ℥j. epithymi ℥ß. decoq. in ſero lactis; bibat duabus vicibus: ſed in poſteriore diſſolvat Confect. Hamec. ℥ii.

Electuario deinde hoc utatur.

℞. Conſerv. flor. cichor. viol. an. ℥i. Conſ. flor. bugl. nympheæ, an. ℥ß. pulv. trionſantal. duplicato rheo ℥ii. diarrhod. abbat. diamarg. frigid. an. ℥ß. medull. ſem. melon. ℥ii. Syr. conſerv. cortic. citri q. ſ. F. Electuar capiat alternis diebus bolum.

Poſtea illinat faciem ſingulis noctibus hoc unguento.

℞. Spec. unguenti citrin. ℥iß. camphor. ℥ß. boracis uſti ℥i. oſſis ſepiæ. ℥ß. rad. ſerpentar. ℥i. lactis virginal. parati ex lithargyr. cum aceto & aq. fabarum ℥iii. ſucci limon. vel arantior. ol. de tartaro, de frumento, an. ℥ß. fugitivi ℥i. (plus addidiſſem, ſed valde denigrabat) miſceantur benè, ſiccabatur ſæpe, ſed rurſum ſuccis molle reddebatur: manè abluat hac aqua.

℞. Cuſpid. roſar. p. i. flor. viol. Mi. furfur. ℥ii. cicer. rub. conquaſſ. p. ß. rad. ireos, ℥i. rad. lilior. ℥ii. rad. ſerpentar. cyclamin. an. ℥ß. add. aquæ menſur. ß. eliciatur aqua, quam, cùm faciem ea lavat, aqua fabarum diluat: abſumpto ſemel unguento & denuo parando addidi lithar-

gyri

gyri & borac. an. ℥i. & hac ratione curata fuit. *Felix Platerus, obs. lib. 3. p. 619.*

In Gutta rosacea faciei sananda cuidam Doctissimo viro, qui jam fuerat purgatus & sanguinem detraxerat. Sequentia jam usurpanda, & autumni tempore repetenda præscripsi.

Hoc mense *Majo* frequenter lac caprinum manè bibat. in quo decoq. rad. lapath. fol. Mercurial. fumar. teneritates Sambuci & Lupulorum. Vngat faciem unguento sequenti.

℞. Lithargyr. quart. i. infund. in aceto fortiss. sæpe moveatur, & acetum effundatur: residentia fumatur, cui adde camphor. dissolut. in aceto ℥ß. pomatæ q. s. F. linimentum. Manè hoc decoct. abluat.

℞. Fabar. conquassat. parum, & orizæ an. p. i. decoq. in sero lactis, & eo abluat faciem: quod si non sit satis efficax unguentum: succum granatorum illi permisceat. Reversus ex *Italia*, cum inspicerem, vix amplius apparebat rubedo, dicebatque imprimis profuisse unguentum ex Lithargyro. *Felix Platerus, obs. lib. 3. p. 627.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Gutturis Morbo Epidemio.

AD dolorem gutturis, cum ægri subitò ex catarrhi fluxione videbantur suffocari, plurimum profuere gargarismi, qualis subsequens erat, quo in me ipso usus sum, tum in aliis, ita ut cùm illo septies tantùm gargarisassem, dolor ille gutturis subito cessarit simul & angustia pectoris, miraculi instar.

℞. Aq. plantag. ℔i. aq. scabios. ℔ß. flor. ros. rubr. pi. sem. cydon. ℥i. bulliant leviter & colentur; add. diamori dianuci an. ℥i. terræ sigillat. ver. ℥i. M. quo cùm usus essem, videbatur quasi liberatus ab hoc malo. *Petrus Foresius, lib. 6. obs. 1.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER OCTAVUS.

De Affectibus à littera H incipientibus.

SECTIO PRIMA.

De Hæmoptoe.

SPutum sanguinis (Græcè *emoptoi* & *emoptisis* ab *ema* Sanguis & *ptio* sputo) in genere quidem omnem sanguinis per os rejectionem significat. Propriè tamen sanguinis cum tussi ex pulmone thorace, & aspera arteria excretionem denotat. Hujus causa conjuncta est vasorum illarum partium *anastomosis*, *diapidisis* & *rixis*: antecedens verò sanguis, tum quantitate, tum qualitate peccans: externæ sunt victus plenior, mensium aut hæmorrhoidum suppressio: exercitatio nimia, clamor ingens, ictus, casus, vulnus, & alia quam-

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hæmoptoe.

VIr quidam Patritius hyeme media, de repentè in copioſiſſimam ſanguinis floridiè pulmonibus rejectionem incidit, ita ut una nocte, ſanguinis heminas pluſquam quatuor ore excreverit; unde pallidus & prope ſine viribus redditus, pulſu exiguo & interfecto, voce tremula, deliquiis cerebri oppreſſus, moriturus in horas ſperabatur. Ad hunc nos vocati, quum graviter urgeret affectus, huic protinus acceleri manu ſuccurrendum duximus: itaque protinus è cubiculo turbam omnem, quæ multa officii cauſa affinium & ſanguine coniunctorum aderat, locum dare juſſi, foraſque prodire, præter eos qui ægro neceſſarii erant: ignemque qui tum ob frigoris inclementiam ſuccenſus multus in cubiculo erat, extingui juſſi, Mox verò quum adſtricta eſſet aluo æger, mollem clyſterem indere jubeo: atque interea dum apparatur clyſter, poſcam devorandam atque gargariſandam do. Silentium ægro impero, ut ne quicquam loqueretur, ſed nutibus quæ ſibi opus eſſent ſignificaret, atque etiam ut ne magno reſpiratu uteretur: nam & loquutio & reſpiratio vehemens, thoracem atque pulmones exagitant, & ob id ſanguinem promovent. Protinus verò clyſtere ſoluta alvo, ſanguinem è vena media dextri brachii auferri venæ ſectione jubeo, non affatim, ſed bis eodem die, quatuor inter unam & alteram ſectionem interpoſitis horis. Sic namque jubet *Galenus* & eo pacto melius avertitur ſanguis, ſervaturque virtus: quin & craſtino ejus diei iterum, ſed leviter ſanguinem detraximus, quod & æger viribus valeret, florenti ætate eſſet & copioſo ſanguine abundaret. Vbi hæc Peracta ſunt, mox vinculis fortioribus crura, brachiaque deligavimus, & multa poſca os colluere, ac portionem etiam devorare juſſimus: ut ſi quid intro concreti ſanguinis eſſet, diſſolveretur: multos namque thrombos deorſum clyſteris uſu deiecit, ſanguine in ventriculum pergulam delabente: frictionibus etiam crurum ad diverſionem uſi ſumus: quum vero ſanguis nimium profluueret, ſiſtere eum ante omnia potionibus datis adſtringentibus, glutinantibus & refrigerantibus coacti ſumus. Hac itaque potione bis, ter etiam in die data uſi ſuimus.

℞. Lapid. hæmatit. cum aqua plantag. lot. corall. rubr. ſimiliter loti an. ℥iv. terr. ſigillat. ʒii. margarit. ſplendid. ʒiß. ſem. plantag. arillorum uvar. exſiccat. an. ʒi. M. redigantur omnia in tenuiſſimum pollinem, adde troch de carabe ʒi. atque ex hoc pulvere ad ſiſtendum ſanguinem efficaciſſimo ʒiß. ex aq. plantag. & peculi roſar. & ʒii. ſyrup. de ribes dari juſſi: quum adhuc ſanguinis ingens profuſio perſtaret, compeſcendam validiore præſidio cenſuimus. Dedi igitur ſequentem potionem.

℞. Philon. perſic. ʒi. lapid. hæmatit. ʒß. ſyrup. cydon. ʒii. aq. plantag. q. ſ. diluendis reliquis. F. potio: dabam dormituro, ut & ſomnus conciliarentur, & eadem opera ſanguis ſiſteretur: in juſculis ſem. papav. alb. & rhois obſoniorum in panno lineo raro ligata injici jubebam. Conditum hujuſmodi ad virium robur præſcripſi.

℞. Conſerv. roſar. antiq. ʒii. conſerv. ſymphit. maj. ʒi. margarit. ſelect. corall. rubr. loti cum aq. roſ. & ſubtiliſſ. pulver. an. ʒi. man. ch. perl. ʒi. conſerv. bugl. ʒi. M. cum ſacch. opt. F. conditum auri foliis contectum. Interdum Electuario ex margaritis confecto utebar.

Extra verò ad ſanguinis motum compeſcendum cervici & collo, tum & pectori linimentum admovi, & unguento hoc ſum fœliciter uſus.

℞. Ol. maſtich. cotoneo, & myrtill. an. ʒi. ſevi hircini aq. roſar. diluti ʒiß. pulv. pilor. leporis minutiſſimè inciſorum, corall. rubr. bol. armen. ſang. drac. olibanmaſtich. an. ʒi. ceræ alb. q. ſ. M. F. unguentum, quo thoracem illiniri & colli atque cervicis partes jubebam: clyſteres lenes ad excrementorum ſubductionem (imbecillus namque viribus erat) Parari hujuſmodi jubebam.

℞. Decocti caponis ℔i. in quo bulliat hord. p. i. ſem. melon. cum cortice contuſ. ʒi. colatura diſſolv. mell. roſat. colat ʒii. vitell. ovor. numero ii. ſacch. rubr. ʒi. M. F. Clyſter. interdum catholici ʒi. nonnunquam verò caſſiam cum ſaccharo

admiſ-

admiſcebam. Quoniam verò bilis multa ſanguini miſta fervorem & profuſionem non parum augebat, hanc confeſtim nulla expectata mora evacuandam duximus; hac data potione.

℞. Rhei. elect. ſubtiliſſ. pulver. ʒi. rhei. elect. in aq. endiv. cum tantillo cinnamom. per noctem infuſi & manè fortiter expreſſi ℈iv. (quia obſtructa hic vir viſcera habebat, infuſum etiam rhei dare viſum eſt, ad obſtructiones aperiendas) ſyrup. ex infuſ. roſar. ʒii. decocti pectoralis, q. ſ. fiat potio.

Interdum etiam ad ſiſtendum ſanguinem confectione de ſtyrace uſus ſum, cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. Paſſular. exacinatar. & cribro ſeraceo tranſmiſſarum ʒi. liquirit. raſ. & ſubtiliter pulveratæ ʒvi. xyloaloes, nucis myriſticæ, an. ℈ii. gra. xv. cumini tantundem ſtyrac. calamit. ʒi. bol. arm. præp. ʒiß. ſacchar. in aq. beton. diſſolut. q. ſ. F. Electuarium in tabulis.

Hac methodo, hiſque cum paucis aliis ejuſdem generis præſidiis, magna cura & ſedula opera adhibitis curatus eſt hic vir præter noſtram & omnium opinionem, nutu Dei opt. max. qui ſanat languores noſtros, *Franciſcus Valeriola*, *obſ. 2. lib. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hæmoptoe.

VIrgo quædam quadraginta annorum à ſex circiter annis valetudinaria, ſæpiuſque ſanguinis exiguum cum pituita expuere ſolita, tandem circa ſecundam noctis horam dum lateri dextro incumberet, ob maxima copia in os & aſperam arteriam, affluentem ſanguinem, à ſomno excitata, de ſuffocatione repentina periclitabatur, tuſſi & vomitu quaſi copioſiſſimum ſanguinem excreavit. Accedens ſummo manè ex relatis & rejectis, venam pulmonum reſeratam a fluxione fortè falſa, quam referebat in ore ſenſiſſe, vel ab plethoram, è qua tanta ſanguinis copia prodierit, cognovi, quapropter præſcripſi ei pulverem ſequentem, de quo cum brodio ſtatim cochl. i. & poſtmodum cum ſyrupis portiunculam ſumat.

℞. Sacch. roſ. tabul. ʒii. corall. rubr. ʒß. ſuccin. ſem. hyoſciam. an. ℈i. M. F. pulvis tenuiſſimus. Item.

℞. Syrup. iujubin. & myrtill. an. ʒiß. M.

Circa octavam matutinam, me præſente, dum lateri dextro incumbere conabatur, ſanguinis copioſa profuſio, cum tuſſi, vomitu, horrore, & virium proſtratione, eodem planè modo rediit, ut prius nocte ei accidebat: repræſentabat ſanguinem à pulmonibus elapſum, ſpumoſum & rubicundum unciarum circiter quinque, poſtmodum expuebat cruenta. Circa tertiam exhibui ei julepum ex ſyrup. præſcriptis cum aq. plantag. & portul. q. ſ. Poſt cœnam ſumpſit julepum ex ſyrup. de plantag. cum aq. plant. roſ. parum & portulac. gargariſavit prius os aceto roſac. & aq. pura, ſicuti & poſtmodum frequenter, loco potus bibit lac amygdalinum. Poſt mediam noctem hora ſecunda eodem modo rediit expuitio, cum tuſſi & conatu vomendi dixit ſe ſentire ſemper ardorem in gutture præcedere, ſubſequente ſtatim copioſo ſanguine falſo, ſumpſit de pulvere præſcripto, ſed nihilominus horis duabus elapſis, rediit cruenta illa expuitio, cum horrore & virium proſtratione: illo die manè ebibit potiunculam ex ſyrup. plantag. & portulac. an. ʒß. ſyrup. myrtill. ʒiii. terr. lemniæ veræ ʒi. aqua plantag. & burſ. paſtoris, an. q. ſ. Poſtea jecori adhibita fuit cucurbita magna ſine ſcarificatione bis reiterata, ante ſomnum bibit hunc julep.

℞. Aqu. plantag. & portul. an. ʒiß ſyrup. plantag. & portulac. an. ʒii. ſyrup. papav. alb. ʒiß. terr. lemniæ veræ ʒi. M. Illa nocte fœliciter ſatis dormivit, nec expuitio illa ſanguinis copioſa rediit, mirè medicamentum hoc prædicabat, manè bibit coch. i. pulv. præſcripti cum ſyrup. de plantag. portulac. & aq. plantag. & portulac. reiterata fuit cucurbita ſine ſcarificatione in regione hepatis. Sub noctem bibit julepum priorem cum ſyrup. papav. placide quievit, nec amplius excreavit ſanguinem, ut grumi ſanguinis è corpore expurgarentur, & diſſolverentur, præſcripſi potionem hanc.

℞. Rhei ſubtiliſſ. pulveriſ. ℈ß. ſyrup. roſ. ſolut. cum infuſ. rhabarb. & mannæ

elect. an. ʒvi. cum aq. plantag. & portulac. q. ſ. F. Potio, addendo aq. cinnam. ʒii. ter copiosè dejecit.

Tandem ut ſanguis ſi quis in pulmonibus remanſiſſet facilius excreari poſſet, præſcriptum fuit hoc Lohoch.

℞. Syrup. de portul. ʒi. de plantag. ʒß. tab. diamargar. frigid. ʒi. terr. ſigill. lemniæ veræ & pulv. ſupra præſcript. an. ʒß. F. lohoch. de quo lambat frequenter cum baculo liquirit. Poſtea præſcripſi tabulas ſequentes, de quibus ſingulis noctibus unam vel duas in ore, ut ſponte diffluerent, continuit.

℞. Sem. hyoſciam. alb. ſubtiliſſ. pulverif. ʒii. gummi Arabic. ℈i. corall. rub. ʒß. viol. rec. num. 10. ſucc. berber. ʒii. aq. roſ. & plantag. an. q. ſ. facch. F. tabulæ. Hiſce omnino reſtituta eſt: nec ab aliquot ſeptimanis quicquam cruenti in ſputo apparuit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 789.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hæmoptoe.

QUidam profusè ſanguinem purum aliquot dies cum tuſſi per os effundebat, idq; ſequente mox ſumma imbecillitate cum vitæ diſcrimine. Dedi illi troch. de alkikengi cum opio, ut aliquot noctes cum lacte caprino diſſolutos biberet. Profuerunt plurimum: ſicque à mortis imminentis periculo, vel ſubſequentis phthiſis, uti ferè ea ſequi ſolet, & à lethali morboſanus evaſit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 792.*

Quædam tuſſiendo excreabat ſanguinem ſatis copiosè, catarrho ſimul affecta, alvuſque ei conſtipata erat: valdè phthiſin metuebat quam venam ruptam in pulmonibus ſequi ſolere, ex lectione practici cujuſdam *Germani* didicerat, adeo ut vix eam conſolari potuerim: exhibui ei mannæ ʒiß. cum juſculo, quàm & pectori prodeſſe dixi; excrevit placide & copiosè. Sanguinem poſtea detraxi è mediana; juſſi manè & veſperi ſumere tabulas in hæmoptica paſſione utiles ex ſemine hyoſciami: in præcedente ſubſectione deſcriptas. Deſiit ſanguinis excretio, ſed mox rediit: juſſi tabulas repetere, idque ſacrum eſt tertio: ſed poſt tabularum uſum continuatum nihil amplius cruenti apparuit. *Felix Platerus, obſervat. lib. 3. pag. 793.*

Manè & veſperi ſi ſanguinem expueret, capiat ʒi. phlon. perſic. aut tantundem noſtri electuarii ad ſputum ſanguinis quod eſt mirabile.

℞. Sem. Hyoſciam. alb. papav. alb. an. ʒx. terr. ſigill. corall. rubr. an. ʒv. ſacchar. roſar. antiquiſſ. q. ſ. F. Electuar. *Helidæus de Paduanis, conſil. 7. lib. 3. conſil. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Novi noſtratem quendam *Lemovicum* Hæmoptoicum, qui cum alternis temporibus multum rejectaſſet ſanguinem nec ullis potuiſſet remediis ſaneſcere, ad *Julium Cæſarem Scaligerum*, Medicorum ſuæ tempeſtatis facilè Principem, confugit, ex quo pulverem accepit; hujus formulam, quia mihi communicavit, libet hic adſcribere.

℞. Spodii, roſ. rubr. bol. arm. terr. ſigill. hæmatit. an. ʒv. corall. rubr. carab. margarit. non perforat. an. ʒiiß. Gummi Arabic. tragacanth. an. ʒii. ſem. papav. portulac. ſem. roſ. rub. ſem. arnogloſ. C. C. combuſt. an. ʒii. acaciæ, ſucci barb. hircin. ſucc. liquirit. an. ʒii. amyli torrefacti ʒiii. terantur, miſceantur, & fiat pulvis, cujus doſis ſint ʒiii. Datur cum aqua pluviali.

Hoc remedium tandem deſcriptum reperi apud *Serapionem, cap. 25. tract. 2. Antonius Valerius, ad c. 27. lib. 1. De morbis intern. Iac. Hollerii.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hæmoptoe.

COnſiliarius quidam *Monſpelienſis* circa noctem incidit in ſputum ſanguinis ſpumoſicum tuſſi, & magnam illius quantitatem excrevit tota nocte. Sequenti die manè vocatus, venæſectionem præſcribo ad ʒviii. Deinde julepum ex aq. plantag. ſyrup. de roſ. ſicc. & ſale prunellæ poſtea injectus fuit clyſter cucurbitula admota regioni hepatis, lohoch. incraſſans & adſtringens uſurpatum: hora decima iterata fuit venæſectio ad ʒvi. ſyrupus ex ſucco portulac. etiam præſcriptus: Poſt meridiem

diem rediit ſanguinis ſputum, magna copia ſcilicet ad ℔i. iteratus fuit julepus, oxytratum admotum teſtibus epithema refrigerans hepati, linimentum refrigerans eidem parti, & lumborum regioni, cucurbitula hypocondriis frequenter iterata, & circa veſperam ſanguis denuo miſſus ad ℥vii. præſcripti julepi ex infuſione milleſolii, &c. qui magnæ ſunt efficaciæ in hunc modum.

℞. Milleſol. flor. albo & flor. luteo, an. Mii. rad. tormentill. rec. & cum fol. ſi haberi poſſit, ſi minus ſiccæ ℥i. pimpinell. mai. M. i. Conſerv. roſ. rub. ℔ß. aq. fontis ℔xvi. ponantur in olla vitreata quæ cum ſuo operculo diligenter lutetur, ut vapores non expirent. coq. poſtea in balneo M. bulliente per horas 16. colatura ſervetur in vaſe vitreo; de qua capiat ℥vi. mane, meridiè & veſperi.

Pro potu utebatur conſerva roſ. cum decocto hord. & liquirit. ad noctem præſcriptus eſt hic ſyrupus ſequens.

℞. Syrup. de roſ. ſicc. de ſucco portulac. & papav. alb. an. ℥i. M. capiat cochl. i. Singulis duabus horis, ita ut intra noctem tres illæ unciæ abſumantur, mirum in modum profuit hic ſyrupus, & ſequenti die fuit iteratus; ut per longiora intervalla ſumeret cochl. i. Sequentibus verò diebus nihil amplius ſanguinis excrevit, & omnino convaluit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 83 *cent.* 1.

Vir quidam militaris temperamento ſanguineo & bilioſo præditus, triginta annos natus, ab octo menſibus incidit in ſanguinis excretionem per os, quem vomitu rejecit prima vice ad ℔viii. à quo affectu frequenti phlebotomia liberatus eſt. Idem tamen vomitus ſanguinis poſt aliquod tempus ſemel atque iterum recurrit, ſed minori copia, & jam per intervalla ſputa cruenta, & ſincerum ſanguinem per ſputum rejecit. Huic ſequentia præſcripta fuere remedia, injecto clyſtere laxante aperiatur primùm vena baſilica cubiti dextri, deinde die ſequenti vena malleoli ſiniſtri & mittantur ſingulis vicibus ſanguinis ℥vi. vel vii.

℞. Fol. plantag. M i. tamarind. ℥ß. coq. ad ℥vi. in colat. infunde rhab. elect. ℈i. myrobalan. citrin. ℈ß. ſantal. citrin. ℈ß. in expreſſ. diſſolv. mann. & ſyrup. roſac an. ℥i. rhei. pulv. ℈i. F. potio, quæ detur poſtridie ultimæ venæſectionis, die ſequenti applicentur duo cauſtica poſteriori parti cervicis inter tertiam & quartam vertebram.

℞. Rad. biſtort. tormentill. ſymphyt. maj. an. ℥i. fol. plantag. pimpinell. piloſell. vinc. pervinc. an. M. i. ſantal. rubr. ℥ii. coq. ad ℔iß. in colat. diſſol. ſyrup. de roſ. ſicc. ℥iv. F. Iulep. pro quatuor doſibus matutinis, addendo unique doſi ſalis prunellæ ℈i.

Finitis julepis, reiteretur potio purgans prædicta; addendo pulv. jalapæ ℈i. & totum rhab. infundendo.

℞. Rad. conſolid. maj. ℥i. fol. plantag. pimpinell. bugl. prunell. & piloſell. an. M. ß. coq. cum juſculo vervecini, & colaturam accipiat manè tribus horis ante prandium continuando per duodecim dies.

Poſt quartum quodlibet juſculum, capiat potionem purgantem prædictam.

Finitis juſculis, utatur opiata ſequenti.

℞. Conſerv. roſar. & rad. ſymphyt. an. ℥i. troch. de carabe, & de terr. ſigill. an. ℥ß. corall. præp. margarit. præp. lapid. hæmatit. an. ℥i. gummi Arabic. & tragacanth. an. ℈i. cum ſyr. de roſis ſicc. F. opiata de qua capiat magnitudinem avellanę duabus horis ante paſtum, ſuperbibendo parùm aquæ potus ordinarii, quæ erit ptiſana confecta ex decocto hord. & liquirit. vel aqua ferrata in qua pimpinella vel piloſella infundatur.

Utatur per quindecim dies lacte caprillo vel ovilo leviter calybeato.

Quam primùm aggreſſus eſt horum remediorum uſum, ſanguinis ſputum ceſſavit, neq; unquam amplius in toto eorum decurſu comparuit neque deinceps. *Lazarus Riverius, obſerv.* 12. *cent.* 3.

Exhibeantur medicamenta quæ oſcula vaſorum reſerata occludant vi emplaſtica & aſtringente: ita tamen, ne nimia aſtrictione ſanguinem in pectore retineant: quin potius ea interdum permiſceantur, quæ ſanguinem extravaſatum & concretum diſſolvant & expectorent, inter quæ præſtantiſſima ſunt; ſequentia.

℞. Li-

℞. Liquoris albumin. ovi fortiter agitati ʒii. ſacch. roſac. ʒi. amyl. ʒiii. M. F. lohoch., quo utatur ex cochleari frequenter.

℞. Spirit. vitriol. ℈ß. aq. plantag. ʒiv. M. F. potiuncula: ſubitò ſiſtit ſanguinem tuſſi vel vomitu rejectum.

Syrupus corallíorum ad coch. ii. ſingulis diebus exhibitus, omni ſanguinis fluxui convenientiſſimus eſt: at tinctura ejusdem cum ſucco limonum recenti extracta, potentius operatur.

Quercetanus in Pharmacopœa ſequentem aquam deſcribit ad Hæmoptyſin, quę eſt magnarum virium.

℞. Rad. biſtort. ſymphyt. maj. tormentill. an. ʒi. fol. centinod. millefol. veronic. pyrolę, ſanicul. burſ paſtoris cum rad. an. Mi. ſummat. rubi lentiſci, an. M. ß. granor. ſumach. myrt. ſem. plant. berber. pap. alb. an. ʒvi. flor. nymphęę cucurbitæ cyd. roſ. rub. an. p. ii. contuſis & commixtis omnibus, macerentur per quatriduum ad ignem ballei, in ſuccorum depurator: plantag. portulac. acetoſ. agrimon. ana ℥ii. Dein fortiter exprimantur. His adde acaciæ, hypociſtid. ana ʒii. terr. ſigill. bol. armen. veræ, an. ʒß. elect. diatragac. frig. ʒii. macerentur denuo per quatriduum, dein per cineres ad ſiccitatem deſtillentur: hujus aquæ capiat æger cochl. ii. vel iii. per ſe aut cum ſyrup. convenienti.

Oleum de carabe chimicè extractum potentiſſimè penetrat, aſtringit, & ſiccat, ſi guttæ duæ in potu dentur cum aq. plantag. ut docet *Ceſalpinus* in ſpeculo artis medicæ.

Amatus Luſitanus ſuccum urticæ mirè prædicat his verbis. Qui ſanguinem ex pectore reiectarunt, & à Medicis tanquam deplorati ſunt habiti, ſolo urticæ ſucco convaluerunt. Poſt multa autem machinata remedia, nullum ita contulit ut ſanguis cohiberetur, ac urticæ ſuccus, quem ad quinque vel ſex dies ebiberunt: ſingulis ſcilicet diebus ʒiv. jejuno ſtomacho: imò & ipſam urticam in coctam iure pulli aut vervecis ſæpe comedebant.

Pilulæ ſublinguales uſitatiſſimæ ſunt, & in ſequentem modum componi poſſunt.

℞. Mucag. gummi Arabic. & tragac. extract. cum aq. plantag. ʒii. mumiæ, maſtich. an. ʒi. ſacch. roſat. q. ſ. F. pilulæ ſublinguales, quarum unam teneat in ore perpetuo.

Quia verò aſtringentium uſu ſputum ſupprimitur, & difficultas ſpirandi exoritur, per intervalla recurrendum eſt ea quæ pectus leniunt, & nihilominus ſanguinis ſputum cohibent: qualia ſunt ea quæ componuntur ex gummi Arabico, tragacantho, amylo, & ſyr. de roſis ſicc. cydon. myrtill. juleb. de ſucco portul. aut plantag. *Lazarus Riverius prax. med. lib. 7. cap. 6.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hæmoptoe.

PRæmiſſis venæſectione & debita purgatione ſoleo maximo cum fructu præbere ſingulo manè ʒß. plus minuſve ſeminis papav. alb. cum ʒß. ſacchar. roſat. antiquiſſ. quod remedii genus compluribus inſigne juvamentum attuliſſe ſcio. *Hieron. Mercurialis, conſ.* 15. *tom.* 1.

In hoc caſu ſæpiſſimè expertus ſum magnopere profuiſſe ſemen hyoſciami alb. cujus pulvis acceptus cum ſacchar. roſac. antiq. & ſyrup. de portulac. ſolet mirum in modum fluores ſanguinis compeſcere. *Hier. Mercurialis, conſult.* 42. *tom.* 2.

Civis quidam *Monſpelienſis* Hæmoptoe laboraverat per triennium, qua ſanguinem reiiciebat per intervalla ſatis magna copia: tandem poſt multa remedia, per menſem integrum mane ſumpſit amylum in aqua decoctum (& ſine calce paratum) inſtar panatellæ; & ab eo tempore ſanguinis ſputo nunquam correptus eſt. *Lazarus Riverius obſerv.* 11. *cent.* 4.

Andreæ Baillæo conſulis regii filio annorum viginti, magna ſanguinis per os rejectio: valde pulmonibus metuitur: omni arte pulmonibus ſtudetur: fortè fortuna dum hypochondria manu blandè continguntur, pulſus percipitur, ac veluti πλησὸς nec non ab hypochondriis decurrentis ſanguinis ac partes ſuperiores affectantis curſus percipiebatur, ac ſi manu ſanguis duceretur: prout partes ſuperiores petebat, hor-

horror quidam excitabatur: at tum confertim rejiciebatur è pulmonibus: talis rejectio erat hemorrhagiæ loco, quæ juvenibus erat familiaris. Relictis tum præſidiis quæ pulmoni dicabant, converſum eſt ad hypochondria ſtudium. Expurgata innumera colluvie prærepta eſt ei rejectioni ſanguinis occaſio: quod notandum valde eſt. *Guil. Ballonius, lib. 1. Epid. & Ephem. pag. 62.*

Syrupus ex ſtercore aſinino in omni rejectione ſanguinis plurimum confert. Lavatur primum aqua roſac. in eadem incoquitur cum ſacchar. roſac. & fit Syrupus. *Guil. Ballonius, conſil. 22. lib. 1.*

Quater in anno corpus purgandum erit ſequenti bolo.

℞. Gaſſiæ rec. extract. ℥vi. rhei el. pulveriſ. ℥iß. elect. diatragac. frigid. aut ſacch. alb. q. ſ. F. bolus.

Sæpe etiam ſub noctem ad lecti ingreſſum uti conſerva roſacea expediet. Si tamen accideret ſputum hoc ſanguinis repetere, commodum videretur poſt blandam alvi mollitionem mittere ſanguinem è baſilica dextra, quæ eſt lateris fluxioni magis opportuna. Die ſequenti hauſtulam rhab. torrefacti potare in hunc modum.

℞. Rhei. el. torrefact. Syrup. roſ. ſicc. ℥vi. ℥ß. plantag. ℥iii. M. F. potio.

Utatur quoque frequenter, atque adeo omnibus horis hac familiari opiata, donec ſanguis conſiſtat.

℞. Conſerv. roſ. ſicc. ℥i. bol. arm. ℥iii. terr. ſigillat. ℥ii. corall. rubr. carab. C. C. uſti, an. ℥ß. ſyrup. myrtill. q. ſ. F. opiata.

Ad præcautionem, etiam ſi ſanguis non erumpat, hoc condito ſæpe utendum.

℞. Conſerv. roſac. & ſymphiti an. ℥ß. troch. de carabe & de terra ſigill. an ℈i. corall. rubr. margarit. elect. an. ℈ß. ſacchar. roſat. q. ſ. F. conditum. Capiat cochleare unum hora una ante paſtum. Uſus boli armen. perutilis erit ſi ſanguis rurſus erumpat.

Deinde ipſo ſuppreſſo ſequenti ſyrupo pulmones corroborandi leniendi, & detergendi.

℞. Paſſul. mundat. ℥i. polipod. q. liquirit. raſ. an. ℥ii. tuſſilag. ſcabioſ. pimpinell. centinod. an. M. i. ſem. altheæ & bombacis, an. ℥i. F. decoct. ad ℔i. in expreſſ. diſſolv. ſacch. alb. quartaria tria. F. Syrupus mediocriter coctus: utatur omni hora ex cochleari ſine aquis: pulmones roborat & detergit. *Ioh. Fernelius, conſilio 22.*

Qui ſanguinem ex pectore rejectarunt, & à Medicis tanquam deplorati ſunt habiti, ſolo urticæ ſucco ebibito convaluerunt. Poſt multa enim machinata remedia nullum ita contulit, ut ſanguis cohiberetur, ac ſuccus urticæ quem ad quinque vel ſex dies ebiberunt. Singulis namque diebus uncias quatuor jejuno ſtomacho bibebant, imò & ipſam urticam incoctam jure pulli aut vervecis ſæpe comedebant. Urticam hoc munus conficere poſſe credi-
„ tu eſt difficile: *Dioſcorides* tamen de ea
„ ita inquit Urticæ folia profluvia narium
„ cum ſucco ſiſtunt tria impoſita, & ulti-
„ mo urticæ ſuccus gargarriſatus uvam reprimit. *Amatus Luſitanus, cent. 6. cur. 4.*

Puella quædam ex patritia familia, non multùm poſtea quàm menſes primo vidit, in ſanguinis mirum ſcreatum incidit. Hæc enim mirum dictu, inter diu duodecies ſcreabat, qualibet autem hora ſemel; noctu non ſcreabat ſed dormiebat. Screabat autem, ut ex ſcutulis 12. percipiebamus pro vice parùm, aliquando ſanguinem rubicundum, ſæpe verò aquoſum, quem non tuſſi, aut difficili aliqua anxietudine rejectabat. Adhibitis variis medicamentis, rejectatio ſanguinis tandem deſiit. Qui Artis Medicæ ardua cacumina conſcendunt, facile iudicare poſſunt caſum hunc rarum eſſe. Quis enim quam vidit, aut literis mandavit, ſanguinem tam longo tempore (ultra tres menſes perdurarit) tanto ordine & tam ſervata periodo, per eos rejectari? Intra enim duodecim diei horas duodecies puella hæc ſcreabat ſemel in hora cruentum & parum; noctu verò nihil ſcreabat, etiamſi vigilem totam noctem ageret. An verò ſanguis menſtruus, qui eo tempore deficiebat, partem altam crepebat, & per venam parvam & exilem ſtomachi parti altæ complantam exibat, in dubium verti poſſet: Vos qui rerum naturalium cauſas percurritis, conſiderate. Hoc unum ego hic teſtatum relinquo,

quo, non minus difficilem hujus morbi cognitionem esse quàm illam *Euboici Euripi ab Aristotele* frustra investigatam, nec tamen inventam. *Amatus Lusitanus*, *cent. 6. cur. 49. & Scol.*

Si sanguis tussi excretus è pulmonibus fluat, emittendus est sanguis ad revulsionem, si ex pectore abstinendum est à sanguinis emissione. Ita *Hippocr.* in pleuritide ubi sanguis expectoratur, à venæsectione cavet: nam hic opus est firmis lateribus venæ autem sectionem admodum franguntur vires. *Ioh. Heurnius*, *ad Aphor. Hippocr.* 13. *sect.* 5.

In cruenta spuentibus venæsectionem impediunt tempus anni, pleuritis, bilis *Hippocrates lib. 6. Epidem. sect.* 3. Quasi verò in pleuritide non sit secanda vena; imò tunc secandi sumitur indicatio, cum sputum cruentatur. Hoc non vult *Hippocrates*, quanquam littera id videtur indicare; sed considerat sputum cruentum vel ut morbum, vel ut symptoma. Ut morbum cùm est proprio vitio pulmonis; ut symptoma, cùm fit ob pleuritim. Cùm enim fit ob pleuritim, non ex se postulat phlebotomiam est enim ipsa pleuritis, quæ forte postulat, aut non. Nam cùm medendi pleuritidi alia ratio sit quàm per phlebotomiam, fieri potest ut sputum sanguinis nullo modo phlebotomiam indicet, quatenus symptoma est; quatenus morbus, omne sputum cruentum phlebotomiam insinuat. *Guil. Ballonius Hist.* 1. *lib.* 2. *Consil.*

Sententia *Hippocratis*, quæ *6. Eipdem sect.* 3. textu ultimo habetur, jure multos Medicos sollicitos habuit: siquidem non solùm contra rationem videtur, verùm etiam contra communem & quotidianum Medicorum usum, quippe qui tunc multò magis mittunt sanguinem in pleuritide, quando sputa sanguinolenta excernuntur. *Franciscus Valesius Hippocratem* vult in ea sententia minimè loqui de impedimento mittendi sanguinem sed de impedimento curationis, ut voluerit *Hippocrat.* nos docere, ubi cruenta expuuntur, curationem impediri à pleuritide: quippe cùm cruenta expuitio requirat adstrictoriam curationem, pleuritis autem potius requirit laxatoriam. Hæc *Valesii* interpretatio est quidem veritati admodum consentanea: verumtamen quia expressissimis verbis *Hippocr. & Galeni* interpretationi: refragatur, minimè à nobis æstimanda est. Ideo puto *Hippocratem* deserte nos monere, ut ubi cruenta sunt sputa, & pleuritis adest, minime sanguis mittatur. Cur igitur Medici quotidie secus operantur, ut tunc potissimùm sangunem mittant, quando sputa sanguinolenta conspiciuntur? Respond. cruenta sputa, quæ in pleuritide rejici solent aut esse purè sanguinea, aut non est, sed permissa. Ubi sputa pure sanguinea sunt, certè nullo pacto convenit sanguinem mittere, 1. ea ratione quam proponit, quia morbus scil. est mitissimus, & sic non exigit vehementissimum remedium. Alia ratio est, quia ubi sanguis purus excernitur, si etiam sanguis licet parcè mittatur, periclitantur vires. Hoc itaque pacto intelligendus est *Hippocr.* quando scribit impediri sanguinis missionem in pleuritide quoties sputa sunt purè & sincerè sanguinea. Cæterùm si sputa minimè sunt sincera, sed permista, tunc necessarium est omnino mittere sanguinem, quia huiusmodi sputa arguunt morbum esse acutissimum & periculosissimum. *Hieronymus Mercurialis Med. Practic. lib.* 2. *cap.* 6.

Cùm dicat *Hippocrates*, Cruentum si fuerit expectoratum in pleuritide, à sectione venæ esse temperandum, hoc voluit; Si plena manu expectoratum sanguine mixtum procedat, ita ut inde mitescat dolor, febrisque conquiescat, non opus erit phlebotomia: nam natura excludit ipsa suum onus, phlegmonesque materiam elidit. Si verò sanguinem expectoratum parce procedat, si nec dolorem nec febrem excludat, cur non secaretur vena? an non vehemens affectus? *Ioh. Heurnius*, *cap.* 2. *De morbis pectoris.*

Quidam *Hippocratis* authoritate decepti nunquam secant venam in pleuritide, si sputum sit sanguineum. Sed nos ad methodum & fundamenta revocantes omnia, distinguere debemus, dum sanguis expuitur, num sanguinis peccatum sit vehemens necne. Si non est vehemens, mitis est inflammatio, dum scilicet sanguis qui fluit egreditur & non retinetur,

ideo-

deoque sensibiliter dolor imminuitur; è quibus mitis cognoscitur inflammatio: deoque non est tunc vena secanda, quia sanguis in hac miti inflammatione evacuatur per tussim. Si peccatum sanguinis sit vehemens, inflammatio non est mitis: dum scil. æger expuit sanguinem, sed in parva copia, & dolor non minuitur, sed intenditur potiùs: quia major est portio sanguinis fluentis, quam ejus qui excernitur. Proinde vena secanda; cùm vitium sanguinis sit vehemens. *Hier. Capivaccius. Pract. lib. 2. c. 3.*

Pleuritides bilioſæ simul & sanguineæ ut plurimum nono, aut undecimo judicantur, ac ferè saluti conducunt. *Hipp. Coac. prænot. lib. 2. Tit. 17. sect. 9.*

Sputum rubrum simul & flavum promoveri debet iis quæ expurgationem juvant, molliendo, leniendo & sputum ciendo; non autem sanguinis detractione retrahi & impediri, quod usu venire videmus, non sine mœrore & nemesi, ab isti pragmaticis vulgò dictis, qui omnem pleuritidis curationem exigunt in sanguinis detractione sæpius iterata, quandiu pleuriticus hujusmodi sputa expurgat, cum spe salutis prædivite. O homines Reipublicæ calamitosos atque funestos; Ipsam pleuritidem quæ sua sponte nullius operis indigens, cum tali sputo quiesceret, ex eventu reddunt mortiferam. *Ludovicus Duretus, in Coact. prænot.* supra citatam, & circa finem *lib. 2.*

SECTIO SECUNDA.

De Hæmorrhagia Narium.

Αιμορῤῥαγία (ab *ema* sanguinis, & *rissо* vel *rignimi* frango, rumpto) immodica est & præternaturalis sanguinis ò naribus profusio apertis, ruptis, vel exesis venis aut arteriis eò desinentibus: eas aperit per anastomasin, sanguinis copia & acredo, rumpit verò per *rixin*, vulnus, contusio ex ictu, aut violenta qua vis evidenti causa: exedit demum per *diabrosin*, sanguinis vel cujusvis humoris exuperans acrimonia: per eas denique quæ in *diapidisi* transudat sanguis ob vasorum tunicæ raritatem & sanguinis tenuitatem. Hæmorrhagia alia est critica, alia ex consuetudine naturali, alia etiam omninò præter naturam: in duobus primis generibus sanguis supprimi non debet, nisi quum viribus metuitur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

VIdimus *Pithueris* anno 1545. puellam annorum octodecim pauperculam per quatuor integros dies sanguinis fluxum è naribus adeo enormen habuisse, viribus prostratis, mensibus ad longum tempus retentis, humi prolapsam, ut nulla spes salutis superesse videretur. Ad quam vicini cum omnia tentassent remedia, me tandem ad eam perduxerunt: statim arrepto utroque brachio circa carpum, ubi pulsus tangitur, aquam frigidissimam ex poculo stricti orificii embrochæ instar continuo stillavi, simumque procinum naribus objeci, & ut ore repleto aqua frigidissima, succum urticæ per nares attraheret, mandavi: nuchamautem aq. plantag. frigida lavari permisi, quanquam hoc remedium febricitantibus sit suspectum; hæc autem non febricitabat. His remediis fluxus cessavit, viribus postea paulatim recreatis ut veniam saphænam secaret consului ad menses revocandos.

Alteri puellæ cui & menstruæ purgationes ad quatuor menses restrictæ non procedebant, & sanguis è naribus per tres continuos dies fluxerat, saphæna ejusdem lateris incisa non proficiente, irritisque omnibus aliis auxiliis uti solitis, tandem ut ventosa magna absque scarificatu sub mamilla dextra ad hepatis regionem (è dextra enim nare fluebat sanguis) applicaretur, mandavi: quo protinus fluxus enormis cessavit, cum pro mortua & deplorata prius haberetur.

Alia etiam mulier cum profluvio sanguinis narium admodum vehementi & diu perdurante detineretur, neque ullis remediis restringeretur, tandem cinere chartarum albarum combustarum naribus demisso, præter spem sanata est. Addam, & in-

& indubitatum experimentum ad sanguinem è naribus fluentem cohibendum, quod ipsimet vidibus sæpius expertum in Nobili Matrona. Hæc cum sanguis è naribus supra modum flueret, frustum cretæ albæ digito annulari continebat è regione naris fundentis sanguinem, donec incalesceret, & statim sanguis supprimebatur: ut diversis vicibus in eadem Domina spectavimus. *Petrus Forestus, observ.* 10. *lib.* 13. *De Nasi Affect.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

VIr quidam cum mustum in cœna largius bibisset in multam satis noctem, & in fine etiam vinum Hispanicum, die subsequenti manè in fluxum sanguinis narium enormem incidit, ita ut ultra sex libras ferè sanguinis è nare sinistra profuderit; cum debillior fieret, me vocavit; ut de vena incidenda mentionem feci, id protinus amici ægro dissuadebant, cum sanguis è naribus largius profusus esset; à nobis tamen persuasus, cum sanguine repletus esset, & pulsus satis constaret, eo præsidio ad diversionem usus est. Secta ergo vena brachii sinistri cum hoc anacolema fronti circumligassem, & stercus porcinum (asininum si reperiri potest magis laudatur) recens cum bolo armena mixtum, ne perciperetur quid esset ad olfaciendum naribus objecissem ab enormi sanguinis fluxu præter astantium opinionem curatus est.

Anacolema tale erat.

℞. Aq. ros. ℥iv. aceti rosac ℥iß. bol. armen. ℥i. M. frigidè cum panno lineo inculcato fronti alligabatur: & ubi incalesceret, novum denuò idque frigidè apponebatur, neque aliis remediis uti necessum fuit. *Petrus Forestus, observ.* 12. *lib.* 13.

Cavendum ne ventosam umbilico applicemus, ne nobis accidat quod mulieri acciderat, *Gatinaria* referente, quæ obiit ventosa pinguedine repleta. *Id. Schol. observ.* 12. *lib.* 13.

Vir quidam Generosus sanguinis narium profluvio cum extremè laboraret neque remedia commodè adhibita juvarent, circiter ℔xii. sanguinis ex utraque nare per vices effluxere. Cum ad eum accitus essem ut duas ventosas absque scarificatione, unam supra hepatis regionem, alteram supra lienis locum ponerem, mandavi; quibus parum videtur fluxus subsistere. Verùm post meum discessum, uxor cum videret sanguinem iterum ex utraque nare cum impetu erumpere, & quod ventosæ hypochondriis, impositæ nullo modo juvarent, alias duas, unam supra pedem dextrum, alteram supra sinistrum affigi jussit, & dictu mirum, sanguis præter spem subito restrictus est: verum cum aliquanto tempore ventosæ cuti adhærerent, æger in animi deliquium incidit, quare iisdem detractis, aqua in faciem conspersa excitatus est, & odore vini recreatus, ad se rediit: & à fluxu sanguinis narium per ventosas miraculi aut incantamenti instar, præter omnium opinionem restitutus est. *Petrus Forestus, observ* 14. *lib.* 13.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

PRimò digitum annularem cum auriculari constringo. Postea admoveo fronti, cervicique hoc Cataplasma.

℞. Argill. ust. & contus. M. vi. aceti acris q. s. M. pro cataplasmate, quod duplici linteo inductum fronti atque cervici crebrò admovebam actu frigidum: & sic intra paucas horas ingentem, diuturnum, continuumque sanguinis fluorem per Dei gratiam compescui. Fumum etiam ex electro albo accensо per nares clauso ore excipiebat æger manè ac vesperè per dies aliquot; quo sanguis quoque cohibitus, ac vires animales & vitales roboratæ valdè fuere. Victus rationem observabat frigefacientem & siccantem: potus erat aqua chalybeata *Martinus Rulandus, curat.* 27. *cent.* 2.

Vir quidam insanguinis per nares fluxum valde copiosum incidit, ita ut intra diem circiter decem sanguinis libræ profluxerunt. Consultus mox fluxum repressi sequentibus remediis. Olfaciebat stercus sui-

um, quo olfactorio ſtatim remiſſius factum ſt profluvium: præterea lintea aqua chaybeata frigidiſſima imbuta applicabam ronti, collo, toti cervici & ſcapulis, item d hepatis regionem: his factis fluxus deit & rectè habere cœpit. *Martinus Rulandus, curat. 57. cent.* 10.

Cum præter naturam ſanguis immodicè luit, revulſionibus, diverſionibus per ſanuinis miſſionem, cucurbitulas & ligaturas, remediis item aſtringentibus & à proprietate quadam ſanguinem reprimentibus iſtitur. Quidam compreſſione quæ fit in urvatione vehementi digiti minimi in dex. ra manu ſi ex dextra nare fluat, vel in ſiniſtra, ſi ex ſiniſtra, reprimi ſenſerunt. Aliqui rctius digitum iſtum ſerico rubro ligant; ed hoc remedii genus, ubi vel magna ſt intemperies in ſanguine, vel venarum nala compoſitio parum profuturum videur. Inter medicamenta à proprietate ſanguinem reprimentia, lapis qui in capie carpionum reperitur, tritus, & in polinem redactus, præſertim ſi cum lanugine, quæ in malis cydoniis hæret applicetur mprimis commendatur, item herba atque radix fragorum axillis ſubjecta, vel ollo apenſa, radix etiam iſta & lapillus arpionis in ore teneatur. Sed in fervore anguinis aquam fragorum bibere & genitales partes aquæ frigidæ, cui acetum admiſtum ſit, imponere, & cum aqua fragorum ſanguinem qui effluit lamina ferri andente exceptum, & pulveriſatum aſſumere, vel pulverem iſtum cum pulvere apidis carpionum mixtum ut dixi, impoere rectius eſt. *Joannes Crato. conſil. . lib.* 5.

Hæmorrhagia narium ſi moderata; & er intervalla advenerit, ad tuendam ſanitatem conducit, & a dolore capitis, aliiſque morbis graviſſimis liberat, ideoque on illicò ſiſtenda eſt. Sin verò immoderata fuerit, protinus cohibenda, ne vires ſimul cum ſanguine diſſolvantur, parteſque obiles refrigerentur ac debilitentur, inde nim ſequitur cachexia, icterita, hydrops, & hujuſmodi morbi curatu difficiles, tatim igitur turundæ ex carbaſo paratæ, albumine ovi imbutæ, ac pulvere noſtro d ſanguinem ſiſtendum (cujus deſcriptionem vide ſupra lib. 6. ſect. 9. conſperſæ, naribus immittantur lapis quoque qui in capite carpionum repetitur, in pulverem redactus & turundis inſperſus a nonnullis commendatur. Muſcum tamen, qui craniis hominum aeris expoſitis, adnaſcitur, in ſubtiliſſimum pollinem redactum, multò præſtantiorem eſſe, non rarò expertus ſum. Poſtea linteum replicatum, & poſca imbutum, aut defenſivum aliquod fronti & naſo applicandum, quale hoc eſt quod ſequitur.

℞. Farin. hord. ℥iij. ſang. drac. bol. arm. terr. ſigill. croci martis, cortic. granat. an. ℥j. ſucc. prunor. ſylveſt. inſpiſſat. & aceto diſſolut. ℥ß. & cum album ovi, aceto, parumque aquæ aut omphacio, in mortario fiat defenſivum, quod ſupra linteum extenſum, fronti & naſo frigidè applicetur, ſæpiuſque poſca irroretur, ne exſiccetur, & incaleſcat.

Si verò hiſce fluoris impetus non ſiſtatur, cucurbitulæ cum magna flamma, ſcapulis, cervici, natibus; & coxis primo abſque, deinde verò cum ſcarificatione erunt applicandæ, maximo quoque cum fructu muſculo anteriori cubitum flectenti, qui à nonnullis biceps appellatur: cucurbitulas cum flamma admovi, brachia & crura fortiter liganda, ut ſanguis ad longinqua trahatur.

Juveni cuidam *Lauſannenſi*, propter maximam hæmorrhagiam de vita periclitanti, non ſolùm genitalia linteis aqua & aceto madefactis, verùm etiam totum ferè corpus involvi, brachia & crura arctè ligavi, pulveremque noſtrum ad ſanguinem ſiſtendum naribus impoſui: hinc ſanguinis fluor remiſit, & brevi convaluit.

Eſt & vena poplitis aut malleoli è regione naris ſanguinem fundentis incidenda, dummodo id abſque uſu aquæ calidæ fieri poſſit.

Sequenti quoque potione fœliciter utor: temperat enim fervorem ſanguinis, fluoremque ſiſtit.

℞. Aqu. fragor. & centinod. an. ℥j. ſyrup. granat. aut de acetoſit. citri ℥i. ſuccus berber. ℥ß. terr. ſigillat. bol. armen. veræ & præp. an. ℥i. M. fiat potio, frigidè exhibenda Vel,

℞. Aq. plantag. & roſar. an. ℥iß. troch.

de

de terr. ſigill. ℥i. ſyrup. de roſ. ſicc. & de ſucco acetoſ. an. ℥ß. M. F. potio.

A vino, & ab eo, quod actu aut potentia calidum eſt, item à tuſſi, vociferatione, colloquiis, ambulationibus, & quavis motione corporis, æger abſtineat, hac methodo multos feliciter ſanitati reſtitui. *Guil. Fabritius Hildanus, Obſ.* 15. *cent.* 2.

Eſt uſnea cranii humani in pulverem redacta (ut ego multoties expertus ſum) in hæmorrhagia narium præſtantiſſima, per ſe aut nonnullis aliis, veluti terra ſigillata, pulvere ranarum præpar. & ſimilibus mixta, & applicata. Cranii ſuſpenſorum uſnea non adnaſcitur. *Guil. Fabritius Hildanus, Epiſt.* 27.

Sanguinem reſtringit muſcus cranii humani in manu retentus. *D. Robertus Boyle*, tractat. *De Utilitate Philoſoph. Natural. part.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 14.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

JUvenis quidam robuſtus ac plethoricus, cum ſub ſole tempore dierum canicularium ſupra modum incaluiſſet, poſteaque ſponſam ſuam, quam noviter duxerat, ardentius quam ſibi pro conſervanda bona valetudine conveniebat amplexus fuiſſet, hæmorrhagia maxima narium correptus eſt. Vocatus ego omnia, quæ profutura exiſtimabam præſidia, præſcripſi & admovi, ſed fruſtra, quam ob rem cùm hominem propter ingentem ebullitionem ac fervorem ſanguinis, in maximo verſari periculo, probè cognoviſſem, extremo huic affectui extremum potius remedium (in quo tamen ſpes aliqua) adhibendum eſſe, quam immaturam mortem expectare, adſtantibus & amicis ſuaſi, labrum itaque frigida impleri juſſi, in quod totum corpus immerſi. Sic frigefacto ac inſpiſſato ſanguine, fluxus paulatim reſtrictus fuit. Poſtea per dies aliquot ſequens julapium bis in die exhibui.

℞. Aqu. bugl. & acetoſ. an. ℥ii. ſyrup. de ſucco limon. ℥i. M. F. julep. victus regimen tenue & refrigerans obſervavit, & ſic brevi convaluit. *Guil. Fabritius Hildanus obſerv.* 17. *cent.* 2.

Quidam hæmorrhagia correptus eſt adeo immodica ut vires deiiceret, ad eam cohibendam cum multa uſurparentur remedia, hoc unicum profuit, nempe oxycratum per nares frequenter attractum, quo ſtatim cohibitus eſt ſanguinis fluxus, eoque poſt biduum denuo prorumpente, oxycratum iterum ſimili modo uſurpatum confeſtim cohibuit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 23. *centur.* 1.

Vir quidam robuſtus contumaci hæmorrhagia ad extrema redactus fuerat, poſt multa remedia fruſtra tentata, tandem cujuſdam medici conſilio è lecto in pavimentum delatus eſt ſupra mattam laneam, & totum corpus contectum linteis oxycrato madidis per longum tempus, donec rigore correptus eſt, tunc enim ad lectum deportatus & rigorem febris ſubſecuta eſt, quàm ſudor excepit, a quo curatus eſt, collum etiam iiſdem linteis obducebatur. *Lazarus Riverius, obſ.* 5. *cent.* 4.

Epiſcopo cuidam quinquagenario circa veſperam oborta eſt hæmorrhagia, quæ per quatuor horas perſeverans, ſanguinis ferè lbii. æquavit, adhuc affatim fluebat, & vires concidebant, igitur cogitandum fuit de cohibenda hæmorrhagia, & præſcripta fuit venæſectio revellens in brachio dextro ſal prunellæ in aqua frigida diſſolutum, frontale adſtringens, acetum in aurem inſtillandum, ſuccus urticæ ſumendus, cucubitula regioni hepatis admovenda linteum in aceto madefactum, quo frigidè cervix erat obvolvenda, & ligaturæ extremorum: quibus nihil proficientibus, æger ſe alvum deponere velle dixit: nec potuit cogi, ut in lecto dejiceret; præmonuimus ſi è lecto ſurgeret cum tanta exolutione virium, fore ut in ſyncopem rueret, attamen eam cohibendo ſanguini fore perutilem, ita ferè ſucceſſit, nam poſtquam ſurrexiſſet animi deliquium paſſus eſt, a quo ſtatim excitatus eſt vino exhibito, & aqua frigida in faciem projecta, poſtea copioſè dejecit, & poſtquam in lectum delatus fuiſſet, ſanguis multo minore impetu fluebat, poſtquam verò paululum quieviſſet, exhibitum eſt ſal prunellæ ad ℥ß. in aqua frigida diſſolutum, quo aſſumpto, ſtatim ſanguinis

fluxus

fluxus omnino fuit cohibitus, nec aliis remediis opus fuit. *Lazarus Riverius, obſerv. 48. cent. 1.*

Quidam in *Montepeſſulano* paſſus eſt fluxum ſanguinis narium per tres dies & noctes; & cùm feciſſem omnia quæ credebam utilia, nec potuiſſem ſanguinem reſtringere, quædam vetula fecit infundi pannos lineos in forti aceto, & fronti ejus, & circa collum ſæpe & ſæpius applicavit, & dedit illi mentham ad odorandum, & reſtrictus eſt. *Arnoldus Villanovanus, Pract. lib. 1. cap. 33.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

REvulſionibus quæ in uſum vocari ſolent, aliquandiu uſurpatis, ſi fluxus nihilhominus perſeveret, ad repellentia veniendum remedia, qualia ſunt ea quæ anacollemata vulgò nominantur, fronti & temporibus applicanda, quæ ita componi poterunt.

℞. Bol. armoniac. terr. ſigill. ſang. drac. thur. maſtich. aloes. an. ʒi. farin. volatilis, & pilor. lepor. minutim inciſ. an. ʒß. album ovi, numero i. ſucc. plantag. & ſolan. an. q. ſ. F. cataplaſma fronti & temporibus applicandum.

In caſu urgente promptiſſimè parari poteſt cataplaſma ex bolo armen. ſola, cum album ovi, & aceto ſubacta, fronti ac temporibus apponendum.

Efficaciſſimum etiam paratur cataplaſma ex gypſo cum aceto ſubacto, & ad craſſiciem duorum digitorum fronti & temporibus admoto & ſi prima applicatio non ſuccedat, iterabitur, & certò curare creditur.

Faba aut numiſma argenteum radici narium inter cilia admotum, & faſcia arctè alligatum, ut fortiter partem comprimat, eundem fluxum cohibet, animadvertendum eſt an in temporibus, aut fronte venæ aut arteriæ tumeant: tum enim eas numiſmate aliquo, aut faba ſicco per medium in longitudinem ſecta comprimere, faſcia interveniente, optimum & ſupremum remedium eſt.

Præterea repellentia dicta, in uſum revocanda ſunt, quæ ipſas venas apertas occludere & conglutinare ſolent, in quem finem multa remedia in nares immitti conſueverunt. *Galenus* thus & aloem in pulverem redacta albumine ovi excipit, & cum linteolo, aſperſis pilis leporinis, in nares immittit.

Vel turanda in hunc modum parari poteſt.

℞. Thuris, aloes, ſang. drac. farin. volatil. telæ aranear. & pilor. leporin. minutim inciſor. an. ʒß. excipiantur ſucco plantag. & goſſipia, fiantque turundæ in nares frequenter immittendæ.

Potenter etiam ſanguinem fluentem cohibet goſſipium atramento infectum, quod in thecis ſcriptoriis aſſervari ſolet, ſi aliquantulum expreſſum, & in turundæ figuram efformatum in nares immittatur.

Tandem hæmorrhagia omnibus remdiis pertinaciter obſiſtente; ad eſcharotica veniendum eſt, quæ venarum extremitates apertas comburendo cruſtam inducunt, & ſanguinem inhibent. In iis tamen magna cautio adhibenda eſt, quia dum eſchara decidit, vaſorum apertio plerumque renovatur, & ſic fluxus redintegrari ſolet. Inter eſcharotica autem principem locum obtinet vitriolum uſtum, quod præterquam quod eſcharam inducit, adquemvis ſanguinis fluxum cohibendum eſt efficaciſſimum, ſi mitius remedium habere deſideres, vitriolum allis permiſcendum eſt in hunc modum.

℞. Bol. arm. ſang. drac. thur. aloes, gypſi, vitriol. uſt. ſarcocoll. maſtic. an. ʒi. F. pulvis ſubtiliſſ. vitriolum album mitius operatur, quam vitriolum, uſtum, neque valde eſcharoticum eſt: hæmorrhagiam tamen potenter cohibet, orificia venarum conſtringendo, ſi in nares cum turunda ex goſſipio facta immitatur.

Optimum eſt hepar & lienem epithemate refrigerante, vel etiam oxycrato tepido fovere ad ſanguinis ebullientis fervorem temperandum.

Denique in contumaciſſimo affectu & allis remediis non cedente, ad narcotica eſt veniendum, & inter cætera laudanum ad gr. iij. exhibitum, principem locum obtinet. Cavendum tamen eſt, ne ægro valde debili exhibeatur, periculum

enim est ne calor nativus admodum debilis, narcotica vi omninò suffocetur.

Inter specifica succus urticæ miris laudibus effertur ad quemlibet sanguinis fluxum ex quacunque parte prodeuntem, maxima efficacia cohibendum: & ideò tum per os exhibetur ad ʒi v. semel atque iterum, tum per nares attrahitur; tum fronti & temporibus admovetur, in formam cataplasmatis cum farina subactus, vel tota urtica contusa dictis partibus admovetur; nonnulli asserunt radicem urticæ in ore detentam sanguinis fluxum statim constringere. Fimus porcinus inter præstantissima specifica etiam recensetur, si adhuc calens fronti & temporibus admoveatur, vel olfaciendus præbeatur, vel siccus in nares immittatur. Posterioris formula talis esse poterit.

℞. Stercoris porcini ex siccat. ʒiij. pulv. rosar. ad fœtorem auferendum ʒß. excipiantur succo plantag. in eoque intingatur bombax in nares immittendus.

Finkius testatur bufonem exsiccatum & pulverisatum in syndone rubra axillis suppositum vel manibus retentum, ut incalescat, sanguinem statim figere, eumque veluti Gorgonis conspecto capite, statim rigescere, alii bufonem sub dio suspendunt, donec carò universa absumpta sit, os femoris denudatum servant, idque nari inditum, hæmorrhagiam in instanti cohibere asserunt. Dum remedia prædicta in usum revocantur, de omnimoda causæ ablatione cogitandum est, quæ ut plurimùm solet esse humor tenuis, serosus aut biliosus in sanguine redundans eique motum præposterum concilians, naturamque ad illius excretionem irritans; unde fit ut humore illo evacuato, & sanguine repurgato, natura eum tanquam amicissimum, & familiarissimum, ac vitæ thesaurum retineat, neque amplius excernat, ideo purgatio instituenda est, bis terve iterata, si opus fuerit ex purgantibus adstrictione præditis, & refrigerantibus composita, in hunc aut simile modum.

℞. Tamarind. ʒß. fol. plantag. Mi. coq. ad ʒi v. in colat. infund. rhei el. ʒi. myrobal. citrin. ʒß. spic. nard. gr. viii. in express. dissolv. syr. ros. ʒi. rhei pulv. ʒi. F. potio.

In affectu inveterato & frequenter recurrente, talis purgatio semel in septimana repetita erit efficacissima; interim julepi adstringente post singulas purgationes exhiberi poterunt.

Cibi sint incrassantes & pauci nutrimenti, & sub forma liquida exhibeantur, ut sunt jusculæ refrigerantia, hordeata, avenata, & oryzata, cum aqua non jusculo parata.

Masticatio enim hæmorrhagiam promovet.

Si vires sint debiles, jusculæ carnium & panatellas exhibere oportet in quibus amylum sine calce paratum, aut gummi Arabicum dissolvantur. *Lazarus Riv., prax. Med. lib. 4. cap. 7.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Hæmorrhagia Narium.

MEmini expertissimum Virum *Emanuelem Vaezium* Avunculum meum quatuor *Lusitaniæ* Regum Medicum cubicularium quinque sanguinis fluore per nares jam septuagenarius sæpe divexabatur, stercus asininum modicè exsiccatum in capsula semper ad manus habuisse, cui medicamento nullum aliud simile reperisse, sæpissimè referebat, præsertim si succo urticæ commixtum, cum siccum jam erat, aut recens per se naribus adhiberetur. *Rodericus à Castro lib. 1. De Morbis Mulieribus, cap. 5.*

Memini me virginem *Pragæ* curasse, quæ sex annis hæmorrhagia laboraverat ita vehementer, ut vix unquam hebdomada præteriret quin aliquoties illi sanguis efflueret. Hæc cum nullis remediis juvari posset, à me consilium petiit, qui prætermissis aliis omnibus, quæ à Medicis præscribi solent, ut pote quibus ad nauseam jam diu usa fuerat, Jaspidem, cujus facultas ad hujusmodi symptomata mihi experientia non erat, illi commodato do, ut collo appensam gerat, paret illa, sanguinisque fluxus illicò sistitur, gestat per aliquod hebdomadas, nec rediit fluxus. Cum itaque se prorsus curatam opinaretur, deponit gemmam: post paucos dies redit fluxus; iterum appendit Jaspidem, cujus beneficio mox liberatur. Cum verò

rò ſingularem hujuſmodi facultatem & & divinam miraretur (ut mihi retulit) experiundi gratia aliquoties à collo depoſuit gemmam, ac ſemper animadvertit redire fluxum, nec curari, quin iterum appenderet. Obſervavit tamen, non ſtatim ſepoſita Jaſpide redire, ſed poſt multas prius elapſas hebdomadas; appenſa tamen, ſtatim ſiſti, ita ut nulli aliæ cauſæ fluxus inhibito adſcribi ab illa potuerit quam Jaſpidi, tandem cum per aliquot menſes à corpore gemmam depoſuiſſet, nec unquam hæmorrhagia rediiſſet, mihi illam reddidit. Poſtea cum illam ſæpius convenirem, affirmavit non redire amplius fluxum, ac ſe omninò curatam eſſe. Erat Jaſpis rubra. *Anſelmus Boetius, lib. 2. de lapid. & Gemmis cap.* 102.

℞. Sem. hyoſciami albi, & papav. alb. an. ℥ii. Conſerv. roſac. ℥i. F. S. A. Electuarium, doſis, quantitas nucis moſchatæ vel juglandis. Hoc ſimplici remedio Medicus quidam præclarus enormes hæmorrhagias narium, uteri etiam, & aliarum partium ſæpiſſimè curabat. *Dom. Robertus Boyle, tract. de Vtilitate Naturalis Philoſophiæ, part. 2. ſect. 5. cap. 6.*

Aperiam quod mihi cum maxima languentium utilitate ſemper adhibere profuit. Burſa paſtoris contrita ſi cum ovi albumine & aceto commiſta fuerit, & fronti applicetur, confeſtim ſanguis conſtringetur, ut mihi non ſemel in infirmorum curam contigit. *Iulius Cæſar Baricellus, Hrtul. Genial. pag.* 160.

Cuidam febricitanti, die ſeptimo hæmorrhagia copioſiſſima accidit, ita ut præ immenſo ſanguinis diſpendio æger ferè viribus exolveretur, atque opis Medicæ pro ſanguine ſiſtendo maximè incumberet neceſſitas in hunc finem cum venæſectio in brachio, ligaturæ, epithemata cum capiti, tum imo ventri adhibita, & quamplurima alia remedia incaſſum tentabantur: tandem mulieris illuc caſu occurrentis ſuaſu, nari ſtillanti ferrum ignitum admovebatur, & de repente a vapore ſanguinis torrefacti in nares ſuſcepto, iſtius fluxus ſiſtebatur, hoc remedium poſtea in pleriſque bono cum ſucceſſu uſurpatum novi. *Thomas VVills, lib. De Febribus cap.* 11.

A proprietate hæmorrhagiam ſiſtit ſtercus ſuillum pro odore naribus objectum Parens meus admiſcuit fragmenta ollæ veteris pulveriſata, & ſic ad miraculum ſiſtit ſanguinem.

Medicus quidam celeberrimus hæmorrhagiam narium ſic curavit.

℞. Pulv. aſtringent. ℥i. album ovi conquaſſ. q. ſ. aceti parum M. applicetur fronti, & circa collum.

℞. Aq. ſpermatis ranarum, plantag. nympheæ, ſyrup. corall. an. ℥i. M: bibat frigidè.

℞. Carnis bubulæ recentis, aſperge aceto forti, & impone nuchæ capitis. *VVolfangus Hoeferus, Hercul. Medic. lib. 1. cap.* 10.

Hæmorrhagiam narium ſiſtit pulvis bufonis exſiccati in nares inſuflatus, vel laciniis inditus, aut bufo integer ſub axillis geſtatus. *Iohan. Hartmannus. Pract. Chymiatr. pag.* 114.

Vir quidam hæmorrhagia inſigni cruciatus, cum curari non poſſet: tandem relatum ei fuit, quendam virum ſecretum admirandum ad hæmorrhagias inſigniores ſtatim ſiſtendas habere, ſola herbæ contuſæ applicatione, eoque remedio innumeros curatos fuiſſe; remedium igitur hoc habendum curavit æger noſter, miſſa ergo fuit herba contuſa & aqua in phiala, herbam plantis pedum & volis manuum applicandam eſſe, neque viginti & quatuor horis amovendam ſcribebat ſecreti poſſeſſor, & mantile aqua frigida madefactum teſticulis involvendum, naribuſque indendas interioris cepæ partis turundas in aqua ſupradicta madefactas, naribus primò eadem aqua mundatis hæc omnia facta fuerunt tanto cum ſucceſſu, ut nihil melius exoptari poſſet. Ego verò remedii addiſcendi deſiderio flagrans portionem herbæ aſſervaveram, qua diligenter explorata, manifeſtiſſimè ſecretum agnovi, folium enim herbæ malè contuſum & ferè integrum inveni; aquamque ex eadem herba eſſe percepi, ut autem miſeris ægris prodeſſe poſſim, libenter eam nominabo. Urtica communis hæc herba tantæ virtutis eſt, hæc enim ut ſæpe ab illo tempore expertus ſum miros ad hoc produxit effectus, imò in vulnere equi magni pretii hæmorrhagia pereuntis, quod etiam præſtat ſi fronti ad-

moveatur. *Petrus Borellus cent. 1. obſerv. 95.* *Otho Heurnius* ſtupam ſequenti aqua madefactam naribus inditam potenter hæmorrhagiam compeſcere tradit.

℞. Aceti fortiſſ. ℥i. croci martis ℥i. colcothalis ℥i. M. *In Notis* ad *cap. 7. lib. 5. Pathologia Ioh. Fernelii.*

SECTIO TERTIA.

Pro Hæmorrhagia ex dente avulſo.

DOmina quædam cum ſibi dentem avulſiſſet, tam copioſa hæmorrhagia ſucceſſit, ut fermè moreretur, irritis omnibus remediis. Vocatus juſſi ut emplaſtr. contra rupturam ſatis magnum tempori denti avulſo reſpondenti admoveretur, item ut alveolo è quo dens extractus erat, parum colcotharis pulveriſati adhiberetur eum cotono & digito contineretur. His factis intra horulam ſubſtitit ſanguis. *Petrus Pachequus, obſerv.* 28.

SECTIO QUARTA.

Pro Hæmorrhagia ex Vulnere.

CUm miles quidam vulnus accepiſſet in brachio, quo radius & cubitus tranſverſim ſecabantur, tanta ſecuta eſt hæmorrhagia, ut poſt varia aſtringentia admota, tum etiam cauſtica & eſcharotica, fluxus tamen ſanguinis per intervalla recurreret, ita ut Medici & Chirurgi de brachio penitus amputando cogitarent. Ego verò cui æger commiſſus fuerat, linteum complicavi in formam cylindri, longitudinis trium digitorum tranſverſorum, craſſitiei pollicis, quod perpendiculariter in vulnus demiſi: deinde plumaceolis reliquum vulneris ſpatium implevi, & quia cylindri extremum extra brachii ſuperficiem pollicis craſſitia eminebat, ſplenia quatuor admovi, quæ cylindrum æquabant firmabantque: ipſi verò cylindro quintum ſplenium, idque quadratum appoſui, ac denique faſcia arctè ligavi: & ab eo tempore ſanguis amplius non effluxit, vulnus autem non detexi per quatuor aut quinque dies, donec caro intus enata venæ orificium impleverit. *Samuel Formius, obſerv.* 1.

Cum equus commendatori cuidam mordicus digitum abſtuliſſet, ſanguiniſque fluor, multis fruſtra tentatis, non ſiſteretur, juſſi eum in pulli gallinacei vulnus recenter juxta podicem ſectum, intrudere, & ſic quam diu caleret retinere, fluorque ſtatim ſubſtitit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 772.*

Hæmorrhagia à vena ſecta quam nemo ſiſtere valuerat, ſolo aluminis tactu curata eſt. *Petrus Borellus, cent. 4. obſerv. 7.*

Ruſticus quidam vulneratus in manu, arteriæ læſæ ſolutionem patiebatur, ubi hæmorrhagia ſanguinis arterialis cum ſaltu frequenter invadebat, nulliſque remediis communibus corrigi potuit, hic tandem ad collegam meum *D. Stromajerum* accedens, auxilium in hac periculoſa hæmorrhagia deſiderat cui pauxillum magiſterii opii ad arteriam vulneratam opponitur, quo ad miraculum uſque contumax hæmorrhagia mox reſtinguitur: vulnere poſt emplaſtro ſtictico *Crolliano* facillimè conſolidato. *Gregorius Hortius, obſerv.* 12. *lib.* 9.

SECTIO QUINA.

De Hæmorrhoidum dolore & fluxu.

APoplexis licet quandoque pro omni ſanguinis ex quacunque parte effuſione accipiatur; in ſpecie tamen uſurpatur, pro ſanguinis è venis ani fluxu. Definiri poteſt, quod ſit ſanguinis per venas & arterias ani profluvium, aut in illis tumor ab influente ſanguine. Hæmorrhoides aliæ ſunt cæcæ, quæ tument cum maximo dolore, quia, partes illæ acutiore ſunt ſenſu, & ſanguinem non reddunt: aliæ ſunt apertæ, ex quibus in egerendi conatu ſanguis copioſè eructatur: aliæ rurſus ſunt internæ, quæ à ramo ſplenico venæ portæ oriuntur, & in muſculis ani, & inteſtino interiore cum ſocia arteria terminantur, & unica eſt: aliæ externæ, quæ à venæ cavæ ramo epigaſtrico procedunt, & in externas inteſtini recti partes diſſeminantur, & hæ duplices ſunt, cum duabus comitibus arteriis. Hic ſanguinis profluxus moderatus ſi ſit, ſalutaris eſt, & à graviſſimis morbis liberat, ſed ſi nimium fluat, aut fluxus conſuetus ſupprimatur,

in

in quam plurimos morbos præcipitat; profluit sanguis in hæmorrhoidibus ob reseratum vasorum orificium, à plethora, sanguine vitioso & adusto, ob tunicam etiam eorum divitiam, ab acri intus in ipsis humore, aut exterius ab alvo transeunte, post fortium purgantium usum. Causa cæcarum hæmorrhoidum est sanguis tum quantitate tum qualitate peccans, qui si viam non inveniat, & vasorum extremitates aperire nequeat, in iisdem congeritur, easque replendo tumorem efficit cum inflammatione & dolore maximo, qui sua acerbitate omnes intentiones curativas ad se trahit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hæmorrhoidum dolore.

NObilis quædam Matrona in puerperio doloribus hæmorrhoidum ferè semper valde affici solebat; quæ cum multis frustra tentatis remediis, à dolore minimè liberari posset, tandem consultum fuit, ut suberem lignum combureret, & cinerem ejusdem cum vitello ovi, & oleo rosaceo linimenti instar simul commisceret, quo remedio ut nobis retulit, dolores hæmorrhoidum miraculo quodam semper sedabat. Ego autem in hæmorrhoidibus in quibus cruciat dolor, commodè sæpe oleo ovorum solo usus sum aliquando vitellum ovi cum rosaceo, aut viol. oleo subegi: atque iis tantum utebar. *Petrus Forestus*, *observ.* 5. *lib.* 23. *De Ani Affectibus*.

Tria adhuc remedia mihi valde familiaria & probata hæmorrhoidum dolori mitigando destinata proponenda duxi, oleum ex vitell. ovor. rec. extractum, oleum balsaminæ, & unguentum populeonis cum opii medico ac ovorum vitello: quibus digito exceptis anus liniatur. *Joh. Zecchius*, *consult.* 37.

Pro hoc malo tollendo balsamum sulphuris ad ʒß. exhibeo: quo calido hæmorrhoides sæpe maximè post excretionem perunxit, ac statim ab acerbissimo & odioso isto dolore liber sanusque factus est, nam valet hoc balsamum certò in hoc vitio, nec unquam fallit, ut experimenta innumera docuerunt. *Martin. Rul. curat.* 87. *cen.* 1.

℞. Unguenti popul. ʒi. opii torrefact. pulv. ℈i. M. applicentur parti. Ad sedandos dolores secretum est oleum sem. lini; item medulla cruris vituli. Unum tamen præ cæteris tanquam secretum propono, & experientia comprobatum est, & est balsamum sulphuris, in quo pessulæ intingantur, & applicentur tepidè loco affecto, fit balsamum sulphuris, ex floribus illius cum terebinthinæ spiritu. In eandem intentionem oleum buxi non minorem efficaciam habet in hunc modum.

℞. Ol. sem. lini ʒß. ol. buxi ℈i. M. illinantur ex hæmorrhoides.

Si balsamum sulphuris non reperiatur, misceantur flores sulph. cum terebinth. multoties in aqua rosac. lota, & loco balsami sulph. imponantur, habent enim hæc vim dissolvendi laxandi & aperiendi hæmorrhoides cæcas ut effundant sanguinem, quod præcipuè procurari solet in hoc affectu in quem usum etiam aliquando applicantur hirudines: aperit quoque hæmorrhoides lac ficulneum, si confricentur folia ad invicem & apponantur. *Rodericus à Fonseca*, *tom.* 1. *consult.* 27.

Hic non celabo quod à *Castrensi* quodam pastore edoctus sæpissimè expertum sum. Si quis hæmorrhoidum cæcarum insano dolore torqueatur minimum quid Scrophulariæ, vel radicis, vel foliorum, cum cibo aut potu capiendo, statim à dolore liberatur, sive ipsam plantæ substantiam siccam aut viridem, sive decoctum ejus adsumat. *Henricus ab Heers*, *observ.* 20.

Refert *Otho Heurnius Radolphum* Secundum Imperatorem cum immani hæmorrhoidum dolore cruciaretur, vapore Casei *Hollandici Edamensis* prunis impositi ab Empirico quodam curatum. *In Notis ad cap.* 11. *lib.* 6. *Patholog. Joh. Fernelii.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hæmorrhoidum dolore.

CUm aliis multis & selectis medicamentis non juvabatur, ad balanum ex sevo hircino cum opio confectum confugi-

mus, quod dolor evanuit, nec poſtea rediit. *Amatus Luſitanus*, *curat.* 91. *cent.* 2.

Poſt multa & varia à medicis tentata præſidia, hoc remedio à nobis præſentato uſus fuit, & brevi ab illo infeſtiſſimo dolore liber evaſit. Habuit autem hoc topicum ſic.

℞. Arantium pomum, id cultro excava, in quo oleum roſac. & lavendulæ ſemina infunde, & ad cineres calidos admove, & calidum applica & ſæpe innova, eſt enim mirum. *Amatus Luſitanus*, *curat.* 6. *cent.* 3.

Protinus herbæ linariæ cum floribus M. i. aut ii. conquiſivi; quibus contuſis, & cum adipe porcina coctis linimentum fieri curavi: cui expreſſo & parumper refrigerato vitellum ovi permiſcui, quod poſtea cum goſſipio vel lana parti dolenti applicetur; quod hujuſmodi dolores ad miraculum uſque confeſtim ſiſtit, hoc tanti fecit benè meritus & celebris in *Haſſia* Medicus *D. Ioh. VVolfius* ut (quemadmodum ex ore ipſius habeo) tanquam ſecretum aliquod Illuſtriſſimo ſuo Principi *Ludovico* ſeniori *Haſſiæ Lantgravio* toties rogatus, non revelare velet priuſquam ipſi annuatim bovem ſaginatum promitteret, qua promiſſione facta, non tantum herbam linariam ei moſtravit, ſed etiam addendo verſiculum conſuetum, differentiam hujus ab eſula patefecit: nimirum quod *Eſulæ lacteſcat*, *ſine lacte Linaria creſcat*: alter per jocum verſiculum invertit hoc modo. *Eſula nil nobis*, *ſed dat Linaria Taurum*. *Gregorius Horſtius*, *obſerv.* 50. *lib.* 4.

Religioſus quidam menſe *Auguſti* correptus eſt dolore hæmorrhoidum acerbiſſimo cum tumore inſigni, atque inflammatione. Vocatus ad eum, venæſectionem præſcribo ex brachio ſiniſtro præmiſſo clyſtere, poſtea fotum anodynum cum cataplaſmate de mica panis, quod ferre non poterat propter exquiſitiſſimum partis ſenſum. Secundo die iteratur phlebotomia ex brachio dextro, ſumpſit julepos emollientes, & aliquantulum laxantes, ut alvus liquida ſervaretur, ſiquidem fæces induratæ dolorem ad modum exacerbare ſolent, julepi erant huiuſmodi.

℞. Fol. lactuc. bugloſſ. & ſummitat. malv. an. M. i. liquirit. raſ. & paſſul. mundat. an. ℥ß. flor. bugloſſ. borrag. viol. an. p. i. coquantur ad ℥viii. in colatura infunde caſſiæ rec. extract. ℥i. colentur iterum & clarificentur addendo ſyrup. viol. ℥i. capiat bis in die.

Parti verò ſequens unguentum admotum eſt.

℞. Ol. roſac. & viol. an. ℥i. unguenti popul. ℥ß. F. Linimentum.

Cùm autem tumor & dolor perſeverarent, admotæ ſunt duæ hirudines hæmorrhoidibus extractuſque ſanguis ad ℥iv. & tenſio atque inflammatio aliquantulum remiſſa eſt. Poſtea ſuffumigium ſequens præſcriptum eſt,

℞. Sempervivi mai. M. i. vini. alb. ℔ii. bulliant; huius decocti fumum recipiat in cathedra perforata. Deinde ſequens unguentum parti admoveatur.

℞. Vnguenti roſac. ℥i. mercur. crudi ℥ii. M. fiat unguentum: quamvis Mercurius eximiam vim habeat emolliendi, & tumorem diſcutiendi, durities tamen in parte permanebat; ideo ad molliendum, ac diſcutiendum tumorem, duo remedia præſcripta ſunt; primum fuit ſuffumigium aceti in quo ſilices igniti extinguebantur, quo ſcirrhoſos tumores molliri *Gal.* docuit. Alterum fuit ſequens linimentum poſt ſuffitum admovendum.

℞. Oleum amygd. amar. ℥ii. bdell. & ſtyrac. liquid. an. ℥ii. M. F. linimentum.

His dolor & tumor ſingulis diebus multùm imminuebatur, cui rei etiam multùm contulit decoctum millefollii, quod per biduum ſumpſit pro potu ordinario cum pauco vino.

Quia verò alvus continuò adſtricta erat, ad eam laxandam, & ſimul cauſam antecedentem per epicraſin auferendam pillulæ præſcriptæ ſunt ſequentes.

℞. Maſſ. pilul. de bdellio ℥ii. ſen. mundat. rhei el. & agar. rec. trochiſc. an. ℥i. cum ſyrup. roſat. ſolut. F. maſſa pilul. de qua capiat ℥i. Singulis diebus manè, donec maſſa aſſumpta fuerit: & hiſce per aliquot dies continuatis omnino convaluit. Suffitus ex aceto ad tumorem diſcutiendum mirè profuit, *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 7. *cent.* 3.

SUB-

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hæmorrhoidum dolore.

VIr quidam ſexagenarius dolore hæmorrhoidum moleſto conflictabatur cum tumore & inflammatione partis, qui multis remediis non ceſſaret. Præſcripſi fotum ex aq. roſar. in cujus ℥vi. ſal. Saturni ℥i. diſſolvebatur: qui fotus pluries in die iterabatur. Poſtmodum cataplaſma admotum eſt ex cepa alba ſub cineribus cocta, & cum butyro ſubacta partibus æqualibus: intra biduum inflammatio ſedata eſt, & tumor magna ex parte reſolutus. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 58. *cent.* 4.

Ego à muliere ſtipem emendicante didici infundere millefolium in aqua fervente, & bibere infuſionem illam per menſem integrum, aut diutius, & omnes tali affectu laborantes ſanati ſunt. Tandem hoc ipſum remedium reperimus apud *Arnoldum De Villa Nova*, cap. *De Hæmorrhoidum doloribus*. Id ipſum remedium ad fluxum illarum immoderatum valde confert, ſi prædicto *Arnoldo* credendum, & ratio etiam ſuadet. *Petrus Pachequus*, *obſerv.* 5.

Succus vermicularis (ſedum minus intelligo) linteoli, ſæpius madefactis applicatus benè facit: mitius eſt, ſi cum hoc ſucco unguentum populeum miſceatur, appliceturque ita dolorem ſedat & pruritum tollit.

Elegans eſt remedium ſi craſſulæ majoris (cotyledonis ſpeciem arbitror) radix turgentibus primo vere foliis contundatur, in pila, teraturque cum oleo roſac. ſeponaturque in loco ſubterraneo aliquandiu, tum coquatur in duplici vaſe ad lentorem, iſque illinatur & apponatur. Scrophulariæ etiam radicem verno tempore tundo, & cum recenti butyro ſubactam, ſepono aliquot ſeptimanas, tectam in ſubterraneo loco, deinde coquo & reſervo ut unguentum iſtis doloribus aptum. Soleo etiam æſtate flores verbaſci recentes legere & indere in ampullam vitream, eamque ſecluſam exponere Soli, ita paucis diebus ſolvuntur in liquorem: hic illitus calidè dolentibus hæmorrhoidibus, item fluentibus, mirifice utilis eſt; quod comperi ipſo uſu probatiſſimum. Si vero ſine inſigni calore aut acrimonia preſſæ aut tenſæ doleant, tum non utile eſt refrigerantia adhibere: ea enim difflatum impediunt, & impactum ſanguinem magis compingunt: ſed tum prodeſt laxantia diſcutientiaque admovere, quæ ſi præter iſtas facultates, etiam habeant quod dolorem ſopiant, profutura ſunt magis. Hic convenit ſemicupium in aqua mediocriter calida, quæ incoxit rad. & fol. althææ, malvæ, rad. ſcrophular. flor. aneth. meliloti, chamæmeli, & ſem. lini: inde abſterſus locus dolens illinatur oleo momordicæ, quod efficaciſſimum eſt, vel oleo ex floribus arboris perſicæ quo ego ſum in iſto caſu uſus magna cum laude. Si deſunt, commodiſſimum erit oleum ex flor. Sambuci. Sic medius cortex Sambuci oleo ſimplici, vel lini, vel nucum incoctus efficit oleum ad illitonem in tumore & dolore hæmorrhoidum ſalutare. Si memini *Alexius Pedemontanus* id idem quoque annotavit.

Ego accepi lardum vetus raſum, cum cera recenti aut propoli, ubi haberi potuit, & pauco oleo lini, addidi corticem Sambuci interiorem tuſum, inde ſimul cocta, & colata in aquam frigidam aſſumpſi ad ungendum dolentes hæmorrhoides, non inutile, ubi efficacius defuit: paratu etiam facile eſt & commodum, cepa alba cocta vel porrum & butyro ſubacta, vel vitellus ovi cum roſat. utilia etiam ſunt, quibus ſi tantillum croci addatur, efficaciora fiunt medicamenta.

Facit aliquando doloris acerbitas, ut ſtupefacientia adhibere ſit neceſſarium, ſic opium aliquando admiſcemus linimentis: dextrè tamen id agendum, ne podex narcoticis refrigeratus non præſtet officium. *Avicenna* Philonium quod *Tarſenſe* deſcribit, applicat. Ego ſæpe numero recedentibus theriaca vel mithridatio admotis & dolorem compeſcui, & ſiccata diſcuſſaque influxa materia tumorem ſuſtuli. Sunt præterea alia medicamenta quæ & nimium fluentibus, & quia aſtrictæ ſunt, dolentibus utilia ſunt. Ego adhuc adoleſcens, vidi *Tarquinium Schollenbergium* Medicum Empiricum omne vitium hæmorrhoidum curantem chelidonio minore is ſecrete integram herbam ſiccatam in manipullos collectam cereviſiæ macerabat,

propinabat, & aquam ejus deſtillatam adhibebat lotione & fotu exterius per linimenta. Poſtea illa herba ego multis modis ad hunc effectum fœliciter ſum uſus: ſuccus frequenter illitus expeditius juvat, quàm aqua, herba etiam tuſa appoſita medetur: flores quidam, alii herbam commiſcent, ovi vitello coquunt, & in placentula manè edunt: huic herbæ ego ad hæmorrhoidum vitium mirabilem efficaciam tribuo.

Novi Chirurgum apud nos, qui in hæmorrhoidum dolore; tumore & fluxu, craſſulam maj. nec non Scrophulariam herbas integras cum rad. utriuſque part. æq. puta M. i. conciſas macerat cereviſia, eamque offert manè & veſperi bibendam: his ſi chelidonii minoris tantundem adderetur potio redderetur efficacior: in harum enim trium herbarum radicibus, characteriſmum affectus hujus evidenter natura impreſſit.

Adſcribam medicamenta duo, oleum & unguentum, quibus ego uſus ſum antehac, & utor feliciter, utrumque implicitæ rationis, in altero tamen ſcientiæ evidentia major. Conficitur oleum ex bruchis ſtercorariis autumno hoc modo, quod oleum Scarabæorum vulgari nomine voco.

℞. Ol. lini ℔i. brucos ſtercorarios vivos, bene paſtos, numero 5.6. eos ordine comprimo, conteroque inter duos politos lapides, atque contritos, injectoſque in oleum coquo lento igne in vaſe terreo tecto, ad tertiæ partis olei aut medietatis conſumptionem, inde colatum oleum aſſervo, in eoque tutiæ optimè lævigatæ, aut pompholigos aliquid diſſolvo, quo inungo hæmorrhoides ſi in conſpectum veniunt, ſin intus in ano latent, jubeo guttatim per anſerinam pennam inſtillari, dolores ſedat, & hæmorrhoides mirum in modum perſanat.

Unguentum ad eundem affectum hoc modo conficio.

℞. Ol. viol. ℥ii. aſellor. in ſubterraneis & humidis locis degentium ℥i. (ſi mediocres ſunt 100. aſelli ut plurimùm ℥i. pendent) iſtos tuſos indo oleo, atque in vaſe terreo leviter coquo, tum addo ceræ albæ rec. ℥ß. deinde colo, & exprimo in aquam frigidam, atque ſubactum bene, refrigeratumque recondo in uſus. Si latent], linimentum in formam glandis involutum iſto oblitum ſuppono, atque ſplenium eodem inductum ſuperaddo. Si exterius prominent, unguentum in ſplenio ſuperdare ſatis eſt. Deſiccat hoc idem, diſcutitque magis. Si una aut altera radix ſerpentariæ vel ari decorticati & tuſi oleo ſimul incoquatur: his ego magno ægrorum commodo uti ſoleo, quæ omnia lubens tibi communicare volui. *Reinerius Solenander, conſil. 20. ſect. 4.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hæmorrhoidum dolore.

AD hujus affectus curationem, primò ſanguis detrahendus eſt ex venis brachii, ut fiat revulſio à parte affecta: qua ſufficienter celebrata derivationis gratia vena malleoli etiam aperienda eſt.

Interdum ad humoris acrimoniam demulcendam, emulſiones quatuor ſemin. frigid. exhiberi poterunt,

Inter topica *Quercetanus* valde commendat oleum nucum expreſſum, in quo bullierint millepedes in oleo communi, eoque dulci poſſunt etiam aſelli decoqui, & dolorem mirabiliter ſedant. Vel,

℞. Mucilag. ſem. pſyll. ℥ii. ol. viol. ℥iii. F. linimentum. Vel.

℞. Mucilag. ſem. pſyll. & fœnugræc. cum vino extract. an. ℥ii. butyr. rec. ℥iii. ſevi hædini ℥i. agitentur ſimul in mortario plumbeo. F. linimentum: vel butyrum ſolum in mortario plumbeo ductum ad Solem donec nigreſcat, eſt egregium remedium. Pomata etiam recens parti admota eſt valde anodyna.

Cataplaſma etiam ex medulla panis albi in lacte decocti, addendo oleum roſac. & vitellos ovorum commodè uſurpatur.

Portulaca contuſa & admota dolorem ſedat, tumorem imminuit, ulcera conſolidat, & excreſcentias carneas abſumit.

Cepa alba ſub cineribus cocta, & cum butyro rec. ſubacta inſtar Cataplaſmatis, dolorem ſedat, & tumorem diſcutit.

Fotus admoventur eidem parti, ad dolorem ſedandum, ex decocto tapſi barbati, malv., biſmalv. parietar. ſem lini. fœnugræc. althææ, flor. chamæm. & anethi in lacte

lacte parato: vel in hydrælæo, vel juſculo inteſtinorum vervecis: inſeſſus ex eodem decocto, aucta quantitate ſimplicium, parari poteſt: aqua frigida pro fotu utiliſſima.

Ad tumorem diſcutiendum convenit fotus ex alumine in vino rubro decocto. *Aqua pendens* admovet ſpongiam ex aqua calcis expreſſam, & ſupra Partem alligat.

Ad hæmorrhoides abſumendas & exſiccandas convenit ſuffumigium ex pulveribus lolii, tapſi barbati, ſcrophulariæ, ſuper prunas conectis: at efficacius fiet ſuffumigium, ſi ſulphur ſimul uratur: imò verò ex ſulphure ſolo ſuffumigium paratur, & per tubulum exceptum hęmorrhoides cæcas, & latentes potenter exſiccat: mirum in modum confert injectio ſequens frequenter uſurpata.

℞. Succi plantag. ol. viol. an. ℥ iv. balſami naturalis ℥ß. M. F. Injectio in anum.

In communi uſu eſt pulmo hædinus ex animali adhuc calens parti appoſitus.

In iis qui huic affectui valde obnoxii ſunt cauſticum tibiæ utiliſſimè admovetur. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 10. *cap.* 11.

Succus ceparum cum aloe miſtus & panno aſperiori fricando applicatus aperit hæmorrhoidas. *Joh. Hartmanus*, Practic. Chimiatr.

Habet ſudor morientium mirificas vires mortificandi hæmorrhoides & excreſcentias. *Ioh. Helmontius, tract. cui tit. Latex humor neglectus.*

Ad cæcas hæmorrhoides, quibus ſubinde affligebatur avus meus, hoc pulv. experimento ſuo utebatur.

℞. Antimonii pulver. ℥ii. hermodactyl. ℥ß. boli arm. ℥i. M. F. pulvis: applicetur cum cottone quoties egeritur. *Acchilles Gaſſerus, obſerv.* 42.

Obſtetrix Gallica *lib.* 3. *pag.* 24. medetur dolori hæmorrhoidum etiam gravidis & parturientibus moleſto, hoc unguento:

℞. Milleped. q. f. contund. & probè miſc. cum pulpa pomorum acidorum cocta, & applica cum linteo bis in die manè & veſperi. *Wolfangus Hęſerus, lib.* 3. *Herc. Med cap.* 5.

Quidam habuit hæmorrhoides intus, & maximum dolorem continuò patiebatur. Accepit plantaginem & tapſum barbatum ac contrivit eas aliqualiter, & admovit anno, ter in die renovando, & toties in nocte, & intra paucos dies liberatus eſt. *Arnoldus Villanovanus. Pract. lib.* 2. *cap.* 33.

Inſulanus quidam vehementi hæmorrhoidum dolore torquebatur, qui nullis anodynis præſcribi ſolitis cedebat. Tandem à quodam docto *Germano* illac tranſeunte monitus, multis fotibus ex remollientibus repetitis, unguentum de ſucco nummulariæ cum butyro rec. non rancido parari juſſi, quo turunda illita & ſenſim intromiſſa dolorem compeſcui. Unde ſomnus optatus ſenſim ſurrepſit, appetentia revocata fuit. Eidem ægro paulò poſt inteſtinum rectum prociduum fuit, quod hoc remedio curatum nunquam poſtea foras exiit.

℞. Ol. maſtich. q. ſ. in eo bulliant ſcarabæi num. 8. Deinde hoc oleo ungatur inteſtinum ſupra aſperſo pulvere putaminum ovorum, ex quibus pulli fuere excluſi. Idem *Germanus* mihi aſſerebat ſuccum blattariæ itidem mirè dolores omnes hæmorrhoidum mitigare. *Obſerv. infreq. Riverianis annexis obſervatio* 27.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hęmorrhoidibus nimium fluentibus.

SI profluvium grave eſt, internam venam in brachio ſecare poterit, quod id remedium expeditum eſt, & efficax. Si profluvium diu duravit, vireſque attrivit, ne ſpirituum fiat ſubita eductio, partiri ſectionem in vices decet, ita & viribus minus incommodi inferetur, & revulſio fiet iteratis retractionibus evidentior: ſin nec ita impediatur profluvium cucurbitulæ ſine vel cum ſcarificatione affigendæ: affixæ hypochondriis potiſſimum ſiniſtro, profluvium egregiè retinent, illud præcipue quod ex portæ venę ramo derivatur; & ſcapulis primum, deinde lumbis admotę efficaciter fluxum retinent, qui ex cavæ venæ propaginibus derivatur: exhibeatur demum potio purgans ex iis quæ fæculentum, craſſumque, item biliоſum humorem & ichorem melancholicum ducunt, & membra interim ab ob-

ſtru-

ſtructione vindicata corroborant: inter alia author ſum ut rhabarbari uſum ſibi familiarem faciat. Si profluvium diutius protrahi incipiat ex floribus verbaſci & ovo placentulas confectas quotidie edat: & veſperi cum decumbendum eſt, ſuffitum ano excipiat è ſella perforata a conciſis verbaſci foliis molari ignito lapidi injectis, excitatum: tum plantaginem & verbaſcum ſimul tuſas ano admoveat, vel calendula tuſa ſucco pororum incocta imponatur, quod eſt ſingulare: hoc modo ſæpe firmantur nullo efficaciori adhibito. Si gravior urgeat ſanguinis profuſio, utatur iſtis pilulis, quibus in hoc affectu efficaciter uti ſoleo.

℞. Pilul. è bdellio ℥i. troch. è terr. ſigill. troch. è carabe, an. ℈i. cum mucilagine ſem. cotoneor. ex aq. roſ. extract. F. maſſa, & ex qualibet ℥. pilulæ ix. ex his diglutiendæ iii. mane ante prandium, & veſperi ante cœnam totidem: non eſt quod quem terreat in harum pilul. exhibitione *Rondeletii* cenſura, vulgare noſtrum bdellium myrrham eſſe arbitrantis: nam hic fidem facere poſſum, me in uſu iſtarum ut ſunt præſcriptæ, atque cum uſitato bdellio compoſitæ, effectum quem promittunt tam evidentem deprehendiſſe, ut de compoſitione dubitare vix queam; niſi quis putet ab adjectis ſiccantibus & adſtringentibus hoc qualecunque quod recipiunt myrrhæ obtuſum ſuperatumque eſſe. Exhibui in hoc caſu aliquando troch. è carabe ſolos cum decocto ſumach. Cum alias profluvium fuit inſtantius, & humor eo delatus calorem induxit; applicui ad anum quod ſequitur.

℞. Succ. plantag. ℥iiß. aq. roſ. ℥vi. pulv. ſumat part. iiß. fl. verbaſc. roriſmarin. ſiccat. an. part. i. redige S. A. in emplaſtr. Si poſtulat neceſſitas, licebit ſanguinem drac. bolum armen. malicorium & id genus alia addere. Iſta enim foris adhibita minus nocent, licet intus frigidiora omnia ſunt ſuſpecta: atque omnia iſta utilia ſunt, undecunque ſanguis profluat; quod ſi conſtet ex cavæ venæ propaginibus prodire, jam licebit inferiorem lumborum, & dorſi partem unguento comitiſſæ vel ſimili aſtringente & refrigerante illinire.

Memini me in M. S. antiquo libro legiſſe quod tria ſemina geniſtæ quotidie manè ſumpta, & hæmorrhoidum & ſanguinis è naribus profluvium ſiſtant, cui licet nulla manifeſta ratio ſubſit, niſi quis putet, ideo hoc fieri quod ad urinæ vias avertant, indicare tamen id tibi volui, quod experimentum ſit facile & ſine ullo periculo. Novi qui ſanarunt quos nimium profluvium ferè confecerat, ut hydropis periculum adeſſe videretur, exhibita herbæ chelidonii aqua deſtillata, ſed quia acris eſt admodum, libentius utor herba iſta cereviſia vel etiam vino macerata. *Reinerus Solenander, conſil.* 20. *ſect.* 4.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Hæmorrhoidibus nimium fluentibus.

PUlvis buſonis combuſti vel ranæ terreſtris poſitus ſupra hæmorrhoides, dicitur eas ſtringere à proprietate. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv. 6. lib.* 23. *De Sedis & Ani vitiis.*

Cuidam mediæ ætatis nimia præcipitatione fundebantur hæmorrhoides. Cum Medici & Chimici cuncta tentaſſent, nec ſucceſſiſſent, juſſi ut una intacta reliquæ tangerentur colcothare; ita appellant craſſamentum illud à vitrioli olei deſtillatione relictum: illicò conſtitit, vivit: præſtitiſſet tamen ſenſim aliquaque die id actum fuiſſe. *Ioh. Hæurnius ad aphor.* 14. *ſect.* 6.

A proprietate quadam valet cingulum ex foliis recentibus hellebori nigri conquaſſatis, nudo corpori circumdatum: hoc fœliciter uſus ſum; præſtat idem in immoderatis fluxibus menſium, & ſanguinis arterioſi poſt partum graviſſimum ſæpe magno conamine profluentis. Laudatur etiam hic eſſentia croci Martis. *Ioh. Hartmannus, pract. chimiatr.*

Cum ſæpenumero per multos dies, imò etiam menſes gravi hæmorrhoidum fluore opprimor, adeo ut vires vacuationis hujus copia dejiciat, & pro ſanguine nigro ac craſſo, ruber jam fluat, hunc fluxum ſiſto aptando crebrò alternos ſaccules calidos ex rubro panno & contuſis glandibus, vel quercinis foliis in forti aceto multùm decoctis factos, quibus ocyus fluor con-

consistit. *Martinus Rulandus, cent. 1. curat. 7.*

Pinguedo anguillæ quæ dum torretur exudat unguentis addita proprietate quadam agens, ipsa efficaciora rediit.

Fungus qui crepitus lupi nominatur, siccatus levissimus & subtilissimus in podicem insertus, admodum fluorem sistit: uti & telæ aranearum, & leporis pili subtilissimi.

Sanguis humanus, vel aliorum animalium fervidus adhuc injectus, mirabiliter sanguinem ex alvo profluentem cohibet. Pulmo etiam arietis modò exemptus, tepens adhuc & cruentus podici subjectus, magnam in sanguine sistendo habet efficaciam: oleo vitrioli venam tangere efficax est remedium, vel in extremo periculo aqua forti appellata: cauterium actuale extremum erit remedium: uti & si vena volsella apprehensa, atque elevata, & filo sericeo vel seta cum acu subducto ea vinciri possit.

Hæmorrhoidum, ut & mensium, & post partum sanguinis immoderatum fluxum, proprietate quadam occulta sistunt folia hellebori nigri recentia conquassata, & cum farcia corpori, ut nudum corpus tangant, cinguli instar circumligata, reiteranda toties quoties priora siccata fuerint. *Felix Platerus, prax. tomi 3. pagin. 646.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Hæmorrhoidibus nimium fluentibus.

COnsiliarius quidam immodico hæmorrhoidum fluxu laborabat a quinque vel sex diebus, quo sanguinis ℥viii. vel x. singulis diebus profundebat: post venæ sectionem, julepos refrigerantes & incrassantes, aliaque remedia interna & externa frustra adhibita, cum res urgeret, & æger admodum debilitaretur, præscripsi succum urticę levi ebullitione depuratum ad ℥ii. cum pauco saccharo, & hoc solo remedio fluxus omnino cohibitus est. *Lazarus Riverius, observ. 81. cent. 4.*

Purgatio blanda humores biliosos sanguinis impetum conciliantes ad intestina derivat; eaque fieri debet expurgantibus adstringendi vi præditis, ut rhabarbaro, myrobalanis, & tamarindis. Docet *Mercurialis* tamarindos præcipuè, ad compescendum hujusmodi sanguinem fluentem, miram quandam potestatem habere, tam decoctos, quam in substantia usurpatos.

Inter topica fotus ex verbasci decocto in aqua ferrata vel vino astringente parato convenientissimus est: hæc siquidem planta hæmorrhoidum fluori, & dolori appropriata est: in usu fomenti diligenter observandum, ut frigidè vel saltem tepidè admoveatur: magis composita decoctio in hunc modum præscribi potest.

℞. Rad. bistort. ℔ß. fol. plantag. verbasc. summitat. rubi, & quercus, an. Miiß. granor. sumach. balaust. gallar. virid. & malicorii, an. Mi. myreill. dr. ß. rosar. rubr. p. ii. alumin. ℥i coquantur in tribus partibus aquæ ferratæ, & una vini rubri austeri pro fotu: ex hac decocto, aucta dosi simplicium, potest fieri insessus, quo utatur æger subfrigidè.

Unguentum comitissæ ad fluxum cohibendum utilissimum est, eoque inungi debet dorsum & hæmorrhoides, vel in rem præsentem tale componi poterit.

℞. Ol. rosat. omphacin. & myrtill. an. ℥ii. succi plantagin. & tapsi barbat. an. ℥iß. aceti vini rubr. ℥i. bulliant ad succorum consumptionem, deinde adde bol. arm. sang. drac. thuris & scoriæ ferri subtiliss. pulv. an. ℥i. ceræ q. s. F. unguentum.

Rondeletius magis probat unguenta quæ sine oleis parantur, quia magis astringunt, eaque in hunc modum parat.

℞. Succ plantag. bursæ pastor. & tapsi barbati, an. ℥ii. syrup. acetos. simpl. ℥iii. coq. simul leviter; postea misce sang. drac. ℥i. bol. armen. terr. sigill. & rad. bistort subtiliss. pulv. an. ℥iß. ceruss. lotæ ℈ii. M. ad formam linimenti.

Si hæmorrhoides sint exulceratæ, sequens parari poterit.

℞. Ol. rosac. ℥ii. thuris & aloes; an. ℥i. sarcocoll. sang. drac. bol. arm. an. ℥ß. spodii, carabes, an ℈i. amyli ℥iii. succ. plantag. ℥i. F. unguentum.

Cataplasma dictis partibus utiliter admoveatur in hunc modum.

℞. Bol.

℞. Boll. armen. aloes, maſtich. thuris ſang. drac. an. ʒß. off. myrobalan. indor. & gallar. an. ʒi. ſubigantur cum albumine ovi & ſucco plantag. F. Cataplaſma.

Suppoſitoria huic uſui ſunt valde idonea, quia penitius in partem demittuntur. Horum forma talis eſt.

℞. Colophon. thuris an. ʒiii. bol. armen. ʒß. ceruſſ. plumbi uſti, an. dr. i. acaciæ dr. ß. ſubtiliſs. trita excipiantur ſevo hircino pro formandis ſuppoſitoriis.

Injectiones per ſyringam in anum fiunt ex ſucco plantag. aliiſve ſupradictis ad fotum propoſitis. Suffitus etiam in eundem finem utiliter uſurpantur, ex decoctis fotuum prædictorum parati: quibus addi poteſt ſequens.

℞. Thuris, aloes, maſtich. roſ. rubr. myrtill. & abſinth. an. dr. ß. troch. de carab. dr. i. F. pulvis craſſior carbonibus injiciendus: cujus fumus recipiendus eſt in cathedra perforata per infundibulum amplum, cujus anguſto orificio aptetur tubulus ex ligno, vel argento, in anum demiſſus. Suffitus ex decocto tapſi barbati omnium fere utiliſſimus eſt.

Toto curationis tempore utatur æger potu ordinario aqua ferrata vel decocto millefolii.

Curato fluxu de præcautione cogitandum eſt ne iterum redeat: quod fiet victus ratione convenienti, phlebotomia bis aut ter in anno uſurpata: purgatione uſuali cum cauſtico tibiæ admoto, aliiſque hujuſmodi, quæ varianda ſunt, juxta varias corporum diſpoſitiones. Præterea aquæ minerales vitriolatæ, aluminoſæ, & ferratæ, erunt convenientiſſimæ.

Fonſeca commendat ad præcautionem hujus affectus decoctum lentiſci, vel ejuſdem infuſionem in vino, paratum in hoc modo.

℞. Raſur. lentiſci ʒii. infundantur in ℔. xii. vini per viginti quatuor horas in loco tepido. Deinde colentur, & de hoc vino bibat pro potu ordinario per menſem integrum. Habet enim vires ſiſtendi hæmorrhoides, tum etiam ventriculum roborandi. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 10. *cap.* 10

Experimentum probatum ad hæmorrhoidas conſtringendum. Decoquatur calendula in ſucco porrorum, & ſupra epithimetur: quia pro certo ſtatim reſtringit. Probatum eſt. Comedant omni mane placentulas ex ovi vitello & flor. verbaſci cum mica panis & aliis confectas, ſed in majori quantitate de floribus ponatur. Veſperi accipe lapidem molarem & calefiat fortiter, donec rubeſcat; deinde frondes tapſi barbati ſuper aſpergas, & patiens fumum accipiat per anum ſedens in ſella perforata. *Arnoldus Villanovanus, Pract. lib.* 2. *cap.* 34.

SECTIO SEXTA.

De Hemicrania.

VIde ſupra, *Libro* 3. *ſect.* 18. *De Capitis dolore.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hemicrania per conſenſum ventriculi.

MUltis peractis remediis ad decoctum ligni buxi confugimus, quo multum ſudavit, & ita valuit ut intra viginti dies ab ejus potu æger optime habuerit, nec amplius in eundem morbum reciderit. Cæterum ſcire decet lignum buxum, *Europæis* frequens, & *Cordonibus* ſatis notum, lignum guajacum eſſe quod ſuperioribus annis ex *Peru* & Inſulis noviter reperies aſportari cœpit, quod tamen ex Inſulis iis adfertur pinguius, & per conſequens calidius eſt, noſtrum verò moderatiorem ſortitur temperaturam, ac proinde iis qui calidiori ſunt temperatura, & morbo calidiori affliguntur, præcipue in æſtate, liberalius ejus decoctum damus guajaci decocti vice, nec enim aliter inter ſe differunt hæ arbores quam Soli diverſi ratione. Noſtrum verò hoc lignum buxum unice jecur plus juſto calidum emendat, & ſudorem egregie evocat, ut ſæpe experientia compertum habuimus. *Amatus Luſitanus, centur.* 3. *curat.* 36.

SUB-

SUBSECTIO SECUNDA,

Pro Hemicrania graviter affligente.

PEractis venæ sectione & purgatione, pro discutienda materia à capite, otus ex spongia madefacta in decocto chanæm. anethi, beton. verben. in vino austero atque aqua parato. Verùm ea hora ua dolor ingruere solet, caput oxyrrhoino muniendum ad dolorem leniendum onfert unguentum alabastrinum, oleum tiam ex vitell. ovor. cum lumbricato, imò erò frustum carnis super carbones ignitos k calefactum maximè prodest, ad qualitaem autem pravam (si quæ subsit) delenlam, & dolorem proprietate recondita ollendum, omnibus præfero linimentum x theriaca media ætatis in succo betæ nigræ & aceto liquata: nec usus ejusdem theiacæ recentioris, vel pilul. de cynoglossa per os qualibet hora dolor insævierit inopportunus mihi censetur. *Iulius Cæsar. Claudinus, Consult.* 76.

℞. Aquæ vitæ optim. salv. lavend. an. ℥iß. camphor. croci an. ℈i. M.F. fotus, quo foveatur calidè locus affectus.

Postea applicetur capiti ea parte raso hoc Cataplasma.

℞. Medull. panis albi ℔ß. sem. fœnugræc. ini an. ℥j. fur fur. farin. fabar. an. Mj. coq. n sufficienti quantitate lactis vacini ad consistentiam Cataplasmatis, adde vitell. ovor. numero 2. croci, camphor. an. ℈j. M. F. Cataplasma.

Cùm alvus ægrè ferretur præscripsi hunc pulverem.

℞. Agar. albiss. ℥ß. mæchoac. ℥i. cinnamom. ℥ß. M. F. pulvis pro duabus dosibus, sed ecce; cum maritus unica vice integrum pulverem præbuisset, alvus copiosè soluta, ægraque valde alleviata fuit. *Ioh. Petrus Lotichius, Observ.* 4. *cap.* 1. *lib.* 2.

Quia interna nollebat admittere medicamenta hoc oxyrrhodinum vel potius emulsionem loco affecto & fronti applicavi.

℞. Amygd. d. depilat. & nucleor. persic. an. ℥vi. sem. canab. papav. alb. an. ℥v. spec. diarrhod. abbat. zedoar. cariophyl. pulv. an. ℈ß. camphor. acet. solut. gr. iv. acet. rosac. ℥i. aq. verben. beton. ros. an. ℥iii. spirit. rosar. (ad gratiam odoris) ℥iß. M. diligenter. F. emulsio, illico sævissimus dolor placatus est. *Ioh. Petrus Lotichius, obs.* 6. *cap.* 1. *lib.* 2.

In dolore hemicranio a causa calida oriundo, & in dolore illo, qui a *Gordonio* clavus nominatur, qui est dolor fixus in temporibus, arteriotomia mirificè prodest, quam tutò celebravi in plurimis vulnus alligando simplici splenio ex linteo complicato confecto, & aqua frigida madefacto, ut in vulgari phlemotomia, fascia super inducta, quæ a *Galeno* lepus sine auribus nominatur, neque ulla unquam secuta est hæmorrhagia, item vidi cephalæam diuturnam curatam in nosocomio admoto caustico potentiali super arteriam temporalem. Decisa enim eschara cauterii potentialis supra venas & arterias admoti, nullus sanguinis fluxus emergit, quia provida natura, dum escharæ separationem molitur, simul novam carnem generat, qua venarum oscula teguntur. *Samuel Formius obj.* 31.

Non silendum præsens hemicraniæ, pertinacis remedium *Adriano Spigelio* in semetipso aliisque exploratum, nimirum incisio venæ quæ inter indicem policemque excurrit. *Ioh. Rhodius obs.* 76. *cent.* 1.

Quidam diu passus est dolorem frontis omni die circa vesperam valde fortem, qui longo tempore remedium non inuenit tandem edoctus emplastrum sibi fecit ex nucleis persicorum bene pistis, & fuit perfectè curatus & multi alii. *Arnoldus* de *Villa nova Medic. Practic. lib.* 1. *cap.* 8.

SUBSECTIO SEPTIMA.

De Hepatis morbis.

HEpar, cujus officium est sanguinem è vena portę exceptum ab humore felleo separare, depuratumque in venam cavam deducere, compluribus variisque patet affectibus, quales sunt intemperies calida & frigidà, obstructio, scirrhus, inflammatio & dolor, &c. obstructio jecori admodum familiaris est, nullumque viscus hoc æquè vitio tentatur, quod vena portę per ejus substantiam in ramos tenuissimos dissipata facilè obliteretur.

tur. Ejus cauſæ ſunt. Prima, Ineptior partis permeabilitas ob frigus, res aſtringentes, contuſionem, compreſſionem & ligaturam. Secunda, Sanguinis ad permeandum ineptitudo ob copiam, craſſitiem & viſciditatem. Tertia, Partis à plenitudine oppreſſio, ob victum pleniorem, intermiſſia exercitia & evacuationum conſuetarum ſuppreſſionem: hunc affectum oſtendit gravitas, & diſtentio cum obtuſo dolore, dextro inſidens hypochondrio, cum præcipuè manifeſta, quum quis mox à cibo exercitationem ſubit.

Scirrhus hepatis tumor eſt in illa parte præter naturam durus ac renitens, doloris expers, niſi fortè durius prematur: ex contumaci & inveterata obſtructione fer. ſemper, aliquando ſed rarò ex inflammatione originem trahit: non ſubito, fit, ſed pedetentim. Primò enim tenues jecoris venas implet & infarcit humor obſtructionis author, auctus dein in omnem viſceris ſubſtantiam redundat, eamque perinde atque venas obſtruens; hinc multò plenior cumulatus, jecur in amplam molem, ut turgidum appareat, diſtendit: denique ſiccatus, & vi caloris tenui parte diſſipata, reliquus totus obdureſcit cujus permiſtione jecoris ſubſtantia labefactatur, veruſque ſcirrhus tandem emergit, tactu deprehenditur, præſertim ſi gracile & adipis expers ſit abdomen, idque facilius erecto vel in dextrum latus inclinato ægro, quàm decumbente ſupino, tum enim non niſi preſſu animadverti poteſt jecoris ſitu & figura circumſcribitur facilis præterea eſt decubitus dexter, ſiniſter verò gravis, quod moles quædam veluti ſuffocans in ventriculum & præcordia incumbat.

Jecoris inflammatio, quæ Græcè ἡπατῖτις dicitur, eſt ejuſdem tumor calidus ab impetuoſa præfervidæ materiæ affluxione exortus cum febre continua, dolore gravativo, ſenſuque ponderis affligens: ejus ſigna ſunt gravitas in dextra præcordiorum parte, dolor à jugulo ad coſtas nothas protenſus, tuſſis exigua, eaque ſicca, difficultas ſpirandi, febris acuta, anorexia, ſitis inexhauſta, color totius corporis ad flavum declinans. Tumor hic facilè in abſceſſum deſinit, qui ſi contigerit, certam mortem prænuntiat: ideo Medicis quam maximè curæ eſt, ne ad hoc malum morbus deveniat, abſceſsus quum jam fit, dolore, febris, & cætera ſymptomata invaleſcunt, rigores ſæpe nullo ordine invadunt, quos ſequitur caloris exacerbatio, confecto pure, omnia quidem remittuntur, vires tamen relinquuntur multò imbecilliores, pulſus frequens parvus & languidus, crebraque animi defectio: rupto abſceſſu puris illuvies prorumpit, cujus tetro vapore æger tandem de medio tollitur, intemperie etiam, tum calida, tum frigida detinetur hoc viſcus; in calida adeſt cibi, maximeque carnis faſtidium, & nihilominus inedia plurimùm incommodat, ſitis vehemens, corpus univerſum, præcipuè manuum & pedum palmæ calent, in frigida major eſt cibi cupiditas, ſitis nulla, faciei color albus, habitus corporis mollis, & deiectiones crudæ.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hepate calido.

INter omnia remedia, quæ hactenus ars invenire potuit ad hepar prȩcalidum refrigerandum atque roborandum, primas obtinet tinctura coralliorum: cujus cochlearia duo æger ſumere poterit ſingulis diebus manè duabus horis ante paſtum. Ita prȩparatur.

℞. Corall. rubr. craſſiuſcule triti ʒvi. reponantur in vaſe vitreo, quod matracium vocant, iiſque affundatur ſuccus limonum, ut ſupra materiam quatuor digitis emineat; (in penuria ſucci limonum, ſubſtitui poterit ſuccus berberorum) vaſe bene clauſo ponantur in B. M. per quatuor aut quinque dies continuos, & tincturam ſepara à fȩce, & in alio vaſe ſerva ad uſum dictum, guſtui gratior fiet tinctura, ſi cum ſacch. candidi pari quantitate reducatur in ſyrupum; ſed multò inefficacior evadet, at melius addetur ſaccharum cuilibet doſi exhibitionis tempore. Ad eundem uſum valde commendatur conſerva ex fructu cynorrhodii confecta, cujus ſumat ſingulis diebus ad nucis magnitudinem. Uti etiam poterit Electuario ſequenti.

℞. Elect.

℞. Elect. triasantal. quadruplicato rheo
tabell. redact. ʒi v. capiat tabellam u-
am ponderis ʒii. superbibendo parum po-
us ordinarii.

Tinctura etiam rosarum ad usum prędi.
tum utilissima erit.

Hæc quatuor remedia in usu continuo
ta habenda sunt, ut manè alterutrum
matur horis duabus ante pastum, ves-
eri verò alterum, in introitu lecti, po-
ridie verò alia duo iisdem horis, ita fre-
uenter remedia immutando, ne natura ni-
ium iisdem assuescat. *Lazarus Riverius*
bserv. 49. cent. 1.

Si reperiri posset aliquod pharmacum,
uod uno eodemque tempore stomachum
overet, jecurque refrigeraret, maximum,
set inventum, cichorium sylvestre duas
asce facultates possidet in cibis adminis tra
um, nam amaritudine qua pollet ventri-
ulum roborat, sicut reliqua amara, &
ilis fervorem compescendo immensos æ-
us ipsius, hepatis coercet. Hoc remedio
lurimos sanatos vidimus, *Dominicus Pa-*
arolus, observ. 47. Pentecoste 3.

Quia hepar habes natura calidum, con-
mperatione aliqua interdum indiget, ut-
ue ea hepatis refrigeratio sine ventriculi
commodo instituatur, suadeo; ut utri-
ue membro, etsi dissimiliter affecta sint,
e consulas, ut saccharo rosato aliquot gra.
a piperis per medium incisi indas, simul
eglutias, ita piper calefaciet ventriculum
igidum, nec vltra progredietur, & sac-
har. rosacei frigiditatem inhibebit, sac-
harum verò rosac. postea hepar contem-
erabit. *Gaspar Hoffmannus, consil. 9. lib.*
. consil. Cratonis & aliorum Medicorum à
cholzio editorum.

Curatio consistit in correctione illus in-
mperiei, per refrigerantia remedia, &
lioſi humoris, qui ab ea producitur, eam-
ue vicissim fovet, aliorumque morbo-
um causa existit, evacuatione, ac primùm
næsectio hepar maximè refrigerat, bili-
si sanguinis portionem educit, & obstru-
iones à bile solvit, mittendus igtiur san-
uis est e Basilica dextra, quantitate pleni-
udini ac virium robori respondente, vel
na vice, vel per intervalla, pro affectus
agnitudine, & duratione; idque præmisso
yst. vel medicam. primas vias expurgante.

Deinde bilis educenda est cholagogo me-
dicamento benigniore, per intervalla repe-
tito, aut apozemate in plures doses exhibi-
to, aut syrupo magistrali, aut etiam sy-
rupo de cichor. composito quadruplicato
rheo, qui convenientissimus est. Siqui-
dem innoxiè bilioſos humores expurgat, je-
cur refrigerat & corroborat, ejusque ob-
structiones aperit.

Apozema bilem evacuans ita componi
poterit.

℞. Rad. acetos. gram. cichor. oxylapath.
ʒi. fol. endiv. cichor. dentis leonis, & capill.
ven. an. M. i. sem. 4. frigid. mai. an. ʒiii. li-
quirit. ras. ʒi. flor. cichor. bugl. viol. an.
p. i. sen. mundat. ʒi. tamarind. ʒi. macis &
cariophyll. an. ʒi. coq. ad quartar. v. in co-
lat. dissolve expressionem ʒß. rhei in prædi-
cto decocto cum cinnam. infusi, syrup. de
cichor. compos. & rosat. solut. an. ʒii. F apo.
zema clarificatum & aromatizatum ʒii.
santali citrini, pro quatuor dosibus matu-
tinis.

Syrupus magistralis componi potest ex
materia prædicti apozematis, triplicata
dosi purgantium, & addita sacchari quan-
titate decocto æquali.

Usitatissimus apud nos est syrupus ex
succis summæ efficaciæ ad chronicos omnes
morbos, qui à calida hepatis intemperie,
& bilis flavæ aut exustæ proventu oriun-
tur; & in sequentem modum præparatur.

℞. Succor recenter expressor. & per resi-
dentiam depuratorum ex fol. endiv. cichor.
acetos. fumar. borrag. bugloss ℔iij. succi
pomorum redolentium recenter expressi &
depurati ℔ij. polypod. q. rec. ℔ß. sennę mun-
dat. ʒviii. agar. rec. trochisc. ʒß. macis
& cariophyll. an. ʒß. infundantur & de-
coquantur ut artis est, donec colaturæ
℔iß. supersit; in qua dissolv. rhab. el. in
prædictis succis, cum spica infusi & ex-
press. ʒi. sacchar. alb. ℔iß. F. syrupus
perfectè coctus, clarificatus & aromati-
zatus ʒii. pulv. elect. triasantal. serve-
tur in vase vitreo: dosis ʒi ß. vel iii. bis
aut ter in mense cum jusculo pulli, foliis
endiviæ, cichor. & acetos. alterato, vel cum
sero lactis.

Ad hepatis refrigerium sequentia utilis-
sima sunt.

℞. Ra-

℞. Radic. acetoſ. cichor. gramin. & lapath. acut. an. ℥i. fol. endiv. cichor. acetoſ. capill. ven. an. M. i. flor. cichor. borrag. bugl. an. p. i. coq. ad ℔i. in colat. diſſolv. ſyrup. de limon. ℥iii. F. julepus clarus pro tribus doſibus bis in die ſumendis: ſi magis refrigerare ſtudeas, adde ſingulis doſibus ſpiritus ſulph. aut vitrioli, q. ſ. ad gratam aciditatem. Poteſt etiam miſceri ſalis prunellæ ℥i. ad maius refrigerium.

Sanguis cichor. & chamædrios ad ſanguinem depurandum, obſtructiones reſerandas, & hepar refrigerandum utiliſſimus eſt, in ſyrupum redactum in hunc modum.

℞. Aq. cichor. in B. M. paratæ, q. v. foliorum cichor. partes duas, chamædr. part. i. macerentur ſimul & digerantur per triduum in B. M. Poſtea exprimantur: liquori adde nova folia cichor. & chamædr. digerantur iterum per triduum, deinde exprimantur, & infuſiones illæ octies vel decies repetantur Liquor evadet rubens inſtar ſanguinis, cui adde parem liquori ſacchari quantitatem: & F. Syrupus.

Utilis eſt ſequens opiata.

℞. Conſerv. flor. cichor. viol. nymphææ & bugloſſ. an. ℥i. pul. elect. triaſantal. ℥iſ. cum ſyrup. de limon. F. opiata, qua utatur frequenter.

Balneum aq. tepidæ frequenter uſurpatum totum corpus refrigerat & humectat, multò potentius & utilius quovis alio remedio, in emaciatis præſertim corporibus.

Serum lactis ad idem eſt efficax, ſi ad quindecim dies aut plures uſurpetur: elicitur autem commodè per lactis ebullitionem, affundendo parum aceti vel ſucci limonum, & poſtea colando. *Amatus Luſitanus* ipſum præparat in hunc modum.

℞. Seri lactis ℔i. ſyr. acet. valde acidi ℥iii. M. & facta una ebullitione, capiat more aq. mineralium, ſcilicet per duas aut tres vices poſtea deambulando: antiqui eo utebantur ad ℔v.

Quercetanus verò in hunc modum præparat.

℞. Seri lactis ℔ij. ſucc. limon. ℥ii. ſucc. pom. redol. recent. extract. ℥iii. omnia ſimul cum albumine ovi prius agitata ad ignem clarificentur, addendo parum ſacchar. de colat. cape ℥vi. vel viii. continuando per quindecim aut viginti dies.

At ſi emaciatum & conſumptum fuerit corpus, lac: integrum & præſertim aſininum in plures dies exhiberi poterit: decoctum Chinæ cum ſucco limonum paratum, huic etiam uſui confert, præſertim ſi obſtructiones adfuerint, ita fiat.

℞. Rad. Chinæ tenuiter inciſæ ℥i. aq. fontis ℔vi. ſucc. limon. ℥iii. macerentur per viginti quatuor horas. Deinde coq. ad tertiæ partis conſumptionem. Poſtea colentur per manicam *Hippoc.* capiat ℥vi. manè & veſperi, vinumque eo diluatur.

Denique aquæ minerales vitriolatæ utpote aperiendi & refrigerandi vi præditæ erunt utiliſſimæ. Perſeverante affectu hæmorrhoides per hirudines aperientur ſemel aut bis in menſe.

Ac tandem exterius regioni hepatis epithemata & unguenta refrigerantia admoveantur; epithemata fiant ex aq. acet. cichor. roſ. plantag. aceto & caphura: quibus ad robur partis additur pulvis triaſantal. Unguenta vero ſint roſaceum refrigerans *Galeni* & ceratum Santalinum. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 11. *cap.* 1.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hepatis dolore.

DOminum *Sangermanum* dolor ad gibbas hepatis vexabat: irrita omnia fuerunt remedia ex arte comparata, & cùm naturæ totum negotium relinqueretur, ruſticus advocatus eſt, hic ſimilem affectum ſe aliquando curaſſe aſſeveravit, ægre confidenter ei ſeſe credit: accipit radicis hederæ pulveriſatæ ℥i. aut ℥ii. potui dat cum decocto capi aut pulli, non longè poſt juvatur plurimùm: ejuſmodi remedia à veteribus ſunt præſcripta, à nobis neglecta: & eadem magno noſtro vituperio cum ſumma laude uſurpant Ruſtici. *Ætius* capu ſcripſit de iis quæ purgant cavas & gibbas partes jecoris. *Guil. Ballonius, lib.* 1. *Epi & Ephem. pag.* 41.

Vidi piſtorem quendam qui cum in itinere ſe fatigaſſet, ac in gramine dormiuiſſe

quere-

querebatur de aliquo ac non valido dolore hepatis: febricitabat non ardenter: interdum Leipothymia tentabatur; cum obiisset, hepatis perenchyma, intacta ac integra membrana, in pus merum degeneraverat. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 45. sect. 7.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hepatis inflammatione.

VIr quidam crapulæ deditus inflammatione jecoris correptus est. Huic febris continua aderat, & dolor valde gravis in hypochondrio dextro, cum tussicula quadam inani: dolor ad claviculam ascendebat. Habebat etiam sitim inexhaustam, nauseam, cibi fastidium & singultum, cum lingua arida in principio, postea nigra & aspera, & lotio rubra, quę omnia inflammationem hepatis indicabant: ad hunc accitus, venam illicò tundunt feci ad ℥viii. Sequenti die cùm non satis alvus respondaret, lenitivum sequens ut exhiberetur mandavi.

℞. Cassiæ rec. extract. ℥i. rhei pulv. ℈i. fiat bolus: quo quatuor sedes bilioſas habuit, ita ut ex hac levi purgatione & sanguinis detractione febris mitior evaserit, dolore parum diminuto: inunximus etiam regionem hepatis unguento santalino, & pannum lineum eodem unguento inunctum appositimus sine calefactione: interea & hoc decocto utebatur.

℞. Endiv. Cichor. cum toto dentis leonis cum toto, acetos. viol. lactuc. novell. an. M. j. fumar. agrimon. cap. ven. borrag. bugl. an. Mß. chamæpit. chamædr. (cùm esset etiam quædam obstructio) an Mß. rad. gram. petrosel. an. ℥ß. sem. quatuor frigid. maj. & min. an. ℥j. sem. anis. ℥ß. tamarind. ℥j. prunor. damasc. numero 13. uvar. pass. exacinar. ℥i. liquirit. ras. ℥ii. hord mundat. p. j. F. decoctio in aq. pro ℔iß. colact. ad. syr. viol. de lim. de end. ex infusione ros. communium, an. ℥ß. M. quo apozemate cùm usus esset, febris valde diminuta est, & alvum quotidie deponebat. Morbo magis inclinante, pro dolore usus est sequenti epithemate bis aut ter in die, atque ita dolor omnis evanuit, neque ad apostema devenit de quo metuebat, sed sanus cum nostra laude, ab astantibus pro deplorato habitus evasit.

℞. Endiv. virid. cichor. an. Mj. flor. chamæm. melilot. & ros. rubr. an. Mß. summitat. absinth. p. i. coq. in aq. communi pro ℔iß. in fine adde aq. absinth. endiv. an. ℥i. aceti opt. ℥ii. spec. triosantal. ℥iß. iterum bulliant, & F. epithema pro hepatis regione: eo peracto, inungatur linimento infrascripto.

℞. Ol. amygd. amar. chamæm. an. ℥ß. ol. ros. unguent. santal. an. ℥ii. M.

Quod ad victum attinet, tenuissimum adhibuimus, in principio nil nisi cremorem ptisanæ, & poma cocta administrando, abstinendum à dulcibus, quibus tum iecur, tum lien intumescunt: à valde etiam adstringentibus abstinendum. *Petrus Forestus, obs. 7. lib. 9. De Hepatis Affectibus.*

Quidam febre acuta corripitur: dolor ad hypochondrium dextrum satis colligebamus non esse pleuritim: tamen summæ erat difficultas ducendæ animæ, & quæ in horas increscceret. Spes erat eam sedatam iri uno medicamento contra aucta est, metus suffocationis: revera phlogosis erat pituitosa circa eas partes, & nisi terna sectione venæ provisum fuisset, metus erat abscessus. *Guillelmus Ballonius, consil. 91. lib. 1.*

Indubitatum auxilium in hepatis inflammatione & corruptione adfert hepar galli nigri vivi exemptum & adhuc calens in ℥v. aceti rosac. vel aceti simpl. minutissimè contritum, resolutumque, & à fibris colatum tepidumque exhibitum. *Franciscus Joel. practic. section. prima, lib. 1.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hepatis inflammatione.

SEnator quidam *Paterniacensis* quadragenarius, constitutione corpori gracili, & natura bilioſus, ob exercitia nimis violenta, cum supra modum incaluisset, inflammatione hepatis cum dolore ventris correptus fuit. Advocatus ego, ægrum febre acuta, cum linguæ ariditate, tus-

ſicula ſicca, reſpirandi difficultate, cibi faſtidio, ſiti maxima, nauſea, vomitu, inquietudinibuſque laborantem offendi: duritiem quoque è regione hepatis manifeſtam perſenſi: inflammatio enim præcipuè gibbum hepatis occupabat in curatione itaque proceſſi, victus rationem refrigerantem & humectantem præſcripſi, loco vini, decocto agrimoniæ & veronicæ, admixto nonnihil ſyrup. de ſucco citri & acetoſæ utendum juſſi, mox ſequens enema ordinavi.

℞. Rad. & fol. alth. malv. viol. pariet. agrimon. & veron. an. M. i. flor. chamæm. melilot. an. Mß. ſem. aniſ. fœnic. an. ℥i. lini & fœnugræc. an. ℥ß. F. decoctio in colat. ℔i. diſſolv. ſacchar. rub. ℥ii. catholic. ℥i. vitell. ovi, ol. viol. & roſ. an. ℥i. ſal. p. j. M. F. enema, quo rejecto venam in brachio dextro incidi & ad ℥vii. ſanguinis extraxi. Exterius totum latus ſequenti linimento tepidè inunxi.

℞. Ol. roſ. & viol. cerati ſantal. an. ℥i. ol. abſinth. ℥ß. M. F. Linimentum. Poſt duas à cœna horas, ad inflammationem internam arcendam, & ſomnum provocandum, nonnihil laudani, adeo ut ea nocte, & ſequenti die meliuſculè habere cœperit: ſymptomata enim multùm uti & vires aliquo modo refocillatæ, fuerunt, quapropter ſequentem potinuculam ordinavi.

℞. Fol. agrimon. veronic. cuſcut. ſcabioſ. an. M. ß. ſem. aniſ. fœnic. an. ℥ii. liquirit. raſ. ℥i. coq. in aq. in colat. ℥iv. diſſolve elect. diacathol. ℥vi. ſyrup. roſ. ſolut. compoſ. cum rhab. agar. & ſena ℥iß. M. F. potio. qua clementer expurgatus fuit.

Victus rationem interim optimam obſervabat: pro potu ordinario utebatur decocto agrimon. & veronic. lacte amygdalino, & emulſionibus ſem. 4. frigid. maj. oleis convenientibus quotidie inungebatur, clyſtere quinetiam urgente neceſſitate injecimus, corpuſque per intervalla infuſione rhei, cum ſyrup. roſ. ſolut. compoſ. purgavimus, & ſic divino favore dolor, reliquaque ſymptomata remiſerunt, tandem hepar, parteſque nobiles ſequentibus tabellis corroboravimus.

℞. Spec. diarrhod. abbat. ℥ii. aromat. roſat. troch. è rhabarb. an. ℥i. ſacchar. diſſolut. in decocto agrimon. & veron. ℥iv. M. F. S. A. tabellæ, de quibus ſumantur ℥iii. horis tribus ante prandium. His pleniſſimè convaluit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 48. *cent.* 2.

Hominem intemperie frigida ventriculi, & calida intemperie hepatis laborantem cognovi, cui ab Empirico quodam plurima tam emplaſtra quam unguenta, eaque præcalida, veluti è pipere, cardamomo, oleo cariophyll. cinnamom. & ſimilibus præſcripta, atque cartilagini xyphoidi admota fuerunt; inde inflammatione hepatis correptus, vix ab eadem liberari potuit, tandem verò Dei beneficio, iis quę hepar refrigerant & corroborant, veluti julepo ex aq. cichor. endiv. agrimon. veronicæ cum ſyr. de ſucco limonum acetoſæ & unguento ſantalorum exterius applicato, ſanitati eum reſtitui. *Guillelmus Fabritius Hildanus, obſerv.* 46. *cent.* 2.

Pro potu utatur æger decocto hord. & graminis cum tantillo liquirit. vel. ſyrup. viol. aut capill. ven.

Exterius conveniunt ſequentia topica.

℞. Aq. endiv. cichor. aceroſ. plantag. & roſar. an. ℥iii. aceti. roſac. ℥i. pulv. el. tria. ſantal. ℥iß. camphor. ℈ß. F. epithema regioni hepatis tepidè frequenter admovendum. Vel,

℞. Fol. endiv. cichor. ſcariol. plantag. bugloſſ. borr. & flor. nymph. an. Mi. abſinth. roman. Mß. roſ. rub. p. ii. ſantal. rub. & citrin. an. ℥ii. coq. ad ℔iß. in colat. diſſolv. aq. roſar. ℔ß. aceti roſac. ℥i. camphor. ℈i. F. epithema.

℞. Ol. roſac. ℥ii. ol. abſinth. ℥ß. M. abluantur oxycrato, & inungatur eadem regio poſt uſum epithematis. Vel

℞. Ol. roſac. & myrtini, an. ℥ii. ſucci endiv. & cichor. an. ℥i. aceti ℥ß. bulliant ad ſuccorum conſumptionem. Deinde adde pulv. ſantali rubri & roſ. rubr. an. ℥i. ceræ alb. q. ſ. F. unguentum.

Vel unguentum roſac. ſolum aut refrigerans *Galeni* oxycrato lotum poteſt admoveri.

In progreſſu morbi, miteſcente febre ac dolore, ſolventia cum refrigerantibus permiſcenda ſunt æquali, vel inæquali doſi, prout morbus ad ſtatum aut declinationem, magis vel minus accedere videtur;

quæ

quæ à Medico prudenti temperari debet, ut eorum materia innoteſcat, nonnulla exempla annotabimus.

℞. Ol. roſac. ℥ii. ol. abſinth. ℥i. ol. chamæm. ℥ß. pulv. trium ſantal. ℥i. ſpic. nard. ℥ß. ceræ, q. ſ. F. Linimentum.

℞. Farin. hord. ℥iii. ſantal. rubr. ℥ii. ol. roſac. ℥iii. M. cum decocto endiv. & cichor. F. cataplaſma.

In declinatione, febre profligata, reſolventia erunt admovenda, additis emollientibus, ne qua durities ſuperſit, & nonnullis adſtringentibus ad robur partis conſervandum.

℞. Rad. alth. ℥iii. rad. cyperi, & cal. aromat. an. ℥ß. fol. malv. viol. agrimon. an. M. i. abſinth. utriuſque an. M. ß. ſem. lini. fœnugræc anis. fœnic. an. ℥ß. flor. chamæm. melilot. aneth. an. p. i. ſpic. nard. ſchænanth. maſtich. an. ℥iß. fiat omnium decoctio, qua foveatur pars affecta calidiuſculè.

℞. Ol. chamæm. lilior. & amygdal. d. an. ℥i. olei abſinth. & nardin. an. ℥ß. pulv. ſchænanth. roſat. novell. & abſinth. an. ℥i. ceræ q. ſ. F. Linimentum, in declinatione uſurpandum.

Si durities partis perſiſtat, gummi ammoniacum in aceto diſſolutum, prædicto linimento addere convenit, vel etiam ſequens emplaſtrum erit admovendum.

℞. Empl. de meliloto & diachil. ireati, an. ℥i. M. extend. ſuper alutam. F. emplaſtr. ad formam ſemilunæ admovendum parti affectæ. Vel

℞. Gummi ammoniac. in aceto remolliti ℥i. ladani & maſtich. an. ℥ii. ol. abſinth. & ceræ, an. q. ſ. F. Emplaſtrum.

Si inflammatio ad ſuppurationem vergat, quod cognoſcetur ex febris & doloris intenſione, maximum eſt periculum, & pauci evadunt, attamen ſuppuratio adjuvanda eſt emplaſtris prædictis, quæ materiam reſolubilem reſolvent, & ſuppurabilem ſuppurabunt; tum etiam admotis cataplaſmatis emollientibus; intus verò exhibendum jus pulli alteratum malva althæa, caricis, prunis, rupto abſceſſu, ſi pus album effluat per alvum, aut urinas, abſtergendum eſt aqua hordei, vel ſero lactis, cum melle roſat. Si verò ſuppuratio vergat in partem externam, cultello ignito aperienda eſt, ſecundum *Hippocratem*, & ſi pus effluat album & coctum, ſpes eſt ſanationis. Si verò rubrum, fœtidum, fœculentum, & inſtar amurcæ, tendit æger ad interitum. *Lazarus Riverius, prax. med. cap. 2. lib. 11.*

Memini me apud *Svetonium* & *Plinium* legiſſe *Auguſtum* vitiato jecore laborantem fomentis calidis ſine fructu à Medicis tractatum eſſe, accito autem *Antonio Muſa*, eum frigidis remediis fuiſſe ſanatum; quam rem libenter commemoravi, quod cum viderim à ſolertiſſimis Medicis remedia calorifica huc uſque adminiſtrata, aut nullam aut exiguam Medicinam contuliſſe, in ea fuit ſententia, ea medendi ratione pauliſper omiſſa, ad refrigerantia moderatè potius omnem curam eſſe convertendam, ita tamen ne calore nativo hebetato, ulla vis inferatur. *Hieronymus Mercurialis tomo 2. conſult. 59.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hepatis intemperie frigida hydropem minitante.

PRæſcribenda victus ratio, quæ calefaciat, moderate ſiccet, incidat, attenuet, ex iis quæ facilè concoquantur & ſubigantur, ex uſu erit hoc conditum, quod ex condit. cortic. arantiorum, rad. enulæ, rad. cichor. ſpec. arom. roſat. diarrhod &c. confectum eſt: item maximè probo electuarium hoc quod *Arabes* de vino, *Græci* Cyphoides vocant, hoc modo ſecundum *Hollerium* præparatum.

℞. Paſſul. corinth. ℔ß. coq. in vino veteri generoſo ad pultis conſiſtentiam, tuſas excernere per ſetaceum, tum admiſce conſerv anth. cortic. citri condit. cinnamom. an. ℥i. ſpec. arom. roſat. diamargar. calid. diacinnam. an. ℈i. lign. aloes odor. ℥ß. croc. ℈ß. M. doſis ℥ß. *Reinerus Solenander. conſ. 2. Sect. 3.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Hepatis obſtructione.

DIgeſtione facta, ſemel atque iterum pulverem hunc purgantem cum fructu præſcripſimus.

℞. Spec. diaturb. cum rheoℨi. tartar. vitriol. ℈. M F. pulvis, in brodio piſorum aſſumendus. *Gregorius Horſtius, obſerv.* 30. *lib.* 4

Ruſticis & agreſtibus hominibus hepatis & lienis obſtructionibus laborantibus, epotandum dedi proprium lotium magno ſucceſſu, illud enim extergit & incidit, illud etiam calidum cum canabina ſtupa applicare juvat. Hepar etiam vulpis comeſtum à quadem proprietate convenit, ut & corallium valde tritum. Prodeſt etiam urtica mortua quæ lamium dicitur, eo quomodocunque aſſumpta, induratos & obſtructos lienes liberat. Ego ſoleo eam exhibere manè incoctam ovo in formam placentulæ. Hoc medicamentum didici à Monacho *Hetruſco*, qui ſolum ſingulis diebus huius herbæ aliquot folia contrita & ovo incocta exhibebat edenda, & permultos curabat. Ego poſtea ſolos ipſius pulveres fœliciter in vino albo in eodem affectu exhibui, debet in uſum vocari illa duntaxat lamię ſpecies, quæ in foliis maculam habet albicantem. Eſt etiam filicis decoctum efficaciſſimum in hoc caſu, id quod antiquis cognitum. *Gal. lib.* 8. *De comp. med.* Si loca, feliciter exhibet in hepatis obſtructione, & optimum pharmacum vocat. *Reinerus Solenander, conſil* 12. 13. *ſect.* 1.

Studioſus quidam ex intempeſtivis lucubrationibus in graviſſimas obſtructiones hepatis & lienis incidens, quæ eum ad extremam maciem perduxerunt, cum potiones purgantes, apozemata aperientia aliaque remedia parum contuliſſent, pilulis ſequentibus a me præſcriptis intra menſem reſtitutus eſt.

℞. Aloes opt. & gummi ammoniac. in aceto ſoluti & per ſetaceum trajecti atque iterum inſpiſſati, an. ℥iij. ſen. mundat. & myrrhæ el. an. ℥iß. croci ℈ß. cum oxymel. ſcillit. F. maſſa pilul. de qua capiat ℈ii. alternis diebus duabus horis ante paſtum. *Lazarus Riverius, obſerv.* 34. *cent.* 1.

In omnibus hepatis obſtructionibus dextrè demoliendis principes partes obtinet Mars ſeu ferrum, cujus ſcrobs cruda (à ℈ß. ad ℥ß.) ſæpius ingeſta, mirum quantum valeat in talibus affectibus. Martis præparationes excogitatæ ſunt multiplices: ſimpliciores verò quo fuerint, eo meliores: ſimplicitate ipſa natura gaudet, eſt pulvis cachecticus ſimplex elegantis virtutis in omnibus obſtructionibus internis. Ille ſic fit.

℞. Chalyb. præp. part. i. caſſ. lignex, part. iij. ſacch. albiſſ. part. iv. M. f. pulvis (chalybs in bracteas tuſas tantiſper tunditur ſuper incudem donec prorſus in ſcoriam abeat, poſtea ſubtiliter pulveriſetur; incus benè mundetur undique) ejus tantum, quantum mucrone cultri arripi poteſt, ſeu à ℈ß. ad ℈i. detur ter quotidie, manè jejuno ventriculo, hora tertia veſpertina, & ituro cubitum; tamdiu donec omnis obſtructio fuerit expedita, etiam ad aliquot ſeptimanas.

Eſſentia croci Martis quoque laudabilis eſt. *Johan. Hartmannus.* Prax. Chimiatr.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Hepatis obſtructione.

PRæ cæteris omnibus medicamentis ad delendas obſtructiones inveteratas maxime conferunt remedia ex tartaro, vitriolo & chalybe conflata. Sal tartari maximam habet deſtruendi vim, & apozematis opiatis ac pilulis aperientibus utiliter admiſceri poteſt, ſed præcipuus illius uſus eſt in ptiſana laxante, quæ fit ex ſennæ ℥ii. in aq. frigid. ℥viii. infuſis, cum ℈i. vel ℥ß. ſalis tartari, a quo ſennæ tinctura potenter extrahitur; ut ptiſana hæc multo potentius purget, quàm ptiſana vulgaris; & ad multos dies continuata, omnes obſtructiones ſolvat; quo effectu non rarò quartanas contumaces hujus ptiſanæ uſu per quindecim dies continuato radicitus curatas vidimus. Si ſalis tartari metuatur acrimonia, corrigi poteſt ſpiritu ſulphuris aut vitrioli, ut pro ℥ß. ſalis ſint guttæ xv. ſpiritus. Spiritus tartari uſus ex hydropis durationibus in obſervationibus noſtris deſcriptis elici poteſt, ſub nomine ſpiritus diuretici.

Vitrioli ſpiritus uſurpatur in apozematis ſyrupis, aliiſque remediorum formulis. Vitrioli efficaciam oſtendunt aquæ naturales acidæ & vitriolatæ, quarum uſus frequentiſſimus & utiliſſimus eſt, in

omni-

omnibus morbis ab obstructione oriundis.

At spiritus vitrioli cum sale, aut spiritu tartari permixtus, valde commendatur à spargyricis, ex iis conficiunt tartarum vitriolatum.

Denique ex chalybe varia præparantur medicamenta, tum à dogmaticis, tum à spargyricis, quę evidenti effectu obstructiones brevi resolventia, omnes coegerunt ad usum eorum frequentem. Vinum chalybeatum hoc modo confici potest.

℞. Limatur. chalyb. ℥iv. rad. eryng. enulæ camp. an. ℥iß. santal. citrin. ʒi. corall. rubr. raſ. ebor. an. ʒvi. cariophyl. nuc. mosch. cinnam. an. ʒ.i. flor. genist. anth. & epithym. an. p. iii. vini albi generos. ℔vi. macerentur per octiduum in B. M. vel retrò furnum. Deinde transcolentur per manicam *Hippocr.* ut vinum optimè clarificetur, de quo capiat æger ℥ii. vel iii. manè duabus horis ante pastum per quindecim dies, aut plures, si opus fuerit. Vel in hunc modum fieri poterit.

℞. Chalyb. præpar. cum sulphur. ʒi. rad. enulæ, cortic. med. tamarisci, an. ℥ß. sen. ℥iii. epitym. ʒi. fæculæ brioniæ, & cinnamomi an. ʒii. pulv. triasant. ʒiß. aq. agrimon. & vini albi an. ℔i. infundant per triduum in Balneum Mariæ colat. capiat. ℥iii. vel vi. tribus horis ante pastum.

Syrupus ex calybe ita præparatur.

℞. Limatur. chalybs in aceto maceratæ vii. cort. med. tamarisc. ℥ß. ceterach. M. ß. cinnam. ʒiii. aq. absinth. & agrimon. an. ℔ß. vini albi ℔i. infund. per dies sex in loco tepido colaturæ adde sacch. ℔iß. fiat syrupus, capiat æger. ʒij: vel iij. manè singulis diebus. In prædicta pręparatione chalybis, maceratur in aceto ad Solem, donec acetum exsiccetur; idque tertio repetitur, postea lævigatur in marmore.

Tabellæ ex chalybe ita fiunt.

℞. Calyb. præp. cum sulph. ℥ß. confect. alker. ʒii. ambr. gris. ℈i. sacc. in aqu. naph. & rosac. dissolut. ℥iv. F. tabellæ capiat ʒii. singulis diebus manè.

Opiatæ sequentes præstantissimæ sunt.

℞. Conserv. flor. tamarisc. & capill. ven. an. ℥iß. conserv. rad. enul. ℥vi. chalyb. præp. cum sulphure vel aceto ʒi. salis tamarisci ʒi. spiritus vitrioli ℈ß. cum syrup. condituræ citri. F. opiata, de qua capiat ʒii. aut iii singulis diebus mane. Vel,

℞. Chalyb. præp. cum sulph. ʒi sen. mund. rhei. el. & agar. rec. trochisc. an. ʒii. diarrhod. abbat. ʒi. croci ℈i. cum syrup. rosat. solut. F. opiata de qua capiat ʒii. manè, tribus horis ante pastum, continuando per quindecim dies.

Pilulæ ex calybe reliquis remediis non cedunt, & ita concinnari possunt.

℞. Calyb. præp. cum sulph. ℥ß. aloes opt. sen. mund. agar. troch. & rhei el. an. ʒi. pulv. el. diarrhod. abbat. ʒß. croci ℈ß. cum syr. ros. solut. F. pilulæ, ex quarum ʒi. formentur pilulæ sex deauratæ, quas capiat manè singulis diebus, tribus horis ante pastum, continuando per quindecim dies.

In omnibus medicamentis chalybeatis hoc perpetuò observandum, ut post eorum assumptionem deambulatione corpus exerceatur, ut huius beneficio medicamenti vires in actum melius reducantur, ac in partes obstructas transmittantur, eaque deambulatio continuanda est per duas horas quibus transactis, capiat æger jusculum in quo herbæ & radices aperientes nonnullæ decoctæ fuerint. Pręter omnia prædicta remedia Chymici commendant purgationes mercuriales ex Mercurio dulci præsertim cum pilulis ordinariis, quia Mercurius, valde penetrat, & obstructiones aperit.

Bezoardicum minerale plurimum etiam commendatur, & cum Mercurio dulci exhibitum miranda præstat, in hunc modum præscribi poterit.

℞. Bezoard. mineral. gr. xii. mercur. d. gr. vi. conserv. ros. ʒi. vel ii. F. bolus, qui detur plures dies.

Pro potu ordinario utatur æger aqua ex infusione chalybs parata, cum vino tenui, vel utatur cum levi decocto tamarisci, agrimon. ceterach. cap. ven. pimpinel. iisque simul mixtis, aut seorsum usurpatis, etiam cum vino. Quidam laudant decoctum rad. cynosbati pro potu ordinario, quod potenter aperit, & roborat: potentius operatur infusio limaturæ chalybis facta in vino albo, cum aquis prædictis, aut etiam cum aqu. simplici permixta.

Hoc enim ſolo remedio quam plurimæ virgines è chloroſi liberantur: & adhuc potentius operatur vinum iſtud chalybeatum, ſi præter potum ordinarium, meracum manè ſumatur, ad ℥iii. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 11. *c.* 3.

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Hepatis Scirrho.

CUm ex menſibus retentis hoc malum provenerit, tota cura conſiſtere videtur in eorum evacuatione: per octo ergo dies ante tempus menſium purganda erit bis aut ter per pomum coctum in quo radix hellebori nigri ad ʒß. affigatur (ut infra Sectione *De Podagra* videre eſt) ſingulo quoque menſe repetat eandem purgationem. Solet enim hoc medicamentum præ cæteris movere menſes, ſed continuare oportet per tres aut quatuor menſes juxta tempus conſuetę purgationis: Præcæteris verò efficaciſſimum remedium eſt ad omnes viſcerum ſcirrhos uſus chalybis in hunc modum.

℞. Chalyb. præpar. pulv. ʒß. rhei- agar. au. ʒii. ſpec. hier. ſimpl. ʒi. diarrhod. abbat. ʒii. mell. deſpumat. q. ſ. F. electuarium: cujus ſumat ſingulo quoque mane ʒii. per quindecim dies. *Rodericus à Fonſeca, tomo* 1. *conſult.* 61.

Pro topicis in uſu erunt emplaſtr. diachyl. de meliloto & ceratum à me ſæpe cum ſucceſſu uſurpatum: quod,

℞. empl. de mucilag. ʒiii. bdell. ʒi. ammoniac. ʒv. (gummi ſolvantur in aceto acerrimo) bulliant in ol. abſint. ʒii. cum vini alb. ʒiv. adde ſpic. nard. ʒii. cum cera alb. q. ſ. F. ceratum emolliens & digerens obſtructiones & tumores ſcirrhoſos ac præſertim jecoris. *Ioh. Zecchius, conſ.* 11.

Domina quædam Cachexia laborans, cum duritie hepatis palpabilis, ſequentibus pilulis per viginti dies uſa perfectè reſtituta eſt.

℞. Chalyb. præp. cum ſulph. ʒß. Aloes opt. ſenna mund. agar. troch. & rhei el. diarrhod. abbat. ʒß. croci ℈ß. cum ſyrup. roſat. ſolut. F. maſſa pilul. de qua capiat ʒi. ſingulis diebus manè leviter deambulando: poſt tres horas capiat juſculum in quo folia & rad. petroſel. bullierint, quia hę pilulę non purgabant, his aut ter addita ſunt uni doſi diagridii gr. iv. *Lazarus Riverius, obſerv.* 68. *cent.* 1.

Hepatis tumore ſcirrho ſo diuturno premebatur Nobilis vir, cui nullum auxilium prodeſſe Potuit, licet prętер providentiam totius ex ebano ſudorifica tentaſſet, uteretur medicamentis chalybeatis, balnea naturalia admitteret, & varia unguenta & emplaſtra parti apponeret: hic ſolum conſerva ex marrhubii floribus cum melle parata quadraginta diebus ad ʒi diluculo aſſumpta, & deſuper aqua ebibita, quę è foliis & radicibus ipſius, vitreis organis ſtillat, ſanitati integræ fuit reſtitutus: nam ſenſim, ac ſine ſenſu emmollitus & reſolutus eſt tumor. *Zacutus Luſitanus, lib.* 2. *prax. med. admirand. obſervat.* 48.

Scirrhi curatio fiet primùm cauſæ antecedentis ablatione per remedia obſtructionibus reſerandis idonea: poſtmodum verò materia indurata emollientibus & aperientibus diſcutienda eſt: in hunc finem maximè convenient pilulæ ex chaliybe ſupra deſcriptæ, præcipuè ſi iis addantur bdellium, ammoniacum & ſagapenum Si duritiei contumaciſſima fuerit, ſequentes pilulæ ad multos dies erunt uſurpandæ.

℞. Gummi ammoniac. in aceto ſolut. & traject. atque iterum inſpiſſat. ʒii. bdell. ſtyrac. an. ℈iv. M. capiat ʒi. alternis diebus: intermediis diebus utatur opiata vel tabellis roborantibus & aperientibus in obſtructionis curatione deſcriptis.

Sequentes verò pilulę ad ſcirrhum emolliendum ac diſſolvendum mirabilis ſunt efficaciæ.

℞. Aloes opt. & gummi ammoniac. in aceto ſolut. & traject. per ſetaceum atque iterum inſpiſſat. an. ʒß. Mercur. d. ʒii. diagrid. ʒi. cum oxym. ſcilit. F. maſſa pilul. de qua capiat ʒß. quatuor horis ante prandium ſingulis diebus per viginti aut triginta dies.

Quidam Practici commendant uſum terebinthinæ in hunc modum præparatæ.

℞. Terebinth. lotę cum vino albo ʒiß. ſacch. pulver. ʒß. capiat ʒi. ſingulis vel alternis diebus: eſt enim remedium aperiens, urinam movens & alvum emolliens.

Toto curationis decurſu utatur æger pro potu ordinario vino albo aut clareto tenui

tenui ex infusione chalybis parato.

Exterius admoveantur fomenta, unguenta & emplastra in sequentem modum composita.

℞. Rad. alth. brion. lilior. an. ℥i. fol. malv. viol. parietar. absinth. agrimon. an. M. j. sem. lini, fœnugr. aneth an. ℥ß. flor. chamæm. melilot. ros. an. p. j. coq. in tribus partibus aquæ & una vini albi sub finem additi; vel in aqua & aceto: colatura foveatur regio hepatis mane & serò. Si scirrhus sit contumacior, addantur decocto rad. ireos nostr. cuc. aggrest. & ebuli & paretur decoctio in aqua decoctionis intestinorum vervecis & vino albo.

℞. Ol. lilior. chamæm. melilot. & amygd. d. an. ℥i. ol. ros. & absinth. an. ℥ß. gummi ammoniac. in aceto solut. ℥iii. ceræ ℥ii. F. linimentum quo inungatur dicta pars post fotum.

Si fortius linimentum desideres.

℞. Succor. bryon. & cucum. aggrest. an. ℥ii. ol. de cappar. & tamarisc. an. ℥iii. vini albi ℥i. bulliant ad succorum & vini consumptionem; deinde adde absinth. pulv. ℥ii. gummi ammoniac. in aceto solut. ℥ß. cerę parum F. linimentum.

℞. Mass. empl. de mucilag. ℥i. empl. de melilot. ℥ß. gummi ammon. in succo absinth liquati ℥iij. malaxentur cum oleo absinth. & lilior. F. emplastrum post inunctionem admovendum.

Utiliter etiam parti admoventur folia hyoscyami in aceto decocta, addito oleo amygd. amar. & in formam cataplasmatis redacta.

His etiam addere licet semicupia, ex mollientibus, digerentibus & roborantibus parata, qualia pro fotu descripta sunt, iisque alternatim ęger uti poterit.

Ac denique causticum tibię dextrę inurendum, ut materiæ peccantis portio per id loci derivetur. *Lazarus Riverius, cap. 5. lib. 11. prax. med.*

SECTIO OCTAVA.

De Hernia.

HERNA (Latinis Hernia, ramex) licet apud Græcos cujuslibet partis tumorem significet illā tamen recent. Medici scroti tumoribus accomodarunt. Cujus 6. sunt species pro materiæ vel illapsæ, vel innatæ varietate diseretæ: ex quibus duo sunt verè dicti ramices *enterocili* nimirum, seu hernia intestinalis, & *epiplocili*, *i. e.* hernia omentalis. Enterocele dicitur, quando intestina, precipuè ilium è sua sede prolapsa, ad inguen vel scrotum delabuntur. Epiplocele rursus, quum omentum ad eadem loca detruditur: Si verò eę partes in inguine subsistant, nec inferius descendant *bubonocili* appellatur; si ad scrotum usque perveniant, *ocheocili*: prolabitur tum intestinum, tum omentum ob productionem peritonei laxatam aut ruptam à cursu, casu ex alto, saltu, vocis contentione, equitatione dura, vomitu, tussi, & gravioris oneris elevatione: Sunt pręter has duas veras quatuor aliæ reputatę rami. cum species, nimirum *pneumatocili*, hernia ventosa, *idrocili*, hernia aquosa, *sarcocili*, hernia carnosa, & *cirsocili*, hernia varicosa. Prima est tumor scroti flatulentus ob flatus inibi contentos, qui vel à vicinis intestinis & abdomine transmittuntur, vel ob imbecillitatem partis in eo colligun. tur: pueris maximè hoc malum est familiare. Hydrocele rursus tumor est scroti ab aqua in eo contenta, quæ ab hydrope originem ducens ex abdomine influxit in scrotum. Sarcocele verò nihil aliud est quam carnea quædam moles in scroto enata, idque in tumorem attollens; oritur ex sanguine impuriore ad testes & scrotum copiosius affluente, & à natura nunquam otiosa in substantiam carni similem mutato. Hic tumor non nisi ferro curatur. Quarta demum species est cirsocele, seu hernia varicosa, in qua vasa testiculos nutrientia vario cum more dilatantur ob sanguinem crassum & adustum iis effusum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hernia Inguinis.

PUella quædam duodecim annorum per dimidium anni hernia inguinali laborans, quum à Medicis quantumvis doctis, quorum opera usa fuerat, sanari non potuerit, ad me accedens, in hunc modum cum ea processi: ut sequentem bolum omnium primò devoraret præcepi.

℞. Caſſ. rec. extract. ℥vii. ſem. dauci pulv. ℈iß. ſacch. aſperſo. F. bolus. Deinde hoc fotu uſi ſumus.

℞. Rad. alth. ℥ii. fol. malv. flor. chamæm. melilot. ſummit. aneth. an. M. i. ſem. lini ℥ß. F. decoctio in aq. pro ℔iß. quo fotu ſine magno negotio inteſtina in locum ſuum reducta fuere. Deinde juſſimus, ut quotidie locus affectus inungeretur oleo ovorum, myrteo, & hyperici ſimul mixtis, & ut mox emplaſtr. contra ruptu-ram applicaret per plures dies: & ut ſubligaculis ad hoc aptis utens, rectè cincta ſemper procederet: præterea præcepi ut interea perpetuò uteretur cereviſia in qua decocta eſſet radix conſolid. maj. adjecto exiguo ſaccharo ad ſaporem: iſtis continuatis hæc tandem rectè curata fuit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 11. *lib.* 27. *De Scroti & Teſticulorum vitiis.*

Inter arcana *Ioh. Tiengii* Medici quondam *Amſtelro damenſis* hoc erat, quod quidam potans tribus ſeptimanis ex decocto rad. ſigilli Mariæ in vino curatus ſit à ruptura. Ego etiam fœliciſſimè utor rad. ſigilli Mariæ vel Solomonis *Petrus Foreſtus obſerv.* 15. *lib.* 27.

Avenzoar refert de Juvene quodam qui hoc malo laborabat decubuitque duobus menſibus in dorſo ſuo, & cum bono regimine ſine medicinarum applicatione liberatus eſt. *Idem, obſerv.* 10. *lib.* 27.

Danda opera ut alvus ſit lubrica: tumorem totum inungat terebinthina, ſed prius foveatur decocto abſinth. ex vino: ſaccu-lus etiam parvus ex foliis abſinthi opponi poterit. *Joh. Crato, conſil.* 17. *lib.* 7.

Oleum hiperici compoſitum, quo utor per ſe illitum ſubinde calidum, mirum in modum in hoc affectu efficax atque utile comperi quemadmodum in aliis ruptis, convulſis, recens vulneratis, maximè ubi membranæ aut nervoſi generis aliquid oblæſum eſt. Oleum ita fit.

℞. Ol. opt. ℔iß. ſem. & flor. hyperic. ℥ix. vini Hiſpan. vel malvat. ℥viii. rad. tormentill. ℥iii. myrrh. gummi elemi, ſarcocoll. thur. aloes, an. ℥iß. lumbric. lotor. vino ℥iii. M. S. A. contuſa bulliant ad dimidii conſumptionem in duplici vaſe, deinde exprimendo coletur oleum: in eo diſſolve croci ℈v. ol. abietin. (reſinam vel lachrimam abietis ita vocant) vel ejus loco terebinthin. puræ ℔ß. flor. maturor. hyperue M i. infunde miſta per dies ſex aut octo, ad Solem diligenter obturata. Solis calore deficiente, poſt panem extractum, imponantur furno, deinde diligenter prioribus floribus expreſſis infundantur ſecundo, tertio, quarto, alii recentes hyperici flores prioribus, exemptis; atque ita comparatum oleum ſervetur in uſus.

Emplaſtrum ſequens continuò geratur.

℞. Empl. contra ruptur. ℥i. maſtich. glutin. piſcium, ſarcocoll. an. ℥ii. pulv. rad. oſmund. regal. ſang. drac. an. ℥i. thur. alb. pulv. rad. conſolid. mai. mumiæ, an. ℥ß. gummi diſſolvantur in aceto & cum olei hyperic ſupradicti, q. ſ. F. empl. S. A. *Reinerus Solenander, conſil.* 14. *ſect.* 4.

Applicetur loco affecto hoc emplaſtrum, quod optimum eſt & expertum, & multoties hernias etiam inveteratas ſanavit.

℞. Lithargyr. auri, lap. hæmatit. ſang. drac. bol. arm. maſtich. gummi ammoniac. mummiæ, galban. thur. coſti, lumbric. terreſtr. an. ℥ß. picis naval. picis Græc. ceræ alb. & rubr. an. ℥i. rad. conſolid. maj. min. & med. an. ℥iii. roſ. myrrh. aloes, an. ℥iii. paleæ marinæ combuſtæ, gallar. balauſt. ariſtol. rot. an. ℥vi. viſc. q. terebinthin. an. ℥iii. ſang. hominis ruffi ℔. i. minus quarta. Conficiatur hoc modo. Pellem hædinam vel arietinam recenter detractam ſeu excorticatam cum pilis omnibus per integrum diem coque ad diſſolutionem, ita ut liquore conſumpto gluten tantum reſtet. In colaturæ ℔. i. viſcum bulliat ad lentum ignem, continuò cum baculo agitando; poſtea lumbrici terreſtres triti, cera item, pix, therebinthina & reliqua injicienda, & tamdiu coquenda, donec gutta ſuper marmor projecta coaguletur. Sanguis verò humanus ipſe etiam prius in moderato calore exſiccari debet, ut poſſit in pulverem redigi, & cum reliquis inſpergi. Hoc emplaſtrum ſuper petiam lini tortem extenſum loco affecto applicetur, & deſuper cum faſcia ligetur; & jaceat in lecto pedibus elatis & capite depreſſo per 15. dies, vel diutius, ſi opus fuerit. Quidam narravit *Guidoni de Cauliaco* modum hunc, cum quo curabat

om-

omnes crepatos, in magno ſecreto. Supposito bono regimine, & quieſcente patiente per 30. dies, & reductis inteſtinis, accipiebat manè & ſerò ℈i. limaturæ chalybis cum vino decoctionis hepaticæ terreſtris, & ſuper locum rupturæ per 15. dies, de tertio in tertium permutando, ponebat emplaſtrum factum de magnete groſſo modò pulveriſato & cum unguento Apoſtol. incorporato. Poſt alios 15. dies continuet emplaſtrum conſolidativum ſuprà dictum, & ligetur cum brachiali, & juſſu Dei erit curatus. *Arnoldus de Villanovanus. Practic. lib. 2. cap. 30.*

Hoc quod ſequitur mirè convenit in omni ruptura vel vulnere.

℞. Rad. chamæleontis alb. ped. columbin. ſiccat. an. q. ſ. coq. hæc duo in vino rubro ſtiptico, & bibat interdum manè hauſtum unum, Mirum eſt quantum hoc præſtet. *Felix Platerus* apud *Joh. Philippum Brandelium, conſil. 91.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hernia inteſtinali oſcheocele.

NOvimus Illuſtriſſ. Principem, qui jam annos circiter viginti & tres inteſtinorum ſatis magnum ramicem perfert ſolius faſciæ aptæ beneficio, & tamen ſine ullo valetudinis diſpendio omnes principum actiones etiam vehementes & graves in venationibus, equitatione frequenti etiam in ſuccuſſante equo, in longis & difficillimis peregrinationibus, in intenſo frigore ſubireſolet. Si quando tuſſiendum erit, item quotieſcunque alvus egerenda, maximè ſi ea durior fuerit, inguen oblæſum retinendum, atque utraque aut ſaltem altera manu adducendum comprimendumque: in cibo cuncta, quæ ventrem flatibus implere nata ſunt & diſtendunt, vitanda: quod ſi accidat ut ileum inteſtinum vel quid aliud procidat & deſcendat in ſcrotum, & mora ibidem flatibus aut induratis fæcibus ita diſtendatur, ut difficulter reduci poſſit, ex uſu erit (quod in iſta neceſſitate ſubinde factum utile comperi) ut ex ſtercore ovillo dulci lacte incocto fotus adhibeatur, tum etiam idem cataplaſmatis in modum apponatur reitereturque ut poſtea blandis manibus contrectatum reducatur. Ego fidem facio me aliquoties iſto fotu prædicto, cum res alioqui videretur in præcipiti eſſe, prolapſa & aliquandiu extra corpus exiſtentia inteſtina repoſuiſſe, antea tentatis fruſtra aliis remediis, quapropter hoc te celari nolui: quidam ab hernia ſanatus fuit perfoliatæ uſu, non tamen ſine apta faſcia. Ego non paucos hernia affectos juvenes in quiete degentes faſciæ commode ope percuravi; non admodum multis adhibitis medicamentis: ad hernias probantur ſymphytum majus, ſanicula, jacea alba & nigra, ſigillum Solom. quinque folium tormentilla, filix, piloſella, cujus integræ herbæ pulverem *Majo* collectæ, infantibus & pueris hernioſis continuò in cibis, in lacticiniis, puerilibuſque pultibus exhibitum comperi mirum in modum profuiſſe. Quidam perfoliata ad rupturas ſanandas fœliciter utuntur. Novi qui hunc affectum novem ex ordine diebus cinere lactantis leporis in vino rubro vel decoct. conſ. maj. exhibito ſanarunt.

Gaſpar Peucerus, Vir & pietate & doctrina inſignis narravit *D. Adolpho Occoni* medico & mihi, ſe puerorum hernias recentis coagulati & in caſeum formati lactis impoſitione curaſſe. Scribit *Hollerius* ſe herniariæ herbullæ ſucco expreſſo affuſo vino exhibito novem diebus perfecte hunc morbum curaſſe, & *Antonius Valetius*, qui luculentis exercitationibus *Hollerii* praxin ornavit, teſtatur aquæ ejus herbæ ſtillaticiæ unico hauſtu percuratum *Pariſiis* adoleſcentem, cui citatior ſaltus inſignem herniam induxerat: adhibito tamen, ut ſcribit, emplaſtro. Vocatur hæc herba *Hollerina*, quod *Hollerius* primus eius in hoc affectu efficaciam obſervaverit. Præſcripta hæc omnia ex ſimplici medicina deſumpta remedia tam exterius admota, quàm intro aſſumpta in propriè dictis herniis prodeſſe mirificè poſſunt: quæ tamen in præſenti caſu maximè profutura arbitror, hæc inſequentia ex prænominatis ſelecta notare placuit: itaque reducto inteſtino applicetur ceratum hoc triquetrum inguini ſuperpoſito ſplenio (quod faſciæ annexum inguen ne dehiſcat aut laxetur continere debet) ut totum inguen contegat, prius nudato loco pilis.

℞. Nuc.

℞. Nuc. cupreſſ. gallar. an. ℥i. balauſt. hypociſt. veri, an. ℈ij. maſtich. ℈iv. rad. conſolid. maj. pulv. perfoliat. herniar. an. ℈iiß. bdell. ℥iß. boli armen. ℥ij. ſang. drac. ℈iv. pic. græc. ℥j reſin. pini, ℥vi. cum terebinth. cera & oleo vitell. ovor. vel hyperic. magiſtr. q. ſ. F. ceratum: hoc fœliciter uſus ſum.

Verùm uſitatum illud commune *Arnoldi de Villa Nova* ex pelle arietina dictum mihi præcæteris omnibus maximoperè probatur.

Recordor me Medicum exercitatum vidiſſe, qui aſſumpto quantum volebat gummi elemi, affundebat acetum, eo macerabat donec acetum in ſuperficie obduceretur alba pinguedine, tum affuſis olei paucis guttis (oleum è vitell. ovor. vel hiperic. magis probarem) coquebat gummi lento igne liquatum ad formam cerati. Quando ego ipſius uſum commodum ſcio, improbare haud queo. Ego hoc in pueris aliquoties feliciter ſum uſus.

℞. Perfoliatæ viridia folia, & rad. conſolid. maj. contero ut planè ſubacta ſimul ſint & lævigata, addo ceræ novæ vel propolis tertiam partem, vel paulò plus: concorporata & bene commixta induco pittatio, ut inguini affecto ſub plenio imponi poſſint: te autem ſuadeo, ut hoc quod ſequitur ſimpliciſſimo utaris.

℞. Conſolid. maj. radicem ſolam ab omni ſorde ablutam, munda nihil interim abradens, iſtam exquiſitè tritam, & lævigatam, calefactam leviter induc pittatio aliquo lineo albo & impone emplaſtri modo inguini rupto ſub plenio: mutetur bis in die, inducto alio. Obſervavi intra dies quindecim iſta ratione coaleſcere: poſſunt conſolid. maj. radices ſaccharo conditæ, ſubindeque exhiberi. *Reinerus Solenander*, *conſ.* 13. *ſect.* 4.

Ætius jubet papyrum (nos charta emporetica uti poterimus) triduo in aqua macerari atque in globo coactum inguini apponi repoſito priùs inteſtino. Solet enim triduana adhæſione à delapſu vindicare: ſed erit efficacius ſi aqua aſtringenti ut puta roſac. myrtac. papyrus vel charta maceretur; hoc remedio ait *Paræus* ſe multos ſanaſſe. *Rodericus à Fonſeca*, *tom.* 2. *conſult.* 36.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hernia inteſtinali.

NOnnulli hanc curam ut certiſſimam, nec ſine ratione commendant.

℞. Rad. cichor. flor. albo part. iij. pulſatill. part. ii. ſem. perfoliat. part. i F. pulvis, de quo in prandio & cœna quantum tribus digitis primoribus capi poteſt, in jure carnis capiat æger, uſque dum integrè reſtituatur.

℞. Rad. enulæ, ſanicul. conſolid. maj. ſolidag. ſarracenicæ, agrim. an. q. v. F. decoctio in vino & aqua ad medietatis conſumptionem: hoc decocto calido petiæ madefiantiſque quotidie locus affectus ſæpius fomentetur, & poſtea ſequenti unguento inungatur.

℞. Ol. vitell. ovor. pulv. tormentill. an. q. ſ. F. unguentum.

Refert *Paræus* quendam Chirurgum hoc modo hernia laborantes curaſſe: magnetem in tenuiſſimum pulverem redigebat, & in cibis exhibebat inde verò locum rupturæ, per quẽ deſcendebant inteſtina melle inungebat, & ferri limaturam aſpergebat, atq; id per dies decem uſurpabat, faſcia ſimul adhibita. Si aliqua fuit efficacia, proculdubio ex vi magnetis ſurſum attrahentis dependebat. *Daniel Sennertus*, *practic. lib.* 3. *part.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 6.

Filiolus cujuſdam pharmacopœi hernia inteſtinali laborans hac ratione fœliciter curatus eſt.

℞. Beton. auric. muris, veronic. alchymill. pyrol. ſolig. ad. ſarrac. agrim. ſanicul. an. M. ß. rad. cariophyllat. ℥ß. inciſ. & contuſ. coq. in M. ii. aquæ ad conſumpt. medietatis: bibat mane & veſperi hauſtum poſtea.

℞. Lapid. magnet, maſtich. an. ℥ii. lap. calaminar. ſang. drac. an. ℥i. ferri ℥ß. bol. armen. ℥ß. vini ſublimat. quart. i. M. in hoc pannus duplicatus intinctus herniæ fortiter adligabatur bis quotidie, manè & veſperi cum faſcia: brevi convaluit. *Hieronymus Reuſnerus*, *obſerv.* 95.

Enterocelem adſumpta limatura ferri atque empl. magnetico appoſito in ſeipſo ſanatam narrat *Thom. Campanella lib.* 6.

cap.

cap. 20. art. 2. quàm tamen curandi ratio-nem fruſtraneam doctiſſimè oſtendit *Athanaſius Kircherus*, *lib.* 3. *De Magnete*, *part.* 1. *cap.* 2. & contra *Paræum* urget *Vop. Fort. Plempius*. *Schol. in Ebn. Sin. lib.* 2. quanquam, non magnetiſmi ratione, ſed propter vim ſiccandi admittat author *Enchiridii medic. pract. cap. De Enterocele*, qua ratione hic quoque probari debet. *Hieron. Velſchius*, *notis ad obſerv.* 65. *Reuſneri*.

Generoſus quidam *Bernenſis* ſexagenarius ſpatio viginti annorum inſigni ac maxima hernia inteſtinali laboraverat, ad quam curandam, tum me, tum alios in *Gallia* & alibi expertiſſimos adhibuerat medicos & Chirurgos, ſed fruſtra, tandem cum de ſanitate recuperanda ne quidem cogitaret amplius, & ſubligaculis, ne ingraveſceret malum, uteretur, incidit in morbum, à quo ultra menſes ſex lecto affixus fuit. Poſt morbum hunc ne minimum quidem indicium præcedentis herniæ ſenſit, nec amplius utitur ſpleniis aut ſubligaculis. Ex his manifeſtum fit, quietem & decubitum in dorſo, unicam eſſe panacæam herniarum. *Guil. Fabritius Hildanus*, *obſervat.* 54. *cent.* 5.

In Enterocele Bubonocele & Epiplocele valet balſamus ſalis gemmæ, arcanum ſummum in rupturis, qui hoc modo fit.

℞. Salis gemmæ ℔ii. fluat in igne (in tigillo) & poſtea ſolvatur in aqua pluviali deſtillata, filtretur, & viciſſim coaguletur; has operationes liquefactionis, ſolutionis, filtrationis, & coagulationis tantiſper repete, donec ſal gemma ad ſummam ſubtilitatem fuerit perductum, quod inde cognoſcitur, quando ejus particula ad candelam admota, ſtatim liqueſcit: ſerva in vitro bene clauſo: cura ſic fit.

Repoſitis, ſi opus eſt (ut in Enterocele & Epiplocele) partibus prolapſis, locus affectus lavetur cum aceto deſtillato acerrimo, vel cum ſpiritu vini quotidie bis poſt fomentationes ſtatim inungatur locus cum arcano ſalis gemmæ: ad intra exhibe ſingulis diebus mane jejuno ventriculo eſſentiæ conſolid. maj. cochlear unum cum guttis ii. balſami ſalis gemmæ.

Si inteſtina & reliqua prominentia difficulter reponi poſſint, etiamſi emollientia per inſeſſiones & fomentationes fuerint adhibita, ut fœlicius abſolvatur cura, cæteris non neglectis, ſic procede. Poſt adhibitas formentationes quotidianas patienti exhibe per tres aut quatuor dies cor talpæ exſiccatum & pulveriſatum (quotidie cor unum) menſe *Majo* collectum cum aqua cinnam. & fœlicem videbis operationem, inungatur locus cum balſamo ſulphuris. *Ioh. Hartmanus*, *practic. Chimiatr.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hernia inteſtinali & omentali.

POſt univerſalium & ordinariorum remediorum uſum, exhibeatur cochlear injure ſequentis pulveris, mane & veſperi, hora una ante cibum, continuando uſque ad perfectam ſanationem.

℞. Cortic. myrobal. indar. chebul. an. ℥ß. naſturt. portulac. plantag. fumach. an. ℥ß. corall. rub. lapid. hæmatit. carab. an. ℈i. cinnam. el. ℈iv. ſacchar. roſat. ℥iv. F. pulvis. *Ioh. Fernelius*, *conſil.* 66.

Quæ de cura herniæ inteſtinalis dicta ſunt, applicari quoque poſſunt herniæ ex omenti prolapſu ortæ, iiſdem enim in utriuſque curatione ſunt ſcopi. *Daniel Sennertus*, *practic. lib.* 3. *part.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 6.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hernia hydrocele.

VIr quidam herniam aquoſam ὑδροκήλην vocant Græci, patiebatur, quam citiſſimè removi oleo ſulphuris: quo totum ramicem perungebat mane ac veſperi, & applicabat ſaculum ex calentibus cineribus factum. *Martinus Rulandus*, *curat.* 82. *cent.* 8.

Paretur cataplaſma ex ſtercore vaccino rec. & tertia parte pulv. bol. arm. ad idem maximè valet & mihi valde probatum eſt cataplaſma nunc deſcribendum.

℞. Stercor. capræ ℥iß. cochlear. cum ſuis teſtis contuſis ℥i. cumin. pulv. ſulph. pulv. an. ℥ii. M. Cataplaſma, parti affectæ applicandum, & ſæpe renovandum, quod ſi hiſce non cedat malum, punctione cum phlebotomo vel ſectio-

ſectione tandem utendum eſt. *Ioh. Zecchius, conſult. 63.*

Infans quidam undecim menſes natus, laborabat hernia aquoſa dextrum teſtem occupante, ita ut teſtis ovi exigui magnitudinem æquare videretur, vocatus ego, ſequens præſcribo cataplaſma.

℞. Farin. ℔ß. decoq. cum vino generoſo ad pultis conſiſtentiam, deinde adde oxymel. ſimpl. ℥iii. F. cataplaſma, admovendum ſerò & manè: intra octo dies hoc ſolo remedio tumor omnino diſcuſſus eſt. *Lazarus Riverius obſerv. 4. cent. 2.*

℞. Fol. origan. rutæ, abſint. chamæm. an. M. i. baccar. lauri, ℥i. ſem. aniſ. fœnic. cumin. an. ℥ß. coq. in q. ſ. aq. & aceti pro fotu, quo foveatur ſcrotum ter in die cum ſpongia. Poſtea applicetur hoc emplaſtrum.

℞. Emplaſtr. de bacc. lauri, ſterc. caprin. an. ℥iß. cochlear. contuſ. cum teſtis, ℥ß. ſem. cumin. ſulphur. ℥ii. malaxentur cum olei rutac. chamæm. an. q. ſ. F. Emplaſtrum. Hiſce puer convaluit. *Ioh. Petrus Lotichius, obſerv. 10. cap. 3. lib. 6.*

Vir quidam Nobilis hydrocele laborans, ita ſanitatem obtinuit, primò, conſilio *D. Ferrandi* peritiſſimi Medici, & meo jalapio purgatus fuit, poſtea fotus emollientes, & diſcutientes admoti, & tandem lanceola perforatus, in parte decliviore ſcroti, vitando teſticulum, & lineam interſtitium inter teſticulos facientem, ictus autem tranſverſi digiti profunditatem attigit antequam aqua exiverit, quæ iteratis vicibus extracta fuit, clara & non fœtida, eaque ad libras duas, cura hæc ſatis rara fuit, cum paucis poſt diebus ad negotia iverit. *Petrus Borellus obſerv. 4. cent. 1.*

In Generoſo quodam Viro, quam omnis periculi plena ſit ſcroti, & erythroidis membranæ in hydrocele per ſcalpellum apertio, teſte non ſublato, compertum eſt, ab aliquot annis ſiniſtra parte hydrocele huic moleſta fuerat: fruſtra cataplaſmatis, ac aliis remediis crebrò uſus: tandem temerarii Chirurgi conſilio acquieſcens, aperiri ſibi ſcalpello tumorem permiſit: effluxit citò omnis humor; tumor quoque ſubſedit; ſed cum teſtis ipſe omninò eſſet corruptus, vicinas partes facile infecit: ſubſecuta mox ſcroti univerſi, ac etiam penis cum tumore & ingenti dolore gangræna. Delirium cum vehementi febre propter doloris magnitudinem ſupervenit, ac non ita multò poſt mors acceſſit: ren hujus ſiniſter corruptus fuit, & ſeminalis in erythroiden deſcendens valde ampla & multùm patens. *Rembertus Dedonæus, obſerv. 40.* vide etiam *obſerv. 39.*

SECTIO SEXTA.

De Hernia Omphalocele.

IN oppidulo quodam mulierem inſpexi, cui ex hernia omphalocele, univerſa penè inteſtinorum mole, è baritonæi cavitate proci dente, tumor immenſus ac velut novus venter, à vero venter flaccido & depreſſo, & in hunc tanquam ſaccum inanito appenſus propendebat, quam & faſcia circumducta, ut onus hoc ſublevaret, collum ſuſpenſum geſtabat. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 759.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Hernia ſarcocele.

JUvenem quendam hernia ſarcocele laborantem abſque inciſione facile ita curavi.

℞. Pulv. ſen. laxat ℥ß. vini, abſinth. ℔iß. macerentur pro infuſo. De quo quotidie bibit ad ℥iii. colatas. Poſt ſufficientem purgationem, utebatur ante & poſt meridiem balneo aquæ, in qua cogebatur tartarus ad ℥iii. ante & poſt balneum inungebatur tumor oleo ſulphur. noſtro, motus rarus erat, quies verò in lecto multa, atque his ſanè remediis tumor indies decrevit, & per Dei gratiam ſpatio quatuor hebdomadum ex toto evanuit. *Martinus Rulandus, curat. 66. cent. 9.*

Chirurgus quidam inſignis contra herniam tam carnoſam quam aquoſam emplaſtro ſequenti fœliciter utitur, quod ſingularis loco ſecreti mecum communicavit, eoque nobilius aliud in hoc affectu remedium ſe non habere deſertè profitebatur.

℞. Gum-

℞. Gummi ammoniac. ʒiß. bdell. ʒi. farin. ſem. ſinap. ſem. urtic. lap. ſpong. an. ʒi. ariſtol. rot. ʒvi. ſulph. ʒß. terebinth. ʒi. ſpirit. vini ʒiß. ol. olivar. ʒiv. ceræ ʒvi. M. F. S. A. emplaſtrum, extend. ſuper alutam, & loco affecto applicetur, continuo geſtando. Si hoc non iuverit ſubſtituatur ceratum de pelle arietina tam à Medicis *Auguſtanis* commendatum: intus verò de ſequenti pulvere quo alias contra hernias prodeſſe ſoleo, aliquot menſibus aſſumat.

℞. Pulv. rad. conſolid. maj. ʒß. pulv. herniar. ʒi. perfoliat. ʒvi. ſpong. combuſt. ſpongiæ, cynosbat. adnaſcent. an. ʒiii. lap. ſpong. ʒii. ſpod. terr. ſigill. an. ʒiß. cinnamom. fœnic. d. an. ʒi. F. pulvis.

Aliquando etiam aſſumpſit de ſequenti pulv. contra ſtrumam, qui *Arnoldus de Villa Nova* adſcribitur.

℞. Spong. conbuſt. pilæ marin. toſt. oſſis ſepiæ, piper. long. nigr. zinzib. cinnamom. ſalis gemmæ, pyrethr. gallar. lap. ſpongiæ, an. ʒi. M. F. pulvis. *Joh. Petrus Lotichius, obſerv. 9. cap. 3. lib. 6.*

Vir quidam Sarcocele laborans quum cataplaſma ex althæa farina fabarum lacte caprino fruſtra uſurpaſſet, juſſus à *Gaſſero* decocto lentium in aceto facto locum fovere, deinde ſuffire cum thure, ſuperponere emplaſtrum de meliloto cum ficubus contuſis mixto; cumque non ſtatim reſolveretur tumor, thermas ferinas cogitare cœpit quas ipſi *Gaſſerus* diſſuadere noluit. Sed his ipſis quoque non ſatis operantibus, quod unicum ſupererat remedium ad ſectionem devenit, quam teſticuli actura, tandem admittere cogebatur *Joh. Udalricus, Rumlerus obſerv* 91.

Alius quidam hernia carnoſa laborans à Chirurgo quodam curatus fuit teſticulorum ex vino ſublimato, & impoſito cataplaſmate ex abſinth. malu. chamæm. rad. lth. & ſem. lini, an. part. æq. conſciſſis & n lacte caprillo coctis. Alius etiam eodem affectu laborans, ſectionem poſtulavit, ed chirurgi præſentia territus, mutavit ententiam, & emollientium ac reſolvenium uſu continuato, ramice abſceſſum ranſeunte, & ſupporato, fœliciter tandem perçuratus fuit. *Idem obſerv. 92.*

Medicus quidam præclarus in literis ad *Prævotium* datis teſtatus eſt, viſam à ſe curatam ſarcocelen tam contumacem, ut omnia fruſtra tentata fuerint, ſolo emplaſtro illo *Paracelſi* quod in tract. *De Cur. Vulner.* Chirurgiæ minori adnexo copiosè deſcribitur, & ſodicationis alterum appellatur: quo ſcirrhos etiam duriſſimos & diuturnos ſanatos, idem. *Prævotius* deinde in ſecretis adnotavit. *Georgius Hieronymus Velſchius, obſerv. 68.*

Ad ramicem carnoſum ceratum hoc deſcripſi quo ita imminuta carnoſitas, & durities illa fuit, ut ægrotanti & aſſiſtentibus admirationi fuerit.

℞. Ammoniac. pinguis & optimi ʒiii. in aceto eas macera, & ad ignem cerati modo redige poſtea illi adde marcaſitæ argenti & auri in pulverem redactæ (quem *Græci Latini Ignarium* lapidem appellare ſolent) ʒiß. & in aluta ad equiferri figuram aut lunæ falcatę effigiem extendatur, & loco affecto applicetur. *Amatus Luſitanus, Curat. 69. Cent. 5.*

SECTIO NONA.

De Herpete.

Ἕρπης (ab ἕρπω ſerpo) tumor eſt in ſuperficies partis alicujus excitatus, cutem ſerpentibus minimis puſtulis exaſperans ac rodens, duplex eſt, unus ſimplex, qui νεγχρὶς, ſeu miliaris dicitur, alter ferus, qui ἐσθίομενος ſeu excedens nuncupatur. Signa ſunt, tumor latus ſine omni ferè altitudine, durities quædam, dolor, & uſtionis ſenſus Herpes excedens ruptis puſtulis veram cutem exulcerat, rodit; atque depaſcit, ſerpit in latum & altum, ex eoque ulcuſcula manent arida: qui ſimplex eſt, ſummam tantùm cutem exaſperat, & ſub una epidermide conſiſtit, exiguas illic puſtulas excitans, quæ minimum extant aut prominent, milio haud abſimiles. Uterque in vicina, quaſi in orbem quoquo versùm ſerpit, ſeque diffundit, ac plerumque medium ſaneſcit, extremis longius procedentibus. Utriuſque herpetis cauſa eſt bilis flava, ſincera & acris, à reliquis humoribus ſecreta, quæ tenuitate qua pollet, partes omnes præcipueque

car-

carnoſas transgreditur dum denſiorem cutem attingat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Herpete Eſthiomeno.

RUſtica mulier quinquagenaria hinc inde in coxis, brachiis, utroque genu, & cubito, pectore & facie, maculas habebat elevatas, rubras, ſcabras, aſperas, latè ſerpentes, & de novo hinc inde erumpentes; ad me veniens hoc pacto ſanata eſt.

Præſcripſi vinum purgans pro quatuor vel quinque matutinis, quo bene purgata fuit. Deinde juſſi ſcabras maculas ſemel in die madefacere ſequenti aqua penna ea intincta.

℞. Sublimati ʒiß. lithatgyr. ʒii. borac. ʒß. camphor. ℈i. F. pulvis, adde aqu. roſ. plantag. an. ʒiv. coquantur, ab illius uſu dolorem aliquem percipiebat, qui tamen mox remiſit: ſtatimque cruſtis ſubluteis maculæ hæ obduci cœperunt craſſis & duris quæ cremore lactis aliquoties emollitæ deciderunt, remanente ſubtus cute ſana. *Felix Platerus, obſ. lib. 2. pag.* 544.

Poſt corpus decenter purgatum, & venam apertam, juſſi hac aqua herpetem madefacere.

℞. Lithargyr. ʒvi. ceruſſ. ʒiii. vitriol. alb. ʒii. aq. roſ. ʒii. aq. ſublimat. ʒß. aq. virid. (cuius deſcriptionem vide ſupra *lib. 6. ſect.* 4.) ʒii. M. diligenter. Poſtea hoc unguento inunge.

℞. Unguent. popul. & pomphol. an. ʒi. ſucc. lapath. & acet. ſcillit. an. ʒii. litharg. ʒß. tartar. ʒii. rad. ſerpentar. ʒi. lap. calamin. ʒiii. ceruſſ. ʒß. laricæ parum ol. de tartaro ʒii. F. inſtar nutriti. Hoc facto aliquandiu ſanatus fuit. *Idem obſerv. lib. 2. pag.* 546.

Alteri ad herpetes hoc unguentum præſcripſi.

℞. Succ. rad. lapath. cyclam. ſerpentar. an. ʒiß. limon. ʒi. lithargyr. auri ʒii. ſulph. thur. an. ʒi. cryſtall. borac. vitriol. an. ʒß. fugitiv. extinct. in ſucco limon. ʒß. terebinth. diſſolut. in ol. roſac. q. ſ. adde ol. tartar. ʒi. F. inſtar nutriti. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag.* 548.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Herpete miliari.

ILicò pharmacum hoc illi propinavi. ℞. Syrup. roſat. ſolut. ʒiv. diaphæn. ʒiii. infuſion. tamarind. ʒiii. M. F. potio qua multa liquida bilioſa egeſſit. Poſtea ſyrupos alterantes calidam intemperiem exhibuimus per aliquot dies.

Tum hæc topica medicamenta ſunt applicata.

℞. Succ. plantag. ſolan. an. ℔ß. aceti roſac. ʒii. M. in quibus pannus lineus intinctus ſuperponatur malo, & ſæpe innovetur. Sed cum malum perſeveraret, cataplaſma hoc applicatum fuit.

℞. Plantag. roſ. ſolan. caud. equin. an. M. i. F. decoctio in aq. q. ſ. facta colatur: prædictas herbas in mortario tere, quibus adde farin. hord. lentium, an. ʒiii. vini granator. acidor. ʒiii. prædicti decocti q. ad mediocrem ſpiſſitudinem ſufficit M. F. cataplaſma, applicetur: at quum exulcerata puſtulæ fuerunt, ad unguentum de plumbo devenimus, quo ſanus exacte factus eſt. *Amatus Luſitanus, cent. 2. curat.* 37.

Ego in pueris puſtulas miliares ſeu herpetes in facie habentibus accipio cretam, oleum olivaceum vini, ex omnibus æqua portiones, & linimenti inſtar commiſceo & feliciſſimè inungo, quo linimento ſi utaris, videbis ſubitaneam admodum curationem, & per brevem ac ſalutarem. Ad Phlyctænas etiam hoc conducit. Mulierem quandam herpete laborantem curavimus applicatione foliorum farfaræ. *Petrus Foreſtus obſerv. 7. lib. 2. Obſerv. Chirurg.*

Nos (inquit *Valeſcus, cap. De Cura Formicæ miliaris*) vidimus & ſcimus unam mirabilem experientiam qua, ſine alia medicina quacunque præter diætam & purgationes, multi tempore meo curati fuerunt gratia Dei.

℞. Lanam ſuccidam ovis vel mutonis torrefac. in cacabo ſuper ignem, donec ſit nigra & arſa: tunc pulveriſetur & diſtemperetur cum aqu. roſar. vel cum aq. peculi donec ſit quaſi incauſtum cum quo ſcribimus & de hoc incauſto bene ſpiſſo cum pluma circumliniatur formica, *i. e.* herpes, & fiat hæc linitio bis in die aut ter nempe

ira

n diluculo, veſperi, & in principio noctis; & panno lineo contineatur non ſtringendo. Non vidi mehercule medicinam in ſto caſu magis expertam; conſtatq; ratione, quia deſiccat & ſtringit: in quo locis incipit, in tot fiat linitio, quia ægram partem curat deſiccando & ſanam defendit ſtipticando & roborando. *Idem. ſchol. obſ. 7. lib. 2. Obſerv. Chirurg.*

Miror curin herpetibus, inflammationibus in quibus humectandi & refrigerandi conſilium eſt, non potius ad aquam ſolam recurrimus, quàm ad aquam & ſuccum plantag. & ſimilia. *Guil. Ballonius, lib. 1. Epid. & Ephem. pag. 106.*

Joh. Heurnius pro herpete miliari hoc ſecretum habuit.

℞. Fæcem vini inter duo lintea, & applica. *Notis ad cap. 4. lib. 7. pathol. Ioh. Fernelii.*

Herpetem miliarem aqua calcis vivæ calidè in petiis applicata mitigat: fortius operatur ſi alumen dulce, vel Saccharum Saturni in eadem ante applicationem diſſolvitur. Sudores præterea ſunt neceſſarii. Decoctum Perſicariæ; ut & folia rubi idæi in aq. & vino decocta herpetes præſertim tibiarum, non tantum mundificant, ſed inſuper ſanant. balſamum ſulphuris complementum abſolvit. *Joh. Hartmannus* Pract. Chimiatr. *pag.* 387.

Ego fœliciter utor aquis thermarum, quę brevi tempore ſanant herpetem miliarem, ubi non adſunt hæ aquæ, ſumatis marinam, aut aquæ ſalitæ adjiciatis ſulphur & alumen, & in hac detineatur membrum. Herpetes verò exedentes ſic curo: quoad totum corpus exhibeo ſerum caprinum, interdum ſarſæ decoctum: quoad partem affectam, utor aquis thermalibus *Patavinis*, aut *D. Petri*, & fœlici ſucceſſu hoc applico ceratum.

℞. Succ. tabaci ℥iij. ceræ citrin. noviſſ. ℥ij. reſin. pini ℥iß. terebinth. ℥i. myrtin. q. ſ. ad formandum ceratum molle. *Hier. Fabrit. ab Aquapend. lib. 1. De Tumor. cap. 28.*

Sæpius expertus ſum unguentum enulatum cum Mercurio in hoc affectu curando plus cæteris omnibus præſtitiſſe. *Ambroſius Paræus, cap. 14. lib. 7.*

In herpete miliari ſequenti decocto rectè uſi ſumus.

℞. Heder. mural. plantag. ungul. caball. an. M. j. ebulliant ſemel in aq. pluviali quæ per tecta tegulata cærulea defluit, eaque aqua leviter madefactæ ſunt puſtulæ. Folia verò integra ungulæ caballinæ ex decocto ſumebantur, & communi conſilio herpeti admodum commodè applicata ſunt. Aliquando fiebat inunctio ex muccagine ſem. cydon. cum aqu. roſ. linimenti inſtar coagulata, antequam folia imponerentur. Uſi etiam ſumus unguento roſ. *Meſue* peciæ enim lineæ eo inungebantur, & locis calidiuſculis atque infectis apponebantur, ne malum ulteriùs ſerperet; priùs tamen locis affectis ſemper inunctis linimento ſuprà dicto. Eſt enim illud unguentum roſ. (quod ſine opio compoſitum erat) deſcript. *Meſue* optimi odoris, & nobiliſſimum remedium ad phlegmonas eryſipelata, herpetas mirum in modum ſedat, ut hic quoque experti ſumus. *Petrus Foreſtus lib. 5. De Febribus compoſitis. obſerv 22.*

SECTIO DECIMA.

De Hordeolo.

HOrdeolum (Græcè κριθή) tubereulum eſt in ſumma palpebra ſuccreſcens prope cilia, oblongiuſculum, quod ſuppuraſcens ſimile eſt grano hordei, unde & nomen accepit. Ortum habet ab humore pituitoſo & craſſo cum ſanguine mixto. Cognatum huic malum eſt grando. Græcè χαλάζιον, quod eſt tuberculum rotundum, translucidum, atque huc & illuc mobile, ejus materia durior eſt, & quaſi lapideſcens.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Hordeolo.

COnſului ut adipe gallinæ calido liniret, & oculum ſæpe foveret aq. calida decoctionis hordei & chamæm. Poſtea cum ſanguine columbi vel perdicis liniret: verùm cum nec axungiam gallinæ, nec caponis ferret ob ſalſedinem, ſub noctem hordeolum cereviſia colluebat, & manè ſaliva jejuna inungebat: quo remedio ceſſavit ſalſedo quam ex axungia

gia caponis contractam existimabat: existimo axungiam prius lotam aqua ros. salsedine amota melius hordeolum curare: at nostra matrona continuando lotionem cerevisię & mane mungendo cum propria saliva ab hac molestia sanata fuit. Prodest etiam si abscisso capite muscæ reliquo corpore fricetur hordeolum, vel si Galbanum cum modico nitri subactum, vel Sagapenum aceto tritum apponantur. *Petrus Foreſtus, obſerv. 45. lib. 21. De Morbis Oculorum & Palpebrarum.*

In Hordeolo hordeam jejuno ventriculo sæpius masticatum applicetur. *Joh. Hartmannus.* Pract. Chimiatr. *pag.* 101.

SECTIO UNDECIMA.

De Hydrocephalo.

Ὑδροκεφαλὸ seu hydrops capitis nihil aliud est, quam magnitudo capitis aucta ab humore seroso. Hujus causa conjuncta est humor serosus & aqueus, qui quandoque colligitur inter cutem & pericranium, & tum tumor est mollis, pellucidus, doloriſque expers; aliquando rursus inter pericranium & cranium cum dolore affligente; interdum etiam inter cranium & membranas, & inter eas & cerebrum, & tum tumor ad tactum mollis non est dolor est major, totum caput tumidus, & frons ipsis projecta est. Infantibus malum hoc accidit frequentius quam adultis, ex eo quod sæpe sæpius circa partum ab obstetricibus, infantis caput parum dextre tractetur, & incaute comprimatur, tum etiam quod seroso & aquoso sanguine aliquando in utero alatur fœtus ob matris in diæta errores.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hydrocephalo.

PUerum septem annorum hydrocephalo laborantem, sola olei hyperici continua inunctionem, addito pulv. myrtill. curavimus. Alius etiam eodem modo convaluit.

Amatus Luſitanus, cent. 1. curat. 60. puerum quindecim dies natum hoc malo correptum intra tres dies hoc medicamento curavit.

℞. Pulv. absinth. chamæm & melilot. an. butyr. rec. ol. chamæm. an. ℥iv. ceræ parum, ad ignem F. unguentum, quo inungatur locus, & sic intra tres dies sanitati fuit restitutus.

In hoc casu expertum hoc quoque habetur quod,

℞. Mell. ℔ß. sal. ℥ß. pulv. origan. ℥iii. M. & tepide locus inungatur. *Petrus Foreſtus, obſerv. 6. lib. 3. Obſerv. Chirurg.*

Medicamentis absumentibus aquosum humorem, simulque etiam affectam partem roborantibus utendum qualia sunt sequentia.

℞. Ros. rub. furfur. melilot. an. M. i. flor. anth. chamæm. salv. beton. stæch. an. p. i. bulliant. in s. q. aq. addita vini austeri quarta parte, quo decocto modice calente, infantis caput singulis saltem octo horis irrigetur quinque vel septem diebus continuis, dein.

℞. Ol. chamæm. aneth. an. ℥i. pulv. absinth. ros. rubr. an. ℥vi. sulph. exactè pulver. ℥i. ceræ, q. s. F. linimentum quo ter in die caput infantis liniatur, & lana succida obtegatur: interposito interdum præscribendi nunc cataplasmatis usu.

℞. Mell. ℔ß. origan. M. j. sal. ℥ß. cum modico vini austeri & croci, gr. iv. vel v. F. cataplasma capiti infantis de more adhibendum. De Chirurgia nihil proponendum duco, quod tumorem hunc præsidiis præscriptis ex arte administratis omninò cessurum putem; verùm si punctione seu incisione, pro educenda aqua opus erit, aqua sensim ac paulatim, non autem tota simul evocetur, ne infantis vires deiiciantur. *Joh. Zecchius, conſult. 64.*

Hier. Fabrit. ab Aquapendente, in pueris qui infantiam excesserunt, in hydrocephalo maximo, ut remedium efficacissimum, laudat aquam calcis vivæ, si ea calida spongia inbuatur, & capiti imponatur, ac hoc solo remedio se hydrocephalum curasse scribit. Idem commendat spiritum vini primæ destilationis, cum parte quarta aq. scabios. cum spongia impositum. Monet autem hic spongiam novam esse recipiendam, & arcte fascia capiti alli-

alligandam, ac ne refrigeretur, calido linteo superpositò moderate calefaciendam esse. Exsiccant & thermæ sulphureæ ubi earum est copia, si spongia in iis madefiat, & capiti imponatur; in defectum vero coquantur in aqua sal, sulphur, & alumen, & eodem modo applicentur. *Avicennas* usurpat cochleas, quas coquit in decocto artemis. stœch. calamenth. vel ebul. easque ita coctas contundit, & calidè capiti raso applicat. Sed ante usum discutientium & exsiccantium medicamentorum evacuanda est aqua è toto corpore (si per ætatem fieri possit) hydragogis, sudores & urinam moventibus. Adultioribus pil. coch. exhiberi possunt, vel succus irid. vel gr. ij. elaterii cum pil. convenientibus: per sudorem serosum humorem evacuant decoctum lign. guajac. sarsæparill. sassafras, vel balneum laconicum & sudatorium: per urinam evacuant decoctum beton. rad. fœnic. asparag. sem. anisi, & alia. *Daniel Sennertus*, *pract. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 28.

Infans recenter in lucem editus hydrocephalo laborabat, totum caput occupante, cum magna suturarum dilatatione: ego sine ullo medicamento, aut alio remedio hunc affectum curavi sola fascia *Guidonis* in formam cucuphæ concinnata, qua totum caput obvolvebatur duabus extremitatibus in globulos obvolutis: quotidie dicta fascia renovabatur & intra quindecim aut viginti dies tumor prorsus evanuit. *Samuel Formius*, *obs.* 6.

SECTIO DUODECIMA.

De Hydrope.

Ὑδρωψ Latinis aqua intercus, in specie accipitur pro tumore abdominis, & triplex est, Ascites, Tympanites & Anasarca. Ascites, (Græcè ἀσκίτης, quod totus venter instar ἀσκοῦ, seu utris pleni turgeat) præcipua hydropis species, est tumor abdominis ab humore aquoso & seroso in abdominis capacitate collecto ortum habens, cui & femorum ac pedum nonnunquam & scroti tumor accedit. Hujus affectus causa proxima & continens est humor aquosus & serosus: cujus autem partis vitio aqua in abdomine colligatur non omnes consentiunt. Jecur non semper in vitio esse, docet anatomica hydropicorum inspectio, multò minus culpabitur continuò lien: ex nuper detectis vasis lymphaticis luce clarius est ab horum vasorum obstructione aquam in abdominis cavitatem effundi; dum enim ab humore aliquo viscido & crasso occluduntur, humor serosus qui alias ad chyli receptaculum ferri consuevit, retrorsum ire cogitur, ac reverberatus partes unde veniebat intumescere facit, quæ in dies in altitudinem elevantur, donec nimium prægravatæ tandem rumpantur; & sic serum in abdominis cavum nullo negotio effluit: ab hepate etiam malè affecto aqua intercus quandoque contigit, si nimirum scirrho, obstructione, vel inflammatione laboret; tum enim à visceris molesto pondere facilè rumpuntur vasorum lymphaticorum tenuissimæ tunicæ. Renes item obstructi, vesica oblæsa, & uterus malè affectus, hydropem accersere aliquando possunt: aqua, quæ ut plurimùm in abdominis cavitate restagnat interdum vesiculis variæ magnitudinis excipitur. Secunda hydropis species est Tympanites, cui nomen a timpano inditum, cujus sonum refert venter flatibus extensus si manu percutiatur, hydrops etiam siccus vocatur. In hoc tumet abdomen ex multo flatu in illius capacitatem concluso. Sæpe etiam intestinæ in hoc affectu flatibus distenta deprehenduntur: rarò solus flatus reperitur, sed plerumque aquæ permixtus. Generantur flatus in Tympanite ut plurimum inter mesenterii & intestinorum tunicas a calore debili, vel ab eodem nimio & torrefaciente in chylum crudum & crassum suas partes agente. Anasarca denique quæ & συκοφλεγματία & φλεγματώδης dicitur & cum cachexia affinitate quandam habet, est molis corporeæ præter naturam, per totum corpus æquale incrementum, vito alimenti exortum. Causa est tumor pituitosus in totum corporis habitum effusus, à viscerum debilitate, & intemperie productus, ob

quam pro bono ſanguine, crudus & pituitoſos generatur, qui cum ſubſtantiæ partium ſufficienter agglutinari nequeat, neceſſariò ſequitur prava nutritio. Alii cauſam referunt in vaſorum lymphaticorum obſtructionem, ratione cujus humor ſeroſus à partibus neutiquam ſeparatur. Aſcitis ſigna ſunt, intumenſcentia ventris, pedum & plerumque etiam ſcroti, ægro cicum voluto de latere in latus, murmurantis & fluctuantis aquæ ſonitus obſervatur; urinæ paucæ ſunt & craſſæ, interdum & rubræ; ſitis adeſt magna, tuſſis ſicca, tandemque reſpiratio difficilis, cæterarum partium extenuatio, & febris continua & lenta. In tympanite venter percuſſus, inſtar tympani ſonum edit, moles abdominis minus gravis eſt quam in Aſcite, major tamen eſt inflatio, tormina præceſſerunt circa umbilicum, & lumborum dolor, ægro ſupino jacente, venter diſtentus ac durus manet, neque dum ſe convertit æger, ad latera devolvitur, ructus & crepitus crebrò prorumpunt, borborygmi & rugitus obmurmurant. In Anaſarca denique non ſolùm venter, & crura & tibiæ, ſed etiam manus, brachia, pectus, facies, & totum corpus intumeſcit, veſtigiumque impreſſi digiti aliquandiu remanet, color cutis pallidus & cadaveroſus, carnes molles & laxæ, urinæ tenues & albæ, reſpiratio difficilis, febriſque continuę & lenta non rarò conſequitur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Hydrope Aſcite.

COlonus quidam hydrope diu laborans, cum nihil opis à Medicis aliis ſentiret, me conſilii cauſa accerſit, cui imperavi, cum non febricitaret, ut continuò allium comederet, quo factum eſt, multùm aquoſitatis per urinam profuderit, atque ex inſperato eo remedio ſanus evaſit: alii etiam plurimi ita curati ſunt: poſſunt contundi alii capita viridia, ſuccuſque per pannum cum jure vervecis aut pulli colatus bibatur. Novi & alios hoc ſolutivo ſubinde exhibito, multum aquæ per intervalla per alvum reddidiſſe, & ſanos factos eſſe.

℞. Fol. ſen. ℥ß. ſem. aniſ. ℥i. fol. Mezereon. ℥iß. rad. irid. virid. parùm contuſ. ℥iiiß. ſoldanel. ℥ß. infund. per noctem in ℥ix. ſeri lactis.

Facta ebullitione mane hujus ſorti expreſſ. ℞. ℥vi. Mell. roſat. colar ſyrup. de cupator. an. ℥i. M. pro duabus doſibus. Ego cum video urinam ſupra modum tinctam eſſe, loco mezereon pono ℥iß. rhei opt. addendo ſpicę ℈i. quo ſępe cum magna fœlicitate uſus ſum in noſocomio *Delpenſi*.

Elidæus præceptor meus hoc utebatur. ℞. Rhab. el. pulv. ℥i. pulv. ſoldanell. ℥ii. M. exhibebat unica vice cum decocto aut aqua convenienti. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 27. *lib.* 19. *De Morbis hepatis*.

Cuidam hydrope laboranti inter reliqua pharmaca nullum magis juvabat quam ſequens medicamentum.

℞. Succ. ireos ℥ß. aq. caſei ℥iiß. mell. crudi, ℥ii. F. levis ebullitio, & coletur, in colat. diſſolv. ſpic. nard. ℈ß. cinnam. ℈j. diagrid. gr. iii. M. detur in aurora, ex eo ſemper habebat ad minus octo ſedes valde aquoſas. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 30. *libr.* 19.

Quidam hydropicus inflatus ventre, manibus, pedibuſque & facie, à Medicis deſtitutus, & tanquam deſperatus, adiit littus marinum, & navicula per aliquot milliaria aſcendit in altum maris: & provocato vomitu, poſt vomitum exercitio, utens ſanati reſtitutus eſt. *Idem ſchol. ad obſerv.* 32. *lib.* 19.

Ad aquoſos humores educendos, imprimis confert ſquamma æris, vel æs uſtum: quo *Iacchinus* ſe primum, quod ſciat, noſtra ætate uſum refert; cum tamen *Baeſdorpius* antea eo uſus ſit in Imperatore *Carolo* quinto hydropico, qui cum alii Medici deſperarent, ſe unum remedium habere profitebatur *Carolo* Imperatori, ſed eo ſe potius malle uti in Ruſtico quam in Imperatore, cui Imperator reſpondit (ut nos à fide dignis accepimus) cogita te Ruſticum præ manibus habere, modo Imperatorem ita curaveris; atque eo utens, illum ſanavit, addit *Iacchinus*, quod utrumque optimè debet conteri, atque in catapotia conformari ex melle doſis à ℥i. ad ℥iß. admiſce cariophyll. vel cinnamom.

namom. *Idem ſchol. ad obſerv. 37. lib. 19.*

Mirabilis eſt hiſtoria vetulæ mulieris ab hydrope curatæ, quę talis eſt. Vetula quædam hydropica à Medicis deſtituta, ab altera vetula edocta capiebat ranas rubetas dictas, eaſque vivas in ollam novam conjiciebat, ſuperinfuſo ol. olivar. illiſque ſic decoct. eo ol. ventrem inungebat, deducendo manus verſus inferiora à ſtomacho incipiens verſus inguina, idque calidè; & ſecundo die tumor deſcendit ad inferiora, ita ut mirum in modum intumuerint pedes, ſed quum proſequeretur inunctionem, tertio die penitus delituit tumor cum nulla ſenſibili evacuatione. Laudat *Gradus* ſi in balneis arte paratis imponatur ranę vivæ, mirabiliter enim ad ſe attrahunt aquoſitatem. Sed topica non adminiſtranda niſi præceſſerint univerſales purgationes. *Idem ſchol. ad obſerv. 35. lib. 19.*

Matronæ cuidam hydropicæ prius bene per pil. tres exiguas ex mezereo deſcriptionis *Donati ab Altomari*, repurgatæ, poſt aliquos fotus convenientes pro cruribus inflatis, ſequens etiam cataplaſma cruribus ſupra modum inflatis appoſuimus

℞. Rad. ebuli rec. M. vi. rad. brion. ℔j. cortic. exter. ſambuc. M. iv. fol. cucum aſinin. M. ij. caulium rub. M. vi. fol. malv. M. ij. fol. alth. M. iij. furfur. macr. M. v. flor. chamæm. M. iij. flor. melilot. M. ij. abſinth. exſicc. M. iij. decoq. in aq. font. q. ſ. piſtentur, addendo unguenti agrippæ ℥iij. farin. hord. ℔ß. F. cataplaſma ut artis eſt hoc cataplaſmate crura involvebamus uſque ad genu: quo multa aqua effluxit abſque coroſione. Eſt egregium & pro arcano retinendum. *Petrus Foreſtus obſervat. 39. lib. 19.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hydrope Aſcite.

℞. Succ. rad. irid. ℥iij. elater. gr. iij. (non tranſeas gr. v. ad ſummum) agar. præp. ℥i. lact. caprin. q. ſ. M. F. potio. Præſtat ſepius iterare hoc medicamentum, quam ſemel validè evacuare. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſi. 259.*

Vidi *Venetiis* religioſum quendam hydropicum ex aſcite & tympanite, qui fuit curatus, ad fuerunt mecum Exc. Medici plurimi, ſcilicet, *Papienſis*, *Eugubinus*, *Trincavella*, & alii. Habebatis, ut dixi, aſcitem cum tympanite, & tabem cum febre hectica, opportebat tunc exſiccare & humectare, quare eramus in maxima diſcordia, ego volebam ut multum biberet, ſed quę aperirent, quia habebat plurimas obſtructiones, præterea ut humectaretur, quia ad tabem pervenerat: ordinabam ergo ſyrupum acetoſum cum omnibus quæ provocant urinam. *Eugubinus* nolebat quicquam eſſe bibendum, & narrabat de quodam hiſtoriam, qui per ſicca fuit curatus *Papienſis* ut litem dirimeret, concluſit neque liberaliter, neque omnino nihil eſſe bibendum res diſtrahebatur uſq; ad noctem deducebant Nobiles unumquemque Medicum ad ſuam cymbam, ibi tum *Papienſis* quod antea diſſimulaverat, converſus ad magnificum quendam dixit, ſi vultis curare hunc Dominum, profectò non aliud erit faciendum quam quod conſuluit *Baptiſta Montanus*. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſil. 363.*

In Hoſpitali ventre tumente & pedibus ægrotabat pauper, cui hoc vino medicato ſubvenimus.

℞. Rad. irid. ℥iß. cort. rad. ſambuc. & ebul. an. ℥i. aſinth. ſicc. ℥ij. fol. ſen. ℥j. ſem. carui ℥i. vini menſur. j. coque leviter in duplici vaſe, bibat mane hauſtum aliquoties: multum & frequenter inde minxit, ſenſimque tumor ventris & pedum ſubſedit ſanitatique reſtitutus eſt. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 633.*

Hydropico cuidam Sartori propinavi ſuccum ireos ut biberet ad ℥ij. addito melle, unde plurimùm & ſæpius minxit & dejecit, & poſtquam repetiiſſet bis vel ter detumuit venter, pedeſque ſubſederunt, ipſeque ſanatus eſt. *Felix Platerus obſerv. lib. 3. pag. 633.*

Ad ſeroſum humorem per urinas & alvum educendum vinum medicatum ſequens ordinavi.

℞. Rad. quinque aper. an. ℥ß. rad. irid. ℥iß. rad. aſari ℥ij. cortic. rad. ſambuc. cortic. ebul. an ℥i. abſinth. ſicc. ℥iii. majoran. ℥ii. fol. viſc. q. ℥vi. flor. geniſt. ℥i. ſem. fœnic. ℥ii. petroſel. ℥i. ſem. ebul. ℥iß. ſem. hed. der. ℥ii. fol. ſen. ℥ii. fol. ſoldanell. ℥ß.

℥ß. rhei el. ℥iii. ſpic. ſchęnanth. an. ℥ß. rarefiant omnia, & incidantur, & ſacculo includantur, & infund. in vini albi ℔v111. bibat de eo hauſtum unum mane duabus horis ante prandium continuando aliquoties. *Idem obſerv. lib. 3. pag. 639.*

Cum ſeni cuidam hydrope laboranti, pedes mire intumeſcerent, & vix ſpirare niſi erectus poſſet, ſcarificatio cruribus fuit adhibita, unde menſuræ aliquot ſeri, pederentim effluxerunt, liberiuſque ſpiritum duxit; ſed rurſum recrudeſcente malo, & repetita ſcarificatione, fluente aqua, ſemper melius habebat, donec gangræna in pedibus ſuborta (uti frequentes fieri ſolet) eum confecit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 649.*

E pedibus in hydrope aſcite tumentibus, ſponte aqua è phlyctænis, ſeu veſiculis illic natis, quæ diſruptę aquam profundebant, vel ſcarificatione facta, è plagis ad multas ſæpe menſuras ſenſim effluxiſſe, aliquoſque ſic liberatos fuiſſe: licet in aliis, mortis imminentis ſit indicium, multoties obſervavimus. Sed quod magis rarum, in quodam hydropico, ex ſcroto mirè tumefacto, aquaque pleno, nulla apertura facta, ſupra menſuras tres vel quatuor ſenſim extillaſſe vidimus, qui tamen minimè mortem evaſit, quod paracenteſim in ſcroto ubi tutius fieret, plurimùm profuturam, in illis, qui curari poſſunt, nobis oſtendit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 650.*

In Xenodochium *Baſilienſe* adducta fuit puella pauper annorum decem aſcitica, ventre in immenſum tumente, pedibus item inflatis, reliquo corpore penitus abſumpta, ſummaque dyſpnœa laborans, ita ut penè ſuffocaretur, prominebat illi umbilicus veſicæ inſtar pelliculæ, quàm Chirurgus ſcalpello leviter deſcindens, me jubente, aperuit, unde magno impetu aqua proſilit, quàm cùm ſenſim aliquot dies emitteremus, ipſaque ſtatim ubi venter parum ſubſediſſet, ſpiritum facilè duceret, eamque tanquam bene habentem. Chirurgus negligeret, factum eſt ut aqua rurſum ſe colligente, venter denuò intumuerit, veſicaque apparuerit, qua rurſum diſſecta, cum denuò aquæ effluxus pateret, & turunda immiſſa foramen ne coaleſceret apertum retineretur, atque indies aquæ aliquantum educeretur, tandem ventre in priſtinam formam remeante, pedumque tumore evaneſcente, marcoreque corporis per cibum & potum emendato, ex Xeno in noſodochium translata, ibique aliquot ſeptimanas permanens, integrè ſana cum matre diſceſſit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag 651.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hydrope Aſcite.

VIro cuidam hydropico ſingulis quatuor diebus exhibui ſequentem hauſtum; qui miraculosè depellit hydropes.

℞. Aq. abſinth. ℥v. extract. diacolocynth. ℈ii. ad ignem diſſolvantur, hæc potio multas aquoſitates, multos flatus, multos quoque alios vitioſos humores quavis vice ſine dolore & moleſtia eduxit, ac mirum in modum profuit. *Martinus Rulandus curat. 3. cent. 3.*

Puerum quendam novem annorum (ut & alios multos hydropicos) ſanavi per ſolam potiunculam hanc.

℞. Extract. eſulæ quantitatem nucis moſch. aq. ℥iii. M. facta ſimul ebullitione. Macerentur per noctem. Manè colatum bibit frigidè, quo per alvum plurima pituitoſa & aquoſa excrementa expulit. Pro reſiduis aquoſitatibus propellendis exhibui die ſequenti iterum eandem potionem, cujus operatio bona & multa confeſtim ſanitatem integram reddidit. *Martinus Rulandus, curat. 63. cent. 3.*

Mulier quædam aſciticaà me optimè & brevi curata eſt taliter.

℞. Seri lactis ℥v. extract. eſulæ ℥ii. M. pro hauſtu, quem bibit manè, & tertio poſt die repetiit, & hoc ſanè omnes aquoſitates ex toto corpore exturbavit, adeo ut paucis elapſis diebus ſanitatem iterum obtinuerit. Potus erat ſerum lactis, ſed ſitim, meo juſſu, perferebat quantum potuit. *Martinus Rulandus, cur 94. cent. 3.*

Virum quendam hydropicum ita curavi.

℞. Aq. terr. ſanct. ℥vi. F. potio quàm in

lecto

lecto benè contectus bibit calidè, ac ſudor emanavit è toto corpore per tres horas, & poſt ſudationem, egeſſit quoque multoties multas per alvum aquoſitates, & intra biduum annuente Deo, omnibus admirantibus, tumor abdominis, crurum & pedum, & reliqua omnia ſymptomata evanuerunt. Hæc aqua eſt optimum medicamentum hydroticum & hydragogon. *Martinus Rulandus*, *curat.* 88. *cent.* 3. Deſcriptionem aq. terræ ſanctæ, vide infra ſectione *De Podagra* ſubſect.

Mulierem aſciticam brevi tempore ita curavi.

℞. Aq. fontan. ſyrup. roſ. ſolut. an. ℥iii. M. pro hauſtu, quem frigidè bibit manè, & per duas horas ante cœnam repetiit, atque melius ſe ex utroque hauſtu habere ajebat, ſed tumor non eſt imminutus: quare.

℞. Extract. eſul. ℥iß. aq. acidulę ℥vi. M. Macerentur per noctem, manè colatum bibit, quod ſedes aquoſas plurimas fecit, attamen venter parum detumuit, ideoque poſt duos elapſos dies dedi ſpiritus vitæ auri ℥i. ſyrup. è Sena ℥ß. M. pro hauſtulo, qui eduxit alvo copioſiſſimas aquas & exinde omnis tumor remiſit, atque ex inſperato intra menſis ſpatium ex toto ſana facta eſt. Pro potu dabatur vinum cui imponebatur abſinthium & enula campana. *Martinus Rulandus*, *curat.* 47. *cent.* 4.

℞. Aq. abſinth. capill. ven. an. ℥iiß. diaturb. cum rheo ℥vij. M. pro hauſtu, cujus virtute vir quidam hydropicus excrevit ad libras triginta, ichorum & aquoſitatum, & melius ſtatim habuit, & brevi omninò convaluit. *Martinus Rulandus*, *curat.* 86. *cent.* 9.

Mulier quædam gravida aſcite morbo correpta, per Dei miſericordiam ex toto ſanata eſt ſpatio decem dierum: ſic.

Balneabat & lavabatur juſſu meo decem dies continuos in aqua chalybeata: ex quo balneo omnis aqua intercus evanuit ſine fœtus detrimento, ſed cum matris fœtuſque ſalute. *Idem curat.* 79. *cent.* 4.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hydrope Aſcite.

CUm materia hæc nulla indigeat concoctione, ad expulſionem ſic orſus ſum.

℞. Succi ireos ℥ij. melli roſat. colat. ℥ſ. M. & jejuno ſtomacho bibat, quo aquæ illius quotidie parum emittebat. Poſtea verò octo interpoſitis diebus, catapotia ex nitro *Alexandri* cum troch. alhand. mixta propinavi in hunc modum.

℞. Pil. de nitro *Alexandri* ℈ij. troch. alhand. ℈i. M. F. pilul. v. cum quibus multum aquæ egerebat, quibus ſæpè interjecto temporis ſpatio inter unam & alteram propinationem, uſus fuit, nam ſenſim paulatim vacuandus eſt humor iſte, mirum etiam in modum profecit hoc conditum.

℞. Rad. ireos per tyrocneſtim trajectæ ℥ß. zinzib. ℈ß mell. quantum ad ſpiſſitudinem ſufficit. M. quo ſæpe utebatur & optimè abſque anxietate & dolore aquoſitatem illam deponebat. *Amatus Luſitanus*, *curat.* 30. *cent.* 1.

℞. Elect hydragog. min. *Fernel.* ℥ß vini albi ℥iij. M. ſumat in aurora per intervalla, item,

℞. Terebinth. vino albo lotæ ℥ii. ſachar. opt. ℥vi. F. electuar. ſumat. ℥ii. pro vice. Poteſt fieri potabile, ſi cum luteo ovi & vino diſſolvantur in mortario: eſt medicamentum polychreſtum quod alvum & urinas movet & calefaciendi vim habet, detur bis in ſeptimana. Inter validiora ſunt ſemina ebuli, cuius pulvis cum cinamomo datur ad, ℥ii. in vino purgat ſurſum & deorſum validè; eſtque primum medicamentum, eoque *Bouius* hydropes curabat, exhibendo in juſculo per intervalla, poteſt etiam abſumi aq. quæ eſt in abdomine iis quæ diſcutiendi vim habet, inter quæ potiſſimum locum habent inceſſus in balneis ſulphureis, dum vires valent, præterea in tritici acervo inſideat, ita enim attrahitur humiditas ut etiam ſi inſpergatur arena fervida ad littus maris ſub ardente Sole. Saccharum abſinth. pontic. viridis *Matthiolus* proponit tanqam optimum remedium, cuius hæc ſunt verba.

Abſinthium ponticum efficacem vim obtinet ad aquam inter cutem, ut mihi jam ſæpe experimento eſt compertum: equidem quoſdam novi hydropicos quaſi deploratos, qui ex longo eſu comarum ejus, quæ ſaccharo adſervata fuerant ſanitati reſtituti ſunt. Parandi ratio hæc eſt.

℞. Floreſcentium jam comarum rec. abſinth. ℔j. ſacchar. albiſſ. ℔iii. demptis caulibus & pediculis tundito in mortario lapideo, deinde iis optime tuſis, ſaccharum in pulv. tritum adiicito, rurſus omnia ſimul tantiſper tundito, donec in unum corpus redigantur; mox ad uſum recondito. Ex abſinthio ita parato, patienti prius purgato, datur quotidie ʒß. tribus horis ante cibum. *Rodericus a Fonſeca, tomo* 2. *conſult.* 39.

Purgato prius corpore, ex cujuſdam conſilio ſingulis matutinis in aurora, unum vel alterum hauſtum propriæ urinæ ebibebat, id cum ſpatio quatuor menſium continuaſſet, & interim hydrogogis aliquoties purgatus fuiſſet, tumor ventris & tibiarum paulatim ſubſidit, tandemque pleniſſimè convaluit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 51. *cent.* 3.

Coſmus Slotanus Chirurgus præſtantiſſimus virum aſcite laborantem curandum habuit medicamenta permulta, tum interna, tum externa, ei abſque fructu adhibita fuerunt, tandem verò adeò copiosè in ſcrotum delapſus eſt humor ſeroſus, ut extincto calore nativo, ſecuta ſit gangræna, adhibitis quæ ad gangrænæ curationem ſpectant, decidit ſcrotum, ita ut teſticuli nudi conſpicerentur. Hinc tantùm effluxit humoris ſeroſi, ut a morbo liberatus ſit æger, & diu ſupervixerit ſanus, atq; liberos aliquot procrearit. Teſtes autem natura obduxerat calloſa quadam ſubſtantia, quæ eos vice ſcroti obtegebat, & ab externis injuriis vindicabat. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 48. *cent.* 1.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Hydrope Aſcite.

PRopter materiæ ventriculo & hepati propinquæ tenuitatem, promptitudinem & copiam, non requiro longam multamve concoptionem; ſed ſtatim ad aquei humoris evacuationem feſtino, & præter alia, hic mihi in uſu eſt gratiola herba, quam licet valde amaram, & propterea minus delicatam in ſubſtantia exhibere queunt alii ad ʒii. cum pulv. cinnamom. & ſem. aniſi momento, ſaccharo & vini hauſtu; ego tamen in vino decoquo Mi. ejus parvum, ſeu ʒß. cum uvis paſſis acini exemptis, & a forti expreſſione admixta canella, aniſo & ſacch. hora matutina propino, vel hac ratione apparari poteſt.

℞. Gratiol. ʒß. ſoldanell. ʒi. ſemin. aniſ. ʒii. paſſul. enucleat. ʒß. bulliant cum vino ad remanentiam ʒv. liquor expreſſus exhibeatur. Potens illud eſt pharmacum, quo ſeroſarum & aquearum ſuperfluitatum libræ non pauciores octo quandoque expurgantur, proximum potentia & bonitate catharticum ſuccedit ſuccus radic. irid. depuratus, qui cum ovi vitello diligenter commixtus, albumine prius effuſo, ex teſta tepidè ſorbeatur, vel paretur ſequens hauſtus.

℞. Succ. irid. per reſidentiam defæcati ʒiii. vel ʒß. ſyr. roſ. ſolut. ʒi. cinnamom. elect. ℈i. M.

℞. Dantur item pil. aggregat. ℈ii. cum gr. ii. elaterii cortex ſambuci & ebuli interior flaveſcens vulgò hic uſurpatur, redigitur & ebuli cortex in pulverem, cujuſque ʒi. cum aq. linariæ ʒiv. propinatur, unde per urinam, vel etiam ſedem, aqua cutim ſubiens potenter expellitur, frangulæ à clariſs. *Matthiolo* deſcriptæ utilitas non vulgaris: cujus interior cortex decoquitur cum eupator. abſinth. rom. cuſcuta, veron. rad. cichor. ſem. apii & fœnic. adjecto poſtea cinnamomo. Efficax hic item viris ſylveſtris radix. Sunt qui olei vitrioli guttam in vini cyatho hydropicis propinant, idque magni arcani loco habent, porro hoc obſervandum, ſingulis ſeptimanis ad minimum ſemel tentandam eſſe evacuationis repetitionem ne venter mox denuò ſaburræ aquæ affluxu exundet, quando autem paulatim ventrem & hepar exonerari deſideramus, aut propter humoris delinquentis abundantiam, aut labefactatam viſcerum virtutem, aut plurium ſymptomatum concurſum, tunc ex hoc

con-

condito quotidie vel alternis diebus hora matutina ſumatur ℥. med.

℞. Succ. irid. ℥. meza canell. galang. an. dr. ii. cariophyll. macis, an. dr. i. zedoar. ℈ii. ſoldanell. el. ℥ med. in pulver. trita, M. cum melle deſpumato ad elect. formam è baccis quoque ſambuci & ebulli à ſemine expurgatis, & per colum trajectis, ſuccus cum pauco melle deſpumato, vel ſaccharo coctione inſpiſſatus hic utilis, ſtillatitia item utriuſque aqua artificiosè extracta ad ℥vi. hauſta commendatur. Prima adhæc arborum harum germina vel fol. adhuc tenella leviter bullita in acetariis hic cum ſucceſſu aſſumuntur, quæ in eundem uſum etiam olerum more coquuntur. Urinam cientia hic unicè prodeſſe conſtat, inter quæ efficax eſt imprimis oleum è juniperi baccis purè extractum, & cum vino ſumptum. Datur à pleriſque petroleum cum vino, quod urinam, ſudorem & vomitum movet. Memini adhæc quod *Romæ* marito aſcite diutius excruciato, pulverem bufonis uſti, ut veneno tolleretur, ſumptum pertæſa uxor exhibuerit, unde copioſum hic lotium reddidit, hinc ipſa denuo eundem propinat pulverem, ut citius ærumnoſam ſumptuoſamque vitam cum ſubita commutaret morte, qui ab uberiore aqua confertim per veſicam exoneratus, præter conjugis expectationem convaluit. Sunt item qui propinat decoct. rad. aperien. ℥iv. cui admixtæ fuerint ſem. lini ℥iii. Correctoriæ ſcilicet, & cantharides duæ ſimul decoctæ, ſed prius ſimul colantur, interim ad viſcera roboranda hanc præſcribo mixtionem.

℞. Conſerv. rad. enulæ ℥iß. conſ. abſinth. rom. ℥i. ſpec. diacinnamon. ℥iß. dialacc. ℥i. ol. juniper. ℈ii. cum ſyrup. de eupator. q. ſ. F. conditum, in uſu etiam ſint zinzib. conditum, radices pimpinell. conditæ, conſerv. abſinth. rom. conſ. rad. helenii, & rad. eędem conditæ, aliquoties vini ſublimati uſum permitto maximæ in hypoſarca. Cæterum duo etiamnum reliqua ſunt præcipua totius curationis capita, quæ ſi ritè obſerventur, mirè conducunt. Primum eſt in toleranda ſiti conſtantia, quam ſtricta adeo lege impero, ut ægris non ultra ℔iß. vini in quemlibet diem permittam; minori moleſtia hic obedire queunt, ſi ex anguſti oris vitro bibant, humectata etenim ſæpius vini ſtillantis momento lingua promptius fallitur ſitis, nec ejus copia gravatur ventriculus. Alterum & ferè maximum erit ſudor; quem quomodocunque, quantum fieri poterit, extorquere oportet. Theriaca poſtridie purgationis, cum vino calido propinata, huc facit extrinſecus ſudoris profluvium multipliciter molior, idque pro ægrotorum diverſa conditione, tenujoris ſiquidem fortunæ hominibus conſulo, ut mensæ incubans corpus univerſum in clibanum, recenti pane extracto, etiamnum tepentem, immittatur, ſicut caput extra præfurnium pulvinari innixum liberè reſpiret, ne calidiori aere ſuffocationis periculum ſubſequatur. Ut is quoque citius promoveatur & tibiarum inflatio ſimul diſcutiatur, arenam in lebete vel cacabo calefactam, ſive etiam cineres quercinos eodem modo calentes in ſacculum infundo, cui colligato imponuntur crura tumida mane & veſperi. Aliud ſudorum exprimendorum modus inire utilis & certior exiſtit, ſi cupa idonea prius igne vaſi impoſito incaleſcat, tecta lodice, aut panno denſo, vel operculo ob tumidum corpus commodo, in hac ſuper ſedecula inſideat æger thorace & collo ita munito, ne quid vaporis exhalet. Deinde ſequens decoctum in cacabo vel vaſculo aptiore fervidum intra tibias collocetur, in quod ſubinde igniti ſilices immittentur, ut novus copioſiorque denuo excitetur halitus, qui ſemper in ventre tumido quam fieri poteſt calidiſſime excipiatur: ne tamen primi ſemper fervoris violentia urat cavendum ſedulò: quo autem conſtantius diutiuſque hoc ſudoris effluvium toleraverit ægrotus, eo ſuæ valetudini conſulet rectius. Poſtea linteo calido cooper. tus, in contiguum lectum calentem deponatur, ne præpediatur ſudoris fluxus: interim exhibeatur quod vires roboret, vel reficiat: decocti jam dicti materia eſto; rad. & folia ſambuci & ebuli, raphanus, abſinth. puleg. rutæ, abrotan. marrhub. hedera, roſmarinus, majorana, origan. ſalvia, calamenth. lauri folia, thymus, hyſſopus, centaur. min. naſturtii ſpecies, bacc. junip. anethum, chamæm-

que admixtis ſulphure potiſſimum & ſale, in lixivio & vino, aut in lixivio ſolo bulliant: vel ſuffitus hic excitetur ſolo acri lixivio, ex ſarmentorum cineribus, vel quercinis parato. *Ioh. VVierus, obſerv. 5. lib. 1.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Hydrope Aſcite.

INter medicamenta quæ aquam educunt, primum obtinet locum ſuccus iridis depuratus à ℥ii. uſque ad ʒß. bis in ſeptimana cum mell. roſat. ʒii. in aurora datus: hac lege ut inter has evacuationes jecur corroboretur hoc medicamento.

℞. Spec. diarrhod. abbat. troch. de rheo. hepat. lupi præp an. ℈i. cum ſyr. de abſinth. F. bolus, in aurora dandus. Succus etiam cucum. ſylv. ſiccatus (quem elaterium vocant) omnium efficaciſſimè purgat, atque cum minori moleſtia & violentia, ſi hujus tria vel quatuor grana cum pilul. aloephang ʒß. in bolum cum ſyrup. abſinth redigantur, & in aurora exhibeantur. Medicament. autem ex cantharidibus paratum, licet ex *Galeni* placitis aquoſum humorem hunc per urinam valenter expurget; mihi medicinam facienti ſemper fuit ſuſpectum.

Hydragogum quod ſequitur egregiè aquas ſubducit.

℞. Soldanell. ʒii. bulliant in aquæ ſcolopendr. ℥ix. ad conſumptionem tertiæ partis, in colat. adde pulv. ſem. ebuli ʒiß. vel ʒii. vini albi ℥iß. hæc potio alternis diebus maximo cum ſucceſſu in aurora fœliciſſimè exhibetur. Subinde etiam iniiciantur clyſter ſequens.

℞. Soldanell. M. i. mercurial. malv. flor. chamæm. an. M. ß. ſem. aniſ. fœnic. carvi, dauci, an. M. i. bulliant in aq. q. ſ. in colat. ℔i. diſſolv. benedict. laxat. ʒi. electu. ex bacc. lauri ʒi. ole. rutac. ʒiii. ſacch. rubr. ʒiß. ſal. com. ʒiii. F. clyſter. Hic Clyſmus non ſolum aquam corruptam expurgat, verum etiam & flatus, qui aquoſo humori ſemper junguntur (unde ventris diſtentio & dolor) mirificè diſcutit: propterea & toto etiam curationis tempore alternis ſaltem diebus utiliter injici poterit, inter cataplaſma ventri adhibenda, quod ſequitur maximè valet. Emplaſtrum videlicet ex cochleis cum teſtis ſuis exactè contritis cum aqua ardenti, oleo irino & oleo ex terebinthina deſtillato paratum.

De Chirurgicis auxiliis nihil habeo quod proponam, quandoquidem veneſectio hydropicis omnibus nocentiſſima cenſetur, niſi inter morbi initia, ex conſueta aliqua ſanguinis ſalubri excretione pendentis, neque etiam de perforatione, vel uſtione cogitandum judico, quoniam præterquàm quod opus hoc periculo maximo plenum eſt, nihil facit ad morbi fomitem tollendum, viſcerum nempè tumorem. *Iohannes Zecchius, conſil. 77.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Hydrope Aſcite, ex hepatis ſcirrho.

CLyſterem paravi ex urina pueri impuberis in qua modicum fermenti, incoqui jubebam, cum aniſi, aneth. & fœnic. ſemin. adiecta mellis deſpumati ʒi. hoc clyſtere mirificè allevabatur, nullo enim magis quàm hoc detumeſcere ventrem, aquoſa excerni, & flatuoſa diſcuti ſentiebat: eſtque hic clyſter mihi in ejuſmodi affectibus familiaris atque probatus. Utebar interdum hoc decocto præſtantiſſimo, cui ego ſecundum Deum, primas in hac curatione partes tribuo.

℞. Rad. irid. rec. benè purgat. & contuſ ʒi. fol. ſoldanell. ʒß. cinnom. el. ʒij. ſem. aniſ. ʒi. infund. omnia in vino albo & aq. capill. ven. per noctem, & F. levis ebullitio; adde in fine rhei. el. ʒi. F. fortis expreſſio, quàm, ſemel. in hebdomada ſumere jubebam. Fovebam ventrem ſequenti fotu.

℞. Rad. irid. rec. ℥iv. rad. ebul. ℔i. fol. ejuſd. M. ij. eupator. veri abſinth. origan. puleg. calamenth. rutæ, an. M. j. malv. & alth. cum rad. an. M. iß. ſoldanell. M. iß. flor. chamæm. melilot. anthos, flor. thymi, an. p. i. ſem. cuſcut. ʒi. ſem. lini, fœnugræc. alth. an. ʒiß. ſem. aniſ. aneth. fœnic. cumin. an. ʒi. fur fur. p. ij. F. omnium decoctio in aqua marina & vino rubro potenti & cum ſpongia infuſa & expreſſa foveatur tumidus venter ante ci-

bum,

ɔum, poſt fotum ungatur oleo aneth. ruta. & cheirino, adiecto polline cumini, galangæ aniſi, & baccar. lauri, interdum emplaſtro de baccis lauri uſus ſum, duriciem hepatis curavi, admoto cerato ſantalino, cui maſtix, ſpica indica, ſchænanthus, abſinth. coma, cum pauco gallinaceo adipe eſſent conjuncta, & ex oleo maſtich. excepta, hoc curationis ordine tantum profecimus, ut Deo opifice, mulier, quæ ab omnibus deplorata habebatur, in integram valetudinem ſit reſtituta. *Franciſcus Valeriola, obſerv. 2. lib. 1.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Hydrope Aſcite.

IMprimis uſus ſum hoc clyſtere, in aq. ſ. q. incoquebam fermenti acris ʒiß. addito ſalis communis pugillo, facta colatura, urinæ pueri impuberis ʒvi. injiciebam & ol. rut. ʒiii. mell. deſpumat. ʒi. mirum profectò quantum ab hoc clyſmate æger allevaretur, ut à quo ingens aquei humoris & flatuum copia effundebatur: nec mirum, nam urinam hominis acritudine ſua hydropicis conferre ſcripſit *Avicenna*, quod potenter aquas detrahat.

℞. Ad deobſtruendum hepar & ſeroſum humorem ſolvendum hoc ſumus apozemate uſi.

℞. Cortic. fœnic. petroſell. apii, gram. ruſci, aſparag. rad. rubiæ tinct. in vino albo & potenti per noctem temperatar. an. ʒii. rad. irid. rec ʒii. rad. aſar. cort. rad. tamariſc. & cappar. an. ʒi. fol. agrim. cichor. utriuſque ceterach. capill. ven. an. M. j. ſoldanell. M. iß. ſem. aniſ. fœnic. ammeos, an. ʒiii. ſem. melon. contuſ. ʒi. paſſul. enucleat. paria x. cinnam. el. conquaſſat. ʒiii. cicer. rub. p. ii. flor. trium comm. an. p. i. F. omnium decoctio, in colat. ℔ij. adde ſyrup. de quinque rad. de byzantiis, & de cupator. an. ʒiv. clarificetur, & aromatizetur cum ſantal. citrin. cinnam. el. & rad. irid. an. ʒi. hoc apozemate dies totos octo uti ægrum jubebam, & tertio quoque die clyſterem qualem ſupra deſcripſi injici jubebam. Ubi jam abundè meatus infarctu liberatos percepiſſem, purgans quod ſequitur medicamentum dedi.

℞. Decocti præcedentis ʒv. adde rad. irid. rec. & benè purgat. & contuſ. ʒi. fol. ſoldanell. ʒi. cinnam. el. ʒiß. ſem. aniſ. ʒi. rhei el. ʒiß. infund. omnia ſimul in dicto decoct. & modico vini al. per noctem, & bulliant unica ebullitione, poſtea fortiter exprimantur, expreſſioni adde ſyrup. de cichor. cum rheo ſyrup. roſ. ſolut. an. ʒii. M. F. potio: quæ profectò aſſumpta plurimum profuiſſe eſt viſa, aquam enim copiosè abſque moleſtia detraxit, undè mirè ſe adjutum æger teſtabatur. Hoc purgationis genere repetitis vicibus ter ſum uſus, ad tumorem ventris diſcutiendum poſt fotum convenientem emplaſtr. ſequens admovebam.

℞. Sterc. vacc. ℔i. ſterc. caprin. ℔ß. bulliant ſimul in aceto fortiſs. & in mortario terantur addendo ſulph. ignem non experti ʒiv. alum. ʒi. ſuccor. thymeleę & ebuli rec. extract. an. ʒiii. farin. lupin. & orobi, an. ʒii. pulv. ſoldanell. ʒvi. aniſ. fœnic. cumin. an. ʒii. ſal. communis torrefact. ʒiii. tereb. ʒiv. pic. naval. ʒvi. M. F. emplaſtr. ventri apponendum, quo mirificè juvabatur: partim enim ſolutione aquam hydropicorum ſolvit, partim in halitum digerit atque ſiccat, & flatuum copiam exhaurit. Sed inter cætera præſidia primum in curatione locum decocto ligni ſancti jure tribuendum cenſeo, quo totos quadraginta dies vir hic uſus eſt meo conſilio, & ſic annuente Deo integræ ſanitati reſtitutus eſt. *Franciſcus Valeriola obſ. 5. lib. 2.*

SUBSECTIO NONA.

Pro Hydrope Aſcite.

A Potu omninò quantum fieri poteſt abſtinendum. Novi enim ego non poſtremi nominis medicum *Hiſpanum* publicè *Bononiæ* profitentem, qui ſolo eſu alimentorum aſſorum & abſtinentia potus omnis per 40. dies continuata, curatus eſt, abſque ullo prorsus medicamento; quod ſi à potu abſtinere omnino non poteſt, bibat quantum ſiti remittendæ ſatis erit, id tamen parcè. Porrò bibendum vinum tenue quod urinam provocet, dulcia ac muſtum perinde ac peſtis fugienda, acetum

miri-

mirificè hydropicorum ſitim extinguit & compeſcit: expertus ego ſum acetum aqua chalybeata dilutum, ſola oris ablutione ſitim fregiſſe. Cavendum tamen ne quid aquæ in viſcera deſcendat, imo quorundam eſt opinio aquam hydropicis vel ſolo intuitu nocere. Prandium ſit mediocre, cœna parcior; ſecundæ menſæ & fructus omnes vitentur, poterit tamen deguſtare iuglandem, amygdalas, mala punica, pyra cocta, & caricas interdum, non tamen quotidie, idque modicè: lectus ſit non admodum mollis, præſertim anaſarca laborantibus, qui ſemper ſatis ſuperque lecti ſecum circumferunt putamolem illam œdematicam, & in toto corpore humorum colluviem. Si autem fieri poſſet ut ex herbis exſiccatis conficerentur lectuli, ut ex origano, puleg. calamenth. urtica, hyſſopo, & ſimilibus, incredibile dictu, quantopere prodeſſent per ſomnum; quod & Medicorum declarant libri qui multos in acervis frumenti obvolutos, vel arena abſconditos, vel furfure calido obtectos, à ſomno firmos ſurrexiſſe narrant, tanta vis eſt in exſiccantibus medicamentis. Inter evacuantia ſalutare eſt quod ſequitur.

℞. Hier. picr. ʒß. rhei el. ℈ii. F. bolus, exhibeatur inſuper rheum infuſum in ſucco ireos hoc pacto paratum.

℞. Succ. ireos rec. per reſidentiam depurati ʒvi. rhei el. ʒi. contund. parum rheum, & per noctem in prædictum ſuccum infundatur, facta forti expreſſione adde ſucci cyclamin. depur. ʒiß. ſyrup. capill. ven. ʒi. aqu. cuſcut. ʒii. M. F. potio, quæ cum valde abſtergens eſt non ſolùm internos ſed externos meatus aperit, & primum quidem per ſeceſſum copioſiſſimè evacuat, deinde etiam ſudores elicere conſuevit. Poſtea ad paratu facile, & in talibus caſibus mihi domeſticum remedium devenirem, quo uno curata eſt mulier quædam, & cujus unius ejus vir tanquam miraculoſi meminerit. Remedium tale eſt.

℞. Milii excortic. ʒij. aq. font. clar. ℔ii. in mundo vaſe bulliant donec tantum ʒiij. vel ad ſummum quinque ſuperſint, colentur, & cum aliquali vini meracioris portione miſceantur, ut F. potio exhibenda calide, copioſiſſimè ſudabit, ſi texeris diligenter, ut illa mulier ſudavit, cujus ſudore permaduit totus lectus. Uſa eſt hac potione per octo dies, & convaluit. Vocatur hæc potio Syrup. *S. Ambroſii*. Uſus ſum eodem ſyrupo in pueris hoc affectu laborantibus ſæpè ſemperque cum ſucceſſu. Inter externa laudatur epithema ex caprino fimo & urina pueri confectum. Laudat *Galenus* emplaſtr. ex cochleis cum ſuis teſtis contuſis, ventri impoſitum, quod aquam exhaurit, hoc compoſito uti ſoleo.

℞. Limac. cum teſtis contuſor. ℔j. cumin. torrefact. & ſubtiliter pulver. ſem. carvi, ammeos ſalis uſti, an. ʒ. pulv. rad. irid. farin. lupin. an. ʒi. M. F. emplaſtr. S. A. ventri apponendum, donec ſponte decidat, vel ceratum quod ego experientia non ſolùm mea, verùm etiam aliorum comprobata mirabile inveni.

℞. Ceræ, picis navalis, an. ʒii. alum. min. liquid. ſulph. vivi: bitumin. nitr. rufi (ſi haberi queat) an. ʒß. terebinth. ʒiß. ol. veter. ʒiv. aceti q. ſ. ut fiat ceratum. Medicamentum rurale eſt quod ſequitur, & ruri ſummo eſſe uſui poteſt.

℞. Fimmi. vaccin. arid. & tuſi ʒß. ſulph. vel ſalis ʒi. aceti q. ſ. M. & apponito ventri, cui ex *Archigenis* ſententia, addi poſſunt ova gallin. rec. cum ſuis teſtis contuſa, ac braſſicæ ſuccus. Ubi autem fimum animalis in emplaſtro apponendum legis, ibi non recentem, ſed aridum ſumendum eſſe putabis.

Ubi in hydrope maximum juvamentum per urinæ vacuationem ſperatur, idque in natura imbecilli, tali uti poteris pharmaco, quod & alvum ſubducit & urinam ciet.

℞. Terebinth. clarę ʒß. aq. adianth. ℔i. M. & bulliant ad totalem aquæ conſumptionem, & adde cantharidum. abſciſſis alis pedibuſque & capitibus ſubtiliter pulver. ℈i. maſtich. cinnam. an. ℈ß. rhei opt. pulv. ℈i. cum oleo amygdal. d. rec. F. maſſa, cujus ʒii. tuto dari poſſunt. Hoc experimentum bis hoc anno mihi occurrit: primum quidem in Xenodochio *De la vita* in puero decem annorum diu tympanite laborante, qui tanquàm à medicis derelictus in lecto ſe continebat: cumque ad ea, quæ per os dan-

tur,

ur, propter ætatem & longum morbum, & virium imbecillitatem non admodum aptus eſſet, tale juſſi apponi emplaſtrum, quotidie affixis ſine ſcariſicatione cucurbitulis in abdomine, miraculoſeque convaluit intra octo vel decem dies.

2ℓ. Rad. cucum. aſinin. optimè contuſ. & in aceto ſcillitico per viginti quatuor horas macerat. ℔i. mell. deſpumat. ℔ij. M. & bulliant ad conſiſtentiam cerati, in fine adde cumini ſubtiliter pulver. ℥iv. ſingulis diebus, admovebatur emplaſtrum, & abdomini optimè terſo cucurbitulæ affigebantur, dein rurſus emplaſtrum apponebatur: quumque non ſincerus eſſet tympanites, ſed una cum flatu aqua adeſſet, immodica tamen quantitate, paulatim una diſcuſſus eſt flatus, & in halitum digeſta aqua ſanatuſque eſt: cujus exemplo motus quidam non infimi gradus vir, cujus nepos ex filio ſimili morbo vexatus, à primario quodam Medico tanquam deploratus derelictus erat, juſſit me accerſiri, & ſimili modo curatus eſt.

Alium in Hoſpitali *De la vita*, hoc modo curavi.

2ℓ. Braſſic. marin. ſubtiliter pulv. ℥ß. rhei el. ſubtil. pulv. ℥ii. ſpec. dialacc. diacurcum. an. ℥i. hepar. lupi præp. limatur. chalyb. cum aceto ſcillit. ſæpius lotæ, an. ℥ß. mell. deſpumat. q. ſ. M. electuar. cujus cochl. j. per horas duas ante prandium ſumat, & ſimiliter ante cœnam tantundem: alvus inde ſemel aut bis in die mota: quodque excernebatur aqueum erat. *Victor. Trincavellius conſil. 32. lib. 3. & Horatius Reſerus, conſil. 74. lib. 6. conſil. Ioh. Cratonis, &c.*

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Hydrope Aſcite.

ELaterium apprimè idoneum, at in exigua quantitate dandum, & valde vetus, & cum rebus ventriculo amicis, ut cum hiera pilul. aloephang. de tribus, & cum rhabarbaro. *Chriſtophorus Guarinonius, conſ. 563.*

Hoc hydragogum exhibui quod mirabile eſt in educenda aqua hydropicorum, & nunquam me fefellit, ſemper enim fœliciſſimo ſucceſſu ſumillo uſus: & quoniam ſolet eſſe amarum, ideo ſapa vel ſaccharo dulcorandum eſt: & eſt hujuſmodi.

2ℓ. Rad. cucum. agreſt. ℥iv. rad. ireos & ſambuc. an. ℔ß. turbith. ℥i. incidantur radice: lign. ſaſſafr. ℥ß. infunde per viginti quatuor horas in vini opt. ℔vi. bulliant ad conſumptionem medietatis, colatura ſervetur uſui: doſis ℥vii. advertendum, ut ſit magis tutum hoc auxilium ponendum eſſe pulverem corrigentem in hiſtoria tympanitis infra deſcribendum: hoc vinum ſumebat ſemel in hebdomada, & ſemper emovebat ℔i. vel ii. aq. citrin. & tantundem per ſeceſſum: & in aſcite maximè vomitus convenit. Exhibuimus quandoque radic. mechoac. ad ℥ß. in vino maceratam, & benè res cedebat. Eſt enim hæc radix maximè huic affectui proficua, & craſſos & ſeroſos educit humores & memini me quendam hydropicum hac ſola radice curaſſe. Volebam devenire maximè cum ſemel urina fui ſuppreſſa in hoc caſu ad extremum illud remedium, quod ponit *Hippocr. lib. 4. De Ratione Victus*, & *lib. De intern. Affect.* ſcil. ad pulv. cantaridum ablatis cap. & alis ad ℥ß. in furno exſiccatis & in vino exhibitis; ſed quoniam melius habuit de ſuppreſſione urinæ, ideo non deveni. Nam ad hoc remedium tunc eſt deſcendendum cum alia non profuere remedia, & ſpes eſt in anguſto, & tunc (inquit *Cappivaccius*) quod deſperati à morte ad vitam revocantur. Volebam hominem immittere ſeu cooperire uſque ad collum acervo tritici, ſed ratione paupertatis non fuit factum. Eſt enim mirabile remedium, & à *Plinio* & *Galeno* commendatum: dicit namque *Plinius lib. 22. cap. 25.* tantam vim ineſſe tritico, ut cados plenos ſiccet; & refert *Sextum Pomponium* Prætoris patrem *Hiſpaniæ* citerioris principem, cum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum totum pedem & tibiam, levatuſque ſiccatis pedibus mirabilem in modum ſurrexit. *Gal.* noſter idem confirmat exemplo agricolarum (*lib. 1. De Nat. Facultat. cap. 14. & 3. cap. 15.*) qui in carris tranſvehunt. frumentum, & cum volunt aliquid frumenti furari immittunt in frumentum vas aliquod fictile aqua plenum, & ſic frumentum

tum majus & ponderoſius evadit, & aqua ferè tota à vaſe abſorbetur à tritico, & nos quoque hanc experientiam domi fecimus, & verum invenimus, quinimò ab iis qui carros gerere ſolent, idem accepimus: quare ſi frumentum hanc habet vim attractricem in rebus inanimatis, & minus poroſis, multo quidem magis habebit in corporibus noſtris animatis & magis poroſis: ſtatim igitur ad hoc remedium eſt condeſcendendum, nam ſatis eſt præſentaneum, & melius eſt, ut radiis Solaribus ſit triticum excalefactum: habent enim radii ſolares vivificum calorem; quinimo juvat hydropicos, ut teneant ventrem diſcoopertum ſub calidis radiis ſolaribus: dummodo non adſit ventus, quod in æſtate & canicularibus fieri poteſt. *Epiphanius Ferdinandus, hiſt.* 38.

Vir quidam in urbe noſtra ex hyemis prægreſſæ injuriis & ſedentaria vita aſcitem contraxit, abdomine in ingentem molem elevato: pedibus tumidis, ſcroto & præputio valde diſtentis: circa ſolſtitium æſtivum, forte tabaci fumum cum amicis per fiſtulam hauſit. Exinde ſucceſſit vomitus, ſoluta alvus: ſerum copiosè per aliquot dies expurgatum ſenſimque & abdomen detumuit, & pedes, ſcrotumque ad priſtinum ſtatum rediere. *Thomas Cartholinus, hiſt.* 17. *cent.* 6.

Generoſa quædam matrona annorum ſexaginta, in aſcitem incidit. Omnia pro aquæ expurgatione tentavimus, ſed irrito conatu: tandem ſolo unicornu noſtro non tantum largiſſimè in ſudorem eſt ſoluta, quem nunquam ferè antea ex voto natura etiam provocata, voluit excitare; ſed tumor quoque univerſus ſubſedit, & ad conſueta munia prompta rediit, & adhuc, laus Deo, benè valet. *Thomas Bartholinus, hiſt.* 46. *cent.* 5.

Hiera picra cum ſpeciebus diaturbith. cum rhab. plurimos ſummi Dei beneficio, ab hydropis rudimentis vindicavit: alternis diebus copia nucis avellanæ ingeritur. *Joh. Heurnius, cap.* 26. *lib.* 2. meth. ad prax.

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro Hydrope.

SYrupi mei ex rheo cum mechoac. cui in iſto aut ſimili affectu qui naturalia viſcera inſedit multum tribuo, deſcriptionem, quæ mihi jam multo tempore uſitatiſſima fuit, hic ſubjungam.

℞. Rei opt. ℥vi. fol. ſen. ℥x. mechoac. al. biſſ. ℥ß. flor. viol. rec. pi. cinn. integ. ℥i. zinzib. alb. ℈iß. aq. beton. cichor. & bugloſſ. an. ℥iv. rhab. & mechoac. pulveribus irroratis aqua cinnamomi: infund. omnia S.A. per noctem: mane ebullitione & expreſſione facta colentur, & cum ſacch. albiſſ. ℥v. vel vi. ſyrup. roſ. ſolut. ℥ii. M. F. S. A. ſyrupus: cujus aliquando bibat ℥ii. mane in exiguo hauſtu juris pulli, cui paucæ paſſulæ demptis gigartis, pauca folia roriſmarini & macis tantillum incocta ſint. Hujus ſyrup. uſus tutus eſt, neque inſuavis, niſi dulcedine ſua moleſtus, ſit iſtam moleſtiam ſi moderare velit, immiſcebit pulv. hier. ℈ii. vel ℥i. *Reinerus Solenander, conſ.* 6. *ſect.* 3.

℞. Spec. diarrhod. abbat. ℥ii. diacurcum. ℥ii. limatur. chalyb. vel acuum (lotæ primum aq. deinde vino, poſtea acet. tum in cru cibulo cum aceto in mediis carbonibus coctæ, donec acetum abſumptum ſit, & chalybs igniatur) ſubtiliſſimè in marmore tritæ ℥iß. rad. cichor. condit. ℥x. conſerv. abſinth. ℥i. epithim. rec. ℥i. C. C. uſt. ſem portulac. aniſ. an. ℥ß. cinnamom. ℥i. cum ſyrup. de ſucco cichor. cum rheo, q. ſ. F. S. A. conditum: ejus uſus eſt, ut ſumat cochl. i. tribus vel quatuor horis ante cibum: ut alvus interdum utiliter ducatur, & viſceribus interim robur accedat, utatur hac miſtura.

℞. Paſſul. corinthiac. ſelect. ℥i. lotar. primum aqua, poſtea vino, in quo parum macerentur, tum inſterne exemptas linteo panno mundo, ut mador ſuperfluus exſugatur. Poſtea aſperge rhei minutim pulverati ℥ß. cinnamom. pulv. ℥i. aut. ii. ſacchar. albiſſ. ℥iii. aut iv. paſſulæ cum iſtis pulveribus & ſaccharo tuſo confuſæ & commiſtæ indantur in vitrum aut aliud vas vitreum, vel argenteum poculum, & in ſeſe compreſſæ ſervantur: doſis ℥ß. aut ℥i. è

cu-

cochleari prout vel magis vel minus movere velis. Sumantur ante cibum, & diu mandantur, antequam deglutianrur. *Reinerus Solenander, conſ. 21. ſect. 3.*

Cuidam aſcite deploratæ laboranti ſequentibus remediis ſuccurrebam.

℞. Spec. diaturbith. cum rheo ʒß. pulv. mechoac. nigr. ϑß. Extract. diagrid. gr. iv. ſal. chamæm. gr. iii. ſacchar. roſat. tab. gr. v. ol. aniſ. gr. i. M. detur bis: à cujus uſu aliquoties alvum exoneravit, cum multa ſeri ejectione. Poſtea ad ſequentia alterantia & aperientia perventum eſt.

℞. Aq. locuſtar. ſambuc. (quæ in hydrope mihi valde familiaris) urtic. min. ʒiv. Aq. cichor. chamæm. agrimon. ʒiß. ſyrup. de cychor. cum rheo ʒiß. ſyrup. de eupator. compoſ. de ſoldanell. an. ʒi. Tartar. vitriol. ϑiv. M. F. Julepus: pro quatuor doſibus.

Tandem hoc apozema, cujus uſum in hydropicis alias maximo cum ſucceſſu ſæpius ſum expertus, fuit ordinatum.

℞. Cortic. inter. rad. frangul. ebul. ſambuc. cichor. urtic. an. ʒi. leviſtic. polipod. an. ʒß. liquir. ʒiv. irid. ʒß. fol. gratiol. cuſcut. agerati, agrimon. an. Mi. abſinth. rom. M. ß. flor. calthæ, chamæm. cyant. viol. ſambuc. an. M. ß. ſem. melon. ʒiii. petroſel. leviſtic. fœnic. an. ʒii. fruct. alkikengi num. 11. acinar. ſambuc. ʒi. medull. ſem. cartham. ʒiß. cal. arom. ʒß. paſſul. min. ʒii. inciſa & contuſa coq. In ſ. q. aq. ad tertias: addendo in fine ſpec. arom. roſat. diarrh. abbat. an. ʒi. Sacch. Cand. ʒiß. iterum bulliant, colentur, clarificentur ℔bii. quibus adde arcani vitrioli ʒi. uſurpetur hauſtus quotidie bis, duabus horis ante cibum. Hoc apozemate continuato fiant evacuationes intermediæ cum pulvere cathartico præſcripto. His aliiſque perfecte convaluit æger. *Petrus Crucius.* Epiſt. ad *Hortium*, poſt *obſerv. 32. lib. 4. obſerv. Gregor. Horſtii.*

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Hydrope Aſcite.

AQua inter cutem cum vehementius urgeretur puer, tantaque intus contracta eſſet, ut alvum nullam in partem movere poſſet omni auxilio Medicorum deſtitutus, temerariam ſibi libertatem vindicavit: quare aqua quantum poterat epota, in ultimum ſeſe mortis diſcrimen malè ſanus præcipitavit. Verùm ſive id aquæ contractæ impulſu, ſive ope naturæ factum ſit, ſoluta eſt umbilici unitas: indeque tanto impetu aqua profluere cœpit, ut ſupra ventrem cubitos tres aſcenderet: quo ſanè vitam finiſſet, niſi circumaſſiſtentes oppoſita manu aquam fluere non permiſiſſent: hinc Medico accerſito, & aqua paulatim educta, ac curioſo victu, & cæteris quæ ad rem facerent injunctis, brevi tempore in priſtinam redactus eſt ſanitatem. *Antonius Benevenius, cap. 12. lib. De abditis Morborum & Sanationum cauſis.*

Ruſtico, quem aqua inter cutem malè habebat opem noſtram expoſtulanti, ſanari illum, cum morbus jam inveteraſſet, minime poſſe reſpondi; inſtanti tamen ut aliquod ſaltem conſilium ei præberemus, ſubridens, inquam, amice, ſi curari deſideras, opus eſt, ut non ultra bibas, quam ut vitam ſuſtineas: diſceſſit, & anno peracto, iterum interrogat, an ipſum noverim; nego me hominem noſſe: at ille tua ope curatus, inquit, ad te revertor, ſcire cupiens an adhuc mihi liceat aliquid bibere, cum hactenus nihil biberim: admiratus, interrogo, quare & cujus conſilio: cui ille, inquit, tuo; & rem omnem ab initio narrat. Juſſi igitur paulatim vino aſſuſecere, ſed mero potius quam lymphato. *Antonius Benevenius, cap. 13. lib. De abditis, morb. & ſanat. cauſis.*

Accidit interdum caſu & fortuna ſanari nonnullos, quos medicina curare non poteſt. Mulierem ſcimus, quæ dum aſcite adeo laboraret, ut nulla de ſalute ejus ſupereſſet ſpes, neſcio quo ſpiritu impulſa, de eminente quodam loco ad terram devolvitur, & utero lapidem eliſo diſſectoque ita prorſus omnis effuſus eſt humor, ut quæ puerum octimenſem geſtare videbatur, enixam crederes. Sed nec multo poſt aut tempore aut laborare idoneis ad hanc rem adhibitis præſidiis, penitus ſanata eſt mulier. *Antonius Benevenius, cap. 109. De abditis morborum & ſanationum cauſis.*

In Urbe noſtra juvenis quidam Hydrope laborans, ſponte natura binis vomi-

tibus

tibus excitatis, ingentem aquæ copiam evomuit, quo facto venter detumuit & Hydrope liberatus fuit. *Avicenna* in cura hydropis vomitum maximè laudat; qui tamen ſi copioſus ſponte natura viribus imbecillioribus exiſtentibus ſupervenerit, mortem accelerare conſuevit, quem admodum colligimus ex hiſtoria à *Nicola* deſcripta. Meminit enim cujuſdam hydropici, qui continuò evomens aquam, extinctus eſt.

Piſcator quidam læſio hepatis non eſſet inſignis, tumore tamen ingenti venter intumeſceret, ex aſſiduo labore ſoluta hydrops, & detumefactus venter, perfecteq; ſanatus, nullis Medicis adhibitis auxiliis. *Marcellus Donatus, cap. 21. lib. 4. Hiſtor. medic. mirab.*

Sunt qui veluti arcanum probant lapidem ſerpentis Colluber aquaticus à cauda funiculo conſtringatur, atque ita ſuſpendatur, ut ſit ſubjectum vas aqua plenum: evomet coluber lapidem, qui totam illam aquam vaſe contentam conſumet. Lapis alligetur, & apprimatur ventri hydropici paulatim aquam conſumet.

Cuidam hydropico Negotiatori in *Angliam* profecto hyeme, tumor cum miraculo quodam ſubſedit, evanuitque morbus, nec rediit. Cuidam penſudores ſponte excitatos, & quaſi deſtillantem aquam, curatio. Cuidam ad vivum reſectis unguibus pedum, exercitio & frictibus, paulatim humor illuc defluxit, & convaluit. *Ioh. Hollerius, lib. 1. cap. 39.*

SUBSECTIO XIII.

Pro Hydrope Aſcite.

A Fide digno Medico mihi relatum eſt, canonicum quendam ex Hydrope periculosè decumbentem, à Medico ſuo petiſſe, ut halecis eſum ſibi indulgeret, annuit Medicus, ſed hac conditione, ne intra duarum horarum ſpatium, quicquam potulenti poſt eſum halecis aſſumeret, & integrum halecem, ſi poſſet, aſſumeret, ægrotus paret. Quid fit? æger tandem ad urinæ emiſſionem ſtimulatus, tam large ipſam profudit, ut per horæ ferè quadrantem nullâ mictionis quies interveniret, ipſumque abdomen ſenſibiliter magis magiſque ſubſidere deprehenderetur.

Commendatur ad hunc affectum ſpiritus vitæ aureus *Rulandi* qui pleriſque nihil aliud eſt, quam eſſentia troch. al handal. commodior videtur hæc eſſe ejus præparatio.

℞. Rad. eſulæ præp. ℔i. epith. ℥v r. rad polipod. ℥iv. zedoar. zinzib. cariophyll. maſtich. an. ℥i. cinnamom. ℥ß. paſſul. min. ℥i alb. ſacch. ℔iß. trita infund in vaſe vitreato in vini alb. rhen. & vini malvat. an. ℔iiß. ad de ſpirit. vitriol. ℥i. ſtent. per dies quatuordecim, in infuſ. quotidie agitando: poſtea deſtillentur: deſtillatum ſecibus reaffundatur, & denuo deſtilletur, idque tertia vice repetatur. *Daniel Sennertus, pract. lib. 3. part. 6. ſect. 2. cap. 3.*

Cave tu ne cauteria inuras Hydropicorum facilè corporibus, novi hoc eveniſſe in Doctore Medico celeberrimo, qui cum ab aqua fatigaretur, inuri ſuis cruribus ulcera juſſit: at illa mox in gangrænam abibant, ac hominem abripiebant. *Ioh. Heurnius* ad *Hippocrat. aphor. 8. ſect. 6.*

Fieri non poteſt ut in valida medicina trahatur in inteſtina humor ille qui natat inter peritonæum & inteſtina, qui enim ſuccoireos vel diaturbith, aut brionia vel ſoldanella exiſtimant ſeid efficere poſſe, falluntur, hæc enim venis conceptam aquam facili niſu effundunt, non abdomine natantem: quare elaterio opus eſt; hujus grana aliquot remiſcere cum pil. alœphang. vel euphorbium remixtum in parva copia cum caſſia rec. extracta præbeo. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 14. ſect. 6.*

Ut Hydropi fœliciter medicina fiat, adſit viſcerum integritas: non adſit hectica intemperies, nam ſignificat longa die viſcera proſtrata eſſe. Ineunte morbo aqua copiosè expellatur, libereque efferatur, amota omni cruditate: dantur 6. vel 7. grani optimi elaterii cum pil. aleph. ruente nimium alvo, propinentur 2. vel 3. grana opii: cum theriaca & ſyrup. citri: nam motis ſudoribus ſedatur immanius profluvium. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 29. ſect. 7.*

In Hydrope imperare ſolemnis famem & potus acciſionem: ex ipſo Epidauro vix præſtantius remedium petas: *Italum*

Medi-

Medicum Hydropicus acceſſit agricola, imperat Medicus, ut toto anno temperet à potu, fecit, convaluit, Præſcribitur etiam decoctum lign. guajac. ſaſſafr. & ſarſæparillæ. *Ioh. Heurnius, ad aphor.* 59. *ſect.* 7.

Mulier quædam *Monſpelienſis* ſexagenaria Hydrope cum aſthmate correpta eſt, ita ut totus venter, femora & tibiæ valde intumuerint: præſcripſi, poſt quædam alia remedia, decoctum guajac. cum ſena, agar. turpeto, & hermodactyl. per quindecim dies continuos uſurpandum. Poſtea ſequentibus duobus remediis per menſem continuatis integre reſtituta eſt.

℞. Rad. enul. camp. apii fœnic. irid. ſicar. an. ℥ iß. rad. valerian. gentian. aſar. cyll. an. ℥i. cortic. median. ſambuc. & lign. ſaſſafr. an. ℥vi. fol. abſinth. agrimon. hamæd. cap. ven. ſiccor. an. ℥ii. ſumit. cent. min. & flor. geniſtæ, an. ℥i. ſem. petroſel. meos, aneth. an. ℥iß. cinnam. ℥ii. conquaſſentur omnia, & infund. in vini albi ℔ i v. per aliquot dies. Deinde hujus vini capiat ℥ii. vel ℥iii. ſingulis diebus manè duabus horis ante paſtum: quarto vel quinto quoque die capiat doſin pulv. ſequentis hydrotici.

℞. Senn. turbith gummoſ. hermodactyl. em. ebuli, rad. jalap. & mechoac. an. ℥i. rem. tartar. ℥ii. gutt. gumm. ℥ß. pulv. diam. r. diarrhod. abbat. & ſem. fœnic. an. ℈i. acch. cand. ℥iii. F. omnium pulvis: cujus ℥ii, infund. per noctem in vini prædicti ℔ iv. capiat. *Lazarus Riverius, obſerv. 7. cent.* 2.

SUBSECTIO XIV.

Pro Hydrope Aſcite.

PAſtor quidam Hydrope Aſcite laborans, hiſce uſurpatis, ſanitatem recuperavit. Primo die purgans medicamentum exhibitum eſt ex ſena, agar. manna & ſyr. roſaceo. Secundo die detractus eſt ſanguis ad ℥viii. Tertio ſumpſit bolum ex calomel. gr. xxiv. Jalap. ℈i. cum conſerv. roſ. Quarto ſumpſit calomel. gr. xxiv. cum Jalap. ℥ß. quo ſepties purgatus eſt: è primum craſſa & nigra excrementa, poſtmodum ſeroſi humoris copiam excrevit: crura & tibiæ valde detumuerunt. Quinto die idem remedium iteratum, ut & ſexto, eadem fuit operatio, ſed paulo minor, crura, tibiæ, & ſcrotum omninò detumuere, ſed venter in eodem ſtatu permanebat. Septimo, clyſter injectus eſt ex pulpæ colocynthid. ℥iß. furfur. M. i. in vino albo decoctis. Octavo iteratus eſt idem clyſter. Nono, ſumpſit doſim pulv. hydrotici præcedenti obſervatione deſcripti ex vino albo. Decimo, ſumpſit julepum hunc aperientem.

℞. Rad. apii, petroſel. enulæ, camp. an. ℥i. cort. median. fraxin. & tamariſc. an. ℥ß. rad. aſar. ℥iii. fol. argrimon. ceterach. cap. ven. cichor. chamædr. cent. min. & abſinth. utriuſque an. Mi. ſem. aniſi petroſel. an. ℥iii. flor. geniſt. & ſambuc. an. p. i. coq. ad quart. v. in colat. diſſolv. ſyrup. de limon. ℥iv. F. Julep. pro iv. doſibus matutinis, addendo unicuique doſi ſalis diuretici (ſeu ſalis tartari) ℥i. ſpiritus diuretici (ſeu ſpir. tartar.) ℥ß. Poſt ſecundam doſim julepi reiterum pulvis hydroticus; iterum julepus: per alios quatuor continuos dies: ſit potus vinum album ex infuſione chalybis paratum: convaluit, & ab illo tempore pancratice vixit. *Lazarus Riverius, obſervatione* 23. *cent.* 3.

Mendicus quidam hydrope à tribus menſibus laborans, cum propter inopiam Medicis auxiliis uti non poſſet, ex ruſticæ mulieris conſilio uſus eſt per menſem integrum decocto rad. bruſci: purgatus eſt bis aut ter ſimplici ſenæ infuſo; & his ſolis præſidiis perfectè curatus eſt. *Lazarus Riverius, obſervat.* 52. *cent.* 3.

Mulier quædam aſcite laborabat, cum inops, eſſet, hunc tantum pulverem ei præſcripſi.

℞. Sen. mundat. cryſtall. tartar. & rad. jalap. an. ℥ß. F. pulvis. de quo capiat ℥i. cum juſculo ſingulis diebus; hoc remedio per viginti dies uſurpato integre liberata eſt. *Lazarus Riverius, obſervatione* 73. *cent.* 4.

Puella octo annos nata, hydrope laborans, uſa eſt conſerva ex paſſulis in omni paſtu: & intra duos menſes liberata eſt. Illa autem conſerva fiebat ex paſſulis in vino albo decoctis ad putrilaginem, &

per

per ſetaceum trajectis, iterumque decoctis ad opiatæ conſiſtentiam. *Lazarus Riverius, obſervat. 44. cent. 4.*

Ruſticus quidam incidit ex Febre tertiana in hydropem univerſalem: a quo cum liberavimus ſucco ireos ad ʒiii. cum mannæ ʒiß. intra ſeptem dies ter exhibito: inde venter omnino detumuit, maximaque ſeroſæ illuviei copia per alvum & urinas excreta: alter hydropicus curatus eſt ſolo vino juniperino: ſingulis enim matutinis ſumebat ejus ʒvi. *Simeon Jacoz. obſerv. 28. cent. 4. obſerv. River.*

Mulier quædam ob ſuppreſſos menſes hydropica facta ſequentium remediorum uſu convaluit. Primò ſumpſit per quatuor dies ptiſanam laxantem ex infuſ. ʒii. ſen. cum ʒß. ſal. prunell. & gutt. xv. ſpir. ſulphu. per campan. deinde ſequentium juſculorum uſum aggreſſa eſt.

℞. Rad. aſpar. gram. & cichor. an. ʒß. rad. chinæ in taleol. ſectæ ʒi. fol. agrimon. ceterach. bul. & an. M. ß. cryſtall. tartar. ʒii. coq. cum quarta parte galli veteris: in colat. diſſolve ſal. abſinth. & tamariſci, an. ʒi. ſacchr. roſac. ʒii. F. juſculum quod capiat per duodecim die tribus ante prandium horis. Finitis juſculis, iterum ſumpſit ptiſanam laxantem prædictam per triduum: ac deinde opiatam ſequentem, cujus miros effectus ſæpevidimus.

℞. Conſerv. flor. tamariſc. & cap. ven. an. ʒiß. conſ. rad. enulæ camp. ʒvi. chalyb. præp. cum ſulph. ʒi. ſal. tamariſc. ʒi. ſpirit. ſulph. per camp. ʒß. cum ſyrup. condituræ citri F. opiata: de qua capiat ʒii. aut ʒiii. ſingulis diebus manè: Poſtea deambulando, & continuando, per quindecim aut viginti dies. *Simeon Jacoz obſerv. 10.*

Puella quædam hydrope lethali torquebatur, jubentibus nobis potus cujuſcunque fugam, ut fieri debet; tantam aquæ quantitatem aliquando bibit, ut rumpi videretur. Sed quoniam ut ajunt, fortuna pueris & ſtultis auxiliatur, alvi fuore obortо, priſtinæ ſanitati reſtituta convaluit. *Dominicus Panarolus, obſerv. 24. Pentecoſte 2.*

SUBSECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Hydrope Aſcite.

HYdropicus quidam multis veſicatoriis admotis multis partibus, curatus eſt. *Simeon Iacoz. obſerv. 21.*

Ruſticus quidam triginta annorum à tribus menſibus hydrope laborans, tandem vitam cum morte commutavit: diſſecto cadavere, ingens aquarum copia fluxit: jecur optimè conſtitutum, & naturali temperie præditum invenimus, lienem verò corruptum, & totam ferè ipſius ſubſtantiam pici liquatæ ſimilem. *Simeon Iacoz. obſerv. 6.*

Homuncio quidam veterum calceorum inſtaurator in hydropem aſciten incidit, quo cum à ſex menſibus detineretur, & umbilicus promineret ad imaginem ovi gallinacei, paracenteſis facta eſt in medio exomphalos, & aqua per partes educta, admota cannula ex aurichalco confecta, in cujus extremo lamina erat lata, ne in ventrem mergeretur, foraminibus utrinque pervia ut alligari poſſet: & ita curatus fuit. In hac operatione advertendum, ne hydropici aperiantur, niſi exomphalos appareat, quaſi natura viam ad excluſionem aquarum affectante: alioqui omnes qui aperiuntur, non prominente umbilico intereunt. *Samuel Formius, obſerv. 4.*

Sal millepedum à celebri Medico fœliciter uſurpatur in hac curatione, quem julepis aliiſque remediis aperientibus admiſcet, præmiſſa purgatione cum ſucco ireos noſtratis, quem ſi æger vomitu rejiciat, pro deplorato habendum eſſe exiſtimat. Hydropicus quidam curatus eſt ſolo uſu ſalis prunellæ in potu ordinario per menſem integrum: cujus faptio aqua univerſa in abdomine contenta, evacuata eſt. *Obſerv. 8. & 9.* inter Obſervationes *Riverio* communicatas hinc inde decerptas.

Ruſticus quidam hydropicus factus, abſceſſum paſſus eſt in dextra parte abdominis, eoque aperto, infinitus propemodum veſicularum aqua repletarum numerus egreſſus eſt, ut ducentarum numerum excederet, idque per plurium dierum ſpatium, & ſic omnino curatus eſt, *Obſ. 15. ibid.*

Niſi

Niſi viſcera interna ſana & illæſa fuerint, parum aut nihil ut plurimùm, inciſionem ægrotis profuiſſe uſus atque experientia edocuit: teſtantur id quoque viri docti. Evacuatur enim tantummodo aqua, quæ in vacuo ventre continetur: radix verò & origo mali in viſceribus remanet. Contra ſi umbilicus in hydropicis paulatim naturæ beneficio in tumorem elevatur, & tandem erumpit, aut inciditur, commodiſſimam eſſe viam expurgandi humorem ſeroſum hydropicorum, ac ſæpiſſimè ægrotos ipſos hoc beneficio à morbo liberatos fuiſſe, viri docti obſervarunt: mihi quoque hujus rei exempla occurrerunt. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 47. *cent.* 1.

Ego inſenſibilem aquarum evacuationem molior magna ſpongia nova, totum abdomen comprehendat, expreſſa in aqua calcis vivæ, & ſuperligata, quo medicamento pluries hydropem curavi ſine ullo aquæ ſenſibili exitu: viſcerum etiam frigidam & humidam inteperiem tollit, ita ut etiam lienem induratum aliquando ſanaverit. *Hier. Fabritius, ab Aquapendente, cap.* 54. *art.* 1. *Chirurgiæ.*

Syrupus de rhamno cathartico ad ℥i. exhibitus, aquas mirabiliter educit, Rheum à nonnullis commendatur, quia purgando humores noxios, hepar valde roborat: & *Stocherus* ſe multos curaſſe refert uſu rhei ad ℥i. vel ℥ii. tertio aut quarto quoque die exhibiti cum decocto aperiente, tum etiam apud *Scholtzium* in Epiſtolis, habetur inſignis hiſtoria cujuſdam hydropici ſolo uſu rhei perfectè ſanati, quod ſingulis diebus deglutiebat ea quantitate, quæ neceſſaria videbatur ad alvum ſubducendam (hiſtoriam vide infra, *lib* 15. *ſect.* 8. *De Rhabarbari Elogio*) purgationum vice clyſteres injici poſſunt, quibus flatus diſcutiantur, aquæ educantur, & ventrem imminuatur.

Sequens clyſter inſignem aquarum copiam educit.

℞. Pulp. colocynthid. ℥i. infund. per noctem in vini albi ℥iii. colat. adde decocti inteſtin. vervecis ℔i. olei communis ℥ii. ſalis petræ fuſi ℥i. aceti fortis cochl. i. F. clyſter. Vel.

℞. Pulp. colocynth. ℥i. furfur. macer. M. i. decoq. in vino albo & F. clyſter. Vel,

℞. Decocti emollient. ℔i. vini emetici turbidi ℥iv. diaphæn. ℥i. F. clyſter.

Inter roborantia, quæ toto curationis decurſu nunquam omittenda, præcipuè recenſeri debet aqua cinnamomi: cujus cochl. i. manè vel ante cœnam interdum exhiberi poterit. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.*, 11. *c.* 6.

Spiritus ſalis, tartari & vitrioli, juſtæ doſi exhibiti; cum apozemate aut alio decocto aperiente, per aliquot dies, miranda præſtant: quia ſumma tenuitate præditi in omnes corporis meatus facilè penetrant, coſque aperiunt. Idem præſtant ſales abſinth. juniperi, ſtipitum fabarum, & ſimiles cum vino albo exhibiti; vel, ſalium „ defectu, lixivia ex eorum cineribus parata „ ſufficiunt. *Matthiolus ad cap.* 87. *lib.* 1. „ *Dioſcor.* Lixivium, inquit, ex vino albo & „ juniperino cinere paratum, 4. aut 5. un„ ciarum pondere, valentiſſimè urinam pellit, ita ut nonnullos hydropicos hoc tantùm auxilio ſanatos. Cæteris remediis palmam præripiunt in hoc caſu aquæ minerales acidulæ & vitriolatæ, quæ viſcera potenter deobſtruunt, aquas per urinas evacuant, & viſcerum intemperiem corrigunt. Unde experientia conſtat; multos hydropicos quotannis aquarum *Spadarum* uſu percurari.

Narrat *Avic.* Cap. de cura Aſcitis hiſtoriam mulieris cujuſdam, quam hydropiſis attrivit; ut ipſe loquitur, & magnificata eſt ſuper eam, & ipſa mulier comedit quantitatem malorum granorum tam maximam; quod ejus relatio eſt incredibilis, & ſanata eſt *Varignana* refert ex *Plateario*, quod quædam vetula coxit in olla ſuccum plantag. ad medietatem, & dedit hydropico de causa calida ad bibendum quotidie, & ſic curatus fuit. Quibus exemplis patet, hydropem aliquando refrigerantibus curari. Iiſque addere poſſumus *Chriſtophori à Vega* teſtimonium, qui *lib.* 3. *Art. Med. ſect.* 8. *cap.* 12. Tympanitim, inquit, vidimus à „ calida jecoris intemperie natum, quem „ refrigerantibus curavimus, jecori ſuper„ nentes, ſuccum endiviæ & cichor. cum „ pauco aceto, & cichoreum edendum dantes atque endiviam. *Lazarus Riverius, Prax. Med lib.* 11. *cap.* 6.

Ad educendas hydropeiorum aquas mixtura ſequens *Horſtii* mihi ſingulariter probatur, & vidi effectum in Noſocomio civico *Viennæ* curæ meæ commiſſo.

℞. Herb. abſinth. Card. bened. agrimon. ſoldanell. geniſtæ cum toto an. M. iv. rad. ononid. petroſel. eryng. aſpar. an. ℥iii. ſummitat. juniper. cum toto. M. viii. Comburantur, & è cineribus fiat lixivium ad ℔ii. His adde ſyrup. dialth. *Fernel.* de ʒ. radic. an. ℥iii. ſpirit. ſal. ℈iv. Dentur ℥v. aliquot vicibus repetendæ. Sed hic diligenter juvandus eſt naturæ motus: vel enim ob lixivii acrimoniam, vel ob ipſius humoris mordacis commotionem, tormina ventri non vulgaria excitantur, quæ lenientibus clyſteribus, vel extra adhibitis anodynis mitiganda ſunt *Wolfangus Hœferus. Herc. Med. lib.* 3. *cap.* 2.

Aquæ vitæ beneficio extrahitur è jalapio pulverato, nodulo incluſo, eique infuſo & caniculæ ardoribus expoſito, ſubſtantia purgans, quæ non extractum ejus ſed gummi eſt: ſic enim ſeparari poſſunt. Si aqua vitæ calidè filtretur per chartam emporeticam, in fundo relinquet gummi, poſtea verò aquæ deſiccatione extractum etiam remanebit. Sed gummi minori doſi, utpote ℈i. miras faciet evacuationes aquarum: eſt enim ſpecificum ad hydropicos remedium, unicaq; pilula dari poteſt. *Petrus Borellus, obſerv.* 23. *cent.* 2.

Hydropica mulier cùm nullis remediis levari potuiſſet, ſola ptiſana herbæ ceterach. curata fuit. Ejus autem ptiſanæ valde coloratæ præ copia plantę tres hauſtus mane quotidie ſumebat: ſic enim jecur, ubi fons & origo hydropis eſt, corroboratum & ad priſtinam temperiem deductum fuit, adeò ut non aquoſum ampliùs ſed bonum ſanguinem produxerit. Alios epoto ſucco ſatureiæ curatos fuiſſe pro certo mihi relatum fuit, & ſuffumigio ſpiſſamenti ceræ. Veronicæ aqua mane epota ad ℥vi. per 3. dies ad hydropicos curandos valdè etiam utilis eſt. *Petrus Borellus, obſervat.* 53. *cen.* 2.

Multæ cauſæ hydropis ac epilepſiæ ſymptomata recenſeri ſolent, ſed nuſquam legiſſe memini, quod jam dicturus ſum. Mulierem vidit *D. Vignavetus*, quæ dum epilepticum paroxyſmum pateretur, inſtar dolii intumeſcebat. Curata tamen fuit, & ab importuno hocce liberata morbo uſu ſalis abſinth. corall. & perl. ad grana 24. in juſculo. *Idem Obſerv.* 34. *cent.* 3.

Puella quædam ſex annos nata & hydrope detenta ſequentibus remediis curata eſt.

Primò injectus fuit clyſter ſic paratus.

℞. Pulpæ colocynthid. ℥i. furfur. macri M. i. Coq. in vino albo ad quartar. iii. f. clyſter. Pituitoſa & ſeroſa eduxit ſine moleſtia, & continuatus fuit per triduum. Eodem tempore admotum fuit toti ventri cataplaſma ſequens præſtantiſſimum.

℞. Rad. cucum. agreſt. optimè contuſæ & in aceto ſcillit. per 24. horas macerat ℔i. mell. deſpum. ℔ ii. M & bulliant ad conſiſtentiam cerati, & in fine adde cumini ſubtiliter pulverati ℥iv. f. emplaſtrum.

Cum autem venter detumeſcere inciperet, & ægra interna remedia ſumere nollet, iteratus eſt clyſter alternis diebus ter aut quater, & continuatum cataplaſma; Ex quibus major ventris imminutio ſequuta eſt. Tandem præſcriptus fuit pulvis ex ſena, turbith. aliiſque paratus (cujus deſcriptionem vide ſupra ſubſect. 13. circa finem) ad ℥i. ex eoque parùm purgata eſt, cùm medicamentum vomitu rejiceret, & venter adhuc tumidus apparebat.

Poſtmodum præſcribo julepos ex rad. & herbis valde aperientibus, cum ſale & ſpiritu diuretico, ad. 4 doſes. Quorum uſu majorem urinæ copiam reddidit, ſed venter adhuc tumidus permanebat. Poſtmodum præſcripſi pulverem ex rad. jalap. gr. xv. ſcammon. gr. viii. calomel. Turqueti gr. xii. quem ſumpſit cum juſculo & ſepties purgata eſt, multumque ſeri ac pituita rejecit per alvum, ſemel vomuit pituitoſa multa; unde tumor ventris dimidia ſui parte imminutus eſt intra horas 24. Iteratus eſt prædictus julepus per triduum. Quarto verò die iterum ſumpſit pulverem prædictum cum eodem ſucceſſu; & cùm venter admodum imminutus eſſet, ac ægra è lecto ſurgere inciperet, ciboſque laute appeteret, à remediorum uſu ulteriori abſtinuit, ſicque ſenſim convaluit. *Lazarus Riverius, obſervat.* 94. *cent.* 2.

Novi hydropicam quandam, cui venter in tantam molem excreverat, ut indies rupturus videretur, & ægra à Medicis pro deplorata fuerit habita; quæ tamen peregri-

ni cujusdam fortè transeuntis suasu, ventrem manu demortui adhuc calente aliquoties demulcendo, ab hydrope pauciſſimorum ſpatio in totum fuit liberata, profuſatum per alvum tum veſicam incredibili aquarum copia. An hoc factum ſit imaginationis vi, an verò effluvio aliquo ex demortui corpore emanante, judicent alii, *Fredericus Loſſius, obſerv. 42. lib. 3.*

SUBSECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Hydrope.

INterdum hydropici patiuntur lotii ſuppreſſionem, unde non tantùm augetur aquoſitas in abdomine, ſed etiam imminet mors repentina; quare in promptu habere oportet remedium aliquod potens, ut eſt uſus cantharidum. Poſſumus exhibere cantharidem unam integram, cum ℈i. vel pulv. rutæ vel ſpicæ: ſuperbibendo aliquid pingue, ut juris pulli pinguis ʒiv. vel vi. hoc modo utiliter & tutò dantur cantharides in hydrope & aliis lotii ſuppreſſionibus. Ego ab omnibus deſertos cantharidum uſu reſtitutos vidi. *Hier. Capivaccius, practic. lib. 3. cap. 19.*

Novi Comitiſſam de *Falax*, quæ dum juvencula hydrope tumeret, ſuaſu cujuſdam Medici, abſtinuit ferè per ſolidum annum à potu, ſolidiore cibo & juſculis contenta: & evaſit ſana, vivitque modò ſeptuagenaria. Authores aliquot commendant bufones vivos utrinque renibus alligatos, ſolvere hydropem per lotium: Saltem vidi ruſticum hydropicum ſanatum alligata angujum ſenecta per ventrem & renes. Mercur. præcipitat. curat omnem hydropem. Obſervavi ſi antimonium in liquorem vertatur ac poſtmodum in pulverem, qui tantum per ſudorem purget, haberi remedium, quod omnem hydropem modeſtè tollit, non fruſtra commendat fimos *Paracelſus*, cum ſint ſalia ciborum putridorum, quibus datum eſt reſolvere materiam occaſionalem hydropis. *Joh. Helmontius* tract. cui tit. *Ignotus Hydrops.*

Hoc hydropico prodeſſe vidi, rationem tamen non perſpicio. Soleis pedum adhibebat folia hyoſcyami, ita ut non ſolùm ex pedibus, ſed univerſo corpore aqueus humor extraheretur. Verùm hoc non velim adhiberi. *Jo. Crato conſil. 33. lib. 5.*

Ad hydropem mirificè facit ſuccus cochleariæ herbæ ad ʒi. quotidie ſumptus. Præferunt quidam crudum eo qui ſaccharo coquitur. *Joh. Crato* epiſt. ad *Camerar. lib. 5. Conſil. & Epiſt.*

Pro hydrope & paralyſi pilulas lunares unicè commendat *D. Robertus Boyle*, in auro ſuo tractat. *De Vtilitate Philoſoph. Experimentalis*, cum mica panis efformantur in pilulas minoris piſi magnitudine, quarum una aut altera vel etiam tres pro varia ægrotantis conſtitutione, in pomo toſto ſumendæ. Deſcriptionem vide citato libro.

Spiritu aperitivo *Penoti* feliciter uſus ſum in hydrope, cujus hæc eſt compoſitio non nihil à me immutata.

℞. Vitriol. ungaric. ad rubedinem calcinati ℔ iv. ſilicum è fluminibus collector, & optimè calcinat. ℔v. tartar. ad albedinem calcinat. ℔i. miſta, inque tenuiſſimum pulverem tuſa reponantur aliquandiu in locum humidum, ut per deliquium in liquorem aliquantum abeant, poſtea deſtilla per alembicum in arena ter, ſinguli vicibus, capiti mortuo in pulverem redacto, reaffuſo humore deſtillato: extremò per retortam igne aperto, ſed ab initio lento, primùm phlegma deſtilla, poſtea verò ſpiritum acidum auctioribus ignis gradibus elice. Ex capite mortuo calcinato ſalem extrahe, & cum eo, ablato prius phlegmate per balneum, ſpiritum acidum circula vel digere: tandem cum argilla in paſtillos toto circulato redacto; ex retorta igne nudo, gradibus tamen obſervatis ſpiritum alkaliſatum provoca, quemadmodum fieri ſolet cum ſpiritu tartari: ſale proprio fortificato, doſis eſt à ℈i. ad ʒii. in vino vel alio liquore convenienti. *Joh. Hartmannus.* Pract. Cimiat. *pagin.* 210.

Puellam quandam octodecim annorum hydropicam ex febre tertiana intermittente malè curatam, ita curavimus.

℞. Rad. ireos; petroſel. enul. camp. an. ʒiii. cortic. median. ſambuc. fol. eupator. cannabin. an. M. j. ſoldanell. M. ß. bacc. juniperi ʒi. ſemm. fœnicul. d. cinnamom. cortic. citr. an. ʒiß. conciſa & contuſa inſuantur ſaccule & cum pin-

tis IV. vini rhenani per quatriduum infundantur: hujus ter de die ad ʒiij. inſtillatis ſpirit. ſalis armoniaci gt. VI. aſſumere juſſi. Poſt octiduum eiriciter purgatio fuit inſtituta hauſtu purgante ſimulque diuretico, & ſubinde pulvere ſequente parum diminuto.

℞. Rad. mechoac. ʒß jalap. ℈i. magiſt. tartar. vitriol. ſal. ſambuc. an. gr. vij. ol. caryophyll. junip. an. gt. ij. M. F. pulvis.

Item corroborans ſimulque diureticum conditum ſubinde ad nucis moſchatæ quantitatem fuit uſurpatum.

℞. Conſerv. abſinth. menth. an. ʒi. cortic. citr. condit. ʒiß. ſpec. diacalamenth. ʒii. ſal. ſambuc. ʒi. ſpir. nitri ℈ß. ol. ſtill. cinnam. gt. v. macis, gt x. M. F. conditum. *Fredericus Dechers, obſervat. ad cap. 4. lib. 4. Praxeos Barbettianæ.*

Buſo diſciſſus & renibus impoſitus hydropicorum aquas meatum urinarium expellit. *Ioh. VVierus, lib. 3. cap. 35. De præſtigiis Dæmonum.*

Vir quidam fide dignus, retulit mihi ſe multos aſcite laborantes curatos vidiſſe ſequenti remedio.

Silices colligebantur albiſſimi, qui circa flumina reperiuntur & fracti aliquantulùm pellucent, cryſtalli inſtar, illi autem ſuper prunas incaleſcebant, & candentes in vino albo extinguebantur, hujus vini cyathum unum ægri ſumebant mane uſque ad perfectam curationem, quæ intra menſem perficiebatur: hujuſmodi ſilicum calcinatorum ſal in vino albo exhibitus fœlicius, ni fallor, operaretur. *obſerv.* 8. inter *obſerv. Riverio* communicatas.

Hydropica mulier cum nullis remediis levari potuiſſet, ſola ptiſana herbæ ceterach. curata fuit; eius autem ptiſanæ valde coloratæ præ copia plantæ tres hauſtus mane quotidie ſumebat; ſic enim iccur, ubi ſæpe fons & origo hydropis eſt corroboratum, & ad priſtinam temperiem deductum fuit, adeo ut non aquoſum amplius ſed bonum sãguinem produxerit: alioſe poto ſuc. eo ſatureię curatos fuiſſe pro certo mihi relatum fuit. Veronicę aqua mane epota ad ʒVI. per tres dies, ad hydropicos curandos valde etiam utilis eſt. *Petrus Borellus, obſerv. 53. cent. 2.*

Inter diuretica quę ad hunc affectũ utilia cenſentur, præcipuum locum obtinet ſuccus chęrefolii: cuius ʒii. exhibentur manè cum vino albo plures dies. *Riverius, prax. med. lib. 11. cap. 6.*

℞. Aloes opt. ʒiiß. gumm. gutt. gam. ſubtiliter pulver. & cum malvatico diſſoluti & lęvigati ʒiß. diagryd. eodem modo præp. ʒj. gumm. ammoniac. ʒiß. tart. vitriol. ʒß. cum ſyrup. roſ. ſolut. F. maſſa doſis à ℈ß. ad ℈j. educunt aquas potenter, hæ ſunt illæ pilulæ ex quibus *Bontius* Principis *Auriaci* Medicus maximam ſibi famam acquiſivit, *Ioh. Schroderus, lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 73.*

SUBSECTIO DECIMA SEPTIMA.

Pro Hydrope Anaſarca.

PUella quædam trium annorum anaſarca totius corporis inflata, penitus abhorrens ab omni medicamento, per uſum mercur. dulcis cum gr. aliquot magiſt. jalap. reſtituta fuit morti proxima: quæ repetitis vicibus ſine moleſtia copioſè prædictis evacuata fuit; ſubſequente quoque balnei medicati uſu corroborationis gratia. *Gregorius Horſtius. Epiſt. 2. ad obſ. 32. lib. 4.*

In principio Anaſarcæ ſeni cuidam paratum eſt hoc balneum ſudoriferum pro tumore pedum.

℞. Rad. ebuli. ʒiv. fol. ſalv. beton. roriſmar. an. Miij. bacc. lauri M. ß. bacc. junip. Miß. inciſa & contrita, coq. pro balneo. *Gregor. Horſtius, obſerv. 35. lib 4.*

Maximum arcanum in hoc morbo eſt gratiola, quæ ſemper in copia tum purgantibus, tum aliis medicamentis admiſcenda. Poteſt etiam ex ea fieri extractum vel ſal, ex quibus componuntur pilulæ hydropicæ.

℞. Extract. gratiolæ, mechoacanæ, an. ℈j. ſal. gr. VI. F. Pilulæ: purgant per alvum & urinam. Si non ſatis purgant, adde extracti troch. alhand. cum ſpir. vini malvatici facti quantum viſum fuerit. Poſſunt etiam hic nonnunquam adhiberi ſcarificationes in pedibus, femoribus & natibus. *Ioh. Hartmannus.* pract. Chimiatr. *pag.* 245.

In Anaſarca ſectio venæ commoda videtur, ſi ſit à menſium recenti ſuppreſſione.

Sed

Sed cum morbus ab ea ſuppreſſione natus, jam affectus eſt, inbecilla ea eſt quæ à ſuppreſſione iſta ſumitur indicatio: nam contaminata eſt ſanguinis moliſque corporis œconomia, ſuccrevitque cachochymia quæ ex ſe catharſin indicabit. *Guil. Ballonius*, *conſil.* 24. *lib* 1.

Vir quidam vexabatur vermibus longis, corpus præterea totum intumeſcebat, & humore circumluebatur, aderat ciborum faſtidium, ſitis inexhauſta, faciei tumor, & calor albus, urinam reddebat rubeam & pauculam. Cœpi huic mederi in iſtum modum.

℞. Extract. eſulæ ℈ij. juris piſorum ℥v. mixta, colataque potioni dabam ſingulis tribus diebus; & cum aliquoties ſumpſiſſet, vermes ore longos ejecit, alvo verò aquoſitates omnes dejecit: & intra menſem, Dei auxilio præter ſpem omnium integram ſanitatem adeptus eſt. Victus ratio erat tenuis, vinum bibebat ſubtile & album, frequenter etiam hoc decoctum diureticum.

℞. Baccar. Junip. contuſ. M. iii. decoquantur in aquæ fontanæ q. ſ. ad tertias. *Martinus Rulandus*, *curat.* 64. *cent.* 2.

SUBSECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Hydrope Tympanite.

OPtima propoſita victus ratione, ſtatim nulla expectata coctione, devenimus ad vinum noſtrum ἀντιτυμπανίτικον & hydragogum, quod ſemper mirabile adinveni.

℞. Rad. cucum. agreſt. ſeu aſinini, ſambuc. ireos, & ſoldanell. an. ℥iii. incid. optimè, & infund. per duodecim horas in ℔vi. vini albi & clari, deinde bulliant ad conſumptionem tertiæ partis: quo tempore adde cumini, aniſi, ſem. fœnic. ammeos, dauci, ſeſeleos, rutæ, aneth. an. p. j. cortic. citr. ℥ij. cinnam. el. ℈ß. tragac. & maſtic. an. ℥j. bulliant. S. A. & coletur, & ſervetur: doſis ℥vi. vel viii. hoc vinum partim eſt ab *Ætio* deſumptum, & partim ex noſtra inventione; & ut ingenuè fatear, mirabile eſt ad educendos flatus, tum per os, tum per feceſſum, & multoties ſum expertus: evacuat per vomitum aquam citrinam, & quandoque per feceſſum & tantam ructuum & flatuum copia, movet, ut certè ſit incredibile: & teſtor Deum, quod aſſumptis à noſtra ægrota bis pro vice ℥vij. iſtius vini, fuerint ſequuta evacuatio ad ℔iij. aquæ citrinę, & infinitus ructuum & flatuum proventus, & tumor minor ſatis erat: iterum illud bis exhibuimus ſingulis quinque diebus, & eadem ſequuta ſunt cum mira tumoris detumefactione. Eſt hoc vinum mirabile & innoxium, nam quæ ſi ſimplicia ſunt in ipſo delateria, tamen adſunt corrigentia: quare tutum eſt & ſaluberrimum remedium tum in Aſcite, tum in Tympanite. *Epiphanius Ferdinandus*, *hiſtor.* 41.

Ad ſeroſitates una cum flatibus ſenſim evacuandas, potionem ſequentem præſcripſi.

℞. Rad. irid. ℥i. cortic. inter ſambuc. ebulli, an. ℥ß. rad. fœnic. petroſel. an. ℥vi. fol. cent. min. agrimon. marrhub. alb. an. M. j. ſoldanell. M. ß. flor. chamæm. geniſt. an. p. ij. ſem. fœnic. carvi, an. ℥iß. fol. ſen. ℥x. turbith. opt. ℥ij. ſem. cartham. ponderoſ. ſummitat. ſambuc. in vere collect. an. ℥iij. fiat decoctio in ſ. q. vini & aquæ ſtent in infuſione per noctem: manè colentur ℥xii.

℞. Colaturę ℥iij. ſyrup. de ſpina cervina ℥i. M. F. hauſtus, qui reiteretur per quatridum. *Gregor. Horſtius*, *obſerv.* 33. *lib.* 4.

Eſt ſpecificum in tympanitide liquor ex floribus tapſi barbati (eo modo paratus quo liquor ex floribus cichor. de quo infrà *lib.* 13. *lect. De Ophthalmia*) cujus ℈i. aliquoties & quotidie ſumptus in decocto feminis & rad. fœnic. ventoſitates expellit. Fœlicius id exequemur, ſi ſimul fiat fomentatio ventris hoc modo.

℞. Urinæ pueri ℔iv. lapidis prunellæ ℥iij. bulliant in vicem ad ignem lentum uſque ad caſum tertiæ partis urinæ: hoc modo reſtitui viduam ab omnibus Medicis relictam: in reliquis progrediendum ut in Aſcite. *Joh. Hartmanus*, pract. Chmiatr. *pag.* 237.

Iratur pilulis noſtris de ſoldanella dictis, in hoc affectu & omni hydropis ſpecie efficaciſſimis.

℞. Pil. aggregat. ℥j. troch. alhand. ℈ß. ſumitat. ſoldanell. & gratiolæ & cinnamom.

mom. tenuiſſimè pulver. an. ℈i. cum ſucco rad. ireos f. pilulæ ex ℥j. v. ſumat duas, ad ſummum tres pro doſi, circa mediam noctem. Repetantur ſubinde. Interim ventriculus reliquaque viſcera hoc condito erunt corroboranda.

℞. Elect. de bacc. lauri. ℥iv. conſerv. rad. helen. ℥ij. ſpec. dianiſ. diagalang. diacymin. an. ℈j. ol. iuniper. ℥i. M. & cum ſyrup. de ſtœch. f. conditum.

Evacuatis humoribus, viribuſque refocillatis, ſummo ſtudio veniunt flatus excutiendi quod mirificè præſtabit decoctum ſequens.

℞. Alb. græc. hord. integr. an. ℥iß. coq. lento igne in vin. alb. ℔. iii. vel iv. ad hordei crepaturam, coletur. Colatura per reſidentiam defæcata, denuo coquantur ad medietatis conſumptionem, poſtea clarificetur & aromatizetur cum cinnamomo & dulcoretur cum ſaccharo. Hujus decocti propina ℥v. ℥ in die jejuno ſtomacho; emittetque mirabiles bombos & ſenſim venter ſubſidet. *Joh. Fiennius lib. de Flatibus, cap.* 24.

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Hypercatharſi.

BAro quidam poſt ſumptum pulverem diacarthami, centies evacuatus eſt. Hunc ſanum fecimus injiciendo hunc clyſterem.

℞. Juſculi capi ℔i. ſacch. roſ. ℥i. laudan. gr. vitell. ovi numero i. ſupurgationem ſtatim compeſcuit: loco laudani addatur aliquando theriac. rec. ℥iß. *Petrus Pachequus, obſerv.* 23.

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Hypochondrii deſtri duritie.

AD duritiem quæ eſt in dextro hypochondrio, coquant attriplicem Romanam, quam Sphinachiam vulgò vocamus, in aqua ſimplici, & admixto oleo amygd. d. F. Cataplaſma parti, in qua Scirrhus eſſe exiſtimatur, applicandum. *Jo. Crato. conſil.* 67. *lib.* 7.

SECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Hypopio, ſeu Pure ſub Cornea.

PRæmiſſis univerſalibus, ſi in inflammationis reliquiæ ſuperſint, auferendæ ſunt remediis in ophthalmia deſcriptis; poſtmodum leviter diſcutientia admovenda ſunt emollientibus permiſta, ne, tenuiori parte reſoluta, craſſior materia fiat, & reſolutioni minimè idonea. Fiant igitur fomenta ex decocto flor. camom. melilot. ſem. pſyll. & fœnugræc. cum pannis lineis vel ſaculis applicanda. In progreſſu verò addi poterunt decocto fol. euphraſ. chelidon. & ſem. fænic. vel ſequens collyrium uſurpari poterit.

℞. Aq. verben. rutæ, chelidon. roſ. & fænicul. ad. ℥ß. Aloes opt. & tutiæ præp. an. ℥ß. Sacch. cand. ℥i. Pulveriſ. & miſc. addendo lactis muliebris tantillum, & f. collyrium de quo bis ter in die guttæ aliquot oculis inſtillentur. Sequens erit valde efficax, quod *Paulum Æginetam* autorem habet.

℞. Croci, Aloes Myrrh. an. ℥i. vini ℥iii. mel. ℥vi. Diſſolvatur crocus in vino, deinde cum aloe, myrrha miſceantur, tandem addatur mell. Hoc remedio oculi illinantur. Denique ea remedia, quæ in declinatione ophthalmiæ, in oculorum maculis & ſuffuſione præſcripta ſunt, hic etiam conveniunt. Si reſolventibus medicamentis materia diſcuti nequeat, ad alia remedia confugiendum eſt. *Gal.* 14. Method. refert Ocularium quendam ſui temporis Medicum concuſſione capitis multos hypopios ſanaviſſe. Collocans enim eos in ſella rectios, ac capita eorum utrinque a lateribus apprehendens, mox quatiebat, adeò ut manifeſtè deſcendere pus ipſi videretur. Si neque hac ratione pus viſum impediens dimoveri valeat, *Galenus* loco citato ad Chirurgiam confugit, quem ſequitur *Ætius* & alii quàm plurimi, quæ oculi punctione perficitur, qualis in ſuffuſione fieri conſuevit. Quæ quidem operatio, ut parùm noſtris temporibus uſitata eſt, ſic peritiſſimi Chirurgi manum deſiderat; & verendum maximè eſt, ne, aperta cornea, cum pure humor aqueus effluat. *Lazarus Riverius. Prax. Med. lib.* 2. *cap* 9.

SUB-

SUBSECTIO XVI.

De Hyſterico Affectu.

Ὑπὲρ ὑστέρης, ſuffocatio uterina, affectus eſt fæminis familiaris, quo ſuffocari & quaſi ſtrangulari videntur. Per unum ſymptoma definiri nequit nunc enim eſt reſpiratio difficilis nunc etiam Sincope, nunc quoque animalium, aliarumque actionum læſio, cum totius corporis refrigeratione, à vapore maligno ex utero ad partes ſuperiores elevato, ortum habens, huic vapori originem præbent non ſolum ſemen & ſanguis, ſed & alii in utero vitioſi & corrupti humores, dummodò malignam ac venenatam naturam induerint. Invadit hoc malum per paroxyſmos, qui nunc frequentius, nunc rarius redeunt, nunc breviore, nunc longiore, tempore durant, pro materiæ copia, quæ nunc citius, nunc tardius colligitur, nunc etiam citius, nunc tardius diſcutitur. Familiare eſt virginibus ætate jam provectioribus & libidinoſis, ac in Venerem pronis, ut etiam viduis in quibus ſemen corrumpitur, & pravam hanc qualitatem induit; quandoque & vetulas cacochymicas ſanguine menſtruo & ſemine deſtitutas hic affectus corripit, ut & prægnantes, quibus nimirum pravi humores, poſtquam conceperunt, in corpore retinentur; & puerperas etiam, quando ſcilicet lochia non ſatis fluunt, aut poſt partum laborioſum, vel abortum, ſanguis, aut pravi humores in utero reliquuntur ex ſemine corrupto ut plurimùm graviora excitantur, ſymptomata, quam ex ſanguine menſtruo, aut aliis humoribus corruptis, affectum indicant murmur abdominis cum ructu vel nauſea, laſſitudine, oſcitationes, & pandiculationes, triſtis aſpectus & pallor facici ingravente affectu ſenſus ſtrangulationis urgere incipit, quaſi ex grandiori bolo devorato, quem in faucibus ſe habere putant. Reſpiratio intercipitur, & ſuffocatio augetur: ac tandem actiones omnes vitales & animales depravantur, imminuntur vel abolentur. Hinc deliria, convulſiones in facie & artubus, & nonnunquam in toto corpore; vertigo oculorum inverſio aut rotatio, aphonia, & ἄναπνοια cum pulſu obſcuro & nullo, aliaque ſymptomata gravia: in quibuſdam uterus ſenſibiliter agitatur, & quaſi conglobatur, & in variis abdominis partibus globi inſtar percipitur Declinante vero affectu, ſeu paroxyſmo hyſterico, humor quidam è locis muliebribus effluit, inteſtina obmurmurant, oculi attoluntur, genæ rubore ſuffunduntur, actiones animales reſtituuntur, corpus incaleſcit, ſuſpiria profunda emittuntur, ſicque ægra ſenſim reſtituitur: diſtinguitur à Syncope, quod pulſus aliquis ut plurimùm adhuc ſentiatur, ſudor frigidus non erumpat, nec facies tam pallida, ſed potius tumida, & aliquando rubicunda ſit, & odoratis juventur. Ab apoplexia quod ſentiant, ſi pungantur, abſit ſtertor, & poſt acceſſionem meminerint eorum quæ dicta aut facta ſunt. Ab Epilepſia denique quod primo invaſionis tempore motus convulſivi perpetuò non ſint conjuncti, nulla circa os ſpuma reperiatur, & poſt paroxyſmum plerumque actorum recordentur. Quidam volunt non uterum ſed hypochondria eſſe partem in hoc morbo primario effectam, ejuſque cauſam proximam ſtatuunt flatus, halitus, & vapores aciditate & auſteritate præcipuè peccantes ob vitioſam ſucci pancreatici acidioris, bilis acrioris, & ſalivæ viſcidioris in tenui inteſtino effervescentiam Alii rurſus hic accuſans colluviem ſeroſam juxta nervorum originis congeſtam, undè ſpiritus animales labe quadam affecti, tandem in exploſiones cientur, & ſic exiſtimant hunc affectum præcipuè ac primariò eſſe convulſivum, & à cerebro nervoſoque genere affectis potiſſimum dependere. Alii denique ſuffocationis hyſtericæ ortum aſcribunt ſanguini tenuiori & flatulento cum effervescentia quadam in vaſa pneumonica & cordis impetuoſius irruenti; indeque omnia recenſita ſymptomata deducunt.

SUBSECTIO PRIMA.

De Hyſterica Paſſione.

℞. AQ. vitæ ex opt. vino ſemel deſtill. ℥ii. infund. cinnam. carioph. pulv. aniſ. ſem. fœnic. cal. arom. an. ʒß. perſiſtant infuſione per tres dies. Deinde

coletur: adde sacchar. ōpt. q. s. F. syrupus de quo sumat i. in aurora per aliquot dies: hic syrupus mirificè confert passionibus hystericis. *Rodericus à Fonseca, tom. 2. consult. 92.*

Virgo quædam nobilis & nubilis frequenter hystericis accidentibus infestabatur, cum incipiente cardialgia, unde valde circa præcordia angebatur, postea delirabat, corpus concutiebat, inde sine respiratione, ac si expirasset, aliquandiu jacebat; donec vomitu superveniente, somnoque correpta, eoque perfecto, ad se redibat. Cum aliquando præcautionis gratia diacydonites lucidum scammoneatum illi ut extra paroxysmum eo uteretur, dedissem, illaque cum paroxysmi incipientis præludia sentiret, etsi hoc non jusseram 1 ponte purgans illud quod ob gratiam libenter sumebat, assumpsit, & mox superveniente dejectione per alvum à paroxysmo liberata fuit. Cæterum cum nihilominus post tempus aliquod elapsum, denuo hoc malo corriperetur, quo iam annos aliquos per vices graviter molestata fuit, sequentibus pilulis aliquoties usa curata fuit.

℞. Pil. de hiera aggregat. an. ʒi. sem. viticis myrrh. castor. an. ℈i. cum syrup. de artemis. F. massula. capiat. ℈ii. pro dosi, in novem pilulas formatos. *Felix Platerus, observ. lib. 1. pag. 188.*

Alteri mulieri hystericis accidentibus laboranti, hæc præscripsi.

℞. Spec. hier. ʒi. mechoac. rhei. an. ʒiß. turbith. ʒi. tartar. alb. ʒß. zinzib. ℈i. Myrrh. castor. an. ʒß. sem. vrtic. dauci an. ℈i. diagrid. præp. ℈i. cum syrup. de artemis. q. s. F. massa. pilul. capiat. ʒß. vel ℈ii. hebdomadatim. Vinum hoc in principio mensæ bibat.

℞. Rad. valerian. mei an. ʒvi. imperator. angelic. an. ʒiii. herb. siccar. meliss. majoran. artemis. thymi. an. ʒiß. absinth. ʒii. flor. ros. mar. pœon. lavend. an. ʒi. sem. cumini ʒi. sem. pæon. ʒii. sem. fœnic. ʒiii. bacc. lauri junip. an. ʒß. infund. in mens. xii. vini: & de eo bibat.

Postea sumpsit de hoc pulvere ad præcautionem aliquoties.

℞. Sem. cumini ʒß. rad. imperator. ʒi. piper. ℈i. M. fumat. ʒß. pro vice cum vino malvatico Sicque restituta fuit. *Platerus, observ. lib. 1. p. 189.*

Virgo quædam nobilis mensium instantium tempore sæpius hystericis accidentibus infestabatur; inter alia quam plurima præscriptum est hoc Emplastrum.

℞. Galban. ʒi. styrac. liquid. ʒi. cum ol. nardino F. emplastrum: extend. super alutam conspergatur pulv. cariophyll. & uteri regioni applicetur. *Felix Platerus, observ. lib. 1. pag. 190.* legatur tota observatio.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Hysterico Affectu.

NOstrum experimentum quod nunquam fefellit est, ut devoret moschi optimi gr. v. cinnam. cariophyll. nuc. mosch. an. ℈i. vino odoratissimo dissoluta. *Horatius Augenius, Epist. 7. lib. 12.*

Mulier quædam sævissimis symptomatis affligebatur; dolore capitis, ructu, corporis contractione, dolore inguinis, stridore dentium, aliquando in terram cadens, sine voce, ore clauso, ut aperire non posset: atque hæc ex matricis vitio omnia, ut laceraret etiam vestimenta sua & caderet in syncopen. Remediis multis frustra factis: superveniens mulier quædam vetula, dedit tredecim grana moschi, & totidem pulv. sang. drac. vulgaris ex ʒiv. aq. flor. arantiorum. Sanata est, nec unquam in posterum istos dolores perpessa est: idem medicamentum in simili casu à me exhibitum, semper profuit: exhibitum autem aliquoties. *Reinerus Solenander, consil. 15. sect. 4.*

Stati m ubi futuræ suffocationis signa comparuerint, ac imprimis insultus & intumescentia hypogastrii mulieri ebibendus præbeatur sequens haustus tepidus.

℞. Stercor rec. caballi avena nutriti M. ij. coquantur. in vino rhenano: exprimantur, ac colentur, pro potu. Venter autem circa umbilicum vinciatur, ac subligetur fascia linea latiore, aut cingulo ex corio cervi in ipso coitu cum cerva necati confecto; quod singularis efficaciæ esse in hoc casu experientia testatur. *Franciscus Ioel. practic. lib. 8. sect. 1.*

Priapus & cervi & tauri justo æstus, tempore exsectus singulare secretumque in suffocatione uteri & colica remedium

sub-

ſubminiſtrat: pro hyſterica ita procedendum: in ipſo paroxyſmo pulveris quantum cultri apex capit in cereviſia calente, vel aqua appropiata exhibe bibendum: niſi fallit experientia, brevi ſedabitur affectus: ad præcautionem novem orbiculi exinde abſcindendi, & terni ſuo linteo involuti imponantur potorio ſcypho, ex quo per hebdomadas tres bibat ægra ab alio potu interea abſtinens: eo remedii genere quam plurimæ deſperatæ ſanitatis, & colica paſſione miſerè excruciatæ ad ſe redierunt. *Thomas Bartholinus, hiſtor.* 50. *cent.* 6.

Mulier quædam hyſterico affectu laborabat, cum vomitu & alvi fluxu ſummaque virium dejectione, ut moribunda videretur. Poſt multa remedia uſurpata, nempe fomenta roborantia ventriculo admota, pullos cordi applicitos, epithemata eidem parti appoſita cucurbitulas femoribus & pubi affixas, clyſterem ex juſculo & theriaca injectum, tum aquam cinnam. exhibitam: ſumpſit tandem potionem ſequentem, quæ mirum in modum ipſi profuit.

℞. Aq. artemiſ. roſ. & flor. arantior. an. ℥i. aq. cinnam. ℥iii. confect. de hyacinth. ℥i. pulv. el. diamargar. frigid. ʒß. croci. gr. iv. F. potio *Lazarus Riverius, obſerv.* 32. *cent.* 1.

Cuidam hoc affectu laboranti præſcribo clyſterem hyſtericum in hunc modum.

℞. Ol. rutac. ℥iv. aq. vitæ. ℥i. vini generoſi ℥ix. galban. ℥ii. M. F. clyſter. injiciendus præmiſſo clyſtere laxante. Applicui deinde Emplaſtrum de galbano; & potiuncula exhibui ex aquæ namphæ ℥ii. cum gr. iv. caſtor. his nihilo melius habuit, imo verò fluxus menſium cohibitus eſt; ſequenti die cum nauſea urgeret, exhibeo potionem ex ſale vitrioli ad ℥i. cum aqua appropriata, qua ingentem pituitæ viſcidæ copiam evomuit cum labore. Tertio die jubeo aperiri venam malleoli, unde multum levata eſt. Sed quarto die animi defectibus & languoribus afficiebatur, ut ſe vapores ad cor aſcendentes percipere aſſereret: aperta eſt vena alterius malleoli ſine fructu: quarto demum die exhibita eſt potio ſequens hyſtericis convenientiſſima.

℞. Moſch. & ſang. drac. an. gr. xiii. aq. namph. ℥iv. F. potio, hoc remedio maximè levata eſt: & toto die melius habuit. At ſexto, & ſeptimo, redierunt ſymptomata. Octavo ſumpſit pil. fœtid ℥i. quibus optimè purgata eſt, & ita benè habuit, ut nullis allis remediis opus fuerit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 65. *cent.* 1.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Hyſterico Affectu.

MUlier quædam cum hyſterica ſuffocatione premeretur, & faciem haberet rubicundam, injecto clyſtere ex oxycratu parato, confeſtim liberata eſt: ita ut aliis remediis quæ ipſi præſcriptafuerant, non indiguerit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 83. *cent.* 3.

Ancilla uxoris meæ ſubitò correpta eſt dolore atrociſſimo latus dextrum & lumbos tam immaniter infeſtante, ut illa continuò ejulare cogeretur: cum nulla febris adeſſet exiſtimavi affectum eſſe hyſtericum. Ideo ſtatim oxycrati cyatum exhibui, quem poſt horæ quadrantem vomitu rejecit, cum multa pituita. Sedato vomitu, alterum oxycrati cyathum hauſit, & ſtatim dolor protinus evanuit, eaque prorſus liberata eſt. *Lazarus Riverius, obſerv.* 6. *cent.* 4.

Mulier quædam per multos annos variis affectibus hyſtericis vexata eſt, qui epilepticos inſultus referebant. Multa tentavit remedia à multis Medicis præſcripta ſed omnino incaſſum: tandem cujuſdam mulieris conſilio ſumpſit carnem lupi in pulverem redactam, & fruſtulum ejuſdem carnis ſalitæ ſemper guſtavit, à quo tempore immunis omninò fuit à prædictis affectibus. *Lazarus Riverius, obſerv.* 31. *cent.* 2.

Virgo quædam viro natura motibus quibuſdam convulſivis affligebatur ex quibus conjeci illam ſuffocatione laborare ſequenti remedio in momento liberavi.

℞. Aſſ. fœtid. ℥ii. caſtor. fœcul. bryon. an. ℥i. ſem. rutæ ʒi. croci laudan. *Parac.* gr. viii. cum ſyrup. de artemiſ. F. maſſa pilul. de qua capiat. ℥i. *Petrus Pachequus, obſerv.* 10.

In uteri ſtrangulatu habeas ſingulare remedium; julos ſive catulos juglandis in pulverem exſiccatos contunde; datur ad ʒii. cum

cum gt. ij. ol. succini, in eò affectu nihil unquam novi præstantius. *Thomas Monsetus*, *epist.* 33. *lib.* 3. *consil. & epist. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editor.

Contra matricis suffocationem unguem alcis præsentaneum esse remedium & ab aliis audivisse & periculo facto me cognovisse fateor: nam accersitus ut medicam manum adhiberem cuidam mulieri suffocatione oppressæ, data hujus unguis rasura cum radice zedoariæ, aliisque auxiliis ex parte adhibitis, optatum finem cum honore sum consecutus; cùm præterea intelligerem eandem sæpenumerò eo ipso morbo tentari, ut partem hujus unguis collo appensam, jugiter portaret, injunxi: quod cum sedulo fecisset, quamdiu ego interfui, tribus nempe mensibus, ea semper molestia caruit: unde mihi multoties gratias egit. *Appollonius Menabenus*, *cap.* 10. *De Aloe*.

Unguentum viride fit ex sclarea (i. e. hormino) in butyro cocta. Utor in hystericis inungendo ventrem inferiorem: addidi interdum tacamahacam, & animadverti esse efficacius, vel post usum unguenti, adhibui emplastrum umbilico. *Ioh. Crato*, *epist. ad Camerarium*, *lib.* 5. *consil. & epist.*

Inter cætera, quod omnium maximè solet mulieres præfocatas quasi momento revocare, est evaporatio facta ad nares; ex pulvere verucarum, quæ tibiis equorum adnascuntur, quæ si in calente furno exsiccentur & in pulverem redigantur, & naribus suffumigium fiat, tanquam præsentaneo remedio, magna astantium admiratione, solent mulieres quasi à mortuis revocari; ad præservationem assiduus usus castorei ad ʒi. singulo die exhibiti cum decocto artemis. matricar. aut etiam vino plurimùm conducit, ut longo illius usu, non paucæ mulieres è tanto symptomate in posterum præservatæ fuerint. *Albertinus Bottonus*, *cap.* 46. *De Morb. Muliebr.*

Nicolaus Florentinus narrat se pluribus experimentis probasse, ovum antiquum in nido conservatum, si conquassetur, & supra parvum linteum apponatur utero, miro quodam modo restituere uterum, *Hieronymus Mercurialis*, *lib.* 4. *De morb. Muliebr. cap.* 21.

Nuper in uxore mea experti sumus, præfocatione matricis graviter laborante, quanta vis castoreo insit, ut epotum repentè cruciatus omnes tollat, jactationes reprimat, matricem in sedem suam retrahat, ibique sistat; morbum denique omnem cum acerbis, periculosisque symptomatibus propellat. *Andreas Dudithius*, *epist.* 16. *lib.* 3. *consil. & epist Cratonis* & alliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Hysterico Affectu.

ILlustrissima quædam domina affectibus hystericis multum obnoxia, variis remediis frustra per multos annos usa, tandem usu sequentis pulveris libera evasit per quindecim annos: sumebat autem illius circiter ʒi. cum vino albo vel pane hostiario bis aut ter in septimana, & sæpius etiam, si affectus urgeret.

℞. Rad. gentian. dictam alb tormentill. pyrethr. rhapontici, bistortæ, aristol. rot. carlinæ, bacc. lauri, angelic. imperator. semin. coriandr. præparat. semin. anis. gran. junip. mastich. bol. arm. orient. terr. sigill. an. ʒiiiß. croci orient. ʒiiß. M. F. pulvis tenuiss. ad usum reservandus.

Utitur præterea hoc pulvere adversus omnia venena, pestem, febres intermittentes, & inappetentiam fœliciſſimo cum successu, ut nos sæpè vidimus. *Simeon Iacoz. observ.* 22.

Fumus tabaci ori & naribus ægrotantis insufflatus, eam à paroxysmo citissimè liberat: quando affectus producitur à sanguinis menstrui copia & retentione, vena in talo, etiam in ipso paroxysmo, aperiri potest. *Philippus Hochstetterus observ. prat.* 2. Nonnullis historiis ostendit, venæ sectionem in pede plurimùm profuisse. Ita ut virgo quædam monialis, quæ aphona, & convulsa per biduum fuerat, post duas horas à venæsectione fari cœperit comedere, ac bibere. Existimamus ergo venæsectionem posse celebrari, si prætereà pulsus fuerit validus, & manifestæ plenitudinis notæ appareant, alias abstinendum esse.

Camphoræ gr. iv. dissolvantur in ol. amy-

amygd. d. & umbilico indantur admoto de. ſuper emplaſtro ex galbano liquato vel mo ſchi gr. iij. excipiantur cotone pauco oleo humectato,& intrudantur in foramen umbilici. Deinde admoveatur emplaſtrum par. vum eſt galbano: hoc quædam mulieres pro ſecreto utuntur.

Ad vapores malignos, paroxyſmum hyſtericum producentes, diſcutiendos, multa per os exhiberi ſolent; è quorum numero eſt theriaca vetus ad ʒi. exhibita cum aq. artemiſ. puleg. meliſſæ troch. de myrrha ad ℈ii. vel ol. ſuccini ad gr. v. vel vi. cum iiſdem liquoribus.

Pilulæ in frequenti uſu eſſe conſueverunt, quarum præcipuæ ita componi poſſunt.

℞. Caſtor. myrrh. aſſ. fætid. an. ℈i. fæculæ bryon. ℈ß. ſem. rutæ & croci an. gr. vii. cum ſyrup. de artemiſ. F. pilulæ xii. capiat tres vel quatuor, quas ſi ægra devorare nequeat, diſſolvantur in aqua artemiſ. ad vehementiſſimum paroxyſmum ſequentes utiliſſimæ ſunt, eumque certò ſedare ſolent.

℞. Aſſ. fœtid. ℈i. caſtor. gr. vi. laudan. gr. ij. F. pil. iii. vel iv. capiat ſtatim.

Pilulæ fœtidæ maj. licet purgantes ſint, tamen in paroxyſmo utiliter exhibentur ad ʒß blande enim evacuant, nec niſi ſedato prius paroxyſmo purgare conſueverunt ita ut ab operatione nullum ſit metuendum periculum.

Aquæ etiam multæ exhiberi ſolent in paroxyſmo, ut aqua vitæ, cinnam. & theriacalis: hæc potiuncula in communi uſu habetur.

℞. Aq. cinnam. ʒß. aq. naph. ʒvi. caſtor. gr. iv. M. F. potio oleum ſuccini ad gt. iij. vel iv. exhibitum cum aqu. flor. arantior. vel alia ſpecifica, paroxyſmum hyſtericum citiſſimè diſcutit.

In forma pulveris duo parari poſſunt remedia efficaciſſima, & à nobis pluries experta: unum fit ex ſecundina primi partus in camino exſiccata, & in pulverem redacta: cujus doſis eſt ʒi. in liquore idoneo; confeſtim liberat à paroxyſmo alterum fit ex duabus partibus ſulphuris, & una nucis moſchatæ: rediguntur in pulverem, & ʒi. pondere exhibentur.

Pulvis gran. actes ſeu ſambuci *Quercetani* cum vini cyatho ſumptus ʒi. pondere epilepſiam hyſterica ſub mövet, illiuſque recurſum impedit ſecunda exhibitione: in pulveris illius defectu, fuligo camini exhiberi poteſt eadem doſi, in ovo ſorbili.

Pro potu ordinario bibat ægra leve decoctum cinnamomi, vel carvi, vel aniſi. Vinum ordinariè bibendum non eſt tempore paroxyſmi, ſed tantùm extra ordinariè: quando ſcilicet ratione virium ſummè collapſarum, complicatæ ſyncopis, vel inſtantis mortis, cogimur ad præſentaneum illud auxilium recurrere, jam omnibus aliis fruſtra tentatis. *Lazarus Riverius, prax. medic. lib. 15. cap. 6.*

Caſtorem non omittendum: imò frequens ejus uſus cum aqua mulſa, vel artemiſ. decocto fugat hoc malum. Nec hic omitti debent pilulæ de ſagapeno, tum in paroxyſmo, tum extra paroxyſmum. *Guil. Ballonius, c. 10. lib. De Mulier. & Virginum morbis.*

A Chymicis valde commendatur oleum ſtanni quod umbilico hyſtericæ immiſſum ſtatim ſuffocationem ſiſtit: intra verò à gt. i. ad ii. ad ſummum iij repetitis vicibus exhibetur.

Mercatus fœminis quę ex menſtruorum ſuppreſſione hoc malo laborant, tutiſſimũ & utiliſſimum præſidium eſſe exiſtimat ſanguinis è talo miſſionem. Verum enim verò cum in ſuffocatione, uterina maxima ſit virium proſtratio & totius corporis refrigeratio, adeo ut ſæpe de vita deſperetur, nullo modo venæ ſectio tutum eſt remedium: *Daniel Sennertus, practic. lib. 4. part. 2. ſect. 3. cap. 4. & Ioh. Hartmannus, practic. Chimiatr.*

SUBSECTIO QVINTA.

Pro Hyſterico Affectu.

ESſentiæ ſuccini, gt. v. vel vi. epotæ, ut & ſi ea inungatur umbilicus, mira in uteri ſuffocationibus levandis facient, quod ſæpe fœliciſſimè mihi ſucceſſit: hæc autem eſſentia facillimè retortæ ope, educetur ex ſuccino albicantiore pulverato, & arenę immixto, intra enim tres horas ignis gradibus ſucceſſivè adhibitis, copioſè ſatis fluet in vas recipiens ſubjectum.

Pe-

Petrus Borellus, observ. 66. cent. 2.

Sequentem mixturam optimo cum successu sæpius usurpavimus

℞. Aq. antihysteric. nostr. ℥ii. (ex fol. puleg. menth. rutæ, an. M. ij. flor. lavend. p. ij. sem levistic. bacc. laur. an. ℥ß. myrrh. ℥ii. nuc. mosch. ℥i. vini gallic. pint. iij. M. post brevem in calore infusionem destillentur per balneum M.) aq. cortic. citr. ℥i. theriac. simpl. ℥vi. spirit salis armoniac. ℈i. tinctur. castor. ℥i. ol. succin. gr. iv. syrup. de artemis. ℥vi. M. hujus mixturæ subinde assumat cochl. j. alterumve: vel cochleatim in ægrotantis os sensim fundatur: tempore & nares inungi jubeo oleo succini, vel naribus spiritum salis armoniaci admoveri curo. Subinde huic mixturæ laudan. opiat. (ex mente *Hippocr.* qui succum papav. hoc in casu præscribit *lib. 2. De morb. mulier.*) gr. j. vel ij. addidi, nec infœlici cum successu.

Pro diversitate symptomatum nonnumquam aliquantulum mutavimus: ex. gr. si calorem universi corporis genarumque ruborem observaremus, loco spir. salis armoniac. & ol. succini, addidimus spir. nitri dulcis (qui non tantùm flatus discutiendi, sed quoque bilem acriorem temperandi vi præditus est) ℥ß. si vero corporis frigus, & faciei pallor, superiori mixturæ adhuc olei macis still. gr. iii. admisceri curavimus. Extra paroxysmum sequentem pulverem felici cum successu præscripsimus.

℞. Resin. ialapp. diagrid. an. gr. iv. mercur. dul. gr. iii. tart. vitriol. sal. armoniac. an. gran. vi. ol. mac. gt. ii. M. F. pulvis. *Fridericus Dechers, notis ad cap. 9. lib. 4. prax. Barbett.*

Mulieri cuidam suffocatione uteri vexatæ, ita ut apoplectica videretur, sine pulsu, voce, & respiratione sensibili, dedi potionem salis mei vitrioli cum aqua salviæ: qua potione multa evomuit, & ejecit, & tandem locuta est, & perfectè liberata fuit ab illa suffocatione intra horam. *Petrus Ioannes Faber. curat. 39.*

℞. Spirit. c. cervi gt. xii. ad xv. vel xx. sumantur in haustulo iulapii sequentis.

℞. Aq. puleg. artemis. an. vn. iv. aq. bryon. com. vn. ii. castor. nodulo ligati & in vitreo suspensi ℥i. M. *Thomas Vvilis, cap. 10. lib. De morb. Convulsivis.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Affectu Hysterico raro.

IN senium iam vergente mundo, intemperantiusque quàm olim vivente humano genere, non mirum quod præter numerosiorem terris incumbentium morborum cohortem, morbi etiam in dies se ostentent, aut novi, aut raris saltem comitati symptomatis, in quorum causis perscrutandis feliciterque enodandis. Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos æquus amavit Jupiter, hoc ritè funguntur officio. Multa quippe hoc latent Medicos quantumvis peritos, etiamsi mentis sagaci acumine interiora naturæ usque & usque rimentur. Tredecim abhinc annis mihi contigit casum in Praxi videre, si non undequaque novum, insolitum tamen ac rarissimum & à nullo, quem hactenus legi, authore observatum; qui talis erat. Anno 1673. dum *Ardochi* 8. milliaribus *Sterlino* distantis apud Nobilem quendam febre putrida laborantem per aliquot dies subsisterem, vocatus sum ad invisendum honestam Virginem, 20. circiter annorum, affectu perquam raro mihique etiamnum inaudito detentam. Ob subitam & inexpectatam dilectæ sororis post partum mortem mœrori & melancholiæ nimiùm indulserat ita ut, pathemate animi ingravescente aphonia tandem correpta sit. Omnes nihilominus adstantes agnovit, quæ loquebantur probè intellexit, imò & scripto manu propria ritè exarato respondere potuit. Sed quod mirum mihi videbatur, semel vel etiam bis quandoque in die, incerto tamen spatio, per horæ, vel circiter, quadrantem, toto intremuit corpore, qui tempore distinctè loquebatur, & ad omnia rectè respondit; desinente demum tremore, ut piscis rursus muta evasit. Licet de affectu hoc insolenti mihi non poteram usquequaque satisfacere, symptomata tamen hysterica fuisse non male forsan judicavi: usu enim venæ sectionis, vini emetici, levium catharticorum & medicamentorum hystericorum à me præscriptorum divi-

divina auxiliante gratia, intra menſem perfectè convaluit, ac etiamnum vivit & optimè valet. Quod tremor, materiam morbificam nervos vocis deſtinatos obſtruentem vel comprimentem excutiendo, loquelam reſtituere poterat, cuivis obvium: ſed cur eo deſinente iterum vox faucibus hæſit, mihi hæret aqua, nec quò me rectam habeo ut pote cui tantæ non ſunt vires veritatem in hoc *Democriti* puteo tam profunde latentem ſuperas evehere ad auras. Suſpicor tamen ab humore nervos comprimente loquellam interreptam fuiſſe, acà tremore ſubinde recurrente paululùm illum inde remorum, unde tunc loquendi poteſtas, quo tandem finito, humorem fluxilem denuò rediiſſe & ſic ut ante comprimendo aphoniam induxiſſe.

SECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Humeri tumore laxo.

AD illum digerendum multùm valet emplaſtrum ex cochleis cum teſta optimè tritis & contuſis parti affectæ impoſitum: quod quidem magnopere celebratur à *Galeno lib.* 11. *de Simpl. med. fac. cap. de Cochleis*. ſed omnibus maximè præſtat emplaſtrum *Avicenna* in hunc modum.

℞. Ariſtid. rot. ammoniac. bdell. ſem. ſinapi, ſulph. ignem non experti, ſalis, ſem. urticæ an. ℥ii. ol. antiq. & ceræ q. ſ. M. F. cataplaſma quod laboranti parti admoveatur. *Joh. Zecchius, conſult.* 49.

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER NONUS.

De Affectibus à littera I *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

De Ictero.



Κτερὸς (ſic dictus, vel ἀπὸ τῆς ἴκτιδος. Viverra, quod ejus oculi flavo tingantur colore vel ab ictero ave, quæ & galbulus dicitur, quam ſi ab icterico ſpectetur, protinus mori tradunt, ægro ſanato) Latinè, Aurigo, Regius Morbus, & Arquatus appellatur. Eſt bilis per ſumma corporis effuſio. Cauſam referro in meatus cyſtici & pori biliarii obſtructionem: hinc enim eſt quòd bilis cyſtidi felleæ & inteſtinis deſtinata, ſed ab illis propter ductus obſtructos repudiata in ſanguinem regurgitet, è quo in cutem ubique deponitur. Icterus alius eſt flavus, alius niger; uterque ab una & eadem cauſa producitur; in hoc differunt, quod in nigro, cyſti fellea diutius obſtructa, bilis particulæ tam copiosè accumulentur, ut ſanguini & ſero incoctæ colorem non amplius flavus, at ſaturationem, i. e. nigrum inducant. In Ictero dejectiones albicant, ſed non ſemper: urinæ craſſeſcunt, & ex rubrò ferè nigricant: repentè hominem adoritur, ſine febre ut plurimùm, & ſine magna virium jactura. Fit etiam Icterus ob pravam hepatis diatheſin ab intemperie ejuſdem calida, cum vel ſine inflammatione; fit etiam in febribus per modum criſeos, ut & ob epotum venenum, & ob venenatorum animalium morſum, quorum vi ſanguis totus priſtinam amittens puritatem in citrinum humorem corrumpitur, quo tandem cutis inficitur. Dignoſcitur Icterus per colorem totius corporis flavum maximè in albo oculorum conſpicuum, corporis item pruritum & ſegnitiem, linguæ amarorem, vomitum quandoq; bilioſum & ſingultum.

SUB-

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ictero.

FIliola mea unicum annum nata, morbo regio oppreſſa eſt, quàm paucis diebus hoc ſolo decocto curavi.

℞. Hord. mund. paſſul. an. ℥i. fragar. M. ii. coq. ad lentum ignem. in ſ. q. aq. fontis, quoad rubella fiat ac dulcis potio; quam continuo bibebat. Valet enim optimè decoctum hoc in morbo regio. *Martinus Rulandus, carat. 6. cent.* 1.

Ruſticum quendam quadraginta ſex annorum ictero laborantem hoc modo brevi curavi.

℞. Iuris piſorum ℥vi. pulv: ſen. laxat. ℥ß. M. F. hauſtus mane bibendus, qui fomitem icteri alvo ſoluta prolectavit blandè. Pro potu utebatur decocto fragariæ. Pertuſa eſt hepatica, & ſic convaluit, Deo ſit Gloria.

Alteri ex oculis Ictericia remota eſt aqua roſarum, qua oculos manè, meridie & veſperi lavabat. *Martinus Rulandus, curat. 32. cent. 7. & curat. 30. cent. 8.*

Nobilis quædam Matrona non febricitans & bene valens, ſubitò Ictero correpta eſt, excrementa alba & duriora erant: ad me, conſilii cauſa accedens, his duobus remediis, miraculi inſtar ſtatim convaluit.

℞. Syrup. infuſ. roſ. pallid. cum ſena ℥iß. diacathol. ℥ii. aqua agrimon. ℥ii. M. detur mane: alvum egregie depoſuit: mox quotidiè Cereviſiam bibens expreſſo nodulo infraſcripto in Cereviſia dependente convaluit.

℞. Marrhub. exſiccat. M. i. rhei opt. inciſi ℥i. ſchænanth. inciſ. gr. v. croc. orient. gr. iii. ſpec. diarrhod. abbat. ℈i. M. F. nodulus filo aſtrictus.

Cognata quædam noſtra ſolo decocto foliorum buxi in ſero lactis, ſine aliis remediis, ab Ictero curata fuit.

Scribit *Dioſcorid.* ſuccum marrhub. è foliis contuſis expreſſum naribus, Regium Morbum expurgare.

Mulier quædam Nobilis Ictero laborans, ex oppilatione cyſtis fellis, admodum diuturno, multis remediis adhibitis per Medicos doctiſſimos, curari non potuit, illi continuum uſum Syrupi è ſucco ſolo marrhubii cum ſacch. confecti admodum commendavi, quo cum diu uſa eſſet ab omni flavedine icteri, qua per duos annos & ulrra afflicta eſſet, curata fuit: ita ut illum ſyrup. pro curando Ictero ſemper in ſummo honore habuerim. Sic quoque exſiccata herba in nodulo egregie profuit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 19. & ſchol. lib. 16. De Hepatis Affectibus.*

Collige ſtercus anſerculi tempore veris ſicca ad moderatum Solem: hujus pulveris dato ad ℥ß. aut ℥i. in inveterato morbo: per hoc remedium omnis Aurigo tollitur, ſi per tres aut quat. dies exhibeatur. Idem facit pullorum excrementum album pulver. ad ℥i. amygdalæ amaræ numero vi. jejuno ventre manè aſſumantur. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult.* 34.

Tempore æſtivo potes quandoque hauſtum aquæ betulæ bene aſſervatæ ſumere; ea primo vere colligenda, arboris betulæ trunco inciſo, aut ramo aliquo amputato, nam largè profundit aquam priuſquam folia prorumpant, ſtatim autem cum germinare inceperit, nihil humoris extillat, aqua iſta limpida eſt, ſapore grata, ſitim ſedat, interim obſtructiones tollit, ut & Icterum ſanare, & calculum è renibus curare valeat. *Reinerus Solenander, conſil.* 10. *ſect.* 3.

Quidam Ictericus ſanatus eſt edendo omni die pugillum unum abſinth. *Idem. conſil.* 15. *ſect.* 5.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ictero.

MUlier quædam poſt febrem intermittentem tota evaſit icterica, alvuſque penitus conſtipata: perſuaſi ut vino ſequenti alternis uteretur diebus.

℞. Rad. aper. an. ℥ß. cortic. rad. ſambuc. ℥vi. rad. aſar. ℥ii. abſinth. ℥iii. ſummit. cent. min. ℥ii. fl. cordial. an. ℥i. ſem. fœnic. petroſel. cuſcut. an. ℥i. fol. ſen. ℥iii. turpeth. ℥iii. agar. ℥ß. zinzib. ℥ß. tartar. vini alb. & limatur. chalib. in nodulo ligatæ an. ℥ß. infunde in vino: eoque parum in duplici vaſe, & utatur. Dejecit egregiè huius vini uſu, in quo aliquandiu permaſit, ſenſimque

imque flavities minui cœpit, urinæque ad naturalem colorem redire, alvusque ref. pondere. Postea ut viscera simul roborarentur, obstructionesque solverentur, Electuarium hoc præscripsi.

℞. Conserv. flor. cichor. flor. bugl. capil. ven. an. ℥i. pulv. pellicul. stomachi & intestini galinæ ℥i. troch. de eupator. ℈i. limat. chalyb. præp. ℥ii. cum syrup. de bugl. f. elect. capiat alternis diebus superbibendo parum vini diluti aq. endiv. sic restituta fuit, & licet gravida tandem esse deprehenderetur, nihil horum usu mali passa est, sed filium mox sanum & benè habitum peperit. *Felix Platerus, observ. lib. 2. pag.* 52.

Urina pueri ad ℥v. aliquoties propinata probatur, quæ saccharo vel melle dulcorari potest. Stercus anserinum decoquunt alii in aqua & vino: & colaturam propinat. Salviæ folia sæpius sumpta quenam curarunt. Pediculos alii numero 11. devoratos juvare credunt. Pulvis, quem pro singulari remedio in Ictero quidam laudant, & in tres partes dividunt, tribusque diebus continuis, manè in decocto cicerum aut pisorum exhibent, talis est.

℞. Sem. aquilin. raf. C. Cervi, croci, r. an. ℥i. M. F. pulvis tenuissimus, dividatur in tres doses. *Felix Platerus. pract. tom. 3. cap. 2. pag.* 140. 141.

Vinum laxativum per triduum in hunc modum ordinavimus.

℞. Rad. cichor. ℥i. liquir. ℥vi. cortic. ad. frangul. ℥ii. fol. sen. ℥x. rhei. ℥i. sem. fœnic. ℥iß. passul. min. ℥i. macis, cinnam. an. ℥ß. spic. ind. ℈ß. fiat infusio in ℔iß. vini, & ℔ß. aquæ, post viginti quatuor horas, sumatur pro hausto tertia pars, addendo ℥i. crem. tartar. propter majorem apertionem: hac evacuatione lenitiva præmissa, ad obstructiones venarum minorum resecandas, sequenti formula portionem apertientem & digerentem præscripsi.

℞. Rad. cichor. ℥i. rad. fœnic. petrosel. an. ℥xi. fol. agrim. marrhub. alb. an. M. iß. sem. fœnic. anis. an. ℥ii. cicer. rubr. ℥vi. coq. in s. q. seri lactis caprini ad tertias, colaturæ ℥x. adde syrup. de cichor. cum rheo & eupator. ana ʒ iß. M. pro tribus vicibus. *Gregorius Horstius, observat.* 36. *lib.* 4.

Pro reserandis obstructionibus, hunc julepum digestivum assumpsit.

℞. Aq. absinth. cichor. endiv. an. ℥ii. syrup. de cichor. cum rheo ℥iß. syrup. cap. ven. de duabus radic. an. ℥ß. spirit. vitriol. gt. iv. M. F. haustus. Sequenti die pro evacuatione bilis, dedi quod sequitur cum malvatico.

℞. Gummi gutt. laxativ. gr. ix. tartar. vitriol. gr. iv. M. F. pulvis, excrevit eo die egregiè. Postea sumpsit M. & v. de sequenti liquore duabus horis ante cibum.

℞. Lumbric. terræ probè lotorum numer. 6. coq. in aq. graminis aspar. hæder. terrestr. an. ℥i. in colatur. dissolv. sacch. Cand. ℥i. spirit. terebinth. gt. iii. M. Pro ultiore obstructionum deoppilatione bibat per bidum de hoc julepo.

℞. Aq. petrosel. apii, gram. an. ℥ii. syrup. de cichor. cum rheo ℥iß. syrup. byzantin. & de quinque radicibus, an. ℥i. succin. tenuissimè pulv. ℈ß. spirit. terebinth. gt. iii. M. F. julepus.

Iterum purgetur pulvere priore. Jusculæ fiebant cum rad. fœnic. cichor. & petrosel. aurigine nondum cedente, de hoc nodulo bibit vino infuso.

℞. Marrub. sicc. M. i. rhei el. ℥i. agar. rec. troch. ℥ß. schænanth. gr. vi. croci gr. iii. spec. diarrhod. abbat. ℥i. incid. ad nodulum. Vel sic.

℞. Marrhub. sicc. M. i. rad. aperient. an. ℥i. bacch. junip. concis. M. ß. croci ℈ß. incid. pro nodulo.

℞. Rad. alth. malv. fœnic. cich. enulæ. an. M. ii. fol. marrhub. cent. min. agrimon. absinth. chamædr. an. M. iiß. flor. chamæm. melil. sambuc. an. M. iß. sem. cumini, fœnic. an. M. ii. furfur. Miii. Coquantur in aqua communi pro incessu. *Joh. Petrus Lotichius, observ.* 4. *&* 5. *cap.* 2. *lib.* 4.

Exhibeatur potio digestiva ut ante. Pro potu ordinario bibat de hoc nodulo in vino suspenso.

℞. Rad. cichor. fœnic. polipod. an. ℥i. fol. cent. min. absinth. marrhub. sicc. card. bened. an. p. i. flor. 3. cordial. an. pug. ß. rhei el. ℥iß. spec. diarrhod. abbat. ℥ß. fol. sen. el. ℥i. pulv. chalyb. præp. ℈i. spic. schænanth. an. gr. iii. cinnam. el. ℥ß. incid. & cenquass ad nodulum sericeum.

Sequens

Sequens pulvis anti ictericus pro tribus matutinis inserviat.

℞. Pulv. lumbric. terræ præp. sterc. anserin. verno tempore collect. an. ʒiß. rasur. ebor. spec. diarrh. abb. diatrionsantal. an. gr. xv. sacch. finiss. ʒvi. M. F. pulvis dividendus in tres partes. Interdum de elect. sequenti ad libitum capiat.

℞. Conserv. cichor. cent. min. an. ʒß. conserv. viol. ʒvi. pulv. lumbric. præp. sper. diatrionsantal. an. ℈i. spir. salis rectificati gt. v. M. ad fictile. *Ioh. Petrus Lotichius, observ. 6. cap. 2. lib. 4.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ictero.

ICterum à folliculi fellis obstructione ita vinces.

℞. Rhei ʒii. cinnam. ℈i. agar. troch. ʒß. zinzib. ℈ß. infund. vino tenui & aqu. endiv. colaturæ adde mannæ el: ʒxii. F. haustus. Deinde.

℞. Lumbric. terræ pulver. ℈i. diaspolitici, gr. viii. cum syrup. byzantino. F. Pilulæ iii. & superbibat decoctum absinth. ex vino, si non febricitet, alioqui ex aqua: & pro potu utatur solo illo decocto. *Joh. Heurnius, ad aphor. Hipp. 64. sect. 4.*

Vidi quendam statæ ætatis robustum virum, qui sæpè genio indulgebat: hic in pleuritidem tractus fuit: à vena secta expuebat flava admodum & crassa. Quarto die in Icterum abiit, excrementis biliosis nimirum urina & alvi. Septimo, sudavit vehementer purgabatur interdum manna cum rhab. & quia virulenti aliquid adesse videbatur, conquerebatur enim validè de dolore ad ziphoidem cartilaginem, jussimus decocto pectorali, & cichoraceo incoqui scordium & aliquid marrhub. utque interdum ℈i. vel ʒß. theriacæ sumeret, evasit. *Ioh. Heurnius, ad aphor. Hippocr. 42. sect. 6.*

Puer quidam quatuordecim annos natus Ictero tenebatur fœdissimo huic sequentia remedia præscripsimus.

℞. Fol. sen. ʒß. fem. anis. ʒi. sum. absinth. pont. fol. agrim. an. M. ß. liquir. rasur. ʒii. flor. genist. cichor. an. p. ß. coq. ad ʒiii. in colat. dissolv. rhei in aq. absinth. cum cinnam. infus. & express. ℈iv. elect. è succo ros. ʒii. syrup. rosat. solut. ʒi. F. potio, capiat manè.

℞. Rad. rub. tinct. ʒß. fol. chelidon. maj. M. i. summit. cent. min. p. i. cinnam. ʒß. croci ℈ß. infund. per noctem in vini albi ʒviii. colat. adde sacch. albiss. ʒß. capiat mane per quinque dies post prædictam potionem. Deinde reiteretur potio laxans præscripta. His solis remediis perfectè convaluit. *Lazarus Riverius, observ. 6. cent. 1.*

Infans quidam natus ex matre febre tertiana laborante, ipse in lucem editus quatuor accessiones ejusdem febris passus est. Deinde factus est Ictericus: erat tantùm bimestris cùm ad illum curandum vocatus sum. Dubitavi admodum quid fieri posset in tam tenero corpusculo. Tandem hunc syrupum præscripsi.

℞. Rad. rubiæ tinctor. & chelidon. mai. an. ʒii. fol. chelidon. mai. cent. min. & absinth. pontic. an. Mii. cinnam. ʒii. croci ʒß. coq. in aq. fontis ad ℔j. in colat. dissolv. sacch. alb. ℔i. F. syrupus, de quo capiat exiguum cochlear manè per viginti dies, & perfectè restitutus est. *Lazarus Riverius, observat. 17. cent. 1.*

Quod ad phlebotomiam spectat, licet ea improbetur à *Galeno*, quemadmodum ratione ipsius affectus non prodest: tamen si multitudo sanguinis in venis contineri videatur illius imminutio utilissima est.

Gesnerus laudat radicem urticæ in hunc modum præparatam.

℞. Rad. urticæ ℔i. croci ℈i. contundantur diligenter, & cum vino albo succus extrahatur. De quo capiat æger ʒiv. per quatuor aut quinque dies manè: postea tegatur ut sudet.

Dum interna remedia exhibentur, illinatur regio hepatis sequenti linimento.

℞. Succor. apii, Petrosel. & cichor. an. ʒi. aceti ʒß. olei tamarisc. ʒii. bulliant ad consumptionem succorum & aceti. Deinde adde santal. citrin. & spic. nard. an. ʒi. ceræ q. s. F. linimentum. Sublatis obstructionibus flavus ille color brevi evanescet, discusso humore cuti imbibito, per solum nativi caloris ministerium: ut tamen promptius evanescat, parari potest balneum aquæ tepidæ, corpus in eo confricando sacculo farina hordei & fabarum referto.

to. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 11. *cap.* 4.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Ictero.

CUidam Ictérico egregiè contulit quod sequitur.

℞. Fol. marrhub. ceterach. cap ven. cuscut. card. ben. cichor. cum toto, an. Mi. rubiæ tinctor. ʒi. vesicar. alkikengi, numero x. rhei el. cariophyll. ʒiß. incid. crass. harum specierum partem ß. coq. in mens. i. vin. & quarta parte aq. ad consumptionem aquæ, dentur manè ʒv. calidè, & duabus post cœnam horis totidem frigidè *Hier. Reusnerus, observ.* 76.

Vir quidam amplissimus totus Ictericus, evacuatione facta, hoc pulvere diutius adsumpto, plenè sanatus est.

℞. Rhei el. ʒi. alb. græc. ʒii. lumbric. terræ sicc. ʒß. spec. diarrhod. ʒiß. cinnam. ʒii. sacch. ʒii. M. Solo etiam decocto euphras. in vino plurimi curati sunt, interpositis catharticis solutivis: & pulvere millepedum siccat cum ammoniaco & spec. diarrhod. exhibito. *Achilles Gasserus, observ.* 77.

Ego post bilis purgationem sequentibus remediis Ictérum ex bilis regurgitatione ortum fœlicissimè semper curavi.

℞. Rad. chelidon. maj. rec. optimè lotar. & concisar. M. ii. gran. junip. M. i. simul in mortario conterantur, contritisque adfundatur vini rhenani lbi. quibus simul subactis beneque agitatis, validissimè exprimantur, & colentur, cujus ʒiv. manè & ante cœnam ebibantur. Vel,

℞. Croci pulv. ʒi. cujus singuli in ceram novam & mundissimam in tenuissimamque laminam extensam involvantur, & in globum formentur, singulique globuli in pomum excavatum imponantur, & torreantur vel ad ignem, vel in cacabo, donec cera simul & crocus in pomi carnem resoluti fuerint, ex his pomis unum per triduum manè devoret æger. *Franciscus Joel. sect.* 1. *lib.* 5. *pract. c.* 8 *p.* 368

Nuper mihi communicavit pro secreto fallibili ad Ictérum, infusionem lentis palustris in vino albo per novem dies, ʒvi manè præbendo. Novi hominem qui prognostico relictus, importuno usu cent. min. in potulentis, & haustu decoctionis fortis in vino omni manè ab Ictéro convaluit *D. Bates* referente *Joh. Raio*, in catalogo Plantarum *Angliæ*.

Jam diu ægrotaverat quidam toto corpore ex viridi flavescens; dedi pilulas primùm aggregat, quæ parum moverunt, itaque præscripsi sequens decoctum.

℞. Rad. sambuc. & cichor. rec. an. ʒi. limatur. ferri in petia ligatæ instar nucis, coq. in vino & aqua, bibit per triduum atque egregiè fuit purgatus.

Jussi eo absoluto, sudare in balneo, sumendo bis rob. sambuci, & lixivio se abluere.

Cum octiduo exact. ad me veniens, urinam adfert, adhuc ea tincta erat, jussi hoc decoctum reiterare; quod ita profuit, ut mox discedens gratias egerit, *Felix Platerus observat. lib.* 3. *pag* 610.

In *Belgio* Rustici fœliciter Ictérum curant eupatorii canabini decocto. *D. Regemorter.* referente *Joh. Raio* in Catalogo Plantarum *Angliæ*, &c.

A solo cannabis semine in lacte bubulo pingui ad crepaturam circiter cocto & colato, atque bis, terve in die ad ʒv. aut vi. sumpto, plures curavi, ac vidi curatos Ictéricos, à quovis etiam Sapone ad ʒi. circiter in calente lacte dissoluto, & sacchari tantillo edulcorato, atque bis aut semel salcem in die usurpato aliquoties curavi fœliciter Ictérum. *Franciscus Sylverius, prax. Med. lib.* 1. *cap.* 46. *paragr.* 74. *&* 75.

Vinum album tenue, in quo medianus ille cortex berberis, qui inter eximum & ligno adhærentem est, lineo panniculo involutus per trium horar. spatium maceratus fuerit, mirifice si bibatur purgare, pro secreto *Clusio* communicatum est. In ictero sanando experientia nostra principatum obtinet *Joh. Raius*. Catalog. Plantar. *Angliæ*.

Juravit quidam mihi quod cum isto syr. experimentato plures ictéricos curavit. Accipiebat stercus asinini recens, & ipsum ponebat in duobus cyathis vini albi subtilis & puri, & manibus malaxabat. Deinde permittebat stercus facere resi-

tiam, & de vino clariori ad menſuram unius cyathi tribuebat in potu icterico, deinde faciebat ipſum in lecto benè cooperire & ſtatim ſudabat & urinabat, & ſic materia icteri optimè evacuabatur. Hoc experimento dixit ſe ultra 20. ictericos curaſſe. Alius curabat ictericos accipiendo ſtercus antedictum, & exſiccabat, & exſiccatum permiſcebat cùm ſaccharo, & ſimul mixta in potu cum vino albo dabat manè adbibendum. *Arnoldus de Villanova, pract. lib. 2. cap. 40.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Ictero nigro & flavo.

BInas Infuſiones in vino fieri curavi, quarum una præpararet, altera purgaret, primæ infuſionis hæc erat formula.

℞. Rad. cichor. aſpar. an. dr. i. Rad. fœnic. cortic. ſambuc. ebul. dulcis amaræ. an. dr. vi. rad. rubiæ maj dr. iii. fol. abſinth. M. i. chamædr. ceterach. chamæpit. an. M. ß. flor. geniſt. borrag. an. p. i. ſem. cuſcut. dr. ii. conquaſſ. omnia, addendo limatur. chalyb. præp. dr. ii. adde vini alb. ℔iv. ſtent in infuſione benè obturata. Altera infuſio ſic parabatur.

℞. Rad. apii leviſtic. fœnic. petroſel. gram. cichor. rad. ireos, rubiæ mai an. ℥ß. cortic. cappar. tamariſc. fraxin. an. dr. ii. cortic. radic. ſambuc. & ebul. an. ℥i. fol. abſinth. dr. iii. chamæpit. ceterach. eupator. an. dr. ii. ſem. petroſel. apii., cuſcut. an. dr. i. flor. cordial. pugil. i. foliorum ſen. ℥iß. F. infuſio in ℔viii. vini albi addendo agar. troch. & rhei. el. an. ℥ß. ſpic. ℈i. limatur. chalyb. in panno ligatæ ℥ß. ſtent per viginti quatuor horas ante illius uſum. Sumebat, per biduum infuſionem præparantem, tertio die purgantem. Poſtea has pilulas præſcripſi.

℞. Gumm. ammoniac. in aceto ſcillit. diſſolut. dr. iß. rhei. dr. ß. rad. aſar. gentian. troch. de cappar. an. ℈i. ciner. lumbric. limatur. chalyb. præp. an dr. ß. cum terebinth. F. maſſa pilul. capiat ℈ii. atque ſic factum eſt, dum uno die infuſionem præparantem, altero purgantem, tertio die pilulas ſumeret, ut tandem excrementa tingi croceo & atro colore inciperent, ægraque aliquandiu in horum uſu continuando, præter omnium ſpem, integrè reſtituta fuit, ſucceſſum & laudans, & liberaliter remunerata. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 612.*

Si mulieri utero gerenti accidat Icterus, utatur optima victus ratione, & applicetur ſequens medicamentum carpis & plantis pedum, & curabitur.

℞. Fol viſc. q. M. ii. fol. chelidon. marrhub. an. Mß. contund. in mortario addito pauco vino, & applicetur. *Guil. Rondeletius, pract. lib. 3. cap. 34.*

Mictionem ſupra ſtercus equinum recens egeſtum, dum calet, ab ægro factam plures ſanaſſe Ictericos, quidam mihi pro certò affirmavit. *Philippus Gruilingius, practic. lib. 3. part. 5. cap. 1. Felix Platerus, practic. tom. 3. pag. 143.*

Crato Lapidem Bezoar exhibiti in Ictero nigro, & minxit æger tam nigra, quam atramentum, hinc rectè indicatur, lapidem hunc eſſe diureticum, & non ſemper alexipharmaci vices gerere. *VVolfgangus Hœferus*, in *Herc. Med. lib. 3. cap. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

De Ileo.

Εἶλεος (ab εἱλεῖν, *i. e.* convolvendo) latinis volvulus dicitur, barbaris verò miſerere mei: Χορδαψὸς etiam nominatur, ἀπὸ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι, quod qui ventri manum admovet, quaſi chordæ intenſæ, & duriter convolutę ſpeciem ſentiat. Eſt verò dolorifica ac peracuta inteſtinorum, potiſſimùm ilei, paſſio, ad quam, ſuppreſſa omnimodè alvo, convolutiones tenſiones; & horrendi variorum humorum, ac tandem fæcum vomitus ſuccedunt: oritur atrociſſimus hic affectus potiſſimum ab obſtructione & adſtrictione inteſtinorum: cauſę obſtruentes ſunt fęces lapidis inſtar induratæ calculus aliquando ibi genitus; vermes conglobati, pituita craſſa & viſcida: adſtringentes ſeu coarctantes internam inteſtini cavitatem ſunt, inflammatio, aliique tumores magni, inteſtini complicatio, & ingreſſus in partem proximam, ejuſdem in ſcrotum deſcenſus in hernia. Hæc enim omnia, cum excrementis Per inferiora dentgant exitum, motum periſtalticum inteſtinorum invertendo,

do, miſerandum hoc ſymptoma inducere queunt: aliquando etiam à flatibus inteſtina mirum in modum diſtendentibus originem habet. Hujus affectus ſigna ſunt, vehementiſſimi circa umbilicum excruciantes dolores, alvi ſumma adſtrictio, ita ut nihil per inferiora deſcendat, maxima quandoque ventis murmura, inflatio & diſtentio vehemens, ructus, & aſſumptorum vomitiones, procedente malo etiam ſtercoris: brevi morituris ſudor frigidus copioſus, extremorum refrigeratio cordis tremor; inquietudo & animi deliquium.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ileo.

IMperavi ut ℥ii. ol. amygdal. d. rec. ſumeret hoc unicè valet & multis profuit dedi autem calidè, non tepidè ne evomeret. *Petrus Foreſtus, obſerv. 16. lib. 21. De Meſenterii & inteſtinorum affectibus.*

Mulier quædam *Romæ* cum deplorata haberetur, & ſtercus per os evomeret, neque ullis remediis ſanari poſſet, tandem ſumpſit omni die juſculum malvæ, & ſanitati reſtituta fuit; ut conſtat ex arcanis *Cornelii* Medici *Roterodamenſis*: nihil æque ſtercora dura emollit, quam juſcula pinguia. *Idem Schol. obſerv. 21. lib. 21.*

Quidam ileoſum conclamatum à ſumma deſperatione liberavit gallinaceo fimo ex vino albo vel ſyrupo epoto. *Idem Schol. obſerv. 21. lib. 21.*

Vir quidam ileo laborabat cum vehementiſimis doloribus ſupra & infra umbilici regionem, & gravibus vomitibus non ſolùm ciborum ſed & ſtercorum, & alvi per ſeptimanas octodecim continua ſuppreſſione: ego hujus viri miſertus, curam ita inſtitui.

℞. Olei ſem. lini. ℥vi. troch. alhand. ℈ii. M. & fiat ebullitio parva. Poſtea inunxi umbilicum benè hoc clyſtere, ac reliquum per ſiphonem injeci, hoc facto poſt duas horas cæpit egere ſtercora duriſſima, mucoſa, purulenta, fœtidiſſima, varia & plurima, ac rectè mox habuit; cibum & potum non evomuit, non amplius doluit: & quod mirum intra diem ſanatus eſt. *Marcus Rulandus, curat. 99. cent. 10.*

Cum per ſuperiora multa evomere per inferiora verò nulla remitteret; po plures injectos clyſteres, quibus nihil ege ſit, ad hoc artificium devenimus, quo ſco pum obtinuimus & ægrum ab orci faucibu liberavimus. Follem febrilem ano indidimus, & eo flatum in ventrem immiſimus, quo extracto infuſum emolliens, cum troch. alhand. paratum, per clyſterem ſubito ejaculari fecimus, quo ſtercora illico diſſoluta ac coliquata fuere, & demum educta: ſic enim in hoc morbo operandum ſuadet *Hippocrates*, *Amatus Luſitanus curat. 100. cent. 1.*

Cum ad conſilium biduo ante mortem vocarer, negaretque Medicus Chymicus ipſi ſanguine junctus ſe alterius Medici præſentiam paſſurum, ſuaſi qui me conſulebat fratri, darent patienti argentum vivum crebro per corium tranſitu perpurgatum, quod ſæpe vidi ſine noxa, momento citius, eductis ſecum obviis fæcibus per inteſtina tranſiiſſe, à cujus uſu, ne frigore ſuo interanea læſiſſe poſſet, ſtatim clyſterem ex puro cretico vino injiciebam: ſicque aliquot coli nimia tenſione morituros, cum Dei gratia liberavi. Sed Medicus maluit hominem in certa morte relinquere, quam remedium, quod inexpertus judicabat periculi pleniſſimum, tentare. Pilas alii in hoc caſu aureas, argenteas, aut etiam ſi illa deſint, plumbeas præſcribunt: ſed argentum vivum pilis omnibus expeditius velocius & inteſtina percurrit, perpurgatque: vivunt hodie multi, qui norunt centurionem non ita pridem mortuum, cui cum princeps commeſſabundus, in media compotatione, riſum captans, ſelibram argenti vivi in capaci poculo vino pleno propinandum curaſſet: ipſe obducto amyſtide vaſe, præſentibus ommbus, neque enim, adhuc ferè bibens, fugere poterat, atque in cachinnos effuſis, largiſſimè & cum fœnore pridianæ cœnæ, per anum innoxiè reddidit: ultraque triginta annos ſanus vixit; dicens cum inter pocula rideretur ſe clyſteris compendium feciſſe: aliis idem eveniſſe ſcio. *Henricus ab Heers, obſerv. 2. lib. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ileo.

COgente neceſſitate ad mercurium erat confugiendum, quod à *Maſſaria Capivaccio*, *Paræo* & *Mariano Sancto* ad æthera commendatur, & in hoc morbo eſt remedium indicatiſſimum, nam juvat mirum in modum ratione ponderis & fluxibilitatis, & penetrantiæ, neque ejus malitia timenda eſt, nam non eſt verè venenum, exit enim facilè e corpore, in & *Gallia Ciſalpina*, inquit *Martiolus*, exhibetur mulieribus ægre parturientibus, & pueris etiam in caſu verminoſo: quare tutò deſcendere poſſumus ad hoc remedium urgente neceſſitate, nam extremis morbis extrema ſunt applicanda remedia. *Epiphanius Ferdinandus*, *hiſt.* 74.

Dux quidam ſtrenuiſſimus cum poſt luſum parvæ pilæ, ſudore madidus, ſitique oppreſſus, aquæ nive nimium infrigidatæ calicem ebiberet, ilicò ab ejus potu in ſublimioribus inteſtinis torſionem ſenſit: cum intenſiſſimo cruciaretur dolore, multaque jam tentaret efficatiſſima auxilia, iiſque nec faces, ructum crepitumve emitteret, imò vomitionibus fædis oppreſſus in malis eſſet, nullo alio præſidio quam libræ hydrargyri potu potuit: levari à quo & fæces excrevit, & ex dolore melius habuit; quo ſedato, & clyſtere ex generoſo vino injecto, perfectam conſecutus eſt ſanitatem, optimum ſane remedium eſt, nam anodynum eſt, & ſuo pondere inteſtinum aperit, & obſtruentes fæces deturbat, & cum vehementer ſit humidum, tenuibuſque conſtet partibus, & valde mobile, irritat naturam, & ſtercus valida ventris perturbatione propellit: Authore *Avicenna*. Argentum vivum plurimi qui bibunt læduntur eo, egreditur enim cum diſpoſitione ſua per inferiorem regionem. *Zacutus Luſit. obſ.* 35. *lib.* 2. *prax. adm.*

Quidam ex caſtanearum crudarum ingluvie multa, in omnimodam incidit fæcum retentionem, ita ut ventris tumore, doloreque immani oppreſſus fuerat: hic cum in agone eſſet, & frigido ſudore madidus, ſtercus per os ejiceret, variaque interna & externa expertus eſſet incaſſum auxilia: tandem duodecim parvas pilulas plumbeas quibus ſclopetarii ad enecandos paſſeres utuntur, devorandas dedi; quibus dolor aliquantiſper conquievit; ſed poſt tres horas iterum inerevit, cùmque iterum octodecim pilulas propinarem, & fæces reddidit, & injecto clyſtere ex aqua vitæ & urina pueri à dolore immunis evaſit, nec mireris, nam hoc catapotium tranſvoratum volvuloſos juvat, quoniam inteſtina involuta implicita & vincta explicat ſuo pondere, & aperit, fæces impellit, & obſtruentia excludit lenitque dolorem: in quem uſum *Mercatus lib.* 3. *de morb. intern. cap.* 15. chalybis limaturam propinat. *Zacutus Luſitanus*, *obſerv.* 34. *lib.* 2. *prax. admirand.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ileo.

NArrat ſanctus *Marianus* multos ſe noviſſe, qui in ileo deſperato, ab imminente morte liberati ſunt, hauſtis argenti vivi cum aqua ſola ℥iii. pondere enim ſuo inteſtinum velut vinctum expedit & evoluit, præduraſque & obſtruentes fæces deorſum deturbat. Addit & valuiſſe in colico affectu apud alios id medicamentum, ʒiii. pondere hauſtum. *Ambroſ. Paræus*, *lib.* 17. *cap.* 65.

Inteſtinum ſi elapſum ſit in ſcrotum, ilicò reponatur, antequam febris & ſingultus ſupervenerint: ſi enim illa ſupervenerint, ac ſi vi reponatur, ante ſeptem fere horas moriuntur: ſi in hoc morbo fluant ſudores fœtidi, anhelituſque & ructus oleant male, lethale. Si ſuperum inteſtinum inferiori illapſum ſit, clyſmis ac glandibus acribus deorſum fiat motio: ſin infernum ſe ſuperno intruſerit, globulo plumbi devorato abactio fit. *Joh. Heurnius*, *ad aphor. Hippocr.* 10. *ſect.* 7.

Pharmacopæus maximo ilei tertio quoque die dolore torquebatur: quo ſæviente febris aderat ſatis vehemens, & umbilicus una cum circumvicinis partibus in tumorem attollebatur: injecto autem in ipſis doloribus enemate ſatis acuto, expurgatiſque vitioſis, admodum viſcidis, craſſis, fœtidiſque fæcibus, dolor conquievit, febriſque ceſſavit. Quod ſæpius con-

tingeret, & nec desineret hujusmod tertianæ exacerbationes, nec enemata, nisi cùm adhiberentur, prodessent, de aliis remediis deliberatum. Tentata quædam sunt, sed cùm nec his dolores integrè sedarentur, pilulæ iliacæ occurrerunt, quæ à *Phasi libr. 9. ad Almansorem* describuntur: harum ℈i. in die quietis exhibitus admodum pravos & vehementer fœtentes humores eduxit: quibus expurgatis, ilei dolor multùm sopitus: cùm autem in universum non cessaret, eædem in paulò majore dosi exhibitæ: quibus, reliquis humoribus eductis, ilei dolor omninò conquievit. *Rembertus Dodonæus, observ.* 36.

Medicus quidam longo usu famigeratus, hydrargyri ʒ. iv. cum melle rosac. solutivo propinatis, iliacum dolorem ab inversione intestini deploratum compescuit. *Joh. Rhodius observ.* 80. *cent.* 2.

Neminem volvulo perire scivi; potandos nimirum dedi aliquot globulos plumbeos musquetarum, ut sui solo pondere durum illud excrementum propellant: quo plures hauriuntur, & majores, eo tutior & celerior sequitur sanatio, modò æger stet, vel ambulet. *Joh. Helmontius tract. cui titul. de flatibus.*

Vir quidam ileo laborans à quinque diebus ut feces per os reiiceret, multis remediis frustrà tentatis, sumpsit Mercurii cum sulph. extincti & in formam pulveris redacti ʒi. in globulo ceræ inclusam. Statim post exhibitionem, fotus continuò adhibiti, & clysteres frequenter injecti. Post aliquot horas frustula quædam ceræ in rejecto clystere apparuere; quod indicio fuit apertam fuisse viam: & medicamento purgante exhibito, æger à morbo prorsus liberatus est. *Franciscus Chomel. observat.* 1.

Volvulum hydrargyro propinato plures curatum prodiderunt: nemo tamen hoc modo, quem *Petro Penæ* familiarem notavit *Petrus Affelinæus Gallus* Medicus *Venetus*, felici successu commendatum. Purgabat enim primò hydrargyrum à plumbagine sua, coquendo cum vino & aceto, trajiciendoque postea per alutam: tum tenuissimam membranam in qua aurum extensum erat, in nodum compigebat filo ligatum: ea hydrargyri, ut supra defæcati, sesquiunciam includebat, & glutine ex tragacanth. facto obserabat, lentoque igne siccatam, educto filo, melle aut syrupo intinctam pilulam ægroto devorandam exhibebat: sic glutine in ventriculo statim disoluto hydrargyrum copiosè alvum ducebat: bis autem sumpto tali globulo quemdam sanatum viderat. *Georg. Hieronym. Velschius obs.* 43.

Ventris sævum dolorem ex ileo lenivimus sacculo ex suillo stercore aceto deco. cto confecto. *Martinus Rulandus, curat.* 74. *cent.* 7.

A violentis vehementer purgantibus in hoc malo omninò abstinendum erit, quod hæc excitant flatus, & augent malum. Sanguis vespertilionis hypochondriis illitus mirifica experientia ilei dolores sistere creditur. *Franciscus Joel. pract. lib.* 4. *sect.* 3. *c.* 6.

Mulier quædam ex hernia umbilici in iliacam passionem incidit, ita ut vomitiones continuæ contentorum in alvo subsequerentur; in quibus sistendis nihil quidquam profuit; excepto elixere proprietatis. *Parac.* cujus gt. v. vel vi. in brodio exhibitis, ad miraculum per viginti quatuor horas, enormes vomitiones sistebantur, quanquam ægra, quod intestina inflammata nullatenus reponi possent, naturæ debitum solvere cogebatur. *Gregor. Horstius observ.* 15. *lib.* 4.

Si à fæcibus induratis, vel à crassa, & viscida pituita obstructio intestinorum dependeat, emollentia, & relaxantia, remedia interna & externa erunt usurpanda. Primo igitur iniiciantur clysteres ex decocto alth. malv. viol. chamæm. melilot. cum sem. lini & fœnugræc. vel ex oleo communi solo, ad ℔i. vel ex decocto intestin. & omenti vervecis, in quo dissolvatur butyrum, mel & sal gemmeum: quibus decoctis, si flatus adfuerint, ut plerumque solent carminantia & discutien da addere convenit. His demum clysteribus emolita aliquantisper materia, purgantia prius mediocria mox paulò vehementiora erunt admiscenda; ac tandem ad vehementissima transeundum erit. Interim fomenta & linimenta emollientia toti ventri erunt admovenda, diuq; continuanda, omentum castrati in aqua fervente calefactum, ventri applicandum; & quod utilius multò, bal-

balnea emollientia administranda, quæ efficaciora erunt, si ex solo componantur: ac denique si vehemens dolor & flatuum copia adfuerit, reliqua remedia in colici doloris curatione proposita usurpari poterunt.

Quæ fit ab inflammatione intestinorum, curanda est venæsectione frequenter repetita, si vires ferant tum in brachio, tum in pede. *Lazarus Riverius, prax. med. lib. 10. cap. 2.*

SECTIO III.

Pro imbecillitate virium à nimia sanguinis profusione post partum.

EX vervecum cordibus extrahi succum jussi, qui in hujusmodi virium defectionibus instaurandis miras profectò, & excellentes vires habet: extrahendi autem hujusmodi succum hæc est ratio: accepto vervecis corde finditur medium, & probe aqua eluitur, ut qui intro conclusus est sanguis detergeatur & quicquid sordidum in eo est auferatur, ultimo loco aq. rosac. probe confovetur, & in talcolas oblongas dissecatur, inque vitreato vase testaceo cum cariophyllis aliquot imponitur, sine ullo liquore, probeque operculato vase luto sapientiæ, in calentem furnum extracto pane inditur, quoad calore contabescens in succum eliquetur, ac dissolvatur, inde post extrahitur, & aperto vase, sumitur inventus succus, & ægræ propinatur: mirum profectò quantoperè reficiendis ex inanitione viribus valeat: prout & quæ ex ovorum vitellis, vino, sacch. & cinnamomo sorbitio paratur, quam *Italorum* vulgo *Sambaion* vocat (& *Solenander* ovum *Lombardicum*) qua & ipse uti ægram moribundam, & viribus exhaustam jussi, unde mirificam sensit opem; spiritibus utique & nativo calore sanguineque auctis ac instauratis Vitelli namque ovorum nullo negotio in sanguinem vertuntur, multoque amplius vinum, omnium enim, Authore *Galeno*, velociter & maximè nutrientium præcipuum est vinum, saccharum verò dulcedine sua a natura facilè complectitur, & gratum est; prout cinnamomum aromaticitate sua cor & membra omnia confirmat. *Franciscus observ. 6. lib. 6.*

SECTIO IV.

Pro imbecillitate virium dignoscenda per oppressionem facta ab ea quæ per dissolutionem fit.

UBi virium imbecillitas ob resolutionem facta est, tunc pulsus continuus est parvus, languidus, ac valde frequens; ubi verò ob oppressionem sive gravationem contingit, tunc pulsus varius est, ac confusus, aliquando funditus perit, aliquando intercidit, aliquando sublevatur; nec minus illi evenit, quam bajulo onus ferenti, qui cum plus à pondere, quam pro virium suarum ratione gravatur, aliquando opprimitur, aliquando intercidit, aliquando sublevatur, interdum in varios torquetur motus: & secundum *Galenum lib. De introd. in pulsus.* Inæqualitates hæ oppressarum virium maximè propriè existunt. *Amatus Lusitanus, cent. 1. cur. 8.*

SECTIO V.

De Immictione.

VIde infra *lib. 18. sect. 28. De urinæ incontinentia.*

SUBSECTIO UNICA.

Pro Immictione ad puerum quendam.

SIngulis matutinis exhibeatur ʒi. hujus pulv. duabus horis ante jentaculum.

℞. Glandes bene exsicc. numero xii. sem. papav. alb. ʒß. portul. plantag. an. ʒii. ag. cast. melon. cucum. cucurbit. citrull. excortic. balaust. sant. citrin. an. ʒi. liquir. raf. ʒiii. sacch. albis. ʒvv. F. omnium pulvis, quo sumpto ad doses duas cum cerevisia manè, ita sanatus est, ut per menses sex urinam in lecto non reddiderit. Hic proponam medicamentum paratu facile, quo ego in artis operibus fœliciſſimum virum prosperè in hoc casu *Romæ* usum observavi. *D. Gilbertum Holodanum* Medicum, is incipiebat guttur galli, urebat ut non

con-

conſumptum, ſed toſtum exſiccatumque teri poſſet, exhibebat pulviſculum ſub noctem ante cœnam cum tantillo vini rubelli ſubaſtringentis, aut ſi vino uti non poſſet, in hauſtu dilutiſſimæ poſcæ: illud nulla manifeſta cauſa, ſed proprietate quadam ſanat ipſum affectum *Gal.* in medic. localibus; inter alia propinat cerebrum & teſticulos leporis combuſtos. Item cochleam cum ſua teſta combuſtam potu dat, ſic recentiores ſtercus leporis præbent, item cinerem murium toſtorum ex vino rubro. Laudant etiam cinerem oſſium dactylorum; item avellanas aſſas exhibitas ante lecti introitum: ſic pulverem etiam cortic. ovorum potum manifeſta qualitate juvare tradunt. Scribunt veſicam ſcrophæ aut apti toſtas in pulvere exhibitas utiles in hoc affectu! *Hier. Bruſvvecenſis*; in libro quem pro theſauro pauperum conſcripſit, notat in hoc affectu veſicam capræ toſtam pulveratam in vino exhibitam prodeſſe: verùm inter omnia guttur galli exhibitum in pulvere, cujus efficaciam ego vidi, tuo filio probo. Author etiam ſum, ut ſequens emplaſtrum pectini & perinæo uno eodemque tempore admoveat, ut naturæ eo modo exterius quoque ſubveniatur.

℞. Ladan. maſtich. an. ℥ii. lign. aloes ſtyrac. calam. cinnam. terebinth. an. dr. i. myrtyl. rad. cyper. an. dr. ß. F. empl. ſ. a. cum ſucco menthæ & equiſeti ejus vino rubro aſperſi q. ſ. applicetur pectini & perinæo. *Reinerus Solenander, conſil.* 11. *ſect.* 4.

Lectimingis in noſtro Noſocomio familiaris eſt hic pulvis.

℞. Stomach. gallinæ, maſtich. galang. an. dr. i. agrimon. ocul. cancr. alchymill. an. dr. ii. cupul. glandium dr. ii. nuc. myriſtic. dr. i. crinacei cum toto comb. ℥i. ſacch. alb. ℥i. Omnia in tenuiſſimum pollinem redacta miſceantur. *Philippus Hœhcſſetterus, obſ. Med. Decade* 6. *Caſ.* 2. *Schol.*

Præ cæteris laudatur pulvis agrimoniæ, & tunicæ interioris ventriculorum gallinæ exſiccatæ, quæ ſeorſim vel ſimul mixta exhiberi poſſunt cum vino rubro. *Lazarus Riverius, Prax. Med. lib.* 14 *c.* 7.

SECTIO VI.

De Impetigine.

IMpetigo (Græcè ἀλφὸς) cutis eſt aſperitas dura ac ſicca cum ingenti prurigine: a ſcabie diſtat, quod ſicca ſit; omniſque humoris & ſaniei expers, oritur ab humore ſeroſo tenui & acri cum craſſiore humore permixto, duplex eſt; una ſimplex & mitis, in qua minus & per minimas puſtulas cutis exaſperatur, tardeque ſerpit: Altera quam λέπραν ſeu feram Græci appellant, in qua cutis magis exaſperatur & exulceratur: hæc difficilius curatur & in lepram tranſire poteſt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Impetigine & Serpigine.

DUo filioli mei patiebantur diu in brachiis, ventre, ac cruribus ferat, triſtes atque flebiles impetigines, quas manè & veſperi juxta ignem illinebam oleo ſulphuris: quo intra paucos dies dolor, pruritus, omniſque infectio ſubmota eſt, nec unquam poſtea recruduit. *Martinus Rulandus, carat.* 83, *cent.* 1.

Vide hujus olei ſeu balſami ſulphuris deſcriptionem infra *lib.* 16.

Vir quidam in facie & cruribus impetigine laborans, poſt univerſalia remedia, curatus fuit hoc lavamento.

℞. Malv. cum toto, fol. ſalicis heder. arbor. & lappę, an. M. i coq. in vino. Laventur eo crura, & apponatur fol. lappæ; ad idem valet & fol. hederæ appoſitum: ſed & hoc commodè uſus eſt, & ego in aliis quam plurimis expertum ſum.

℞. Fol. ſalic. heder. arbor. lapp. ungul. caball. an. M. i. coq. in vino *Pictavienſi*. Deinde apponatur fol: unguent. caball. valet egregiè ut experti ſumus, etiam ſi in facie, ſit, ſinapi recenter molitum, & ſupra linitum, quod quidam pro maximo arcano tenuerunt; etſi apud antiquos quoſdam authores ejus quoque mentio fiat. *Petrus Foreſtus obſ.* 10. *lib.* 2. *obſer. Chir.*

Pro hoc malo depellendo quod faciem & maximè mentum deturpabat quidam infallibili remedio utebatur, ſinapi recent.

mollito quò loca impetiginosa oblinebat, atque eo remedio, tum ipse curatus est tum plurimi alii post eum, quibus hoc communicavit consilium. *Petrus Forestus, observ. 12. lib. 2. observ. Chirurg.*

Mulier quædam impetigine in crure graviter affecta, cum per Chirurgos plurimos curari non poterat, ex consilio cujusdam mulierculæ accepit butyrum & ferri squammam quæ inter cudendum excutitur, quam pulverisabat, & cum pice navali (vulgo *Tarr.*) componebat linimentum, inungens crus leniter, & curata fuit. Sed postea ut ipsamet mihi retulit loco squammæ ferri, accepit carbones fabriles eosque pulverisatos cribro excipiebat, illumque pulverem una cum butyro & pice navali bulliebat in olla leniter donec in linimentum coiret: quamvis aut fœtorem satis molestum ex se remitteretur hoc unguentum, egregiè tamen ad rem faciebat, adeo ut hoc solo remedio à fœda illa impetigine tandem sanata sit.

Dum *Romæ* agerem, post febrem, qua corripiebatur, malignam, die septimo in fronte apparuerunt impetigines quasi per modum crisis; inter *Gisbertum Horstium*, & me conclusum est ut incuratus sinerem, juxta *Aphor. 20. sect. 1.*

Tandem tamen cum post aliquot dies videremeas per se non evanescere, sed turpiores evadere, magisque intumescere, omni manè propria saliva, idque jejunè, simul etiam in die sæpius perfricavi; nam hæc contra serpiginem & impetiginem præsertim hominis jejuni valde commendatur; & ita tandem cœperunt sanari ac evanescere absque ullo alio remedio, neque ullum vestigium pustularum in fronte remansit, aut impetigo ista reversa est. *Petrus Forestus, obs. 13. lib. 2. Obs. Chirurg.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Impetigine.

Post universalia remedia unguento infrascripto egregiè curatus est.

℞. Plumb. usti mini an. ℥ii. pulv. præcipit. ℥xii. litharg. auri ℥iv. antim. camphor. an. ℥iv. unguent. alb. camphorat. ℥xvi. omnia commiscendo probè ducantur cum pistillo calido quam diutissimè in mortario ad unguenti consistentiam; hoc utor fœliciss imè in scabie illa dicta *Haervorm* quæ species proculdubio est impetiginis ac serpiginis valde feræ. Leviter autem inungitur, sed purgationibus & universalibus remediis semper præcedentibus; appellamus autem unguentum album camphoratum cum antimonio: sed & *Alemaria* in officina tale unguentum paratum habebamus ad hanc serpiginem *Haervvorm* dictam.

℞. Picis naval. vulgò *Tarr.* ℥i. butyr. majal. axung. porcin. an. ℥ß. mell. terebinth. an. ℥iiß. aceti vini ℥iß. sal. vitriol. rom. tartari, carthami: an. ℥i. æris ust. sulph. an. dr. ii. fulig. camin. vel cacabi dr. iii. M. F. unguentum s. a. *Petrus Forestus, obser. 14. lib. 2. Obs. Chirurg.*

Sulphur. cum aceto fœliciter adhibetur: maximè probatur unguentum hoc nostrum quod ad omnem impetiginem & scabiem tollendam mirificè valet.

℞. Terebinth. lotæ ℥ii. cerus. ℥ß. butyr. rec. ℥i. sulph. ℈ii. ol. rof. ℥v. album ovor. numero ii. F. unguentum: cui adde camphor. & mosch. an. gr. v. item paretur linimentum in hunc modum.

℞. Pulv. lithargyr. pulv. tartar. an. dr. ii. sulph. pulv. ℈ii. ol. nucum ℥iii. aceti rosac. dr. vi. ceræ q. s. F. linimentum. Ubi verò partes jam antea illitas lavare voluerit, aqua utatur chalybeata in qua fraxini folia præbullierint: primum deturbare vitiosos succos oportet, & salubri victus ratione uti, mox localia remedia exhibere exsiccantia, incidentia & detergentia. *Jo. Zecchius, consult. 79.*

Domina quædam laborabat fœda feraque impetigine utriusque manus propter quam tædio maximo afficiebatur: venæsectionem, cathartica & omnia alia remedia respuebat, hanc paucis diebus sic curavi.

℞. Unguenti rosat. ℥iii. præcipitati alb. dr. iii. M. pro litu partium, hoc remedio præd cta Domina Matronam quandam magni nominis, ut mihi retulit, eodem morbo afflictam curavit. *Petrus Pachequus, obs. 48.*

Mulier quædam fera impetigine laborans cum summo dolore irritis omnibus reme-

remediis ſequenti cataplaſmate mirum in modum fuit levata,

℞. Putria poma numero VI. perſetaceum tranſmittantur, quibus adde ol. roſ. ℥ii. lactis muliebris parum F. Cataplaſma, parti dolenti admovendum. Longa experientia didici putria poma dolorem magis lenire quam cocta. *Petrus Pachequus, obſerv.* 55.

Impetiginem incipientem præſertim in facies & collo ſaliva jejuni ſuperillita loco aliquantulum agitato tollit. Oleum tartari per deliquium factum cum ana olei ceræ diligenter miſtum impetigines & mundificat, & curat. *Ioh. Hartmanus* pract. Chimiatr.

Ruſtici accipiunt domos (ſeu nidos) veſparum quas terunt, & ſuperponunt, & ita impetigines curant. Ego vero curo puellas cum butyro loto in aq. viol. poſtea hoc butyrum miſceo cum ſucco plantag. exlinitur ita facies. Infantes cruſtoſi & fœdæ mulieres inunguntur cum lactis flore. Si ſunt Boothores (*i. e.* puſtulæ) accipe fructus alkekengi exfrica deſuper, & eſt mirabile. Sola fricatio radicis lapatii contuſi aliquantulum, & in aceto bono diu macerati delet impetiginem; expertum à me ſæpius. *Marcellus Cumanus, obſerv.* 24.

Mitem & recentem impetiginem ſanat ſaliva jejuni hominis illita, ut & liquor qui ex viridibus lignis, dum utuntur, exudat; utile eſt etiam oleum ovorum. *Daniel Sennertus, pract. lib.* 5. *part.* 1. *cap.* 30.

Perpurgato corpore localia præſidia partibus impetiginoſis vel lichenoſis hujuſmodi adhibeantur. Cùm adhuc levis eſt impetigo, & antequam in ſerpiginem aut exulcerationem cutis converſa ſola ſaliva jejuna confricata ſanari poteſt aut confricatione muriæ ex butyro. Ubi autem his remediis non cedit ſerpigo, præſtat loco affecto tale epithema linteolis exceptum ſingulis noctibus imponere.

℞. Succi lapathi acuti, chelidon. an. ℥ßß. aceti ſcyllit. ℥iii. alum. ærugin. an. ℥i. Mercur. ſublim. ℥iii. ſal. ammoniac. ℥i. furfur. ſiligin. ℥ß. Ebulliant omnia ad tertias, deinde colentur & fiat epithema.

In ſerpigine rimoſa & ſciſſa cute præſtantiſſimum eſt ſubſequens unguentum.

℞. Saponis nigri ℥iß Styrac. liq. ℥vi. Ol. laurini dr. iii. pulv. vitriol. ℥i. Argenti vivi cum ſaliva jejuni hominis diu agitata mortificati & in pulverem redacti dr. ii. Subigantur in mortario quàm diutiſſimè f. Unguentum, quo indies bis ungatur ac confricetur locus affectus. Ego autem ad omnem impetiginem tale præſentiſſimum præſidium excogitavi, omneſque ex *Dei* beneficio perſanavi, potiſſimum ubi ſerpiginis ſciſſuræ vel in manibus vel pedibus extiterint. Excrementi ferri tria aut quatuor majora fruſta candefacio, unum ex iis in grandem & capacem ollam impono, partemque ſeu locum affectum ſupra candens excrementum extendo, & undique ollam culcitra aut pulvinari contego & cooperio, ut nullus vapor exire queat. Deinde vinum rubrum cum particula ſpongiæ accipio, & ſubinde ac ſenſim in candens ferrum exprimendo deſtillo, ita ut fervor in olla excitetur, eoque vapore elevato locum affectum fomento ac imbuo. Quod excrementi fruſtum ubi extinguitur & nullum ex ſe profert vaporem, aliud in ollam impono, & ſimiliter ut antea ago, idque ſingulis diebus bis per ſeſquihoram facio, & ita per octiduum omnis ſerpigo & rimæ conſaneſcunt. Talis enim vapor excrementi ferri humoris vitioſos per ſudores elicit, exſiccat, & poros conſtringit. Ne autem ſerpiginis veſtigia appareant, inungo ac lavo locum rubentem aqua plantag. cujus ℥vi. admixtæ ſunt dr. ii. ol. vitrioli. *Franciſcus Joel. Practic. lib.* 10. *ſect.* 3.

Damnato acrium falſorumque uſu, alimenta concoctu facilia parumque ſanguinem generantia commendavi. Hinc reclusis primarum viarum repagulis, alterantia & præparantia ex cichor. endiv. fumar. borrag. liquir. polypod. & ſimilibus in ſero lactis caprini decoctis præſcripſi. Poſtmodum materiam præparatam exhibita potiuncula purgante ſubduxi.

℞. Decocti noſtri ſolutiv. ℥iiß. pulv. noſtri laxativ. gr. x. Tartari vitriolati gr. iv. M. f. potiuncula. Purgato ſufficienter corpore, localia quædam partibus impetiginoſis applicui.

℞ Succi ſempervivi ℥ii. cret. pulver. q. ſ. ut f. linimentum. Hoc cùm videretur mitius, aliud impoſui quod deſcribiturà *Prevotio* in Medicina pauperum.

℞. Sa-

℞. Sapon. nigr. aceto ſoltuti ℥ii. boracis ℥ij. coq. ad ſpiſſitudinem. Deinde adde cortic. fabar. ſubtiliter pulver. ℥ß. Ol. nuc. perſic. ℥ii. Ol. Tartari per deliquium ℥i. M. f. Unguentum, quo inungatur locus manè & veſperi. Cùm nec iſtud intentioni noſtræ ſatisfaceret, tentavi experimentum *Joelis* ex recremento ferri, quo per dies 14. continuato, ſenſim diſparuit lichen, humoribus vitioſis per ſudores elicitis & exſiccatis. *Balthaſar Timæus. Caſ.* 18. *lib.* 6.

SECTIO SEPTIMA.

Pro Impotentia ad Venerem.

SUmat ℥ß. pulv. ſem. erucæ cum vino dulci ante cibum, vel ℈i. pulv. priapi tauri exſiccati ante cibum cum vino.

℞. Formic. alatar. ℥iii. olei de Seſamo & lil. alb. an. ℥i. infund. formicæ in oleis, & per ſex dies Soli exponantur, deinde colaturæ adde euphorbii ℈i. piper. rutæ, an. ℥i. ſinap. ℥ß. & iterum Soli per dies octo exponantur. Cum hoc virga teſticuli & inguina inungantur & eſt optimum.

℞. Salis ſtinci vel carnium ejus poſitarum ſupra renes ℥i. ſem. erucæ, ℥ß. M. accipiatur cum ovis ſorbilibus, & bibatur vinum dulce poſt. *Barthol. Montagnana, conſil.* 202.

Utile eſt linimentum ex moſcho & ambra cum oleo nuc. moſch. vel oleo caryophyll. ſed omnium efficaciſſimum eſt quod ſequitur.

℞. Ol. ſeſamini, lil. alb. an. ℥i. formic. alatar. ℥ß. ſimul bulliant, mox coletur, adde euphorb. ℈ß. ſem. rutæ, piper. an. ℥ß. ſinapi ℈i. iterum bulliant & colatura utatur pro linimento partium affectarum & vicinarum. *Joh. Zecchius, conſult.* 42.

In uſum vocetur hęc opiata à *Rondeletio* commendata.

℞. Teſticul. vulpis in hydromel. decoctor. un. i. contuſis adde pinear. & avellanar. infuſar. in pauco lacte, & melle an. vnc. ß. carnis leutræ, ſtercor. muris, moſc. an. ℥ß. cum ſyr. conſerv. cortic. citri, F. opiata. Sumat prętera ſæpe ex hoc Electuario.

℞. Zinzib. rec. condit. rad. eryng. rec. condit. rad. paſtinac. condit. an. ℥i. pinear. prępar. piſtacior. avellan. aſſatar. diaſatyrionis an. ℥ß. ſem. baucię (i. e. paſtinac. ſylveſtr.) napi, an. ℥ij. teſticul. vulpis, cerebellor. paſſerum, an. ℥ß. cum ſyrup. conſerv. zinzib. viridis, F. electuarium, capiat cochl. j. & ſuperbibat vinum dulce: egregiè profuit hoc electuarium: ut & eryngiorum radices cum melle conditæ, juſſi autem ut frequenter comederet caſtaneas molles, dactylos, erucam, ut & fabas recentes excorticatas, in aqua coctas, aquaque ablata contuſas, adjecto oleo amygd. d. pipere albo, & zinzibere exiguo; in uſum vocentur cibi delicatiores, quique maximè alunt, vinumque bibatur meraciuſculum, Sequens opiata à *Rondeletio* commendatur.

℞. Cortic. citri, zinzib. virid. an. ℥j. conſerv. eryng. ℥ß. carnis leutræ, teſtic. vulp. priapi tauri, vel cervi, an. ℥iij. pul. diamoſch. d. & diambr. an. ℈i. cum melle in quo ℥j. cantaridum integrarum prius maceratar. in lacte diſſolvantur; fiat opiata ad quantitatem avellanæ ſuperbibendo parum vini malvatici; duabus horis ante cœnam, quæ pauca ſit. Ego abhorreo cantharides, ob gravia accidentia quæ inferunt, ideo poſtea paravi ſine iis. Lactis pondo cum cinnamomi ℥j. continuis diebus quadraginta ſi bibatur reficere id infirmitatem virilium tradunt: etiam conſumptos Venere reficit: tenuioris fortunæ homines ova cum cæpis & butyro frigunt: ſed regum impenſa eſt, virilitatem opobalſamo: & renum partes cum mero diluto moſcho inungere: ſed quia opobalſamo caremus, poſſumus naturalia hoc oleo inungere.

℞. Pyrethr. ℥ij. cinnamom. ℥j. euphorb. ℥ß. tunde cum oleo ſeſamino, adjecto exiguo oleo cariophyll. & moſch. gr. v. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 18. & 19. *lib.* 16. *De Penis & Virgæ vitiis.*

Ad venerem augendam, mummiam Satyrionis per chymicum aliquem conficiendam curet. Hanc *Ceſarei* quidam & Regii medici, nuperis Imperatoribus & Regibus multo in uſu delitiiſque fuiſſe mihi affirmarunt in *Spa.* Formula ejus hæc eſt: ineunte vere, vel autumno medio, aut exeunte, hoc eſt floribus foliiſque vel nondum natis vel deciduis, radices Satyri

tyrii collectas aquæ puræ injice, duobus quibus constant orbiculis divulsis, quotquot innataverint, ut inutiles abiice; quæ fundum petierint, contunde in mortario lapideo pilo ligneo, sensim, micam panis albissimi & recentissimi addendo; & propter lentoris dilutionem affunde spiritum vini è malvatico extractum, irrorando paulatim suavissimè: dein optimè mixta pone in alembico cæco, clausaque digere in balneo per sex septimanas: tum prælo exprime, expressum iterum per mensem digere in alembico: innatabit liquor rubini æmulus: hunc inclinando cautè collige, abjectisque fæcibus, cuique selibræ adde salis margaritar. ʒß. olei nuc. mosch. anisi, cinnamomi, an. ʒß. dosis guttæ xx. in vino, jusculo, vel conserva corroborante. *Henricus, ab Heers, observ. 9.*

Ad ignaviam genitalium expertus sum boracem officinalem ciceris magnitudine in ovo sorbili manè crebro acceptam, erectionem & coeundi potestatem facere. *Hieronymus Mercurialis, tomo 1. consult. 48.*

Præmissis universalibus, tandem & specifica quædam Venerem stimulantia commendavi, succoladam scilicet *Indorum*, tincturam diatrion piperion, essentiam satyrionis, confectionem pacificam *Mynsichti*, & imprimis sequentem mixturam.

℞. Succoladæ *Indorum* ver. ʒiß. Confect. alkerm. *Monspel.* ʒj. ambr. grif. ℈j. ole still. mac. cinnamom. an. gt. xi. essentia satyrionis ʒß. syrup. de cinnamom. q. s. F. quasi opiata.

Ad perinæi, lumborum & testium inunctionem præscripsi balsamum.

℞. Ol. nuc. mosch. express. ʒvi. balsam. de *Peru* ʒij. ol. still. mac. gt. ix. cariophyll. gt. vii. zibethi ℈j. mosch. gr. v. M. F. balsamus. *Baldassar Timæus Cas. 51. lib. 3.*

SECTIO OCTAVA.

De Inappetentia.

INter symptomata ventriculum affligentia præcipuum locum obtinet Inappetentia (Græcè ἀνορεξία ab ὀρέγομαι appeto) quę nihil aliud est quam prostrata ciborum omnium appetentia ex defectu suctionis sensus in orificio ventriculi superiore ortum ducens, defectum suctionis inferunt alimenti in corpore abundantia, crassi & lenti humores sive ex cibis in ventriculo geniti, sive aliunde affluentes, cibi pingues ac viscidi, intemperies tam calida quàm frigida, obstructio vasorum lacteorum consueta evacuatio, ut mensium, vel hęmorrhoidum suppressa, aut consuetum intermissum exercitium, cerebri demum & nervorum vitia, in quibus scilicet facultas animalis vel concidit, vel depravata est ut in Apoplexia, Lethargo, phrenitide, mania, & similibus contingit, in paralysi etiam propter obstructionem nervorum à sexto pari prodeuntium *Franciscus* verò *Sylvius* in *Praxi* sua *Medica* nuper edita, vult hujus symptomatis causam frequentiorem & graviorem esse salivam viscidiorem & pinguiorem adeoq; ad promovendam alimentorum in ventriculo reliquiarum fermentationem planè ineptam quinimò pituitam in tenui intestino similem producentem, à qua succi pancreatici aciditas blanda obtunditur, cujus halitus acidiusculi & grati ad superius ventriculi orificium appellentes, famem excitare solent: aliam etiam causam esse bilem pinguiorem ab intestino tenui, ad ventriculum assurgente, atque tum alimentorum reliquias, tum salivam corrumpentem, & sic gratiam ipsarum aciditatem obtundendo appetitum prosternentem, Pręterea inter res non naturales abolent famem aer æstuans, somnus nimius, corporis quies & segnities, curæ extremæ & alvi fluxus. Hæ causæ, si leviores fuerint, diminuent, tantùm famem, cùm gravissimæ, in totum abolebunt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Inappetentia, vomitu & ventriculi imbecillitate.

CUm materia Catarrhi in ventriculum delabitur, fæpè Inappetentiam. Nauseam & vomitum conciliat: contra hæc mala ita agendum.

℞. Aloes lotæ succo rosar. aliquoties imbutæ, ʒj. rhei el. cum aqua cinnam. aspersi ℈iv. Extract. rhab. ℈ß. Agar. troch. ℈ij. pulv. mastich. ℈ß. dissolvatur agaricum

ex-

oxymelite, & omnia cum syrup. conservationis zinzib. misc. ac fiat massa pilul aloem in exigua quantitate sumpsi, quod hæmorrhoides fluerent. Cæterùm ℈iv. alvum quater placidissimè subduxerunt. Ventriculum de quo querebatur, tali unguento inungi, & subitò melius habuit.

℞. Ol. nostri stomach. ℥j. nuc. mosch. ℥i. mastich. pulv. ℈j. M. descriptio olei nostri stomachalis hæc est.

℞. Ol. absinth. ℔ß. summitat. absint. M. j. cariophyll. santal. citrin. an. ℥ij. ros. rubr. ℥j. macis ℥ß. mastich. ℥iiß. vini odorat. ℔ß. coq. ad vini consumptionem, & æstatis tem. pore collocetur in Sole, hyeme in loco calido Cùm vomitiones molestæ essent, ordinavi sequens scutum stomachale.

℞. Ladani puri ℥iij. mastich. ℥ij. lign. aloes, santal. citrin. galang. cariophyll. nuc. mosch. an. gr. vii. ol. stomach. & ceræ q. s. aspergatur speciebus arom. rosat. & obducatur syndone. *Ioh. Crato. consi.* 13. *lib.* 5.

SVBSECTIO SECVNDA.

Pro Inappetentia.

MIles quidam chronica febre malè mulctatus, incipiens jam aliquantisperr espirare ab accessionibus, supplex à me petiit, ut appetentiam in se planè dejectam revocarem, alioquin intra quatriduum indubiè periturum ego præscripsi potionem ex. ℥ß. diaphænic. cum absinth. vulgaris & agrimon. decocto, postea sequentibus veluti cote, appetentiam acui.

℞. Fol. agrimon. absinth. vulg. cent. min. an. M. ß. F. omnium decoctio: de colatur. capiat ℔ß. cum pauco saccharo, jussi ut novem dies huic decocto indulgeret. Sed post dies quinque rediit ad me, enixè rogans ut caninam. appetentiam usu medicamenti nostri excitatam obtunderem, quod præstitimus abstinendo à potione nostra amara, illique consulendo ut butyro & vino generoso uteretur. Plures eodem remedio in talem affectum incidisse testis sum. *Petrus Pachequus.*

Vir quidam consularis aqud *Delphenses*, cum inappetentia laboraret, ad incitandum appetitum; una cum *Vergetio* Medico *Hagbano*, sequentia præscripsimus.

℞. Syrup. de limon. de acetos. citri, an. ℥ij. syrup. acetos. simp. syrup. ros. ex multis infus. vel saccharo rosac. an. ℥j. syrup. menth. ℥iß. M. capiebat omni mane duo cocleraria, pauco vino rhenensi, addito egregiè profuit. Verùm post discessum alterius Medici, cum medicamenta abhorreret, macerabam per noctem absinth. romani comam, & dentis leonis radicem unam atque alteram, paululum contusam, in vino rhenensi; mane vinum expressum propinabam, & dictu mirum vir septuagenarius vermem mortuum, postea & vivum dejecit, & appetitus miraculi instar, rediit. *Petrus Forestus, De Stomachi affectibus.*

Juvenis quidam macilentus ob biliosos humores cibum aversabatur; eum hoc modo curavimus. Cum mordaces humores biliosi ventriculum lancinarent, & hic nauseabundus, & invomitum satis proclivis esset, statim jeiuno ventriculo emeticum blandum exhibui. Deinde pro levi purgatione propinavi syrup. ros. pallid. ℥ij. cum ℥iij. seri lactis; qua potione brevi benè excrevit biliosa. Biliosa humore evacuato, & intemperie ventriculi calida syrup. acetos. citri & granator. acidor. alterata; imperavi deinde ut persicam in principio pastus assumeret; hæc enim maxime appetentiam incitat, si à causa calida prostrata sit. Syrup. de persicis hunc modum fit, quo uti possumus in tali casu.

℞. Succi persicor. nondum plenam maturitatem assecutor. ℔iv. decoq. ad dimidii consumptionem; permittantur fæces subsidere: Deinde adjiciantur succi malorum punicorum ℥vi. sacchar. q. s. simul perfectè coquantur, depurentur, adiectisque santalis citrinis q. s. suaviore odore reddantur; dantur ex hoc syrupo ℥ij. manè & vesperi duabus hor. ante pastum. Si persica desint, pro illis substitui potest succus pomorum acidorum redolentium. Exterius fotus & unguenta adhibui, deinde appositi ceratum santalinum, victu quoq; refrigerante utens, & moderato somno, rectè deinde valuit. *Petrus Forestus, observ.* 7. *lib.* 18.

SU-

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Inappetentia.

CUratio hujus affectus, ſi ab aliarum partium vitio dependeat, ab earum curatione deſumenda eſt. Si verò ex proprio ventriculi vitio contingat, ad calidam vel frigidam illius intemperiem cum materia conjunctam reducenda eſt.

Calida intemperies curanda eſt primùm humoris bilioſi expurgatione, blandè & frequenter repetita, eaque componi poterit ex rhab. myrobal. tamarind. ſyrup. roſac. vel de cichor. comp. cum rheo: aut ſi æger ſit ad vomitum proclivis, blandis vomitoris provocandus erit. Idem humor alterabitur julepis aut juſculis refrigerantibus, in quibus non omittendus eſt ſpiritus vitrioli, aut ſulphuris, quandoquidem acida omnia, præterquam quod bilem valde contemperant, appetitum etiam maximè excitare valent. Unde fit, ut acetaria æſtatis, tempore ad excitandam appetentiam frequenter uſurpentur, vel ſimul & ſemel humor ille bilioſus alterari & expurgari poterit apozemate convenienti, cui ratione ventriculi addi poterunt abſith. pontic. M. ß. myrobalan. citrin. ʒß. poſt purgationem ad ventriculum roborandum conveniet mira cydonior. aut cydoniatum ipſum, vel ſyrup. cydon. cum ſyrup. de abſinth. mixtus, tabellæ diamargar. frig. vel triaſantal. vel etiam diarrhod. abbat. Si obſtructionis ſuſpicio fuerit, vel opiata ſequens.

℞. Conditur. lactuc. & cucurbit. an. ʒj. Conſerv. acetoſ. roſ. flor. cich. & bugloſſ. an. ʒm. Santal. rubr. corall. præpar. margar. præp. an. ʒm. Troch. de ſpondio & ſem. acetoſ. an. ℈i. cum ſyrup. de limon. F. opiata, cujus capiat ad magnitudinem caſtaneæ manè & ſerò, ſuperbibendo parùm vini dilutiſſimi.

Exterius verò ſequenti unguento regio ventriculi inungatur.

℞. Ol. roſat. myrtini, & cydonior. aceto roſac. lotor. an. ʒii. ſantal. omnium, corall. rubr. coriandr. præp. roſ. rubr. an. ʒi. gran. Kermes & ſpodii an. ʒß. ceræ albæ, q. ſ. F. linimentum, quo ſub tepido inungatur dicta regio bis aut ter in die, addendo aceti roſac. parum unctionis tempore, vel eidem parti admoveatur placenta roſac. aceto irrorata, aut in eodem parùm macerata, quæ removenda erit priuſquam incaleſcat. Denique in perſeverante affectu plurimùm proderit balneum, vel ſemicupium refrigerans & humectans bis aut ter repetitum.

Si à frigida intemperie producatur inappetentia, curatio inſtituenda eſt per evacuationem humoris morbifici, & ventriculi corroborationem. Vacuatio poteſt fieri per vomitum, ſi æger ſit nauſeabundus, & facilè vomat alias per feceſſum, idque pilulis præcipuè, quæ hic magis conveniunt, quia diutius in ventriculo morantur, ut docet *Galenus*, *lib.* 4. *De ſanitate tuenda*, *cap.* 7. qui etiam valdè commendat pilulas de hiera, quæ exhiberi poſſunt ad ʒii. vel ʒi. manè duabus horis ante paſtum, vel in hunc modum componi poſſunt.

℞. Aloes elect. ſucco abſinth. diligenter nutritæ ʒi. Agar. troch. ʒii. rhei pul. & vino albo irrorati ʒi. nuc. moſch. ſpic. nard. an. ʒß. ſal. tartar. maſtich. & cinnamom. an. ℈i. cum ſyrup. de abſinth. F. maſſa pilul. ex cujus ʒi. formentur pilulæ vi. deauratæ: capiat ſummo manè, ſi velis integrè purgare: vel ſumat ʒß. horis duabus ante prandium, bis aut ter in ſeptimana. Poſſunt acui diagrydio, ſi validius purgare volumus. Validiore pilulæ non conveniunt, quia humores ab aliis partibus ad ventriculum alliciunt.

Si pilulæ devorari non poſſint, fiat infuſio fol. ſenæ, myrobal. rhei & agar. in vino abſinthite vel decocto ſtomachico.

Terebinthinæ uſus opportuniſſimus eſt, quia viſcera omnia commodè repurgat, maximè ſi ex ea & rhab. pilulas confeceris.

Poſt purgationem ſufficientem, ad roborantia veniendum eſt, tam interna quam externa, quæ in ſequentem modum præſcribi poterunt.

℞. Syrup. de abſinth. ʒi. capiat manè jejuno ſtomacho per plures dies, vel illius loco vinum abſinthites ſubſtitui poterit.

℞. Conſer. anthos, menth. cort. citr. condit. nuc. moſch. condit. an. ʒß. Myrobal. condit. num. i. Confect. Alkerm. ʒii. tunicar. interior. ventric. gallinæ præp. ʒii. pulv. arom. roſat. & cinnamom. an. ʒi.

cum

cum syrup. de menth. F. opiata; vel cum sacchar. rosat. F. conditum. Utatur manè superbidendo parum vini generosi. Dictis remediis utiliter aditur sal absinthii; vel oleum menthę arte chymica extractum: vel sal absinth. & cortic. arantior. vel alterutrum ad ʒß. in vino vel jusculo dissolutum exhibeatur. Sequens etiam Syrupus efficaciissimus est.

℞. Syrup. cydon. & condit. cort. citri, an. ʒii. aq. cinnamom ʒi. ol. sulphur. gt. xii. M. capiat cochl. j. per intervalla. Aqua clareta frequentissimo in usu aqud multos habetur, cujus compositio talis est.

℞. Cinnamom. crassiusculè triti ʒi. macerentur in ℔i. aquæ vitæ per se in vase vitreo: in alio vase vitreo per se & seorsim macerentur sacchar. albiss. ʒvi. aq. ros. ℔ß. stent hæc omnia seorsim in susione per duos aut tres dies, agitando quolibet die pluries hæc duo vasa: tandem simul misceantur materiæ in ipsis contentæ, & per manicam transmittantur, colatura servetur in vase vitreo benè obturato: sumat cochl. j. aut ij. jejuno stomacho.

Aqud *Parisienses* maximo in pretio habetur syrup. de absinthio penæ.

Cujus descript. in hunc modum se habet.

℞. Cortic. citri, sacchar. condit. & in talcol. dissect. ℔ß. Coq. in æquis partibus aquæ cichor. & agrimon. usque ad putrilaginem. Expressioni fortiter factæ, adde succ. cyd. & aq. stillat. absinth. Pontic. an. ℔ß. quibus simul mixtis infund. per quatriduum fœnanth. ʒiv. in vase bene clauso vitreato supra cineres calidos. Express. fortiter facta dissolv. sacch. albiss. q. s. Coq. postea in syrup. perfectum, in quo calente dissolv. ambr. cineritiæ ʒi. Servetur postea in vase vitreo bene clauso.

In maxima frigiditate ventriculi aq. cinnam. sola præstantissima est. Non minoris efficaciæ est Syrup. cinnam. cum aqua vitæ confectus prout describitur à *Quercetano* in Pharmacopœa.

Ad idem præstat spiritus mastiches, ita compositus.

℞. Mastich. ʒiii. galang. ʒi. spirit. vini ℔ß. digerantur ac destillentur.

Utile est etiam Elixir proprietatis à *Crollio* descriptum, cujus gt. xii. aut xv. dum vino exhibitæ mirè stomachum roborant.

In affectu inveterato plurimum conducit decoctū ligni guajac. aut sassafras, in plures dies sumptum, cum levi sudore, aut sine eo in debilioribus. Aquæ etiam thermales sulphureæ & nitrosæ, quales nostræ Bellilucanæ, magna copia per plures dies sumptæ, crassos & mucilaginosos humores, omnemque ventriculi & intestinorum illuviem potenter abstergunt & evacuant.

Costæus vini calidi usum prædicat in sequentem modum. In potu ordinario vinum calidum ebibitum ventriculi imbecillitatem corrigit: non infrequens enim est observatio eorum, qui cùm eventris flatibus doloribusque perpetuò torquerentur, ubi calido potu uti cæpere, omni prorsus ejusmodi molestia soluti, meliorem multos jam annos vitam vivunt. Cum vino aqua potus ordinarii permiscenda est quæ priùs cum semine coriandri parùm bullierit. Notandum autem est diligenter, si cum frigida ventriculi intemperie calida hepatis concurrat, ut sæpe fit, calida medicamenta esse caute adhibenda, & temperatiora potiùs adhibenda. Pulvis digestivus ad concoctionem ventriculi adjuvandam in frequenti usu esse consuevit.

℞. Corandr. præpar. ʒß. fœnic. d. & anis, an. ʒii. cinnam. cariophyll. an. ʒß. sacch. ad pondus omnium duplum. f. pulvis, de quo capiat cochl. j. post singulos pastus, nihil desuper cōmedendo vel bibendo.

Balsamum *Peruvianum* ad roborandum ventriculum præstans & efficax est remedium, si ejus guttæ aliquot cum vino Hippocratico, vel alio, hora una ante cibum exhibeantur.

Vel balsami *Peruvianis* gt. una aut altera cum sacch. permixta in formam pilul. sumatur per multos dies. Magis familiaria medicamenta ventriculo roborando & calefaciendo idonea sunt, vinum *Hippocraticum*, bochetum ex decocto anisi & coriandri cum sacchar. & cinnamomo paratum pro potu ordinario. Pulvis *Ducis* vulgò dictus, ex duabus sacchari partibus & una cinnamomi conflatus omnibus alimentis insperfus; Piperis grana aliquot integra ventriculo jejuno sumpta; Sal ad condiendos cibos confectum, ex pulvere coriandri, piperis longi, galangæ & nuc. mosch.

mis-

mixto cum pari portione ſalis communis; Nuces juglandes cariophyllis & cinnamomo transfixæ, & ſacch. conditæ; Cortex citri & aurant. pariter conditus; Semina aniſi, fenic. coriandri, & fruſtula cinnamomi ſacch. incruſtata; Quæ omnia ægrotantes ad libitum uſurpare poterunt; Ut & nucem moſchatam conditam; & myrobal. condit. Eſſentiæ aniſi, cinnam. cortic. citri, nuc. moſch. & cariophyll. ad ventriculum roborandum efficaciſſimæ ſunt.

Exterius verò admoveantur fomenta, linimenta, & Emplaſtra in ſequentem modum.

℞. Rad. cyper. galang. ireos, flor. cort. citri. ſicc. an. ℥ii. fol. menth. hyſſopi ſalv. roſmar. & majoran. an M. j. ſem. aniſ. bacc. lauri, nuc. moſch cariophyll. cinnam. an. ℥iii. flor. ſtæch. ſchænanth. roſmar. an. p. i. incidenda incidantur, & contundenda contundantur, ut artis eſt, includantur duobus ſaculis interpunctis, qui macerentur in vino generoſo, & applicentur regioni ſtomachi calidè viciſſim.

℞. Ol. abſinth. menth. nardini, an. ℥ß. oleo nuc. moſch. ℥ii. ligni aloes, macis cinnamom. an. ℈i. ceræ parùm F. linimentum: quod præſtantius evadet, ſi addideris olei cariophyll. gt. vi. moſch. & ambr. gri. ſcæ, an gr. vii.

Fiat etiam linimentum ex ol. nuc. pulv. & balſamo *Peruviano*, vel ex ol. abſinth. maſtic. & balſamo *Peruviano*.

℞. Maſſ. empl. de maſtich. ℥i. moſch. arom. roſat. ℥i. ol. nuc. moſch. q. ſ. F. Emplaſtr. ſcutiforme applicandum regioni ſtomachi.

Crato ſequens emplaſtr. miris laudibus effert.

℞. Ladan. ℥ii. ceræ ℥iv. ol. nuc. moſch. ℥iii. Fiat emplaſtri maſſa ad uſum.

Admonet *Galenus* hujuſmodi emplaſtra diutius non eſſe in parte detinenda, quia tandem calorem diſſolvunt.

Inter externa etiam valde laudantur pelles vulturis præparatæ, & ſuper regionem ventriculi geſtatæ. Earum defectu pellis leporis, aut pannus ſcarlatinus uſurpari poterit.

℞. Rad. galangæ & cal. arom. an. ℥iii. maſtich. & cariophyll. an. ℥ii. nuc. moſch. num. i. cortic. citr. ſicc. ℥ß. ſem. aniſ. ℥iß. Ex his contuſis fiat ſacculus interpunctus cum ſindone rubra & cotone moſchato perpetuò geſtandus ſupra regionem ſtomachi. *Lazarus Riverius, lib. 9. Prax. Medic. cap. 1.*

SECTIO XI.

Pro Inteſtini recti ulcere.

BAlſamus quo ulcus in *Spa.* percurabatur, quando a me inventus, & ſemper cum optimo ſucceſſu uſurpatus, reticendus mihi non videtur. Sumo flor. tapſi, hyperici fol. prunellæ, an. M. i. hos incoquo olei ex ſem. hyperi torcularic. expreſſi, & vini rubri veteris pari quantitate, ad vini omnimodam exhalationem, hoc eſt dum liquoris gutta igni injecta ſine ullo ſtridore flammam concipit, eoque ſolo ſi præſens urgeat neceſſitas, utor: alioqui eoſdem flores ſæpius immacero, & poſt quadraginta dierum inſolationem, aut ignis calorem iterum exprimo, quod quo ſæpius facio, efficacius multò oleum comperio, cui remiſceo lapidem calaminarem ſepties vino, demum in hoc oleo poſt ignitionem, extinctum. *Henricus ab Heers, obſerv. 10.*

SECTIO DECIMA.

De iſchiade.

QUi ἰσχίον Articulum cruciare ſolet dolor ἰσχίας Græcis, Barbaris verò Schiatica nuncupatur. Arthritidis ſpecies eſt, ſed omnium vehementiſſima: hoc ſibi præ aliis peculiare habet, quod non in ſola coxendice ſedem habeat, ſed altius ad ſummam etiam natem, qui nervi a lumbis & oſſe ſacro emergentes ferantur in crura: hinc eſt quod dolor atrox, præterquam quod in dictis locis ſe oſtendit, in femur quoque tibiamque & extremum pedem exporrigitur; quocunque nimirum ab affecta coxendice deductus nervus pertingit: rarò tumor ineſt conſpicuus rarius calor, aut rubor, quia humores affluentes in partes profundiores multaq; carne contectas ſeſe inſinuat: hujus doloris

ris cauſa eadem eſt cùm arthritidis cauſa, de qua ſupra *lib. 1 ſect. 40.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Iſchiade.

PUer quidam diu iſchiade laborabat: cum multis & diverſis remediis fruſtra uſus fuiſſet, me tandem vocari juſſit. Imperavi ut ex vena ſchiatica ſanguinis miſſio fieret è directo coxendicis affectæ. Deinde exhibui hoc apozema purgans ſimul & partes nervoſas corroborans.

℞. Herb. paralyſ. ſalv. beton. maior. ivæ arthetic. chamæpit. chamædr. an. Mi. flor. roriſmar. ſtæchad. an. pi. fumar. Miß. ſem. aniſ. fœnic. an. ℥ii. fol. ſen. ℥vii. agar. ℥iß. rhei el. ℥ß. zinzib. alb. ℈i. ſchænanth. ℈ß. paſſul. exacinat. ℥i. liquir. raſ. ℥ß. coq. in aq. pro ℔ix. fortiſſimæ expreſſioni adde ſyrup. è ſtæcad. mel. roſ. colat. an. ℥iß. M. pro iii. doſibus matutinis, ſatis eo medicamento alvo ſoluta, præcepimus ut inungeret locum affectum oleo vulpino & lumbric. quæ cum non juvarent, ſequens ceratum appoſui.

℞. Oxycroc. ℥vi. picis, ſulph. an. ℥iii. ol. lumbric. exiguum F. ceratum, extend. ſupra corium rotundum, & ſyndone rubra cooperiatur, & coxendici apponatur. Fuit ſemel reiteratum cum ℥ m. ſulph & iſtis præſidiis curatus erat, multos alios curavi, ad quos curandos aliud præſtantius remedium non inveni, quam ceratum illud ex ſola pice & ſulphure paratum.

Mulier quædam cum intenſiſſimo dolore iſchiatico laboraret, & omnia remedia nihil profuiſſent; tandem nobis relatum fuit eodem tempore, quod quidam per quatuordecim dies intolerabili dolore ſchiatico afflictus urticam coctam cum cereviſia cataplaſmatis inſtar, ex cujuſdam conſilio, applicuiſſet & ita ab omni dolore miraculi inſtar curatus fuerit; quare & huic mulieri idem remedium adhibui, quo etiam dolor in ea ſedabatur, verùm non ſtatim ſed paulatim. *Petrus Foreſtus obſerv. 20 lib. 19. De arthritide, & extern. partium affectibus.*

Guainerius ſe expertum pluries ait, ſi cum urticis mordentibus tam ſerò quam manè coxa verberetur inductis puſtulis, deinde aqua ſalſa lavetur, hoc medicamine plures reſtitutos eſſe *Rhaſes* ex alio & cepe locum confricari jubet, & poſtea cum aq. ſalſa lavari. Præceptor meus *Benedictus Faventinus* apponebat quatuor ventoſas cum ſcarificatione ſupra nates, & cauterium actuale cruri lateris affecti. *Petrus Foreſtus. Schol. obſerv. 22. lib. 29.*

Oxycroceum ceratum in aluta extenſum admovendum erit, quod ſolet mirabiliter prodeſſe Cataplaſma etiam ex rad. helenii decocta impoſitum, uſque ad ruborem, quod certe mirabiliter feciſſe expertus ſum: & quod non videatur ita poſſe, vidi emplaſtrum ex ſemine lini & melle hominem liberaſſe. *Chriſtophorus Guarinonius, conſult. 252.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Iſchiade.

DOlores illi ſapientum omnium concordia clyſteribus acutis ſanantur.

℞. Rad. hermodactyl. ℥i. rad. ranuncul. ℥ m. fol. chamæpit. flor. ſtæch. hyperic. ſem. rutæ, cumini, an. M. m. chamæm. melil. ſem. aneth. an. Mi. croci non contriti ℥i. coq. omnia ſimul in ℔v. aq. uſque ad medietatis conſumptionem, in colat. expreſſ. ℥xii. diſſolv. ol. caſtor. ℥iii. ſalis indi ℥ii. hier. colocynth. ℥ m. M. F. clyſter. injiciatur: ineſt huic clyſteri magna virtus ab hermodactylo ſigillata. *Barthol. Montagnana conſil. 257.*

Sicca totum corpus & partes firma, hoc optimè fit, à proviſione habita totius corporis, decocto ſarſæparillæ & ejus electuario quod alibi deſcripſimus. Sarſa enim una dolores potenter placat. *Joh. Heurnius ad aphor. 59. ſect. 6.*

Utantur priuſquam fiat tabes cruris, vel claudicatio. Uredo madorem exhaurit; & laxitatem contrahit: foras trahit materiam etiam phænigmus: cauteria diu apert. fluant: tribus locis admove: cave à tendinibus & nervis: ſi aliunde influit, purga, ſicca totum & partem. Ita in puerorum vacillantibus genubus ſiccantia emplaſtra admove. *Joh. Heurnius ad aphor. 60. ſect. 6.*

Conſiliarius quidam rigido hieme coxendico dolore vexabatur: injectis clyſteribus,

ous, ſumptò medicamento purgante, & admoto emplaſtro parti affectæ dolor nihilo ſecius perſeverabat: tandem aperta eſt vena malleoli è directo partis affectæ, & intra paucas horas dolor remiſſus eſt, ac poſtmodum omninò deſiit; ut ſecundo à venæſectione die ad conſueta munia tranſire, & per urbem pedibus ire potuerit. *Lazarus Riverius*, *obſ.* 25. *cent.* 2.

Si ſecetur vena malleoli ad exteriorem partem vergens, illincque ſanguinis ℥VIII. vel IX. plus minuſve pro ætatis & virium ratione detrahantur, eadem ferè hora (quod mirum videtur) coxendicum dolorem vel etiam vetuſtiſſimum delere ſolet. Quinimò ſanguis quoque è venis ſedalibus per hirudines admotas evocatus, mirum in modum iſchiadicis opitulatur: quippe quod ſanguinis in coxendicum venis contenti copia educatur harum enim partium maximus eſt venarum conſenſus. In hunc etiam uſum cauterium paulò ſubtus genu in parte exteriore lateris affecti inuſtum derivationis cauſa ſummopere commenda. mus quemadmodum & alterum in brachio oppoſito averſionis cauſa à coxendice. *Ioh. Zecchius*, *conſult.* 43.

Purgationes fortiores hic locum habent, nam leviores humores magis ad partem affectam præcipitant: ideo conveniunt maximè pulveres arthritici, caryocoſtinum, pilulæ de hermodactylis, & ſimilia. Mercurius dulcis cum ſcammonio, vel aliis purgantibus exhibitus ſatis frequenter; humorem iſchiadem potenter eradicat. Vomitaria à multis præferuntur purgantibus per alvum, cùm per locum à parte affecta remotiorem, humores vitioſos evacuent: aſarum reliquis præfertur à *Rondeletio*.

Poſt ſufficientem purgationem, ad topica veniendum eſt: & quidem repellentia quod attinet, illa minimè conveniunt, quod metuendum ſit, ne humores ad partem affectam magis promoveantur, ſed ſtatim initio reſolventia admovenda ſunt: primò mitiora, & minus calida, poſtea vehementiora in hunc modum.

℞. Rad. bryon. ℔ii. rad. ebul. ℔i. bacc. uniperi ℔ß. fol. ivæ arthetic. ment. major. alv. aneth. flor. chamæm. melil. an. M. iii. f. decoctio pro ſemicupio, quod ingrediatur bis in die per biduum aut triduum, in principio parari poterit decoctum ex aqua ſola, poſtea ex aqua & vino albo, ex eodem decocto poteſt foveri pars dolens calidè frequenter: ſacculi etiam parari poterunt ex ſale milio & furfure frixis in ſartagine cum vino generoſo, & calidè applicari: vel componi etiam poterunt ſacculi efficaces ex ſolis granis juniperi contuſis, & prædicto modo in ſartagine calefactis.

Inunctiones quoque convenient ex oleo chamæm. aneth. lilior. irino, nardino, & rutac. quæ partes exteriores relaxando, motum humorum ad eas conciliabunt, ut ſic internæ minùs afficiantur, oleum ſcorpion. *Matthioli* inunctum, eſt etiam valde efficax.

Unguentum de alth. partes exteriores laxat & materiam morbificam blandè diſcutit; ideò circa initia eo inungi poterit totum crus & tibia uſque ad extremum pedem, juxta ignem luculentum. In progreſſu ſequens potentius & calidius admoveri poterit.

℞. Ol. lumbric. de later. & de terebinth. an. ℥ii. ol. vulpin. ℥i. gummi ammoniac. & ſagap. aq. vitæ ſolutor. an. ℥VI. caſtor. ℥iii. euphorb. ℥ii. cere q. ſ. F. unguentum.

Oleum de lateribus ſolùm poſt ſex cucurbitulas parti dolenti, & in ambitu ejus admotas, calidè impoſitum, poſtea tegendo linteis valdè calidis: contumacem dolorem iſchiadicum uno die curavit.

Lacuna in Dioſcorid. unguentum ſequens tanquam mirabile commendat.

℞. Succor. rad. & fol. ebuli an. ℥i. ol. chamæm. ℥VI. bulliant ad ſuccor. conſumptionem, deinde adde ceræ q. ſ. aceti guttulas aliquot ad penetrationem: fiat unguentum.

Cataplaſma ex iberide multùm laudatur ab authoribus: in hunc modum componi poterit.

℞. Iberid. M. IV. decoq. in vino, & contund. addendo farin. lupin. orobi & fabar. an. ℥ii: pulv. rutæ ſicc flor. chamæm., & rad. coſti an. ℥i. ol. terebinth. ℥ß. ol. lumbric. q. ſ. F. cataplaſma, non parum etiam conducit panis recenter è furno extractus valde calens, per medium ſectus, aqua vitæ irroratus & admotus.

Emplaſtra verò in frequentiſſimo uſu ſunt & hac

& hac in re plurimum poſſunt : in ſequentem modum.

℞. Picis navalis ℥ii. ſulph. ſubtiliſſimè triti. ℥iii. maſtich. ℥ii. terebinth. ℥ß. M. F. empl.

℞. Picis navalis ℥ii. gummi ammoniac. bdell. in aceto diſſolut. an. ℥i. ſulph. vivi turbith. hermodactyl. an. ℥ß. caſtor. ℥i. terebinth. parum ceræ q. ſ. F. empl.

Si malum pertinaciter hæreat, emplaſtrum veſicatorium applicandum erit, vel ſolum, vel ut mitius agat, cum aliquo ex prædictis, æquis partibus permixtum: ſic enim per longius tempus in parte poterit detineri, toto curationis decurſu clyſteres frequenter injiciendi ſunt, ut materiæ morbificæ portio ad inteſtina derivetur; tum etiam ad doloris cauſam proximam diſcutiendam, ſequens aliquando profuit.

℞. Vini generoſi ℔ß. ol. nucum, & rutac. an. ℥iv. ol. terebinth. ℥ß. M. F. clyſter injiciendus quoties dolor urget.

Clyſter verò ſequens humores à parte affectæ potenter extrahit.

℞. Pulpæ colocynth. ℥i. furfur. macr. Mi. vini alb. ℔iß. coq. ad ℔i. ex colatura F. clyſter, qui ſervetur per horam. *Lazarus Riverius lib. 16. prax. medic. cap. 2.*

In iſchiade prodeſt, ſi ſalvia recens in tegulam cavam ignitam poſita, ſæpeque ne aduratur, agitata, ſic ſemicocta, aceto perfundatur, tegulaque linteis involuta ſub ægri coxa ponatur, vaporque inde ſuſcitatus excipiatur. *Felix Platerus, tom. 2. practic cap. 16. pag. 659.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Iſchiade.

COxendicis dolore intolerabili premebatur quidam: vocatus ego, cubiti & tali venam ſeco, vomitum moveo, foveo relaxantibus unguentis, per alvum clementer expurgo, applico mirabile unguentum ebulorum *Lacunæ*, cucurbitulam magnam cum ſcarificatione ſuper ancham appono, cauſtica imprimo, nulla profuere: tandem ex *Pauli* conſilio, coxæ octo magnas hirudines impono: tanta ab his animalculis ſecuta eſt evacuatio, ut poſt decem horas ſine dolore remanſerit quod auxilium in chiragra, podagra & gonagra ſæpe poſt vacuatum corpus fœliciter ſum expertus. *Zacutus Luſitanus, lib. 2. prax. admirand. obſerv. 168*

Experimentum alicujus matronæ medicatricis non contemnendæ certum ſumitur ab urtica, ſi ea locus affectus in iſchiade ad rubedinem uſque cæditur, & ſpiritu vini abluitur. *Vvolfgangus Hæferus, lib. 4. Herc. Medic. cap. 1.*

Quæſtio eſt, Utrum vena malleoli poſſet incidi? Si excitetur dolor ex ſolo ſanguine, tundatur hæc vena; at ſi pituita, aut aliquo aliorum humorum, omittatur. Idque in omni dolore iſchiadico diligenter notabis. Medicamenta erunt vomitoria & purgantia; eaq; vel per os dabuntur, vel per alvum injicientur. Ante omnia laudo vomitum, quem excito non levi ſed forti pharmaco, quod ſtibium eſt: quod quantum præſtiterit, dicent æqui judices, peritique Medici, non prælibati aſini & inexercitati ſolùm titulo Doctorculi. *Nicolaus Fontanus, Analect. cap. 26.*

SECTIO UNDECIMA.

De Iſchuria.

Ἰσχυρία ſymptoma eſt, in quo prorſus urina ſupprimitur: duplex eſt, una veſica plena, alia eadem vacua exiſtente: hæc poſterior multis de cauſis contigit; vel ob obſtructas ab humore viſcido & craſſo arterias emulgentes, vel rurſus renum vitio calculis obſeſſorum, vel denique ob ureteres à calculo pituita, ſanguine concreto; vel pure obſtructos & adſtrictos: impediunt hæc omnia quo minus ad veſicam urina deſcendat: quæ veſica plena exiſtente contingit iſchuria, procauſa agnoſcit vel læſam veſicæ facultatem expultricem ob nervi illius partis paralyſin, aut obſtructionem; vel colli veſicæ à calculo, craſſo humore, purulenta colluvie, ſanguinis grumo & tuberculo obſtructionem.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Iſchuria.

℞. AQ. malv. ℥iv. ſpirit. terebinth. ℈ß. M. exhibe poſtea paravi balneum

neum in quo inſideret, ex aq. dulci tepida in qua incoxerint parietaria chamæm. parthenium, beton. apium & petroſel. addito oleo communi antequam balneum ingrederetur, dedimus alterum diureticum ex aq. cortic. fabar. ℥ iv. cum gt. viii. ſpir. vitrioli: ſequenti die ſuccum raphani exhibui ad ℥ iv. quem evomuit: ſerò verò aquam capill. ven. ad ℥ iv. cum gt. vi. ol. camphoræ. *Rodericus à Fonſeca, tom. 1. conſultatio* 87.

Mirabile eſt hoc experimentum quo uſus eſt quidam ex iſchuria in lecto decumbens adeo vehementi, ut quinque diebus urina ſuppreſſa maneret, qui cum nullis remediis curari poſſet; tandem duas treſve ſquibalas ſimiequini ponderantes ℥ ii. cum vino calido rhenano colabat per pannum lineum, quam colaturam una doſi cum fruſtra multa tentaſſet remedia, ſumebat, & ex incontinenti mingebat: alius etiam cum laboraret ex calculo, & omnimoda urinæ ſuppreſſione, idque per plures dies, eandem potionem ſumens, ſtatim miraculi inſtar lotium exerevit, & convaluit: fœliciter etiam idem medicamentum tertio præſtitit. *Petrus Foreſtus. Schol. obſerv.* 19. *lib.* 15. *De veſicæ morbis.*

Pharmacopœus quidam *Pariſienſis* iſchuria laborans, poſt multa remedia per quatuor dies fruſtra uſurpata, ſequens ſibi ipſi compoſuit, à quo urina provocata eſt, & liberatus fuit.

℞. Vini alb. canarini ℥ iv. ſucc. limon. ℥ i. ſpiritus terebinth. ℥ ii. pro uno hauſtu. *Samuel Formius, obſerv.* 42.

Efficax remedium ad iſchuriam expertus ſum in tribus ægrotantibus ex cerebro picæ exſiccato & cum vino albo propinato, intra horam urinæ fluxus promovetur. *Samuel Formius, obſerv.* 33.

Devenimus ad pulv. unius cantharid. inegræ cum pulv. pellis leporis combuſtæ: ed res è voto non ſucceſſit. *Epiphanius Ferdinandus, hiſt.* 97.

Poſt mitiorum uſum exhiberem gr. ii. antharidum cum ℥ ii. ol. amygd. amar. *Chriſtor. Guarinonius, conſult.* 238.

Mercator quidam ab octiduo ſtagnantem rinam paſſus, jam morti vicinus, diurecum ſumpſit è ſucco millepedum & ſucco anchyliorum nigrorum, cui granum unum cantharid. incoxerat, integro hauſtu bibitum. *Joh. Helmontius, tract. cui tit. De Luthiaſi.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Iſchuria.

SOleo ego accipere cucurbitam in qua diu conſervatum fuerit oleum, & eam curo poni in aqua ferventi, ac deinceps virgam pueri jubeo conjici in os cucurbitæ, & hujuſmodi remedium efficaciſſimum eſſe expertus ſum ad provocandam urinam puerorum. *Hier. Mercurialis, lib.* 2. *De morb. puer. cap.* 20.

Empiricus quidam in retentione urinæ pudenda aliquandiu in aceto calido dependere jubebat, & mictionem mirè promovebat Medicus quidam in eadem nihil efficacius utiliuſve prædicabat ſua experientia, quam pulmonem hædi. *Hier. Reuſnerius, obſerv.* 93.

Nobili cuidam ἰσχουρία fuit: ſuppreſſo urinæ profluvio letargus, de funere cogitatur: largiſſimè, profluit urina, brevi tamen moritur: unde hoc? quia ſuppreſſio omnis excrementi ſeroſi potiſſimùm partes nobiles inquinat: & tametſi ejus curſus redierit, non perinde meliore loco ſunt res ægrotantium. *Guil. Ballonius, lib.* 1. *epidem. & ephem. pag.* 10.

Si omnia deſperata fuerint urina hirci calide epota, cum toto omento & inteſtinis ad ventrem applicatis ſubitò urinam retentam propellit, & calculum ſimul, ſi ille obſtructiones facit foras mittit. *Joh. Hartmannus*, Pract. Chimiatr. *pag.* 270.

Fuit tempore meo Cardinalis quidam, qui jam per quatriduum urinæ difficultatem paſſus erat, turgidus, & ut dicitur, deſperatus, nullis aliis proficientibus remediis. Is de conſilio Medici per potum vini alkekengi liberatus eſt, & ſoluta eſt urina in quantitate, ut impleretur quaſi concha una. Ex eo ſolo experimento Medicus ille cum parva ſcientia & pauper factus eſt dives. Ita multis *Deus* dat gratiam magnam, & affert utilitates; & e contrà. Et totum eſt, quia judicia *Dei* abyſſus magna. *Arnoldus de Villanova, Tractat. de Vinis.*

Experimentum Magiſtri mei ad provo-

candum urinam, quod ſtatim facit mingere. Bulliant alliorum capita ii. vel iii. mundata in vino albo optimo, & parùm theriacæ vel Mitridatii cum illo vino miſce, & cyathus plenus ipſo detur in potu & ſtatim provocabitur urina. Agrimoniæ decoctio in aq. aſpar. vel alterius rei appropriatæ, vel in aqua ſola bibita ſtatim facit meiere, & eſt expertum. *Idem Practic. lib. 2. cap. 19.*

Puer quintum agens annum diu moleſtiſſimo urinæ ſtillicidio detinebatur, accedentibus plurimis calculis in veſica, à quibus ſæpe lotium in totum ſupprimebatur. Poſt multa & varia tentata remedia, mater, ut mihi narravit, ſalviam & gallitricum in vino *Pictavienſi* decoquebat. Poculum vini capiebat, & ad dimidium coquebat, ex quo decocto colato puer bis in die capiebat cyathum unum, mane & hora quarta pomeridiana: & mox à ſuppreſſione urinæ liberatus reddebat arenulas & materiam pituitoſam & glutinoſam. Neque alio deinceps remedio utebatur, ſi puer in idem malum recidiſſet; quo ſolo à difficultate, & etiam retentione urinæ ſemper evaſit. *Petrus Foreſtus, lib. 25. obſ. 13.*

Pro iſchuria ſuccus limonum pondere trium vel 4. unciarum approbatiſſimum habetur remedium: ſua namq; acutie craſſas & lentas attenuat & ſubtiliat materias; qui quoque pro extinguenda gonorrhœa primatum habet, ut, millies experientia compertum habemus. Cautè tamen limonis acidi ſuccus bibatur, cùm impotentem hominem reddat, & ad procreandam ſobolem inhabilem, ut cuidam ex Principibus *Italiæ* ſuperioribus annis in bello *Germanico* evenit. *Amatus Luſitanus, curat. 71. cent. 5.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS.

De Affectibus à littera L incipientibus.

SECTIO PRIMA.

Pro Labiorum puſtulis, decorticatione & fiſſuris.

PRobatur unguentum *Laurentii Lazari* Medici & Chirurgi excellentis, quod omnes ſcopos perficere poteſt, & ſic ſe habet.

℞. Lithargyr. arg. plumb. uſti, an. ʒi. Myrrh. Aloes, tutiæ præp. an. ʒii. pingued. vituli ʒi. ſucc. ſolani, plantag. vini granat. an. ʒß. bulliant omnia ad ſuccor. conſumptionem: deindè colentur, quibus adde ceræ alb. q. ſ. ac reliqua omnia in tenuiſſimum pollinem redacta, atque per pannum tranſmiſſa adde, & fiat unguentum in mortario plumbeo reformatum, quo panni linei ſubtiliſſimi imbuti parti affectæ applicandi, & bis in die permutandi. *Hier. Capivacius, conſil. 50. lib. 7. conſil. Crotonis & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.*

Matrona quædam Nobilis à cauſa externa vento boreali fiſſuras labiorum, & ſiccitatem incurrebat: cui conſilium dedi ut unguento pomato albo omni veſperi, cum cubitum iret labia inungeret, quo præſidio utens, alio non indigebat.

Quemadmodum & altera mulier ſequenti unguento commodè illinivit, quod erec. axung gallinæ, cera alba, aq. roſac ſæpius lotis conſtabat.

Ætius ovi pelliculam internam fiſſuras labiorum agglutinare tradit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 1. lib. 14. De Morb. Labiorum, Gingivarum, Dentium, &c.*

SE-

SECTIO SECUNDA.

Pro Labro exulcerato & cancroſo.

LAbro ulcerato ſubſcriptum unguentum, & nihil præterea aliud apponat.

℞. Tutiæ opt. præp. ℥i. ſucc. ſolan. plantag. depurat. an. ℥iii. ol. roſac. complet. ℥iv. teratur tutia diligentiſſimè in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo: poſtea paulatim addantur ſucci, & ol. roſ. ſemper magis & magis confricando cum dicto piſtillo per totum diem, ultimo addatur modicum ceræ liquefactæ & F. linimentum quo ſæpius utpote decies etiam in die labium inungat, atque imponat fol. plantag. *Joh. Baptiſta Montanus, conſil.* 116.

Juvenem quendam, qui ex Lue Venerea labia ulcerata, inflata, nigra, tumida, dura, carcinomatis inſtar, habuit, curavi univerſalibus ad morbum venereum & hoc decocto, panneo eo imbuto labiis oppoſito.

℞. Lign. ſanct. p. ii. bulliant in pinta una aq. ſolan. deinde colentur: add. alum. ℥i. rurſuſque ebulliant ſemel, & colentur. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 2. *lib.* 14.

SECTIO TERTIA.

Pro Lacte deperdito.

MAtronæ cuidam in primo purperio, cum propter res adverſas in ſummā triſtitiam & mærorem incidiſſet, mammæ ita exaruerunt, ut ne guttulam quidem exurgere poſſet infans: illam ego ſequentibus remediis reſtitui. Primò, ut ſe exhilararet, admonui; deinde corpus pulvere Senæ *Braſſavole* leniter expurgavi. Poſtea ſingulis diebus in aurora ad ʒii. pulv. lumbric. terreſtr. præpar. cum decocto augalacti, liquirit. & ſummit. fœnic. rec. propinavi; & mammas ol. lumbric. bis in die inungere juſſi: his per aliquot dies adhibitis remediis, & optima obſervata victus ratione, lac copioſè ad mammas iterum profluxit: eadem methodo multas alias matronas feliciter curavi. *Guil. Fabritius Hildanus. obſerv.* 27. *cent.* 4.

Sunt qui nutricibus ad augendam lactis copiam pollinis lapidis galactitis (qui & lac Lunæ appellatur, & in montibus *Helveticis* reperitur) ℥i. è jure exhibent. Poteſt autem commodius ex lacte amygd. cui immixtus hic pollen aliquot horis fuerit, colato propinari, cum pauco ſaccharo, & aqua fœnic. Aiunt enim mamillas evidenter hoc auxilio turgere, & repleri lacte. *Anſelmus Boetius. lib.* 2. *De Lapid. & Gemm. c.* 229.

SECTIO QUARTA.

Pro Lactis exſiccatione in puerperis quæ proles ſuas nutrire nolunt.

QUædam Obſtetrices mammas oblinunt melle, aliæ linteum aceto inculcatum, in quo prius ebullierat crocus hortulanus, commodè applicant. Sunt qui prohibent lactis generationem in mamillis cum unguento populeo, aut panno lineo ſucco menthæ imbuto. Matronæ *Venetæ* inhibent lactis proventum à partu emplaſtro ex melle, croco terebinth. confecto, & mammis impoſito atque eo tempore juſcula non ſumunt, neque vinum album bibunt, neque tenue. Aqua etiam marina prodeſt fotu. Obſtetrices *Delphenſes* lac exſiccant in puerperis panno lineo oleo raparum intincto, undique mamillis impoſito, aliumque pannum lineum melle illinitum primo panno ſuperimponunt, interim ſub parte inferiore incipiendo mamillas debitè conſtringunt, ut minùs propendeant. Illud in cognata noſtra experti ſumus. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 20. *lib.* 17. *De Cordis & Mamillarum Affectibus.*

Tale conficiatur Emplaſtrum.

℞. Ceræ alb. flav. ping. gallin. axung. cervin. an. ℥ß. M. & liquatis adde camph. myrrh. aſſ. fœtid. an. ℥ß. croci ʒi. in eo tingantur lintea mammarum habentia, ſed perforata, ut papillæ exeant. Sic geſtentur ſex ſeptimanis. Aliæ imponunt chartam cæruleam cum butyro recenti, & linteamina intingunt in alb. ovi cum pauxillo croci, & camphoræ, & exſiccata ſuperponunt chartæ. *VVolfgangus Hœferus, lib.* 7. *Herc. med. cap* 5.

SECTIO QVINTA.

Pro Languentibus in Venere conceſſa.

IN hoc affectu à Medicis efficacia cenſentur hæc ſimplicia cinnam. ſelectum acre comeſtum ſemper ante cibum. Galanga item eodem modo aſſumpta. Zinziber item conditum ante cibum acceptum. Croci etiam frequens uſus in cibis utilis eſt, ut & erucæ. Porrum pariter aqua coctum comeſtum ex pauco oleo & aceto, aut quocunque modo in cibis uſitatum efficax in hac re compertum. Sic paſtinac. ſem. pulverif. ex vino bibitum utile inventum. Ad hoc etiam valet eryngium, ut & paſtinacæ radices tam ſylveſtres quàm domeſticæ, item ſiſeris radices. Inter cæteras herbas Satyrion eſt, cujus radices ſuperiores, ut craſſiores, ſucculentiores & pinguiores ſumi debent, coqui arte, cum melle defęcato pręparari ut in annum conditæ aſſervari poſſint, ex his quotidiè aut quotieſcunque lubebit, ſumenda una aut altera radix; gratæ ſunt ſtomacho, & roborant interna viſcera, tollunt obſtructiones & maxime effœtas partes excitant, corpuſque alendo vegetum reddunt.

Licebit in hunc uſum cum magno juvamento hoc tragema ex aromatibus conficere, atque eo uti comedendis ovis ſalis loco.

℞. Cinnam. opt. ʒii. ſalis ſtinci, vel interioris ejus partis conditi, quæ circa renes eſt ℈ii. galang. piper. long. an. ʒi. borac. ℈iß. F. pulvis ſubtiliſſimus.

Quod ſubſcribo ſingulari efficacia ſæpe compertum eſt valere.

℞. Cinnam. inter. ʒß. galang. ʒi. cardam. ſem. paſtinac. erucæ, an. ʒiiß. croci ℈i. pulveriſentur quælibet per ſe. M. ſerventur ut ſit uſus cum cibis. Ego quandoque conſului æſtate potiſſimùm, ut in hoc caſu aſſumerent lac dulce cum ſacc. & pipere, & profuit, aſſumunt una vice lactis ʒiii. ſacc. ʒi. piper. ʒß. externè licebit his uti.

℞. Ol. nuc. moſch. aut macis expreſſum. affund. gt. ii. vel iii. ol. cariophyll. ſtill. ita moleſcit ut illini poſſit. Deindè additur utiliter *Zibbethi* quantum placet, cum aliquot granis moſc. efficiturque linimentum odorum gratum, in hunc uſum efficax, eo illinantur partes infernæ, virga, ſcrotum, perinæum & quæ circumvicinæ ſunt magna utilitate.

Sine magna impenſa quidam adſervant fel apri ſylveſtris eo ſi quando illinunt virilia magnam delectationem & efficaciam in congreſſu experiri ſe fatentur, diligenter admittendum ne extrema frigeſcant, aut madeant, potiſſimum pedes. *Reinerus Solenander.*, *conſil.* 17. *ſect.* 4.

Uxorem duxerat quidam, cum qua rem minimè habere poterat, pulverem ſequentem præſcripſi.

℞. Sem. eruc. ʒß. piper. ʒi. zinzib. cinnam. an. ʒß. borac. ʒiß. caudar. ſcinci ʒß. cantharid. ablatis alis numero 6. F. pulvis ſubtiliſſ. addendo ſacch. ʒi. capiat ʒiß cum lacte cubitum iturus.

Hoc unguento utatur.

℞. Rad. pyrethr. piper. zinzib. ſem. ſinap. an. ʒi. euphorb. ʒß. ol. laurin. ʒii. ol. de ſpica ℈i. cerę parum F. unguentum, inungat regionem inter anum & teſtes, laudabat ſucceſſum. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 1. *pag.* 257.

Alteri efficaciſſimum hoc & extremum exhibui remedium.

℞. Sem. eruc. ʒiß. ſem. ſinap. naſturt. rad. pyrethr. cinnam. zinzib. piper. an. ʒß. croci ℈ß. borac. ℈ii. ſcincor. præp. ʒß. moſch. gr. iv. F. pulvis ſubtiliſſ. capiat. ʒß. ſi reliqua non juvent. *Idem. obſerv. lib.* 1. *pag.* 256.

SECTIO SEXTA.

De uſu Laudani Opiati.

AD Generoſum Comitem & Dominum *D. Philippum* Comitem à *Sleichen* in *Ochrdorf* vocatus, dum de praxi mea ſollicitè perquireret, ſciſcitatur num laudanum *Paracelſi* mihi in uſu eſſe (erat enim excellens chymicus) annuo ego, & rectè quidem inquit ille, perge modo & mirabilia experieris: ego enim nuper habui quendam nobilem aulicum decrepitum ferè: ille ultra anni ſpatium lecto affixus tantos cruciatus nephriticos & calculoſos cum perpetuo urinæ ardore & difficultate perpeſſus eſt, ut omnes medici & alii ipſum tanquam deploratum planè derelinquerent. Ego miſericordia commotus, in-

inquit *D. Comes*, extremis morbis extrema etiam medicamenta applicanda duxi, jubeo itaque ipsi singulis diebus initio, postea verò, morbo quodammodo mitescente, alternis, hora somni exhiberi granulum saltem laudani opiati veri, & quidem cum aquis & syrup. appropriatis diureticis & lenientibus, quo facto non solùm magna arenularam copia quotidie per urinam excreta & dolores ardentes mitiores redditi sunt; sed etiam totum corpus in dies vegetius apparuit, omnesque vires collectæ, ita ut post mensis spatium ad pristinam valetudinem totus redierit, pluresque annos postea sine omni morbo quietè ac placidè supervixerit. *Gregorius Horstius*, *obs.* 3. *lib.* 10. *De Pharmaceuticis*.

In colicis doloribus vehementissimis, evacuatione per clysterem præmissa, nihil usu laudani præsentius, pro hæmorrhagia etiam narium contumaci præsentissimum est remedium, eadem ratione menstruis superfluis omne reliquum medicammentorum genus eludentibus dextrè per correctum opium succurritur, quod ante sexennium amantissima mea conjux experiebatur, quæ mortis ferè faucibus hoc modo per Dei gratiam eripiebatur, fervore sanguinis ad temperiem usu laudani redacto, quæ tormina non tantùm, sed etiam dejectiones excedentes sanguinis, nonnunquam etiam laudabilis, dysenteriæ generent notum est: quibus plures naturæ debitum solverent, nisi per opiatorum usum eisdem succurreretur, quod superiori anno nobilis fœmina confirmavit, quæ judicio astantium ad extrema redacta, per gr. iii. vel iv. laudani nostri sic refecta fuit, ut brevi post pristinæ sanitati restitueretur, in articulorum doloribus vehementissimis totius massæ sanguineæ fermentatione quasi concurrente, nec non affluxu ferventissimo partem affectam affligente, quid melius quam ebullitionem istam τῆς βίας sistere, somnum amicum introducere, & caloris nativi vim adjuvare, qui alias vigiliis continuis & doloribus dissipatus extrema minatur: at hoc præstat usus laudani; cujus ratione podagricum confirmatum ita refectum memini, ut postea somno juvante, dolores brevi remiserint, & rarius redierint, in phreneticis etiam & melancholicis ad maniam tendentibus nihil utilius laudano, ut multa quæ poteram producere exempla ostenderunt. *Gregor. Horstius*, *epist.* 2. *ad obser.* 3. *lib.* 10.

SECTIO SEPTIMA.

De Lentigine.

LEntigo (Græcè φακός à φακῆ lens) macula est in facie potissimum: in manibus & brachiis, nonnunquam ibs, & in pectore emergens, lentis magnitudine, colore fusco, crebris quasi guttis dispersa: his familiaris qui rufo sunt pilo, sine omni dolore est ac molestia, hieme aliquando deletur, & æstate revirescit: aliquando continuò remanet, oritur ex adusto sanguine in cutem effuso.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Lentigine.

COnsului ut aqua è cochleis destillata uteretnr; illa enim mirum in modum lentigines delet: quemadmodum panis è furno calidè extractus caiatho vimineo contectus olla supposita, si inde rore defluente lentigines liniantur, mirabile enim est, vel solo oleo tartari liniat. *Petrus Forestus*, *observ.* 4. *lib.* 5. *Observ. Chirurg.*

Abluatur, facies aqua flor. sambuci & fabar. cui aliquid camphoræ in spir. vini dissolut. additum sit, efficacissima est aqua scrophulariæ destillata, laudatur etiam oleum ovorum. Vel,

24. Flor. fabar. rec. q. v. affund. lactis capr. q. s. stent in infus. per diem & noctem. Postea colentur & exprimantur, atque in in colaturam novi flores injiciantur, iterumque per diem & noctem in infusione stent, & colentur, id quinquies repete. Postea adde medull. panis rec. q. s. ut F. instar pultis & lacte caprino addito destill. aqua ista facies mane & vesperi abluatur. *Daniel Sennertus*, *practic. lib.* 5. *part.* 3. *sect.* 1. *cap.* 3.

SECTIO OCTAVA.

De Lepra Arabum & Græcorum.

LEpra alia eſt *Græcorum*, alia *Arabum*. Lepra *Græcorum* nihil aliud eſt quam ſcabies craſſa quæ cutem altius in orbem diſquammat, à ſcabie ſolum differt affectus magnitudine, in pſora ſeu ſcabie furfures tantùm, in lepra hac etiam ſquammulæ decidunt, modò pallidæ modo nigræ, oritur à pituita ſalſa & bile aduſta. Vix cedit remediis; & niſi maturè obviam eatur in lepram *Arabum* ſeu elephantiaſin *Græcorum* degenerare poteſt: quæ non incommode ita definitur, eſt cachexia fœda, admodum contagioſa, cancroſum totius corporis habitum exaduſtis atrabilariis humoribus iiſque malignis inducens & generans, vel tumor totius corporis cancroſus, ex atrabile, venenata qualitate infecta, & in totum habitum corporis effuſa, exortus, multa ſymptomata inferens. Interdum eſt hæreditaria ab impuro parentum vel avorum ſemine communicata; interdum contagio contrahitur, quandoque etiam ſponte proprioque vitio producitur, cum poſſibile ſit ut in corpore humano qualitas venenata generetur, incipientis hujus lepræ ſigna ſunt ſegnities, difficilis reſpiratio, alvi ſuppreſſio, lotium ſubjugale, fœtor reſpirationis ſudoris, totiuſque corporis eructatio moleſta, veneris appetitus inexplebilis, raucedo vocis, mores melancholici, ſomnia turbulenta & incubus, ubi confirmatum eſt malum ſigna alia adſunt, quæ partim univoca ſunt, partim æquivoca: univoca ſunt, extuberationes in pleriſque corporis partibus, ſed in facie magis, præſertim ſecundum frontem, unde aures acuminatæ fiunt, naſus ſimus, labra craſſa, & per conſequens facies horrida, ſatyris depictis ſimillima, oculorum rotunditas, & color facici ex rubro livens: ſigna æquivoca ſunt, extremorum & crurum potiſſimum extuberationes, fœdus cutis color morpheæ ſimilis, capillorum defluvium, muſculorum præcipuè pollicis conſumptio, ſtupor abolituſque ſenſus tactus in externis partibus, ſcabies, impetigines, gutta roſacea, extuberationes rotundæ & duræ ſub lingua, palpebris, auribus, puncturæ acuum, ſeu ulceroſa laſſitudo ſub cute, cutis criſpa inſtar implumis anſeris, cutis unctuoſa, ſanguis thromboſus, niger, liveſcens, ex his omnibus notis, vel multis ſimul concurrentibus, vel paucis, ſed eſſentialibus & pathognomonicis explorantur alephantiaci. Incipiens lepra *Arabum* curabilis eſt licet maxima cum difficultate; confirmata verò & inveterata curationem planè reſpuit, vocatur elephantiaſis, quod cutis ea laborantium tumida, ſcabra, rugoſa, tuberoſa, & inæqualis, ut elephantum, reddatur.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Lepra Arabum ſeu Elephantiaſi Græcorum incipiente.

℞. Rad. acetoſ. lapat. acut. enul. camp. polipod. q. ſem. cartham. paſſul. mundatar. an. ʒß. endiv. cichor. plantag. bugloſſ. borrag. lupul. fumar. cuſcut. ceterach. chamædr. chamæpit. an. M. i. flor. viol. p. ii. F. decoctio ad ʒxvi. in colat. infund. per noctem epithym. ʒß. fol. ſen. mund. ʒv. agar. alb. ʒii. zinzib. ʒii. mane bulliant parùm & F. expreſſio, in qua diſſolve ſuccor. depurator. fumar. & plantag. an. ʒiv. ſacch. alb. ℔iß. F. ſyrupus perfectè coctus, doſis ʒii. vel ʒiiß. cum ſero lactis, quinto aut ſexto quoque die.

℞. Conſerv. bugl. borrag. an. ʒii. raſ. ebor. &c. cervi an. ℈i. mithridat. veteris ʒii. M. pro duabus doſibus poſt purgationem horis tribus ante cibum.

Poſt tertiam aut quartam purgationem vena interior brachii ſiniſtri ſecetur, detrahaturque ſanguis ad ʒx. deinde ſi qua ratione fieri poteſt, referentur hæmorrhoides: primum quidem fotibus emollientibus, deinde ſuppoſitoriis ex hiera ſimplici cum ſucco mercuriali, vel cum felle: aut ſi foris conſpicuæ ſint, & intumeſcant, affixis hirudinibus, ut ita ſanguis ater & melancholicus emanet, cum ſic corpus diligenter præparatum evacuatumque fuerit, perutilis erit balneorum uſus ex aq. dulci, uſque ad multos dies continuatus, mane jejuno ſtomacho; ſed ea ratione, ut non admodum calidæ ſint, verùm duntaxat tepidæ, ut corpus tantùm humectetur,

non

ctetur, non autem ſudores elicient. Victus obſervandus refrigerans & humectans: cremor hordei maximè conducit, juſcula parentur è pullis gallinaceis, carne vitulina aut vercina cum bugl. borag. oxalide, lactuca & plantagine, ſi quæ partes in cute exiſtunt nigrantes aut lividæ, nullo vel obtuſo ſenſu præditæ, his affigantur cucurbitulæ exiguæ cum ſcarificatu, eoque ſatis alto, ut ſanguis promanet, ſenſuſque revocetur. *Ioh. Fernelius, conſil.* 70.

Cuidam ad elephantiaſin vergenti ita conſultum eſt, juſſis eſt in totum abſtinere vino, aut eo dilutiſſimo uti, veſcatur carnibus elixis, & pullis nutritis paſta ex carne columborum facta, Theriaca bis aut ter n ſeptimana utatur ad ʒi. cum aqua meliſſæ, bis menſe catholico cum ʒiii. Confect. hamech. purgetur aperiatur vena baſilica ſiniſtra, balneis aq. dulcis utatur. *Guil. Ballonius, conſ.* 61. *lib.* 1.

Premiſſo lenitivo aperiatur vena brachii ſiniſtri, & extrahantur ſanguinis circiter ʒx. plus minus, tota etiam hac æſtate velim ſingulis menſibus circa novilunium hirudines applicari venis ſedalibus, ut inde duæ aut tres ſanguinem exugant, quod ſponte ſua cadant, etenim ferè ex alio nullo remedio majus juvamentum ſperare debet: quare ei Author ſum, ne ullo modo hoc remedium poſt primam purgationem intermittatur, ſed hac æſtate & ſequenti autumno etiam ſingulis ut dictum eſt menſibus reiteretur. Poſtquam octo diebus ex ordine uſa fuerit præparante & digeſtivo, aſſumat hoc pharmacum.

℞. Confect. hamec. ʒ.m. el. è ſuc o roſ. ʒi.m. fol. ſen. ʒi. polipod. q. ʒii. F. infuſio in decocto liquir. flor. & fruct. cordial. cum pauco cinnam. q. ſ. ſyrup. roſ. ſolut. ʒi. F. potio quæ ſæpius prout opus fuerit reiteretur, purgato corpore; volo utatur ſingulis diebus manè hoc electuario ad quantitatem nucis juglandis.

℞. Conſerv. flor. borrag. roſ. an ʒi. m. diar. rhod. abbat. theriac. opt. ʒi. cum ſyrup. de pomis q. ſ. F. electuar. quo aſſumpto ingrediatur balneum aqu. dulcis egelidæ in quo incoxerint rad. acetoſ. vel lapath. maj. fumaria, lupini contuſi furfuribus mixti, & in panno lineo ligati quo in balneo ſordes abſtergi velim in balneo moretur per horæ ſpatium, poſt decumbat, poſt horam unam aut alteram, abſterſo ſudore; crura & cæteras partes infectas inungat hoc linimento.

℞. Succ. ſolani ſucc. ſcabioſ. acet. roſac. an. ʒi. ſucc. rad. lapath. ſucc. rad. enul. an. ʒvi. ol. roſ. ʒiv. cortic. helleb. nigr. in petia ligat. ʒiii. coq. omnia ad ſuccorum ferè conſumptionem, deinde helleborus abjiciatur, adde butyr. rec. ℥iß. pingued. viper ſi haberi poſſunt, ſi non loco ejus theriac. bonæ ʒi. plumb. uſt. ʒß. Lithargyr. ceruſſ. an. ʒii. Thur. ʒiß. ſtyrac. calam. ſal. nitri. an. ʒii. omnia M. & cum ſucco limonum agitentur tamdiu in mortario plumbeo donec formam linimenti acceperint. Poſt balneum abſolutum, placeret hoc remedium, quod apud quoſdam pro experto ſecreto in hoc morbo conſervatur, accipiunt milvum deplumatum, poſtea abſciſſo capite, pedibus, atque eo eviſcerato, interiora omnia, caput & pedes in ollam rudem conjiciunt, quam teſtam luto oblinunt, & in furnum calidum imponunt. Ubi omnia combuſta ſunt, extrahunt, quodque in ea inveniunt, pulverant, atque ex eo pulvere manè in aliquo liquore propinant, quod verò reliquum eſt avis, partiuntur in tres partes, & quomodocunque coctum, edendum præbent ægroto, eo ordine, ut tertia die poſtremam partem avis abſumat, quo remedio teſtantur quidam hunc morbum alias novem dierum ſpatio perſanatum eſſe. A me verò alias in *Italia* hoc ſequenti experimento curatus eſt hic affectus. Accipio duas vel tres viperas, ſi haberi nequeunt, totidem alios ſerpentes, conſcindo vivos & adjecto multo hordeo decoquo in aqua quoad hordeum tumeat aut crepet, hordeo eo & ipſa ſerpentum carne pullos gallinaceos multos continuo alo, nec aliud alimentum ſuppedito; ſolent pulli poſtquam aliquot dies enutriti ſunt, implumes evadere, & tandem rurſus plumis veſtiti: ubi igitur per multos dies ita aliti ſunt, paulatim incipio ægrum horum carne, & carnium eorum iuſculis alere, hoc remedium comprobatum eſt experientia. *Reinerus Solenander conſil.* 25. *ſection.* 1.

SUB-

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Lepra Arabum.

V*Aleſcus* de *Taranta* caſtrationem in hoc caſu valde probat, nec ego eam improbandam cenſeo; teſtium enim amputatione evirantur homines in morbum proni, ſicque in femineam naturam degenerant, & hepatis ſanguinem aſſantis ardore reſtincto, humidi & frigidi evadunt: quæ temperies elephanticorum intemperiei calidæ & ſiccæ toto eſt genere contraria, adde quod ſublata elephanticis gignendi facultate, tollitur ea hujus mali contagio quæ per prolis propagationem in humanum genus ſerpit & effunditur. *Paræus, lib.* 20. *Chirurgiæ*, 15.

Elephas, lues venerea & ſtruma aliquid habent cognatum & συγγενές, tres has hydras unus alexicacos *Hercules* hydragyroſis vincit & opprimit. *Guil. Ballonius lib.* 1. *epid. & ephem. pag.* 15.

Lac aſininum arcet elephantiaſin, caro aſinina proritat & advocat, unde hoc? an quia carnes craſſum ſuccum generant; lac autem ſerosum & tenue? hoc autem videtur abſurdum. Nam *Hippocr. lib.* 2. *De Diæta*, ita deſcripſit: quorum animalium lac tenue eſt, ſanguinis & ſimiliter, eorum etiam carnes ſunt conſimiles. *Idem lib.* 2. *epid. pag.* 186.

Neapoli cum ſubſiſterem narravit mihi *Marius Schipanus* ſummus ibidem Medicus, Principem *Neapolitanum Caraffam* pro curanda lepra veſci ſolitum carne aſini pulli. *Thomas Bartholinus*, *hiſtor.* 33. *cent.* 6.

Accommodatiſſimum remedium erit lactis potus, aſinini imprimis, velut magis detergentis, & tenuioris ſubſtantiæ, quotidie manè ad ℔ij. cum ſacch. & cremore tartari, quo dejectorium fiat. *Benedictus Sylvaticus*, *conſil.* 100. *cent.* 4.

Multi, ut ait *Ætius*, caſtratione ſe ab hoc morbo vindicarunt, hac ratione juvenem hoc anno liberavimus, qui incipiebat, & ultra principium fuerat progreſſus utatur carne erinacei terreſtris, exſiccata in furno, hoc non elephantiacis tantum, ſed & cachecticis, nephriticis, convulſionibus obnoxiis, & iis qui aqua inter cute laborant, convenit, ut teſtatur *Galenus*. Poteſt in locum carnis viperarum ſubſtitui ſervetur igitur caro erinacei terreſtris, quæ ſi multa haberi poteſt, ad formam placentæ reducatur, comedat manè ante alia omnia, vel ſi velit, elixet cum ſalvia & borrag. & de ea comedat. *Guil. Rondeletius conſil.* 53. *lib.* 7. *conſil cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Tanquam certum remedium ulmi uſus in curanda recenti elephantiaſi à *Iacobo Doyvineto*, *lib.* 1 *cap.* 7. prædicatur. Vidit enim adoleſcentem tali affectu laborantem, & decoctionis ulmi uſu (factis faciendis) convaluiſſe, ea quidem pro omni potu utebatur in quolibet paſtu, cum pauco vino albo, & tanti ſudores movebantur graveolentes, ut vix illos cuſtodes ferre poſſent, ita viſcera purgabantur & magna urinæ copia excernebatur, quibus excretionibus ſanus factus eſt. *Iul. Cæſar Baricellus*, in hortulo genitali *Pag.* 306.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Lepra Græcorum.

PRæmiſſis univerſalibus remediis hoc unguento liniantur, quo & altera puella à nobis curata fuit, quæ pro elephantica habebatur.

℞. Lithargyr. aur. & argenti macer. per noctem in aceto acerrimo, an. ℥i. ſulph. vivi ℥ß. hellebor nigr. ℈j. ſalis nitri ℈ij. ſucc. limon. ℥j. butyr. rec. axung. porcin. an. ℥ß. ol. roſac. q. ſ. cum modico ceræ F. unguentum. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 9. *lib.* 4. *Obſerv. Chirurg.*

Cuiqam nobili viro leprę implicito, multa remedia fruſtra adhibui, ſecui venam, præparavi, purgavi, tandem helleboro albo uſus, topica præclara admovi, theriaca pugnavi, omnia fruſtra, tandem uſu cucumerum evaſit, his conditis etiam utebatur toto anno. *Ioh. Heurnius*, *ad aphor.* 20. *ſect.* 3.

Curationem quod attinet, cum lepra hæc ſumma ſit ſcabies, eadem etiam, quæ ſcabies, medicamenta poſtulat; fortiora ſaltem. Imprimis hic utile eſt ſudores provocare decocto ſarſe aut guajaci. *Daniel Sennertus*, *pract. lib.* 5. *part.* 1. *cap.* 28.

Fran-

Franciſcus Gadius templi collegio præpoſitus jam biennio & atra bile morbo & *Græcorum* lepra detinebatur: nec ullis auxiliis, quamquam à clariſſimis viris curatus, levari, nedum ſanari potuerat: adeoque eum morbum moleſtè ferebat, ut dicere ſoleret, malle ſe mori, quam tam graviter affligi: hortabaturque me, ut etiam periculoſa tentarem remedia, quandoquidem ſecura nihil profeciſſent, verùm fœlicior fui ego, quam illi expediret, namque ptiſanæ uſu aſſiduo, & carnium teſtudinum, leviſſimis alioquin medicamentis, ſalis interdicta conſuetudine, eum ſex menſium ſpatio, ita utraque affectione curavi, ut nunquam poſtea redierint, ſed ut dixi, expediebat illi ut potius *Themiſon* aliquis fuiſſem, quam *Hippocrates*, ſeptimo enim poſt aut ad ſummum octavo anno, qui rex vocabatur apud ſuos, ab eiſdem captus, miſera multa primùm paſſus, & ſub terram vivus defoſſus, ut crimina fateretur tandem in vinculis in excelſo atque edito loco animam reddidit. *Hier. Cardanus, cur.* 1. *lib. De curat. admirandis.*

In hoc morbo nihil melius eſt ptiſana hordeacea; quæ ſic fit, hordeum infundatur in aqua multa duodecim horis coquatur, donec diſrumpatur, tundatur, cribretur, coquatur cum jure pulli vel teſtudinis, donec non amplius ampullas emittat, quod poſt tertiam hor. vix contingere ſolet: id autem in vaſe terreo, teſtudines etiam in aq. diu coquantur cum modico aceti albi, croco, & borrag. Et perſeveret in hujusmodi cibo per ſex menſes.

Purgato præparatoque corpore, miſſoque ſanguine, bibat per annum ter, quater; ſexies in menſe hanc aquam.

℞. Sang. porci rec. ℔iv. plantag. ℔i. ranar. ſine capite & cute ℔iß. cancror. chelas & caudas ad ℔ii. rad. & fol. lapath. acuti ℔ii. deſtillentur omnia ſ. a. & de hac aqua capiat ℥iv. ſingulo manè, & ſudet, ſi poteſt, nam calide bibenda eſt. Ex privatis auxiliis eſt hoc.

℞. Viperas veras & abſciſſis capite, & cauda ad tres digitos, coq. in pauca aqua, deinde contund. & cum furfure, & farina pinſentur, gallinisque tribus, aut quatuor edendæ præbeantur: cumque id factum fuerit per quindecim aut viginti dies occiſæ gallinæ, exenteratæ, atque deplumatæ, coquantur juxta morem: & jus illud bibat, & carnes edat, & poſtmodum quieſcat in lecto, donec exciderint cruſtæ. *Hier. Cardanus conſil.* 3. *lib.* 4. *meth. med.*

SECTIO NONA.

De Lethargo.

LEthargus (ἀπὸ τῆς λήθης, καὶ ἀργίας, i.e. oblivione, & inertia) ſopor eſt præter naturam continuus, inexpugnabilem dormiendi neceſſitatem, cum omnium rerum oblivione, imaginatione, & ratiocinatione læſa, inducens; comitante etiam lenta febre continua: vel eſt delirium intermiſſionis expers, cum febres, ſopore, & cerebri oblivione coniunctum. Ejus cauſam adſcribunt antiqui omnes pituitæ lentę, & viſcidę in cerebri ſubſtantia redundanti, & putreſcenti unde vapores ad cor continuò delati non impensè calidi lentam illam febrem excitant: ſed cum vix fieri poſſit, ut tota pituita putreſcat, pars quæ non computruit, ſua frigiditate ſaporem inducit. Alii volunt hunc affectum à vapore narcotico oriri, febriſque pituitoſæ ſymptoma eſſe, & non primarium affectum: aliquando à pituitoſo ſanguine inflammationem faciente producitur. Signa Lethargi ſeu Veterni hæc ſunt; lenta febre torquetur æger, in ſomnum perpetuò labitur, ignavus eſt & oblivioſus, ad ſtentoream acclamationem oculos quidem aperit, ſed ſtatim iterum claudit, cerebro oſcitat, & ore hiante perſiſtit, velut os claudere oblitus, urinam reddit jumentorum lotio ſimilem, ad mejendum à natura ſtimulatus matulam expetit, ſed manu tenens mejere quandoque obliviſcitur. Lethalis ut plurimùm eſt morbus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Lethargo

JUvenis quidam viginti quatuor annorum valde pituitoſus, cum uno atque altero die capitis gravitate laboraſſet, adeò fuit ſomniculoſus, ac in ſomnum propenſus, ut quæcunque agens dormire ſemper

per

per cuperet: ac assiduè in somnum dilaberetur, tandem accedente febre in Lethargum incidit. Cùm ad eum intrassem, illicò hunc clysterem injiciendum curavi.

℞. Fol. baruc. ursin. alth. an. M. i. fol. betæ malv. mercurial. parietar. flor. chamæm. an. M. ß. furfur. p. ß. F. decoctio in colat. ℔i. dissolv. cass. ℥ß. diaphæn. ℥iii. mell. ros. colat. ℥i. ol. chamæm. ℥iii. sal. ℥iß. M. F. clyster at minimè admittens, glande acuta ex pulv. hier. picr. & troch. alhand. adjecto melle & sale, alvum mox deposuit. Postea juvene satis robusto existente, eodem die, cùm adhuc in principio morbi essemus, vena cephalica cubiti dextri secta fuit ad ℥vi. qua detractione febris plurimùm fuit diminuta. Deinde usi sumus hoc oxyrrhodino leviter repellente & nonnihil discutiente.

℞. Aq. chamæm. ℥iii. aq. ros. ole. ros. an. ℥i. ol. chamæm. ℥i. acet. opt. ℥ß. M. fronti tepide adhibui, interim ad ea remedia me contuli, quæ ægrum è somno excitarent, ut sunt asperæ frictiones vincula injecta, tractio pilorum pectinis atque barbæ, & castorei odoratus. Post quartum diem pro purgatione dedimus pilul. ex hier. & cochias, cùm magis excitatus esset. Tertio die adhibitis cucurbitulis natibus & humeris ad diversionem, ad topica magis discutientia devenimus hoc modo.

℞. Ol. lil. unguent. alabastr. an. ℥iii. cui etiam tandem adjecimus ol. castor. ℥ii. M. per os exhibuimus theriac. ℥i. cum ℥iß. conserv. bugl. sex horis ante pastum, quæ medicamenta cùm juvarent, ab aliis fortioribus abstinuimus; quale est castoreum, quod auctoritate *Mesues* datur à gr. iii. ad iv. ex oxymel. Ego sanè (inquit *Trallian.*) novi multos eo morbo victos, hoc solo remedio mortem evasisse: per se exhibitum proficit, adhuc autem magis cum oxymel. Sed his quibus usi sumus remediis, æger noster post septimum diem sanitati restitutus est. *Petrus Forestus, observ. 9. lib. 10. De Cerebri Morbis.*

Vir quidam crassus desidem agens vitam, crapulæ & inexplebili ingluvici deditus, cum hieme sese musto impleviset, in Lethargum gravissimum incidit. Vocatus ego, sanguinem ex cephalica mediocriter detrahere jussi, deinde clyster injectus, & ea exhibita quæ excitarent: neque ullo modo sinebam eum dormire, semper in officio sedulus, ut ita hominem morti destinatum ex tenebris in lucem revocarem. Strepitus & inclamationes admisimus. Imò aliqui scropham in cubiculum deferunt; pedibusq; ligatis in altum levatis ad lectum ægri agant, ut hoc garritu excitetur, vel tympanis sonantibus, aut serræ stridore. Cùm iam à somno utcunque excitatus esset, purgavimus eum infuso senæ & agar. & frontem capillis crematis adiecto aceti exiguo illinivimus, quod & huic malo antipharmacum est ab hoc sopore cùm aliquando evigilasset *Diogenes*, medicus quæ rogaret, quid ageretur: rectè (inquit) nam frater fratrem amplectitur; ipsum affectum mortis germanum innuens. *Petrus Forestus, observ. 10. lib. 10.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Letargo.

MUlier quædam honesto loco nata, cum aliquot diebus capitis gravitate laborasset adeo fuit somniculosa ac in somnum propensa, ut quæcumque agens dormire semper cuperet, ac assidue in somnum dilaberetur, à quo initio excitari potuit, tandem verò accedente febre non potuit. Remediorum usum hæc neglexerat; nec Medicum accersiri admittere voluerat: itaque non prius vocatus, quàm omni sensu destituta, in gravissimum sopore delapsa esset. Detractus illi mox sanguis fuit e vena dextri pedis, enemata iniecta cucurbitulæ natibus & humeris admotæ, topica multa alia adhibita: verùm his non proficientibus tandem mors supervenit: capitis huius cranii osse sublato, abscessus in anteriore cerebri parte repertus, & pus interiori cranii ossis parti adhærescens, quod & e naribus paulò ante mortem paofluxerat. *Rembertus Dodonæus, cap. 7. obs. suarum.*

Si Lethargicis febris superveniat, Letargus solvitur: quod si sponte febris non accedat, licebit eam arte facere, inungendo pulsibus oleum è scharabæis factum ad modum olei Scorpionum: sic enim certo experimento febris excitatur ephæmeram æmulans, & altero statim die disparens: licebit

cebit tentare ſecundum *aph.* 57. *lib.* 4. *VVolfangus Hœſerus*, *lib.* 1. *Herc. med. cap.* 6.

Magiſter meus juſſit ſuſpendi ad caput lecti cujuſdam Lethargici ſuam unam per pedem, qui audiens continuum clamorem ſuis vociferanti sin tantum terrebatur, quod dormire non poterat. Cuidam alteri fecit caput abradi, & cum melle inungi; quo facto muſcæ cœperunt eum in tantum infeſtare quod dormire non poterat; percutiendo ſemper muſcas, & ſic curatus eſt.

℞. Pulv. caſtor. capill. hominis combuſt. ſalv. ſabin. an. terantur & temperentur cum ſucco apii & tepidum occipitio applicabis. Aliud.

℞. Ficus ſiccas, coq. in aceto, ſi corpus fuerit pingue, in aqua verò ſi macilentum. Cùm decoctæ fuerint, terantur, & cum ſem. ſinap. F. ſinapiſmus, qui occipitio, raſo tepide applicetur. *Arnoldus* de *Villanova*, *Practic. lib.* 4. *cap.* 11.

In Lethargo nihil præſentius ſpiritu citri rítè præparato, cujus beneficio filium meum morti ☉ creptum memini, qui Lethargo penitus oppreſſus hoc unico remedio præ cæteris excitabatur. *Gregorius Horſtius*, *obſerv.* 3. *lib.* 10.

Super laminam ferream candentem affunde acetum forte cum ſem. nigellæ, rutæ, & caſtoreo coctum, ut nares patientis feriat: ſic eum excitabis. *VVolfgangus Hœſerus Herc. med. lib.* 1. *c.* 6.

SECTIO DECIMA.

Pro Lichene ſeu Impetigine in palmis manuum.

JUvencula quędam octodecim annorum cùm Lichenem in palmis manuum & citra interſtitia digitorum admodum fœdam haberet, nec ullis remediis curari poſſet, tandem univerſalibus, factis evacuationibus, hoc noſtro unguento eam curavi.

℞. Lithargyr aur. & argent. per noctem in aceto acerrimo infuſ. & macerat. an. ℥ß. ſulph. vivi ℥i. pulv. helleb. nigr. ℈i. ſucc. limon. ℥i. axung. porcin. & butyr. loti in aq. roſ. an. ℥ß. cræ modicum. F. unguentum molle, S. A. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 5. *lib.* 5. *Obſer. Chirurg.*

SECTIO UNDECIMA.

De Lienis Affectibus.

LIen qui velut promptuarium quoddã eſt pro recipienda terreſtri & limoſa parte, ſanguinis, ut ulterius cocta & exalata, in fermentum habeat effervescentiæ gratia ſanguini denuò remandandum, quamplurimis infeſtatur morbis, quales ſunt, obſtructio, tumor diſtendens, ſcirrhus, dolor, inflammatio vulnus, ulcus, &c. obſtructione frequenter laborat, idq; ob eas omninò cauſas, quas in hepatis obſtructione propoſuimus. Dignoſcitur gravitate & renitentia in ſiniſtro hypochondrio, cum dolore quandoque præſertim à longa ambulatione & curſu, faciei etiam color lividus percipitur, & reliqua melancholiæ dominantis indicia apparent.

Scirrhus Lienis eſt tumor ejus durus ab humore craſſo indurato ortum habens: eandem habet cum hepatis ſcirrho cauſam, utriuſque eadem prorſus eſt diagnoſis, niſi quod in lienis ſcirrho durities & renitentia in ſiniſtro percipiantur hypochondrio.

Dolor interdum lienem affligit, citra febrem & duritiem, iſque à flatu exoritur, qui non ſolùm lienis ſubſtantiam, quæ ferè inſenſibilis eſt. Sed etiam membranam ipſum veſtientem diſtendit. Diſtinguitur à colico dolore; quod gravis ſit, & in uno loco fixus.

Inflammatio lienis ejuſdem eſt naturæ cum hepatis inflammatione, in eo tantùm differt, quod rarius fit à ſanguine puro, frequentius à ſanguine craſſo & melancholico: eaſdem etiam habet cauſas, tam conjunctas quàm antecedentes. Signa ejus tumor & dolor in ſiniſtro hypochondrio, ad diaphragma & ſiniſtrum humerum protenſus, gravitas etiam & pulſatio in eodem hypochondrio, febris aſſidua, cibi faſtidium, ſitis, lentor nigricans linguæ adhærens, moleſtus dexter decubitus, propter viſceris gravitatem ventriculo incubantis; interdum etiam ſiniſter, ſi tumor ingens fuerit, tumor interdum lienis figuram retinet, interdum totum ſiniſtrum hypochondrium implet; interdum etiam infra umbilicum apparet, multiplicata

materia, & inflammatione vicinas partes præcipuè umbilicum occupante.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Lienis dolore, duritie, & inflammatione.

DEtur primò vomitus cum vino emetico. Deinde exhibe hoc electuarium ſpleneticum.

℞. Raſ. chalyb. præp. ℥i. ſcolopender ℥i. ſpic. nard. lap. lazul. an. ℈ii. cinnam. ℥ß. cum melle cocto deſpumato. F. elect. cujus ſumat cochl. i. mane tribus horis ante cibum: & veſperi alterum cochl. duabus horis ante cœnam. *Rodericus à Fonſeca. tom. 2. conſult. 75.*

Multis & variis tentatis remediis æger tandem hoc unguento ſanus factus eſt.

℞. Ol. communis ℔iij. medul. cruris bovis ℔i. butyr. rec. ℔ii. ſucc. bryon. ſucc. cyclam. an. ℔i. bulliant ad lentum ignem uſque ferrè ad ſucci conſumptionem, colat adde pulv. ceterach. cort. cappar. tamariſc. ſem. agn. caſt. an. ℥iii M. F. unguentum. Eſt hoc unguentum mirabile quo omnes doctiſſimi Medici *Ferrarienſes* uſi ſunt, inter quos numerare eſt *Savonarolam*, *Ugonem de Senis*, *Leoniceum*, *Bonaciolam*, *Manardum*, *Braſſavolam*, & omnes hodie ibi artem Medicam exercentes, cum quibus nos per ſeptennium ibidem agentes, eo quoque ſæpè uſi ſumus, & magnum ex ejus uſu obſervavimus juvamentum *Amatus Luſitanus*, *cent. 1. curat. 86.*

Curatur dolor lienis clyſteribus carminantibus, purgatione convenienti, fomentiſque emollientibus ac diſcutientibus, aceto adjecto: tum etiam linimentis compoſitis ex ol. lil. chamæm. cappar. abſinth. cum modico ſpicæ & aceti.

Si poſt horum remediorum uſum dolor perſiſtat, cucurbitula ſiniſtro hypochondrio erit admovenda, modo nulla inflammationis: aut fluxionis ſuſpicio fuerit. *Lazarus Riverius*, *prax. med. lib. 2. cap. 2.*

Inflammationis lienis curatio eadem inſtituenda eſt, quæ in hepatis inflammatione fuit propoſita. Si ſequentes tantum adhibeantur differentiæ. Primo, quod venæſectio, liene inflammato, in brachio ſiniſtro celebranda eſt, ſed non ita frequenter, ut in hepatis inflammatione, quod verò de apertione ſalvatellæ ab auctoribus circumfertur, quam lienem peculiariter exonerare ajunt, ſuperſtitioſum eſt & jam ferè in uſu practico obſolevit. Utilius multò è baſilica vena ad omnes implendas indicationes, ſanguis detrahitur. Secundo, quod topica, quæ inflammatione hepatis hypocondrio dextro admovebantur, hic ſiniſtro applicentur. Tertiò, quod in dictorum topicorum uſu, aſtringentia non ſint tanta cura, & tam diu continuanda: quia cum lien ſit pars minus princeps, illius robori tanto perè ſtudendum non eſt. *Lazarus Riverius*, *prax. med. lib. 12. cap. 1.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Lienis obſtructione.

MUlier quædam obſtructione Lienis cum levi tumore non admodùm duro laborans, ſequentibus medicamentis utens egregiè habuit.

℞. Endiv. cichor. cum rad. ceterach. cap. ven. cuſcut. ſcolopender. an. M. i. ſummit. lupul. M ß. cort. rad. cappar. tamariſc. an. ℥ß. ſem. agn. caſt ℥ii. ſem. aniſ. carvi, an. ℥i. fol. ſen. ℥iß. epithym. ℥iii. uvar. exacinat ℥i. F. omnium dec. pro ℔iß. adde ℥iii. aceti in decoctione, in colat diſſolv. oxymel. ſimpl. ſyrup. de quinque rad. & de ſcolopender. an. ℥i. M. F. Julepus. Deinde ſecta eſt vena lienaris in manu ſiniſtra, quod egregiè profuit. Poſtea denuò purgata eſt, pilulæ iii. ex ℈i. Ammoniac. aceto diſſolut. exhibitæ ſunt, ſuperſorbendo oxymel. ſcillit. ℥iß. hoc enim ſolo vidi præceptorem meum *Elidæum Bononiæ* curaſſe quendam ſpleneticum tribus annis eo malo detentum. Juſſi quoque ut uteretur vino decoct. rad. filicis, quo & idem præceptor meus uti ſolebat Idem dedit *Amatus*, *cent. 6.* ad ſplenis duritiem poſt univerſalia remedia, ad viginti dies minuit enim lienem, ut & fotus aceti acerrimi in quo lapis pyrites candens extinctus fuit, quod acetum ſpongia exceptum ad *Gal.* mentem optimum eſt remedium,

Vtebatur etiam *Elidæus* hoc unguento & cerato.

℞. Succ.

℞. Succ. brion. ſucc. cyclam. an. ℔j. dialtheæ ammoniac. in aceto ſolut. ol. cappar. amygdal. d. an. ℔ß. omnia in duplici vaſe bulliant, adde ceræ q. ſ. ut F. Unguentum.

℞. Pingued. anſer. mucilag. alth. an. ℥j. pulv. tamariſc. ceterach. rad. cappar. rad. filic. an. ℥i. Reſin. colophon. ℥ij. Ceræ, reſin. pini, q. ſ. F. ceratum: commendabat pulverem tamariſci in furno exſiccati cum cinnam. in cibis, & in potu dabat pulv. rad. filicis. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 2. *lib.* 2. *De Lienis Morbis.*

Cum Villicus quidam Lineoſus ſiti maxima torqueretur, jus cum tribus aut quatuor guttulis ſpiritus vitrioli ſumens, ad temperandum immodicæ ſitis æſtum, ex hac potione ventre ſoluto plus quam quadragies, ſiti & obſtructoine lienis liber convaluit, ita in multis caſibus res eveniunt inexpectatæ. *Dominicus Panarolus*, *obſerv.* 21. *Pentecoſte* 2.

Curatio eadem huic morbo competit, quæ in hepatis obſtructione ſupra fuit propoſita, addendo ea quæ peculiariter lienem reſpiciunt, & humori melenchonico præparando expurgandoque dicata ſunt. His autem pilulæ de ammoniaco ſequentes, tanquam efficaciſſimæ addendæ ſunt, & in frequenti uſu habendæ.

℞. Ammoniac. pinguis in aceto ſcillit. ſoluti ℥j. Extract. Aloes ℥ß. Cryſtall. tartar. ℥j. Myrrh. croci, an. ℥ß. Maſtich. benjoin. ſal. fraxin. & abſinti, an. ℈i. cum oxymel. ſcillit. F. maſſa pilul. doſis ℥ß. bis in ſeptimana, purgationibus interjectis.

Præ cæteris autem remediis, quæ ex chalybe componuntur, ad lienis obſtructiones reſerandas ſunt efficaciſſima.

Amatus Luſitanus, *cur.* 61. *cent.* 5. Curationem proponit obſtructionis lienis, à quartana febre relictæ, quæ ſublata eſt decoctio rad. chinæ per viginti dies, poſt convenientes purgationes uſurpato. *Lazarus Riverius lib.* 12. *prax. med. cap.* 3.

Pilulæ tartareæ *Bontii* hic conveniunt, quæ ſic parantur.

℞. Aloes ſuccotrin. ℈. ℥iii. Gummi ammoniac. cum aceto ſcillitico depur. ℥iß. Tartar. vitriol. ℈iß. F. maſſa S. A. doſis à ℈j. ad ℥i. manè, vel ante cœnam ℈ß. maximi ſunt levaminis in morbis tartareis ut ſunt affectus hypochondriacus, obſtructio lienis, meſenterii, &c. incidunt enim tartaream mucilaginem, eamque per dejectionem expurgant: tantæ ſunt apud *Hollandos* æſtimationis, ut piaculum habeant communes eas reddere, alio modo etiam ita parantur: recipiunt extractum rhei paratum ex rhei el. ℥ß. & corrigentibus, ſpeciebus diamargar. frigid. & diarrhod. abbat. an. ℥j. in ſucco citri per noctem maceratis, in colatura diſſolvuntur ſpecies ſuperiores, fitque S. A. maſſa, & ſic hepar magis reſpiciunt. *Jo. Schroderus*, *lib.* 2. *Pharmacop. Med. Chym. cap.* 73.

Sacratiſſimus Imperator *Ferdinandus* tertius, pro cura verna, & conſilio Medicorum, ſolius limaturæ chalybis crudæ in vinum paſſulatum infuſione utebatur, quam male colatam & filtratam frigidè bibebat, & in curre vectus celeriter, quia pedibus uti non poterat, ſeſe per horam exercebat. *Vvolfangus Hæſerus*, *Herc. Med. lib.* 3. *cap.* 3.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Lienis Scirrho.

POſt univerſalia remedia, imperavi, ut hoc arcana Præceptoris mei *Faventini* uteretur ad quindecim dies, quo omnis diurities ſplenis diſſolvitur.

℞. Rad. filicis ℥ß. rad. cuſcut. ℥ij. M. & bulliant in ℥viij. vini albi potentis ad tertiæ partis conſumptionem colatura patienti detur. Poſtea ut hoc unguento regio lienis inungeretur mandavi; quo & alij curati ſunt, & magni pretii apud me habetur.

℞. Ol. cappar. ℥j. ol. lil. alb. amygd. d. chamæm. butyr. rec. an. ℥ß. ſucc. brion. cyclam. an. ℥ß. ebulliant olea ad conſumptionem ſuccorum: adde ammoniac. in aceto ſolut. ℥iiß. pingued. gallin. medull. crur. vitul. œſyp. humidi an. ℥ß. pulv. cort. rad. tamariſci, cappar. ceterach. rad. filicis, an. ℥j. pulver. ſem. agn. caſt. geniſt. an. ℈j. ceræ parum. F. Unguentum. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 8. *lib.* 20.

Ceratum meum de ammoniaco, quo ego utor, fuit impoſitum: cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. Ammoniac. diſſolut. in aceto, ℥j. dial-

℥i. dialth. & empl. de melil. an. ℥ß. furfur. ℥j. pulv. radi bryon. sicc. pulv. rad. ireos sicc. an. ℥ß. pingued. anatis, anser. gallin. an ℥iij. bdell. galban. an. ℥iß. ol. irini ℥iß. bulliant leniter in mucilagine sem. lini, fœnugræc. q. s. adde ceræ ℥ß. Terebinth. & resini pini, an. ℥iß. F. ceratum S. A. Plurimum emollit & resolvit duritiem scirrhosam, ut hoc ipsum pro arcano habeam, ac in officina per me semper paratum inveniatur. Deinde lien fomentabatur cum aceto in quo lapis molaris vel pyrites candens extinctus sit. *Idem observ.* 10. *lib.* 20.

Virum quendam à multis annis scirrho lienis graviter laborantem, divino favore fœliciter & brevi, his quæ sequuntur medicamentis, sanitati restitui. Instituta itaque prima optima victus ratione, sequens lenitivum exhibui.

℞. Fol. agrimon. veronic. cuscut. scabiol. sumar. an. M. ß. sem. anis. & fol. sen. an. ℥ii. F. decoctio in colat. ℥iv. dissolv. Confect. hamec. ℥iii. diacathol. ℥ß. M, F. potio.

Purgato corpore, sequens præscripsi apozema.

℞. Rad. fœnic. aspar. lapat. acut. scrophular. polipod. q. saniculæ cort. inter. rad. trangulæ, an. ℥i. fol. agrimon. veron. cuscut. scabios. ceterach. sumar. scolopendr. cap. ven. cochlear. nasturt. aquat. an. M. j. flor. genist. sambuc. an. Mß. sem. fœnic. anis. an. ℥i. liquir. ras. uvar. pass. exacinat. an. ℥iß. fiat decoctio S. A. in colat. ℔j. dissolv. syrup. de scolopendr. de epithymo, an. ℥iß. aq. cinnam. & aceti, an. ℥i. M. F. apozema pro tribus matutinis. Interim loco affecto sequentem applicui sacculum.

℞. Rad. alth. malv. cum toto, an. ℥i. flor. chamæm. melil. sambuc. fol. cochlear. nasturt. aq. an. M. ß. incidantur & contundantur, indanturque sacculo, quo filo intertexto; & in aq. cocto, calidè bis aut ter quotidie applicetur. Post totum totum latus unguento meo, ad splenes induratos inunxi, emplastrumque meum de cicuta supra alutam extensum applicui. Hisce scirrho emollito, sequentem potiunculam propinavi.

℞. Confect. hamec. ℥iij. extract. hellebor. nigri gr. vi. aq. cinnam. ℥ß. cum decocto præscripto. F. potiuncula, sumatur mane. Corpore hac potione tam per superiora quam inferiora (absque tamen ulla violentia) probè expurgato maximum levamen persensit, evomuit enim multùm humoris adusti, nigri, & melancholici, proculdubio ab helleboro ventriculum versus attracti, quapropter ne imperfectum relinqueremus opus inceptum, denuò apozematis præscripti doses sex vel septem exhibui, interim quoque fomentationibus, inunctionibus & emplastro præscripto usi sumus: per intervalla quoque potiunculam ex confect. hamech: & extracto hellebori propinavi. Sic divino favore pleniſſimè convaluit, multosque deinceps annos incolumis supervixit. *Guil. Fabritius Hildanus, observ.* 49. *cent.* 2.

Unguentum ad splenes induratos ex oleo amygd. d. ol. de cappar. pinguedine humana, ursi, caponis & anseris, in quibus succus cochlear. nasturt. aq. & tamarisc. coxerit, conficio. Addo nonnunquam nonnihil gummi ammoniac. dissoluti aut in prædictis succis, aut aceto scillitico. *Idem pag.* 657. Ibi etiam habetur descripto empl. de cicuta.

Mirabile est Emplastrum ex cicuta cum ammoniaco aceto dissolute. Accipe cicutæ M. iv. ammoniac. ℔ß. infunde aceto acerrimo dies octo. Deinde bulliant dum ammoniacum solvatur, hinc per pannum fortem lineum validè exprimatur, iterumque expressus liquor ebulliat quinquies, & adjecta cera, cum oleo amygdal. dulc. F. unguentum. Hoc sit pro secreto; nam omnem duritiem mollit. *Joh. Heurnius, lib.* 2. *Method. ad praxin. cap* 10.

In lienis scirrho remedium habeo probatum ceratum nimirum compositum ex duabus partibus ammoniaci in aceto dissoluti, una succi tabacci, dimidia resinæ pini, terebinth. & succ. ebuli, una olei de cappar. & ceræ novæ q. s. ad empl. seu cerati formam adipiscendam, quod emolliente & digerente sua facultate plurimos obduratos lienes sanavit: dicam vobis, & aliud quod ostendit aliquando experientia: curabam quendam nobilem, cujus custos domus erat hydrope affectus ex scirrho lienis, quem habebat permagnum, cui ergo ordinavi spongiam ex aqua calcis vivæ expressam. Sanato domino non amplius accessi;

neque

neque ille me adivit, sed expertus indies magis spongiarum earum utilitatem perpetuò usus est spongiis jam propositis, quousque tum ex hydrope, tum ex scirrho lienis fuerit curatus. *Hier. Fabrit. ab Aquapend. lib.* 1. *Chirurg. cap.* 51.

Curatio scirrhi lienis eadem omnino est cum ea quæ pro hepatis scirrho fuit proposita: ex remediis pro hepatis scirrho propositis, magno in pretio habendæ sunt pilulæ ex aloe, ammoniac. & merc. dulci: quæ tamen non abunde satisfaciunt: opiata sequens utramque paginam implebit: nisi morbus prorsus sit incurabilis.

℞. Gummi ammoniac. opoponac. bdell. an. ℥ii. dissolv. in vino albo, colentur, & coq. deinde confect. hamech. diaphæn. an. ℥ii. cathol. duplicat. ʒß. pilul. fœtid. ℥ii. F. opiata, de qua capiat ʒß. addendo merc. d. gr. xx. continuando per plures dies consequentes, sicque tumor & durities evanescet: convenit venæ sectio in principio, at morbo inveterato minime prodest. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 12. *cap.* 4.

Puella septem annos nata correpta fuit febre quartana, & post curationem ipsius incidit in tumorem durum & scirrhosum lienis: curata fuit solo usu aq. stillat. tamarisci, cum oleo vitrioli: sumebat singulis matutinis horis jejuno ventriculo: istius aquæ ℥iv. cum ol. vitriol. gt. vij. & intra mensem perfecte curata fuit. *Joh. Faber. curat.* 67.

Si aliis malum non cedat, licebit cauterium in regione lienis infigere magno cum successu. Et quod mihi creditum velim, deploratos per hoc me curasse memini. *Nicolaus Fontanus, Analect. cap.* 24.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Lienis tumore.

NOvi vetulam quandam (cum viginti annis splenetica fuisset (tumore lienis duriusculo laborantem solo continuò esu capparorum convaluisse. *Petrus Forestus, obs.* 2. *lib.* 20.

Multos nos tali vitio affectus curavimus; inter quos unum, quem, cum septennio hoc morbo vexatus frustra multa consilia ac pene infinita præsidia expertus fuisset, solo tandem capparis qui tali ægritudini aptissimus cibus est, solaque illius aquæ, in qua faber ferrarius sæpe candens ferrum extinguit, annua potione liberavimus: tanta scilicet in ejusmodi aqua contra hoc vitium inest vis atque virtus: unde & compertum est animalia quæ apud fabros educantur perquam exiguos habere lienes *Antonius Benevenius, cap.* 105. *libri de occultis morborum & sanationum causis.*

Ad purgandum humorem melancholicum maxime laudantur pilulæ de ammoniaco, quæ pro secreto habentur in hoc morbo: quæ sic fiunt.

℞. Extract. Aloes cum aq. endiv. ℥i. Gummi ammoniac. in aceto scilit. solut. myrrh. præp. an. ℥i. mastich. spec. trionsant. an, ℈i. croci, ℈ß. sal. absinth. ℥i. cum syrup. de succo ros. F. massa pilul. cujus accipiat per intervalla ℥i. plus minusve: usus harum pilul. non solùm in hoc affectu, sed in omnibus obstructionibus ventris, in quartaniis cachexiis præcipuus habetur. *Rodericus à Fonseca, tom.* 1. *consult.* 28.

Suadeo ut sinistra hypochondrii regionem integat hoc emplastro, quod non solùm mollit, discutit, humoresque in splene conditos resolvit, & dolorem, si quis leviter sopit, verùm etiam viscus roborat & consolatur.

℞. Ammoniac. ping. ʒii. aceti ʒvii. vini alb. ʒiii. coq. ad humoris consumptionem: tum adde empl. de meliloto ʒiß. Mastich. ℥ii. pulv. ceterach. pulv. flor. chamæm. calam. arom. sem. cumin. an. dr ß. ol. cappar. partes ij. ol absinth. & nardin. an. part. j ceræ novæ q. s. F. emplastr. estend. q. s. super alutam, & applicetur lienis regioni. *Reinerus Solenander, consil.* 21. *sect.* 3.

SECTIO DUODECIMA.

De lienteria.

VIde supra libro tertio sect. 47. *De celiaco morbo.*

SUBSECTIO UNICA.

Pro Lienteria.

VIr quidam lienteria laborans ſingulo die jejuno ventriculo ſumens ʒß. ſequentis electuarii nihil ſuperbibendo curatus fuit.

℞. Sacch. roſat. ʒi v. theriac. opt. ʒvi. cum miva citonior. q. ſ. M. F. elect. eodem modo fuit curatus teſte, *Amato Luſitano cent. 2. cur. 56.*

Nobilis quidam *Anconitanus* ſenio confectus qui cùm per plures dies ſemicrudum cibum per ſeceſſum emitteret, & multa præſidia tentata illum non juviſſent, hoc elect. ultimò refectus fuit; & ſanitatem obtinuit: uſus eſt ſacch. roſato antiquo. *Petrus Foreſtus, obſerv. 24. lib. 22. De diverſis generibus profluviorum alvi.*

Vir quidam 46. annorum lienteria gravi afficitur, quàm *Dei* auxilio, quod mihi ſemper deſperatis & graviſſimis curandis morbis præſto eſt depello levi hac cura, certa tamen. Potus ſit vinum abſinthites & aqua chalybeata. Cibus omnis conficiatur ex aqua chalybeata. Manè edat panem benè coctum in vino aduſto maceratum. Stomachi regioni accomodet emplaſtrum ex mica panis ſecalini & aceto forti conflatum. His remediis bonus ille vir a lienteria exitiali evaſit. *Martinus Rulandus, cur. 37. cent. 7.*

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

De Linguæ calculo.

SOrorcula quædam *Delfia* annos nata viginti & tres, & cùm circa os maxillæ inferioris prope mentum longo tempore doleret, ſub lingua in muſculoſa carne laxiore verſus radicem Chirurgus qui illam quotidie inviſebat cum duritiem diu ſenſiſſet, abſceſſum in lingua futurum ſperabat: huic ficum aridam per medium ſciſſam continuo, ad ſuppurationem promovendam, loco dolenti apponit: & præter ſpem tumore jam emollito, lapillus quidam inſigniter durus ultrò exivit abſque inciſione ad magnitudinem nucis avelanæ formæ tamen longioris ut vidimus alio lapillo ex pulſo ſtatim omnis dolor ceſſavit, nulla ſuppuratione; aut ſanie vel pure ſubſequente; & quod dictu mirum eſt, labris vulneris per ſe rurſus unitis, abſque ullis medicamentis. Iſtis etiam diebus lapillum ex lingua prodeuntem vidimus paulò ampliorem ab illo quoque tandem expulſum: res admiratu digna, lapillo erumpente: nec ſaniem, nec ſanguinem ſubſecutum fuiſſe, linguamque ita per ſe coalitam: fortè cum & vulnera linguæ facilè per ſe coaleſcant, ut conſtat in perjuris, & iis maleficis, quibus lingua clavo perfoditur, facilè coaleſcit, & conglutinatur ob mollitudinem carnis. *Petrus Foreſtus, obſerv. 26. Schol. lib. 14.*

Intumuerat mulieri cuidam admodum lingua, ita ut eam movere, aut loqui non poſſet: uti neque aliquid deglutire, rupto tandem ſponte abſceſſu procidit calculus tophaceus, durus & magnus. *Felix Platerus, obſ. 3. pag. 896.*

Vir quidam quadraginta annorum graves & frequentes in fauces & tonſilla fluxiones patiebatur: tandem animadverſum eſt lapillum ſub lingua concretum fuiſſe, qui facilè extractus eſt, ægerque ab eo tempore fluxionibus prædictis vexatus non fuit. *Petrus Eſtanove, obſerv. 5.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Linguæ & Labiorum reſolutione.

NOndum hic affectus paralyſis dici debet, licet, niſi debitè tractetur, in illum poſſit terminari. Aer diligendus purus, qui calida & ſicca qualitatibus ſuperfluum capitis humorem abſumere diſcutereque valeat. Suffitus in ædibus utiliter quandoque excitantur: ad hoc bene facit ex alvo ſuccino puriore, ſcilicet, tenuiora ramenta paucis carbonibus injicere minus gravis eſt & tamen perbellè ſiccat roboratque cerebrum odor ex indico ſuccino, animen vocant, excitatus ex cariophyllis quoque admitti poteſt: utilis & gratus eſt qui ex ſequenti pulviſculo compoſito movetur, ſiccat egregiè, calefacit mediocriter; & roborat internas partes capitis.

℞. Benioin. ʒii. lign. aloes, ʒiß. ſtorac. calamit. ℈i v. anim. ʒß. thur: ſandarach. a-

rab.

rab. (i. e. gummi juniperi) an. ℈ii. cariophyll. ʒß. contusa M. pro suffitu; quo suffumigetur nocte dormituro tegumentum capitis, eundem excitando super carbones addo hic aliud quod in id genus capitis affectibus cavendis sæpè profuisse comperi: conficitur ex succini globulis minutis collaris corona, ea circa cervices collum circumdatur aliquot spiris, retineturque continuò sub interula ad cutem: hæc enim corporis tempore calefacta insensibili latentique vaporatione expirat, ita cerebri humiditates siccantur, absumuntur, & retinentur, additurque capiti robur: in aeris observatione advertendum est, ne exponatur caput æstui solari, multoque minus radiis lunaribus vitandus etiam percolatus aer & qui per rimam, vel exiguam aliquam feneſtram quasi luctando inspirat. nam ita ad feneſtram sediſſe, ventumque penetrantem cervice, capitisque altera parte excepiſſe, sæpenumero vidimus in ita dispositis magnum malum dediſſe. Victus instituendus exsiccans & moderate calefaciens: sunt cibi assi potius quàm elixi; condiantur rore marino, satureja, serpillo, salvia, origano, majorana, arantiorum & limonum corticibus; cinnamomo etiam nuce moschata, macere, cardamomo, & galanga: obſervarunt Medici, potiſſimum ex *Arabum* familia celebriores, esum columborum sylvestrium. Medicinam propriam esse ad relaxationem omnium membrorum (ut loquuntut illi) ad privationem sensus & motus, ad tremorem & amissionem loquelæ: compertum etiam est leporis cerebrum in frigidis cerebri & nervorum morbis utiliter comedi: assum comedi potest, conditum cinnam. & nuce mosch. singulis mensibus semel purgetur his pilulis.

℞. Pilul. aloeph. ʒii. Aloes rosac. ℈ii. Agar. opt. ʒß. rhei irrorandi aq. cinnam. ℈i. Zinzib. alb. sal. gem. an. gr. ii. M. cum ros. solut. f. pasta ex ʒi. f. pilulæ ix. dosis ʒi. Interea tempor is quandoque vesperi horis à parca cœna tribus, cum decumbendum fuerit, diglutiantur duæ aut tres ex iisdem pilulis ternis nimirum, quaternis, quinisve diebus quibuslibet: quod si alvus quandoque astrictior fuerit, hora una ante cœnam ex prædictis pilulis una aut altera diglutienda: vel in usum vocetur hæc pilul. massa: etenim tam serosos quam lentos frigidosque humores, quibus cerebrum gravatum minus expedite sensibus internis atque externis utitur, qui itidem vertiginis & paralyseos similiumque id genus morborum causas præbere solent, sine molestia educit, atque evacuat. Novi qui vegetam memoriam visumque expeditum in multos annos harum usu, quod scilicet vesperi à cœna decubituri, unam earum, longo tempore continuantes, diglutierant, conservarunt: pilulæ hæ sunt.

℞. Turpeth. gummos. colocynth. agar. opt. an. ℈ii. rad. asar. carioph. cubeb. nuc. mosch. mastich. an. ℈i. cal. aromat. succin. albiss. an. ℈ß. fol. sen. epithym: cretens. an. ℈i. sal. gemm. myrobal. chebul. pulp. sem. cartham. an. ℈ß. Aloes opt. ad pondus omnium, cum succo salviæ ad ignem depurato q. s. F. massa: & ex qualibet ʒ. pilulæ num. 7. vel 8 ex istis singulis diebus alternis vel ternis quibusque sine discrimine diglutienda una vel altera supra vesperam horis aliquot à cœna: quod si exquisitius purgare corpus quandoque in animo est, pilul. istarum tuto à ʒi. ad ʒiß. sumere licet. Purgato diligenter corpore, hoc unum adscribam, quo assumpto resolutam linguam aliquoties restitutam scio.

℞. Mithrid. vet. ʒi. rad. acor. condit. opt. triti ʒii. nuc. mosch. zinzib. alb. an. ʒß. sal. communis ℈i. subigantur omnia in mortario cum pistillo instillando continuo succi salviæ ad ignem defæcati q. s. F. elect. consistentia solidiusculum: ex eo avellanæ instar in ore retentum diu lingua volutatum tandem deglutiatur: interim profuerit aliquando caput per nares expurgare levi hoc errhino.

℞. Aq. majoran. ʒiß. pulv. nuc. mosch. ℈i. mell. rosac. colat. ʒii. dissolve: attrahendum mane e vola manus in nares: item apophlegmatismi loco teneat in ore aquam meliſſæ quæ ex meliſſa irrorata vino generoso asperſoque cariophyll. pulvere destillata erat: in quodam enim generosiſſimo viro comperi aliàs hanc aquam, cum primùm admoveretur, in restituenda loquela vehementer profuisse. *Reinerus Solenander, consil.* 14. *sect.* 2.

SECTIO DECIMAQUINTA.

Pro Linguæ Vulnere.

PUella quædam exerta lingua in terram cadens, partem illam quæ inter dentes erat ferà ex toto abscidit; vocatus sequentibus remediis curationem tentavi, atque fœliciter absolvi.

℞. Fol. & flor. liguſtr. plantag. roſ. rub. an. M. i. cortic. grana. balauſt. an. ʒß. coq. in ℔ii. aq. chalyb. ad tertiæ partis conſumptionem, in colat. diſſolv. acaciæ ʒii. ſyrup. de roſ. ſicc. ʒii. M. F. gargariſma, quo ſæpius interdiu abluatur lingua: in ore continenter tenebat ſyr. de roſ. ſicc. de cydon. ſyr. conſervat. ceraſorum, de ribes; veſcebatur juſculis carnium recent. hordeaceis, lacte amygd. d. & ſimilibus: his Dei beneficio pleniſſimè fuit curata, neque ullo modo depravata fuit loquela. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 28. *cent.* 1.

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Lochiis per alvum expurgatis.

LOchiorum poſt partum expurgatio copioſior nonnunquam eſt juſto, parcior nonnunquam, interdum planè intercerta. Pro diminuto vel ceſſante fluxu lubrica alvus confert, cujus rei cauſam non rarò admiratus ſum: novi puerperas quibus nulla lochia poſt partum ſucceſſerunt, magno vitæ diſcrimine: injecto verè clyſtere ſimplici, alvoque ſoluta convaluerunt, quibus diarrhœa loco ſanguinei purgamenti fuit ſaluti: quum uxor mea chariſſima fœliciter filiolum meum *Caſparum* enixa eſſet, parciſſimè præter morem lochia fluxerunt, ſed continua ferè aliquot dierum diarrhœa ſine ulla virium jactura purgata fuit. Dubitavi per quas vias retracta ſit materia ad inteſtina; longæ viæ ſunt, nec hic per alvum cruor decurrit; igitur verò mihi fit ſimile per alvum revelli & evacuari ſum quo alioqui diluitur ſanguis & impregnatur ad venas uteri patentes deducendus *Thomas Bartholinus, Hiſt.* 19. *cent.* 3.

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

Pro Lochiorum fluxu immodico.

MUlier quædam poſt abortum à ſanguinis fluxu immodico ſummam patiebatur virium dejectionem: illi præſcribo frictiones & ligaturas partium ſuperiorum, cucurbitulas ſub mammis, epithemata & pullos columbinos, fotus manuum cum vino calente, in quo confectio al-Kerm. diſſoluta ſit, & ſequentem potionem.

℞. Aq. plantag. naph. & roſ. an. ʒi. ſyr. corall. ʒi. ſal. prunell. ʒi. ſang. drac. ∋ß. M. F. potio, quæ ſtatim fuit exhibita, antequam reliqua remedia fierent, & intra horæ quadrantem dolores ventris & lumborum quieverunt, & fluxus imminutus eſt, ut aliis remediis non indiguerit, *Lazarus Riverius, obſerv.* 69. *cent.* 1.

Curatio fluxus ſanguinis immodici in illius cohibitione tota verſatur: ſumma tamen cautio adhibenda eſt, ne quod per hujuſmodi purgamenta excerni conſuevit: intus retineatur, & graviſſimorum affectuum cauſa evadat. Ideo ſi affectus non vehementer urgeat, à levioribus incipiendum erit, ad potentiora, ſi opus fuerit, ſenſim progrediendo, ac primùm ſanguinis impetus cohibendus eſt alimentis incraſſantibus, ut panatellis, gelatinis, oryza, amylo, cum juſculis pedum vituli, pyris cydon. coctis, carnib. aſſis ſucco granatorum aſperſis. Cibus paulò copioſior exhibeatur, non tamen una vice, ſed potiùs frequenter, cum modo calor & ſpiritus, qui expulſionem in utero adjuvant, ab utero ad ventriculum avocetur, & vires inſtaurentur. Vitelli ovorum huic uſui conveniunt: nam & facile coquuntur, & calorem ad ventriculum avocant: potus ſit aqua ferrata, vel extinctionis auri, vel in qua parum maſtiches bullierit, venter faſcia mediocriter conſtringatur: quia hoc modo comprimuntur vaſa & fluxus immodicus impeditur, lumbis admoveantur lintea oxycrato madefacta, ſi diutius duret fluxio, pulvis vel opiata ad plures doſes præſcribi poteſt in hunc modum.

℞. Lapid. hæmatit. ∋ iv. pulv. bol. armen. corall. rubr. margar. præp. an. ʒi. ſem. plan-

plantag. coriandr. præpar. & gran. ſumach. an. ℈ii. M. F. pulvis tenuiſſimus, de quo capiat ℥i. cum decocto centinodiæ & ſyrup. cydoniorum.

℞. Conſerv. roſ. rad. ſymphyt. an. ℥i. bol. arm. troch. de carabe, & corall. an. ℥i. cum ſyrup. corall. vel de roſ. ſicc. F. opiata de qua capiat ad magnitudinem caſtaneæ ſuperbibendo parùm aquæ potus ordinarii.

Exterius verò fotus & unguenta utiliter admovebuntur in hunc modum.

℞. Summitat. lentiſc. rubr. plantag. cupreſſ. olivæ, polygoni, an. M. i. roſar rubr. p. ii. granor. myrti ℥iß. nuc. cupreſſ. numero vi. cortic. granat. p. ii. coq. in aq. chalybeata & vino rubro aſtringente, & colatura foveantur partes muliebres valdè tepidè & ferè ſubfrigidè.

℞. Unguenti comitiſſ. ℥ii. ſucc. plantagin. ℥i. agitentur ſimul, & fiat linimentum applicandum poſt fotum.

Injectio in uterum etiam poteſt fieri ex ſucco plantag. à *Galeno* laudato, vel decocto fotus prædicti.

Reliquis remediis non conferentibus, venæſectio in cubito præſentaneum eſt remedium, ſi paulatim & per quædam intervalla ſanguis educatur; ſic enim multas deploratas convaluiſſe experientia docuit.

De ſomno peculiariter hic annotandum, dum ſanguis copiosè effluit, eum eſſe penitus arcendum, multæ enim ex eo de medio tolluntur, quia calor ad interiora retractus majorem fluxum efficit: & ſi aliquando is concedendus ſit aliquis ex miniſtris ſemper adeſſe debet, qui ægrotantis pulſum & reſpirationem obſervet *Lazarus Riverius*, *prax. medic. lib.* 15. *cap.* 21.

SECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Lochiis ſuppreſſis.

IN puerpera lochiis ſuppreſſis laborante recte uſus ſum hoc decocto.

℞. Hord. mund. M. i. liquir. raſ. ℥ß. ſchænanth. ℥iß. coq. in aq. pro ℔i. id quidem vel in febre non obeſt, & ſimul purgationes ſopitas aperit, debilioribus ℥i. ſchænanth. in jure pulli bullire jubeo: hoc enim modo *Florentiola* Medicus *Bononienſis* utebatur: valet & jus cicerum. Mulieres *Bononienſes* dant jus columbæ in quo bullierit ſchænanthum ad purgationes promovendas; eſtque remedium *Nicolai*, at in robuſtioribus puerperis, ſi menſes diu retineantur, vena tali incidenda, ut in quadam cum maximo ſucceſſu fecimus, menſtrua purgatione ſubſequente: etiam ſumendo ℥i. pulv. dominarum cum aq. artemiſ. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 82. *lib.* 28. *De morbis mulierum*.

Hunc potum ſibi reddat famillarem aliàs à me expertum.

℞. Flor. chamæm. M. iß. pulv. cortic. arant. ſicc. ℥i. coq. in ſ. q. cereviſ. cujus colaturæ facc. finiſſ. parum miſceri poteſt: ab eo aliquoties aſſumpto melius habuit. *Joh. Petrus Lotich.*, *obſerv.* 21. *cap.* 1. *lib.* 5.

Purgatio convenire poteſt ſeptem vel novem diebus à partu, ex infuſ. rhei, agar. aut ſenæ; vel cum juſculo laxante ex herbis ac rad. aperient. cum ſena parato; vel cum mannæ, ℥iß. in juſculo diſſolutæ. *Lazarus Riverius*, *prax. med. lib.* 15. *cap.* 22.

Nobilis mulier pudicitiam ſuam proſtituerat, uteroque conceperat; conceptus ferè trimeſtris. Cum de ea re nulli ſuboleret, fortè cum joco multa faceret patereturque, in vicinum lectum conjicitur, in ejus ventrem incidit juvenis, qui impetu lapſus, & ſua ipſe mole opprimens, tantam utero vim intulit, ut illiſus fuerit fœtus: ingens copia ſanguinis fluit. Qui aderant nil tale de conceptu cogitabant. Advocatus Medicus, de amiſſa pudicitia ne cogitare auſus, totum id ad preſſum iſtum referebat, ideò rogatus omni ratione ſanguinem cohiberet, & ſupprimentia, & ſectionem venæ recens enixæ adhibuit. Sequenti die rheum præſcribit, nihil inde alienum conſecutum, an urgente neceſſitate recens enixas ad ſolennia remedia adigere audebis. *Guil Ballonius*, *lib.* 1. *Epid. & Ephem. pag.* 53.

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Loquela amiſſa.

PUella quædam ſeptem annorum, cum variolis graviſſimè correpta fuiſſet, cir-

circa quartum diem morbi loquelam ita amiſit, ut ne minimum quidem vocis articulum, aut ſonum aliquem edere poſſet. Ego cum in conſilium adhibitus eſſem, & hujus morbi cauſam inveſtigare vellem, ne minimum quidem linguæ vitium inveni, illam enim abſque omni difficultate movebat, protrudebatque atque ex una in alteram partem circumducebat. Ex his ſignis, malum in ipſis recurrentibus nervis eſſe haud difficulter conjeci: recurrentes enim nervos vocis præcipua eſſe organa poſt *Galen.* aſſerunt Anatomici, quapropter illis interceptis aut ſectis mutum ſtatim ut reddatur animal neceſſe eſt. Incurationem autem ſic proceſſi. Primò, ſyrup.roſ.ſolut. cum rheo, agar. & ſena, nec non duobus granis gutt. gamandr. diſſolutis in decocto beton. ſalv. prim. veris, corpuſculum ut per intervalla expurgaretur, ſuaſi. Deinde quæ cerebrum parteſque roborant, ut ſequens, facit elect. præſcripſi.

℞. Conſerv. flor. beton. prim. veris, ſalv. roriſmar. an. ℥ß. confect. alkerm. ʒii. ſpec. dianth. & de gemm. an. ℈ii. cum ſyrup. de beton. q. ſ. F. Electuar. de quo ſumat ægra quotidie ter aut quater præcipuè jejuno ſtomacho, & poſt cœnam ad magnitudinem caſtaneæ.

Exterius fotum ſequentem anteriori parti colli ubi nervi recurrentes deſcendunt, iterumque recurrunt, bis in die applicare juſſi.

℞. Flor. beton. ſalv. roriſmar. prim. veris, ſummitat. major. hyperic. centaur. an. M. ß. roſ. rub. jvæ arthetic. an. M. j. gran. junip. ℥iii. incid. & contund. omnia groſſo modo, poſtea indantur ſacculo ejus magnitudinis, ut anteriorem partem colli ad ſternum uſque cooperire poſſit, is aquæ incoctus applicetur calidè, fomenteturque collum ſpatio unius horæ; idque bis in die. Deinde inungatur collum ſequentibus aquis deſtillatis.

℞. Aq. beton. prim. veris, ſalv. lavend. an. ℥ß. ſpirit. junip. ſine vino præp. ℥j. theriac. opt ʒii. M. his non diu adhibitis remediis, loquelam paulatim recuperavit, & nunc optimè valet puella. *Guil. Fabritius Hildanus, obſervat. 14. cent. 6.*

Relatum eſt *Maximilianum Frederic* III. Imperatoris filium uſque ad nonum ſuæ ætatis annum prorſus elinguem & mutum fuiſſe, ſed tamen beneficio naturæ, non ſolùm ſermonem acquiſiviſſe, verùm etiam fuiſſe, ſed eloquentiſſimum: nam in ipſo exiſtimandum eſt vitium originem duxiſſe ex larga humiditate, quæ ætatis progreſſu conſumpta fuit. *Hieronymus Mercurialis, lib. 2. De Morbis Pueror. cap. 8.*

Græcus quidam Nobilis variis ulceribus à morbo *Gallico* contractis ſcatebat; à quibus optimo ſed ſubtili conſtituto victus ordine, & ebibito guajaci decoct ad 40. dies, ac poſtea à ceratis cruribus & brachiis ex mercurio impoſitis, & poſtea iterum repetito guajaci decocto, ſanus evaſerat; uno tantùm ulcere in alta palati parte permanente, quod nullis medicamentis cicatricem duxit; imò ibi perpetuum foramen relictum eſt, ob quod vir hic in totum uſum linguæ & vocis amiſerat. Quo tamen modo tanto malo occurrerimus, ut vir commodè loqueretur, attendite. Mirum namque artificium hoc excogito, quo ita rectè & continuè poſt loquebatur, ac ſi nihil mali unquam haberet. Habet autem artificium ſic. Ex auro capitatum clavum per Aurificem parari jubeo, clavi caput erat rotundum & latum, ut univerſam foraminis circumferentiam contigeret; cuſpis verò parva admodum & rotunda, in cujus medio auricula lentis modo prominebat. In hac igitur clavi cuſpide ſpongiola adaptabatur, quàm intra foramen ægrotus mittebat, quæ humiditate tumida inibi fixa manebat: unde ita eleganter loquebatur, ac ſi nihil mali haberet. Singulis verò diebus bis, veſperi ſcilicet & manè, inſtrumentum deponebat, & ſpongiolam lavabat, & digitis comprimebat, & iterum reponebat & intromittebat. Eo depoſito vox in totum deficiebat quæ eodem intromiſſo recuperabatur. *Amatus Luſitanus, cur. 14. cent. 5.*

SECTIO VIGESIMA.

De Loquela abſque Lingua.

S *Almuri ex Variolis* quidam expuit totam linguam, nec tamen loquendi promptitudinem amiſit, quanquam exacte aliqua literarum elementa proferre neſciverit.

verit. Sunt enim litteræ quæ ſine linguæ aliiſve enunciantur, ut A. vel à Labiis, eduntur ut B. *Thomas Bartholinus, Hiſt. 21 cent. 2.*

SECTIO VIGESIMA PRIMA.

De Lue Venerea.

LUes Venerea (quæ & Morbus Gallicus Italicus, Siphilis, & Pudendagra dicitur) totius ſubſtantiæ morbus eſt, occultus & contagioſus, tuberculis, maculis, ulceribus, cruciatibus & doloribus ſeſe prodens. Cauſa efficiens eſt occulta & venenata qualitas contagione & attractu contracta; & in humore aliquo velut in ſubjecto inhærens; hæc autem pernitioſa labes, licet variis modis ſe diffundat, venereo tamen concubitu maximè propagatur in genus humanum. Per totum corpus diſſeminato malo, ſæva pullulant ſymptomata, animum triſtitia detinet, corpus laſſitudo, pallor faciem, puſtulæ circa frontem primò, deinde per totum corpus erumpunt, dolor adeſt vehemens & vagus, modò in capite, modò in muſculis, modò circa artus, ac præcipuè ſub noctem moleſtans, fœda ſe prodit Gonorrhœa, circa pudenda oriuntur ulcera & bubones, deſtillationes contingunt pravæ, quæ modò palatum, & uvulam, modò fauces & tonſilas erodunt: Labia quibuſdam conſumuntur, quibuſdam naſus, quibuſdam oculi, aliis pudenda tota, languent omnia membra, nullum adeſt deſiderium cibi, nullus ſomnus, ſed mœror & iracundia continua & amor decubitus; febricula, aliquando, ſed rarò comitatur, pilorum accidit defluvium, & dentium caſus; Cùm denique inveteratum evadit malum, adſunt ulcera fiſtuloſa, calloſa, cancroſa, tophi in variis corporis partibus, oſſium caries, imprimis in cranio, oſſe palati & naſi, febris hectica, tabes, cachexia, epilepſia, ſurditas & cœcitas; exoſtoſes etiam ſuperveniunt, quę duplici modo fiunt, vel per modum adhæſionis materiæ craſſæ & viſcidæ oſſi affixæ, vel rurſus per modum excreſcentiæ oſſis ab interno meditullio: quamvis enim os ſua natura, durum ſit, tamen virtute veneni extenditur & augetur carnibus in ipſo oſſe genitis carcinomatoſis & exquiſitiſſimo ſenſu præditis, & tunc lues immedicabilis eſt.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Lue Venerea.

MUlieri cuidam virulentia venerea affectæ cum nobis & vlceribus in fronte conſului ut ab aſſumpta caſſia, vel elect. lenitivo, altero die ex vena jecoraria ſanguinem mitteret. Deinde ut hic Syrupus pro digeſtione ad octo dies ſumeretur.

℞. Syr. de fumar. de ſucco bugloſſ. an. vnc. ii. aq. fumar. bugl an. vn. ij. M. vel melius cum decocto fumar. bugl. beton. & liquir. Deinde ut hoc ſolutivum caperet.

℞. Confect. hamech. vn. ß. ſyr roſ. ſolut. vn. ii. aq prædictis, vel decocto fiat potio. Poſtea ut parum ſanguinis detraheret ex vena cephalica ob capitis inſignem dolorem & gummata in capite. Tandem redeundo ad ſyrupos, poſtea ut ſic iterum purgaretur præcepi.

℞. Confect. hamech. ℥vj. diaphœn. ℥ij. ſyr. roſ. laxat. vn. j. cum aquis, vel decocto F. potio His peractis, ut ad decoctum ligni hoc modo perveniret conſulvimus.

℞. Lign. guajac. circumquaque buxei coloris, intus autem nigreſcentis, ſerra vel lima in ſcobem redacti ℔i. Infund. in aq. fontis vel fluviatilis ℔xiv. per ſpatium vigintiquatuor horarum, & in olla fictili vitreata & bene operta; poſtea admoveatur lento igni, & decoquatur ut remaneant ℔viii. colatum inde in vas vitreum ſtricti orificij, & exquiſitè opertum, & ſervetur. Hujus decocti vnc. vj. vel paulo plus bibat horis quatuor ante prandium, atque interim ſe continebit in cubiculo tepido, è quo non recedet, donec totum tempus potionis tranſierit: quod ſi ſtragulis, & veſtibus bene contecta in lecto per vnam horam, vel duas ſudaverit, optimum erit; ſurget deinde veſtibus benè munita, & leniter inambulabit, vel aliquo hilari opere ſe exercebit, & exactis quatuor horis à potione prandebit. Prandium erit primis decem diebus, panis benè fermentati & biſcocti vnc. iv. vel v.

aut plus carnis vervecis, vel pulli gallinac. vel perdicis assatæ vn. iv. vel paulò plus. Potus sit cerevisia communis benè defæcata, vel vinum oligophorum probè lymphaeum pro consuetudine: quòd si poterit ab his abstinere, bonum esset pro potu uti secunda aqua decocti ejusdem ligni, superinfusa aqua ad ℔xx. usque ad quartæ partis consumptionem. Somnum diuturnum evitet, & maximè animi perturbationes. Septima hora post prandium totidem rursus uncias ejusdem primi decocti eodem modo potabit, & post quatuor horas cœnabit. Eadem prorsus ratio cibi & potus tam in cœna quàm in prandio esse debet, quidam hic post primos decem dies non amplius carnem, sed ejus vice passul. ʒiii. & in prandio & in cœna assumere jubent, & transactis viginti diebus ab hac strictiori diæta, rursus ad eandem cibandi normam redeunt, quàm in primis decem diebus observarunt. Deinde ut magis proficua & tutior procedat curatio, singulis octo diebus, sumet una hora ante prandium, cass. rec. extract. ʒx. vel saltem ʒi. quo die à decocto ligni abstinebit quod si interim dum decocto utitur, non egerat, si opus est glande ventrem irritabit, vel alvum enemate ex decocto ligni ejusdem cum ʒiii. mell. ros. leniter solvet. Usus decocti continuandus est, per quadraginta dies. Pustulæ verò, apostemata & ulcera ungantur circum circa cum spuma decocti primi: nam confortat membra, digerit materiam & rectificat, spuma sit calida ungaturque bis in die, aut ter etiam in doloros locis, quoniam mitigat dolorem. *Petrus Foreſtus obſerv. 9. & ſchol. lib. 32. De Lue Venerea.*

Magna est controversia de ligni præparatione: dum quidam volunt ut decoctum fiat cum vino, alii verò in aqua: in biliosis & calidis temperaturis decoctio est in aqua simplici, vel endiviæ facienda: sed in obæsis, frigidis & pituitosis cum vino fieri potest unde *Augerius* ait, hodie & primum & secundum decoctum cum vino fit, & plurimùm confert, præterquam in biliosis & calidis temperaturis, ætatibus & temporibus in quibus præstat aqua. Sed quomodocunque fiat, sive cum vino, sive cum aqua, spuma diligenter colligenda est: hac enim illinenda sunt ulcera, callositates, pustulæ & loca dolentia. Spumæ loco utuntur aliqui ramentis ligni in vino antiquo & oleo veteri coctis: præstat oleum ex ligno ipso, vel juniperi chymicum. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv. 7. lib. 32.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Lue Venerea.

POstquam satis purgatus esset, sequenti unguento quinquies eum illevimus.

℞. Pulv. baccar. lauri excortic. ʒiv. argenti vivi sicut decet extincti ʒiß ol. laurin. ʒvi. M. omnia bene incorporando: inunximus autem juncturas manuum, pedum, & cùm valde robustus esset, etiam eodem unguento penna oblevimus ulcera crurum (habebat enim crus adeo ex Lue ulceratum à genu usque ad pedem ut os denudatum esset, cujus etiam corruptionem metuebamus) & brevi sanitatem is recuperavit, omnibus admirantibus, qui homine prius viderant. Profuit autem ipsa inunctio etiam in loco ulcerato in hominem robusto & prius per universalia remedia benè purgato: quod postea minus mirabar cum Chirurgos, audatiores tamen, in Nosocomio *Delphenſi* noverim, qui suo unguento gallicano subinde totum corpus inunxere, & potissimùm eas partes in quibus dolores infestant & ulcera eminent: in hoc solo tamen homine robusto ulcera oblevi, in aliis sufficit solas juncturas inunxisse.

Conficiatur hoc modo unguentum efficacissimum quod nunquam *Rondeletium* fefellit.

℞. Unguenti martiati & aregon. an. ʒiij. axung. porci non salitæ nec liquatæ ℔j. oleo chamæm. aneth. an. ʒj. ol. laurin. ʒij. argenti vivi ʒv. terebinth. resin. an. ʒii. M. F. unguentum, quo ungantur partes extremæ, & sensim provocetur sudor cooperiendo vel apponendo lateres: Si unà adsint ulcera, cum multis papulis & ulcusculis, addantur thus, mastich. iris, ærugo & alia hoc modo.

℞. Axung. porcin. ℔j. butyr. rec. terebinth. lot. in aq. vitæ, an. ʒii. resin. & unguenti ma.

ti martiati, an. ʒiij. arg. vivi ʒv. thur. maſtich. irid. an. ʒiij. virid. æris ʒij. ol. laurin. & irin. an. ʒiij. lithargyr auri ʒi. M. F. linimentum. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 12. *& ſchol. lib.* 32.

Multi curati ſunt in Noſocomio *Delphenſi* hoc unguento quo communiter utebantur.

℞. Sulphur. vivi ʒi. argenti vivi ʒvi. ceruſſ. tartar. alb. cinnab. an. ʒß. lithargyr. auri & arg. plumbi, an. ʒii. ſalis ʒi. rad. helleb. nigri & alb. baccar. lauri, camphoræ, an. ʒii. ol. laurin. ʒiv. Axung. porcin. ʒij. ſucc. fumar. rad. lapath. acut. enulæ, ſcabioſo chelidon. borrag. an ʒiij. bulliant cum ole. axungiæ ad ſuccorum conſumptionem, deinde admiſce argentum vivum cum ſaliva extinctum & reliqua. Hoc unguento indifferenter pro omnibus utebatur quinque diebus ſemel in die, manè ſcilicet in cubiculo valde calido & parvo, inungebant brachia, & crura & inguina, & ſemel umbilicum tantùm, & tunc faciebat fluxum. *Idem, obſerv.* 13. *lib.* 32.

Hoc unum ante oculos habendum, quod ubi plus gummoſitatum videtur, plus pinguedinum unguento addimus; ubi verò minus gummoſitatum & plus puſtularum & ulcerum plus pulverum apponimus. In delicatis quoque parum argenti vivi addimus, veluti quando complexio calidior fuerit, multum butyri & ol. roſac. aut ſucci plantag. ref. calidas fugiendo, adjungimus.

Hoc ſequenti *Amatus curat.* 76. *cent.* 2. Monachum atheromate in capite ex virulenta venerea condecoratum curavit.

℞. Thur. maſtich. myrrh. cinnam. zinzib. piper long. ſandrach. græc. minii, an. ʒij. radic. pyrethr. floris ſalis nitri antiquorum, ʒß. cineris tamariſc. ʒij. butyr. rec. ʒvi. pingued. porcin. lbi. argenti vivi cum ſucco limon. extincti ʒiij. M. & in mortario omnibus benè piſtis F. unguentum, quod vires habet tum exſiccandi & abſtergendi, tum ſubtiliandi, & confortandi, quo ſemel in die jejuno ſtomacho, ejus juncturæ ac corpus demptis capite, pectore alis ac ventre, illinebantur, fuit hic (inquit *Amatus*) ſexies illitus, & multa pituitoſa & mucoſa per os emiſit, in quo ulcera (ut plerumque evenire ſolet) floruere, ſed gargariſmo ex rebus ſtypticis confecto ſana facta ſunt, & ipſe ab orci faucibus liber. *Idem, obſerv.* 14. *lib.* 32.

Nos experientia didicimus, quod ferè quinto vel ad ſummum ſexto die, etiam ſi tantum ſemel in die inungantur, alterationes oris fiunt cum evacuatione, ego multos curavi quos niſi quinquies illinivi ſemel tantum in die, & rarò ultra quinque dies inungere jubeo. Mirabile eſt quod *Nicolaus Maſſa* refert ſe unum ſanaſſe, qui à pluribus jam inunctus fuerat, & non ſanatus, quem per triginta ſeptem dies inunxit & liberatus fuit: & ideo (inquit non poteſt dari certa regula de numero dierum unctionis: ſed valde miramur quod toties ille auſus fuit inungere. Fiat unctio ante focum in cubili clauſo, poſtea junctura ſtupa canabina calida cooperiantur & ligentur, & ingrediatur lectum cooperiaturque coopertoriis ut ſudet per duas horas: quod ſi per ſudorem nimiam patiatur laſſitudinem, detur cyatus unus brodii gallinæ vel carnis: experientia didici quod ſi in robuſtis tertio aut quarto die venter non fluat, ſi levi manu unica vice inungant ventrem, maximè circa umbilicum quod facilè illis venter fluat, ſed hoc niſi ſemel in conſtipatis faciendum putamus, ne venter nimium ex unctione poſtea perturbetur. *Petrus Foreſtus, Schol. obſerv.* 14. *lib.* 32.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Lue Venerea.

CUm benè purgatus eſſet, ad ſuffitum devenimus: hunc quo Chirurgus alias uſus eſſet, nunc paratum habebat, preſcripſimus.

℞. Cinnabar. ʒii. oliban. benjoin. myrrh. an. ʒi. gall. moſch. ʒiß. theriac. el. ʒß. ſtyrac. liq. q. ſ. ad incorporandum. F. ſuffitus, omni manè fiebat ſuffitus, ſed cum poſt tertium diem venter ſtrictus maneret, quarto die hoc pharmacum ſumpſit.

℞. Confect. hamech. ʒß. elect. de ſucco roſ. ʒi. diagrid. gr. ii. Solvantur cum ʒiv. aq. fœnic. F. potio octies multa & varia

egg-

egeſſit, quinto die denuo ad ſuffitum pervenimus, donec egregiè pituita ab ore defluëret, & os ac guttur ulcerarentur: & tunc præſcripſimus aq. ſolan. aquiſeti plantag. endiv. an. ℔ß. diamori, mell. roſ. colat an. ʒii. m. M. pro gargariſmo: poſt fumigium adhibitum fœda ulcera quæ habuit in membris genitalibus planè curata fuere. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 17. *lib.* 32.

De ſuffumigiorum uſu lege apud *Rondelet. libr. De morbo Gallico.* ubi etiam deſcribitur hoc fumigium ad Ulcera Venerea.

Cinnabar. ʒi. benjoin. ſtyrac. myrrh. oliban. oppopan. ʒß. maſtich. macis, thur. an. ʒii. excipiantur terebinthina. F. fumigium. At ego (inquit *Rondeletius*) in ulceribus addo ſandarac. vel auripigmentum potiſſimùm cum ulcera in pulmonibus vel naribus, vel aliis partibus internis opinor eſſe.

Fit autem ſuffitus in hunc modum, æger cubiculo clauſo in ſellula nudus collocatur; (nos autem ægrum noſtrum in cupa ad hoc parata ſubtus cum tabella lignea perforata, ut fumus aſcenderet, capite extra cupam elato & cervice undique pannis tecta) ſic ut tanquam ſub conopæo ſeu papilione totus pannis optimè circumductus ſit, ut ne os quidem extet: tunc accenſis carbonibus, uritur cinnabrium cum thure & cæteris correctivis: quo ſuffitu incaleſcit æger mirum in modum ac ſudat per horam integram ferè toties autem id tentandum, donec ſicut in inunctionibus gingivę putreſcere & os ulceribus affici, & animus deficere quodammodo cæperit. Inter ſudores, ſi deficere videatur, permittetur ut caput tantillum è pannis explicet modo id ſæpe non faciat, fiat ſuffitus ſemel, bis ter in die, pro anni ratione, ægrotantis viribus, & cæteris circumſtantiis, ad evitandum animi deliquium, impones prius epithema cordiale: hoc remedium deſiderat vires robuſtas, quia fortè eſt periculoſum. Utimur ſuffumigio ad curationem ulcerum humidorum quæ difficilè conſolidantur, vel etiam cum ulceris conſolidationem accelerare volumus, ut fecit *Rondeletius* in quodam Nobili, quem 4. diebus curavit. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv.* 17. *lib.* 32.

Quidam utuntur pilul. *Barbaroſſ.* deſcriptis à *Brondel. lib. de Morbo Gallico*, quæ præbent illis qui non poſſunt ferre decocta. Fiunt in hunc modum.

℞. Rhei agar. an. ʒii. Aloes ʒi. argenti vivi ʒiij. extincti cum ſucco roſ. cinnam. ambr. an. ℈i. myrrh. maſtich. an. ʒi. cum terebinth. excipiantur & ex qualibet ʒ. fiant pil. viii. capiat pro prima doſi dr. i. deinde dr. i. m. poſtremò dr. ii. poſſunt etiam aliter fieri ita.

℞. Ladan. hypociſt. an. dr. i. Aloes ʒi. Ambr. moſ. an. ℈i. arg. vi. vino loti dr. ii. incorporentur cum ſyrup. roſ. ſolut. F. pilulæ capiat dr. i. *Rodericus à Fonſeca tom.* 2. *conſult.* 88.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Lue Venerea.

PUella quædam octodecim annorum penes Nobilem Herum Lue Venerea laborantem ſerviens, & cum ejuſdem Concubina lecto communi utens, poſt varia ſymptomata nocturnorum dolorum, anguſtiæ pectoris, & ſimilium, tandem undique puſtulis Gallicis & Condylomatibus in partibus obſcœnis inficitur. Hæc in Noſocomium recepta, ita ſanitatem obtinuit: per triduum hic pulvis digeſtivus quotidie bis in brodio decoctionis rad. petroſel. fuit exhibitus.

℞. Magiſt. tart. vitriol. ℈ii. pro doſi una Quarto die purgatio fuit inſtituta per mercur. dulc. ℈i. diagr. correct. gr. vii. tum conſerv. roſat. vitriolata F. bolus: quo aſſumpto bis tantum per ſeceſſum operatio ſubſecuta fuit, corpore per digeſtivum præmiſſum mediocriter etiam reſpectu primarum viarum purificato, mox igitur ad ligni decoctum acceſſimus hoc modum.

℞. Lign. guajac. quod ſingulari proprietate contra hunc morbum pugnat; ſarſæparill. majoris digeſtionis & inciſionis gratia, an. ℔m. cortic. lig. ob ſingularem ſiccandi vim ʒim. F. decoctio (facta prius infuſione per viginti quatuor horas in tribus aq. pluvialis menſuris, quarum quælibet quatuor libras habebat) lento igne, vaſeque clauſo coque ad conſumptionem tertiæ partis, ubi tempore medio coctionis majoris

oris inciſionis & deterſionis gratia addan-ur rad. belen. ʒvi. baccar. juniperi, liqui-it. raſ. ʒß. hujus decocti bibat ʒvi. cum ulph. aurat. diaphoretic. gr. xij continuan-lo ejus uſum per triduum, eoque ſudorem n lecto provocando, poſtea iterum purge-ur hoc modo.

℞. Mercur. dulc. ℈i. diagrid. corr. gutr. gamandr. an. gr. vi. croci metall. ritè præp. gr. iij. M. & cum pauxillo conſerv. roſac. exhibeatur hauſtu calido brodii piſorum ſuperaddito, cujus operatio ſemel per vo-nitum abſque difficultate, & ſexies per al-vum ſucceſſit: intermiſſo demum unico dies continuos rurſus ſumpſit decoctum ſudori-ferum cum gr. xij. ſulphur. aurati diapho-retic. ſubſequente tandem hoc cathartico.

℞. Merc. dulc. g. xxvi. croci metall. gr. v. diag. gr. viii. M. pro doſi, qua ſexies per alvum tantum evacuatio facta eſt, hinc per octiduum reiteratum fuit decoctum ſudo-riferum, ut ſupra cum additione; ſubſe-quente etiam ſuperiore cathartico, repeti-tum rurſus per aliud octiduum decoctum ut ſupra; & rurſus inſtituta fuit purgatio per merc. d. ℈i. gutt. gamandr. gr. ix. croci metal. gr. vi. conſ. roſac. ʒii. M. aliquando adhibitum fuit balneum ſudoriferum, hu-nectata etiam aliquoties fuere condyloma-a, externæ puſtulæ & exulcerationes aqua cauſtica mercuriali, atque his remediis tam internis quam externis reſtituta noſtra ægra poſt duos menſes ad ſuos ſana rediit. *Gre-gorius Horſtius, obſerv. 3. lib. 7.*

Fœmina prægnans ad menſem quintum viginti quatuor annorum, rhagades & fiſ-uras exulceratas in partibus obſcœnis, e-xulcerationem in ore malignam, cum præ-unte laſſitudine totius, & doloribus ar-uum nocturnis patitur, concluſum eſt, um prægnans eſſet medio geſtationis tem-pore, quo purgatione potius, quam in primis vel ultimis menſibus conceduntur, patientem hanc luis curationem ſubire poſſe, mox igitur præparationis gratia, ſe-quens pulvis exhibebatur.

℞. Cremor. tartar. ℈i. fæculæ Aronis, brioniæ, an. ℈ß. M. pro doſi, die ſequenti purgabatur ſic.

℞. Mercur. d. ℈i. diagrid. corr. gr. vii. M. cum conſerv. roſac. quo ſumpto quater per ſeceſſum operatio ſequebatur, die ſeq. quietem conceſſimus; corrborandi fœtus gratia balſami embryonum cochlearia ali-quot concedendo. Deinde per novem dies potionem ſudoriferam ex decoct. ligni ʒvi. cum ſulph. aurat. diaphor. ℈ß. Sumebat quotidie ſudoris provocandi gratia, po-ſtea materiam intus digeſtam per al-vum exturbare conati ſumus ſequenti bolo.

℞. Merc. d. ℈i. diagrid. præp. gr. vi. conſerv. roſac. vitriol. ʒii. M. hoc ſepties per alvum operante, ſequente biduo ſu-doriferum reiteratum fuit, exhibitum deinde propter obſtructiones alvi hoc pur-gans.

℞. Merc. d. ℈i. diagrid. præp. gr. vi. Aloes ſuccotr. gr. iv. cum aq. beton. F. pilulæ parvæ, quibus aſſumptis ſexies alvus deponebatur, evaneſcente bilis e-ructatione, capitiſque dolore, conſequen-ter decoctum cum ſulph. aurato per no-vendium fuit continuatum; viciſſim po-ſtea inſtituta evacuatione per bolum ſe-quentem.

℞. Merc. d. ℈i. diagrid. gr. vii. con-ſerv. roſ. vitriol. ʒii. M. tandem ſudores eodem decocto per octiduum adhuc con-tinuavit, adhibitis interim exterius quo-que neceſſariis remediis, ubi propter oris exulcerationes frequens fuit uſus ſequen-tis mundificativi.

℞. Mell. roſ. colat. ʒii. rob. mororum dianuc. an. ʒiß. unguenti Ægyptiaci, ʒiii. M. poſt uſum convenientis garga-riſmatis frequenter adhibeatur, partibus obſcenis ſequens unguentum frequenter fuit adhibitum.

℞. Unguenti alb. camphor. ʒß. Merc. dulc. ʒi. optime miſceantur; ſic penitus divina benedictione, reſtituta, ſanguinem hactenus tot ſudoribus incaleſcentem, temperare conata fuit venæſectione ſeptimo circiter geſtationis tempore inſtitu-ta, fœtus potiſſimùm gratia, quo faci-liori tranſpiratu, conveniens partus tem-pus exſpectare poſſet, quod incidebat no-no menſe, quo puellum ſanum & ad-huc viventem peperit. *Gregor. Horſtius, obſerv. 4. lib. 7.* Vide *Guil. Fabritius Hildanus, obſer. 97. cent. 5.*

SUB-

SUBSECTIO QUINTA.

De Lue Venerea.

MUltas gravidas in quibus erat luis venereæ ſuſpicio, aut quarum fœtus ex patre inquinato ſuſceptus fuerat, decocto ligni ſancti, radic. chynæ, ligni ſaſſafras; aut radic. ſarſæparill. per quadraginta dies aſſumpto cum diæta convenienti fœliciter percuravimus: imo plurimas in quibus major erat iſtius mali labes vidimus inunctiones ex hydrargyro, aut emplaſtra mercuriata cum ſputationibus conſtanter & impune ſuſtinuiſſe ab Empiricis inſtituta ubi enim adſunt cauſæ morbificæ, adverſus quas valentioribus remediis eſt pugnandum non eſt dubium quin natura mediocriter robuſta magis levetur ex eorum uſu, quam opprimatur: quia concurrit ſimul cum illis ad conflictum iſtum, perficiendum, & poſt partam victoriam fœlicius conquieſcit, quam ſi peſſimarum illarum diſpoſitionum inſultibus ad finem uſque impregnationis conflictetur. *Ioh. Varandæus, lib. 2. De morb. Mulier. cap. 2.*

Celebris quidam medicus in *Galliis* ita procedebat in hujus luis curatione, primo vomitorium per biduum exhibet, tertio die purgatio per extractum catholicum inſtituitur: quarto aurum diaphoreticum cum theriaca & pulvere ſerpentum exhibetur, poſtea totum corpus aqua mercuriali ſudorifera inungitur, linteis æger involvitur, & ſudor quotidie provocatur, auri diaphoretici deſcriptio talis eſt.

℞. Mercur. vivi opt. & purificati, ℥iß. auri puri, ℥i. hoc ſolvatur aqua regis; mercurius verò aqua forti: conjunge ſolutiones, & diſtilla aquoſitatem per balneum: in fundo remanebit præcipitatum quod edulcoretur aqua calida: deſcriptio aquæ mercurialis ſudoriferæ talis eſt.

℞. Mercur. ſublimat. ℥ii. arſenic. alb. ℥i. euphorb. ℥ii. ſpirit. vini opt. ℔ii. aq. roſ. ℥xii. digere per viginti quatuor horas. Poſtea toti corpori penna illinatur. *Gregorius Horſtius Obſerv. 13. lib 7.*

Dom. Petrus Fuhrmannus in luis venereæ curatione hunc ordinem ſervavit, diſpoſuit corpus primùm ad evacuationem per nodulum, triduò poſt, vomitorium ſuum valde ſibi in uſu Medico familiare adminiſtravit: tum de merc. dulci gr. xxx. pluminus pro ſubjecti habilitate, in conſerv. roſac. & Confect. alKerm. exhibuit, & ſ poſtridie ſalivare cæperunt ægri (quod ſymptoma ipſis familiare eſſe ſolet in materia illius vitioſæ commotione) ceſſat ab ulteriore remediorum applicatione, ægros interim tenuiſſimè aut omninò non cibans donec ſaliva fluere deſiit, ſi verò tertio die à prima mercurii exhibitione nondum saliva fluxit, iterum exhibuit prædictum mercurium, ſed aucta doſi ad gr. vi. vel viii. ſi pariter hac exhibitione nihil ſecutum eſt, tertia vice dedit, temporis ſimul & augmenti obſervata proportione: dum fluxit ſaliva quievit, conquerentibus autem de faucium & palati exulceratione & vacillatione dentium (quod malum nemo adhuc à mercurio arte potuit avertere) gargariſmum fecit ex aſtringentibus aquis, & alumine: ulcera ſi adfuerunt, curavit elui aquis veronicæ & roſar. in quibus aliquid mercurii ſublimati communis ſolutum fuit finito palati fluxu, decoctum ligni dedit, & ſudoribus diſcuſſit ſi quid fuit reſiduum. Hic *Dom. Fuhrmanni* erat modus. *Andreas Schiling. in epiſt. ad Greg. Horſtium, pro obſerv 12. lib. 7.*

Scatebat quidam è grege mendicabulorum lue venerea, aliquot diebus univerſum corpus equino fimo obruit, ut tantum eſſet qua reſpiraret: erat ſtercus ſtabularium equino lotio ſæpius perfuſum, quodque jam computruerat: effecit ille hac arte, ut totum virus exprimeret; addidit aliquoties enchriſton ex axungia larigna & hydrargyro, nec alia vitæ ſex ſervata, quam mantica offerebat, atque his remediis curatus eſt. *Joh. Hollerius, lib. 1. inſtit. Chirurg. capit. 2.*

Ab initio curationis ad finem uſque continuus debet eſſe uſus decoctionis ſequentis pro potu & pro ſudoribus movendis.

℞. Rad. ſarſæparill. ℥iv. rad. chinæ ℥ii. polipod. q. & cichor. an. ℥ß. infund. in aqu. ℔x. per quatuor horas; coque deinde ſub finem addendo pulv. tartar. alb. ℥iii. fol. fragar. pimpinell. an. M. j. liquir ℥ß. cinnam. ℥i. F. ebullitio & paretur ſ. a. decoctum quod præcipuum eſt alexiterium

luis

luis venereæ, nec ingratum guſtui ut olim ex guajaco parabantur: cogatur æger ſi fieri poteſt haurire hujus decocti ad ℔iv. vel vi. in die *St. Jaques*.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Lue Venerea.

VIdi juvenem, qui cùm à recenti hoc morbo convaleſcere per potionem guajaci ex aqua non potuiſſet, ab antiquo liberatus eſt per potionem ejuſdem ex vino: ſoleo ego recipere ligni guajaci ℔i. aquæ ℔vii. & facta maceratione totos tres dies, decoquere uſque ad aquæ ferè conſumptionem, deinde coniicere vini ℔iiiß. & colaturam facere per torculare expreſſum, vinum enim decoctum mutat omnino vires. *Chriſtophorus Guarinonius*, *conſult.* 315.

Ex juniperini ligni admodum odorati & nonnihil acris decoctione pauperes lue hac infectos aliquos ſanavi: ſumendo ſcobis vel raſuræ illius non tantum, quantum guajaci, cùm efficacius ferè ſit, ſed medium vel tres ſaltem illius partes, & cum aquæ ℔ii. eodem penitus modo uti guajacum coquendo, & utendo: cui & guajacum, china, & ſarſa addi poſſunt: egregium ſanè ſudatorium & innoxium.

Chymicus & Empiricus inſignis fœlici ſucceſſu ſequenti electuario luem hanc curabat; continuando uſum ejus in robuſtioribus manè & veſperi per quindecim dies.

℞. Cortic. guajac. ʒiv. lign. ejuſdem, ebeni, quercus, aut buxi, an. ʒvi. ſarſæparill. ʒvi. hermodactyl. ʒiv. turbith. gummoſ. ʒii. cariophyll. ʒii. aniſi ʒi. faſſaphr. ʒiii. fol. ſen. ʒvi. aquæ ℔viii. ſtent in cineribus calidis per diem unum aut alterum, colentur, poſtea iterum affundatur aquæ eadem quantitas, bulliant ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſione facta, prima infuſio cum hoc decocto miſceatur; per evaporationem lento igne factam ad ſyrup. conſiſtentiam inſpiſſatis addantur mell. opt. deſpumati & inſpiſſati parum ʒiv. pul. verum ſarſæparill. fol. ſen. hermodactyl. an. ʒß. turbith. gummoſ. rad. jalap. an. ʒiii. cariophyll. ʒi. extract. ſcammon. ʒii. F. electuar. doſis à ʒiß. ad ʒii. & ʒiii. æger quamdiu hoc electuario utitur, bibat decoctum factum ex ſarſaparill. china, hermodactyl. aniſo, cariophyll. & guajaco. *Felix Platerus*, *prax. med. tom.* 3. *pag.* 429. & 438.

Auriga militaris uxorem lue venerea infecit: hæc verò remedii penuria in ulcus excedens ſeſe diſtendit, unum ſaltem vidi ab aure in cervicem, humerum, & cubitum, pone per omoplatas, totum latus coſtarum & thoracem devaſtans, exhibeo corallatum *Paracelſi* per albumen ovi paratum, & viginti ſex diebus tota convaluit, ingentia enim ulcera feſtinato impetu pelle tegebantur. *Joh. Helmontius tractat. cui tit. De cauſis & initiis naturalium.*

Lues venerea facilè ſequenti remedio curari poteſt abſque ſudoribus, abſque ptyaliſmo, abſque inunctionibus, licetque nec cubili nec cubiculo immorentur, modus eſt ejuſmodi.

℞. Antimonium, & ſarſæparill. an. ʒvi. antimonium nodulo incluſum in ſex aquæ amphoris, in quibus ſit ſarſaparilla cùm quadraginta uncum putaminibus & hylis, ſuſpenſum coque ad tertias, ejuſque decocto utatur æger, capiendo ter in die, manè meridie & veſperi, hauſtum ſumendo longè à cibis: antimonium autem quater utile eſſe poterit. *Petrus Borellus*, *obſ.* 29. *cent.* 2. Videatur *Lazarus Riverius obſ.* 29. *cent.* 4.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Lue Venerea.

PRæmiſſo minorativo, conſulvi ut ſanguinem mitteret ex cubito dextro: deinde ſequens apozema pro quatuor matutinis inunxi.

℞. Rad. cichor. polipod. enul. an. dr. x. liquirit. raſ. ireos, an. ʒj. fol. fumar. ſcabioſ. bugl. cich. dent. leonis, acetoſ. capill. ven. chamæd. chamepit. an. M. j. epithymi ʒß. fem. aniſ. cartam. contuſ. an. driii. paſſul. enucleat. ʒß. prunor. damaſch. p. x. fol. ſen. mand. ʒi. rhei el. agar. troch. an. drij. rhab. monach. rhapont. an. dr. vi. F. decoctio in q. ſ. aq. fontis ad ʒxi. in colat. diſſolv. ſyrup. de polipod. epithym. an. dr. vi

ſyrup.

ſy rup. dieſereos roſ. ſolut. an. ℥iß. crem. tartar. ℥ij. aq. cinnamom. ℥i. M. F. apoxema, bene excrevit, beneque tulit.

Corpore ſic rite purgato, aſſumpſit mane in lecto probè tectus ℥v. decocti hujus ſudatorii: & ab hora ſexta uſque ad ſeptimam cum copia ſudor motus eſt.

℞. Limatur lign. guajaci ℥iv. cortic. lign. ℥ijß. rad. ſarſæpar. ℥ij. aqu. fontis ℔x. M. infund. per horas viginti quatuor; bulliant ad conſumptionem medietatis, colat adde ſol. cichor. fumar. cuſcut. an. M. j. bull. unica ebullitione: colatura ſervetur pro decocto.

℞. Reſid. dicti decocti; aq. ℔xv. coq. ad tertias, adde ſem. aniſ. coriandr. præp. cinnam. an. ℥i. paſſul. enucleat. ℥iv colatura ſit potus ordinarius vitetur vinum ſicut venenum: hora rurſus tertia pomeridiana aſſumat decocti ſudoriferi ℥iv. expectando ſudores in lecto, & ſic indies provocetur ſudor bis, interim contra faucium & palati ulcera hoc præſcriptum gargariſma.

℞. Diamor. dianuc. an. ℥vi. mell. roſat. colat. ℥i. alumin. uſt. vitriol. alb. an. ℈i. aq. prunel. plantag. & roſ. an. ℥iii. M. F. gargariſma.

Pro condylomatibus anique ficubus unguentum tale ſubminiſtravi.

℞. Terebinth. ℥vi. thur. maſtich. an. ℥j. myrrh. minii. an. ℥i. ol. nuc. laurin. an. ℥ß. ceræ q. ſ. F. unguentum.

Per 5. ſeptimanas ſudoriferis dedit operam; ſubinde alvum ex ſudore conſtipatam catharticis ſolvendo: cum verò curationis per ſudores pertæſus eſſet, ſemel in die pro diſcutiendis luis reliquiis ante fornacem in juncturis brachiorum, axillarum & lumborum regione inungebatur ſequenti unguento, inunctuſque linteo obvolutus lectoque impoſitus ſudorem ciebat.

℞. Unguenti martiati, axung. porcin. pingued. gallin. an. ℥i. mercur. vivi opt. agitati ℥vi. thuris, maſtich. an. ℥ii. Lithargyr. minii an. ℥iß. tartar. vini, alumin. an. ℥i. aq. vitæ ℥ii. ol. laurin. ℥iß. ol. ſpic. gt. vi. camphor. gt. v. M. f. unguentum, poſtquam per quatriduum inunctionibus uſus fuiſſet, ſputatio admodum copioſa ſecuta eſt, ita ut unius fere horæ ſpatio pelvim impleret. Interim contra fauces inflammatas & tumidas uſus eſt præſcripto gargariſmate: ad reliquiarum evacuationem has pilulas ſumpſit.

℞. Pil. de agar. ſine quibus, an. ℈i. pil. fœtid. de hermodact. an. ℈ß. diagrid. præp. gr. iii. M. F. pilulæ num. 13. deaurentur, & ſic tandem convaluit. *Ioh. Petrus Lotichius, obſ. 3. c. 5. lib. 6.*

Quantitas argenti viv. in unguent. hæc ferè obſervatur, ut pro ℔i. unguenti excipiantur ejus ℥ii. quæ media erit argenti vivi, pro decenti actione edenda, in corpore non nimium debilitato, quantitas; quam & augere vel minuere pro ratione conſtitutionum atque operationis modò licebit. *Felix Platerus prax. med tom. 3. c. 4. p. 442.*

Singulis vicibus ℥ii. vel ℥iv. unguenti uſurpentur: tempus inunctionis commodiſſimum eſt vernum, atque autumnus: hiems & æſtas minus commoda ſunt: inſtituenda eſt inunctio tempore matutino jejuno ſtomacho & incipiendum à partibus inferioribus, & ad ſuperiores tranſeundum. Rarò bis eodem die inunctio inſtituitur: tamdiu continuando inunctio donec ſalivatio vel alvi fluxus, vel alia evecuatio ſuccedat, ac ſimptomata minuatur & ceſſent: & quidem ſi alvi fluxus accidit, is non ſtatim ſupprimendus: ne tamen inteſtina aliquid damni patiantur, cavendum, infundendo per clyſteres lac chalybeatum, vel ſuccum ptiſanæ cum lacte, vel decoctum hordei, & poſtea ſi opus ſit, veniendum ad aſtringentia.

Sudores nonnulli promovendos cenſent: verùm ſi natura ad ſalivationem tendat ſudorem, ciere non convenit, ne contrarii motus fiant. Si verò natura ſpontè ad ſudores tendat, nec id prohibendum: ultra tres dies, una vice vix continuanda inunctio: nonnunquam etiam ſtatim gravia ſequuntur ſymptomata, ut magna oris ulcera, linguæ ac faucium tumores ac inflammatio, deglutio læſa, dentium commotio, maximus virulenti humoris ex ore fluxus, diarrhæa vel diſenteria & tunc ſtatim ab inunctione ceſſandum. Ubi inunctio jam perfecta eſt, ſputumque bene procedit, partes inunctæ abluantur vino, in quo ſalvia, flor. ſtæchad. roriſmar. chamæpit. fol. laur. calamenth. origan. cocta fuerint: poſtea, impo-

imponendum aliquod emplaſtrum nervinum.

Tandem in unctione peracta danda opera, ne mercurius in corpore relinquatur, & aliquid mali vel ori vel aliis partibus attrahatur: ideoque laconico ſudores promovendi auri nummi in ore retinendi, auri ramenta potanda, vel pilulæ ex auri foliis paratæ deglutiendæ imbibitur enim mercur. ab auro, & cum eo è corpore evacuatur, atque ita ne quid mali excitatur, præcavetur: poſt inunctionem, à curatione non ſtatim deſiſtendum, ſed decoctum ligni, utpotè morbi hujus alexipharmacum, ad huc diebus aliquot propinandum; quod ſi intermittatus, facilè recidiva ſubſequi ſolet. *Daniel Senertus, practic. lib. 6. part. 4. cap.* 21.

Medicus quidam clariſſimus argentum vivum in corpore deliteſcens fœliciter evocabat in plurimis, ſive aurifabri fuiſſent, ſive ex lue peruntiones curati, hoc ſuffumigio; grana juniperi q. v. coquebat in aq. vaſe probè clauſo, ad quartæ partis conſumptionem; vapore deinde ſuffumigabat ægrum, & toto corpore, & ore præcipuè excepto, plura huic intentioni vidi apud *Zacut. Luſit. lib. 2. prax. admir. obſerv.* 136. & *Bened. Silvatic. cent.* 1. *conſult.* 34. *Hieron. Reuſnerius obſerv.* 174.

SUBSECTIO OCTAUA.

Pro Lue Venerea.

AMe curata eſt lues venerea in pluribus decocto ex ſudoriferis & purgantibus per viginti dies uſurpato: ſi hæc non ſufficerent, ad frictiones ex unguento mercuriali veniebam: multi in media hieme, hoc ſolo decocto curati ſunt, quibus diæta ſudorifica adminiſtrari non poterat propter aeris inclementiam *Lazarus Riverius, obſ.* 78. *cent.* 1.

Puer natus triginta menſes lue venerea laborans, & fœda ſcabie totum corpus occupante, ſequentibus remediis curatus eſt. ℞. Raſ. lign. guajac. ℥ii. aq. font. ℔ii. in. und. per viginti quatuor horas, deinde bulliant ad tertiæ partis conſumptionem; colature capiat ℥iii. ſingulis diebus mane, duabus horis ante pastum, corpus tegendo paulo plus ſolitò, & continuando per viginti dies.

℞. Diagrid. pulver. gr. vi. calomelan. gr. v. fiat pulvis tenuiſſ. detur cum cochleari uno vel altero panatelæ ſaccharatæ, ſuperbibendo parùm juſculi, continuetur hoc remedium quinto quoque die, augendo doſin utriuſque medicamenti juxta operationem.

℞. Reſidentiam prædicti decocti, aquæ fontis ℔iii. F. bochetum pro potu ordinario addendo ſacch. & liquir. q. ſ. ad ſaporis gratiam hi remediis per menſem continuatis probe convaluit. *Lazarus Riverius, obſ. 95. cent.* 2.

Mercator quidam lue venerea laborans ab aliquot menſibus à me curatus eſt, ſine ullo alio remediorum apparatu, per opiatam *Neapolitanam Renodæi*, cui addebam ſingulis diebus mercurii præcipitati albi cum ſpiritu ſulphur. præp. ℈ß. & per intervalla exhibebam calomel. turqueti ſeu merc. d. ſexies ſublimati ℈i. cum reſin. ſcammon. gr. xij. in forma pilulari, cum uſu Bocheti ex decocto guajaci & ſarſæ per viginti dies, multos etiam alios curavimus uſu ſolius opiatæ prædictæ cum mercurio prædicto & decocto ſarſæparillæ per longum tempus quibus autem alvus multùm movebatur, illi tantùm alternis diebus ſumebant prædictę opiatæ ℥ß. *Simeon Iacoz. obſ. 91. cent. 4. obſ. Riverii.*

Puellæ duæ quarum major vix attigerat quintum, minor verò tertium ætatis annum, laborabat lue venerea per contagium ſuſcepta cum ulceribus multis in ore & pudendis, nec non puſtulis & fœda ſcabie per totum corpus erumpentibus, fruſtra exhibitum fuerat decoctum guajacinum per menſem integrum à perito Chirurgo. Vocatus ego, intra quindecim dies prædictas puellas curavi mercurio præcipitato albo; exhibendo ſcilicet ſingulis diebus majori puellæ gr. vi. minori verò gr. iv. augendo tamen utriuſque doſin aliquando juxta operationem, quæ talis fuit, ut utraque ſingulis diebus bis aut ter alvum deponeret, nec vomitus ullus nec ptyaliſmus unquam ſubſecutus eſt, perſeverabant per dictum tempus in uſu Bocheti. *Simeon Iacoz. obſerv.* 16.

Mulier lue venerea infecta puellum peperit

perit puſtulis & ulceribus in variis partibus affectum qui curatus fuit præcipitato albo ad gr. ij. vel iii. exhibito cum ſaccharo & lacte ſingulis vel alternis diebus continuando per menſem integrum, incepta eſt remedii exhibitio quindecimo nativitatis die. *Samuel Formius*, *obſerv.* 26.

Henricus tertius *Gallorum* rex lue venerea laborans à medicis ordinariis curari non poterat. Monitus fuit *Penam* tunc temporis *Lutetiæ* medicinam facientem multos ab hoc morbo liberare remedio peculiari quod à quodam *Turca* didicerat; illum vocari juſſit: ab eoque curatus eſt. Remedium tale erat.

℞. Rad. bardanæ in taleolas ſectæ, ℥. viii. vini alb. & aq. fontis ℔ii. bulliant ad media partis conſumptionem, addendo ſub finem ſem. mund. ℥i. vel ℥iß. pro diſpoſitione ægrotantis, colaturæ capiat mane ℔ß. ſudores provocando cum ſilicibus majoribus calidis linteis obvolutis, quorum unus admoveatur plantis pedum, duo tibiis, duo cruribus, duo juxta medium parte exteriore, & duo juxta humeros, probè tegendo ægrum ſudores copioſi excitantur per horam unam cum dimidia & circa veſperam alvus ſolvitur bis aut ter: hoc remedium præmiſſis univerſalibus uſurpabatur per ſpatium quindecim aut viginti dierum. Poſtea capiebat mane ſingulis diebus decoctum bardanæ ſine ſena & ſine ullo regimine per menſem integrum aut dies quadraginta. *Samuel Formius*, *obſ.* 41.

Curatus à me eſt puer quinque annorum præcipitato albo ad gr. iv. exhibito ſingulis diebus per viginti dies cum panatella, per inferiora tantùm purgabat, neque ullus unquam ſecutus eſt ptyaliſmus. *Samuel Formius*, *obſerv.* 51.

Chirurgos interdum errare contingit in luis venereæ curatione, quando poſt ordinaria remedia convenienter uſurpata, ægros perfecte curatos non eſſe exiſtimant quod adhuc quædam ſymptomata luem veneream comitantia, apparere non deſinant unde ægros interdum in nova tormenta conjiciunt, & in atrophiam aut tabem præcipitant, cum tamen illa ſymptomata ſponte diſpareant, aut levibus quibuſdam topicis remediis diſcutiantur.

Dum eſſem *Lutetiæ* apud *D. Helotum* Chirurgum peritiſſimum, Nobilis quidam *Pariſienſis*, temperamento melancholicus ſe illi curandum tradidit, qui præter dolores nocturnos, aliaque luis venereæ ſymptomata, tumorem patiebatur in cervice ex pituita & melancholia genitum: poſt inunctionem ex unguento mercuriali, copioſus fuit ptyaliſmus, & omnia luis venereę ſymptomata prorſus abolita ſunt uno excepto tumore, cujus duæ tertiæ partes diſcuſſæ fuerunt: exiſtimabat æger ſe non eſſe curatum propter tumorem ſuperſtitem: ab alio tamen Chirurgo ſeniori ad hanc rem vocato confirmatus fuit, & admoto emplaſtro de vigo quadruplicato mercurio, tumor diſcuſſus eſt ſpatio unius menſis.

Alter vir Nobilis curæ meæ commiſſus, abſoluta ptyaliſmo, ſe non curatum eſſe putabat, quod ulcus in cervice & regione œſophagi remaneret, hoc tamen ulcus remediis vulgaribus intra menſem curatum eſt, ſine ullo remedio luem veneream reſpiciente. *Dionyſius Pomaret*, *obſerv.* 16.

Puerulus quidam duos annos natus à nutrice infectus fuit lue Venerea, quæ ſe ſe prodidit primum puſtulis latis & rubris in perinæo acervatis, iiſque ſucceſſerunt ulcera in natibus juxta podicem, mox puſtulæ in facie, ac tandem ulcera in faucibus & labiis: quibus accedebat corporis conſumptio in die progrediens. Vocatus ad eum ſequentia præſcripſi.

℞. Sen. mund. ℥iß. rhei. & agar. rec. trochiſc. an. ℈ii. cinnam. ℈ß. Infund. in aq. Card. bened. in expreſſ. diſſolv. roſ. ℥i. f. potio, detur manè, & reiteretur ſemel in ſeptimana.

Diebus intermediis utebatur ſequenti decocto.

℞. Ligni guajac. ℥i. cortic. ejuſd. ℥ß. aq. font. ℔. iij. Infund. & decoquantur ut a. e. ad tertias. Colaturæ capiat ℥iv. mane ſine ſudore, propter aeris inclementiam; hyems enim vigebat, tum etiam metuebam nimiam exſiccationem propter corpus tenellum, eaque ratione victum etiam an alepticum concedebam. Eodem decocto pro potu utebatur, ſed diluto æquali aquæ portione. Cùm hæc remedia continuaſſet per viginti dies, omnia ſymptoma-

ta

ta diſparuerunt ; ægerque in ipſo remediorum uſu refectus & denuò impinguatus fuit, ac curatus omnino videbatur. Attamen intra menſem dicta ſymptomata redierunt, ægerque denuò extenuatus eſt. Nos iterare juſſimus eadem remedia ; decoctum tamen efficacius paulò efficiendo, coctione facta ad medias eumque ſtragulis operiebamus, ut ſaltem leviter ſudaret. Hac cura iterum reſtitutus fuit intra 15. dies, quam tamen diutiùs continuaſſemus metu recidivæ, niſi rigidiſſima hyems quæ tunc etiam vigebat, obſtitiſſiet. Intermiſſo itaque remediorum uſu per viginti dies aut circiter, ulcera renovata ſunt. Et cùm tunc cœlum eſſet ſatis temperatum, curam iterum inſtauramus, ſed efficaciorem. Exhibemus itaque primùm mercur. d. gr. viij. cum diagrid. gr. iv. juſculo, quo valde purgatus eſt per vomitum & ſeceſſum ; & quarto quoque die hoc medicamentum exhibebatur. Intermediis verò diebus ſumebat decoctum hoc modo paratum. Supradicta guajaci & corticis ejuſdem quantitas ponebatur in alembico cum aq ℔. ß. Infundebatur per diem naturalem, ac poſtea deſtillabatur ad medias, juncturis alembici & recipientis probè munitis. Liquor ſuperſtes in alembico colatus, miſcebatur cum aqua deſtillata, quæ erat acidula. Hujus mixturæ dabantur ʒiv. manè calidè corpus tegendo, & ſudores copioſiores effluebant. Per viginti dies continuata fuit hæc poſtrema curatio ex qua morbus fuit omnino ſublatus. Ulceribus narium admovebatur unguentum ex melle roſaceo, vitellis ovor. & terebinthina. Faucium verò ulcera brevi curabantur melle roſaceo cum ſpir. vitrioli acido redditò. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 95. *cent.* 1.

Mercator quidam per *Poloniam*, iter faciens in lecto cauponis de lue venerea ſuſpecti inſcius decumbens eundem morbum contraxit. Is cùm non auderet ob deſponſatam ſibi virginem honeſtiſſimam ordinariæ curationi & laconico ſe committere, remedium petiit, quo abſque cuſtodia & lanculum quaſi reſtitui poſſet. Cùm malum adhuc recens eſſet, purgato corpore cerevisia ex alexipharmacis quibuſdam & appropriatis medicata, rem tentandam eſſe duxi, ac proinde nodulum tonnæ dimidiæ, cereviſia recenti immergendum, & probè fermentandum præſcripſi.

℞. Raſ. lign. ſanct. ℔ii. cortic. lign. ſanct. ℔ß. rad. chin. ʒvi. Sarſæ ʒviii. Saſſafr. ʒvi. cinnam. acutiſſ. ʒii. ſem. aniſ. fœnic. an. ʒi. cortic. citr. ʒii. Groſſo modo inciſa & conquaſſata indantur ſacculo oblongo ex ſindone alb. peracta fermentatione : loco potus ordinarii bibit hanc cereviſiam palato non ingratam per menſes duos & amplius ; interjectis tamen per intervalla purgantibus, & aſſumpto ſingulis matutinis & veſpertinis hoc Electuario.

℞. Pulv. lign. ſanct. ʒiv. cortic. ejuſdem ʒiß. Sarſæ ʒii. Chinæ ʒi. conſerv. rad. cichor. ℔. ß. conſerv. roſ rubr. ʒiv. conſer. flor. ſalv. roriſmar. an. ʒii. condit. myrobal. emblic. num. 5. rad. ſcorzoner. condit. ʒiii. cortic. citr. condit. ʒiiß. ſpec. diatr. ſantal. diarrhod. abbat. an. driii. M. cum ſyrup. cortic. citri q. ſ. f. Electuarium. Tam paucis & levibus remediis bonæ valetudini reſtitutus eſt vir optimus ; quæ ipſa deinceps etiam in aliis expertus ſum pari ſucceſſu, ſed morbo in prima, quod dicitur, herba ſuffocato : inveterati enim aſperior & laboriosior eſt curatio. *Baldaſſar Timæus. Caſu* 3. *lib.* 7.

Juvenis quidam bilioſo ac melancholico temperamento præditus, lue Venerea infectus menſe Junio, aggreſſus eſt dictam ſudorificam, eaque peracta frictiones ex unguento mercuriali celebratæ fuerunt. Poſt ſecundam frictionem, cùm ptyaliſmus rite procederet, ſubitò correptus eſt contractione brachiorum & tibiarum, cum tenſione ingenti abdominis, & ſuffocatione, ſubitoque ptyaliſmus ceſſavit. Frictiones vehementes celebratæ ſunt in partibus contractis, aqua imperialis & cinnamomi exhibitæ, quæ nihil præſtiterunt. Poſtea aquam noſtram theriacalem ex ſpiritu vini conflatam exhibuimus, à qua plurimùm levatus eſt ; & injecto clyſtere acri paroxyſmus deſiit. Poſt biduum, cùm parùm ſpueret, admota fuerunt emplaſtra mercurialia tibiis, femoribus & brachiis, quæ intra viginti quatuor horas ſputum ſatis copioſè promoverunt. At æger in prædictum paroxyſmum incidit. Cùm verò frictiones celebratæ

fuiſſent, & prædicta aqua exhibita, tum clyſter injectus qui non poterat ejici, ſuppoſitoriis nullo modo levabatur, ſed omnino ſuffocari videbatur. Nos alium clyſterem acriorem ex diaphœnic. & hier. an. ℥ii. injici curavimus, quem ſecuta eſt copioſa evacuatio, & æger à paroxyſmo liberatus eſt. Sequenti die præcedente ptyaliſmo iterum in eundem paroxyſmum, incidit, cæteris multò graviorem: nam nec aqua theriacali, nec clyſteribus iteratis, quibus etiam multum dejecerat, potuerit ſedari. Tandem, cum ab initio cenſuiſſem hæc ſymptomata provenire ex eo, quòd excrementorum colluvies ſuperiora petens in ventriculo colligeretur, & non poſſet per os expurgari ob ſui craſſitiem, vel facultatis expultricis imbecillitatem, & magna copia cum mala ac malignitate prædicta ventriculi orificium vellicaret, unde ortæ convulſiones per conſenſum generis nervoſi; tum etiam ex prædicta materia à calore exagitata multi vapores elevarentur, qui ventriculum diſtendentes diaphragma comprimerent unde ſuffocatio & tenſio abdominis ſequebatur. Ventriculum eſſe vacuandum judicavimus prompto & potenti remedio. Atque in hunc finem exhibuimus ſalis vitrioli ℥i. in aqua diſſolutum, qua intra horæ quadrantem humoris pituitoſi, viſcidi & craſſi cum melancholico permixti circiter ℔ii. rejecit, & ſtatim à paroxiſmo liberatus eſt. Poſtea continuavit ptyaliſmus per multos dies ſine alio ſymptomate, ſicquè integrè liberatus eſt. *Lazarus Riverius*, *obſerv. 77. cent. 1.*

Juvenis quidam robuſtus morbo *Gallico* infectus repurgato corpore, ac optima inſtituta victus ratione, unguento mercuriali octies inunctus fuit, & ſanitatem obtinuit. Verum ut hic oris fœditatem & ulcera effugeret, quum mihi compertum eſſet humores in motu eſſe catapotia ei propinavi. Id autem poſt ſecundam vel tertiam inunctionem facere ſoleo: nam eo tempore humores rebelles, & qui vix medicamentis purgatoriis obediunt, commoti & ad expulſionem acti, à catapotiis propinatis facillime foras per inferiora truduntur. Quo fit ut ſuperiores partes immunes & liberæ maneant, nec ita infici ſoleant, ut per conſuetas ſimileſque inunctiones contingit. Cùm ægri ſic ore infecti ulcera in eò patiuntur, & multa & varia ad multos dies expuunt, non loquuntur, vix liquida deglutire poſſunt, dentes tremulos habent, qui poſtea nigerrimi evadunt, unde oris fœtor certus pullulat. Quæ omnia, vel eorum magna pars, catapotiis vel pharmaco præviſivo opportuno tempore exhibito intercipiuntur, ut ſæpe experientia compertum habemus. *Amatus Luſitanus*, *curat. 22. cent. 5.*

Qui patiebatur morbum *Gallicum*, poſt remedia adhibita melius habuit. Cæterum circa cream, i. e. tibiæ anteriorem partem ſemper doluit. Multa & varia topica remedia, aliquando calida, aliquando frigida, admota ſunt, ſed fruſtra imò ad opium perventum eſt, ſed nihil contulit. Proinde conſiderans eo in loco nullum eſſe humorem, nullam qualitatem manifeſtam, in mentem venit, qualitatem venenoſam aliquam à maligno humore derelictam tibiæ particulam illam infeſtare, pro qua abigenda theriacam ſummum futuram antidotum conjecto, & revera à ratiocinatione hac mea minimè ſum defraudatus, cùm poſt applicitam theriacam dolor ita evanuerit, ut mus conſpecto fele. In ſimilibus doloribus quoties theriaca non opitulatur, illi adjungendum ſuadeo oleum ex guaiaco ligno paratum. *Amatus Luſitanus*, *curat. 72. cent. 5.*

Pulvis hic eſt efficax contra reliquias luis Venereæ, qua ego ſæpe uſus ſum feliciter.

℞. Pulv. ſarſæ ℥iij. Antimon. diaphoret. ℥i. Pulv. viper. ℥iii. M. f. pulvis Doſis ℥iß. vel ℥ii. ex pauco vino albo manè.

Sine ptyaliſmo quandoque poteſt hic morbus curari in hunc modum. Purgetur patiens, poſtea balneetur, dein rurſus purgetur. Pro potu utatur decocto ligni, in juſculis ſarſa, & pulvere ſarſæ, & ſem. dauci in pane. Hoc etiam utatur pulvere.

℞. Carnis viperin. antimon. diaphoret. ſarſaparill. fol. chamædr. an. part. æq. M. f. pulvis. Capiat ℥i. manè & veſperi. Tandem tradatur balneo, & rurſus purgetur. *D. Rubertus Cuminghame* in M. S.

Aqua ſequens theriacalis valde efficax ad conterendas luis Venereæ reliquias & præſervandas nutrices.

℞. Theriac. vet. Mithrid. an. ℥iv. ſucc. ace-

acetoſ. pimpinell. eupator. Card. bened. ſalv. an. ʒiv. flor. ſtœch. p. j. puleg. gram. Card. bened. an. p. j. ling. guajac. ℔j. Cortic. ejuſd. ʒiij. Macerentur in ℔iv. Aq. font. ubi priùs vino irroraveris, & deſtillentur omnia ſimul contuſa. Hujus aquæ ʒiij. cum ʒj. ſyrup. viol. mirificè præſervant nutrices. Et ne ex virulento infantis ore nutrix eodem contagio afficiatur, ante lactis ſuctum papillam abluere oportet aqua plantag. aut aluminoſa; poſt ſuctum verò aqua calidâ. Idque diligenter obſervandum. *Ludovico Mercatus, lib. 2. De Morbo Gallico, cap. 3.*

SECTIO XXII.

De Lumbricis.

LUmbrici (Græcè ἕλμινθες) ex omnibus corporis partibus inteſtina maximè occupare ſolent, ex craſſa & lenta pituita, quæ in inteſtinis frequens, corrupta præparataque eſt, ab uberrimo inſito calore ſuſcitantur, vitamque ſumunt, eorum animalium exemplo, quæ ex putri materia cœleſtis caloris ope vitam habent, pro varia putreſcentis materiæ figura, variæ ſunt lumbricorum ſpecies. Alii ſunt longi & teretes, qui in ſuperioribus gracilioribuſque inteſtinis gigni ſolent, hi omnium frequentiſſimi ſunt, ſurſum quandoque irrepunt in ventriculum, inde per gulam, os ipſum conſcendunt, è quo hiante etiam proſiliunt: Alii rurſus breviores ſunt & lati, qui ſæpè mira ſerie inter ſe cohærent, cucurbitini dicuntur, interdum mutuo adhæſu contexitur latus ille vermis, quem ob ſimilitudinem ταινίας appellant, quod faſciis & vittis mulierum ſimilis tam longus ac latus exiſtat, ut per omnia præcipuè verò craſſiora extendatur, inteſtina. Alii denique ſunt exigui & tenues, Aſcarides dicti, quibus ferè ſedes eſt in recto inteſtino, omnibus materiam ſuppeditat cruditas & crapula, & eorum uſus quæ facilè putreſcunt. Pueri quam adulti his ſæpius afflictantur. Lumbricorum ſigna ſunt oris fœtor ad aciditatem vergens, dejectiones ſtercori bubulo ſimiles, febres aliquando, quæ pluries in die exacerbantur, cum anxietate, animi deliquio, nauſea, vomitu, & ſiti inexplebili; genæ alternatim rubent & liveſcunt, narium pruritus adeſt, & dentium ſtridor, capitis item gravitas & ſopor, deliria etiam & convulſiones epilepticæ; tuſſis adeſt ſicca, dolor in ventre plerumque affligit, inflatur etiam & diſtenditur venter, horrifica eſt in ſomno expergiſcentia, fames adeſt nonnunquam canina corpus interdum decreſcit, pulſus eſt inæqualis. Aſcarides ex pruritu ani moleſto cognoſcuntur, & fæces non rarò iis conſperſæ apparent, graviſſima ut plurimùm inferunt ſymptomata, minùs tamen noxiæ ſunt Aſcarides.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Lumbricis puerorum.

INter medicamenta interna eſt oleum hoc quo ego fœlici cum ſucceſſu uti ſoleo.

℞. Abſinth. pontic. ſantonic. abrotan. hyſſopi, thymi, an. ʒj. rutæ, cardui. menth. praſſii, cent. min. an. ʒß. corallin. ʒij. flor. hyperic. ʒiß. ſucci glaregi ʒii. rad. ireos, enulæ, gentian. dictamn. alb. an. ʒi. tormentill. myrrh. C. cervi uſti, an. ʒii. agar. rhei, Aloes, an. ʒß. cardamom. lupin. an. ʒiß. ſem. braſſic. portulac. coriandri præp. an. ʒi. amygdal. amar. ʒi. ſem. citri ʒß. ſem ſecalæ ʒii. ſebeſt. ping. ʒiiß. M. inciſis incidiendis; & contuſis contundendis, omnia in vaſe vitreo ponantur addaturque olei olivarum dulc. tantum quantum poſſit omnibus ſupernatare, & per quadraginta dies vas Soli ſubiiciatur, vel ſi citius hoc parandum ſit, bulliant omnia in B. M. per duodecim horas continuò deinde oleum coletur abſque forti expreſſione, cujus ego ſoleo ʒi. pueris exhibere, adultis verò ʒii. & mirificè prodeſt, & eo magis ſi partes etiam pulſatiles inungantur. Vinum etiam infuſionis Mercurii miri eſt uſus. *Jul. Cæſar Claudinus, conſult. 64.*

℞. Rhei. agar. troch. an. ʒß. oxymel. ſimpl. aq. gramin. an. ʒvi. M. F. potio parva. Vel.

℞. Agar. præp. rei el. an. ʒß. oxymel. ſ. ſyrup. de endiv. aq. gram. an. ʒß. M. F. potio, quantum ad evacuationem non cre-

credo aliud esse præstantius remedium quam agaricum & rhab. Utilis etiam est hiera. Clysteres non facerem nisi ex lacte & saccharo. *Johan. Baptista Montanus, consil.* 221. & 222.

Si Lumbrici molesti sunt, neque ulla febris urget detur puero ℈i. vel ʒß. ex sequenti pulvere in vino dilutissimo, vel lacte, vel sero ipsius vel jure carnium mediocriter salitarum, vel julepo aliquo & differat cibum in horas duas vel tres.

℞. Sem. Santonic. corallin. an. ʒii. dictamn. alb. rhei, bistort. tormentill. an. ʒi. F. M. pulvis qui aceto acerrimo irroratus paulatim in umbra siccetur, serveturque in usus. Remedium est probatissimum, etiam in lenta aliqua febre haud culpandum: Lumbricos interficit, atque ad eos expellendos, ex cretricem facultatem commovet, uno eodemque tempore quod etiam sine huius pulveris usu fieri utiliter poterit, applicetur ventri hoc emplastrum.

℞. Farin. lupin. pulv. cent. min. pulv. flor. stœchad. an. ʒß. Aloes, fellis tauri, an. ʒiiß. M. cum ol. absinth. F. Emplastrum, ventri applicetur. Ego sępenumerò fœliciter usus sum hac arte; à xyphoide cartilagine ad umbilicum usque abluo aut rigo totum ventrem aqua vitæ in qua maduerit absinth. tum madentem locum inspergo pulvisculo myrrhæ, & applicatum duplex calens linteum fascia obligo. Puèrum pronum in ventrem decumbere aliquandiu permitto. Lumbricos iste fotus non infœliciter sine incommodo, & non magno negotio excludit, experimento constat optimum esse lapidem bufonis appensum puero. *Reinerus Solenander, consil.* 30. *sect.* 3.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Lumbricis.

AD enecandos Lumbricos utatur Vir Generosus per biduum vel quatriduum hoc pulvere.

℞. Coriandr. præp. ʒiß. sem. portulac. citri, limon. an. ʒii. zedoar. ʒi. C. C. usti ʒi. M. F. pulvis. Dosis ʒß. ut mortui aducantur utendum his pilulis.

℞. Aloes rosat. ʒi. Myrrh. el. ʒi. cum syrup. ros. F. pilulæ mediocres, dosis ʒß. vel potione hac.

℞. Decocti sebest. ℥iv. rhei el. ʒi. macerètur in eo prius aqua cinnam. humectata; & expressum detur. *Io. Crato consil.* 13. *lib.* 1.

Puerulus quidam trium annorum per multos dies vexatus est alvi fluxu & nausea ferè perpetua, cum febre acutissima quæ à Lumbricis in ventriculo & intestinis contentis, exoriri videbantur. Post varia frustra tentata remedia, cum jam æger in summo vitæ periculo versaretur, ipsi exhibui calomelan. turqueti gr. xii. statim cessavit nausea, & toto fere die dormivit; at noctu vomitus & alvi fluxus multo graviores excitati sunt; in excrementis inveniebantur frustula vermium putrefacta in maxima copia, mane dormivit & toto die sequenti; neque amplius vomuit, & intra 24. horas febris expers apparuit, atque ita curatus, ut aliis remediis non indiguerit. *Lazarus Riverius, observ.* 28. *cent.* 1.

Puer quidam quatuor annorum Lumbricis ita laborabat, ut gravi ventris dolore torqueretur, cum summa virium dejectione, ita ut pulsus non perciperentur. Tertio die quatuor Lumbricos mortuos per os excrevit, cum vomitu humoris nigri præscribo ipsi potentia ad Lumbricos remedia, tum interna, tum externa; quæ nihil profuerunt, tandem jubeo ut exhibeantur calomelam. gr. viii. cum diagrid. gr. vi. quo medicamento alvus soluta est; excrevitque materiam viscidam, glutinosam, putridam, cum duobus Lumbricis; ter alvum depo suit, & maximè levatus est, & inter paucos dies omnino convaluit. *Lazarus, Riverius, observ.* 5. *cent.* 2.

Puella trium annorum laborabat febre acutissima cum magna anxietate, & virium prostratione. Vocatus ad eam circa vesperam, judico eam ex Lumbricis laborare & præscribo potiunculam ex hieræ ʒß. syrup. rosac. ʒß. cum aq. portulac. q. s. quæ nocte eam purgavit, & inde plurimùm levata est postridie præscribo julepos sequentes.

℞. Fol. acetos. portulac. & endiv. an M. j. summitat. hyper. & scordii, an. p. coq. ad ℔j. in colat. dissolv. syr. limon. ʒiii. F. jule-

julepus, capiat ʒiij. manè, meridie, & vesperi intra biduum omnino curata est. *Lazarus Riverius*, *observ.* 16 *cent.* 2.

Nostrates mulierculæ putant omnes pueros vermibus laborare, sed cum nullus rejicitur vermis, eos dicunt in humores putridos fuisse conversos nec malè, nam ut vermes in phiala concluſi, & fimo calente obruti, brevi convertuntur in pastam, cur in corpore nostro, cujus calor fimi calori respondet, non idem fiet, vermibus enecatis ab amaris medicamentis? certè hoc videtur mihi rationi consentaneum *Petrus Pachequus*, *obs.* 57.

Puellus quatuor annorum Lumbricis valdè obnoxius, laborabat inappetentia, nausea, pruritu narium, siti, inflatione ventris, cum ejusdem torminibus & febre: quam cum verminosam esse ex præcedentibus signis esset manifestum, exhibui mercdulc. gr. xij. diagrid. gr. v. Post duas horas ab assumpto remedio, viginti circiter Lumbricos simul glomeratos per alvum rejecit, & prædicta omnia symptomata evanuerunt, ægerque convaluit. *Simeon Iacoz. observ.* 11.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Lumbricis.

NIsi magnis experimentis præstantissimum remedium ad puerorum Lumbricos comprobassem, haud auderem hic inter arcana selecta reponere; quippe tanta est ejus virtus & potentia, ut mortuos ferè pueros è vermibus ad vitam trahat, hac industria paratur in libris singulis aq. fontis, ol. sulphur. vel vitrioli aliquot guttulæ addendæ sunt, ita ut aqua acidula fiat, quæ pueris, natuque majoribus danda est, diu noctuque ad placitum est enim præstantissimæ virtutis. *Iul. Cæsar Baricellus*, *Hortul. Genial. pag.* 44.

In Lumbricis necandis non modo portulacæ aq. stillaticia aptissima judicatur, verum etiam illius semen. Narrat enim *Arnoldus de Villa Nova* quendam puerum, dum esset in mortis periculo constitutus propter Lumbricorum multitudinem, ℥ß. sem. portulacæ cum lacte sumpsisse, atque Lumbricos multos emisisse, sicque fuisse liberatum. *Iul. Cæsar Baricellus*, *Hortul. Genial. pag.* 89.

Hydrargyrum, quod à multis venenum existimatur, fœlicissimo successu contra vermes exhibetur: tantæque certitudinis illud in *Hispania* reputatur, ut mulieres tenellis pueris, qui lactis vomitu laborant, ad quantitatem granorum iij. in substantia propinare audeant, hac enim via morbus cessare videtur frequentibus. Ego quidam viduam mulierem curavi, quę novem dierum spatio vomitibus continuis ex vermibus laboraverat, & ferè triduo non comederat, nec cibum retinere valuerat, huic cum ℈ii. Hydrargyri mortificati cum tantillo cydonii propinassem, absque ulla molestia per alvum centum & plures emisit vermes, & eodem die liberata est, & solita exercuit domi & foris negotio, magna omnium admiratione, cum prius debilis & emaciata esset: aliis etiam exhibui & bono semper eventu: domique continuò aquam habeo, in qua hydrargyrum infusum retineo, illamque puerulis pro vermibus libentissimè concedo, nec adhuc quempiam ex illa noxam recepisse expertus sum. Usus est hoc remedio ad vermes necandos *Matthiolus*, *Horatius Augenius*, & plerique alii celebres viri, qui omnes hujus auxilii maximè extollunt beneficium: datur pueris in substantia ℈i. grandioribus ℈ii. vel ʒj. corrigitur & mortificatur in mortario vitreo cum sacc. rubro, ubi tam diu conteritur, donec in partes invisibiles dissolvatur: ne autem in pristinam formam iterum redeat ol. amygd. d. gt. ij. addere oportet, cum sacc. violato, rosato, vel cydoniato jejuno stomacho languentibus propinatus. *Iul. Cæsar. Baricellus*, *Hortul. Genial. pag.* 212.

Aqua communis bullita cum argento vivo, pauco & innoxio potu omnes interimit vermes tam in intestinis, quam alibi: in ulceribus autem si aqua ista affundatur. *Ioh. Helmontius*, tractat. cui titul. *Sextuplex Digestio Alimenti Humani*.

Quia sæpè non nisi magno labore & longo tempore verminosi affectus in nonnullis pueris expugnari possunt, quam plurima remedia, eaque præstantissima, ab authoribus inventa & usurpata sunt, tum interna, tum externa: inter interna

ſunt pulver. quorum præcipui ſequuntur.

℞. Sem. contra, ſeu ſantonici ʒß. corallin. ʒiij. raſ. C. Cervi ʒiij. F. pulvis. Vel

℞. Sem. contra, corallin. & C. Cervi uſti, an. partes æquales. Vel

℞. Pulv. hier. ſimpl. ʒij. ſem. contra ſcord. cent. min. corallin. an. ʒi. M. F. pulvis. Vel

℞. Rhei & agar. an. ʒj. troch. alhand. ℈i. diagrid. ℈ß. corallin C. Cervi uſt. an. ʒß. myrrh. zedoar. flor. tanaceti, an. ℈i ſal. abſinth. & tartar. an. ʒß. F. pulvis tenuiſſimus doſis omnium erit à ℈j. ad ʒi. pro ætate puerorum in liquore idoneo.

Mulierculæ vulgò pueris à lumbricis malè habentibus exhibere ſolent ſemen contra ſaccharo incruſtatum, vel nudum ſemen cum melle permixtum: quod remedium præſtantiſſimum eſt: Siquidem Lumbrici dulcium rerum avidi mel devorant, & cum melle ſemen quo interficiuntur, quia verò illud ſemen valdè calidum eſt, temperari poteſt in aceto infundendo per duas horas, poſtea verò cum melle cocto miſceatur ad formam opiatę, quam *Amatus Luſitanus* prędicat tanquam primum adverſus Lumbricos remedium.

Inter topica ventri admovenda, utile eſt ſequens cataplaſma.

℞. Farin. Lup. ʒii. Myrrh. Aloes, an. ʒij. fellis bovis, q. ſ. ol. abſinth. ʒii. F. cataplaſma.

Interim toto morbi decurſu clyſteres frequenter injiciendi ſunt, primùm attrahentes lumbricos ex dulcibus compoſiti, qui non ſolùm ex decocto liquirit paſſul. & ficuum parari poſſunt, ſed etiam ex juſculo pulli admixto ſaccharo & melle roſac. vel ex lacte, ſi febris abfuerit: at ſi lumbricos in craſſis jam inteſtinis eſſe conjiciamus, quia tunc vix amplius in tenuia poſſunt, aſcendere, medicamenta illos enecantia per clyſterem infundere poſſumus in hunc modum.

℞. Rad. gram. ʒi. fol. betæ, malv. mercurial. & portulac. an. M. ß. corallin. p. i. coriandr. præp. & ſem. contra, an. ʒii. F. dec. in colat. ℔i. diſſolv. ol. roſac. ʒii. caſſ. extr. ʒvi. ſpec. hier. ʒii. mell. viol. ʒi. F. Clyſter. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 10. *cap.* 9.

Vidi quendam pro tabido habitum & quaſi conclamatum, qui potu pulveris corticum aurantiorum ad dr. i. per tres vices, in vino, curatus fuit, ejectione innumerorum vermium. *Petrus Borellus, cent.* 1. *obſerv.* 90.

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Lumbricis.

NOn probo conſilium vel vulgi vel medicorum verminoſis pueris vermes vino lotos, in tegula ſiccatos, exhibentium; certò enim mihi perſuadeo experientia edoctus, materiam illam vermium putrem, putri puerorum pituitæ remixtam à magno illorum calore iterum animari, ut videmus muſcas ſubmerſas multis diebus mortuas, ſi non premantur, ſed ſimpliciter extinguantur, ſoli denuo expoſitas, novo calore iterum vitam volatumque, ut & pediculorum pelles in puerilibus capitibus & veſtibus relictas, amiſſam inter ungues & pectinem animam recuperare. *Henricus ab Heers, Obſerv* 9.

Inter omnia medicamenta vermes necantia facile principatum obtinet juxta *Sennertum* Corallina herba, ſive muſcus marinus, ex qua in *Italia* circum foranei ſuum pulverem conficiunt, & ad miraculum uſque vermes necant, doſis ʒi. Utilis etiam eſt pulvis ex ſem. tanaceti, & rad. primulæ veris, eſtque hic pulvis agyrtarum noſtrorum in *Germania* *Wolfgangus Hœſerus, Herc. med. lib.* 7. *cap* 8.

Puer quidam quatuor annos natus in febrem incidit gravem & inordinatam, cum capitis dolore, tuſſi, ſiti, tremore in ſomno, vociferatione; ex quibus verminationi eum obnoxium eſſe conjecimus, qua de cauſa tanaceti ſemen cum ſyrup. viol. tribus matutinis exhibuimus: unde plures quàm centum, pedalis longitudinis, Lumbricos excrevit, & ſubito à febre, tuſſi, reliquiſque ſymptomatis fuit liberatus. *Jac. Wecherus. De Obſervationibus propriis referente Schenkio. lib.* 3. *obſerv. medicin.*

℞. Pomum aurantium aut citrium parvum, excava tantam partem, quæ capiat theriac. ℈ii. aloes ℈i. croci gr. vi. aſſa pomum, & ſuccum exprime, quo regio

ven-

ventris inungatur. Utilis & theriaca aceto vel limonum ſucco diſſoluta illita.

Aſcarides quia ſunt in inteſtino recto, ſuppoſitoriis rectiſſimè educuntur, quibus admiſcentur reſinæ, iis enim vermes adhærent & educuntur. *Daniel Sennertus, pract. lib. 3. part. 2. ſect. 1. cap. 5.*

Ad conſumendam omnem Aſcaridum materiam, nec non delendam inteſtinorum ad hęc animalcula procreanda proprietatem, vix quicquam utilius excogitari poteſt quàm ſi aloes ſuccotrinæ ℈i. ſingula quaque hebdomada devoret.

Aloem enim extremas inteſtinorum partes arcana quadam facultate eluere atque expurgare longo uſu probatum eſt. Sic etiam non parum conferet, ſi ſingula hebdomada clyſter ex decocto abſinth. lupin. hord. & corallin. iniiciatur, ac frequenter anus lupinorum decocto foveatur. Laudo quoque ut ex linteo tenue collyrium fiat atque ano imponatur hocce linimento inunctum.

℞. Fell. taurin. ℥i. pulv. lupin. ℥iß. ol. abſinth. ℈i. vini alb. ℥iii. M. ad ignem. *Hieron. Mercurialis, tomo 1. conſult. 13.*

Unguentum ex argento vivo, reſina, & axungia factu, & ſi podici illinatur, vel illud illi imprimatur, aut ſuppoſitoriis illitum intrudatur, præ omnibus remediis ad vermes Aſcarides dictos delendos efficaciſſimum eſt. *Felix Platerus prax. med. tom. 3. cap. 13. pag. 891.*

Puer quidam dum eſſet in mortis periculo conſtitutus propter multitudinem lumbricorum, ℥ß. ſem. portulacæ tritæ cum lacte ſumpſit, & emiſit lumbricos multos & liberatus eſt. Oleum ſem. lini bibitum omnes expellit vermes, & unctio cum eos moleſtat valde, ſi fel tauri vel colocynthis admiſceatur. *Arnoldus de Villanova practic. lib. 2. cap. 33.*

Varias hyperici virtutes aliis fuſiùs laudatas non moror. Unius hic meminiſſe publico ægrorum plurimorum commodo intererit, de qua nemo hactenus adeò ſollicitus fuit. Eſt verò ea præſtantiſſima ad lumbricos pellendos ſi flores in ſpiritu vini infuſi cum liquore exhibeantur, id quod certa nobiliſſimæ Matronæ experientia didici. Cauſam in quadam acrimonia ſitam exiſtimo. Oleum ex ſem. & floribus cochlearis menſura bibitum lumbricos enecare autor quoque eſt *Matthiolus*. Ex *Galeno* calidum & ſiccum eſt hypericum: inde urinam ciere & menſes *Dioſcorides* tradit, & poſt eum *Plinius*. *Paracelſus lib de Lumbric.* Vermes in abdomine recedere locumque mutare ſcribit, ſi in eo loco hypericon imponatur. *Thomas Bartholinus in Actis Medicis, obſerv. 40. anni 1671. & 1672.*

℞. Succi rutæ ℥iv. capiat per triduum, & certo certius per inferiora vermes tradet. Hoc nobiliſſimæ Dominæ, poſt multa incaſſum uſurpata remedia, & tantùm non morienti mirificè profuit, ut ipſa mihi faſſa eſt. *D. Rob. Gunninghame* in M. S.

In puero vermibus laborante clariſſimus & experientiſſimus *D. Wedderburnus* poſt bidua nam exhibitionem decocti cent. min. abſinth. fol. orient. rhei umbilicali regioni applicuit emplaſtrum ex myrrha & pice *Burgundica*, & ea nocte ſex excreti ſunt vermes. Nocte ſequenti pulverem bezoar & Dominæ de *Kent* exhibuit, tribus inde excretis lumbricis. Enema tandem ex lacte & ſem. contra injectum, & quatuor excrevit. Et ſic ſanus evaſit. *D. Robertus Cunninghame* in M. S.

SUBSECTIO QUINTA:

Pro Lumbricis latis.

FOrtioribus medicamentis opus eſt, ut lumbrici lati interficiantur: quapropter etſi in teretibus purgantia cum interficientibus commodè admiſceantur; præſtat tamen in latis, nulla iis purgantia primùm admiſere, cum purgantia non ſinant medicamenta vermes interficientia diu in inteſtinis hærere, ſed ea citò per alvum ſecum educant. Si verò prius exhibeantur medicamenta, quæ ipſum debilitent totus rotundus factus ad pilæ figuram exit, & homo ſanus evadit. Commendatur hic imprimis filix, è qua recenti aqua deſtillata datur; vel pulvis ℥ß. pondere, infantibus; natu majoribus dr. i. adultis dr. iii. cum aqua galegæ, quæ ſine ullis moleſtiis vermem & lentè & citò, ſi velis, enecat. Commendatur & cortex radi-

cis mori, & corallina duplici pondere. Utili eſt & theriaca aceto vel ſucco limonum diſſoluta. Decoct. etiam cent. min. lupin. ſcordii: ſicut & uſus aloes cum croco & myrrha, atque uſus hieræ cum ſcammonio. *Daniel Sennertus, pract. lib. 3. part. 2. ſect. 1. cap. 5.*

Mulier quædam viginti annorum, ſæpiſſimè dolore ac torminibus ventris, imbecillitate ventriculi, nauſea, item eructationibus & cibi faſtidio vexata, me in conſilium adhibuit, tum pulvere quodam laxativo (qui recipit rheum turbith. & ſennam) & ſyr. roſ. ſolut. compoſ. cum rheo, agar. & ſenna exhibito, Lumbricum latum per ſeceſſum una cum excrementis excrevit: quem cùm mihi monſtraſſet, attonitus fui. Eſt enim Spithamas viginti longus, latus grana ſex, craſſus verò grana duo. Poſt excretionem hujus Lumbrici, iterum expurgato corpore, & quę partes principes robo. rant, per dies aliquot exhibitis, convaluit fœmina illa, & huc uſque bellè ſe habet. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 70. cent. 2.*

Legantur Obſervationes tres proximè ſequentes ubi plures tales de Lumbricis latis referuntur hiſtoriæ.

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

Pro Lupia.

PUella quædam laborabat tumore ſcirrhoſo nuci juglandis magnitudine, ſuperiorem metacarpii partem occupante, qui diſcuſſus eſt meo conſilio: admota ſuper partem affectam lamina plumbea hydrargyro illita, eaque per octo dies geſtata tumor diſparuit nec amplius eſt reverſus. *Simeon Iacor. obſerv. 9.*

Frater quidam Capucinus Lupiam habebat in genu, poſt longum tempus ad ſummam mollitiem tandem perducta fuit, cujus ratione apertionem ſuadebam, ille verò tenuit, inquiens ſe Lupias huic ſimiles reſolutione curatas vidiſſe foliis acetoſæ charta madida involutis, & ſub cineribus coctis; quæ poſtmodum cum cineribus per cribrum trajectis, incorporabantur in formam cataplaſmatis: quod ille per plures dies applicuit calidè, & tumor prorſus evánuit; quod ego valde miratus ſum, & poſtea duas alias Lupias in eadem parte eodem remedio curavi. *Dionyſius Pomaret. obſ. 3.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER UNDECIMUS.

De Affectibus à littera M *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Macilentis.

QUidam jubent corpus verberari cum virgulis quouſque rubeant eorum carnes, id enim calorem roborat & attrahit ad digerendum & ad perfectius convertendum nutrimentum attractum, non deſunt qui eaſdem virgulas priùs inungant oleo olivarum. Dixit *Avicenna* quod flagellatio corporis cum corrigiis mollibus moderatè facta ſemel omni die, poſt cibi digeſtionem, impinguat corpus vehementer cutem rubificando, & nutrimentum ad membra attrahendo; qui vult impinguari, utatur optimo vino, gaudeat, lætetur, abſtineat a ſanguinis miſſione & purgatione, utatur balneo poſt

61-

cibum completa prima digeſtione non toleret famem, multùm comedat, parum bibat, & præſertim vinum generoſum, non iraſcatur, neque ſit ſolitus, vel triſtis, coitum averſetur, multùm, dormiat & in lecto molli: hæc omnia ut & vina dulcia & cibi unctuoſi hominem pinguiorem faciunt. Puellæ *Venetæ* cum matrimonio copulandæ ſunt, lautè admodum tractantur, ut habiliores fiant; utuntur tritico cum lacte nutrito, longius indiem dormiunt, valde otioſæ extra aerem vivunt; ut tandem caponum inſtar pingueſcant, ideo & unctuoſis & dulcibus veſcuntur cibis, ut ita magis delicatulę ac venuſtę ſuis ſponſis dedicari poſſint. *Petrus Foreſtus obſerv.* 11. *& ſcol. lib.* 31. *De ſucis.*

SECTIO SECUNDA.

Pro Maculis Infantium.

SOlent tenella infantium corpora, dum in utero exiſtunt materno, maculis quibuſdam, nęvis, lituris, verruciſque quę à matris imaginatione fiunt, commaculari: hæc porrò quaſi ſigilla imprimuntur, & difficulter poſt ortum elui poſſunt pro iis delendis principatum habet cariophyllata, cujus vis & potentia in hujuſmodi maculis extricandis mirabilis judicatur: fumitur autem planta hæc cum ſuis radicibus in fine menſis *Maii* atque a terreſtreitate emundata in alembico deſtillatur; ex aqua ſtillata ſi infantium lituræ maculæque ſæpius laventur, abſque dubio evaneſcunt. *Jul. Cæſar. Baricellus. Hortul. Genial. pag.* 266.

Macula fœtui impreſſa admota manu cadaveris longa tabe extincti, omnique vitæ proprietate exuti, donec frigus partem maculatam penetraverit, (quod fit ſpatio unius miſerere) de cætero ſponte evaneſcit. *Ioh. Helmontius* tract. cui tit. *Demens idæa.*

SECTIO TERTIA.

De Madaroſi.

Μαδάρωσις (à μαδὸς glaber) nihil aliud eſt quam defluvium pilorum palpebręoritur à vitioſis & acribus humoribus ad ciliorum radices confluentibus, & pilorum radices erodentibus: poſt febres malignas ſæpè accidit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Madaroſi.

REpurgato corpore, ut hoc unguento palpebras liniret præcepi.

℞. Stercor. lepor. & ſterc. hircin. an. dr. i cortic. avellan. uſtar. dr iij. pingued. urſi vel caprin. q. ſ. F. unguentum, avellana etiam aduſta & cum adipe urſina vel caprina incorporata naſci facit pilos. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 46. *lib.* 11. *De morb. ocul. & palpebr.*

SECTIO QUARTA.

Pro Mammarum Inflammatione.

PUerpera cum lactare infantem inciperet, ſenſit immenſum cruciatum in mamilla dextra, cum rubore & duro tumore renitente, in ambitu papillæ; aderatque febris: mox cognoſcere potui inflammationem eſſe: juſſi primum inungere hoc unguento.

℞. Mucilag. ſem. pſyllii ʒß. armen. dr. ii. olei roſac. aceti roſac. an. dr ii. M. F. unguentum: die ſequenti cataplaſma applicui ex farina hordei, lacte & ol. roſ. poſt duos dies addidi huic cataplaſm. ol. chamemil. lil. farinæ ſeminæ lini & fœnugræc. portionem; quia ſuppurabatur: ſequenti die dolor augebatur & febris, pure genito applicui hoc cataplaſma.

℞. Farin. hord. fabar. an p. j. ſem. lini fœnugræc. an. pß. flor. chamæm. p. j. rad. lil. & ireos, an. ʒß. coq. & contund. addendo ol. chamæm. ʒii. croci ϑi. F. cataplaſma: ſequenti die reiteretur addendo ficuum numero x. farinæ orizæ ʒi. caulium malvar. coctarum & contuſ. unà cum lardo dr vi. apparebat abſceſſus acutus, pure ex contactu refugiente, juſſi fermentum cum pulpa cæparum coctarum applicare ſequenti die ſponte ruptus eſt abſceſſus, puris magna copia profluente ad dies binos: impo-

posui turundam cum terebinthina & melle, tandem pauco immisso balsamo integre curata est, *Felix Platerus, observ. lib. 2. pag.* 521.

Puerpera alia mammæ inflammatione laborans, intra paucos dies sanata est his duobus remediis, primis diebus facta fuit embrocatio ex duabus partibus olei rosati completi, & una omphacini: sequentibus diebus admotum est bis in die unguentum de althea. *Lazarus Riverius observ.* 41. *cent.* 1.

Juvenis mulier circa nonum graviditatis mensem correpta est tumore mammæ sinistræ cum pensione, rubore & pulsatione. Vocatus Chirurgus cataplasma de mica panis statim admovet, unde tumor admodum increvit, vocatus ego cataplasma præscribo ex farina fabarum cocta in oxycrato, serpè immutandum, quia intra paucas horas exsiccatur: intra duodecim horas inflammatio ablata est, tumorque admodum imminutus & intra paucos dies omnino evanuit. *Lazarus Riverius, observ.* 74. *cent.* 4.

SECTIO QUINTA.

Pro Mammarum duritie & tumore.

SEquenti linimento quo ego cum maximo fructu in tumoribus mamillarum utor, locus affectus inungi poterit.

℞. Gum. ammoniac. ℥i. ol. amygd. lil. alb. ping. gallin. an. ℥ij. succ. cicutæ ℥iv. acet. scillit. ℥ij. M. mancantque infusione horas viginti quatuor, in loco calido, postea coq. s. a. colatura cum forti expressione servetur ad usum, in præparatione autem hujus linimenti, danda est opera ut lentissimo igne coquatur, neque humiditas succi & aceti omnino inter coquendum absumatur, nullius enim valoris esset medicamentum, singularem habet efficaciam in quacunque parte corporis fuerint, linimento isto calidè inuncta mamma sequens poterit applicari emplastrum.

℞. Empl. de mucilag. & de melilot. an. ℥ii. gummi ammoniac. in aceto scyllit. dissolut. ℥iß. M. F. s. a. emplastr. addendo parum ceræ si opus est. *Guil. Fabric. Hildanus, observ.* 52. *cent.* 2.

Virginis cujusdam mamma tumuit, indurata fuit, doluitque vehementer: illam hoc modo curavi, manè & vesperi inunxi mammam affectam balsamo sulph. nostro. Postea applicavi empl. diasulphuris nostrum (cujus descriptionem vide infra *lib.* 18. *sect.* 22. *De Ulcere subsect.* 4.) quibus indies tumor, durities & dolor diminutus fuit, ac paucis interpositis diebus ad suppurationem pervenit apertaque est in multis locis, & brevi ad optimam sanitatem reducta est, nam hæc duo remedia valent ad mammarum omnia vitia etiam ulcera cancrosa. *Martinus Rulandus, curat.* 2. *centuria* 8.

Cataplasma ex caulis virentibus foliis & aristol. rot. oleo communi veteri incoctis super mammam scirrhoso tumore affectam die noctuque gestabit, ita ut singulis octo vel sex horis permutetur: si tumor in carcinoma videatur degenerare; utendum erit oleo rosac. completo cum portiuncula lithargyri in mortatio plumbeo diu agitati. *Io. Zecchius, consult.* 14.

Mulier Nobilis puerpera laborans rumore mammæ sinistræ præduro ex concretione lactis, irritis omnibus remediis ex arte per mensem integrum usurpatis, curata est sumendo ℥i. pulv. millepedum præpar. in jusculo per triduum: hujus autem pulveris eximias dotes sæpe vidimus & audivimus ab expertis in hujusmodi tumoribus ex lacte concreto; nec non etiam in cancro mammarum ac reliquarum partium ut contigit cuidam viro qui patiebatur ulcera multa profunda in multis corporis partibus, præcipuè verò in tibiis, à quibus brevi tempore curatus est, sumendo ℥i. prædicti pulveris per septem vel octo dies, alternos præmissis tamen præmittendis. *Simeon Iocoz. observ.* 29. *cent.* 4. *observ. Riverii.*

Pro tumore mammarum ex lacte retento. Lac retentum absumendum & exsiccandum, coagulatumque resolvendum, quo facto sponte cessabit dolor. Remedia quibus hoc præstetur multa sunt & varia; nullum tamen, quantum mihi quidem constat, æque præsentaneum & efficax est ac emplastrum quod de sperma ceti componitur, & à *Mynsichto* in Armamentario *sect.* 36. sub finem describitur. Hujus ad-

namque ſolius uſu hæc aliæque plures à tumore mammarum perfectè liberatæ ſunt : inſignem enim lac copioſum abſumendi, concretumque ſolvendi vim obtinet, unde & poſt ablactationem, commodiſſimè adhibetur. *Baldaſſar Timæus caſ. 36. lib. 4.*

SECTIO SEXTA.

De Mania.

Μανία ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, ab inſaniendo) Latinis furor ſeu inſania, delirium eſt intermiſſionis expers ſine febre, ſed cum furore & ferina quadam rabie conjunctum, oritur à diſpoſitione ſpirituum fervida & ignea, concomitante forſan maligna & venenata qualitate, hanc diſpoſitionem produci volunt authores à bile atra: qui hoc malo laborant feroces ſunt & effrænes, & niſi vinculis cohibeantur, veſtimenta propria dilacerant, & in obvius quouſque immanis belulæ inſtar dentibus, unguibus & pugnis impetum faciunt; nec ſibi ipſis parcunt, vigilant præterea pertinaciſſimè, ſtupendum adeſt corporis robur, imminentem maniam oſtendunt aurium tinnitus, & gravitas capitis, ſplendores oculis obverſantes, triſtitiæ & longæ præcedentes, ira ex levi occaſione, oculi fixi, in obſcœnum & ineptum riſum nimia proclivitas, conſueti hæmorrhoidum & menſium fluxus ſuppreſſio, aliquando fit mania à cauſis externis, quales ſunt philtrum, ſolanum, cerebrum felix; canum, vel luporum morſus, aliquando etiam per conſenſum fit, & uteri imprimis, & tunc dicitur furor uterinus, de quo infra *lib. 18. ſect. 32.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Mania.

JUvenis quidam diſſolutè vivens puellam prædivitem contra parentum voluntatem abductam ſibi matrimonio copulavit, ipſiuſque bonis mox dilapidatis, eam peſſime tractavit, adeò ut ſæpe deſperabunda ſeipſam interficere cogitaret: tandem ad inſaniam redacta, veſtes dilacerabat, nudaque catenis vincta; etiam ſtramen in quo eam cubare vidi: minutim unguibus diſcerpebat, ideoque devecta ad Empiricum quendam ruſticum, qui maniacos curare ſolebat, ſeptuageſies una ſeptimana, venis diverſis in locis apertis atque univerſo pene illi ſanguine detracto, ab eo fuit curata. Inde domum reverſa debilis & palida, mortuo marito alteri nupſit, cum quo ad quadraginta annes vixit ſana, ſterilis tamen maleque colorata. *Felix Platerus, obſ. lib. 1. pag. 86.*

Vir quidam quadragenarius à multis annis melancholiæ adeo obnoxius fuerat ut adminiſtratione rei familiaris ipſi à magiſtratu interdictum fuerit, tandem in graviſſimam maniam incidit cum tanto furore, ut omnia dilaceraſſet, & frequenter ſeipſum ex alto præcipitaſſet, niſi vinculis conſtrictus fuiſſet, in iſtis vehementiſſimis agitationibus clamoribuſque continuò fere ſudoribus nunc frigidis, nunc calidis madidus erat, ego cum advocatus eſſem, clyſterem acrem infundi, deinde venam in cubito dextro incidi, eodemque die poſt cœnam nonnihil laudani in aq. borrag. diſſoluti exhibui; frontem & tempora ol. roſac. & viol. inunxi, ea nocte utcunque quietior fuit, poſtero die ad ℈j. extracti melanogogi ex decocto polip. fol. ſen. beton. cuſcutæ ſcabioſ. aliiſque appropriatis exhibui, vomuit bis terve, alvus quin etiam quater aut quinquies ſubducta fuit, hinc impetus ille maniæ aliquomodo remiſit, eodem die poſt cœnam iterum ſomniferum confectionis alkerm. mixtum exhibui, quievit ſatis bene ea nocte, & altero die penitus mente conſtabat, poſt aliquot dies cum melanogogum aliquoties reiteraſſem, & extractum hellebori nigri ſemel atque iterum exhibuiſſem, ita reſtitutus fuit, ut ab eo tempore & uſque nunc rebus ſuis domeſticis quam prudentiſſime proſpiciat. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 9. cent. 4.*

Retulit mihi nuper quidam vicinæ Eccleſiæ paſtor, in ſuo pago intra triduum ſanatum fuiſſe maniacum, exhibito canis cerebro cocto (addebat unius coloris canem eſſe debere) affirmabatque ſibi præterea alios tres notos eſſe, qui eodem medicamento ſint ſanati: commendatur etiam

iam cerebrum arietis nondum Venerem experti, si nimirum caput uno ictu ipsi amputetur, & totum cum pelle, cornibus saltem abiectis, coquatur, cerebrumque postea cum farina, additis cinnamomi, zinzib. nuc. mosch. macis, cariophyll. an. ʒß. (forsan. ʒß.) super prunis misceatur, & in partes tres divisum mane exhibeatur, ita ut post sumptum medicamentum duabus horis nihil comedat æger, ac in cæteris quoque rectam diætam observet. *Daniel Sennertus practic. libr. 1. part. 2. cap. 15.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Mania.

FRequentibus phlebotomiis interiiciendæ sunt purgationes in hunc modum.

℞. Lapid. lazul. ʒiß. diagryd. ʒß. turbith. ʒi. sennæ ʒß. epithym. crem. tartar. an. ʒii. cinnam. & cortic. citri an. ℈i. croci ℈ß. M. F. pulvis: cujus dosis erit ʒi. vel ℈iv. cum jusculo, vel liquore appropriato.

℞. Ramentor. hellebor. nigr. ʒi. infund. per triduum in aq. pluviæ ʒiv. decoq. lento igne ad tertias: colaturæ adde mellis opt. despumati ʒii. M. capiat cochl. i. cum jusculo pingui. Vel.

℞. Extract. helleb. nigr. ℈ß. syr. viol. ʒi. pro una dosi. Omnia medicamenta ex helleboro confecta, ut vinum, syrupus, & oxymel, ad hujus affectus curationem plurimum conferunt. Unde olim ferunt *Melampium Amythaonis* Medici filium, vino helleborato *Præti Argivorum* Regis filias, quæ se boves existimabant, liberasse.

Balnea aquæ tepidæ frequenter, & post singulas purgationes usurpanda sunt.

Ordo medicamentorum purgantium hoc in morbo talis est, ut primo apozema alterans, & purgans per tres, aut quatuor dies exhibeatur, post venæ sectionem in utroque brachio celebratam: deinde purgantia mediocria ex potionibus, pulveribus, aut syr. magistralibus in septimana exhibeantur; vehementia verò bis in mense, interjectis continuò venæsectionibus: diebus autem intermediis balnea, julepi præparantes; aut jusculæ alterantia, tum etiam opiatæ roborantes exhibeantur. Præter julepos vulgares, sequens ex succis paratus erit utilissimus.

℞. Succ. borrag. bugl. & pomor. redol. an. ʒiii. aq. fumar. & cichor. an. ʒiv. sacch. alb. ʒvi. coq. depurentur & aromatizentur santalo citrino, capiat ʒvi. mane & serò.

Opiata in sequentem modum concinnari poterit.

℞. Conserv. ros. viol. bugl. an. ʒi. Conserv. flor. tamarisci, & carioph. hortens. caulium lactuc. condit. cortic. citr. condit. an. ʒ m. myrobal. emblic. condit. num. i. Confect. al Kerm. & de hyacinth. an. dr. iii. pulv. elect. diamarg. frig. & letif. Gal. an. dr. i. Corall. præp. margar. præp. an. dr m. cum syr. de pomis redol. F. opiata: de qua capiat ad magnitudinem castaneæ, superbibendo parum julepi aut aquæ appropriatæ. Inter specifica hoc unum adiicimus, quod in illustri quadam familia *Monspeliensi*, pro secreto gentilitio, hæreditario habetur, illiusque descriptio talis est.

℞. Fol. Meliss. M. incid. minutim, & infund. in spiritus vini ʒiv. deinde adde margarit. præp. dr m. M. dosis cochl. ii.

Denique cauterium futuræ coronali applicatum maxime probatur à *Gordonio*, ejusque utilitatem confirmat historia cujusdam maniaci; cui cum esset vulnus inflictum capiti cùm cranii fractura, quamdiu fuit vulnus apertum; tamdiu bene habuit; vulnere sanato reversa est mania. *Lazarus Riverius, prax. med. lib. 1. c. 13.*

Quidam Adolescens maniacus, ad cujus curationem potentissima remedia usurpata fuerant, ita ut ventum fuerit ad usum antimonii, trepanum, & arteriotomiam temporum, cum hæc omnia nihil conferrent, castrationem consului, qua usurpata, remissa fuere omnia symptomata, & furor omnino cessavit, manente tamen delirio melancholico, ita ut mania in melancholiam versa fuerit. *Samuel Formius, observ. 32.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Mania.

MAniæ cura perfecta talis est, exhibeatur vomitorium ex aq. bened. post vom i-

vomitorium per aliquot dies capiat. decoctum anagallidis flore purpureo (sine omnia additamento) vinum nullo modo exhibeatur. Præparetur lixivium tale.

℞. Herbar. cephalic. cum flor. q.v. coq. in aqua fontana. Deinde.

℞. Bacc. laur. rad. hellebor. nigr. an. q. s. contund. invicem crasse, & insuantur sacculo interbastato & longiori: sacculum coque aliquantulum in prædicto lixivio: tandem per novem dies continuos accipe singulis diebus istius lixivii ℔ii. calefac. & cum linteolis in eo madefactis & leviter expressis fove caput rasum per integram horam, postea sacculum istum applica futuræ coronali (quamdiu calet) cum bona ligatura patiens incumbat lecto, & si fieri potest, quiescat, tunc mira expurgantur, per omnia capitis emunctoria; & alvus simul aliquantulum fluit (hinc colligitur à quibusdam usum hellebori apud veteres externum potius fuisse quam internum) sic nimirum fuligines inhærentes cranio & cerebro mirabiliter dissolvuntur; quod sane nulla alia remedia præstare poterunt, ultimum in hoc morbo refugium est cranii apertio cum trepano.

In insania, mania, melancholia etiam, tanquam specificum laudatur sanguis asini, hac æstate fabrum quendam lignarium restituit hic sanguis ex venis post aures captus, in quem linteola munda, nulli usui antea exposita, macerentur & exsiccentur, usus est talis: ex his laciniis cape quantitatem duos digitos latam & unum pollicem longam, macera in hausto aq. fontanæ, donec color exeat: hanc aquam de epotandam ægrotanti triduo integro mane semel, & quantum fieri potest, sudorem evoca quem elicit hic sanguis. *Joh. Hartmannus, pract. Chimiatr. pag.* 55. & 56.

Faber quidam lignarius amens factus toto anno ita permansit, utcunque solita implorarentur remedia; cum curru vinctus ad suos rediret, solutis vinculis e plaustro desiliit in stagnum profundum: tandem extractus pro cadavere, & in currum depositus, & deinceps per annos octodecim à mania liber vixit, idem remedium in aliis maniacis aliquoties deinceps tentavi, nec me fefellit eventus, nisi quoties formidine præcociter amentes ex aqua extraherem: fabri exemplo didici perinde fore sive in aqua dulci vel salsa submersio contingat. *Jo. Helmontius*, tract. cui tit *Demens idæa*.

Aliis non juvantibus tentari poterit hujus morbi curatio per transfusionem sanguinis vitulini, ex arteria vituli crurali, in venam aliquam brachialem maniaci; qualis nuper *Parisiis* in maniaco, ope tubuli una parte arteriæ vituli, & altera venæ maniaci accurate inserti, fœliciter fuit facta: hæc chirurgia etiam in aliis morbis curandis jam satis frequenter adhiberi fertur. *Henricus Regius, prax. medic. liber.* 1. *curat.* 15.

Sequenti medicamento, quod miraculosum effectum habet, dixit mihi *D. Abrahamus* vir longe optimus, se bonum sibi nomen in *Moravia* comparasse.

℞. Spec. diambræ ʒii. infund. in vino destillato quatuordecim dies, ut latum digitum superemineat, adde opii, ʒvi. mumiæ ʒß. succi hyoscyami ʒi. corall. rubr. carabæ, an. ℈ii. croci ℈i. mosch. gr. 6. Ambræ gr. 12. affuso rursus spiritu vini, ut supereminеat latum digitum: digerantur post fornacem per mensem, quotidie agitando, dosis ℈ß. pro ægri constitutione: maniacis, in vigiliis extremis, colicis, in febribus ardentibus, phrenesi & peripneumonia desperata exhibetur. *Carolus Oslevius, epist.* 53. *lib.* 3. *consil. & epistol. Cratonis, &c.*

Interdum aliquid salis nitri ex aqua anagallidis flore purpureo exhibui, quatenus illud impuros, fervidos & inquietos spiritus purificat restinguit & figit. Hæc autem specifica quadam proprietate huic malo resistere creditur. *Baldassar Timæus. Lib.* 1. *Cas.* 8.

Tinctura florum hyperici egregium est medicamentum in mania intrò sumptum. *Joh. Rajus, Catal. Plantar. Angliæ.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Manus ictu & Paralysi.

ICtum à pede equino in manu amici, ut & alterius dolorem & impotentiam manuum curavi, præscribendo ut sæpe manus totas in recens jugulati bovis vulnus immitterent, quo peracto bene se habue-

habuerunt, calor enim ille naturalis noſtrum excitat & expergefacit, vel benignitate ſua poros aperit, & humores torpidos fluxiles reddit, qui aliter quaſi coagulati reſidebant, unde corrumpi & gangrænam accerſere potuiſſent. *Petrus Borellus, obſerv. 55. cent. 2.*

SECTIO OCTAVA.

Pro Marcore.

MEdicus quidam meticuloſus veritus ob imbecillitatem venam ferire mulieri cuidam acerbiſſime ex latere dolenti, auxit tantopere febrem, & inflammationem in membrana coſtas ſuccingente conceptam; ut ex retorridi ſanguinis æſtu, ipſa non ſecus emarcuerit ac ſi laboraſſet immedicabili tabe, quam etiam non obſcure videbantur deſignare, ſputa ita frequentia ac ſordida, ut copia, capacem pelvim, & fœtore ſpatioſum facile repleviſſent conclave, re autem ipſius jam plane deſperata, & morbo ultra quartum menſem in ipſam ſæviente; apparuit ipſi quaſi ex machina Deus: excitando neſcio quod crudorum oſtreorum deſiderium: quod eò quoque lubentius conceſſimus, quo minus hactenus profuiſſent potiones concinnatæ ex humidis ac frigidis herbis: qua ſpe etiam minime excidimus. Vix enim comederat cruda hæc oſtrea quin protinus imminuerentur non tantùm calor ac febris, ſed etiam uſque eo pernicioſiſſimus hic morbus, ut brevi integre convaluerit; extincto ab algido ac viſcido oſtreorum ſucco pertinaciſſimo illo incendio: quo proculdubiò conflagraſſet miſerrime univerſum ipſius corpus, non temere itaque *Celſus*; quos ratio non reſtituit adiuvat temeritas; neque certe inconſiderate agere videtur, qui circumſpecte cecidit naturæ inclinationibus, & obliquat prudenter ſinus, ubi non licet rectum tenere curſum: ſatius quippe eſt anceps remedium experiri, quam nullum: dubia namque ſpes certa deſperatione potior. *Nicolaus Tulpius, cap. 8. lib. 2. Obſerv.*

SECTIO NONA.

De Melancholia.

MElancholia morbus, delirium eſt febris expers cum metu, & mœrore ſine cauſa manifeſta conjunctum: vel eſt imaginationis & ratiocinationis depravatio à phantaſmate melancholico exorta quo detentus, uni cogitationi, abſque furore & febre, cum triſtitia & metu, inhæret. Ejus origo dependet à certa quadam ſpirituum animalium diſpoſitione ex humoris melancholici permiſtione producta, ad quam ſequitur phantaſma tenebricoſum dictum, quod intellectui poſtea objecta obverſans, hoc delirium & animi angorem excitat, quos male habet hic morbus triſtes ſunt & ſolitarii, formidoloſi & pertinaces, quidam phantaſias quaſdam ſibi faciunt, quæ nec ſunt nec eſſe poſſunt, falſa multa imaginantur, timent non metuenda, ſine cauſa mœrent animumque macerant, ſunt taciturni, moroſi, & ſuſpicaces, præter ſolitum inediam tolerant, crebrò ſuſpirant, reſpiratio eſt tarda & rara, ut & pulſus, abſurda loquuntur. Alia eſt per primarium cerebri affectum; alia per conſenſum cordis & totius; alia rurſus quæ hypochondriaca dicitur, & per circuitus redit; alia denique eſt quæ per uteri ſympathiam fit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Melancholia.

ILluſtriſſimo cuidam *Anglo* Melancholiæ laboranti dedi pulverem illum benedictum à *Michaele Paſchalio* & *Pereda* deſcriptum, quia plurimos juvit, multi Authores alienæ gloriæ cupidi, illum ſuæ inventionis eſſe volunt. Eſt autem hic.

℞. Summitat. epithymi ℥ß. lapid. lazuli præp. agar. troch. an. ℥ii. ſcammom. ℥ii. (forſan. ℈ii.) carioph. numero 20. M. F. pulvis pro ʒ. doſibus; hasut erat robuſtiſſimus, & viribus conſtantiſſimus, diebus quinis continuis ſumpſit: bibit poſtea ſpadanum fontem, ſed exiguo cum fructu, quia nec affini medico, nec mihi auſcultabat: ad ſuos enim reverſus, creſcente malo,

lo, maniacus factus, locis minutis coercere debuit. *Henricus ab Heers*, *observ.* 27. *lib.* 1.

Sæpius reiteretur venæsectio pro toſtis & exuſtis humoribus alterandis: ad ſomnum promovendum exterius compoſitum ſperniolæ cum aqua roſ. diſſolutum applicetur fronti temporibuſque linteis humectatis in eo; ſed ſimul etiam interius laudan. opiat. ad gr. iv. vel v. præſcriberem. Quid præſtent hæc remedia, poſt univerſalia pluribus exemplis confirmarem, ſed ſufficiat unum. Illuſtris fœmina vidua cum quadrageſimali jejunio ſeſe per ſeptimanas aliquot afflixiſſet; ſub finem *Martii* melancholicas anxietates patitur, alvo ſimul adſtricta, timore metuque penitus oppreſſa, cum pervigilia & delirio ſine febre. Vocatus ego quamprimum clyſterem ordino, cujus operatio ſequitur optata, qua deſinente, circa noctem laudan. opiat. gr. iv. (ſat enim delicata erat mulier) exhibeo ſine ſuccedente ſomno. Sequenti die venæſectionem inſtituo in brachio ad ℥vii. cum ſucceſſu repetito circa veſperam enemate, cum ſubſequente laudano opiato, cujus gr. v. aſſumptis bene dormivit per noctem, poſtmodum evacuationem quoque tentavimus laxativo minerali cum diagridio permiſto, reiteratis aliquoties venæſectionibus tam in brachio quam in pedibus: non neglectis aliis quæ ſymptomatum leniendorum gratia neceſſaria videbantur: ut hoc modo menſtruo ſpatio perfectè reſtitueretur. Deo clementer medicamentorum operationem benedicente. *Gregorius Horſtius*, *in epiſtol. ad obſervat.* 18. *lib.* 2.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Melancholia.

OPeram det ut quotidie beneficium ventris habeat; id ſi non fieret; quarta unciæ pars bonæ terebinthinæ aſſumenda erit: hujus uſu ad multa utilis futurus eſt. Utatur ſæpiſſimè ſacch. roſato maximè matutino tempore ad ℥ß. Item ſingulis ſeptimanis bis ſumat ℥ß. rhei, idque vel maſticet atque deglutiat, vel in pulvere redigat, & cum uvis paſſis aut ſaccharo roſac. accipiat. *Joh. Baptiſta Montanus*, *conſ.* 24.

In uſum vocetur emulſio noſtra margarit. quæ ſic fit.

℞. Margarit. præp. ℥ii. chryſolithi præp. ℥i. commiſceantur cum julepo roſato, & addantur aq. borrag. è flor. in vitreo vaſe deſtillatæ ℥iv. ſyrup. de borrag. ℥ii. aqu. cinnam. ℥ß. M. Sumat de hoc ſingulis diebus tria cochlearia maximè dum malum moleſtat *Joh. Crato*, *conſil.* 34. *libro* 7.

Præcautionis ratione purgetur melancholia, venaque ſecetur, ſi ſanguine circumfluit. Victum qui evincere poteſt craſſitiem ſuccorum inſtituat. Cum autem in corruptelam rapitur melancholia, quòd evacuata non fuit enthuſiaſmum profert, & ſpectra miranda ab indicibili qualitate. Cum δυσθυμίαν diuturnam animadverteris quæ zelotypiam facit, cave ne armorum illi copia fiat, admonui aliquando amicos fruſtra; nam id ridebant, de quodam qui poſtea ſe & uxorem interfecit cultello. *Joh. Heurnius ad aphor.* 23. *ſect.* 6.

Valeſcus de Taranta, & alii valde laudant hunc pulverem *Haly*, quem ipſe his verbis commendat: poſito, inquit, quòd aliæ medicinæ non valeant, iſta valet nutu Dei miſericordis, & eſt medicina coronata quæ ſecretiſſimè teneatur, ut intellectus humanus deperditus hoc medicamento inſtauretur. Paratur autem hoc modo.

℞. Epithym. ℥ß. lap. lazul. agar. an. ℥ii. ſcammon. ℥i. cariophyll. num. 30. F. pulvis, qui ſemel in ſeptimana datur à ℈ii. ad ℈iv. in aqua vel ſyrup. aliquo convenienti, vix tamen iſte pulvis, niſi corpus antea benè humectatum ſit, ſatis commodus eſt, cum valde ſiccandi vim habeat. *Daniel Sennertus*, *pract. lib.* 1 *part.* 2. *cap.* 11.

Juvenis quidam triginta annorum melancholia detinebatur pertinaciſſima: cranio diligenter aperto à *Iul. Caſſerio Placentino* Anatomes & Chirurgiæ peritiſſimo, præſente *Joh. Prævotio*; etiam ſi nulla eſſet puris membranæ incumbentis ſuſpicio, cerebro tamen eventilato ad ſanitatem rediit. *Ioh. Rhodius*, *obſerv.* 43. *cent.* 1.

Nonnulli laudant trepanationem; nam caſu

casu fortuitò multi sic curati sunt, fracta calvaria; quod mihi non videtur omnino rejiciendum. Visa est mulier melancholica & maniaca nostro tempore, cui ob casum apertum est cranium · unde effluxit aqua, & curata est ab insania: quare si pari ratione trepanetur, vapores atri, & si quid est aliud præter naturam in cerebro vacuantur. Cauteria etiam posita supra futuram capitis coronalem multùm laudantur; sed oportet diutius remanere, ut os capitis ustionem sentiat. *Guil. Rondeletius, cap. 41. lib. 1. pract.*

Bibat vinum dilutum cum aqua helenii: helenium miram habet proprietatem ad hilaritatem & gaudium excitandum; quod multi pro secreto habent: ideo conserva illius, & aqua destillata plurimùm valent. *Guil. Rondeletius, cap. 9. libro 1. practic.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Melancholia Hypochondriaca.

PRimùm optima in hac affectione tenenda victus ratio, quæ nisi observetur, in medicamentis spes erit dubia. Utatur itaque cibis bonis succi, ut est vitulina caro, pulli, pipiones, aves nemorales: palustres omnes, ut anates, anseres: carnes cervinas, suum tam sylvestrium, quam domesticarum relinquat: non comedat fumo macerata, non salsa admodum aut aromatibus superflue condita; abstineat à leguminibus, oleribus, rapas tamen benè coctas, & conditas cariophyllis comedere poterit, non misceat multos cibos, sed duobus ferculis, elixa videlicet carne & assa; contentus sit: ante cibum interdum pruna vel passulas sumat, quæ prius in vino vel aqua sacchari maceratæ intumuerint: nimium non ingerat, maximè in cœna, quam parcissimam esse convenit. Nutrimento utatur, neque imbecilli & tenui omninò, neque crasso & fumoso. Pisces ferè omnes, frixa in sartagine, ova cum butyro cocta, & lacticinia fugiat. Vinum maturum & tenue bibat, sed parcè. Post sumptum cibum accipiat cochl. i. pulveris peptici, à cibo exercitia, quæ cibum præcedere debent cavenda; etiam graves animi cogitationes, frictiones matutinæ universi corporis cum oleo amygdalino, balnea quoque in aqua dulci maximè commendantur, ut alvus sit in officio opera danda. Quod ad medicamenta attinet, omnium fortiorum pharmacorum usum dissuadeo. Scio probari hieram *Logadii*, qua usum fuisse *Ptolomæum* Regem ad omnia vitia melancholica audivimus. Verùm sæpe audacia ista infœliciter cedit. Usum syrupi de pomis cum helleboro non improbo, imò maximè suadeo: ex apertione hæmorrhoidum magnam levationem sentiret. Aperientia in hoc malo & obstructiones tollentia maximum quoque auxilium ferunt: inter ea primum locum ego tribuo radici centa. maj. quam vulgus Rhaponticum vocat. Succus sanguineus è recenti radice exprimitur, cum sacch. in formam Syrupi redigitur, ac de eo singulis diebus manè sumuntur cochl. duo vel tria. Bibat etiam aliquando ante cœnam haustum vini in quo radix centaurii maj. minutim incisa per viginti quatuor horas fuerit macerata. *Ioh. Crato consil. 107. lib. 1.*

Meo atque aliorum exemplo didici nihil esse convenientius, nihil etiam coctioni accommodatius quam gestare ceratum ex una parte ladani purissimi, & duabus ceræ compositum: suavissimè enim fovet calorem innatum, & ad flatus discutiendos, atque coctionum plurimùm facit: initio nonnihil molestum videtur, sed temporis progressu plurimùm juvat. Ego præpotenti Deo, qui mihi hoc medicamentum ostendit, gratias ago; certe flatulenta melancholia laborantibus nihil eo utilius. *Ioh. Crato consil. 14. lib. 2.*

Etsi sciam omnes fere practicos consulere fortissima & validissima medicamenta purgantia; tamen à *Mesue* persuasus, idem facere debile medicamentum repetitum & minore periculo, quod forte semel & confertim facit, sane cur mihi aliud persuaderi patiar, veras causas non video: nihil dico quot & quos similiter affectos curaverim, licet hoc vere possem, sed nunquam me lapide Lazuli vel scammoneatis usum esse vere affirmare possum: itaque in bonam partem accipiant Medici, si nec nunc probem. Senam tutam esse scio, ea ad hunc modum crebrò vel

singulis saltem septimanis semel utatur.

℞. Passul. min. ℥vi. flor. borrag. viol. melist. an. p. j. galang. incis. ℥vi. fol. sen. ℥vi. F. decoctio & infusio per noctem, manè rursus ebuliant, & fortiter exprimantur, in expressionis ℥iv. dissolv. syrup. ros. solut. de pomis, mannæ alexandrinæ, an. ℥ß. M. F. potio syrup. de pomis. Hæc est descriptio.

℞. Fol. scolopendr. puleg. meliss. chamædr. an. M. j. flor. borrag. sebest. ceterach. summitat. thymi, stæch. an. M. ß. fol. sen. el. epithym. an. ℥j. cort. helleb. nigri. ℥ß. succ. pomor. ℔iß. succi agrimon. fumat. an. ℔iß. F. horum infusio & decoctio, colaturæ adde sacch. q. s. aromatizetur cum cariophyllis. In Pilulis & electuariis quæ nimium siccantia medicamenta habet, exiguam spem pono Pulverem *Haly* scio à multis commendari, verum dictum *Mesue* statuentis esse gradum sapientiæ ad medicinas fortes non devenire, nisi ubi debiles non contulerint, mihi in animo est, utatur igitur qui volet. *Io. Crato. cons.* 16. *lib.* 2.

Ut humoris melancolici copia minuatur sequens syrupus singulis, aut alternis matutinis assumatur.

℞. Succ. pomorum redol. meliss. an. ℔ß. infunde fol. sen. ℥ix. cortic. helleb. nigri ℥vi. sem. ocymi contusi ℥ij. macerentur, & facta fortis expressione, cum sacchar. q. s. F. syrupus: quindecim diebus cochlear. unum prædicti syrupi assumat.

Omnibus vespertinis horis de electuario subscripto nucis, juglandis quantitate utatur.

℞. Amygd. d. excorticat. ℥ij. nuc. jugland. excort. ℥iß. nucleor. per sicor. mundat ℥i. contund. cum aq. meliss. & adde sem. ocymi ℥j. citri ℥iiß. margar. ℥j. conserv. meliss. beton. an. ℥iij. M. & cum syrup. de cortic. citri, F. Electuarium. Lixivium fiat è majorana, asaro & verbena, quo quotidie ante cœnam caput lavetur. Potui infundatur anagallis floribus luteis: item incoquatur jusculis & cibis, aut ejusdem conserva à cibo assumatur. *Joh. Crato, consil.* 103. *lib.* 6.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Melancholia Hypochondriaca.

℞. Seri caprilli ℥iv. fol. sem. ℥i. cinnam. ℈i. infund. per noctem, manè facta ebullitione exhib. serum, hoc est medicamentum præstantissimum in hoc morbo; quia non solum alvum movet, sed etiam attemperat jecoris calorem præsertim si serum in majori copia bibatur. *Rodericus à Fonseca tomo* 2. *consult.* 82.

Usitatis medicamentis non proficientibus, ad medicamentum ex calybe confugiendum erit, quale est medicamentum chalybeatum nostrum sæpius felici cum successu usurpatum.

℞. Conserv. ros. ℥ß. limatur. chalyb. præpar. pulver. ℈ii. spec. diarrh. abbat. ℈j. cariophyll gr. iii. M. & cum syrup. bysantino, F. bolus, capiat quinque horis ante prandium viginti saltem diebus continuis *Joh. Zecchius, consult.* 81.

Jurium Doctori hoc affectu laboranti sequens consilium dedi.

His pilulis successivè utatur.

℞. Aloes ℥ij. rhei. ℥i. epithym. rad. asar. an. ℥ß. gummi ammoniac. in aceto soluti ℥i. spic. ℈i. diagrid. ℥ß. cum terebinth. F. Massa pilul.

Frequenter à cibo in fine mensæ, capiat pulverem sequentem, in prandio vel cœna, alternis ad minimùm diebus, ut concoctio juvetur, flatus & vapores discutiantur.

℞. Sem. coriandr. præp ℥ij. sem. anis. fœnic. an. dr. i. sem. carvi ℥ß. 3. flor. cordial. an. dr. m. fol. meliss. ℈i. major. dr. m. sacch. ros. tab. ℥ii. Fiat pulvis. Ventriculus item & hypocondria sequenti oleo ter in septimana, mane ungantur.

℞. Ol. anet. chamæm. an. ℥i. ol. de capp. irin. dr. ii. succ. absinth. ℥i. aceti ℥. m. coq. ad succor. consumptionem, ut F. instar linimenti.

℞. Conserv. ros. cortic. citri condit. an. ℥i. Conserv. majoran. anthos, bugl. meliss. an. ℥i. Confect. alkerm. dr. ii. pulv. elect. de gemmis, diamargar. frigid. an. ℈i. cinnam. sem. ocymi, an. dr. m. syrup. de papav. ℥i. F. Electuar. capiat tertio quoque die cubitum

iturus magnitudine nucis moſch. vel paulo plus, ſi vigiliæ urgeant, angores & perturbationes quibus egregie reſiſtat. Vindemiarum tempore fundantur muſti rec. menſuræ xii. ſupra ſequentia.

℞. Cortic. tamariſc. ℥iv. cortic. cappar. ℥ii. ſarſæpar. ℥iii. flor. bugloſſ. borrag. an. p. ij. fol. meliſſ. abſinth. an. M. j. incidantur, & efferveſcant in dolio: hoc vinum bibatur in menſæ principio aliquando etiam manè, poſt exhibitum prius juſculum; balnei ſudatori uſum interdum non improbarem, uti nec lotiones capitis ex lixivio, in quo herbæ capitales coxerint caveat à vehementioribus purgationibus, cùm irritent potius malum. Si Hœmorrhoides fluerent nullum eſſet præſtantius remedium, quæ ſanguiſugis admotis, promoveri poterunt, domum reverſus poſt horum uſum uxorem duxit, quod illi etiam profuturum ſuaſeram, & ſic melancholiam illam depoſuit *Felix Platerus obſerv. lib.* 1. *pag.* 62.

Pro alio hoc mordo laborante ſequentia ordinavi.

℞. Rad. cichor. ℥i. rad. fœnic. ireos, cortic. tamariſ i, an. ℥ß. enul. camp. fol. abſinth. an. ℥iii. major. chamæpit. chamædr. an. ℥ij. fl. cordial. an. ℥i. ſem. aniſ. fœnic. petroſel. an. ℥iß. fol. ſen. ℥iß. ſem. cartham. contuſ. ℥i. contund. & incidantur, & ſacculo includantur, qui infundatur in vini albi q. ſ. uſus eſt per quinque dies. Deinde pilulis uſualibus uti juſſi.

℞. Aloes ℥ii. myrrh. ℥ß. gummi ammoniac. in aceto ſolut. ℈i. agar. rhei, an. ℥iß. rad. aſar. gentian. an. dr. m. maſtich. ℈j. ſpic. ſem. petroſel. an. ℈. m. cum ſucco abſinth. inſtar extracti inſpiſſati, F. maſſa paſſul. capiat ℥. m. vel paulo plus ſemel in ſeptimana, utatur pulvere peptico poſt paſtum.

Pilulæ ſequentes multis in hoc caſu admodum profuerunt.

℞. Aloes dr. m. rhei, agar. an. dr. i. zinzib. maſtich. gentian. an. ℈i. gummi ammoniac. in aceto diſſoluti dr. m. ſummitat. abſinth. & cent. min. an. ℈i. limat. chalyb. dr. m. terebinth. q. ſ. F. maſſa pilul. capiat dr. m. pro vice. *Felix Platerus, obſ. lib.* 1. *pag.* 65. & 66.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Melancholia Hypochondriaca.

AD obſtructiones ſenſim aperiendas, & humorem melancholicum ſenſim expurgandum ac contemperandum, laudat *Fonſeca* pilulas ſequentes quas diatartarum appellat.

℞. Sen. mundat. pulverat. & ſal. tartar. an. ℥i. cinnam. pulv. ℈ß. cum ſyrup. de limon. fiat maſſa cujus capiat pilul. iii. pond. ℥. m. per horam ante cœnam: non minus efficaciter ſenna infundi poterit cum ſale tartari & gutt. aliquot ſpirit. vitrioli in liquore idoneo. Teſtantur aliqui decocto abſinth. aut vino abſinthite per triginta aut quadraginta dies uſurpato melancholiam hypochondriacam fuiſſe curatam. Succus bugl. ad humorem atrabilarium contemperandum efficaciſſimus eſt ideo illius ℥ii. cum ſacch. dr ii. vel cum vini opt. æquali portione per decem aut duodecim dies manè utiliter exhiberi poterunt. Ad dictas obſtructiones aperiendas nonnulli Authores commendant decoctum rad. chinæ, ut in lienis obſtructione dictum eſt. Decoctum rad. cynoſbati pro potu ordinario à quibuſdam plurimùm laudatur; aperit enim & roborat partes omnes naturales. *Lazarus Riverius, prax med. lib.* 12. *cap.* 5.

Melancholicis pulvis fumariæ ſæpius exhibeatur & liberantur. Magni nominis Medici eſt hæc aqua ſecreta melancholiæ hypochondriacæ convenientiſſima.

℞. Flor. borrag. bugl. ſtæchad. an. ℥. m. roriſmar. major. meliſſ. an. ℥ii. m. rad. bugl. dr. ii. pæon. dr. i. aqu. bugl. borrag. an. ℥iii. ſyrup. granat. ℥ii. m. pulv. cinnam. galang. cariophyll. croci ſem. ocymi, an. dr. i. ſuperfunde vini rhen. ℔iii. ſtent in infuſ. per duos vel tres dies, deinde deſtill. in B. *Ioh. Hartemannus, pract. Chim. p.* 59.

Mulier quædam quum optimè ſemper valeat, poſt partum ilicò melancholia morbo afficitur & per menſem inſana permanet; ſed poſtea paucis adhibitis præſidiis ad conſuetam ſanitatem revertitur. Cujus affectionis cauſa humor melancholicus commotus parturitionis tempore eſſe videtur *Amat. Luſitanus, cent.* 2. *cur.* 52.

Mulier *Piſaurenſis* facie nigricans, cùm in

ute-

utero gereret, melancholia morbo detinebatur & ita varia & multa effutiebat, ut omnibus admirationi eſſet. Ob retentos fortè menſes, melancholiam præ ſe ferentes, morbus hic originem trahebat. Memini me aliam *Anconæ* vidiſſe, quæ cùm pariebat melancholica quoque evadebat; ita enim varia & multa pro varia melancholiæ miſcella evenire contingunt. Oporteret igitur mulierem hanc, de qua curatio noſtra agit, ante conceptionem optimè purgare. *Idem. cent. 5. cur. 87.*

SECTIO DECIMA.

Pro Memoria diminuta & pene abolita.

VAria remedia præſcripſimus & inter cætera hoc conditum.

℞. Rad. acor. veri, ſeu galang. maj. condit. conſ. flor. beton. conſ. flor. roriſm. an. ℥i. conſ. fl. primulæ veris, ℥ß. cubeb. cinnam. nuc. moſch. pulv. an. ʒi. cum ſyr. de ſtæch. F. conditum. Sumebat (prius adhibitis univerſalibus remediis) omni manè ad magnitudinem caſtaneę. Deinde inter alia topica hoc ſequens experti ſumus multùm profuiſſe; omni manè nucham & occiput fortiter fricabat cum aqua hederæ arboreæ, terquaterve deſtillata in alembico vitreo calide: qua frictione cùm diu uſus eſſet, & longo tempore ter in ſeptimana manè ſumpſiſſet myrobalanum chebulum unum conditum tandem cum admiratione memoriam recepit. Erat hoc experimentum *Iob. Tyengii* Medici *Amſtelodamenſes*, ut in ejus Libro manu ſua ſcripto inveni: quanquam hujus arcani primus inventor fuerit *Nicolaus Florentinus*. *Petrus Foreſtus*, *Schol. obſ. 32. lib. 10. De Morbis Cerebri.*

Si aliquis ſanus exiſtens memoriam habet imminutam, utatur vino roremarinato.

Quidam hoc exhibent ad memoriam.

℞. Pulv. acori, piper. long. an. dr. i. cum melle crudo, inunctis prius manibus butyro, F. pilulæ, exhib. ad dr. ß. per aliquot dies. *Rodericus à Fonſeca, tom 2. conſult. 93.*

In forma pulveris hic ſingularis ad memoriam conſervandam prædicatur.

℞. Thuris maſculi ʒm. F. pulvis capiat per ſe, vel cum vino, aut aqua convenienti frequenter. Si piper addatur, laudatiſſimum erit remedium hoc modo paratum.

℞. Tur. maſc. dr. xv. piper. dr. v. F. pulvis. Detur omni manè dri. per dies quadraginta: zinziber conditum manè ſumptum probatur, pyrethri item radix dum recens eſt condita zinziberis inſtar comeſta magni fit. Cujus decoctum contra oblivionem *Paracelſus* probat. Confectio anacardina ad memoriam reparandam, præcipuè inventa fuit, præſertim ſi ſine caſtoreo, ob ingratiam paretur, uti docet *Gordonus*, cujus dr. m. vel dr. i. vel plus etiam cum aqua aliqua convenienti, ut fœnicul. & apii, ſecundum *Gordon.* exhibeatur, quæ ſi nimium corpus accedat, ſic parabitur.

℞. Confect. anacardin. dr. i. conſerv. major. & anath. an. ʒm. M. capiat ſemel vel bis in ſeptimana dri. pro vice. *Felix Platerus, pract. tom. 1. cap. 1. pag. 7. & 8.*

Bened. Faventinus ſyrup. ſuum de aromatibus commendat, quem ita deſcribit.

℞. Fol. & flor. ſampſuchi, thymi, puleg. ſerpilli menthæ, calamenth. hort. ſiſymbr. roriſmar. ſalv. beton. an. M. ij coq. in ſ. q. aq. ad conſumptionem tertiæ partis, colat. infund. cinnam. nuc. moſch. macis, ſpic. nard. folii, zinzib. an. ℈i. ambr. moſh. an. g. ij. bulliant ad quartæ partis conſumptionem & cum ſacch. ſ. q. F. ſ. a. ſyrupus, cujus ʒm. cum aq flor. citri ʒiii. miſceantur pro una doſi, & ſic pro aliis quinque vel ſex.

Laudatur hoc electuar. *Meſue* tanquam expertum & utile.

℞. Mell. anacardin. thur. rad. cyper. acor. an. ʒi. piper. rot. & long. an. ʒm. myrobal. cheb. ind. an. ʒi. mell. q. ſ. F. el. doſis à dr. i ad dr. ii. vel.

℞. Conſerv. lil. convall. beton. ſalv. anthos, an. ʒi. conſerv. lavendul. ʒm. ſpec. diambr. diamoſch. dulc. an. dri. ſem. carvi cariophyll. cubeb. nuc. moſch. an. dr. m. ol. cinnam. gt. ij. cum ſyrup. de ſtæch. vel ſ. q. ſacch. in aq. roſar. diſſoluti F. elect.

Utilis eſt aqua ſequens *Vidi Vidii*, quam mirificè memoriam confortare, & ingenium acuere ſcribit, ſi manè dr. ii. fumantur.

℞. Spir. vini opt. ℔v. ad. bugl. meliſſ. beton. ſtæchad. flor. lilii convall. an. ℔m. flor. anthos, roſ. bugl. majoran. an. M.

j. ſpec. diaplir. diacaſtor. an. ʒiii. confect. anacard. ʒi. infundantur prius flores, poſt ſpecies, ſtent in digeſtione per menſem. Poſtea diſtillentur. Aquæ vitæ duæ pretioſiſſimæ quas *Gaſparus Pencerus* deſcribit in ſuo tractatu de memoria, & ex aulis principum accepit. Prima.

℞. Cubeb. ʒii. concid. minutim, & infund. vini ſublimati ℔iß. vel ℔ii. infolentur calido loco, reponantur octiduum vaſe vitreo bene obturato, adde flor. ſalviæ min. anthos, borrag. bugloſs. an. ʒii. roſ. rub. ſicc. lil. convall. an. ʒß. meliſſ. cort. citr. rec. beton. flor. tunicis, an. ʒß. ſantal. citr. rub. an. ʒii. F. omnium pulvis, & ſic infuſa tepido loco aſſerventur, macerenturque tamdiu, donec liquor injectorum vires omni ex parte exſorbuerit, ac combiberit, quod ſapore deprehenditur, fitque ferè ſpatio duorum menſium: nihil obfuerit ſi integram æſtatem Solis radiis expoſueris, tandem per manicam *Hippocr* trajiciantur: ſi libet adjici poſſunt moſchus, ambra, ut aqua tanto fiat fortior doſis cochlear. j. aut ß. jejuno ſtomacho. Altera aqua.

℞. Cinnam. ʒß. zinzib. ʒii. ſantal. omnium an. ʒiij. cariophyll. galang. nuc. moſch. an. ℈iv. macis cubeb. an. ʒß. Cardamom. ʒiß. Zedoar. ſem. nigell. an. ʒiß. aniſ. fœnic. paſtinac. ſylveſtr. ocymi rad. angelic. cariophyllat. liquirit. cal. aromat. valerian. min. fol. hormin. thymi calamenth. puleg. menth. ſerpill. major. an. ʒi. flor. roſ. rub. ſalviæ beton. anth. ſtœchad. bugl. borrag. an. ʒii. cortic. citri, ʒiß. ſpec. diambr. ʒiii. Arom. roſat. diamoſch. d. diarrh. abb. an. ʒii. terenda terantur & infund. ℔vi. aq. vitæ præſtantiſs. ſinantur in vitreo vaſe per dies quindecim continuos ſtare; deinde deſtillentur per alembic. in B. M. arcte occluſis commiſſuris: in aquam extillatar. ponantur ſantal. inciſ. ʒi. moſch. ambr. in pet. ligat. an. gr. iv. vel v. Iulepi roſati, ℔ß. ſtentque ita per dies quindecim, poſtea aqua ſeparetur: præſentanea auxilia ſunt aquæ hæ ad reparandam memoriam.

Multum etiam prodeſt, præſertim apud ſenes, in memoria deperdita reſtauranda pulvis *Trithemii*, qui ita paratur.

℞. Macis, cubeb. cariophyll. an. ʒvi. fol. ſenæ el. chamæpit. zinzib. alb. chryſtall. tartar. an. dr. v. Rad. cal. aromat. gentianæ ſem. cumin. ſiler. montan. aniſ. petroſel. ſpic. indic. ſpic. nard. an. ʒß. Magiſt. corall. perlat. an. dr. ii. F. omnium pulpis ſ. a. doſis ʒi. hunc accipiat primo menſe manè & veſperi ante cibum horis tribus in vino vel etiam brodio: ſecundo menſe tantum manè: tertio menſe, manè ter in ſeptimana, quarto menſe bis in ſeptimana, & ſic deinceps per aliquot menſes.

Marſilius Fitinus è tribus illis muneribus, quæ magni Chriſto obtulerunt, confectionem auream parat, memoriæ conſervandæ, ingenio acuendo, ſenſibus vegetandis, ſpiritibuſque fovendis & roborandis utilem.

℞. Thur. ʒii. myrrh. ʒi. auri foliati dr. ß. cum vino F. pilulæ, quarum aliquot ſub auroram ſumantur. *Daniel Sennertus, pract. lib. 1. part. 2. cap. 5.*

Poſt convenientem cerebelli expurgationem, memoriam vehementer corroborare & amiſſam reſtaurare chimici non ſine rationibus aſſerunt, ſi quis ſingulis ſeptimanis bis aut ter ℈ß. olei vitrioli rectificati cum hauſtu vini generoſi jejuno ventriculo ebibat: craſſos enim ſpiritus diſcutit & clarificat, lentos humores in cerebello extenuat, ipſumque cerebrum ad convenientem temperiem reducit: reſtituit etiam amiſſam memoriam aqua vitæ noſtra quæ ſic conficitur.

℞. Aq. ſtillat. juniperi ℔iv. flor. lilii convall. M. ii. flor. ſalviæ, Mi. macerentur in Sole diebus quatuordecim: deinde exprimantur, ac colentur colato liquori rurſus indantur roriſmar. lavend. an. ʒii. ſpec. diamoſch. d. diambræ, an. ʒii. ſacch. candidi in aq. lavend. ſoluti ℔i. quibus ſimul mixtis, macerentur per menſem, ac tandem deſtillentur in balneo arenæ hujus aquæ cochlear. i. per hebdomadam ſumptum illuſtrat ſpiritus animales, & mirifice corroborat memoriam, præſervat ab apoplexia & epilepſia & hiſce malis correptos brevi ſanitati reſtituit, ſi eam vel intra corpus aſſumant, vel ea foris affectæ partes inungantur; memoriam etiam corroborat, ſi ea ſæpius occiput inungatur. *Franc. Joel. pract. lib. 1. ſect. 2. paragrapho 5.*

Com-

Commendatur in memoriæ defectu oleum myrrhę temporibus & ſincipiti inunctum; quod *Horſtius* ſic conficit, coq. ova ad duritiem, vitellum exime, & cavitatem imple myrrha pulv. & reſolvetur myrrha in oleum quod in cella ſervabis ſub arena, confortatur etiam memoria inunctione fellis perdici. *Wolfgangus Hæſerus, lib. 7. Herc. Medic. cap. 6.*

SECTIO UNDECIMA.

De Menſium fluxu immoderato.

MEnſium fluxus immodicus, excretum eſt ſanguinolentum ab utero, copio, vel tempore excedens propter vaſorum illius nimiam apertionem per anaſtomoſin, diapedeſin, vel diæreſin: cauſas eaſdem habet cum narium hęmorrhagia, procatarcticæ ſunt, exercitia validiora, alimenta πολυχύμα copioſius aſſumpta, vehementes, animi paſſiones, aer calidior, abortus frequentes, partus laborioſi, vociferatio, caſus ex equo, violenta rhædæ agitatio, ponderis gravis elevatio, nimia ſternutatio, medicamenta acria intempeſtivè exhibita, venena denique, cauſtica, ſeptica, & id genus alia, hujus ſymptomatis ſignum certiſſimum eſt imbecillitas virium, adeſt etiam corporis κακεξία inappetentia δυσπεψία, pedum tumor œdematoſus, vultus cadaveroſus, cordis anxietas, pulſus parvus & languidus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Menſium fluxu immoderato.

VIctus rationem præſcripſi convenientem, quæ reſtauraret, & ſimul alia quæ ad menſes ſiſtendos facerent, turturem quoque accepi moderatè pinguem, ab inteſtinis & fæcibus repurgatum, eum deplumatum lavari juſſi cum vino rubro aſtringenti & aqua roſac. deinde ʒi. maſtich. in ventre ponebam, aſſuebam ne elabi poſſet, atque ita veru ad ignem rotabam, & inter aſſandum loco butyri aceto roſac. aſpergebam: pinguedinem ex eo defluentem colligebam, uſuque reſervabam. Poſt perfectam aſſationem, turturem ab igne & veru depoſitum in ollam novam vitreatam coniiciebam luto philoſophico obturatam, & in furnum calidum demittendo, ut turtur perfectè exſiccari poſſet, una cum oſſibus & carne in pollinem tenuiſſimum redigebam: hujus pulveris magno commodo omni modo manè dabam cochl. i. modò cum aq. plant. modò cum alio decocto coſtringente, & pinguedine reſervata imum ventrem, tum pectinem, inguina, & regionem renum quotidie ut inungeret mandavi, erat hoc unum ex arcanis præceptoris mei *Elidæi* practici *Bononienſis* clariſſimi, hoc pulvere eum uti vidi fœliciſſimè in multis matronis nobilibus; omnem enim diarrhæam ſanat, ventris diuturna profluvia, omnemque humiditatem conſumit; album tum rubrum fluxum menſtruum reſtringit, matriciſque dolorem ſedat. Mulier quædam *Romana* longo tempore ex hoc malo decubuerat, nec ſanari potuerat, donec tandem conſilio vetulæ, nonis vicibus ʒi. pulv. oſſium humanorum ex vino rubro aſſumpta, ſanata eſt. *Petrus Foreſtus, obſ. 10. lib. 28. De mulierum morbis.*

Adhibeatur experimentum illud *Guainerii* quo matronam quandam curavit, quę ob elevationem gravis oneris diu talem fluxum patiebatur: dabat ille ʒi. tribus vicibus ſtomacho vacuo cineris ſtercoris caprarum cum aqua pluviali. Aliam etiam curavit aſinino ſtercore quod à proprietate ſanguinem ſtringere ſcribit: ſuccum ex eo recens excreto exprimebat, & dabat cum ſyrup. myrtino & aq. plantag. aliquot vicibus. *Petrus Foreſtus, obſ. 16. lib. 28.*

Matronæ cuidam quæ fluxum muliebrem & menſes copioſos ita habebat, ut in ſyncopen quaſi incideret; nec ullis modis reſtringi poſſent, mulier quædam exhibuit tria cochlearia aq. plantag. cum tribus cochl. vini rubri adjiciendo vitellum unius ovi, leviter tandem ebulliendo ſingulis diebus omni manè totum ſumebat ſuperdormiendo: vix duobus diebus aut tribus cum ſumpſiſſet, fluxus ille enormis ceſſavit, & ſanitati fuit reſtituta; hoc eodem remedio poſtea; & plures à fœdo illo malo liberatæ ſunt per me Deo adjuvante. *Petrus Foreſtus, Schol. ad obſerv. 18. lib. 28.*

Fiat primùm revulſio, quæ fit duobus mo-

modis, aliquando aſpectabili, ut emiſſo ſanguine, aliquando inſpectabili, ut vinculis, cucurbitulis. Poſt cucurbitas adhibitas, danda ſunt aſtringentia, ut pars confirmetur, meatus claudantur, & ſanguinis impetus prohibeatur: itaque mamis adhibebimus cucurbitam revulſionis ergo, cum largiori copia, vel longo tempore, ultraque dies ſeptem effluat ſanguis: poteſt etiam ſanguis auferri ex brachio, ſi plenitudo ſanguinis adſit, & ſuccus plantag. admoveri, nos hunc pulverem maximo ſucceſſu propinamus.

℞. Sem. hyoſciami alb. ſem. papav. alb. an. ʒj. Hæmatit. corall. rubr. an. ʒß. camphor ϑß. M. ſumat manè & veſperi ʒß. *Iohann. Heurnius, ad aphor.* 50. *ſect.* 5.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Menſium fluxu immodico.

INter alia remedia mulieri cuidam præſcripta, quæ ex immodico fluxu menſium ad extrema redacta fuerat ſequens julepus mirum in modum profuit.

℞. Flor. chamæleont. ſpic. nard. ſang. dra. ſubtiliſſimè pulver. an. ϑj. aq. plantag. & roſ. an. ʒiß. F. Julepus. Hujus cochl. duo dabantur bis in hora: extractum coralli cum aq. plantag. profuit etiam non parum. *Lazarus Riverius, obſerv.* 32. *cent.* 2.

Exhiberi jubeo in inopia aliorum remediorum ʒj. pulveris ex putamin. ovor. combuſtis in juſculo; unde fluxus imminutus eſt intra paucas horas, ac ſequenti die iterato remedio, omnino ſuppreſſus eſt. Alteri ſuaſi ut ſucci urticæ depurat. ʒiv. manè & ſero ſumeret per biduum; bis aſſumpto remedio ſanguinis fluxus valdè imminutus eſt & ante viginti quatuor horas omnino cohibitus, eodem tempore admovebat uteri regioni fotum ex ſpongia in aceto & vino rubro auſtero ma defacta hoc remedium alias in ſimili caſu cum pari ſucceſſu à me uſurpatum eſt. *Simeon Iacoz. obſerv.* 86. *cent.* 4. *obſerv. River.*

Mulier quædam ruſtica menſium fluxu immodico laborabat; cum remedia non ſuppeterent, nec ægrotantis fortuna eorum ſumptus ferre poſſet, exhibui ſtatim ſucci urticæ ʒv. aut vi. & juſſi admoveri parti hypogaſtricæ prædictum ſuccum cum farina tritici ſubactum inſtar catapla. ſmatis, circa mediam noctem utrumque reiterari jubeo; ægra matutinis horis melius habuit, & ſanguinis fluxus omnino cohibitus eſt, ac ſenſim abſque alterius remedii ope convaluit. *Simeon Iacoz. obſ.* 7.

Experimento comperi, quod tamen ab aliis annotatum eſt, decoctum capitum rubentium roſarum quibus ſemen continetur nunc in vino, nunc in aq. chalybeata factum aliquoties propinatum ſuperfluos mulierum menſes ſiſtere. *Dioſcorides* in hoc caſu exhibet x. vel xii. rubentia grana pæo. maris, & menſtruum profluvium iſtis ſiſtis compertum eſt, advertendum ne imprudens pharmacopœus pro his ſemina pæoniæ ſubſtituat: ſunt enim grana illa rubentia quæ in maris pæoniæ ſiliquis ſemina amplexu ſuo undique ſtipant & firmant; quæque dehiſcentibus ſiliquis gratiſſimo aſpectu malum granatum recluſum æmulantur. *Reinerus Solenander, conſil.* 4. *ſect.* 4.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Menſium fluxu immodico.

DIæta ſit incraſſans ſiccans cum ſtipticis, ſicut oriza, lac coctum, carnes aſſatæ, vinum ſtipticum: injiciatur ſuccus ſtercoris aſinini in matricem, ſecretum eſt hoc, & valet à proprietate: ad idem fiat cum eo epithema ſupra deorſum ad idem valet emplaſtrum ex ſtercore aſini recenti factum: ad idem etiam valet balneum aquæ decoctionis aluminis pulverati, & eſt experimentum infallibile vetularum; & etiam potui data ſtringit menſtrua rubra & alba, ceratum ad conſtringendum menſtrua alb.

℞. Reſin. pini ʒj. opoponac. galban. an. ʒj. muſci ϑß. diſſolv. gummi in ſucco fol. hederæ & cum modico aceti & ceræ q. ſ. F. ceratum à medietate ſpinæ uſque ad finem ejus, & aſſiduè portetur, & eſt remedium divinum: ego experientia habeo quod ſi quaſſetur pulv. gypſi ℔j. cum dr. x. gummi Arabici torrefacti & quatuor albuminibus ovorum, & cum ſaldellis de cotto emplaſtrentur partes prędictæ, omnem mulierem fluxum abſcindit uno die.

Experimentum probatum ad conſtringen-

gendum omnem fluxum menſtruorum, eſt hoc.

2. Stercoris aſini, deſicca & pulveriza & involvatur pulvis in panno ſericeo vel lineo ſubtili, & vulvæ imponatur, hoc enim mirabiliter operatur à forma ſpecifica ut puto: burſa paſtoris contuſa & mulieri ſuppoſita experimentum optimum eſt ad conſtringendum quemlibet ſanguinem à matrice fluentem, ad conſtringendum menſtrua alba, aqua plantag. bibita manè per aliquot dies, eſt res probata, qua multæ curatæ ſunt ad idem herba umbilicus veneris quocumque modo ſumpta, vel in pulvere, vel in aqua, vel alio modo; incomparabilis eſt in conſtringendo menſtrua alba: dixit mihi mulier fide digna, quod in conſtringendo menſtrua accipiebat herbæ polytrich. M. i. dequoquebat in optimo vino, videlicet in ℔iii. uſque ad conſumptionem medietatis, poſtea ex dicto vino tepido exhibebat manè patienti ℥iii & in tribus diebus curabatur; expertus ſum & ita inveni ut dixit mihi. Item.

2. Unam bonam pullaſtram magnam, & depluma, & exenterea bene ab interioribus, & imple eam totam cumino, & bulliat donec caro ab oſſibus ſeparetur juris colati capiat mediam ſcutellam manè & ſerò per ſeptimanam, & curabitur optime; experimentum bonum eſt ad conſtringendum menſtrua & maximè alba. Ad conſtringendum menſtruum fluxum eſt hoc probatum ſæpiſſimè.

2. Aq. plantag. in qua lavatus ſit lapis hæmatites, uſque ad rubedinem aquæ poſtea cum illa aqua miſce elect. Athanaſiæ magnæ, ℥ß. & da patienti manè, reiteretur, & liberabitur. Ad conſtringendum menſtruum expertum.

2. Stercor. caprar. montanar. combure, da bibere in vino rubro ſtiptico: doſis ℥ß. ad ℥i. & curabitur optime. Ad conſtringendum menſtrua alba & rubra experimentum verum & expertum.

2. Stercor. aſini rec. torculati ℥iii. cum ſyrup. myrtino & aq. plantag. F. potio manè, & continua per aliquot dies, & curabitur, & eſt verum experimentum. Ad conſtringendum menſtrua rubra & alba da pro vice ℥iiß. pulv. oſſium dactyl. & dicitur expertum; item comedat omni die unum ovum recens crudum & poſt mediam horam bibat ℥ii. olei communis dulcis, & ſic continua per novem dies & erit curata, & eſt expertum ſæpe: ad idem fac cingulum ex pilis vel lana aſini & eo cingatur mulier & ſtatim ceſſabit fluxus, & ſi ponatur ſuper caput ſtrinxit fluxum narium: ad idem ſuccus porri mirabiliter valet, & ſtringit etiam hæmorrhoidas.

Experimentum pluries probatum ad conſtringenda menſtrua.

2. Florum nucum quando ſunt maturi & cadere incipiunt cochlear. j. vel ℥i. in forma pulveris cum vino optimo calido jejuno ſtomacho per plures dies exhibeatur: ex hoc medicamine omnes habentes fluxum menſtruorum ſanantur: ſpecifica etiam vi ſuffocationibus etiam uteri medetur ad conſtringendum menſtruum rubeum antiquum, accipe ſucc. plantag. cyatum unum, impone ℥i. Colophoniæ pulver & tribue ægræ, id fiat quater & erit curata infallibiliter, Deo dante *Reinerus Solenander*, *conſil.* 8. *ſect.* 4.

Obſtetrix quædan *Cæſarea* conjugi meæ ſecundinam exſiccatam & pulveriſat. intra corpus exhibuit, cum poſt abortum menſes tam violenter fluerent, ut nulla arte cohiberi potuerint, & ſic paulo poſt reſtitere: ſed ſi eius pulveris nimium quæpiam ſumpſerit, ajunt eam ſterilem omnino fieri. *VVolfgangus Hæſerus*, *lib.* 7. *Hercul. Medic. cap.* 1.

Ancilla quædam cum fluxu menſtruorum ita laboraſſet per aliquot dies, ut nullo modo ſiſti poſſet, jaſpidem rubram femori alligari juſſi, quo facto, ſubito menſium fluor ſubſtitit nec rediit. *Anſelmus Boetius*, *lib.* 2. *de lapid. & gemm. cap.* 102.

Curatio menſium fluxus immodici, eadem fere eſſe debet cum ea quæ ad immodicum hæmorrhoidum fluxum fuit propoſita. Primo phlebotomia revulſionis gratia in brachio celebranda eſt partitis vicibus, & digito per vices foramini admoto: magna copia detrahendus eſt ſanguis, quantum vires ferre poſſunt: teſtatur enim *Hollerus comment. ad aphor.* 50. *ſect.* 5. ſe multas vidiſſe mulieres, quæ detracto multo ſanguine è vena convaluerunt, cum nullis aliis remediis poſſet reprimi fluxus ſanguinis: fri-

ctiones, ligaturæ & cucurbitulæ ad revulſionem etiam conveniunt; præcipuè verò mammis juxta ad aph. *Hippocr.* citatum; mulieri, (inquit) ſi placet menſtrua ſiſtere, cucurbitulam quam magnam ad mammas appone; ſi tamen admota cucurbitula difficultas ſpirandi oriatur ſubitò auferenda eſt. Purgatio pariter eadem, ut in dicta curatione, convenire poteſt: eaque ſemel, aut bis in hebdomada erit repetenda, donec impuritati viſcerum & venarum ſit pro viſum purgatio etiam per vomitum potenter revellit, & ab *Hippocr.* laudatur 2. *De morb. mul.* blanda autem debent eſſe vomitoria, & frequenter iterata; aut etiam digito in os immiſſo vomitus provocarit, poterit, deinde ad remedia incraſſantia & aſtringentia veniendum erit, additis etiam narcoticis ſi urgeat neceſſitas; inter alia ſequentia à doctiſſimis viris experta ſunt.

℞. Cortices duorum ovor. recent. uſtos, thuris maſtiches, an. ʒß. margarit. præp. corall. rubr. præp. carabes, an. ʒii. lapid. hæmatit. ſmaragdi, præp. an. ℈ß. farinæ hordei ſine furfure, p. ij. album ovor. numero 2. & ſi opus fuerit, adde parùm aquæ chalybeatæ, & fiant duæ placentæ, quæ in furno coquantur, ut poſſint in pulverem redigi: doſis à ʒß. ad ʒi. cum juſculo pedum vervecis ſummo manè; hoc pulvere multas mulieres, hoc affectu ſatis antiquo curatas fuiſſe teſtatur *Ioh. Michael. Paſchalius*. Laudatur quoque ſolus pulvis corticis ovi ad ʒi exhibitus in aurora per aliquot dies, & habetur pro ſecreto.

Noſtrates mulieres vulgare remedium habent ex floribus chamæleontis, quibus lac condenſare ſolent: exhibent juſculo, aut alio liquore: aliæ utuntur coagulo hædi, vel leporis ad ℈m. quod & ſanguinem fluentem ſiſtit; & concretum in utero diſſolvit, ſuccus millefolii hic etiam convenit, ſi ejus ʒii. vel iii. exhibeantur cum ſyrup. corall. aut alio convenienti, aqua ex tenerrimis & rubentibus quercus foliis extracta prædictum profluvium ſiſtit. Inter ſpecifica recenſentur radix filipendulæ, & cortex radicis mori, quorum pulveres exhibentur ad ʒi. cum liquore idoneo: lac chalybeatum per plures dies epotum in affectu inveterato multum prodeſt: humorum enim acrimoniam contemperat, eoſdemque incraſſat corpus reficit & fluxui reſiſtit: hoc commendat *Avicena*, *Rhaſis* aliiſque *Arabes*; & *Augenius* ad cœlum extollit, aquæ minerales acidulæ, vitriolatæ, vel alumino-ſæ in fluxu diu turno cohibendo, cauſis ejuſdem auferendis, & viſceribus roborandis plurimùm conferunt: chymici tincturam corall. valde comendant, ut & vitriolum matris *Ludovicus Septalius* decoctum cortic. arantiorum tanquam remedium certum commedat, utpote quo infinitas propemodum mulieres ab hoc morbo liberavit, ita parat.

℞. Aquæ ℔vii. in quibus incoque cortices trium arantiorum acidorum aliquantò adhuc ſubviridium, ad duarum partium conſumptionem ex colatura ʒviii. vel ix. manè potande dentur.

Inter externa, fomenta in hunc modum parari poterunt.

℞. Rad. Biſtort. tormentill. cortic. granator. an. ʒß. fol. plantag. centinod. burſ. paſtor. equiſeti, an. M. i. nuc. cupreſſ. balauſt. gran. myrti, ſumach. an. ʒi. bulliant in aq. ferrata & vino auſtero: colatura foveatur regio pubis valdè tepidè: item ſpongia marina in aceto forti bulliat, quæ ſupra pubem mulieris poſita menſtrua potenter ſiſtit: ſemicupium ex priori decocto fotus paratum, aucta doſi, etiam convenit; ſed cavendum ne calidum adminiſtretur, ſed potius ſubfrigidum efficaciſſimum eſt balneum decoctionis; aluminis; ſed ſterilitatem inducit: linimentum poſt fotum vel ſemicupium admovendum eſt pubi, perinæo, & lumborum regioni in hunc modum compoſitum.

℞. Ol. myrtini, de maſtich. & cydon. an. ʒi. bol. armen. ſang. drac. & carabes, an. ʒi. aceti cochl. j. F. linimentum: vel admoveri poterit unguentum comitiſſæ vel ceratum ſequens ſummè efficax.

℞. Picis navalis, ʒß. thuris maſculi ʒi. maſtich. ʒß. terebinth. ʒi. ſang. drac. roſar. rub. an. ʒij. F. ceratum renibus applicandum.

Emplaſtra etiam umbilico & lumbis utiliter admoventur ex maſſa empl. contra ruptur. pro matrice, de maſtiche, ſolis aut ſimul mixtis: vel ex maſſa emplaſtri de *Vigo*

pro

pro fractur. quod præſtantiſſimum eſt, & abſque calefactione operatur.

Benignè operatur & ſpecifica quadam vi potius quàm aſtrictione; cataplaſma ex urtica cocta in ſartagine, pubis regioni admotum.

Suffitu ranarum combuſtarum teſtatur *Joh. Michael Paſchalius* ſe fœminam quandam curaſſe, quæ ſeptem ferè menſibus hoc fluxu laboraverat. Idem etiam ſuffitum ungulæ mulæ hunc fluxum mirificè ſiſtere expertum eſſe ſcribit. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 15. *c.* 3.

℞. Fol. ſen. mund. ℥i. zinzib. ℥i. agar. troch. ℥iij. ſacch. ℥vi. paſſul. ℥ii. Coq. lento igne in ſeri lactis ℔iv. uſque ad conſumptionem ℔ß. Hujus decocti capiebat ℥iv. manè & veſperi 3. continuos dies. *Martinus Rulandus, Curat.* 34. *Cent.* 6.

Mulieri cuidam ex nimio menſium fluxu afflictæ, aliis nihil proficientibus, exhibui pilulas ſequentes, quarum uſu menſes ſiſtebantur, & poſtea ad juſtum ordinem ſe invicem ſubſequebantur.

℞. Raſ. ebor. corall. rubr. maſtich. an. ʒii. myrtill. ver. nuc. cupreſſ. an. ʒß. menth ʒi. majoran. nuc. moſch. an. gr. v. gummi tragachanth. *Arabic.* an. ʒß. cum ſucco conſolid. maj. f. pilulæ ad modum alephanginarum De quibus exhuibui alternis diebus 11. vel 12. prout putavi opus eſſe pro ratione fluxionis. *Jo. Scroderus*, apud *Io. VVittichium conſil.* 52.

SECTIO DUODECIMA.

De Menſium ſuppreſſione.

MEnſium ſuppreſſio eſt ſanguinis menſtrui ob ejus vitium vel viarum anguſtiam præter naturam retentio. Cauſæ ex definitione patent. Sanguis fit ſuppreſſionis menſium cauſa cum peccat quantitate aucta ſecundum *Gal.* 10. *method. cap.* 2. in plethora, vel quantitate diminuta, ut in inedia, vel corporibus ſe nimium exercentibus; vel rurſus qualitate, ut cùm craſſus eſt vel denique motu, cum qui καθάρσιος fluere debet verſus uterum, aliò curſum deflectit; ut in hæmorrhagia narium, vomitu & ſputo ſanguinis. Anguſtia vaſorum per quæ ſanguis effluere debet, alia eſt & præcipua ſuppreſſionis cauſa anguſtiam hanc efficiunt, primò & omnium maximè obſtructio, ſecundò, conſtipatio, tertiò, compreſſio à tumoribus uteri & vicinarum partium, quartò, coaleſcentia à carne facta, vel membrana aliqua in utero ſuborta, vel à cicatrice ab ulcere male curato ſuperveniente. Dignoſcitur menſium defectus ex ipſius fœminæ relatione.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Menſium ſuppreſſione.

℞. RAd. apii, petroſel. valerian. fœnic. an. ℥i. fol. meliſſ. artemiſ. calamenth. puleg. matricar. an. M. i. ſabin. M. ß. flor. chamæm. roſmar. an. p. i. ſem. aniſ. carvi, dauci, an. ʒiß. ſem. nigell. (egregiè menſes educit, ut & ejus farina in panno ligata & ſuppoſita, ut *Gradus* & *Gattinaria* teſtantur) ℥i. fol. ſen. ℥vi. agar. ℥ii. zinzib. alb. dr ß. liquir. raſ. ʒß. uvar. exacinat. ℥i. F. omnium decoctio in aqua pro ℥iii. ſtent infuſa per noctem manè fortiſſimæ expreſſioni adde ſyrup. de artemiſ. de quinque radic. an. dr i. M. pro duabus doſibus. Deinde hoc modo purgetur.

℞. Pilul. fœtid. aggregat. an. ʒi. agar. troch. pilul. maſtich. ʒß. cum ſyrup. de artemiſ. F. pilulæ. Dentur poſt mediam noctem, tandem paulò ante tempus menſium, extrahatur ſanguis ex Saphæna: Sumatur etiam ſubinde ℥i. pulveris dominarum adjecto ʒi. pulv. ſabinæ cum vino rhenano, his paractis aperti ſunt menſes & rectè ſe habuit. Pulveris dominarum quo tunc utebamur hæc erat deſcriptio.

℞. Seſel. cumini, fœnic. an. ℥iim. curcumæ ℥iii. nuc. moſch cal. arom. an. ℥m. galang. zedoar. caſſiæ ligneæ, macis, cariophyll. anthos an. dr ii. cinnamom. ℥ m. croci dr i. M. Sed & hoc modo ab aliis paratur.

℞. Cinnam el. curcumæ, ſacchari, an. ℥ii. zinzib. cariophyll. macis, nuc. moſch. an. ℥ m. baccar. juniperi, lauri, galang. an. dr ii. ſem. zedoar. croci, an. dr. i. M. F. pulvis.

Aliud pulvis Dominarum.

℞. Rhei dr. iim galang. ℥i. rad. zed. ſemi-

nis

nis ſiler. mont. cinnam. nuc. moſch. an. ʒvi. macis ʒß. cariophyll. ʒii. cumini, fœnic. cal. arom: granor. junip. bacc. lauri, anniſ. an. ʒß. facch. cand. ʒii. F. pulvis *Amſtelodamii* apud quoſdam in uſu erat huic ultimus, ſed primus mihi magis placet; quo commodè frequenter uſus ſum. *Petrus Foreſtus, obſerv. 2. lib. 27. De Mulierum Morbis.*

Præmiſſis univerſalibus dedi ʒi. pulveris dominarum cum vino rhenano, & aperti ſunt menſes. Hoc modo hic pulvis parabatur.

℞. Sem. ſeſel. ammeos, cinnam. an. ʒiiß. cumini, ʒiii. ſem. fœnic. apii, carvi nuc. moſch. cal. arom. galang. an. ʒiß. zinz. mac. carioph. an. ʒi. croci ʒiiiß. F. pulvis. *Idem obſ. 4. lib. 28.*

Poſt univerſalia exhibita, inſtante menſium tempore accipiat pulv. ſeq. ʒi. cum cyatho uno decoctionis ſabinæ, & artemiſiæ.

℞. Pulv. dominar. infra deſcribendi, ʒii. troch. de myrrha ℈i. M. ſumpſit calidè, & aperti ſunt menſes. Pulvis dominarum ita ſe habet.

℞. Cumini ʒi. curcumæ ʒii. cinnam. nuc. moſch. gran. paradyſ. cal. arom. galang. zedoar. ſem. fœnic. leviſtic. apii, carvi, ariſtol. rot. baccar. lauri, ſem. nigell. an. ʒi. F. pulvis. *Petrus Foreſtus, obſerv. 7. lib. 28.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Menſium ſuppreſſione.

MEnſes evocantia hæc placent, ſal ſabinæ chymicum ad ℈i. ex decocto pulegii exhibitum; caſtoreum etiam devoratum ad idem conducit. Sicut & medicamentum quod fit ex æquis portionibus boracis mineralis & caſſiæ ligneæ in formam potus cum aqua adianthi exceptis. Oleum item vitrioli romani ad ℈ß. in vino decoctionis betonicæ & matricariæ exhibitum. Poſtremò eſt vinum chalybeatum, quod ſic componitur.

℞. Vini albi generoſi ℔xii. aq. ſtillat. matricariæ ℔iii. fol. dictamn. cretic. pulegii, calamenth. origan. ſabin. an. p. i. forte M. i.) rad. rubiæ mai. cyper. an. ʒi. cinnam. macis, ſem. dauci, an. ʒii. M. bulliant in duplici vaſe ad quintæ partis conſumptionem. Deinde addatur limatur. chalybis præp. ℔ i. & omnia reponantur in vaſe vitreo bene obturato, vaſque in ſtupha furnaria per decem dies continuos detineatur, & quotidie vas agitetur, doſis eſt ab ʒiii. ad ʒvi. *Iul. Cæſar. Claudinus, conſil. 128.*

Ubi craſſities in vitio eſt, diætam ineat attenuantem ſuccos, ſuffituſque, fiat aromatum, & peſſi præſcribantur, potio inſtituatur ex vino cui incoxit calamentha vel pulegium, aut ambrotanum. Sed prius purgetur corpus, quod familiaribus his pilulis ego maximo cum ſucceſſu facio.

℞. Aloes ʒi. myrrh. gentian. ariſtol. dictamn. croci, an. ʒv. rubiæ maj. mithrid. an. ʒi. cum ſyrup. de artemiſ. F. Maſſa. Capiat pro doſi pilulas iv. vel v. quotidie mane decem vel duodecim matutinis continuis ante ſolitum tempus purgationis menſtruæ. *Ioh. Heurnius ad aphor. 36. ſect. 4.*

Nobiliſſimam vidi puellam annorum viginti, cui non ex ſententia reſpondebant menſes, huic glandula in mamma induruerat. Author eram ut menſes excitarentur, ac mollia imponerentur, illa ad Empiricum abiit, qui cauterium impoſuit, ac mammas cum thorace exedit, ut anima thorace prodiret. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 40. ſect. 5.*

℞. Pulp. caſſiæ ʒi. ſpec. hier. ſimpl. ʒii. cum facch. F. bolus. Sumendus tribus horis ante prandium.

℞. Syrup. de abſinth. oxym. ſcillit. an. ʒi. decoct. beton. & rad. petroſel. ʒiv. M. pro uno julepo; & ſic pro novem. Poſtea.

℞. Agar. præp. ʒii. caſſ. rec. extract. ʒvi. M. F. bolus dandus in aurora.

Facta evacuatione tunc accipitur coma abſinth. quantum ſcilicet manu capi poteſt & decoquatur in aq. cichor. cujus decocti ʒv. aut vi. horis 4. ante prandium per plures dies accipiet, atque interim bis in ſeptimana accipiet pilul. aloeticam ex aloe pura, & non lota pondere ℈i. hora ante cœnam & iiſdem temporibus manè & veſperi ante cœnam abluentur illi crura ex decocto pulegii, majoranæ, fol. lauri & chamæm. ſitque aqua calida: eodem tempore dum in balneo

commoratur ; applicentur ventoſæ ſine ſcarificatione, ſub utroque poplite , & ita perſeveretur per multos dies. Ultimò his non juvantibus ſanguis quoque mittatur à Saphænis , qui quidem in hoc caſu ultimo loco eſt mittendus , & non in principio , ſicut plurimi faciunt.

Efficaciſſimæ quoque erunt hæ pilulæ, ubi aloe non ſatis profecerint.

℞. Myrrh. croci, aloes, agar. an. ʒi. pulveriz. omnia per ſe , deinde M. poſteà aſpergantur cum ſucco majoranæ , permittantur exſiccari, & ita iteretur ſexies , poſtea cum ſyrup. de abſinth. F. magdaleon. ex ʒi. F. pilulæ ix. ſumendæ tribus horis ante prandium , bis in ſeptimana: hoc etiam utatur ſuffumigio intra uterum : erit enim remedium efficaciſſimum ad uterum roborandum & aperiendum.

℞. Cariophyll. nuc.moſch. cal. arom. ſem. ocymi : flor. major. an. ʒi. ladan. cl. myrrh. ſtyrac. benioin. an. ʒiß. pulveriz. pulverizanda & liquanda liquentur. Deindè cum oleo ſpicæ odorato & modico ceræ vel picis colophoniæ . F. trochiſci parvi pondere ʒi. ſerventur pro ſuffumigiis. *Joh. Baptiſta Montanus, conſil.* 307. *&* 308.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Menſium ſuppreſſione.

MEnſes movet decoctio ſplenis bovis *Quercetani* in Pharmacopœa, jus etiam pulli in quo coquuntur cicera rubra, rad. apii & petroſ. cum ʒi. ſal. tartari & gt. iii. eſſentiæ croci.

℞. Pulv. rub. tinctor. ſacch. pulv. an. ʒi. M. divid. in tres partes, cujus una detur tempore menſium cum vino calido ſummo diluculo in lecto, in quo permaneat benè cooperta per horas quinque. Si non fluxerint Menſes, rurſus in ſecunda periodo exhibeatur altera pars: Si adhuc non apparuerint, rurſus in tertia detur tertia pars. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult.* 23.

Supputando ab eo tempore quo ultimo deſierant menſes, d. di octiduo prius quam denuo expectarentur, de ſequentibus pilulis ℈ii.

℞. Aloes ʒi. rhei ʒiß. diagrid. ℈i. myrrh. rad. aſar. an. ʒß. ſpicæ ℈i. croci ℈ß. cum ſyrup. de artemiſ. F. maſſa pilul. Poſt tres dies menſes ſupervenerunt. *Felix Platerus, obſervat. lib.* 1. *pag.* 245.

Sit frequens uſus ſequentium pilul. hyſtericarum.

℞. Aloes ſuccotr. ʒiii. myrrh. opt. ℈i. Extract. cal. aromat. Card. bened. an. ℈ß. Extract. croci , gr. viii. rad. gentian. ariſtol. long. dictamn. an. gr. v. cum rob. ſambucino F. maſſa pilul. quarum ʒß. per dies aliquot continuando frequenter in impuritate uteri & menſium obſtructione à craſſis & pituitoſis humoribus proveniente cum ſucceſſu utor. Plurimùm etiam profuturum ſpero, poſt convenientem infimi ventris fomentationem & inunctionem, ſi ſequens emplaſtrum geſtetur.

℞. Rad. cyperi, rot. cal. arom. helenii, an. ʒi. rad. leviſtic. ʒß. fol. meliſſ. ſcordii , pulegii , an. M. ß. maſtich. ʒß. thur. ʒii. myrrh. ʒiß. ſtyrac. liq. ʒi. tacamah. ʒß. ladani opt. ʒiß. cum cera & terebinth. F. Emplaſtrum. *Gregorius Horſtius, epiſt.* 3. *obſerv.* 4. *lib.* 5. *De Morbis Mulierum.*

Sumat tribus vicibus iſtam potiunculam alias ſatis efficacem.

℞. Troch. de myrrha borac. an. ℈ii. cinna. cl. ℈i. ol. ſuccini deſtill. ℈ß. aq. puleg. ʒiii. M. h. hauſtulus tepidè accipiendus. *Io. Petrus Lotichius. obſerv.* 14. *cap.* 1. *lib.* 5.

Innumeris comprobavi experientiis marrhubii albi ſummitates in vino albo infuſas per noctem triduò epotas, mirè ad menſtrua provocanda, ſtomachum roborandum, & cachexiam ac fœdos virginum colores arcendos, appetitumque reſtituendum valere . *Petrus Borellus , obſervat.* 14. *centur.* 4.

Jacchinus Doctiſſimus lignum Indicum coxit, & dictamnum adjunxit; unde mulieri toto quinquennio non purgatæ, ac ſterili purgationem evocavit : ut & deinde conceperit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 1. *lib.* 28. *De Morbis Mulierum.*

In ambobus cruribus ſubtus genua in parte interna duo cauteria magnopere laudarem; quippe quæ & ratione & experientia compertum eſt , magnam vim habere ad profligandos menſes , & ad ſanguinem ab excrementis expurgandum.

Hic.

Hieron. Mercurialis, conſult. 8. tom. 1.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Menſium ſuppreſſione.

SI à nimia copia ſanguinis ſuppreſſio oriatur, illius quantitas minuenda eſt phlebotomia in brachio larga manu celebrata. Si enim venæ inferiores prius aperirentur, traheretur magis ſanguis verſus uterum; ubi majorem obſtructionem & diſtentionem vaſorum efficeret. Sublata plethora, ſanguis ad inferiora retrahendus eſt, apertis venis inferioribus circa illud tempus, quo antea laborans purgari conſueverat, tum etiam frictionibus, ligaturis, cucurbitulis tam ſiccis quam ſcarificatis.

Inter menſes moventia, maximè laudantur pilulæ *Montagnanæ*, quæ ita ſe habent.

℞. Troch. de myrrha ℥iß. ſem. petroſel. caſtor. cinnam. an. ℈i. moſch. gr. x. cum ſucco apii. F. pilulæ xxii. deauratæ, capiat duas manè, vel in ingreſſu lecti per aliquot dies. Vel,

℞. Troch. de myrrha ℥i. caſtor. ℈ß. cum ſucco artemiſ. F. pilulæ parvæ. Inter familiaria remedia & euporiſta habentur flores lavendulæ cum melle per multos dies comeſti, vel conſerva flor. calendulæ ad ℥ii. exhibita. Maximas habet vires ſanguis hirci ſylveſtris, tum etiam domeſtici, ad menſes ſuppreſſos educendos, juxta præparationem & doſim in pleuritidis curatione propoſitam: in calidioribus naturis cremor tartari per plures dies uſurpatus in juſculo menſes ſuppreſſos promovet. Chymici commendat tartarum vitriolatum, ſpiritum tartari, ſales artemiſiæ, meliſſæ, rad. chelidon. & valerianæ, aqua theriacalis ſequens ad hunc uſum mirè eſt efficax.

℞. Theriac. ℥v. myrrh. rub. Alexandrinæ ℥iiß. cinnam el. croci Orient. an. ℥ß. camphor. ℥ii. affunde optimum vini ſpiritum ad eminentiam trium digitorum, & in leni calore tincturam extrahe: cui per inclinationem effuſæ adde ſpiritus tartari ſextam partem, doſis cochl. i. cum vino aut aqua appropriata.

Purgationes per intervalla repetantur; pilulæ de hiera ſimplices & compoſitæ à *Galeno* maximè laudantur; quia præterquam quod educunt convenienter humores ſuperfluos, habent etiam facultatem vias aperiendi & expurgandi uterum. *Lazarus Riverius, prax. med. lib. 15. cap. 2.*

Utilia hic ſunt mercurius d. panchymagogon vegetabile, extractum ſenæ, mechoacanæ, rhabarbari, & helleborii nigri. Inter ſpecifica ſunt eſſentia croci martis, pulvis cachecticus ex chalybe præparatus, de quo ſupra *lib. 8. ſect. 7. ſubſect. 6.* Pro Hepatis obſtructione, & extractum ſplenis bovis, cujus doſis eſt ℈i. in aqua appropriata. *Joh. Hartmannus*, practic. Chimiatr. *pag. 281.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Menſium ſuppreſſione.

AD Menſium provocationem & alvi quoque humectationem ac ſdlutionem plurimum prodeſſet, ſi malvam, parietariam & mercurialem coquerent in aqua, & coctis herbis ac probè comminutis affunderent oleum olivarum recens vel butyrum ſine ſale, atque hoc quaſi cataplaſma inferiori ventri & pectini ſingulis diebus imponerent. *Joh. Crato. conſil. 99. lib. 7.*

Cum tempus Menſium appropinquat ad fortia aperitiva deveniatur: inter quæ eſt illud quo ego liberavi duas virgines hoc anno, quarum una curaverat menſibus per annum cum quadrante. Eſt tale.

℞. Herb. Sabinæ M. ß. bulliant in vini q. ſ. & coletur diligenter per filtrum. Deinde.

℞. Terebinth. opt. cypriæ ℥i. lavetur ter decocto ſupraſcripto: deinde ſemel lavetur aceto ſcyllitico, poſtea admiſce pulv. rubiæ tinctor. cariophyll. macis, an. ℥i. ol. amygd. amar. ℥ß. M. cum ſaccharo ad pixidem. De hoc medicamine ſeptem diebus ante tempus menſium ſumat quotidie ℥i. ſive in oblata, ſive in medulla pomi aſſati, & ſuperhauriat hauſtum cicer. rubr. cum pauco croci; advenientibus menſibus veſperi & manè laventur & fricentur pedes cum decocto artemiſ. puleg. &

ſi opus eſt fiat phlebotomia Saphenæ: *Hieron. Herold. epiſt.* 38. *lib.* 6. *conſil. & epiſt. Cratonis* & aliorum Medicorum à *Scholtzio* editorum.

Eſt nobis ſecretum ſingulare in menſium ſuppreſſione deſperata in pluribus fœliciter expertum, ſyrupus nimirum de Sabina quem nos ſyrup. hæmagogum appellamus.

℞. Puleg. M. iiß. artemiſ. M. iß. beton. calamenth. an. M. ß. ſabinæ M. iii. ſatureiæ, meliſſæ, menth. abrotan. an. M. ß. cent. min. M. i. fem. aniſ. fœnic. an. ℥iii. rad. petroſ. aſari, an. ℥vii. polip. ℥iß. helenii ℥ß. zedoar. ℥iß. dictamn. ℥i. macis, nuc. moſch. an. ℈i. cariophyll. ℥ß. aq. beton. puleg. artemiſ. an. ℔ii. ſatureiæ ℔iß. coq S. A. colat. infunde rhei el. ℥vi. Stent per noctem, manè fiat fortis expreſſio, & cum ſacchar. q. ſ. coque ad ſyrup. conſiſtentiam. *Hier. Reuſner. obſerv.* 194.

Puella quædam viginti annorum pituitoſa, melancholia, ex mœrore in menſtruorum ſuppreſſionem cum ſuffocatione hypochondriaca incidit. Curata fuit ſequentibus.

℞. Rad. imperator. dictamn. alb. an. ℥i. acori ℥ß. fol. artemiſ. puleg. calamenth. mont. an. M. ß. ſabin. M. im. ſem. dauci, ſeſel. an. ℥ß. bacc. juniper. ℥v. cinnam. acut. cort. aurant. an. ℥ii. conciſa & groſſo modo contuſa infuantur ſacculo, & affundantur vini Gallici pintæ iii. Bis de die aſſumpſit ℥iii. inſtillatis gt. vi. ſpiritus ſalis armon. Poſt ſufficientem alterationem ſemel purgationem ſequentibus pilulis inſtituimus.

℞. Maſſ. pil. fœtid. maj. ℥. m. ſal. volatil. armon. gr. vi. ol. macis ſtill. gt. ii. M. F. pilulæ num. 7. *Fredericus DecKers*, not. ad *cap.* 11. *lib.* 4. *prax. Barbettiana.*

Mihi maximè probatur aqua quæ fit ex pane ferè ad fermenti naturam redacto & mediocriter cocto & calido, cui ablato cortice, mellis ℥xii. addantur pulv. fem. urticæ, dauci, ammeos, aniſi, & fœnic. an. dr. i. troch. Galliæ moſch. myrrhæ, rubiæ, an. ℈i. cotulæ fœtidæ ℥ß. quæ omnia infund. in ℔iii. decoctionis quæ recipit phaſeol. rubr. an. p. ß. bacc. junip. ℥i. rad. rubiæ, ruſci, raph. ſylv. aſparagi, apii oreoſetini, an. ℥ß. chamædr. rec. M. i. ameos, aniſ. fœnic. an. ℥ii. coq. S. A.) deinde deſtill. in B. M. cujus ℥ii. ſummo manè laboranti exhibe, addito ſyrup. capill. ven. de duabus radic. an. ℥. m. hoc præſidium maximi momenti eſſe cenſeo. *Lud. Mercatus. lib.* 1. *De Morb. Mulier. cap.* 9.

Molitoris cujuſdam uxor 24. annorum octo annos maritum habuit, & illi nunquam fluxerunt menſes, niſi cùm prægnans eſſet; & cum fluere inciperent iam certa erat quod eſſet prægnans. Hydrope tandem mortua eſt. *Obſerv.* 346. *Miſc. Curioſ. Med. Phyſ. ann.* 3. *decur. prim.*

Experimentum mirabile ad provocandum menſtrua.

℞. Succi mercurial. mell. deſpumati an. ℥i. farinæ nigellæ ℥i. m. vel q. ſ. ut poſſint confici pilulæ. Da mulieri 2. vel 3. ſingulis noctibus, quando menſtrua debent venire, & tunc menſtrua venient copiosè. Non ſolùm provocant hæ pilulæ menſtrua, ſed etiam præparant ad conceptum, & matricem mundificant. *Arnoldus*, de *Villanova*, *lib. de Sterilitate cap.* 8.

Filia 20. annorum duobus annis ſuppreſſione menſtrui laborans, poſt multorum medicamentorum uſum, tandem aqua chalybeata, cum per 12. dies ea utebatur, menſes fluxere ex voto. Nec mirum; cùm chalybs aperiat, cujus vis ſulphurea ignemque ſita eſt in ſuperficie. Experientia compertum habeo, aquam prius chalybe ignitam aperire in initio, ſed tandem aſtringere. *Nicolaus Fontanus*, *cap.* 15. *Analect.*

Empiricus quidam in menſibus obſtructis cachexia & hypochondriacis affectibus fœliciter exhibebat florem ſulphuris cum ſpiritu ſulphuris in pilulas redactum; & mirum quantum exinde purgati ſunt ægrotantes, ut quandoque in diarrhæam inciderint. Doſis ℈i. flor. ſulphuris. *D. Robertus Conninghame* in M. S.

℞. Pomum aurantium, deme aliquid ex meditullio, tum inde croci ℥. m. cooperiatur, & apud ignem torrefiat, & pulveriſetur; commiſceatur cum vino albo, & capiat inſtantibus menſtruis per triduum bis in die, ſi fieri poterit; ſi tardè erumpant, ipſo eruptionis tempore capiat ter. Hoc

pro-

profuit illuſtriſſimæ Dominæ poſt irrita multa alia. *Idem ibidem.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Mercurii ſublimati veneno.

MUlier quædam Nobilis argento vivo ſublimato epoto, diris cruciatibus afficitur eroſione ventris maxima percepta, cum nauſea, vomitu, animi deliquiis. Vocatus ego protinus oleum copioſum butyro rec. admixtum mihi dari præcipio, ea invicem commiſceo, & miſeræ ægrotanti devorandum in manus do, jubeoque ut mox impoſitis ori digitis, pennaque oleo & butyro imbuta, vomitum promoveat, quod cum ipſa effeciſſet, concitatus eſt vomitus: eodem momento clyſterem injici jubeo ad acrimoniam in inteſtinis genitam & tormina compeſcenda: à clyſtere injecto & emiſſo dolores utcunque remitti uſi ſunt, ſed paulò poſt cum pari acrimonia redierunt, tumque ex lacte & oleo viol. multo clyſterem alium parari jubeo, quem iterari etiam ſub veſperam juſſi: mirè hoc clyſtere injecto & repetito dolores ſedati ſunt. Ubi vomitu & clyſteribus venenum è viſceribus detruſiſſem potionem hanc dari præcipio ad veneni compeſcendam vim.

℞. Cathol. ℥i. rhei el. in aq. endiv. cum pauco cinnam. infuſ. & expreſs. ℥ii. elect. de ſucco roſ. ℥iii. pulv. cryſtall. puriſs. ℥i (eſt enim peculiare antidotum adverſus argenti ſublimati vim deleteriam) ſyr. viol. & de limon. an. ℥i. F. potio cum decocto communi medicinæ; quam poſtridie ab accepto veneno ſumpſit, levamenque ab illa non minimum ſenſit. Ad veneni ſeminaria frangenda potiones, & antidota quotidie dabam interdum; ſemel interdum etiam bis. Erant autem hujuſmodi.

℞. Pulv. cryſtal. puriſſ. ℈iv. pulv. diamarg. frigid. pulv. theriacalis *Guidonis*, pulv. roſatæ novellæ, an. ℈ii. ſyr. cytonior. & de nymphęę, an. ℥i. interdum violaceum addebam: ex aqua decoctionis ſcabioſæ, oxalid. & portulac. potionem, quæ vice alexipharmaci eſſet, propinari jubebam; quoad ſe vis, & impetus veneni remiſiſſet ad octo continuos dies potionibus iis ſum magno, & fœlici ſucceſſu uſus: porrò in juſculis etiam (quæ ego ex pinguiſſimis capis, & gallinis, pinguique caſtrato parari jubebam) cryſtalli pollinem, diamargar. frigid. tenui panniculo contentum, & illigatum infundi imperabam, ut in juſculum cryſtalli vis ebullitione tranſiret; antidotum utique præſens noxæ à veneno illatæ removendæ, & ſic tandem Dei clementia, & mea qualicunque opera integrè ſanata fuit. *Franciſcus Valer. obſ. 6. lib. 1.*

Ut virulenta mercurii eroſio frænetur, æger frequenter lac rec. mulſum bibat, in quo etiam ſemina pſylli macerari poſſunt, vel aquam tepidam decoctionis hordei, confert etiam multum butyri recentis ſine ſale eſitare: nonnulli imprimis commendant oleum tartari, vel ſal. abſynth. ℥ii. pondere ſumptum: neque immeritò: ut enim in præcipitatione magiſteriorum per oleum tartari, à corporibus ſolutis omnis vis corroſiva tollitur per præcipitationem; ita etiam dum ſal tartari, vel abſinth. ſaltem aqua qua mercurius ſolutus eſt, ad ſe allicit, argentum vivum in ſuam priſtinam naturam redit, & non plus quàm argentum vivum crudum nocere poteſt: ſi retentio urinæ adſit, ut ſæpè fit, balneo aq. calidæ utendum. *Daniel. Sennertus, pract. lib. 7. part. 7. cap. 16.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

De Meſenterii abſceſſu.

JUvenis quidam alvi torminibus vexabatur: inque dies magiſque dolor vim capiebat: tantumque aberat, ut hujuſmodi doloris abditæ cauſæ comprehendi poſſent, ut nunquam ullis præſidiis tolli, aut ſaltem levari hoc malum potuerit: omnia enim in viſcera ſana videbantur, jecur, lien, & inteſtina omnia nullam doloris notam oſtendebant: ſed ille nihilominus, magis magiſque indies, quàm ut tolerari poſſet, urgente dolore ipſo, tandem è vita diſceſſit: quare mortui corpore inciſo, ut ſcilicet tanti mali cauſas dignoſceremus, & ſanis omnibus, ut putabamus, inventis viſceribus jubeo inteſtina amoveri: quæ dum gla-

dio

dio diſcindit miniſter in abſceſſum magnum incurrit: quo præciſo, materia multa nigrior fœtenſque profluxit, incauſto ſutorio ſimilis: ex quo manifeſtam ejus mortis caulam deprehendimus, atra enim bilis eò confluens hujuſmodi abſceſſum paulatim effecerat. *Antonius Benevenius, cap. 43. lib. De abditis morborum & ſanationum cauſis.*

Vir quidam febre valida correptus cum vomitu, decimo quarto die tranſacto in alvi cruentam excretionem devenit, ita ut ſanguinem nigerrimum corruptum peſſimè olentem ad quindecim librarum pondus excerneret, unde animi deliquio correptus omnes eum proximè moriturum exiſtimavimus: nihilominus cibis per intervallo optimis refectus vires reſumſipt, ita, ut etſi febre continua, licet non ita intenſa & uniformi continuo vexaretur, nihilominus ſuæ ſalutis ſpem nobis præberet; ſed tamen cum quotidie fæces conſperſas ſanguinolenta ſanioſaque materia excerneret, indieſque magis, ac magis emaciaretur, infinitis propemodum præſidiis adhibitis (nam ſeptem medici illius curæ incumbebamus) ſexageſimo tertio die (proh dolor) occubuit, cum tamen poſtremis diebus ingens urinæ profluvium ſupervenisſet, ita ut quinque libras urinæ & amplius quotidie per plures dies extramitteret. Cadaver diſſectum fuit, ut tanti mali cauſa innoteſceret, atque in menſenterio, in parte ſuperiori, ulcus ſordidum ad ſpithamæ longitudinem adinventum; unde ea in parte collectum abſceſſum conjecimus, illoque diſrupto putridum ſanguinem ea in copia profluxiſſe non dubitavimus: ſed quod mirum eſt, nunquam antea per totum egritudinis tractum, præterquam extremo die, quo illi venter intumuit, de illius partis dolore conqueſtus eſt. *Marcellus Donatus, lib. 4. Hiſtor. medic. mirab. cap. 7.*

Novimus nos quandam, cui inflammatio in menſenterio nata fuit, & initio malè habuit, ſed poſteaquam inflammatio ſuppurata & in abſceſſum converſa, melius habens, ſana ſibi viſa eſt: interim ſingulis diebus per anum bis terve purulenta, admodum fœtida, ſincera, nullisque excrementis permixta reddantur, & quidem nunc quartus agitur annus à quo ſic ſe habet. *Rembertus Dodonæus, annotat. ad c. 33. Libri Benevenii. De abditis morborum cauſis.*

SECTIO XV.

De Mictione Lactea.

COntingit mihi dum adhuc puer eſſem ut frequenter inter mejendum ardor me infeſtaret, adultior factus rariùs ea moleſtia divexabat, in virili ætate in matrimonio viventi aliud acceſſit: ſub veſperam cum urinam reddebam, erat ea quæ primum prodibat, valde turbida, & veluti lactea, quæ quieſcens nonnihil, materiam albam lactis craſſioris inſtar, in fundo, cochlearis unius vel duorum menſura deponebat; quæ cum urina agitata confuſa, eam turbidam reddebat, accedente interdum ardore & ſtranguria quadam inter mejendum, hoc accidens plus quam per viginti annos, citra alium renum aut veſicæ affectum duravit, magiſque frigoris tempore me afficiebat, dubius qualis hæc eſſet materia, eam quandoque exſiccavi, tunc-que ſal quoddam repræſentabat pellucidum, in fibras ſciſſum, quod guſtui ſalſum erat, metuens ego ne calculi eſſent præludia, cum primario Imp. *Maximiliani* tunc temporis Medico *Cratone* ea de re contuli, qui calculum renum ſubſecuturum judicabat, mihique ſano & alacri atque ad multos principes praxeos cauſa vocato, terrorem incuſſit, verum Dei gratia nihil inde mali ſecutum; ſed jam pene quadraginta ab eo tempore annos, neque hoc accidenti, aliiſve renum aut veſicæ morbis infeſtor. *Felix Platerus, obſerv. lib. 4. pag. 836.*

SECTIO XVI.

De Mictione Sanguinis.

MIctio cruenta eſt ſanguinis una cum urina excretio vel à renibus excidit, vel à ſphincter cervicis veſicæ muſculo, qui à renibus defluit, urinæ toti exquiſitè permiſcetur, cujus cauſa, ſi neque caſus, neque

que ictus præcesserint, omnino ad calculum referri debet, qui per exercitationem validam, renem ejusque vasa obterens sanguinem profundit, sola sanguinis mictio sæpe renis calculum patefecit, qui aliàs nullis indiciis se prodebat, ut ne subesse quidem putaretur, qui porrò sanguis à sphincter musculo in vesicæ capacitatem instillatus mictionem cruentam reddit, urinam non æqualibiliter perfundit, ac subsidens in imo in grumos concrescit, ejus portio aut grumus interdum citra urinam excidit, dolor plerumque mejendo premit, & penis radicem quasi adurit, nec ab uretere, nec à vesicæ corpore multus potest emanare sanguis.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Mictione Sanguinis.

JUvenis cum sanguinem serosum & tenuem mejeret, consultandi causa ad me accessis: statim iis usus sum quæ renes debiliores factos roborarent, venasque constringerent, adhibita victus ratione proba, & simul lacte caprino utens, postea etiam ovillo, cum nihil melius eo existimet *Avicenna* confirmandis rebus valere; dabam jejuno ʒvi. quibus admiscebam boli arm. ʒi. ac si mictus sanguinis desiit, & juvenis tandem sanitati restitutus est. *Petrus Forestus, observ.* 10. *lib.* 24. *De renum morbis.*

Rusticus supra lumbos cadens, sanguinem primò satis purum mingebat, postea etiam multum ac crassum, cum doleret citra renum regionem, procul dubiò venæ in renibus perruptæ erant; ad hunc accitus, jussi ut statim sanguis ex vena basilica è regione loci dolentis ad aversionem detraheretur: deinde hoc linimentum ad repellendum & constringendum præscripsi, ut eo locus dolens inungeretur.

℞. Ol. rosac. omphac. myrtini, an. ʒi. boli arm. sang. drac. tragacanth. gummi arab. an. ʒß. pulveriz. omnia subtiliter, & cum oleis prædictis misce instar linimenti, vel cera adjecta F. ceratum. *Petrus Forestus, observ.* 11. *lib.* 24.

Sæpius sanguinis mictum solo lacte ovillo sorbendo ʒiv. & ʒi. boli armeni veri curavi; hoc idem expertum à *Gattinaria* qui tamen præcipit ne post ejus assumptionem aliquis dormiat, neque se exerceat: si longo tempore duret, constringentibus, utendum tam intus quam extra, ut in nobili muliere quæ ultra duos annos laboravit mictu sanguinis, quæque à me curata fuit, longo tempore admoto lumbis unguento comitissæ. *Petrus Forestus. Schol. observ.* 13. *lib.* 24.

Secetur cubiti vena, deinde ut intercipiatur; & incrassetur sanguis, succum plantag. proposui, & decoctum equiseti per plures dies assumendum, amplius lac ovinum cum bolo armena: exterius convenit in insessus factus cum decocto chalybeato plantag. portulac. equiseti, poligoni, bursæ pastoris, symph. maj. malicorii & sumach. convenit & unguentum comitissæ. *Iul. Cæsar. Claudinus, consult.* 36.

Vesperi sub horam somni capiat has pilulas, & assumat postea lac chalybeatum, vel aq. plantag.

℞. Succi portulac. incrassat. ʒß. gummi Arab. q. s. M. F. pilulæ xi. *Abrah. Seylerus, consil.* 93. *consil. Cratonis* & aliorum Medic. à *Scholtzio* editorum.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Mictione sanguinis grumosi.

GRumos præclarè solvit rubia tinctor. cum sem. nasturtii & spermate ceti cum mummia ut fiat pulvis. *Io. Heurnius, ad aphor.* 80. *sect.* 4.

Dentur remedia quæ grumos ac arenulas solvunt; tale est vitrum vicies ustum ac in terebinthina extinctum potui datum. *Joh. Heurnius, ad aphor.* 39 *sect.* 7.

Pro sanguinis grumosi dissolutione conveniet posca tepida, bibita per intervalla, ex aqua malvæ & aceto non valde acri, acetum verò sit in minima quantitate, at vix gustu sentiatur. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 14. *cap.* 4.

Vir quidam quinquagenarius temperamento bilioso & melancholico præditus; cùm per multos dies gravia quædam animi pathemata & mœrores passus esset, indeque noctem aliquam insomnem transegisset urinas sanguinolentas reddidit, quæ post equitationem immediatè apparuerunt eodemque tempore urinæ ardorem passus est. Præterea, cum urina arenulas quasdam

dam matulæ parietibus adhærentes excernit, quas ipse à multis annis excernere solitus est. Quæritur jam, à qua causa proxima & immediata hæc sanguinis mictio dependeat. Cùm autem sanguinis mictus in genere à pluribus causis soleat exoriri, in præsenti tamen casu duę tantùm in controversiam revocari possunt: calculus nimirum in renibus contentus & asperitate sua venulas collidens, ex iisque sanguinem elliciens; vel humores acres, salsi aut bilioſi prædictarum venarum oscula aperientes. Priorem causam duo potissimùm videntur indicare, nempe arenulæ illæ quas æger à multis annis cum urina solet profundere, & periodica illa excretio sanguinis, eo solùm tempore contingens, quo æger immodico exercitio utitur, equitandoque renes vehementer concutit. Verùm hæc duo signa minimè sufficiunt ad demonstrandum calculum in renibus latitantem. Præcipua enim signa & perpetuo assidentia vel præcedentia omnino deficiunt: quorum præcipuum est dolor lumborum, qui præsente calculo abesse minimè potest; stupor item cruris è directo positi, testiculi retractio, nausea & vomitus. Duo verò signa pro calculo stabiliendo proposita ita confutantur Arenulæ calculum intus latentem verè indicantes in fundo matulæ subsident, & si digitis comprimantur non facilè comminuutur. Si verò matulę parietibus hæreant, & digitis compressæ facilè comminuantur (quales sunt illæ, quæ à nostro ægrotante excernuntur) calculi indicia nunquàm esse possunt: neque enim illæ in renibus aut vesica generantur, sed in venis ac hepate ex humorum adustione, quorum particulæ crassiores & tartareæ arenularum formam æmulantur, & cum sero in venis contento separantur, ac in renes & vesicam detruduntur. Quod cùm à paucis animadversum fuerit, fit ut multi calculosi pronuncientur, qui ab eo malo prorsus immunes sunt. Et quotidiana docet experientia, multos à pueritia hujusmodi arenulas excernere tota vita, qui tamen calculo nunquam laborarunt. Periodica verò sanguinis excretio, licet ex allisione lapidis asperioris in substantiam renis possit contingere; minimè tamen dubium est, quin illa etiam ex calore à motu immodico in renibus & tota sanguinis massa excitato, citra calculi præsentiam, generari possit. Humores enim bilioſi, vel pituitæ salsæ naturam redolentes à motu & calore exagitati, ad renes amandantur, unà cum sero sanguinis permixto, & renum venulas aperientes sanguini effluvium excitant. Et ita rem se habere in præsenti ægrotante prorsus asſevero, cùm ille bilioso temperamento præditus sit, & ab animi pathematis vigiliisque suprà recensitis sanguinis massa majorem adustionem adepta fuerit. Hanc nostram sententiam doctissimorum virorum placitis esse consentaneam, infinitis exemplis facile esset ostendere. *Hollerius* vir in artis operibus, si quis alius, exercitatissimus, *Cap.* 52. *Lib. de Morb. intern.* „ Quibusdam, inquit, naturis eodem modo sanguis per vias urinarias excernitur, „ quo aliis per nares, venas sedit aut vomitum. At experientia constat, hujusmodi sanguinis excretiones in dispositis sæpe „ recurrere, quando vehementioris exercitio eorum corpora incalescunt. Potest igitur sanguinis mictio, illiusque recursus à sanguinis & humorum calefactione suscitari. Multo apertiùs rem explicat idem author Comment. *Aphor* 78. *sect.* 4. Sunt, inquit, nonnulli, qui si durius equitent, aut sese exerceant immoderatiùs, excalefactis renibus, sanguinem mejant. Quod ad curationem attinet, ea ad duas intentiones revocanda est; humorum scilicet acrimoniam temperandam & renes corroborandos, ne humores acres aliunde confluentes tam facilè recipiant. Ad hanc rem faciet primùm victus refrigerans & incrassans, quo ferè æger ab aliquo tempore uti cœpit, & in quo diu perseverare debet, utendo præsertim lactuca, plant. & portulaca in jusculis, tum etiam hordeatis, avenatis, oryzatis & similibus, tum etiam in potu aqua ferrata cum vino rubro aliquantulùm austero, abstinendo semper à vehementioribus corporis & animi motibus. Licet autem clarissimus æger haud multò abundet sanguine, utile tamen censuerim sang. ex brach. detrahere ad ℥vi. vel 7. ut totius massę humorum calidior intemperies meliùs corrigi valeat. Imò verò si

affectus diutinus consisteret, derivatio quædam per inferiora, aperta vena malleoli, aut provocatis hæmorrhoidibus, videretur consentanea. Postmodum verò purgatio blanda maximè conveniet, eaque per intervalla erit repetenda, ut humores ad renes confluentes per alvum educantur, cujus compositio talis esse poterit.

℞. Fol. lactuc. portulac. plantag. & summit. malv. an. M. ß. Tamarind. ʒß. myrobal. citrin. ʒi. coq ad ʒvi. In colat. infund. cassiæ rec. extract. ʒi. Colentur iterum, & postea dissolv. rhab. in aq. lactuc. cum santal. citrin. infus. ʒiß. mannæ & syrup. ros. an. ʒi. M. f. potio.

Post primam purgationem, julepi, apozemata, jusculavel emulsiones, prædictas indicationes respicientes, ad ægrotantis tolerantiam accommodari poterunt; iisque ad tempus aliquod usurpatis, lac ovillum, vel caprillum erit convenientissimum. Et maximè commendatur ab *Hippocr. Avicenna* & recentioribus, inter quos *Gattinaria* & *Forestus* se hoc solo remedio sanguinis mictum sæpe curasse gloriantur. Unicuique autem dosi boli armeni veri ʒi. permiscent, quod quidem ut graviori sanguinis mictui convenit, ita in hoc leviori rarò faciendum censuerim. Quia verò sicco atque macilento habitu præditus est, eoque calido & sicco, ante & post lactis usum, balneum aquæ tepidę illi convenientissimum esse censuerim, & toto æstatis tempore in formam semicupii. Post usum lactis utatur aquis *Meynensibus*. Intermediis temporibus, si ardor urinæ aliquando urgeat, aqua flor. altheæ cum aqua ros. vel conserva flor malvæ vel alth. aut denique emulsiones aliaque prædicta usurpari poterunt. Ac denique pro curationis sigillo opiata roborans: mediocriter astringens & refrigerans, in usum revocari poterit. Neque inutile futurum esset, perseverante affectu, causti cum tibiæ inurere, ad humores acres, in renes & urinas defluentes, sensim derivandos. Toto curationis decursu topica renibus admota erunt maximè proficua, eaque refrigerantia & astringentia.

℞. Unguenti comitiss. & refriger. *Gal.* an. ʒii. Abluantur oxycrato diligenter, & inungantur lumbi frequenter. Lamina etiam plumbea multis foraminibus perforata supra renes diu gestari poterit. *Lazar. Riverius, obs.* 13. *cent.* 2.

SECTIO XVII.

Pro Mictione puris ex vesica ulcerata.

LAc asininum hic summè prodest, & emulsio sem. psyllii papav. & quatuor sem. frigid. maj. *Io. Heurnius ad aphor.* 81. *sect.* 4.

SECTIO XVIII.

Pro Mictione purulenta ab ulcere sordido in penis ductu interno.

AD ulceris absterstionem & sanationem hasce tabulas præscripsi.

℞. Amygd. d. mund. castan. mundat. glandium mund. orizæ mund. an. ʒi. rad. alth. consolid. maj. liquir. an. ʒii. sem. plantag. portulac. malv. alkekengi, gummi prunor. cerasi. & arabici, an. ʒi. succini puri ʒiß. bolli puriss. oculi cancri, spodii ex ebore usto, an. ʒii. terebinth. parùm cocti ut pulv. queat. ʒiii. succi liquir. ʒß. omnia pulverisata & commixta excipiantur infus. gummi tragac. fact. in aqua ros. & plantag. add. sacch. quart. i. formentur tabulæ pond. ʒi. unam pulveriz. cum lacte caprino alternis diebus; ad minimum bibat; plurimum profuturas experientia me docuit, multaque ejusmodi ulcera & diuturna & sordida iis curata fuisse: quorum loco si ad manum non sint, etiam troch. alkekengi sine opio, & troch. *Gordonii* usurpari possunt: sed hæc compositio est longe utilior. *Felix Platerus, observ. lib* 3. *pag.* 816.

In alio eodem affectu laborante ad absterstionem purulentæ materiæ & consolidationem hoc ordinavi.

℞. Resin. laric. vel terebinth. ʒß. dissolv. in vitello ovi ut artis est, adde mellis puris ʒi. sacch. ros. rub. ʒii. vini generosi ʒvii. M. bibat de lacteo illo liquore ad ʒi. alternis diebus cujus operationem ad vesicam usque & ultra pertingere ex urinæ violaceo odore deprehendi potest.

Injectionem dein absterstvam sequentem præ-

præſcripſi, quam per canalem in ductum penis injiceret.

℞. Rad. liquir. ʒii. cortic. ſabar. ʒi. cicer. rubr. p. i. fol. plantag. ſicc. M. i. F. decoctio in aqua, addendo parùm lixivii, & in colat. ℔i. diſſolve laricæ diſſol. in melle ʒii. unguenti ægyptiaci tantum quantum ferre poterit, utatur ab initio, donec pus minui ſentiat, & partem admodùm ſenſibilem fieri, adeo ut ægre injectionem illam acrem ferat. Poſtea utatur ſequenti injectione.

℞. Ramulorum equiſeti fol. plantag. ſem hyperici, an. M. i. rad. conſolid. biſtortæ, bulbor. narciſſi, an. ʒi. cortic. granat. ʒiii. coq. in ℔i. aqu. extinctionis, ferri fabr. in colat. ℔i. diſſolv. troch. alb. rhaſ. ſine opio ʒß. boli arm. ʒi. ſucci attriti à lapide galactite & hæmatite ʒi. pro injectione.

Fumum ut per canalem brevem in virgam obiter intruſum per alembicum eò directum, in ductum penis immitteret ſuaſi ex ſequentibus trochiſcis carbonibus impoſitis.

℞. Picis navalis ʒii. thur. maſt. an. ʒi. ſandarachæ gummi benjoin. an. ʒß. cum reſina aliqua liquida F. trochiſci. Poſtremò juſſit ut candelam ceream tenuem, flexilem & longam ſenſim in ductum hunc aliquo uſque intruderet inunctam balſamo ex rurgorum, nonnunquam addendo parùm vernicis coctæ. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 819.*

SECTIO DECIMA NONA.

De Mola.

MOla (Græcè μύλη) eſt caro quædam inutilis, informis, inarticulata in muliebri utero, ex imperfecta conceptione loco fœtus genita: hujus cauſa eſt ſemen utriuſque patentis effœtum & debile à ſanguinis copia obrutum ita ut nequeat virtus plaſtica ſuas agere partes in fœtus formatione & ſic loco fœtus emergit rudis & indigeſta moles: licet communis ſit ſententia ſine viri congreſſu non generari molas, interdum tamen, licet rarò in viduis ſine virilis ſeminis concurſu eas fieri poſſe docent medicorum obſervationes, molam aliquæ quatuor quinqueve annos, interdum & totam vitam, utero geſtarunt: at plerumque levius adhæreſcens, tertio vel quarto menſe excidit: in mola ut in vero conceptu; ſiſtuntur menſes, mammæ turgeſcunt, cibi adeſt faſtidium, & venter ſenſim attollitur: atque his ſignis à ſcirrho diſtat: à fœtu autem vero per ſequentia diſcernitur, fœtus poſt quartum menſem blandè movetur ſecus mola, quæ aut gravitate figitur, aut impetu quodam provolvitur lapidis inſtar, in quodcunque latus ſe convertat mulier: in mola rurſus ad inceſſum gravior fit mulier, eique quaſi pondus ex utero propendet, artus gracileſcunt, dolorque ventrem ſæpè compungit, quorum nihil adeſt in legitimo fœtu: præterea venter præcipuè verſus umbilicum, attollitur & acuminatur, & verſus latera utrinque molliter coarctatur: in mola verò in omnem dimenſionem æqualiter attollitur, graviora denique quæ molas quam quæ verum fœtum utero geſtant, habent ſymptomata, ſi tandem poſt decimum menſem venter adhuc tumeat, nec hydropis ſigna adſint, de mola non levis ſuſpicio eſt, datur etiam mola aquoſa & ventoſa.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Mola.

℞. ASſ. fœtid. ʒß. ſem. rutæ caſſ. lign. raſ. lapid. dactyl. boracis, an. ʒiß. croci ʒm. myrrh. theriac. diateſſer. an. ʒi. M. detur ʒj. cum aqu. ſabinæ vel vino rhenenſi cum hac confectione, quàm de aſſa fœtida vocat *Ioh. Tiengius*, mulierem curavit à mola quàm per annum geſtaverat, & aliam etiam mulierem eodem medicamento liberavit à fœtu mortuo, exhibendo manè & veſperi ante cibum ad ʒj. donec ab omnibus fœtus partibus fuerit repurgata: aliquando exhibuit cum decocto artemiſ. aliquando cum ſucco verbenæ & praſſii mixto cum vino rhenenſi, modo etiam cum vino decoctionis verbenæ praſſii, & ſemper (inquit) gratia Dei benè ſucceſſit. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv. 63. lib. 28. De mulierum morbis.*

Ad molam excutiendam, qua laborabat mulier quædam & ſymptomata alia ſatis exitialia eam inſequi ſolita tollenda, machinor ejuſmodi.

℞. Sabinæ, pulegii fol. fenæ, an. Mß. coq. lento igne in ſeri lactis q. ſ. manè & veſperi ex hac infuſione una vice ℥viij. ebibit calidè.

Poſtridiè præter meam ſpem mola eſt expulſa & à multis graviſſimis accidentibus liberata fœmina; *Martinus Rulandus cur. 78 cent. 6.*

℞. Mirrhæ caſtor. an. ℈j. ſabinæ, boracis, an. ℈j. fellis bovin. ℥i. ol. ſuccini, gr. iv. croci gr. v. cum ſucco ſabinæ F. pilulæ xiv. pro duabus doſibus. *Ioh. Petrus Lotichius, obſ. 16. cap. 1. lib. 5.*

Hic conveniunt ea medicamenta quæ in menſibus ſuppreſſis, partu difficili ac fœtu mortuo uſurpari ſolent. *Daniel Sennertus, pract. lib. 4. part. 2. ſect. 4. cap. 9.*

SUBSECTIO SECUNDA.

De Mola in vidua.

MOlam carnem aliquot annis (plus minus quindecim) in utero olim geſtavit honeſta quædam vidua: exiſtimabat uterum prolapſum, quod in oſtio uteri propendere aliquid ſentiret: profluebant ſtatis temporibus menſes, & ſubinde copioſiores quàm par erat: tandem quodam tempore, ſupervenientibus nonnullis partus doloribus, rudem excrevit & informem carneam molem, pedem ferè longam, latam ſemipedem, tres quatuorve digitos alatam; ſunt verò & aliæ à recentioribus dictæ molæ, per quas venter diſtenditur non minus quàm gravidis: una collectis in utero flatibus; altera aquoſis umoribus uterum implentibus: hanc molæ ſpeciem vidimus nos in vidua quadam, quæ defuncto marito, cum ſe gravidam relictam exiſtimaret, nonis menſibus adimpletis, ſupervenientibus partus doloribus, non niſi aquoſos humores enixa eſt, à quibus liberata, lacte ubera replecta haud aliter, quàm ſi fœtum peperiſſet. *Rembertus Dodonæus, lib. obſ. medicinal. cap. 49.*

SUBSECTIO TERTIA.

De Mola aquoſa, carnea & ventoſa.

NObilis urbis noſtræ mulier, indubiæ honeſtatis, matrona quinquaginta ſex annos nata, carnoſo ac ſanguineo corporis habitu donata, cum jam per aliquot annos menſtruæ purgationes defeciſſent, molas tandem plures carnoſas edidit, fluentibus velut in naturali partu menſibus copioſè & maximis eum cruciatibus, interpoſito nonnunquam duorum, aliquando trium vel unius menſis ſpatio; diligenterque percontata, ſe nullum feminis profluvium in ſomnis, nec ullam oblectationem perpeſſam conſtanter affirmavit: fluebant interim menſes, albi, erant carneę mollę nonnullę ad pugni craſſitudinem aliæ minores, duriſſimæ nonnullæ, & aliæ minus duræ.

Iacobus de partibus hiſtoriam refert de mola aquoſa per hæc verba, novi quandam generoſam dominam, quæ ſe prægnantem eſſe credidit, & ita medici viſitantes eam exiſtimabant, dum venit pariendi tempus, providerat de bona obſtetrice, & compatribus & commatribus: multa aqua prodiit à matrice ipſius; & ſic illa & medici fuerunt illuſi, ſi ilicò venter penitus detumuit. Molam ventoſam ſe vidiſſe *Ulisbone* in quadam *Hebræa* teſtatur *Valeſcus de Taxanta in ſuo Philonio cap. de mola*, huic enim, cùm ſe prægnantem eſſe exiſtimaret, præparata ſunt omnia, quæ parturienti neceſſaria eſſe conſueverunt, dumque obſtetrices vulvam & uterum pertractarent, tanta ventoſitas ſine alio humore exivit à matrice, ut mirum videri poſſit. *Marcellus Donatus, cap. 25. lib. 4. Hiſt. med. mirab.*

SECTIO VIGESIMA.

De Morbillis.

MOrbilli (græcè ἐξανθήματα) maculæ ſunt aut tubercula perexigua, rubra, cum febre continua à facultate expultrice & ſanguinis peculiari ebullitione excitati, in cute erumpentia, cauſam ferè eandem ſigna cum variolis, de quibus infra, *lib. 8. ſect. 1.*

SUB-

SUBSECTIO UNICA.

Pro Morbillis.

MAtronam quædam Nobilis febre continua correpta est, cum tussi & raucedine; per triduum symptomata non valde urgebant, quarto die cum febris intensior evasisset, sanguis detrahitur, & iulepus refrigerans exhibetur: eodem die totum corpus morbillis conspersum apparuit: vocatus ego die quinto, præscribo circa vesperam julepum ex æquis partibus aq. ulmariæ & card. ben. cum bezoart. miner. gr. xx. duabus horis ab assumpto julepo copiosè sudavit, febris valde imminuta & potio morbillorum discussa est: post sudores alvus soluta est magna excretione. Postridie mane idem iulepus iteratur est, ac copiosius sudavit post 2. horas ac febris omnino sublata est, omniaq; propemodum exanthemata discussa sunt. *Lazarus Riverius, observ 76. cent. 3.*

Mulieri cuidam in morbillorum eruptione ingens pruritus & punctio in plantis pedum ac volis manum aderant, pro quo symptomate mitigando, quum maximè eo intolerabiliter affligeretur, ut se potius mori velle diceret quam illum pruritum & punctionem ferre, iussi ut pedes & manus continuò teneret in aqua calida, quo consilio tum pruritus tum punctio cessarunt, & melius per cutem in volis manum & pedum morbilli emergebant: huius rei experimentum notatu dignum ab ipso *Astario Papiensi* Medico accepimus, quod etiam arcanum à *Nicolao Florentino* Medico sui temporis insigni mutavit, cum scribat de variolis & morbillis; si fuerit punctio plantæ pedum aut palmæ manuum ponantur dicta membra assiduè in aqua calida ut dicit *Nicolaus*; & ego vidi multum conferre. *Petrus Forestus observ. 42. lib. 6. De febr. Epidemic.*

Chirurgus cum ad virginem quandam viginti quinque annorum, quæ in Morbillos incidisset, & continua febre acuta laboraret, vocatus esset ad venæsectionem peragendam, fortè, fortuna una simul accitus ædes intrabam, & sanguinis missionem inhibui licet omnia jam ad sectionem parata essent, eo quod sanguis è naribus flueret, & jam per quinque dies Morbilli foras expulsi essent, tamen cum natura paulo segnior sanguinem è naribus profunderet, setis porcinis sub stillum sanguinis ad fluxionem stimulandam censui, cum animadverterem quod natura per eum locum Crisin tentaret: quod cum non posset, id nos perficere hoc modo posse rectè arbitrabamur: & illud quidem non sine auctoritate feci, insequendo Canonem illum quem posuit *Guainerius* suo tempore Practicus insignis in curat. *Variol.* scribens, ita Nota tamen, quod si naturam perceperis sanguinis narium fluxum tentare, ipsam juvare debes cum seta, vel aliquo eiusmodi narium fluxum sanguinis provocante: phlebotomiam, si opus fuerit, dimittendo: quod cum ego feciſſem, sanguis bene fluxit, & febris desiit, & paucis diebus a morbillis quoque sanata est, postquam statim a prima nostra vocatione usa esset sequenti decocto, Variola & Morbillos evocante.

℞. Lentium excortic. ℥i. hord. de cortic. p. i. caricar. numero vii. laccæ, tragacanth. an. dr. i. passul. ℥ß. iuiub. numero vii. rad. fœnic. ℥ m. F. decoctio in aqua communi pro ℔i. m. colaturæ addendo oxysacch. simpl. ℥ii. M. *Petrus Forestus, observ. 48. lib. 6.*

Cum in gutture morbilli magis emergerent, non sine magno dolore ac calore, ut sese suffocari clamaret, mandavi ut continuò cum lacte caprino & aqua plantag. simul mixtis tepidè gargarisaret; quod miraculi instar profuit. Præservat maximè ab angina & suffocatione, estque oris tum gutturis præstantissimum remedium, cum signa exanthematum se produnt. Ad eandem quoque intentionem, ut syrupum granatorum sæpius paulatim deglutiret, jussi; cum huius usum mirabilem in tali casu sæpe expertus fuerim. Munita autem cor à putredine ac inflammatione. Deinde ut etiam pulmo, pectus, gula intus à morbillis tuta fovent: cum simul anguſtia ac tussis adessent, ut continuo ex hoc eclegmate lamberet, præcepi.

℞. Syrup. granat. dulc. ℥ii. sacch. penid. ℥iii. syrup. ex infus. ros. & diamor. an. ℥ß. diatragac. frigid. dr. iii. amyli puriſſimi ℈ii.

M. f. eclegma. Ita profuit, ut in ſimili caſu etiam pro arcano haberem. *Petrus Foreſtus, lib. 1. obſ. 17.*

SECTIO XXI.

Pro Morbis Chronicis.

IN Morbis chronicis & contumacibus nihil præſtantius ſale tartari, ſpiritu ſulph. per camp. & merc. dulci ſexies ſublimato, iis enim curantur febres intermittentes, diuturnæ, quartanæ chloroſis, cachexia, melancholici affectus & contumaces viſcerum obſtructiones, irritis aliis remediis omnibus; infund. ſal. tartari ℈. ſpir. ſulph. cum ʒi. vel ʒii. ſenæ (aliquando rad. jalap. ʒß.) in aq. fontis ſola aut decocto appropriato, hoc ſæpiſſimè uſus eſt, *Riverius Simeon. Iacoz. obſ. 97. cent. 4. obſ. River.*

Plurimi morbi inveterati & ferè ad deſperationem vergentes, ut puta menſes albi, & ſuppreſſio menſtruorum in mulieribus, internæ obſtructiones, capitis imbecillitas, catarrhus, ventriculi dolor, hepatis rafrigeratio, podagra, & alii, roremarino coronario curati fuerunt, ſi in vindemiarum tempore ipſius tenellæ ſummitates cùm muſto (abſque igne) bulliant dum imponuntur in doliis. *Dominicus Panarolus, obſ. 25. Pentec. 3.*

SECTIO XXII.

De Morbis graviſſimis ex leviſſimis cauſis ortis.

OPerarius quidam in pago quodam circa ſepes occupatus, pedem ſpina ſibi punxit: ab initio, cum affectum neglexiſſet, exortus eſt dolor maximus, febris, delirium, aliaque ſymptomata graviſſima tandemque gangræna & ſphacelus, qui cum ad genu perveniſſet, & tibia abſciſſa non fuiſſet, extinctus fuit æger.

Matrona quædam honeſta cum apicem indicis dextri ſpina punxiſſet, & ab initio affectum neglexiſſet, poſt graviſſimos dolores ſecutus eſt ſphacelus: cum verò digitum ad carpum abſcidiſſem, reſtituta fuit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſ. 2. cent. 5.*

SECTIO XXIII.

De Morphœa.

CUtis vitiis annumeratur Vitiligo, quę nihil aliud eſt quam fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu proveniens: nutrimentum rectè aſſimilare non valentis. Ejus duæ ſunt ſpecies, una *Alphus* Græcè, Arabicè *Morphœa* dicitur, in quo ſumma duntaxat cutis fœdatur diſperſis & non continuatis maculis colorem cutis mutantibus Duplex hæc eſt alba quæ *Alphus*, & nigra *Melas* appellatur. Alia eſt λευκὴ Arabicè Albara vocata, quæ macula eſt continua & cutis & carnis, ſubjectæ colorem immutans: in hac pilli decidunt, alii que albi & lanugini ſimiles ſuccreſcunt; ſi acu feriatur, non ſanguis, ſed humor aqueus & albus effluit. Omnium efficiens cauſa eſt humorum impuritas. Hæ cutis affectiones hoc ſæculo non amplius aut rariſſimè conſpiciuntur & ſi quando occurrant, iiſdem remediis profligantur quibus Elephantiaſis ſeu Lepra curatur.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Morphœa.

CUm tota viri cujuſdam cutis valde maculoſa & deſœdata eſſet & ita ut Lepra laborare videretur hoc decoctum eidem præſcripſi.

℞. Fumar. virid. M iii. ſcabioſ. lapath. acut. acetoſ. dent. leon bugl. borrag. ſummit abſinth. ſummit. lupul. an. M. j. coſcut. meliſſ. agrimon. an. M. ß. rad. enulæ camp. lapath. acuti, rad. malv. an. ʒß. rad. fœnic. ʒi. ſem. 4. frigid. maj. & min. an. ʒi. ſem. aniſi. ʒij. fol. ſen. ʒiß. epitymi, polipod. q. an. ʒß. rad. helleb. nigri ʒiiß. cortic. rad. cappar. & tamariſci, an. ʒii. prunor. damaſc. quart. j. uvar. paſſar. exacinat. hord. communis, an. M. i. F. omnium decoctio in ſero lactis pro ℔iii. per noctem infuſa fortiter omnia exprimantur & ſaccharo apozema dulcoretur.

℞. Myrobal. omnium ʒi. agar. opt. & rhei an. ʒß. ſpic. ſchænanth. zinzib. an. ʒß. F puppa: pendeat in dicta decoctione, dum potio ſumetur: ex qua ſumebat ſemel in die

die aut bis prout alvus reſponderet: qua potione optimè deinde ſe habuit, interim huic conſulvimus, ut bis in ann. purgaretur Quantum enim valeat annua purgatio in atrabilariis morbis docet *Gal. comment. 47. aphor. lib. 6. & in lib. quos purgare oporteat. Petrus Foreſtus, obſ. 2. lib. 5. Obſ. Chirurg.*

Mulier quædam vitiligine affecta, inſuper faciem habens valdè rubram & puſtuloſam, ex qua fruſures & ſquammæ decidebant, poſt plurima præſcripta decocta ſanguinem depurantia, faciem oblinebat oleo raparum mixto cum aqua: quo remedio cruſtæ decidebant furfuraceæ tum ſquammæ; & facies paulatim priſtinum, præter opinionem, nitorem recepit. Habetur autem hoc pro arcano, & quod mirabile erat, illud oleum raparum concuſſum cum aqua fluviatili cutem nitidam in facies effecit. Interim non deſiſtebamus nos iterius medicamenta repurgantia & corrigentia ſanguinem exhibere. At altero viro qui Morphœam nigram ex humore melancholico habebat, poſt humoris peccantis evacuationem, omiſſa tamen phlebotomia, quæ augeret cauſam, ut Præceptor meus *Bened. Faventinus* dicere ſolebat, mandavimus omnes partes Morphœa affectas inungere ſequenti oleo calide omni veſperi cum iret dormitum.

℞. Ol. de tartaro vini albi potentis ℥iv. Deinde etiam hoc ſequenti unguento.

℞. Ol. tartar. ℥ii. ol. amygd. amar. ℥i. ſucci lapath. acuti ℥iß. ceræ q. ſ. F. unguentum. Vel fiat hoc unguentum.

℞. Tartar. fuligin. oris furni, an. ℥i. ſal. nitri ſulph. an. ℥ß. auripigmenti, alumin. ſciſſil. helleb. alb. an. ℥ii. omnia iſta pulverizata incorporentur cum ſucco fumar. & lapath. acuti. F. Unguentum mediocriter liquidum. Veſperi fiat inunctio, & ſequenti manè abluatur locus cum aqua furfuris. *Io. Tiengius* Medicus *Amſtel.* curavit minorem quendam plethoricum Morphœa laborantem cum magna maculatione cutis livida, cum impotentia eundi vel movendi crura, & brachii impotentia, hoc modo: Corpore decenter purgato, accepit colocynth. ℥i. & decoxit in aceti & aq. fabar. an. ℔ß. eaque calefacta ſpongia illi immerſa, balneabat loca hac labe fœdata, & brevi tempore maculæ ſingulæ fuerunt deletæ. Alter etiam cui eandem balneationem exhibuit curatu, pariter eſt. Si iſtis non curetur Morphœas curetur curatione lepræ. *Petrus Foreſtus, obſerv. 3. & ſchol. lib. 5. Obſerv. Chrurg.*

SECTIO XXIIII.

Pro Morſu Humano.

QUum phreneticam quandam mulierem tractandam haberem, & linguam, an arida eſſet explorare vellem, illa digitum incauti & nimis curio ſi Medici dentibus arripuit; atque adeo dentes digito impreſſit, ut ſine violentia eum inde extrahere non potuerit; hinc ſtatim dolor vehemens non ſolùm in ipſo digito, ſed per totum brachium exortus eſt: applicatis tamen iis quæ ſequuntur paulatim dolor ſedatus eſt: & quinque vel ſex dierum ſpatio digitus convaluit: Primò diligenter ſanguinem ex morſibus expreſſi, mox aceto acerrimo, ablui tum morſus, tum etiam totum digitum; poſtea theriacam diſſolutam in aqua vitæ cum goſſipio morſibus impoſui; ac empl. baſilico apicem digiti, totam verò manum linteo reduplicato ac in oxycrato madefacto involvi: atque his remediis quotidie bis vel ter reiteratis Dei beneficio convalui. *Guil. Fabritius Hildanus, obſ. 85. cent. 1.*

SECTIO XXV.

De Mydriaſi.

Μυδρίασις, *i. e.* pupillæ dilatatio, oculi affectus eſt, in quo pupilla ſeu foramen uveæ tunicæ nimiùm ampliatur, ut plurimùm à primo ortu contrahitur: aliquando etiam oritur ab impuris & turbidis oculorum humoribus, per quos ſubintrans lumen infringitur, unde copioſo opus eſt, ut aliquatis fiat viſio, copioſum verò ſubire nequit, niſi per deductiorem pupillam. Cauſæ externæ ſunt ictus violenti, caſus ab alto, diuturna in loco tenebricoſo mora, &c. Dicitur hîc affectus etiam πλατυκόρια.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Mydriaſi.

PRobatur lotio cum vino ſubauſtero decoctionis roſar. & euphraſ. in quo modicum aluminis fuerit diſruptum. *Iul. Cæſar. Claudinus, conſ. 72.*

Præmiſſis univerſalibus, collyrio ſequenti in oculum ter quaterve in die inſtillato, pupilla dilatata paulatim ad priſtinum ſuum ſtatum rediit, & viſum qui antea impeditus erat, probè retinuit.

℞. Fl. roſ. rub. ſicc. ℥ii. croci ſpic. nard. cortic. thuris, an. ℥ß. pompholig. ſpodii, acæciæ, an. ℥i. in pollinem redacta; ligentur in nodulo panni linei rari, & nodulus conjiciatur in aq. roſ. ℥iii. quando eo utebatur, nodulus fortiter exprimebatur. *Petrus Foreſtus, obſ. 28. lib. 11. De morbis Oculorum.*

SECTIO XXVI.

Pro Myrmeciis.

REmedium optimum in memetipſo experientia edoctus probavi, ſi myrmeciæ (verrucarum ſpecies ſunt) tangantur ſudore illo qui emanat ex lignis quibuslibet dum uruntur, minima eſt res, ſed quandoque ex rebus minimis pulchræ obſervationes oriuntur. Advertendum autem eſt quod non ſubitò evaneſcunt, ſed cum ſemel aut bis illas ſudore tetigeris, proceſſu temporis intra tres aut quatuor menſes ad ſummum, dum amplius nihil cogitas, Myrmecias ex abrupto fugatas videbis, nec unquam renaſcentur. *Dominicus Panarolus, obſ. 43. Penteceſte 2.*

MEDICINÆ PRACTICÆ LIBER DUODECIMUS.

De Affectibus à littera N *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Narium Cancro.

MOrbus hic in naribus vix curabilis eſt, ſed præmiſſis univerſalibus, & bile atra evacuata, mitigantia, ſaltem requirit. Adhibenda ergo oleum roſac. modico camphore addito, ſolani ſuccus, antiqui dracuntii ſemen tritum cum melle immittebant. Utile eſt hoc medicamentum.

℞. Succi Solani ℥iv. pompholig. ℥i. ceruſſ. lotæ, aq. roſ. & iterum exſiccat. ℥ß. M. pauco oleo roſac. adjecto, & cera alba liquata in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo. Chymici, ut ad aliarum partium, ita etiam ad narium cancrum commendant liquorem Arſenici, qui ita paratur.

℞. Arſen. albi, nitri puri, an. q. v. fluant ſimul in tigillo in igne circulari poſito, cavendo fumum (ideoque ſub dio ventum obſervando commodiſſimè fit hęc operatio) ubi refrixerint, tantundem nitri iterum addatur, idque bis vel ter repetatur; arſenicum hoc modo fixum in humido loco reſolvitur in liquorem, hujus pauxillum ut guſtu ſaltem ſapor parum percipiatur, in aqua plantag. diſſolvatur, qua cancer obliniatur. *Daniel Sennertus, practic. lib. 1. part. 3. ſect. 4. cap. 2.*

Vir quidam cum naſi rubedine inſtar Cancri aliquot annis vexaretur, ac fruſtra Chirurgorum ope uſus eſſet, ad nos tandem venit oratum, ut ſi quomodo poſſem; huic turpitudini opem ferrem. Huic con-

consulvi: ut secta vena; & corpore repurgato ab atra bile, à cibis atram bilem gignentibus abstineret, & hoc linimentum præscripsi.

℞. Succi solani ℥iv. pulv. diapomphol. ℥i. cerus. ablut. cum aq. rosac. & iterum siccat. ℈iß. ducantur pauco oleo rosac. adjecto, & cera alba liquata in mortar. plumbeo cum pistillo plumbeo, donec ad spissitudinem linimenti concrescant, quò optimè postea se habuit; & miraculi instar curatus est. *Petrus Forestus, observ. 6. in schol. lib. 13. De Nasi Affectibus.*

Rusticus quidam à cancro narium curatus fuit solo succo plantæ vulgaris sibi ab alio edoctæ, qui plures ejus ope curaverat. Hanc cum maxima difficultate ab amico, qui ejus nomen & utendi modum ab eo acceperat, didici. Sed quoniam omnia clarè docere cupio, ut posteris prodesse possim, illam sincerè nominabo. Hæc igitur nihil aliud est quàm onopordi contusi succus, qui sæpe admoveri debet, imò & herba contusa. Plantago etiam non inutilis est, si mammarum cancris applicetur. *Petrus Borellus, cent. 2. observ. 51.*

SECTIO SECUNDA.

De quodam per nares videnti.

DOmine *Mercuriali*, legi quæ scripseras de Rustico, quem naribus vidisse *Carolus* meus affirmavit. Aderant duo Monachi, cùm idem attestaret, nemo sibi à risu temperare poterat. Rusticum ipsum non vidi, sed audivi cùm Nobilissimus quidam *Frisius Palatini* Electoris Consiliarius qui actioni interfuerat commemoraret: Cùm laboraret ille ex ulcere oculi, chirurgus ei sic adhibuit remedia, ut suprema parte ossa narium erosa, oculus prolongato nervo optico in capacitatem narium inciderit. Itaque naribus sublatis per oculum eundem inversum: ut scribis, atque contortum utrunque prospexit. Sed tandem accusavit Chirurgum de injuria sibi illata, qui lege *Aquileia* condemnatus fuit. *Christophorus Schilincus. Epist. 34. & 35. lib. 6. Consil. & Epist. Jo. Cratonis, &c.*

Si demonstro audire libeat, narrabo; Cæcum quendam utroque oculo orbum naso pro oculis utentem vidi, cujus beneficio objecta omnia discernebat. Is dextro oculo ante annos multos, cùm puer esset, privatus fuerat. Tandem juvenis factus (rusticus erat) ex ceraso in palum dumi ligneum fastigiatum delapsus, vultum impegit, ut nasum unà cum oculo sinistro gena palpebra utraque & supercilio disrumperet, adeò fœdè, ut Chirurgus oculi globum evulsum prorsus crederet, eumque palo inhæsisse. Cicatrice tandem inducta, post annum ab accepta plaga, dum in gramine apricatur, fortè lucem atque florum candorem humi animadvertere occepit per nasi cavitatem. Et jam per 5. aut 6. annos continuos visionem eo modo exercuit, ut quicquid offeratur naso oculato distinguat exactè, sed despectando: suspetando enim lucem ferre nequit. Medicorum igitur collegio, ut examinaretur, jussu Electoris exhibebatur cum suo enim Chirurgo in jus vocato contendebat. Portentosæ itaque hujus visionis modum causamque esse deprehendimus, quod sicut palpebra superior abrupto musculo attolli amplius non poterat, sed conglutinata cum adnata oculi tunica coaluerat, ita etiam avulso musculo, qui oculum versus angulum acutum retrahere solebat, pupilla in angulum nasi se prorsus abdiderat. Et quia oscilla nasi non fracta modò, sed & luxata quodam modo, concinnè restitui non potuerunt, accidit ut nasus pressior latiorque sinistra præsertim parte evaserit, adeoque ejusdem naris meatum patientiorem curatio reliquerit, per quem distorta latitansque pupilla videndi munus obibat, & res quaslibet naso obvias internoscebat. *Henricus Smetius. Miscel. Med. lib. 5. Epist. 13.*

SECTIO TERTIA.

Pro Nattis.

NUper erumpentes si dentibus leviter comprimantur Nattæ, sensim marcescunt & pereunt, quod bis observatum *Patavii*, semel in Nobili Fœmina, cujus erumpentem Nattam dentibus vicina mulier apprehendit, & semel in filia summi iurisconsulti. *Thom. Barthol hist. 40. cent. 3*

SE-

SECTIO QUARTA.

De Nephritide.

VIde ſupra, *lib. 3. ſect. 3. De Calculo.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Nephritide.

FRequenter bibat cyathum aquæ decoctionis rubiæ tinctor. rec. calidæ, cum ʒß. penidii duabus horis ante cœnam: quibus ex tali potu contingit nauſea, dare ſolo ad comedendum radicem prædictæ herbæ rec. longitudine digiti medii: & ſanè inoppilationibus renum medicinam huic partem vix inveniens; ſed niſi cum magna difficultate meliorem *Bartholomæus Montagnana, conſil. 4.*

Ad exterendum & excernendum lapidem exhibuimus ſyrup. de althea *Fernel.* ad ʒiß. cum aqua fabar. denique curavi ut ſingulo manè ʒß. Terebinth. lotæ cum aq. raphani aſſumeret. Eſt enim optimum medicamentum; quia omnia viſcera deterget, & ipſum lapidem egregiè diſſolvit & pellit. *Rodericus à Fonſeca, tom. 1. conſult. 14.*

Doloribus maximè inſevientibus, theriaca cum ſpeciebus elect. *Iuſtini* data, miri eſt uſus. Exterius autem nil præſtantius fotu ex parietariæ ſucco, aqua ardenti, & oleo Scorpionum, embrocha etiam ex oleo Scorp. amygdal. amar. & aneth. maximè proficua eſſe ſolet. *Iul. Cæſar. Claudinus, conſ. 7.*

Quidam Monachus articulari morbo & Nephritide corripi ſolebat, qui cum nullo remediorum genere ex multis tentatis bene valeret, tandem meis monitis aſſiduo terebinthinæ uſu, intra 6. menſes liber à dictis morbis fuit: erat autem terebinthina nucis magnitudine, quam ſingulis diebus jejuno ſtomacho ſaccharo admiſtam deglutiebat. *Amat. Luſitan. cent. 1. cur. 63.*

Foris emollit axungia cuniculi cum ſucco malvæ cocta. Ad vacuandam autem materiam uſu terebinthin. cum rheo & pulv. liquir. nihil convenientius: non ſolum enim materiam ipſam expellit, ſed etiam renibus & ureteribus læſis auxiliatur. *Ioh. Crato conſ. 12. lib. 2.*

Singulis ſeptimanis ex ſequenti pilul. maſſa ʒii. vel. ʒiii. ſumatur.

℞. Terebinth. aqu. ſimplici & ultimo roſar. novis lotæ ʒi. rhei opt. & ſubt. pulv. ʒiii. cinnam. el. ʒi. pul. ſuccini alb. ceterach. liquirit. an. ϑi. M. F. magdaleon, de quo formentur pilulæ mediocres: hæ ſatisfacient ad removendam materiam Calculi, ſi temperanter tamen vixeris: plurimis profuiſſe ſcio, poſtquam corpus mediocriter pilulis præſcriptis purgatum fuerit, cum poſt medium noctis hanc potionem biberint.

℞. Aqu. fragar. ʒv. ſyrup. viol. ʒi. M. Quidam etiam ſingulis noctibus aquam frigidam bibebat, atque graviſſimos cruciatus Calculi, quos antea perpeſſus fuerat, effugit manè verò ne frigida potio noceret, aliquot grana piperis integra aſſumebat. *Ioh. Crato. conſil. 9. lib. 1.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Nephritide.

ILlud nunquam è memoria excidat nihil præſtantius pro arcendis renum calculis eſſe, quam aqua tepida, vel jus pulli gallinacei, aut vituli, aut vervecis, quinque vel ſex unciarum menſura immediatè ante cibum mane & veſperi, modicè calidum potatum. Pro excludendo materiam renibus adhæreſcentem calculis gignendis idoneam quatuor diebus continuis ſorbitionem hanc omnium elegantiſſimam quatuor horis ante prandium abſorbeat.

℞. Rad. alth. ʒi. ſummitat. braſſic. p. j. liquir. ʒß. cicer. rub. ʒiij. bulliant S. A. in aq. ononid. q. ſ. colat. ʒvii. adde ſyrup. cap. ven. ʒiß. mellis cocti & deſpumati ʒii. terebinth. claræ in eodem decocto cadenti diſſolv. ʒii. F. potio, detur modicè calida. Hic unum apprimè neceſſarium minime prætereundum duco, videlicet caſſiæ medullam paſſim ubique locorum in propoſito affectu ab omnibus indifferenter uſurpatam non uſq; adeo tutam eſſe, niſi ventriculo primaque regione prius vel inedia, vel vomitu, vel ventris dejectione expurgatis quandoquidem inter medicamenta

ta diuretica hæc non ignobilem obtinet locum. *Ioh. Zecch. conſ.* 13.

Vidua quædam dolore nephritico vehementiſſimo vexabatur, cum urinæ acrimonia & frequenti micturitione: huic neque clyſteres cum aqua benedicta, neque cum terebinth. neq; cum laudano, neque ſemicupium, neque laudanum aſſumptum quicquam profuere, dolore clamoſo per biduum perſeverante tandem aperta fuit vena malleoli, & ſtatim ſanguine miſſo dolor ingens quievit; ſuperſtite tamen dolore obtuſiori. *Lazarus Riverius, obſ.* 15. *cent.* 2.

Medicinæ quidam ſtudioſus correptus eſt dolore nephritico valde urgenti: urinæ erant rubræ & ſanguinolentę primùm injectus eſt clyſter ex decocto emmolliente cum diaphæn. ℥i. aqu. bened. ℥iv. qui parum præſtitit. ſequenti die miſſus eſt ſanguis ℥x quia erat plethoricus: dolor tamen perſeverabat. Tertio die iteratus eſt clyſter prædictus, qui cum toto die purgavit blande, & per dilucida intervalla, eodemque die à dolore prorſus liberatus eſt, excretis duobus calculis perexiguis. Clyſter prædictus ad dolores colicos & nephriticos præſtantiſſimus eſt; ut in aliis centuriis videre eſt. In hac autem curatione hoc annotandum, quod ſi prima vice injectus clyſter vocis non reſpondeat, ſemel atque iterum repetendus ſit. *Lazarus Riverius, obſerv.* 7. *cent.* 4.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Nephritide.

VIr quidam quinquagenarius nephriticis doloribus valde obnoxius: ſumpſit per duodecim dies decoctum radices card. aſinini & liquir. quo multos lapillos, & arenulas excrevit, poſtmodum per plures annos ab affectu liber permanſit, erat autem radicis ℥ß. cum liquir. ℥ii. in ſingulis doſibus. *Lazarus Riverius, obſerv.* 77. *cent.* 3.

Quidam nephriticos dolores non alio remedio quàm frigidæ fotu compeſcuit. *Ioh. Rhodius, obſerv.* 23. *cent.* 3.

Convenientius in hoc affectu nihil eſt, quàm ſi mercurius dulcis ſemel atque iterum juſta doſi exhibeatur: quinimò nephriticus dolor rarò infeſtare ſolet eos, qui pilulis mercurialibus ſingulis menſibus utuntur, hac nimirum ratione ductus amplificantur, & calculi deinceps ſponte excernuntur. *Joh. Hartmannus, practic. Chymiatr. pag.* 255.

℞. Troch. alkikengi cum opio ℥ß. oculi cancri & ſuccini albi, an. ℈j. ſacch. penid. ℥i. M. F. pulvis, cujus capiat manè ℥i. in lecto. Deinde iſtam aquam nephriticam commendavi, de qua præſervationis & curationis ergo guſtet manè duabus horis ante cibum.

℞. Aq. parietar. ſaxifrag. an. ℥iß. aq. fragor. ſtillat. ℥i. ſpirit. ſal. rectific. ℈ß. ſpirit. terebinth. correct. gt. iv. ſacch. candidi ℥i. M. diligenter fiat hauſtulus *Joh. Petrus Lotichius, obſerv.* 2. *cap.* 3. *lib.* 3.

Obſervavit *Joh. Heurnius*, in cadavere *D. Marnixii Alegundij*, cum illud *Leydæ* aperiretur anno 1594. in altero rene, calculos parvos ſeptuaginta, in altero octoginta, qui nunquam tamen ullo Nephritidis ſymptomate conqueſtus fuerat; ita firmiter carni renum impacti hærebant. *Not. ad cap.* 12. *lib.* 6. *pathol. Joh. Fernelii.*

Menſe Julio paſſus ſum colicum dolorem, qui in imo ventre graviter urgebat, & renem dextrum obſidebat. Duobus enematis injectis dolor ventriculi ceſſavit. Supererat dolor renis qui per ureteris continuitatem exporrigebatur, cum ſiniſtri teſtis retractione, ita ut vere nephriticus eſſet. Balneo calente diſſolutus eſt cùm tepidum augeret dolorem. Iterum redit dolor, cucurbitulis parti admotis diſcuſſus eſt. Poſtridie rediit, & denuo cucurbitulis ceſſit. Mox ſumpſi bolum ex caſſia, catholicone, rhabarbaro & cryſtallo tartari; non amplius rediit dolor. Conjeci hunc dolorem nephritidem factum fuiſſe à flatibus: nam diſcutientibus remediis, puta balneo calido & cucurbitulis, ſolveretur, & nulla materia obſtruens, ſcilicet calculus, arenulæ, aut pituita, à me rejecta ſit poſt ſolutionem morbi, neque in ipſo morbo, neque unquam antea Neque impoſſibile eſt, eoſdem flatus, qui ſeſe intra tunicas inteſtinorum inſinuant, in renes & ureteres poſſe transferri, ibidemque graves diſtenſiones efficere: cùm in omnes cor-

corporis partes flatus interdum deferri soleant; in usque dolores aut palpitationes efficere. Imò verò non pauci existimant, dolores dentium acerbissimos à flatibus exoriri in vasculis ad radices dentium perreptantibus inclusis. Conjecturam meam auxit, quod, operante medicamento cathartico, flatus à lumbis ad alvum sensibiliter ferebantur, cum sonitu blando, qui ab astantibus facilè audiebatur. *Lazarus Riverius, observ.* 58. *cent.* 2.

Vir qui Nephritidem patiebatur, & de renibus non rarò lapillos rubentes per virgam mittebat, multum querebatur: lumborum namque & iliorum, imò totius ventris dolores & rugitus sæpe sentiebat. Pro quibus abigendis symptomatis, multis est usus remediis, frustra tamen. At quum præter spem, ex cujusdam commendatione, avellanis in victu uteretur, liber & sanus à tantis affectionibus evasit. Consulverat illi vir quidam, si morbum profligatum vellet, avellanas internis suis membranulis initio prandii & cenę comederet: Ille remedium considerans familiare & optimum, non solùm initio mensę eas comedebat ut Medicus ille imperaverat, sed medio & fine quarum assiduo usu ita valuit, ut nunquam postea morbum persenserit. *Amatus Lusitanus, cur.* 78. *cent.* 7.

SECTIO QUINTA.

Pro Nervi punctura ab acu in digito.

LAurentius Bruninch., Chirurgiæ Doctor accitus, applicuit punctura linamentum, (plagellam vocant barbari) inunctum cum unguento *Guidonis* de euphorbio, quod ita se habet.

℞. Ceræ, resinæ, picis, an. quart. 1. euphorb. ℥i. terebinth. ol. commun. an. ℥ß. M. f. a. F. unguentum, inflationi manus appposuit emplastrum ex resolventibus & roborantibus, & deinde vinum stypticum in quo coquerentur absint. chamæm & sal. postea inunxit digitos cum unguento dialth. balneando manum cum jure intestinorum, & eam ponendo in bobus aut similibus animalibus rec. mactatis, & ita mulier hæc sanitati restituta fuit. *Petrus Forestus, observ.* 38. *lib.* 6. *observ. Chirurg.*

Pro nervorum, ligamentorum & junc-

turarum torsionibus hoc ceratum valde conducit.

℞. Sigill. solom. ℥1 v. rad. alth. ℥i. fol. plan. tag. M. ii. omnibus bullitis, deinde pistatis, & cribratis ad ignem cum cera alba sufficienti F. ceratum; addendo ol. ros. myrtill. an. ℥ii. Terebinth. claræ, ℥iß. Agrippæ, dialth. an. ℥ß. bol. arm. ℥v1. Sang. drac ℥.ß. thuris, ℥i. santal. omnium ℥ii. valet autem post septimum diem. *Petrus Forestus, observat.* 3. *lib.* 8. *Observat. Chirurg.*

SECTIO SEXTA.

Pro Nocturnis Caloribus.

NOcturni hi calores nullam aliam habent causam quam difficultatem coctionis & distributionis cibi; radices cichor. cum singulari quadam vi ventriculum corroborandi, & jecori obstructiones referandi polleant, earum continuum usum commendo: nullum certè in hoc morborum genere nobilius experientia frequēti inveni: bibatur igitur semper hora una ante cibum decocti hujus bonus haustus: qui nisi est sapore amabilis, utilitate tamen acceptus sit, & magnificat: sub noctem verò si vapores ex laboriosa coctione, in ventriculo & corde anxietatem quandam concitent, emulsionis margar. sequentis cochl. duo vel tria assumantur.

℞. Aq. borrag. è flor. in vitreo destill. ℔i. Margarit. dilig. præpar. ℥iii. aq. cinnam. ℥i. M. in mortar. marmoreo: hanc adeo extollit *Montagnana* ut se hac plurimos & senes exactæ ætatis, & in morbis gravissimis ægros conservasse glorietur. *Io. Crato consil.* 65. *lib* 6.

SECTIO SEPTIMA.

De Nyctalopia.

NYctalopia affectus est secundum quosdam in quo interdiu quis videt, sed noctu aut vesperi nihil: secundum *Hipp.* ver oculi vitium est, in quo è contra noctu melius cernitur, interdiu autem deterius: utriusque affectus assignanda est causa: nocturno fit cæcitudo, ex eo quod propter oculi humorem & corneæ tunicæ crassitiem & impuritatem, multum lumen ad visionem requiratur: huic cau-

sæ

æ aliquando conjungitur pupillæ non naturalis coarctatio: diuturnæ rursus cæcitatis immediata causa est requisitio pauci luminis ad visionem cum hoc, quod oculus non possit multum lumen tolerare ob corneam nimis tenuem, & humores nimis raros & limpidos: hanc causam adjuvat quandoque pupillæ nimia dilatatio; quam efficere potest longa mora in tenebricoso carcere.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Nyctalopia.

INter topica utebantur frequentissimè sanguine turturis & columbi; quæ sunt *Dioscoridis* remedia; & ipse fæliciſſimo cum successu usus sum ad multos annos; & dicti sanguines tepidi oculis instillabantur. *Epiphanius Ferdinandus, histor.* 51.

Quendam patrem familias nyctalopem factum vidimus, qui post occasum solis quotidie cæcus redditus in ludibrium apud domesticos venerat, cum magna honoris & rei domesticæ jactura, qui ferè ad desperationem ductus, tandem convaluit, sumendo aliquoties ante cibum hepar anguillæ super assatum: hoc remedio postea duos simili malo laborantes fœliciter ad sanitatem perduximus. *Dominicus Panarolus, observ.* 49. *Pentecoste* 3.

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS TERTIUS.

De Affectibus à littera O *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Obæsitate.

NObilissimæ Dominæ adeo obæsæ ut vix incedere posset, à Medicis consultum est, ut iter unius miliaris subinde jejuna pedestri itinere absolveret, sed cum præ asthmate ambulare amplius non posset, magis ei profuit purgatio frequentior: aurifaber quidam cum extremè obæsus foret, ita ut proximus suffocationi videretur, huic sequens pulvis etiam in cibo datus est, & ita liberatus fuit.

℞. Tartar. ℥ii. cinnam. ℥iii. zinzib. ℥i. sacch. ℥iv. F. pulvis *Gilbertus Horstius* hoc sequenti pulvere, modo per se modo in conditis, in obæsis commodè usus est.

℞. Tartar. vini albi aut rubri ℥ii. cinnam. ℈iv zinzib. ʒß. sacch. ℥iv. M. hæc etiam subsequentia maximè extenuare obæsos expertus erat; cepæ, allium, nasturtium, porrum, semen rutæ, & potissimum acetum scyllinum: utantur larga ventris solutione, urinam ac sudorem provocent; labore multo tum veloci utantur antequam comedant; famem tolerent, diu vigilent, sitim patiantur, in balneo aereo sudent, dormiant parum, & in lecto duro, multùm coeant, & morentur sub sole: hæc omnia corpus pingue macrescere faciunt. *Petrus Porestus, observ.* 10. *& Schol. lib.* 31. *De succis.*

Purgato corpore, quoniam præcipuus scopus propositus est, ut caro & pinguedo deterantur, simulque continuo perspirationi & exinanitioni via paretur, ad eos absolvendos conducturum id remedium esse confido, quod hæc faciendi insignem potestatem habet, cujusmodi est ligni guajaci & sarsæ decoctum pluribus cum tenui & exsiccanti diæta, sudorisque provocatione assumptum; hoc enim (si

modo

modo prudenter adminiſtretur) minimè dubitare oportet, quin blandè exſiccet, ſudoremque provocando cutis meatus aperiat, & conſequenter faciendæ inſenſibili tranſpirationi magnopere auxilietur: poſt cujus uſum non parùm mihi arridet eorum conſilium, qui diureticis utendum eſſe commendant, ut aſparago, apio, fœniculo, porro: ſimiliter quoque facere non poſſum: quin laudem uſum ejus lavacri, quod vim habeat exſiccandi, quale eſt aqua marina qua tepida utatur. *Hier. Mercurialis, tom. 3. conſult.* 222.

Abſtineat à potatione inter prandium & cænam, nam talis corpora multum pinguefacit: laudant aliqui maximè in æſtate per plures dies cyathum unum aceti manè, nam potenter corpora ſiccat & emaciat, ſit ejus ergò aſſiduus maximè in condimentis & acetariis verum hoc fugiant qui imbecillos habent articulos nec non & uterum hyeme ut ejus nimia acredo refrangatur, immiſcendæ ſunt uvæ paſſæ: ſint in aſſiduo uſu cappares cum aceto conditi, & olivæ: cauteria maximè probantur, præſertim in tibiis, cum ſenſim evacuent totum corpus, frictiones etiam commendantur aſperæ pannis aſperis donec cutis rubeat: ſit aſſiduus uſus linguæ ovis 1. ſeminis fraxini, ad ʒi. cum vino exhibiti. Ex *Plinio* hydropicos curat, & corpore obæſos ad maciem reducit. *Arabibus* etiam maximè commendatur. *Epiphanius Ferdinandus hiſtor.* 83.

SECTIO SECUNDA.

Pro Obæſitate.

NObilem virum adeo pinguem vidi, ut equo inſiſtere nequiret, quin ſtatim ſopiretur, nec loco ferè moveri poſſet: ille tamen nunc huc & illuc vadit, mole illa deperdita, & priſtinum habitum recuperavit, quod ſola maſticatione fol. tabaci peractum fuit, ut ipſe mihi aſſeveraverit, pituitoſis enim & frigidis corporibus utile eſt: ſolium lauri linguæ impoſitum aquas multas etiam educit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 11. *cent.* 2.

Multi quibus craſſior eſt corporis habitus & pinguior aqualiculus, ejus extenuationem ſummopere exoptant, ut deambulationibus, & variis corporis motibus & inflexionibus liberius & abſque moleſtia vacare poſſunt, tenuis diæta ſæpè parum profuit; imo plurima multis intulit damna, humores enim exacuit & inflammat, febremque ſæpius excitat, à quibuſdam uſus aceti commendatur, ſed ventriculum & inteſtina lædere poteſt, cum ſit membranoſis omnibus partibus infenſum: eo tamen fœliciter uſus eſt ad corporis ſui extenuationem & imminutionem *Chiapinius Vitellius Cetonæ* Marchio generalis *Caſtrorum* præfectus in *Hiſpaniarum* regis exercitu *Belgico* ut videre eſt apud *Stradam decad.* 1. *lib.* 8. *De bello Belgico*. Mirum fuit (inquit) hominem obæſitate prætumidum ea valuiſſe non modo vi mentis, ſed etiam corporis expeditè ſeſe inflectentis agilitate: ut in præliis, ad ducis prudentiam non magnopere in illo deſideraſſes bellatoris dexteritatem. quod enim ſub mediam fermè ætatem, increſcente adeo moſe, ut faſcia è collo demiſſa ſuſtinendus venter eſſet immodicè projectus, videret tardiorem quotidie reddi ſe ad belli munia: homo ad militiam cuncta referens, vino ſua ſponte ſibi interdicto, acetum exinde bibere ad vitæ uſque finem perſeveravit; effecitque ut detumeſcente abdomine, defluenteque ventris pelle, qua ipſe ſe thoracis inſtar involvebat, octoginta ſeptem librarum deereviſſe pondo compertus ſit. Novi ego hominem qui ex obæſo & craſſiſſimo gracilior evaſit, detracta ſcilicet panis portione, quem quotidie copioſum comedebat: huic in panis locum major carnis quantitas ad eſum exhibita eſt. *Iſaacus Cattierus, obſerv.* 13.

Notiſſimus hic Tribunus militaris ſexagenario major, ſed vivax & vegetus, ita ferè quinto quoque anno abdomine tardus evadit, & pinguedine nimia diſtentus, ut aliis gravis, ſibi inviſus ſit. Cui malo cùm varia quæſierit remedia inediam, acida, exercitia, fruſtrante expectationem ingrato eventu, noviſſimè in mercurio dulci opem ſollicitavit & invenit. Progreditur enim pilulis mercurialibus ad eam paulatim doſim, ut apertis gingivarum laxitatibus, ptyaliſmus conſequatur, nec is perfunctorius, ſed qualem in aduſtis *Veneriis*

nepotu-

nepotulis efflagitant medentes, ut fœdam uem expuant. Per has vias omaſum ſe- e exonerat, & lætum alacremque Tri- unum ad munia ſueta reddit expeditio- em. Ex eo triennium integrum exigit ab infeſto aqualiculi pondere liberum. Tandem redit ſenſim malum, & quinto poſt anno novam curam depoſcit. Igi- tur ille iterum ſupplicat Mercurio, ite- um in palæſtram redit promptior. Jam- que ter quaterve iterato eodem æquore, vivido faciei colore, toris robuſtis, cor- pore alacri ad negotia ſua conſurrexit. Exploratum hactenus fuit, fœdam pitui- tam per glandulas ſalivares excludi. Hoc novum, nimiæ pinguedinis cauſam per eoſdem ductus foras poſſe amandari. *Olaus Borrichius in Art. Med. Thomæ Bartholini.*

SECTIO TERTIA.

Pro obſtructione venarum meſeriacarum.

℞. TErebinth. cypriæ ʒß. lavetur aq. abſinth. & rutæ per vices quater deinde adde pulv. cinnam. nuc. moſc. an. ʒß. ol. amygd. d. rec. ʒii. M. non repe- ri melius remedium in difficilibus & an- tiquis tum meſeriacarum venarum, tum hepatis & renum obſtructionibus. *Hier. Heroldt. epiſt. 38. lib. 6. epiſt. & conſil. Cratonis, & aliorum à Scholtzio edito- rum.*

Corollarii loco electuarium quoddam tranſmitto, quod in obſtructionibus viſ- cerum maximo uſui eſt, & præſertim in morbo virgineo: communicavit autem mihi illud Ducis *Bavariæ* medicus præ- ſtantiſſimus, & ſe multa centena eo lu- crifeciſſe dicebat, & ferè domi ſuę, ne innoteſcat parare ſolere: hæc autem eſt deſcriptio ex illius αὐτογράφῳ.

℞. Limatur chalyb. ʒviii. molatur ſu- per porphyrite ſubtiliſſimè cum aceto, deinde ſiccetur ad ſolem, aut ignem, & ſic ſepties iteretur.

℞. Limatur. ſic. præp. ʒvi. cinnam. nuc. conditæ, an. ʒiii. rhei el. ʒii. ſyrup. aromat. roſat. ℈vi. mell. opt. ſacch. albiſſ. an. ℔i. M. cum lento igne, & F. electuar. qui hoc e- lectuarium aſſumit exercitio utatur; doſis ſit inſtar caſtaneę vel ʒß. præcedat autem purgatio univerſalis. Poteſt ut ad dies triginta, vel quadraginta: in viſcerum, lienis maximè, obſtructionibus magnam vim poſſidet: etiam fœminis & virgini- bus decoloribus rectè datur: feci ego in una atque altera periculum. *Petrus Mo- navius, Epiſt. 33. & 34 libro 2. Epiſt. & Conſil. Cratonis, & c. à Scholtzio edito- rum.*

SECTIO QUARTA.

De oculi cicatrice in pupilla viſionem impe- diente caſu deleta.

PUella cum ex cicatrice in corneæ media ſede nata, viſus impediretur, Chirur- gus ſacch. cand. pulverem oculo inſperge- re volens, ad eam extergendam, errore quodam pixidem eam arripuit, in qua ſub- limati pulvis continebatur, quem cum im- prudens oculo inſpergeret, tanta ſuborta eſt inflammatio ut periculum eſſet de ocu- lo: tamen ſanata, tantùm abfuit ut quid obfuerit, ut potius multùm profuerit: nam cicatrice penè univerſa deterſa remanente levi duntaxat macula, viſum recuperavit: quod indicio eſt, globum oculi, fortia quo- que perferre poſſe medicamenta, cum cor- nea ipſius unica ſit duriſſima & inſenſibi- lis. *Felix Platerus, obſervat. lib. 1. pag. 113.*

SECTIO QUINTA.

Pro Oculi dolore,

PRæmiſſis univerſalibus remediis caſeus ovillus recens pluries in aqua frigida lotus, tandem albumine ovi permiſtus & oculo appoſitus mirificè profuit. *Petrus Foreſtus, obſ. 3. lib. 11. De morb. ocul. & pal- pebr.*

SECTIO SEXTA.

Pro Oculorum hebetudine.

MOntanus præceptor meus ad hanc intentionem cuidam præſtanti viro hunc ſyrupum præſcripſit.

℞. Succi verbenæ, euphraſ. roſ. fœnic. rutæ,

rutæ, chelid. an. ℥iii. purificentur ſ. a. & cum ſach. F. ſyrupus: aromatizetur moſcho, membranis denſatis, & craſſefactis (ita enim fieri ſolet in hebitudine in ſenibus) valde prodeſt collyrium quod ſequitur, habeoque de eo certam experientiam.

℞. Fol. euphraſ. rutæ, chelidon. maj. beton. verbenæ, an. M. i. ſem. fœnic. ſiler. mont. an. ℥ß. Rad. cal. aromati ℥vi. Abſinth. pontici non tenuifolii, ſed latifolii. M. i. flor. cyani roſar. an. Miß. Thuris Aloes, Myrrhæ, an. ℥ii. aq. raſ. ℔ii. vini malvat. aq. rutæ, an. ℔i. urin. pueri ℔ß. m. infund. omn. per dies quinque: poſtea ſ. a. deſtillentur in vaſe vitreo, ac deſtillatum vitro benè cooperto ſervetur uſui. *Joh. Crato conſil. 3. lib. 2.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Oculorum rubore & dolore.

QUidam in hoc caſu maximopere commendant aquam ſimplicem in qua vitriolum album & ſaccharum candidum diſſoluta ſunt, ego verò plurimùm prodeſſe comperi eam aquam quæ à nive *Martii* diſſoluta in vaſe vitreo provenit: nam hæc etiam abſque alia ulla re adhibita in afluxu calido loco collyrii eſt: ad rubedinem autem peculiariter commendatur, aqua fragorum, illis prius in eo vaſe in quo deſtillantur putrefactis in fimo, aqua etiam è tormentilla deſtillata rubores tollit, & initio fluxionum prodeſt; laudatur & hoc collyrium.

℞. Aq. fœnic. euphraſ. roſ. an. ℔ß. m. ſacch. candidi, ℥i. vitriol. alb. ℈. m. M. & per filtrum aliquoties transfundatur; dolor iſto modo ſedabitur; noctu totus oculus inungatur iſto unguento cujus mirificam efficaciam expertus ſum & pro ſecreto habui.

℞. Butyrum ſi haberi poteſt menſe *Majo* factum, aut aliud recentiſſimum diligenter elotum, vel loco illius medullam bovinam è cruribus, vel cervinam; atque huic admiſce lapid. calamin. in tenuiſſimum pulverem triti quantum accipere poterit, atque ut dixi hora decubitus applicetur; repeti autem poteſt aliquoties noctu iſta inunctio, ſi præſertim dolor vehementer urgeat; manè abluitur aq. roſ. & fœnic. in qua particula pomi dulcis ſit decocta. *Joh. Crato. conſil. 5. lib. 5.*

Aurifaber quidam fluxum lachrymarum ex oculo ſiniſtro diu perſeverantem cum rubore: tumore & obſcuritate illius oculi, patiebatur; aliquando hæc ceſſabant, mox iterum revertebantur, eratque antiquus & confirmatus affectus: tandem accerſitus, ordinavi pilulas ſequentes.

℞. Pil. aurear. coch. an. ℥. m. cum aq. fœnic. F. pilulæ: dejecit admodum, atque eo ipſo die lachrymæ ceſſarunt, & oculum aperire potuit: veſicatorium dein nuchæ applicui: emplaſtrum pro ruptura ad arcendam defluxionem utrinque temporibus quadrantis thaleri magnitudine admovi: ad cohibendam item defluxionem ſequens ordinavi collyrium.

℞. Cortic. granat. contuſ. ℥i. bol. arm. pinguis, dr. ii. coq. in aq. plantag. & peculi roſar. an. part. æq. in colat. ℥iv. diſſolv. lap. hæmatit. dr. ii. diu agitando ut penitus diſſolvatur adde vitrioli albi ℈i. camphor. ℈ß. M. diligenter ut fiat collyrium: in quo parvam ſpongiolam madefaciat & exprimat, atque oculo clauſo applicet, ſæpe repetendo, cum aliquoties uſus eſſet, ut melius operaretur addidi.

℞. Aq. plantag. ſolan. an. ℥iii. tutiæ ℥ii. mucilagin. ſem. pſyll. fact. cum aq. roſar. M. cum priori collyrio & utatur, & ſanatus eſt. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 377.*

Caro vitulina recens abluta ſingulare empiricorum in dolore oculorum eſt remedium: caſeus recens non ſalitus applicatus idem facit: albumen ovi agitatum donec aquæ inſtar fluat ſpuma adempta plerumque ad doloris ſedationem uſurpatur: tum per ſe, tum cæteris additum medicamentis pomorum etiam dulcium aſſorum prius ad ignem, vel ſub cineribus, vel decoctorum pulpa, cum dolor ſedandus, valde eſt utilis ſunt qui ex ſemiputridis pomis parum aſſis pulpam præferunt: quando verò fluxus reprimendus, poma acida, pyra auſtera vel cydonia eodem modo parata ſumuntur. *Felix Platerus, pract. tom. 2. cap. 3. pag. 270.*

In

In doloribus oculorum folia nicocianæ applicentur. *Joh. Hartm.* practic. Chymiatr. *pag.* 270.

SECTIO OCTAVA.

Pro Oculi rubore & dolore.

FOmentum iſtud meum ophthalmicum (quo toties cum ſucceſſu uſus ſum) tepidè applicari juſſi.

℞. Sem. fœnugræc. conquaſſ. ℥iß. ſem. euphraſ. aniſ. fœnic. an. ℥ii. flor. euphraſ. beton. meliloti, chamæm. an. p. iß. tutiæ præp. ſarcocoll. nutrit. ſief. alb. an. ℥i. incid. & conquaſſ. omnia & coq. in lact. vaccin. rec. q. ſ. & ſacculis includantur pro fotu. *Joh. Petrus Lotichius, obſerv.* 7. *cap.* 2. *lib.* 2.

Joh. Heurnius oculorum rubidinem dolorificam miraculi inſtar hoc ſecreto remedio curavit.

℞. Phlegma aluminis, applica, extillatur in balneo, in notis annexis *cap.* 5. *lib.* 5. *patholog. Ioh. Fernelii.*

Vir quidam doctus deſtillationem ad oculum ſiniſtrum patiebatur, contra quam hoc uſus eſt remedio, & brevi ſanus evaſit.

℞. Tutiæ præp. q. v. linteo raro includatur, & filo ligetur. In vino *Cretenſi* auſtero immerge, & ea ſic panno excepta oculum lava. Brevi enim, vel intra triduum ſanus evaſit. Bis autem vel ter in die uſurpari debet. *Amatus Luſitanus, curat.* 96. *cent.* 5.

SECTIO NONA.

Pro Oculi macula cum catarrho & metu ſuffuſionis.

PRo conſervatione oculi, velim utatur hoc collyrio abſtergente.

℞. Aq. roſar. ℔iv. ſem. fœnugræc. ℥i. rad. alth. num. 6. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, fiat fortis expreſſio, colaturæ adde Aloes opt. pulverizatæ & ſacch. Candidi roſati, an. ℥ii. bulliat iterum cum his ad ignem clarum ad conſiſtentiam mellis: deinde ſervetur ad uſum in vaſe vitreo bene obturato, uſu iſtius collyrii corroboratur oculus & mundificatur, & abſterguntur humores, hoc mihi habeo familiare, quod ſemper fœliciter ſuccedere expertus ſum. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſ.* 145.

Aqua mellis oculorum maculas certiſſimè delet, ſi penicillo illas tangamus; ſed oculorum dolor, ſi quis ſit, primo mulcendus; eſt enim dolorifica quod notandum. *Petrus Pachequus, obſerv.* 43.

Quædam mulier infimæ ſortis maculam habebat in oculo: cui conſilium dedi, ut bis in die ſucci rutæ guttam unicam in oculum inſtillaret, quod cum ſatis diu continuaſſet, macula prorſus abſumpta eſt. *Samuel Formius, obſ.* 28.

Puella quædam in oculorum nebulas craſſas, ob deſtillationem à capite, incidit. Pro quibus delendis, à repurgato corpore, hoc remedio uſi ſumus, & ſana evaſit.

℞. Mellis ex ipſo favo ℔ii. ſummit. fœnic. flor. ſambuc. euphragiæ an. p. ii. Sacchar. Cand. ℥iv. In duplici vaſe vitreo ſ. deſtillatio ſ. a. Cum hac aqua nebulæ ſæpe inungebantur, & tandem ſanata eſt. *Amatus Luſitanus, cent.* 5. *curat.* 53.

SECTIO DECIMA.

Pro Oculo perforato.

QUatuor annos natam puellam vidimus, cui dum nodum in panno ſolvere acuto gladio niteretur, reſiliens mucro oculum dextrum percuſſit: quo perforata ipſius oculi tunica, plurimus ſtatim inde fluxit humor; quare etſi viſum prorſus amiſerit, ipſum tamen haud multò poſt ritè curata recepit, tanta enim ineſt vis tenellæ illi ætati, ut hunc ipſum oculi humorem (quod ſæpè accidit) in integrum reficere poſſit. *Antonius Benevenius, cap.* 74. *lib. De abditis Morborum & Sanationum cauſis.*

Quindecim annorum adoleſcentem cum Domino *Iohanne Griffonio* Chirurgo præſtantiſſimo curavi, cui acus ſutoria perforaverat adnatam membranam prope iridem: hinc factum, ut humor aqueus ſtatim effluxerit, & adoleſcens illico viſum planè amiſerit. Oculo impoſuimus

in primo apparatu albumen ovi cum aqua roſac. & nonnihil croci: fronti autem defenſivum ex bol. armen. terra ſigill. cum oleo roſac. paucaque cera & aceto in formam unguenti redactum atque injecimus ſtatim enema. Sequenti die catharticum exhibuimus, & amplius, & anodynis ad ſeptimum uſque & amplius vulnus tractavimus. Deinde collyrio ex aqua euphraſ. facch. & tutia præparata cicatricem induximus, hic curatus fuit nullo ſuperveniente ſymptomate: haud multò poſt curationem viſum quoque recepit. Curavi etiam puerum cui infixa ſagitta perforata fuit cornea qua parte conſpicitur iris; effluxit nonnihil humoris aqueis, unde contracta eſt cornea; & puer protinus viſum amiſit. Vulnus curavi ad modum ſupradictum: puer hic quoque non multò poſt viſum recepit. Omnino his ægrotis cryſtallinus humor compunctus non fuit: eſt enim ille humor præcipuum viſus inſtrumentum, ac ſua propria continetur membrana arachnoide; qua dilacerata, amplius humor cryſtallinus officium facere nequit, effluxit autem in his aqueus tantum humor, qui cum ſit excrementum aliquando renaſcitur, præcipuè in pueris. Id autem hic notandum, vulnerata pupilla viſum recipi non poſſe, quamvis humor cryſtallinus ſit illæſus, & aqueus renaſcatur; inevitabilis enim cicatrix impedit, quo minus radii eorum quæ viſui objiciuntur, ad humorem cryſtallinum perveniat. *Guil. Fabritius Hildanus*, *obſerv.* 26. *cent.* 1.

Franciſcus Plazzonus duodecim annorum puero medebatur cui cornea pertuſa, humor aqueus oculi totus affluxerat, Sed intra binos menſes ſponte ſic præparatus fuit, ut oculi uſus ipſi omnino fuerit redditus, ob reliquarum partium conſtitutionem humidam. Idem *Gal. lib.* 1. *De Symptom. Cauſis, cap.* 1. annotavit. *Joh. Rhodius*, *obſerv.* 82. *cent.* 1.

SECTIO UNDECIMA.

Pro Oculi tumore carneo.

IN muliere vetula paupere, tumor in oculi ſiniſtri latere juxta pupillam ante biennium exortus; cum oculi immenſo ardore, & dolore, adeo accrevit ut medium ferè occuparet oculum, prominebatque ad avellanæ majoris magnitudinem, carnem ex rubro nigricantem repræſentans, adeo deformi colore, ut pavorem inſpicientibus incuteret, tandem ſuppuratione facta per dies quatuordecim, ater ex eo effluxit ſanguis, remanente nihilominus carne illa ex atro rubente & nunc vireſcente. Ad me conſilii gratia veniens, juſſi ut pomum putridum applicaret exiguam ſpē ſanationis habens, verùm cum non proficeret, juſſi ut ſumeret cortices granat. pulverizaretque & adderet fol. plantag. rec. eaque ſimul in aq. fabrorum ferrata decoqueret, addendo albumen ovi, ſimulque decoquendo, ſub finem pulv. vitrioli albi ea quantitate, quàm oculus perferre poſſet, hocque cataplaſma noctu oculo imponeret, illiuſque uſum continuaret. Poſt duos menſes reverſa, vidi tumorem media ex parte abſumptum, quapropter in hujus applicationis uſu, pergendum eſſe conſului: quod cum adhuc menſibus duobus feciſſet; tumor omnis præter omnem ſpem evanuit. *Felix Platerus. obſ. lib.* 2. *pag.* 386.

SECTIO DUODECIMA.

Pro Oculi Vulnere.

LItbuanus quidam qui ab omnibus medicis, agyrtis, anubus, veneficis, chymicis, in tota quam obierat *Europa & Aſia* ſecreta ut vocabat prece vel pretio, vel permutatione, plurima collegerat; inter alia gallum gallinaceum, utraque illum manu tenens, mihi obtulit, juſſitque me oculum ſæpius acutiſſimo ſcalpello punctum, interque digitos preſſum, orbitæ cranii reponere: affudit illi liquoris guttas duas, obligatoque capite ciſtæ incluſit; è qua poſt horas octo eduxit utroque oculo ita ſibi ſimili, ut nec ego, qui ſecueram, nec adſtantium ullus, ſectum oculum à ſano poſſet diſtinguere. Succus ille erat is; ut mihi fatebatur, qui in veſicis ulmorum *Majo* menſe invenitur, quinque niſi tum colligatur, in granula quædam rubra vermiformia mutatur. Hanc ego artem ludicram,

cram, nullique unquam profuturam dicens, cùm scire non possemus, an cum oculi externa pulchritudine visus servaretur: Cùm tamen aliquot annis succum hunc coligi curassem, est enim vulneribus sanandis commodus; casu duabus sororibus à prandio coludentibus, junior adultioris linteum fuentis brachium vi elevans; acum in mediam pupillam altè adigit, extemplò, à patre principis consiliario accitus, observo aqueum humorem, & partem vitrei effluxisse: applico oculo tumenti vesicarium ulmi succum sub quartam pomeridianam; jubeo sub mediam noctem linteum ad motum novo liquore imbui, quem Othonnam certius, quàm tot ignotarum herbarum succos nominarent Botanici. Manè testor Deum & Fidem externa sanam offendi, sed illius oculi luminæ captam, etiam nunc vigesimo ferè post anno, nullus excæcatum oculum à vidente, etiam si curiosè indaget, discriminare potest, imò multis annis cum marito orbitatis ejus insciо vixit. *Henricus ab Heers, Observ. 4. lib. 1.*

Ad Oculorum vulnera Beryllum aliqui celebrant, sive illa pupillæ, sive alteri parti inflicta fuerint. Reducitur Berillus contusus & tritus in pollinem exactissimè ut impalpabilis sit. Deinde lentis quantitate pulvis quotidie manè, supino jacente ægro, in oculum, donec sanetur, infunditur, ac præcipitur ut æger immotus aliquandiu supinus permaneat. Si pupilla vulnerata fuerit, etsi commodè sanari non possit, tamen ita emendabitur, ut oculus deformis non fiat. Si læsio extra pupillam fuerit; præclarè sanat Beryllus, quem admodum etiam omne oculorum contusiones. Suaderem contusiones & sugillata, ut infusio fieret aquæ verbasci: Si adjuncta esset inflammatio, aqua rosat. plantag. euphras. vel simili. Si vulnus esset, aqua beton. tormentill. vel plantag. *Anselmus Boetius, lib. 2. De Lap. & Gemmis. cap. 71.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

De Oedemate.

Οἴδημα (in οἰδέω tumeo) tumor est laxus, frigidus, mollis & doloris expers; ad digiti compressionem cedens nec calor nec rubor, sed genuinus vel albidus duntaxat color inest. Duplex est, unum collectum & circumscriptum, quod propriè Oedema nuncupatur; alterum diffusum & expansum, diciturque tumor œdematosus. Ejus causa statuitur pituita: in omnibus partibus excitari potest, sed præcipuè in manibus & pedibus; ut in hydropicis, & cachecticis & phthisicis videre est.

SECTIO UNICA.

Pro Oedemate.

ACcitus ad virum quendam qui crura œdematosa habebat, materia pituitosa commodè præparata & evacuata, hoc topicum applicavi.

℞. Fol. malv. rosmarin. flor. stæch. mont. majoran. flor. chamæm. ivæ an. Mß. sal. nitri. Salis gemm. alumin. an. ℥ii. bulliant in s. q. aqu. cineris sive lixivii, ad tertiæ partis consumptionem. Colatura manè & vesperi œdemata fomententur, sed & alteri, cui crura maximè œdematosa erant, hanc lotionem fieri mandavi.

℞. Aquæ cineris ℔xx. flor. chamæm. rad. ebuli, an. M. i. sal. communis, ℔ß. aceti opt. ℥iv. M. & bulliant usque ad consumptionem medietatis: colatura usui servetur. Aliis etiam sæpius commode sequens præscripsi.

℞. Aq. mar. ℔xx. aceti opt. ℔ii. bulliant usque ad consumptionem quartæ partis. Deinde ipsa dicto usui servetur. Quod si æger noster istis remediis non fuisset curatus, perveniissem ad extremum illud remedium quod Præceptor meus *Benedictus Faventinus* præscribit, & est cauterizare membra affecta cum actuali cauterio in pluribus locis: ipso enim non solùm extrahetur aquositas pituitosa talem progignens affectionem, verùm etiam membra exonerata confortabuntur, ut inde nutrimentum melius concoquere valeant & superfluum secernere. Aliquando etiam apponit ille parti affectæ emplastrum vesicans. *Petrus Forestus, observ. 1. lib. 3. Observ. Chirurg.*

Victu exsiccante & ad calidum vergente

præscripto, materiam pituitosam commodè præparavimus, mox & purgavimus cum polipod. agar. turpetho, & id genus aliis. Tandem ad localia devenimus juxta *Avic.* qui incipit curationem è frictione cum aspero panno, ponitque exsiccantia super apostema, ut spongia novam adhuc retinentem virtutem aquæ marinæ, infusam aceto aquæ commixto, idque œli. dè: in ea enim spongia teste *Avic.* & *Gal. 2. ad Glauconem*, virtus inest exsiccativa & resolutiva, hæc autem à principio fiunt, in augmento adduntur fortiora resolutiva, ut spongia alia nova infusa in lixivio cineris vitis & modico aceto: in declinatione adhuc fortiora adduntur, ut salis gemm. exiguum, nitrum & lixivium cineris sicci & quercus cum alumine & sulphure, & similia. Deligare verò spongiam debes ab inferiore parte incipiens ac supra siniens. Sit autem arctatio mediocris velut in ossis fractura, & primæ quidem injectiones fasciæ, quæ scilicet infernè incipiunt, magis arctandæ, quæ deinceps sunt magis remittendæ; sed ita ut nulla pars deligationis fit laxa, verum cum supradictis non resolveretur, & videretur quod apostema aliquo modo elevabatur, & dolor crescebat, ad maturativa scopum convertimus sic.

℞. Radic alth. lil. alb. cepar. alb. summitat. malv. senecionis & lapath. acuti, an. part. æq. omnia ista involuta stupis madefactis coquantur sub caldario, deinde addantur caric. ping. num. 10. axung. porcin. q. s. fermenti ℥ii. incorporentur & f. cataplasma. Dicit enim *Valescus*, quod res bullitæ in aqua non tantum maturant apostemata frigida, sicut coctæ sub prunis, vel frixæ in patella cum sola pinguedine. Ubi jam maturum videtur apostema, nullo modo tardandum erit, donec sponte aperiatur, quia fortasse nunquam id contingeret: ideo ferro candenti aut causticо aliquo medicamento fiat apertio, qua pus excernatur, aperto apostemate fiat ejus mundificatio, cum mundificativo ex succo apii & melle. Valet etiam unguentum apostol. post verò detersionem & mundificationem curetur ut reliqua ulcera sordida. Cuidam hoc experimento œdema resolutum est, quo *Benedi.* Præceptor meus commodè uti solebat.

℞. Salv. sicc. rosmarin. beton. an. ℥ß. carvi, dauci, anisi, fœnic. an. ℥ii. pulver. omnia subtiliss. & prædictus pulvis superaspergatur spongiæ siccæ ad quantitatem membr. œdematosi, eamque illi super alligabis, & sicmanè & versperi continuando videbis dissolutum œdema. *Petrus Forestus, observ. 2. & schol. lib. 3. Observ. Chirurgica.*

SECTIO XIV.

Pro Opii veneno.

POst vomitum ex oleo, & acrioris clysteris infusionem, detur in potu vice una post aliam vinum decoctionis castorei & piperis nam secundum *Guainerium* hujus Bezoar est ℥i. Castorei cum vino: & ex conferentibus est bibere optimum vinum, & cum nitro & sapone extrema fricare, & cum helleboro albo, seu pipere naribus immisso sternutationem provocare. Sumat etiam ex theriaca optima. Prodest etiam vinum in multa quantitate sumptum, dicunt experimentatores quod hæc confectio sequens sit ejus propria theriaca.

℞. Assæ fœtid. sabin. piper. castor. myrrh. an. q. s. trita conficiantur cum melle; detur cum vino generoso, non permittantur dormire. *Petrus Forestus, schol. observ. 10. lib. 39.*

N. N. Optimæ spei juvenis, felicique ad artes liberales ingenio, ægerrimè ferens, quod egritudo corporis in conformatione tota consistens, vix ulli quam sibi conspicua, pro voto curari non poterat, mœstitiæ solitariæque vitæ jam à longo tempore se totum tradidit. Tandem melancholia, verius pertinacia rationem superante, mori apud se certo decrevit: in quem finem propositi tenax, circa horam decimam diei Mercurii (qui decimus quartus erat mensis Maji 1684.) deglutiit opii crudi grana triginta & unum; suspicione, de veneno assumpto, oborta, circa horam undecimam ad illum advocor. Fassus quidem est ante meum adventum se toxicum hausisse, quod mors ipsi vita longe præferenda videbatur; sed nec minis, nec

nec amicorum conjunctis & ardentibus precibus obtineri poterat, ut quonam usus esset veneno propalaret. Post tres tandem ab opio assumpto horas; confessus est, sed ægre, tum quid, tum quantum ceperit. Emeticum statim propinavi ex ℥iß. infus. croci metallorum, quod nonnisi ob minas intentatas coactus ebibit: Multa ad gustum amara & sæpius evomuit, & ut ipse mihi fatebatur, plurima etiam opii frustula. Circa tertiam pomeridianam, & deinceps in somnum valde propensus erat, sed quod somnum omni arte arcendum edixerim, id unice curabant assistentes ne obreperet, ad loquendum continuo invitando, corpusque stimulando. Spiritum cornu cervi ad guttas xv. sæpius exhibui, cum Julapiii cephalici cochl. 2. quod.

℞. Aq. ceras. nigr. pœon. an. ℥iiß. aq. antiepilept. Langii ℥i. spir. lavendul. compos. & aq. theriacal. an. ℥ß. Castor. in nodulo ligati ℥i. syrup. flor. cariophyll. & de pœon. an. ℥v. M. Clysterem item purgantem hora octava injiciendum curavi, qui optime & pluries per inferiora eduxit. Ptarmi cum etiam ex pulvere florum lilii convallium ordinavi. Tantum habuere hæc præsidia (Deo benedicente) successum, ut nondum absolutis ab assumpto veneno 24. horis (quod mirum & valde notandum) ad integram sanitatem redierit.

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Ophthalmia.

OPhthalmia est adnatæ seu albæ oculi tunicæ inflammatio cum rubore, ardore, dolore & lachrymis. Ejus causa proxima est tum sanguis purus, tum humores calidi, acres & vitiosi, sanguini permisti, in oculi tunicam adnatam sese effundentes. Antecedens verò Plethora & cachochymia. Ophthalmia aliquando contagiosa est. Sub hoc affectu continentur Taraxis. Xerophthalmia & Chemosis Taraxis, *i. e.* conturbatio, est oculi levis inflammatio cum exiguo dolore & rubore, quæ ut plurimum à sole, igne, fumo, vento, pulvere & vini potu ortum ducit. Ophthalmia etiam Notha dicitur. Xerophthalmia est inflammatio sicca sine lachrymis, aut materia effatu digna affluente: Oritur ab humore pauco, salso & nitroso. Chemosis vero magna est inflammatio non adnatam solùm tunicam, sed & carneam & palpebras obsidens, ita ut quasi invertuntur, nec claudi possunt, albumque supra oculi nigrum intumescit; pueros hæc magis quàm adultos apprehendit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Ophthalmia bilioſa.

PRæmisso lenitivo, ad humores acres & mordaces contemperandos syrupos incrassantes & infrigidantes hoc modo propinavi.

℞. Aq. solan. plantag. cichor. an. ℥ii. Syrup. de ros. rub. sicc. de nymphæa & papav. an. ℥i. M. F. Julepus pro duabus dosibus. Postea etiam purgavi cum infuso rheo, adjecto syrup. viol. oculis verò candidum ovi liquorem instar aquæ concussum infundebam, hoc enim modo acris fluxio sine offensa eluitur juxta *Gal.* 13. meth. & cum dolor urget, accipiebam aq. albuminis ov. ℥ij. lactis muliebri ℥iii. succi plantag. ℥i. M panni linei duplicati in eo infuso oculis imponebatur, interea & collyrii alb. rhasis ℥ß. modo cum lactæ muliebri soluti, modo cum aq. rosac. oculis instillabam. Fovebam etiam oculos cum decocto fol. malv. viol & sem. fœnugræc. Medicamento illo ex ovi liquore, quo nos usi sumus, veteres magna consideratione utebantur, cum minime mordens sit & glutinosus, & propterea, lenit asperitates omnes quascunque acris fluxio excitat; deinde cum crassus sit & lentus humor constantius quam tenuis & aquosus in loco permanet; cumque absque rosione sit, si modice incalescat, dolorem maximè lenit, *Petrus Forestus, observ. 2. & schol. lib.* 11. *De Morbis Oculorum, &c.*

Mulier quædam de oculi dolore ingenti cum rubore coquerebatur, & palpebræ non solùm inflatæ, sed inflammatæ, rubedine affectæ conspiciebantur, optimo victus ordine instituto post ventris lenitionem

huic vena cephalica in brachio è directo oceli affecti secta fuit: postea etiam cucurbitulas cum scarificatione in parte colli qua jungitur cranio, appositæ fuere: etiam sanguisugæ post aures applicatæ, & medulla panis, simul & pomorum dulcium, cum lacte muliebri & aqua rosa. macerata oculo impositа sunt, atque ovi albumen concussum cum collyrio alb. *Rhasis* quod opium recipiebat, instillatum, pillulas quoque lucis devoravit, & à dolore liberata est. Alteram quoque, cum acerbè ab ophthalmia conflictaretur, pomum coctum cum aqua rosarum & lacte muliebri mixtum cum oculo continuò apposuissemus; deinde collyrium *Rhasis* album cum aqua ros. solutum instillassemus, tandem ab omni dolore liberavimus. *Id. obs.* 5. *l.* 11.

Cum tribus integris mensibus, nempe *Octobri Novembri & Decembri*, constitutis austrina permansisset, multæ inflammationes oculorum cum rubedine, & ophthalmiæ non veræ populariter grassatæ sunt. Omnibus fere purgationes profuere, postea & cucurbitulæ scapulis appositæ cum scarificatione, quibusdam verò propter pruritum & acres humores purgationibus tum cucurbitulis præcedentibus, collyria ex aq. albuminis ovorum cum aqua rosac. egregiè contulerunt. Sed hoc collyrium sequens præ aliis omnibus valdè commodum fuit.

℞. Cerus. lotæ ℥j. amyli ℥vi. gummi tragac. sarcocoll. tut. præp. an. ℥ß. Camphoræ, opii, an. dr. i. aq. rosar. q. s. F. massa usui servanda, atque huius potio exigua dissolvebatur cum aqua ros. ubi usus postulabat, & collyrii instar pluma in oculum affectum stillabatur, præcedentibus tamen purgationibus, infiniti hoc solo remedio convaluere. *Petrus Forestus, obs.* 4. *lib.* 11.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Ophthalmia.

ADfluxiones oculorum valet maximè crocus metallorum in hunc modum.

℞. Croci metall. dr. i. aq. euphrass. ℥iv. crocus tenuissimè pulverizetur ut fiat pulvis impalpabilis, & misce cum prædicta aqua. Deinde corpore supino existente quater in die instillentur intra oculos quatuor guttæ tepidè. *Rodericus à Fonseca, tomo* 1. *consult.* 1. Pro alia ophthalmia.

Aq ros. ℥vi. aloes lotæ, tutiæ præp. an. dr. i. M. F. collyrium, cum linteolo vel spongia foveantur oculi. *Rodericus à Fonseca tomo* 2. *consult.* 55.

℞. Aq. ros. plantag. an. ℥ii. troch. alb. *Rhasis* sine opio dr. iß. tutiæ præp. ℈ii. sarcocoll. nutrit. ℈i. M. F. collyrium. Si dolor simul urgeat, addatur præscripto collyrio emulsio sem. papav. & mucago psyllii, & si adhuc non cedat dolor Rhasis collyrium cum opio usurpandum. *Jo. Zecchius cons.* 69.

Multis frustra tentatis remediis in patre meo ophthalmia detento, sequenti applicatione curatus fuit.

℞. Album. ovi, & cum aluminis frustro tandiu agitetur, donec pultis consistentiam acquirat. Postea linteo subtili involvatur, & oculo clauso palpebræ imponatur sæpe renovando. *Petrus Borellus obs.* 31. *cent.* 1.

Rusticus quidam ophthalmia inveterata laborans, ex medici præscripto, victu refrigerante & aquæ potu longo tempore usus fuerat, sine ullo levamine, tandem ab alio rustico persuasus fuit, ut victum illum refrigerantem desereret, & meri potui indulgeret. Post assumptum primum meri cyatum, se oculis melius habere sensit, & intra paucos dies eodem potu continuato ab Ophthalmia prorsus liberatus est. Idem aliis duobus contigisse mihi relatum est, quod confirmat aphor. *Hippoc.* dolores oculorum interdum meri potione curari: quando scilicet ophthalmia fit à sanguine crasso & pituitoso oculorum tunicis impacto, qui meri usu liquatur; attenuatur & resolvitur. *Lazarus Riverius, observ.* 25. *centur.* 3.

Quidam laborabat à longo tempore inflammatione, quæ tum adnatam, tum utramq; palpebram occupabat; effectus non erat continuus, sed recurrens, post varia usurpata frustra remedia, tandem præscripsi duo cauteria inter duas sca-

ſcapulas geſtanda, nec non cucurbitulam utramq; amplectentem applicandam, urgente nimirum fluxione, quod cum præſtitiſſet, ſani omnino illius oculi evaſere, non parum ad curationem contulit unguentum ſequens, quo in initio uſus fuit, purgato prius corpore, ſectaque vena.

℞. Virid. ægris gr. xii. camphor. & lapid. calamin an. ʒß. tutiæ præp. ʒß. butyr. rec. aq. roſ. lot. ʒii. M. F. Unguentum. *Joh. Marſinus, obſerv. 7.*

Oculorum inflammationem & exinde exortos dolores nullo alio remediorum genere ſedare potuit collega nuper noſter inter primos exſtimandus, quam nivis globulo, quem in horto ambulans applicuit, irruentem enim ad carnem tunicam cruore frigore ſuo nix repellit, & eodem dolorem mitigat. *Thomas Bartholinus, cap. 25. De Nivis uſu.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ophthalmia.

PUella quædam poſt Variolas ophthalmia ex utraque oculo adeò laborabat, ut de viſu periclitaretur. Multa ipſi, ſed fruſtra, præſcripta fuerunt remedia. Ego tandem cum Clariſſimo *D. Manlio* Medicę facultatis in Academia *Colonienſi* Profeſſore primario, ad conſilium vocati, ſetaceum ipſi conſulvimus, & applicavimus, cujus beneficio, & Divino favore, brevi curata fuit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 41. exempl. 2. cent. 1.*

Legantur etiam duo inſequentia exempla; ubi in oculorum Affectibus ulterius oſtenditur ſetacei præſtantia & ſumma utilitas.

Aqua aluminis deſtillata in alembico ſupra cineres, & oculo cum linteis ea madidis admota, inflammationem efficaciter temperat. *Crollius* & reliqui chymici miris laudibus efferunt ſal ſaturni in aqua roſ. diſſolutum, cui etiam ſalis ammoniaci grana aliquot addunt, hujus formula talis eſſe potuerit.

℞. Salis ſaturni gr. xii. ſal. ammoniac. gr. iii. aqua roſ. ʒiii. M. inſtillentur in oculum manè & ſerò, in vulgari uſu habetur aqua ex vitriolo albo, in hunc modum.

℞. Vitriol. alb. ℈i. aq. roſ. vel plantag. ʒiv. vitriolum pulveratum in aqua ad ignem diſſolvatur, coletur aqua per linteum, & in oculos inſtilletur, ſi acrimonia ſua nimium eos vellicet, additione aq. roſ. vel plantag. ad libitum temperabitur, ſequens minoris acrimoniæ particeps eſt, & magis reſolvit.

℞. Rad. ireos flor. & roſ. rubr. an. ℈i. aq. roſ. & plantag. an. ʒiii. bulliant lento igne ad tertias, colaturæ adde vitrioli albi pulver. gr. 8. vel F. collyrium.

Præſtantiſſimum etiam & paucis notum ad diſcutiendas ophthalmias remedium paratur ex oleo, ſeu liquore, qui ex linteis accenſis, & inter duas patinas ſuffocatis elicitur; cujus liquoris gutta una cum ſaliva pueri permiſcetur, & pennæ apice oculis admovetur.

Aqua fœnic. ſola cum vino aſtringente permixta utiliter admovetur pro fotu ad ruboris & inflammationis reliquias diſcutiendas & oculum roborandum, ovum etiam ad duritiem coctum, detracta teſta, & per medium ſectum, calidè oculo admotum ruboris reliquias abſumat, fotus ex decocto hyſſopi ſoli ruboris reliquias etiam efficaciter diſcutit. Ad ophthalmias inveteratas aqua ſequens magnæ eſt efficaciæ.

℞. Aloes opt. & tutiæ præp. an. ʒvi. ſacch. albiſſ. ʒi. aq. roſ. & vini albi non acidi, an. ʒvi. infund. in ampulla vitrea bene clauſa ad ſolem per quadraginta dies, hujus aquæ non colatæ inſtillentur guttæ aliquot in oculum.

Veſicatoria quoque in hoc affectu utiliſſima ſunt, tum poſteriori parti cervicis, tum ponè aures admota, ſed ante omnia ſtatim ab initio vena ſecanda eſt, præmiſſo clyſtere, eaque è directo partis affectæ aperiendæ, ſæpeque iteranda phlebotomia, donec ſufficiens evacuatio & revulſio facta fuerit docetq; *Avicenna* in vera ophthalmia ſanguinem mittendum eſſe uſq; ad leipothyrmiam *Gal.* vero *lib. De curat. per ſang. miſſionem*, refert hiſtoriam cujuſdam œconomi, qui à graviſſima ophthalmia liberatus eſt ſanguine detracto, primùm

ad ℔iij deinde verò poſt quatuor horas ad ℔j. moderanda tamen eſt iſta ſanguinis miſſio, juxta temperamenti, ætatis, ſexus, virium, & ſpeciei ophthalmiæ rationem. *Lazar. River. prax med. l. 2. c. 8.*

Vetula quædam in *Italia* oculos habens lippientes, lacrymantes & ſanioſos cum intenſo dolore, prurigine, cum nullis remediis poſſet curari, tandem raſo capiti emplaſtrum veſicatorium impoſitum eſt, quo præſidio perfectè curata fuit; ut ex arcanis *Gisberti Horſtii* præceptoris mei *Romæ* exaravi, ſi per venas extra calvariam deſcendat fluxio in oculos, poſt univerſalia remedia, cauterium aliqui in temporibus, vel poſt aures applicant, remedia, reſtringentia, & emplaſtra adſtringentia ſupra tempora, & frontem apponunt, prius tamen corpore, & capite repurgatis. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv. 12. l. 11.*

In ophthalmia, & pleriſque oculorum affectibus ſecreta eſt aqua ex fl. cæruleis de chichor. quæ fit hoc modo, collige flores cichor. quando ſol leonis principium obtinet, recentes in vitrum inde, illud replendo, etiam fortiter quantum fieri poteſt comprimendo, poſtea orificium diligenter claude ſubere, vel veſicula quintupla, & circumcirca applica farinam ſubactam, ex qua panis pinſitur, ita ut tres, vel quatuor digitos extet: tandem in clibano pinſe inſtar alterius panis, ſed tantùm maſſa illa eſt ſuper aſſerculum in clibano ponenda (ne rumpatur vitrum) & pro coctione fortiore relinque, donec panis eximantur, proſpice tamen ut hęc maſſa bene cocta ſit exime & exprime, & invenies flores in aquam rubentem & pinguiſculum converſos, hanc deſtilla per alembicum ex B. (aqua hæc niſi deſtillata non ſervatur) & hac in affectibus oculorum tantùm palpebras externè ſingulis diebus bis illine manè & ſerò, albugines, nubeculæ, ungues, ſuffuſiones, caligo, imò ipſa cæcitas mirifice tolluntur. *Io. Hartmanus pract Chymiatr. pag. 100.*

Aqua fragorum imprimis commendatur, quæ ſic fit.

℞. Fragor. rec. ℥ix. facch. alb. ℥iv. M. & per octo dies in B. aquæ tepentis macera; deinde in eodem balneo deſtillentur.

Oleum item flor. cyani, quod hoc modo parantur.

℞. Flor. cyan. cærul. ante ortum ſolis collect. q. v. contundantur in mortario marmoreo. Indantur vitreo, quod bene obturetur, & ad ſalem per integrum menſem ponatur. Hinc ſumatur vitrum, & obvolvatur fermento; ponatur in furnum piſtorium, & cum panibus coquatur. Ita proveniet oleum ſeu liquor quidam, ſummum oculis à calidis fluxionibus & ſalſis humoribus auxilium. *Daniel Sennertus, pract. lib. 1. part. 3. ſect. 2. cap. 12.*

Ad ruboris & inflammationis reliquias auferendas fotus frequens parari poterit.

℞. Fol. euphraſ. puleg. an. M. j. flor. camom. melilot. roſ. rubr. & paleæ avenæ an. p. j. ſem. fœnugræc. ℥iii. ſem. fœnic. ℥j. F. decoctio, addendo ſub finem, parum vini albi, qua foveantur oculi cum pannis lienis, vel ſaccullis prædictis ſimplicibus ſemiplenis. Vel.

℞. Vini albi ℔iij. aqu. roſar. ℔ß. tutiæ præp. ℥iii. cariophyll. pulv. ℥j. camphor. ℥ß. M. omnia in vaſe vitreo bene clauſo, & agitentur per duas horas, ac Soli exponantur, per menſem integrum, ea cautione ut ſingulis diebus ante Solis occaſum ab aere removeantur; nec illi unquam niſi à Sole illuminato exponantur. Huius aquæ per filtrum trajectæ guttas ij. vel iij. in oculum inſtillentur hora ſomni, vel etiam hora una ante exitum è lecto, ruborem oculorum etiam inveteratum tollit, lacrymantes oculos, & fiſtulos ſiccat, omnem ſuperfluam humiditatem circa membranas exteriores abſumit, & viſum acuit. Sequens etiam præſtantiſſima eſt.

℞. Tritici M. ij. ſal. triti M. j. Ponantur in vaſe cupreo, & affundatur vinum album ut materię ſupernatet altitudine duorum digitorum tranverſorum. Tegatur vas & ſimul ſtent in umbra per ſex aut ſeptem dies, donec liquor colorem viridem acquirere incipiat, movendo plures in die cum ſpacula lignea. Liquor tãdem effundatur per inclinationem, & coletur, ſi opus fuerit, per cartam emporeticam. Ejus gutta una inſtillerur in oculum. Ruborem diſcuti fluxionem arcet, oculos abſtergit à maculis omnibuſque ſordibus, & viſum acuit. Aliquan-

quando cum ophtalmia pertinacis fordes quam plurimæ puris inſtar in oculis colliguntur, quæ vix collyriis aliiſque remediis curari poſſunt. Hoc caſu maximè confert goſſipium optimè carptum, aut digitis diſcerptum & ad prunas diligenter exſiccatum, cujus Pauca quantitate inſtar plumaceoli oculi contegantur, faſcia ſuperinducta. Manè goſſipium aufertur dictis fordibus imbutum. Hoc remedio per plures noctes continuato morbus curatur qui aliis remediis non ceſſerat, & præcipue ſuccedit in pueris & infantibus tali morbo laborantibus, *Lazarus Riverius, prax. med. lib. 2. cap. 8.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Oſſiculis & aliis rebus gutturi infixis eximendis.

QUam periculoſa ſit mora in hac re ſatis conſtat; ſubito igitur adhibenda, ut quicquid gutturi infixum eſt quam primum extrahatur, ideoque ſtatim oleum amygd. d. aut olivarum (cave tamen ne ſubſtituas butyrum) in œſophagum infundendum, deinde digito aut penna; aut ſimili aliquo inſtrumentum in os immiſſo vomitus provocandus: hic enim ſæpius ſetum expellit quicquid gutturi inhæret, poſtea ſpeculo oris lingua depreſſa (ſi oſſiculum ſeſe viſui præbeat) roſtro corvino incurvato apprehendendum atq; extrahendum eſt; ſi verò profundius fuerit, nec roſtro apprehendi poſſit, nonnulli ſpongiam novam avellanæ magnitudine, eamque compactam filo longo & forti alligatam & oleo amygd. d. inunctam ægro diglutiendam ſuadent, filum digitis tenente Chirurgo, fieri enim ſic poteſt ut deglutita ægro ſpongia, ſecum ſimul in ventriculum depellat id quod gutturi inhærebat, aut retracta filo eadem ſimul nonnunquam extrahatur vomituvè rejiciatur, ſed nihil præſtantius aut aptius ad extrahenda oſſicula, & ſpinas piſcium è gutture, hoc ſequenti inſtrumento, quo ego fœliciter uſus ſum, tum aliàs, tum præcipue in quodam qui inter cœnandum oſſiculum triangularis figuræ ſed craſſum diglutivit, hoc profundius œſophago inter ultimam vertebram colli, & primam metaphreni ſe adeo inſinuaret, ut id neque deglutire neque rejiceret poſſet, penè ſuffocatus ad me ducitur, ego oleum amygd. d. œſophago ſatis copiosè infundi, & undique exterius collum eodem oleo inunxi, poſtea juſſi ut ei tenerentur manus & caput; ego interim depreſſa prius lingua ſpeculo oris in inſtrumentum inferius deſcribendum in gulam intromiſi uſque ad oſſiculum, ſenſimque & modicè circumducto ex una in alteram partem inſtrumento, donec id paulatim ad latus oſſiculi profundius depulverim, deinde retrahendo oſſiculum ſimul ſuo loco amotum & extractum fuit, & brevi convaluit: deſcripto inſtrumenti eſt hæc, eſt fiſtula argentea aut ænea incurvata craſſitie pennæ oloris, longitudine verò unius pedis cum dimidio aut circiter; eſt & undique perforata in ſua extremitate habent ſpongiolam novam avellanæ magnitudine firmiter alligatam: hac fiſtula in œſophagum immiſſa, & circumducta quemadmodum antea diximus, poſtea extracta, oſſiculum aut quicquid ſimile fuerit extrahimus, ſi enim acidit ut foramem aliquot fiſtulæ oſſiculum aut ſpinam excipiat; tum ſimul cum fiſtula extrahitur, ſin minus aſperitas oſſis ſpongiæ adhærebit: & ſuo loco amovebitur; quod & ego experientia comprobavi, antequam haberem fiſtulam perforatam, non tamen oſſiculum aut ſpina prima vice, dum intromittimus fiſtulam extrahitur, nec propterea ab incepto opere deſiſtendum: aliquoties enim quinquies aut ſexies fiſtulam intromittere coactus fui, donec tandem oſſiculum ſuo loco amotum & extractum, vel (ſi aliter fieri non potuit) in ventriculum depulſum fuerit, quod & periculo vacat, præſtat tamen per os extrahere ſi fieri poſſit, in hac operatione circumſpectè agendum in inſtrumentum in aſperam arteriam loco œſophagi immittatur, quod valde periculoſum eſſet, itaque ut Chirurgus harum partium anotomiam ſciat neceſſe eſt; incumbit autem œſophagus vertebris colli, aſpera vero arteria arteriorem partem occupat, itaq; quàm primùm Chirurgus linguam ſpeculo depreſſerit, extremitatem inſtrumenti ſui ubi ſpongia (quæ

oleo

oleo oliv. vel amygd. d. prius inungenda) alligata est, vertebris imponat, ac leviter leniterque deorsum immittat, sic enim ratione spongiæ instrumento alligatæ epiglotis (h. e. operculum laryngis) deprimitur, & aspera arteria clauditur, usque dum instrumentum immissum sit profundius, si in asperam arteriam quidpiam illapsum fuerit, sternutatorium admovendum est naribus, & accidis & tussim provocantibus, contra opinionem quorundam omnino abstinendum; tussis enim sua sponte satis accidit, acida verò, œsophagam & asperam arteriam coarctant, constringunt, & angustiora efficiunt, quapropter continuò ore teneat syrup. de liquir. de polytrich. & viol. aut (quod ego expertus sum) oleum amygdal. d. saccharo ad partes æquales commistum; post extractionem ossis, guttur sæpe abluendum est decocto hord. aut aq. plantag. cum melle rosac. & diamorone, si dolor adsit, fumatter aut quater interdiu cochl. j. olei amygd. d. exterius etiam inungendum est collum oleo rosac. & myrtino, antequam verò ego prædictum instrumentum ex *D. Gualtero Ryffio* ejus inventore mutuatus essem, cathetere quo utimur in affectibus vesicæ (cui spongiam annexi) cum successu usus sum: si catheter quoque ad manus non fuerit, filo ferreo nonnihil incurvato spongiolam firmiter annecte & utere hæc in eum finem scribo, ne Chirurgus propter penuriam instrumenti operationem (quæ moram non admittit) procrastinet. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 36. cent. 1.*

SECTIO XVII.

Pro Ossis tutela.

ABradendum est os si superficie tenus à natura sua degnerabit, ac ireos Pulvis ossi imponendus: nihil enim æque ac solitarius hic pulvis solet os ab omni putredine tueri. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 69. sect. 7.*

SECTIO XVIII.

De Ozæna.

OZæna (in Ms. oleo) ulcus est narium vetustum putridum & graveolens, causa est humor acris, & interdum, ut in lue venerea, malignus, oritur etiam aliquando à suffumigiis è mercurio & cinnabrio incautè adhibitis: dignoscitur ex effluente sanie & crustis decidentibus; laborans præterea non solum ipse sibi graveolet, sed & astantibus tetri spiritus contagione molestus est.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Ozæna.

QUod si asini lotium naribus trahere placebit, minime damno: quod arcanam vim contra narium fœtorem habere sit à plerisque existimatum. *Hier. Mercur. tomo 1. consult. 69.*

In ulceribus narium post sufficientem detersionem; nihil efficacius inveni suffumigio, quod partes illas profundas attingit & siccat, parandum autem ex potentissimè resiccantibus hoc modo.

℞. Ladan. puri hypocist. mastich. myrrh. an. ℥iii. styrac. rubr. & calamit. cortic. thuris, sandarach. auripigmenti, an. ℥ii. excipiantur omnia terebinth. & fiant trochisci, quibus suffiatur æger serò & manè in cubiculo, optimum est etiam parare candelas ex cera rubra, nam fuligo talis candelæ plurimum juvat exsiccationes; maximè si contineatur in cubiculo, bene clauso & angusto, quod autem fuligo recipiatur, experimur, cum diutius in studio moram trahimus noctu, nam postea sputum & excrementa narium fuligine illa denigrata redduntur, hac ratione nos ulcus curavimus, quod neque ab *Italis* neque à *Gallis* Medicis curari potuerat. *Guil. Rondeletius, practic. lib. 1. cap. 65.*

Præstans est aqua viridis mihi usitata, quæ non tantum in Ozænis, sed in omnibus ulceribus fœtidis Narium, Palati, Uvulæ, Gingivarum, & Linguæ mirificè valet. Estque talis.

℞. Mell. rosat. ℥ii. sulph. vivi, alum. crudi,

di, ærug. æris, an. ʒi. albi græci, comar. sabinæ, an. ʒß. sambuci ʒi. fol. hyperici, roriſmar. rutæ, plantag. salv. puleg. an. M. ß. hæc coq. in vini & aq. ℔ii. ad consumptionem unius digiti transversi (in Aphthis puerorum temperetur aqua tabacci & solani, an. secus acrior est) nota; ærugo æris non simul coquatur, sed in fine addatur, & relinquatur donec refrixerit, postea coletur & usui servetur: hujus cochleas calefiat supra candelam, postea cum penicillo eadem aqua intincto tangatur locus exulceratus: in fœtidis ulceribus palati, faucium uvulæ immittatur aqua hæc cum stupis: mirabiliter non tantùm mundificat, sed insuper etiam consolidat imprimis ulcera palati & faucium ex lue venerea orta: mirabilis quoq; est scorbuto oris. *Joh. Hartmanus*, pract. Chimiatr. *pag.* 110.

℞. Succi geranii, solani, sempervivi, an. part. aq. lythargyr. auri, plumbi usti, lap. calam. cerus. an. ʒii. indantur in mortarium, affuso cochl. j. ol. rosac. & succi superioris alternatim probe agitando donec in unguentum coeat: sic habebis in Ozæna etiam malignitatem spirante, unguentum pretiosum, turundæ eo illitæ naribus indantur. *Guil. Fabritius Hildanus*, *observ.* 22. *cent.* 2.

Pro ozæna gravissima cum ossis palati erosione. Præmissis purgatione & venæsectione, naribus sequens medicamentum tum siphone injeci, tum filamentis in eodem imbutis imposui.

℞. Sem. cydon contus. ʒi. aq. plantag. ros. & ranar. an. ʒii. Maneant in infuso per horas aliquot & in loco calido. Expressioni mucilaginosæ add. mellis ros. ʒi. pulv. corall. cornu cervi usti lap. calamin. tutiæ præp. nihili an. ʒi. M. Pro majore diversione catarrhi, setaceum ad tertiam colli vertebram adhibui. Naso extrinsecus, ad humores repellendos partemque affectam corroborandam, de sequenti applicui decocto.

℞. Fol. & flor. beton. rosmar. ros. rubr. equiseti, plantag. summit. rubi, fol. salicis an. M. j. Coq. in vino rubro ad consumptionem tertiæ partis, colaturæ addatur modicum aceti. In hoc decocto linteamenta aliquoties reduplicata & madefacta applicentur, eaque. sæpius iterentur. Ab usu hujus decocti tumor nasi extrinsecus paulatim subsidit; ulceri verò palati sequens linimentum imposui.

℞. Rad. angelic. aristol. rot. irid. flor. cariophyllat. lign. guajac. an. ʒß. cinnam. ʒii. M. f. pulvis subtilissimus, cujus parùm in vase vitreo misceatur cum melle rosac. & ulceri palati cum penicillo indatur. Osseculum deinde per os excrevit, & post duos dies aliud magnum corrosum & fœtidum per nares emunxit, Dehinc ulcus in palato indies auctum, interstitium quin etiam nasi penitùs erosum ex quo in naso tanta cavitas relicta fuit, ut aliquando tredecim, imò usque ad quindecim turundas satis magna sequenti unguento illitas indere opus esset.

℞. Succi geranii, succi solani, sempervivi, an. part. aq. lithargyri auri, plumbi usti, lap. calamin. cerus. an. ʒii. Indantur in mortarium; quibus primò cochleare plenum olei ros. affunde, & postquam aliquantùm pistillo agitaveris omniaque probè commiscueris, cochleare plenum ex suprà scriptis succis admisce; quibus item probè agitatis & commixtis mox iterum affunde olei parùm & agita. Idque tamdiu alternatim & continuò agitando facito, donec ad ʒiv. ol. rosac. & tantundem præscriptorum succorum impenderis. Sic habebis unguentum pretiosum in ejusmodi ulceribus, quæ aliquid malignitatis sapiunt. *Fabritius Hildanus*, *cent.* 2. *observ.* 22.

Præmissis universalibus, sequentia usurpanda sunt.

℞. Hord. integr. p. i. fol. agrimon. plantag. absinth. & cent. min. an. M. i. ros. rubr. p. ß. Coq. in aqua ferrata, in colat. diss. olv. mel. ros. ʒiv. ferrhinum naribus frequenter attrahendum. Post aliquam detersionem, sequens decoctum in usum vocetur.

℞. Balaust. & cortic. granat. an. ʒii. fol. plantag. caud. equin. pilosell. & herniar. an. M. i. rad. bistort. ʒi. alumin. crud. ʒiß. f. dec. Aqua aluminosa ad idem etiam est efficax, ut & unguentum *Ægiptiacum* in aqua hordei dissolutum. Si hæc non sufficiant, abluatur ulcus aqua sublimata bis, ter quaterve in die: secat enim, egre-

egregiè, & citra ullum morſum detergit. Illius præparatio talis eſt.

℞. Aq. plantag. ℥iv. ſublimati crudi pulv. gr. xii. Bulliant in phiala vitrea ad mediæ partis conſumptionem. Poteſt augeri vel minui ſublimati quantitas, prout fortius vel debilius medicamentum efficere volueris. Ulcere probè deterſo, ad illius exſiccationem veniendum eſt, cui rei conferet pulvis roſ. rubr. exſufflatus. *Lazarus Riverius, Prax. Med. lib. 4. cap. 1.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS QUARTUS.

De Affectibus à littera P *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Palpebrarum ſcabie.

PRæmiſſa purgatione, & cucurbitulis cum ſcarificatione ſcapulis admotis, juſſit ut aq. roſ aloe exigua immixta, collyrii inſtar, palpebras ſæpius obliniret; ſi neque juvaret, ut myrrham cum lacte muliebri miſceret, quo palpebra inungeret: ſed & hoc linimento ad pruritum palpebrarum & ruborem commodè ſæpè uſi ſumus.

℞. Cadmiæ lotæ in aq. roſ. ℥ß. ſang. drac. ℥ii. virid. æris ℈i. Aloes hepat. ℥iii. (fortè ℥iii) F. pulvis ut alkool. adde ol. communis ℥iii. laridi ſine ſale ℥ii. incorporentur omnia: poſtea adde camphor. ſubtiliſſ. pulv. F. unguentum. Amicus quidam noſter cum palpebras inferiores rubras & exulceratas haberet, ſequens illi linimentum paravi ex unguento roſ. pauca adjecta tutia præpar. quo, cum petiis lineis ad hoc aptatis appoſito, unica nocte (quod mirabile fuit) ab illa moleſtia liberatus eſt. *Petrus Foreſtus, obſ. 42. lib. 11. De morbis oculorum & palpebrarum.*

SECTIO SECUNDA.

De Panno.

PAnnus ſeu *Zebel Arabum*, ex excreſcentia quædam ſupra adnatam tunicam, non ita dura nec membranoſa ut unguis, ſed mollior & veluti quædam venularum textura ſanguine turgentium: oritur a ſanguine venulis adnatę impacto, eaſdemque turgefaciente, eandem ferè pterygio ſeu ungue curationem obtinet, & inter utrumque maxima intercedit affinitas: in hoc tamen differunt quod in pterygio excreſcentia eſt membranoſa, non totum oculum, ſed partem ejus, unguis forma cooperiens, in panno verò totus obtegitur oculus.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Panno.

ADdam collyrium quo quidam fuit curatus à panno totam coniunctivam cooperiente cum carnoſitate ſatis craſſa, ut aſpectu abominabile idem malum fuerit.

℞. Lapid. hæmatit. ℥ij. vitrioli alb. virid. æris uſtor. an. ℥iij. myrrh. croci, an. ℥j. piper. long ℥ß. ſacch. cand. ℥ß. pulver. ſubtiliſſ. ut alkool & cribentur, ac pyxide ad uſum reponantur, de iſto pulv. ℥j. accipiatur, & diſſol. in ℥j. vel ℥ij. aq. raphan. & applicetur bis terve in die, prout æger tolerare poſſit ad momentum vel tempus exiguum, ſi remedis non curatur ad opus chirurgicam deveniendum eſt. *Petrus Foreſt. ſchol. obſ. 6. l. 11*

SE-

SECTIO TERTIA.

Pro Papillis absconditis & latentibus.

PHialam vitream (ut *Amatus* jubet cent. 5.) oris non admodum latam circumferentiam habentem, ferventi aqua impleri jubemus; ac illicò ab ea aquam totam deponi, cujus phialæ sic calentis os ad papillam admovemus (mirum in modum attrahit) qua attractione papillæ formatę manent, quamvis hujus phialæ attractio prius dolorem pariat, facilè temen illum contęmnunt mulieres, cum tantum inde juvamentum se consecutas videant. *Petrus Forestus, schol. observ.* 25. *lib.* 57. *De cordis & mamillarum affectibus.*

SECTIO QVARTA.

Pro Papillarum fissuris.

PApillæ aliquando finduntur vel ulcerantur, ut puerperæ & nutrices pueros præingenti dolore sugere non permittant. Mulieris cujusdam papillarum fissuras habentis oleo lil. in quo pulvis tutiæ immixtus esset, papillæ inunctæ sunt, insperso deinde pulvere tutiæ exiguo, & superimposito folio viol. viridi, ne camisia adhæreret; quibus præsidiis sana facta est, uxori fratris mei axungia canina inuncta sola profuit, & anno sequenti etiam pomatum album: sed in alia usus sum fœlicitèr unguento ex pulv. tutiæ lotæ in aq. ros. & unguento rosac. simul mixtis. Quidam solo saccharo papillis insperso uxorem suam curavit superimposita argentea capsula ad papillæ formam elevata ne camisiæ adhæreret, saccharum enim vim abstergendi & mundificandi habet; ideo ulcera levia ac vulnera minuta nequaquam effatu digna, curat; hic etiam vulnera in manu leviter cultello incisa solo sacch. insperso curabat. *Amatus* ad papillarum dolores & fissuras hoc unguentum commendat. *cent.* 6. *curat.* 38.

℞. Unguenti popul. unguenti de plumbo an. ℥j. opii thebaic, gr. v. M. F. unguentum, & eo inunge papillas: quas cum puero lac dare voluerit mulier vino diluto lavet, & postea iteret: est sanè remedium hoc certum & indubitatum. *Petrus Forestus, obs.* 28. *& schol. lib.* 17.

SECTIO QUINTA.

De Paralysi.

Παράλυσις (à παραλύσθαι, i. e. resolvi) est motus & quandoque sensus in parte una vel pluribus abolitio, ob denegatum spirituum animalium influxum, causæ sunt illæ omnes: quæ spirituum influxum in nervos musculosos impedire possunt; ut sunt humores pituitosi, & etiam bilioši, vapores item narcotici, ut in paralisi scorbutica & in aurifabris & speculorum artificibus, à contactu hydrargyri: præcisio etiam nervorum, luxatio vertebræ & aliorum articulorum, nervos comprimendo paralisin inducere solent: causæ procatarcticæ sunt aeris & aquæ frigus, medicamenta & vina narcotica, somnus in loco humido, vel ædibus calce recens obductis, mora sub radiis lunę, crapula & ebrietas, venus nimia, casus ab alto, capitis vel cervicis percussio: alia est quæ omnes, excepto capite, partes obsidet, & παραπληγία dicitur, alia rursus dimidium duntaxat corporis, & ἡμιπληγία nominatur: alia denique unicam tantùm partem occupat paralysis particularis dicta: ad partem affectam dignoscendam, requiritur anatomica nervorum cognitio.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Paralysi.

FAmulo *Zythepsæ* alioqui seni ex debili apoplexia paralytico hæc sequentia adhibuimus remedia: imprimis cum sanguinis copia cùm multa pituita commisceretur, & facies rubicunda esset viribus utcunque constantibus ex brachio dextro sano (nam siniștrum & crus paralisi affectum erat) minutionem sanguinis moderatam fieri jussimus, ne corpus calore destitueretur. Nullum enim aptius est remedium circa principium teste *Ætio*, si nihil sit quod prohibeat, quàm venæ sectio à partibus sanioribus; sed moderata, ut idem consulit,

ne.

ne refrigerentur ægri: ubi verò paralysis semsim genita est, & jam dudum facta venæsectio non ita convenit: deinde clystere immisso, humorem infestum decocto sequenti concoximus.

℞. Fol. hyssopi, salviæ majoran. herbæ paralysis, ivæ arteticæ fol. lauri, an. M. j. F. omnium decoctio, in colat ℔i. adde syrup. de prassio, hyssopi, è stæchade an. ℥i. M. pro tribus dosibus matutinis interea jussi, ut hoc melicrato uteretur ad aliquot dies loco cerevisiæ: pro potu.

℞. Hyssop. M. iv. salv. rorismar. an. M. ii. coq. in aqu. pro ℔iß. addatur mellis q. s. F. melicratum pro potu: mox exundantiam materiæ minuebam his pilulis.

℞. Pilul. hier. alephang. agar. troch. an. ℈i. cum aq. salviæ, F. pilul. v. Hic autem & cassiam, & mannam, serum lactis, & syrup. ex infus. ros. utpote minus efficacia fugere oportet, quamvis non debeamus statim uti validis admotum purgantibus medicamentis in principio, postea hac pilulas præscripsi.

℞. Pil fœtid. coch. an. ℈i. turbith. el. & castor. an. ℈ß. troch. alhand. gr. iv. cum aqu. salv. F. pil vii. Sumantur sub ingressum lecti. Corpore prius satis repurgato, deinde, iis quæ à capite propriè materiam deducunt usus sum sic.

℞. Nuc. mosch. pyrethr. pip. alb. an. ℥i hissopi ℥ß. uvar. pass. ℥i. cum melle adiecta mastiche. F. pastilli mansiles, seu masticatorium & succis betæ, majoran. rutæ, brassicæ; cum melle despumato naribus attractis, fiebant errhina, Postea utebar conditis ex rad. acori, pæon. conserv. anth. salviæ, mithridatio, theriaca, diamoscho, & diacastoreo valde exiguo, adjectis. Sumat etiam in diluculo theriac. ℥i cum vino ad sudorem eliciendum. Ultimò ad topica veniendo, nucham & membra paralytica, prius confricata panno aspero unguento aregon. martiat. oleo costino, nardino, & felino inungere mandavimus, ita conficitur oleum felinum.

℞. Præpinguem felem in culina saginatum, quem detracta pelle exenterato & projectis interaneis, capiteque truncato totam noctem in aqua vitæ mersum finito, manè totam cavitatem foliis laurinis, salv. ruta; lavendula, roremarino, infarcito: in ipsam præterea carnem laridum defigito, insertis quoque affatim cariophyllis; in veru lento igne torreto, quod destillat pro commodissimo linimento usurpamus; & membrum affectum deinde diligenter pellibus vulpinis aut felinis involuimus, hisce remediis tum hic tum alii multi convaluere; etiam in quibusdam paraliticis commodè utens dec. guajaci, adjectis herbis nervos roborantibus, ut est herba paralysis, iva arthetica, betonica, lavendula, rosmarinus: nonnulli jubentes, ubi alia remedia non satis conferunt, ut thermas sulphureas, aut aluminosas accederent. *Augustus* (attestante *Svetonio*) quoties nervorum causa marinis. Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens lineo solio manus ac pedes alternatim jactaret. Solium adornetur ex decocto vulpis vivæ, sulph. salis, salviæ, ebuli, menthæ, artemisiæ, lauri, & similibus. Vulpes viva aut mortua in decocta; discutiendi vim oleo conciliat, adeo ut humores alte fixos in cutem extrahat. Nos caniculos vivos in oleo aliquando in partes discussos decoximus, & ad paralyticum, post universalia remedia uriliter usi sumus. *Petrus Forestus, observ. 82. lib. 10. De Cerebri Morbis.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Paralysi.

PRæmissis universalibus, ad sudoris provocationem utatur decocto rad. bardanæ sudorem enim egregie novet. *Bettus*, cum agerem *Bononiæ* in *Italia*, hac sequenti inunctione in paralyticis commodè utebatur.

℞. Lumbric. terrestr. lotor. in aqua (melius in aqu. vitæ) & in furno exsiccator. & pulverizat. ℔i. pulv. zinzib. galang. an. ℥ß. confice cum oleo lil. vel costino. Est mirabile per eundem expertum. *Petrus Forestus, observ. 82. lib. 10.*

Post universalia remedia alienum non erit membra affecta inungere cum pinguedine ex catellis rufis ad ossium separatio-

tionen coctis in aqua collecta post refrigerationem: ea enim pinguedine fœliciſſime uſus ſum in Præcetore *Leidano*, qui ex colico dolore inciderat in reſolutionem pedum. Valet etiam decoctum ligni & ſalſæparillæ, quo nos etiam fœliciter uſi ſumus in Mercatore. *Idem Schol. obſ.* 85. *lib.* 10.

℞. Pulv. pyreth. ʒi. bulliant cum ℔i. olei oliv. ad tertię partis conſumptionem. Cum iſto oleo calido læſa membra quater aut ſaltem ter in die ungatur: magnificè confert.

℞. Rad. pœon. hermodactyl. artanitæ, rutæ, an. ℈i. coq. in duabus ſitulis aq. marinæ ad conſumptionem tertiæ partis: ut fiat fotus quo benè calido cum ſpongia foveantur partes ſtupidæ ante unctionem. *Bortholomæus Montagnana, conſ.* 48.

Frequens illinitio facta ſuper membrum affectum cum theriaca diateſſaron eſt de meis expertis. *Barthol. Montagnana, conſ.* 244.

Pro paralyſi trium digitorum manus fiant inunctiones in cervice ex oleo terebinth. bis in die manè & ſerò, & iiſdem utatur ad digitos læſos. *Rodericus à Fonſeca, tomo* 1. *conſul.* 82.

Inungantur partes: affectæ per menſem unguento de bdellio quo nullum præſtantius aliud pro hac complenda operatione conperitur, ita fit.

℞. Bdell. ʒvi. Euphorb. ʒß. Caſtor. ʒ. iii. Sagapeni ʒß. Ceræ ʒxv. Oleo Sambuc. ʒx. Bdellium & ſagapenum diſſolvantur in aq. rutæ agreſt. deinde addantur cætera, & fiat unguentum S. A. *Amat. Luſitanus, cur.* 22. *cent.* 4.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Paralyſi.

SAcrificus quidam ſeptuagenarius ſenex optimi habitus & magnarum virium, ſed vino generoſo nimium ſe implere ſolitus derepente ſub noctis medium cum oris tortura in dextræ partis reſolutionem incidit, cruræ dextro; ac itidem brachio reſolutis, ad hunc vocatus, ſtatim hunc clyſterem injiciendum curavi.

℞. Fol. malv. biſmalv. viol. bliti mercurial. branc. urſin. an. M. i. fol. hyſſop. cent. min. & ſalv. an. Mß. agar. in petia rara ligati ʒiii. ſem. aniſ. aneth. carvi, rutæ, an ʒii. Polipod. q. conquaſſ. ʒi. flor. ſtæch. & anthos, an. p. i. furfur. macri, p. ii. F. omnium decoctio in colat. ℔i. diſſolv. catholic. ʒi. elect. Indi maj. ʒß. ol. rutæ & aneth. an. ʒii. mell. anthos ʒi. ſalis gemm. ℈ii. M. F. clyſter: quo injecto, mira aquoſæ & ſpumoſę pituitę copia educta eſt: tum verò ipſo die, poſt duas ab accepto clyſtere horas è media ſiniſtri brachii vena ſanguinem ad revulſionem detraho, idque moderatè ad ʒiv. tantum: (erat enim licet ſenex, ſanguine plenus) miſſo ſanguine & uno die ægro quieſcere juſſo, altero poſt die pilulas has leves devorandas propino.

℞. Pilul. aſajeret & cocciar. an. ʒß. agar. troch. ℈i. maſtich. diagrid. an gr. j. M. & cum aq. ſalv. F. pilul. vii. capiat tribus hor. poſt levem cœnam. Poſtea ſequens apozema nervos calefaciens & pituitam attenuans ſumere juſſi, octo totis continuatis diebus, & mox à ſyrupo elect. diamoſchi tabellam devorandam dabam.

℞. Rad. pœon. maris ʒi. rad acori veri, galang. enulæ camp. an. ʒß. ſummitat. hyſſop. ſalv. majoran. prim. veris, chamædr. chamæpit. an. M. ß. cubeb. & ſeſel an. ʒii. bacc. juniperi ʒiii. liquirit. raſ. & contuſ. ʒß. raſ. lign. ſanct. ʒiv. infund. rad. & lignum in aq. & vino albo & ſenſim lento igne decoq. Poſtea additis herbis & ſenibus. F. decoctio, addendo in fine flor. ſalv. ſtæchad. anthos & bugl. an. p. i. colat. add. ſyrup. capill. veneris, mell. roſat. mell. anthos, an. ʒiv. ſacch. q. ſ. ut fiat ſyrupus clarificatus & aromatizatus cum cinnam. el. ʒiii. nuc. moſch. ʒiß. pro quatuor aut ſex matutinis. Syrupus hic ſudorem movebat, quem ego naturæ motum adjuvans, ſtragulis bene cooperto ægro promovebam. Finito ſyrupo, & coctione jam in lotio apparente, pilulas ſequentes dedi.

℞. pil. coch. & fœtid. an. ℈ii troch. alhand. & maſtich. an. gr. ij. cum aq. ſalviæ, F. pil. ix. in craſtinum pilul. quæ fœliciter operatæ ſunt conſervam anthos cum mithridatio in aurora dedi, quinque poſt ho-

horis ægro abſtinere juſſo. Poſtea opiatam talem confeci, qua alternis diebus utebatur ad quantitatem caſtaneæ magnæ, aqua ſalviæ deſuper epota.

℞. Conſerv. anth. & ſtechad. an. ʒiß. Conſerv. acori ʒi. Conſ. ſalviæ ʒß. Zinzib. conquaſſ. ʒiii. pulver. diamoſch. d. ʒi. mithrid. el. ʒii. pulv. nuc. moſch. ʒi. ſemin. pœoniæ & gran. juniperi, ana ℈ii. cerebri leporin. aſſati ʒi. M. & cum oxymel. ſcillit. F. in modum opiatæ capiat ut dictum. Mirificè ſe ab hac juvari æger. teſtabatur, quod, ut affirmabat, calorem infundi membris jucundum ab hoc medicamento ſentiebat, à quo maximè juvabatur. Ad topica deindè me converti, ubi prius errhinis uti ægrum juſſi ex decocto ſampſuchi & betæ nigræ cum agarico, & momento gingiberis; addita in colatura ſucci anagallidis flore purpureo ʒi. primùm loca affecta & nervorum radices circa dorſi ſpinam inungi juſſi ſequentibus oleis, ut à leviori bus inchoarem, ut fieri ſanè debet.

℞. Ol. chamæm. lil. albor. an. ʒii. ol. cheirini & laurini, an. ʒi. M. inungatur iis calidè tota dorſi ſpina, Deinde hac efficaciore uſus ſum unctione, cujus uſu plenè fuit hic vir Dei adjutorio liberatus.

℞. Salv. majoranæ, lauri, beton. roriſmar. primul. veris, an. M. i. rad. acori veri, ireos rec. an. ʒiii. ol. vulpin. de nuce indica, & rutac. an. ℔i. ol. terebinth. ℔ß. vini potentiſſimi ℔i. aq. vitæ ℔ß. coq. ſimul ad vini conſumptionem & colentur; colat. adde ſagapeni, opoponac. bdell. an. ʒii. Caſtor. ʒß. macis, nuc. moſch. ſtyr. calam. benjoin. an. ʒiii. piper. long. pyrethr. an. ʒi. axungia cati pinguioris, axungia ſerpentis, anſer. an. ʒi. propol. ceræ ʒ. ii. medull. cruris vaccæ ʒii. ſuccor. ebuli, ſalv. & meliſſ. an. ʒiv. M. & cum cera q. ſ. in præfatis olei liquata reducantur omnia ad formam unguenti mediocris conſiſtentiæ, quo univerſam dorſi ſpinam inungi calidè jubebam; deſuper admotis lanis mollibus fumigatis ſequenti ſuffitu ad exſiccandum.

℞. Thur. maſtich. gummi juniperi, an. ʒiß. gummi hederæ & nigellæ torrefactor. an. ʒi. Benjoin. ſtyrac. cal. an. ʒß. Coriandr. macis nuc. moſch. an. ʒi. flor. anth. ſtæchad. an. p. i. ſuffimigium omnibus groſſo modo contuſis quo lanæ plurimùm ſuffiantur, & calidè ſpinę admoveantur poſt unctionem: ab hac unctione motum brachio & cruri affectis reſtitutum fuiſſe inducta ſanitas fidem indubiam fecit. Mox enim ubi dies totos viginti unctione uſus fuiſſet, aſſumptis interea uſualibus pilulis, & confectione ſupraſcripta, optimaque victus ratione ſervata, integrę valetudini, recuperato ſenſu, & motu reſtitutus eſt; quod ego profectò pro miraculo habeo, cum ſit ægritudo ipſa ſuaptè natura fermè incurabilis, & fuerit æger ſeptuagenarius: quod ergo in tanta ætate convaluerit à tanto morbo æger hic, id Dei immenſæ potentiæ adſcribendum; qui ſit benedictus in ſecula. *Franciſcus Valeriola, obſerv. 4. lib. 4.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Paralyſi.

PRæmiſſis præmittendis, cervix & articuli brachiorum quotidie calidè inungantur ſequenti ungueuto.

℞. Unguenti martiati aregon. an. ʒi. ol. vulpin. de piper de euphorb. an. ʒß. pingued. lepooris ʒi. vini malvatici ʒii. M. coque ad vini conſumptionem, ac fiat unguentum. *Abraham Seilerus, conſil. 6. conſil. Cratonis* & aliorum à *Scholtzio* editorum.

Recens quidam ſcriptor vehementem iracundiam paralytico ſalutem aliquando attuliſſe ſcribit; quod de *Tito Veſpeſiani* filio memoriæ proditum eſt. Valde nocet gravis & attenta cogitatio, animique triſtitia. Utilis eſt vomitus, qui hoc modo provocetur, perforetur raphanus, in cujus foraminibus inſerantur fruſtella hellebori albi; ac ſic ſub terra deſoſſus, lateat dies aliquot; deinde abjiciatur helleborus, lavetur, contundatur, ac de ſucco ſumat ægrotus. Unus è practicis poſt evacuationes ſtufas ſiccas adhibendas ſuadet, poſt quas theriacam dari jubet, idque compluribus diebus. Alius quod mihi quidem maximè ad rem facere videtur, conſulit, ut à ſtufa exeunti collum fricetur, nec non ſpinalis medula, vel iridis radice recenti atque inciſa, vel cæpa lilii, donec pars

ea

ea fricando rubescat, deinde verò longa spongia foveatur. Spongia autem in decoctum sequens infundatur.

℞. Fl. chamæm. ivæ, salv. stæchad. majoran. herb. paralys. calament. an. M. i. vini alb. ℔iv. aceti acerrimi ℔i. bulliant, hęc fomentatio bis in die fieri potest pro ęgrotantis viribus; post spinę fomentationem inungatur eadem spina sequenti unguento.

℞. Ol. euphorb. de piper. vulpini, an. ℥i. mast. sabin. nunc. cupress. an. ℥i. cerę, q. s. quo etiam unguento lęsę partes inungi possunt; etsi enim *Gal.* cęterique Medici scribunt remedia læsis partibus non esse admovenda; sed eo unde oriuntur nervi; mihi tamen videtur sic illud accipiendum ut pręcipuè adhibeatur remedia nervorum origini; Sed iidem non negant, non nullius esse utilitatis, si læsis etiam membris applicentur, pręsertim cum peccantes humores latè sese fuderunt, atque in concava nervorum influxerunt: itaque eos resolvere oportet. Aliis probatur unctio viperæ, quaego quidem plurimùm fido, si tamen fiat sequenti modò. Viperæ caput & cauda simul amputentur; quæ mox in ollam variè pertusam mittatur, olla verò ipsa in aliam ollam integram inferatur quę luto circumquaque obducta, ita accuratè contegatur, ut nihil inde exhalet, moxque in vas æneum aqua plenum indatur, deinde 3 horis bulliat. Unguentum quod inde integram ollam stillat, ad sanandum Paralysin valet, si eo & spina & relaxatæ partes inungantur. Sudoris provocatio hic magno esse usui videtur: excitetur syrupo *S. Ambrosis* qui nervos & universum corpus magna vi, largoque sudores, peccantibus levat humoribus. Hunc ego multis sæpè exhibui, ubi videlicet nec sarsaparilla, nec China, neque lignum sanctum sudorem ullo modo provocare potuerunt: hoc verò uno remedio tam largè sudarunt planè ut convaluerint; quod mihi quidem accidit, qui Prælato cuidam curiæ *Romanę*, viginti quinque dies bis in die salsamparillam cum exhibuissem, nec alio quovis modo sudorem elicere possem, hoc demum syrupo tantum sudoris emanavit, malum ut omne evanuerit. Sumatur igitur milium, quod probe purgatum ac decorticatum, primo videlicet involucro depositio, deinde in ollacum aq. s. q. bulliat, quoad coquendo tumescat & crepet. Postea ℥vii. vel ℥viii. hujus decocti sumantur, & cum ℥iii. vel iv. vin. græc. misceantur ut fiat potio: quam calidam totam sumat ęgrotus in aurora, mox probè undique tegatur, ac sudorem expectet; idque octo decemve aut amplius etiam diebus, si res postulabit frequentetur. *Ioann. Crato. consil.* 50. *lib.* 6. *pag.* 204.

Unguentum ad Paralysin optimum.

℞. Serpentem unum rufum, & plures etiam si vis, & abscissis capite & cauda spatio quatuor digitorum, reliquum, abjectis interioribus, ponatur in olla in fundo perforata, sub qua jaceat alia olla sana, quæ fundum ollæ superioris in se contineat & in orificio sigilletur bene cum luto sapientiæ, vel cum pasta, ne respirare possit, ne aliud in iis intrare possit. Et sic prępparata illa olla ponatur in caldario pleno aqua, cujus calore calefiant ollæ, & resolvatur pinguedo à serpentibus, quæ per foramen ollæ perforatæ in sanam destillabit: nec consumetur propter humiditatem aquæ. Et de tali pinguedine, addito succo rad. cappar. & centaureæ fac unguentum. Ipsa etiam centaurea cum vino & oleo cocta & membris paralyticis cataplasmata multùm prodest. *Arnoldus de Villanova. Prax lib.* 1. *c.* 24.

In Paralysi præmissis præmittendis, non utere pinguibus unguentis, oleis, emplastris. Hæc enim omnia poros cutis obturant & sic maximè necessaria transpirato impeditur. Sed præstat uti fomentis, lotionibus, suffitibus &c. ex herbis appropriatis; v. g. roremarino, lavendula, flor. paralys. majoran. hyssop. salvia, pœonia, betonica. Hæc omnia vino infundenda esse *Sennertus* ait, ut ad nervos faciliùs vis medicamentorum deferatur: est enim vinum vehiculi loco. Contrarium sentire videtur *Guil. Fabritius*, quòd vinum nervis inimicum sit. Conciliantur ambæ sententię, si dixeris. Nervis vulneratis extrà vinum nocere, resolutis verò neque extrà neque intrà, si modicè bibatur. *Wolfgangus Hæferus*, *Herc. Med. lib.* 1. *cap.* 2.

Vir quidam nobilis in utriusque bra-

chi, manum digitorum pedumque Paralysin incurrit. Ad quem accersitus, observo mala hæc ex nimiâ provenire repletione. Rationem curandi hanc brevem instituo. Primo die exhibeo aq. benedictæ ʒi. cui tantundem admisceo aquæ fontanæ. Hæc potio multa biliosa & pituitosa ore expulit. Tertio die extracti esulæ ʒi. juris pisorum ʒiv. Mixtum, percolatum & expressum ebibit jejunus, rectèque purgatus fuit Quinto die usus est, meo consilio, decocto sarsæ in hunc modum parato.

℞. Rad. sarsæ ʒi. Infund. per viginti quatuor horas in aq. & vini an. ℔iß. postea f. decoctio ad medias. Ex hoc manè sumpsit in lecto ʒvii. calidè, & stragulis contectus diu multumque sudavit. Post hanc sufficientem & optimè convenientem sudationem, basilicam venam aperui magno cum successu. Victus erat siccans & moderatè calefaciens. Cæpit autem ex his omnibus rectè valere, & omnium partium motus integros recipere. *Martinus Rulandus, cent. 1. curat. 3.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Paralysi.

QUidam habent pro secreto illinire membra affecta pinguedine quæ decidit ab anser e masculo antiquo in veru cocto, in cujus ventre prius bdellium, galbanum, opoponax, ammoniacum, & caro vulpis fuerint consumpta: quinimò ego sinapismis aliquando fœlici cum successu usus sum. *Jul. Cæsar. Claudinus, cons. 70.*

Pelles vulpinæ calcem non expertæ, & pulvere nucis mosch. cardam. & ivæ, in aq. ardenti prius maceratur, deinde in umbra exsiccator. suffumigatæ ac applicatæ sunt maximi usus. Ac capitis alterationem hæc extrinsecus adhibita mihi probantur, primùm est cucupha duplicata floribus capilibus, ligno Aloes, nuce mosch. & similibus referta. Alterum est lotio facta cum lixivio parato ex cinere juniperi & decoctione herb. capitalium sampsuchi & cariopyllorum. *Jul. Cæsar Claudinus, cons. 135.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Paralysi leviori.

VIctus ita instituatur, ut calefaciat mediocriter, siccet, leviter incidat, attenuet & detergeat: itaque abstinendum ab herbis & omnibus cibis humidis, flatulentis, fructuum raparumque esu: item à cibis lentis & viscidis, ut sunt excrementa animalium, lactes, intestina, capita. Utilis est caro vervecina mediocriter salita assa potius quam elixa. Carnes assandæ configantur cariophyllis, cinnamom. cortic. arantior. roremarino, salvia, hyssopo, majorana, ruta, & similibus; quibus etiam elixæ condiri possunt: Columbas & maximè sylvestres in id genus affectibus prodesse singulari experimento compererunt Medici. Piscium usus sit rarior, ut & vini, nam in hoc affectu suspectum est. Potus sit hydromel hoc modo paratum.

℞. Aq. puriss. mens. xxvi. mellis puris mens. iß. coq lento igne & despuma continuo, ubi despumata fuerit, & reducta coctione ad mens. circiter xx. tum adde, rad. ireos, flor. vel enulæ ʒii. lupul. M. ii. ubi colata ferè refrixerit, addendum & immiscendum fæcis cerevis. aliquid, ita defæcabitur fermentata, & fæce cereviſiæ, sed gratum saporem repræsentabit. Vesperi inspergatur tantillum pulviſculi carioph. sinciputi inter capillos ad futuram coronalem. Si timetur cariophyll. caliditas, contusi prius crassè mergantur in aq. rosac. & deinde exsiccati pulverizentur, atque istius pulveris sit usus, manè exerceatur caput pectine eburneo, vel quod melius est, ex guajaci ligno facto; atque inde linteis siccis quidem non admodum calentibus fricetur & tergeatur caput. Conducet etiam, ut singulis septimanis, aut saltem diebus quatuordecim, paucis diebus ante pleniluniu m & noviluniu m deglutiantur post primum somnum xi. pilulæ ex hac subscribenda pilular. massa, quæ ℈iv. bene ponderent. Sunt istæ in hoc affectu aptissimæ, & sine incommodi assumi poterunt.

℞. Pil. de hiera, ʒiii. pil. sine quibus agar. rec. troch. an. ʒi. Castor. gr. ix. cum melle rosac. F. massa mollis, & ex qualibet ʒ. pilulæ num. 9.

Utatur

Utatur hoc pulvere ad ʒi. quantitatem in vini vel juscul. modico, vel aq. Card. bened. vel intingatur; morsellus panis assus vino, atque insperso illo pulvere edatur manè.

℞. Sem. pœon. coriandr. præp. nuc. mosch. visci q. an. ʒß. Galang. cubeb. rad. tormentill. an. ʒiß. piper. long. sem. erucæ, zinzib. alb. an. ʒi. summitat. roris mar. ʒii. sacch. albiss. dr. iii. m. F. pulvis subtiliss. Potest aliquando sumi vesperi à cœna quantum tribus digitis continere poterit æger; ubi hujus pulveris fastidium obrepit; utatur hoc electuario singulis matutinis ad quantitatem nucis juglandis, quod & gratius est, & minus calidum & siccans.

℞. Conserv. flor. anthos ʒiß. Conf. flor. bugl. ʒi. Cortic. citri vel arantior. condit. rad. eryng. condit. zinzib. in India condit. an. ʒi. rad. cichor. condit. ʒx. sem. eruc. piper. long. an. ʒß. spec. diambr. ʒiß. cum syrup. conservatarum nucum myristicarum. M F. Electuarium. *Reinerus Solenander, consil.* 13. *sect.* 2.

Primo loco veniat usus pilul. à *Matthiolo* consignatarum, quas ego in hoc affectu & in ipsa vera Paralysi, si modo longus & continuus earum sit usus, in multis ægris magno juvamento sum expertus. Compositio autem hæc est.

℞. Chamæpit. flor. bet on. flor. stœchad. rec. flor. primul. veris, an. dr. i. agar. rec. troch. ʒii. turbinth. gummos. ʒiß. rhei opt. aq. cinnam. irrorandi ʒi. troch. alhand. ʒß. diagrid. ʒi. zinzib. alb. sal. gemm. an. gr. viii. spic. indic. gr. vi. pulv. hier. simpl. ʒß. cum succo chamæpit F. pasta pilul. mollis, & ex qualibet dragma pilulæ ix. ex istis quotidie vesperi, quando decumbendum erit à parca cœna, deglutiendæ pilulæ ii. vel iii. quod si hoc singulis diebus fieri nequit, danda opera ut fiat plurimùm. Nam istarum usu excrementorum in corpore proventus prohibetur, & qui à capite & aliunde excrementitius humor ad partem affectam & debiliorem continuò affluere consuevit, avertitur. Si verò quandoque corpus evacuatione ex professo opus habere judicabis, tum post istas tres vesperi assumptas pilulas, deglutiendæ summo mane insequenti aliæ octo vel novem; & differendus cibus in horas quatuor vel quinque. Non minus quam præscriptarum pilul. velim frequentem imò quotidianum usum esse hujus electuarii.

℞. Galang. zinzib. nuc. mosch. an. ʒiß. cass. lign. vel cinnam. ʒii. cubeb. rad. pœon. an. ℈v. herb. paralys (id est, primul. veris) sem. abrotan. rad. acor. vulg. an. ʒiiiß. majoran. flor. anth. salv. an. dr. ii. beton. dr. iß. piper. long. & alb. croci, an. ℈iß. flor. stæch. dr. i. mell. anthos, & rosat. an. ʒix. syrup. conserv. zinzib. & nuc. myristic. an. ℔ß. aq. chamæpit. vel aq. Card. bened. ʒiii. coq. simul lento igne ad consistentiam, tum adde cætera per se quælibet pulverizata & prius mista: F. Electuar. S. A. hujus elect. usus matutinus, ita ut quotidie post elutum os, expurgatisque cæteris sensoriis, ejus dr. ii. plus minus sumantur, horis tribus vel quatuor ante cibum, vel per se solidum è cultello deglutiendo, vel solutum in aq. chamæpit. vel rorismar. vel betonicæ, vel Card. bened. vel in tantillo vini ex præscriptarum aliqua Medicati; Quod ad externa attinent, author tibi sum, ut subscribendo oleo calente, postremam lumborum partem circa & paulò supra os sacrum, & deinde extrema crura moderatis frictionibus jam calefacta diligenter illinas, & ubi ille veris partes istas pellibus vulpinis, vel pannis, ab aeris humidioris & frigidioris Injuria defendas. Oleum hoc esto.

℞. Ol. amygdal. amar. ℔ß. aq. rorismar. ʒi. vini malvatic. ʒi. pyrethr. tusi dr. vi. croci dr. iii. sandar. arab. bacc. lauri, an. dr. i. coq. in duplici vase, ad liquoris casum; oleo percolato adde ol. castor. ʒiß. M. & utere ut præscriptum est. *Reinerus Solenander, consil.* 16. *sect.* 2.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Paralysi lingua.

SUb lingua teneatur castoreum vel salviæ succus, vel ipsum castoreum cum pœoniæ succo, prodest etiam castoreum, cariophyllus & nux mosch. cum vino hausta; utilis est etiam linguæ frictio, ac palati, adhibitis theriaca & mithridatio; narratur quidam fœminæ, quæ usum lo-

quendi amisisset, gr. xxx. pœoniæ, depositis corticibus exhibuisse, moxque illam loqui cœpisse; prodest etiam sanguinis missio è venis sub lingua, quæ tricetur postea nasturtio & castoreo: emplastrum quod è canino stercore & adhibito aceto fit, occipiti impositum usum loquendi restituit: *Jo. Crato. consil.* 50. *lib.* 6. *pag.* 229.

Post apoplexiam Mercator quidam senex resolutus aliquandiu permansit in uno latere, & paralysin lingue passus est: curatus postea aliquomodo, ut ambulare denuo potuerit, remanente tamen linguæ resolutione, loqui ut intelligeretur, quid vellet, minimè potuit, eratque jam inveteratum malum: à me consilium efflagitans, has pilulas præscripsi.

℞. Pil. coch. fœtid. an. ℈i. cum melle scillit. F. pilulæ; postea ut sequentibus per vices uteretur jussi ter quaterve in mense ʒi. sumendo.

℞. Agar. troch. ʒii. turbith. gummosi in hydromel. infus. ʒß. myrrh. sarcocoll. in succo rosar. nutritæ, an. ℈ii. Castor. ℈ß. Mastich. sal. gem. an. ℈i. Aloes, ʒß. cum melle scillit. F. massa: masticatione sequenti manè utatur sæpè.

℞. Cubeb. nuc. mosch. semin. sinapi an. ʒi. Cariophyll. galang. piper long. ʒß. salis communis ʒi. excipiatur cera F. formulæ: abluat postea os aqua salsa; nares intrinsecus unguento hoc ad eo divertendam materiam illinere jussi.

℞. Troch. alhand. diagrid. an. ʒi. rad. hellebori alb. ʒj. Castor. ℈ß. mell. scillit. q. s. F. Unguentum, ungatur pars posterior capitis rasa & cervicis nuda hoc modo.

℞. Ol. de piper. de euphorb. an. ʒiß. cere rubr. q. s. F. linimentum; post quam bis aliquadiu usus fuisset, jussi postea frequenter laborare elect. ex melle scilit. & anthos, & invicem mixtis, colluere deinde hoc decocto os, atque aliquandiu in eo retinere.

℞. Nuc. mosch. ʒi. rad. galang. costi, an. ʒß. zinzib. ʒii. sem. sinapi, ʒiii. decoq. in vino & melle, pro oris collutione, victus rationem idoneam præscripsi, & ut interdum jejunus in balneo sudaret, nitereturque loqui; hac ratione, etsi non perfectè verba proferre posset, tamen ut intelligeretur, balbutiendo loquebatur. *Felix Platerus, observ. lib.* 1. *pag.* 133.

Balbuties, lingua stupore affecta, quendam molestavit, quod clysterem sumpserit, in quo fuerit parùm opii dissolutum; verùm ut in ebriis remittente narcosi vini, loquelam rursus integram redire videmus, ita in hoc ægro, postquam opii vis discussa fuit, balbuties cessavit. *Felix Platerus, observ. lib.* 1. *pag* 136.

Mulier quædam octo supra sexaginta annos nata linguæ paralysi laborans, meo consilio infundebat per noctem flores lavendulæ in vino adusto vel sublimato; postea per aliquot dies manè, & ante introitum lecti assumebat unciam: unde statim loqui indies rectius cepit. *Martinus Rulandus, curat.* 55. *cent.* 4.

Viro quidam paralysi linguæ cum inquietudine totius corporis tentato talia exhibeo auxilia.

℞. Aq. fontis ʒvi. ol. vitrioli q. s. ad aciditatem aquæ conciliandam: ex hac aqua singulis horis lentè absorbeat cochlear unum: & quia inde articulatè loqui cunctaretur, ad mineram mali exhauriendam potionem hanc catharticam præscripsi.

℞. Extract. colocynthid. magnitud. nucis avellanæ; seri lactis ʒii. M. & calidè bibat; insecuta est copiosa per alvum evacuatio, permanente nihilominus linguæ impedimento; quare altero, à purgatione prima, die evacuationem corporis cacochymici iterum repeto sic.

℞. Spiritus vitæ aurei ʒi. syrup. liquir. ʒi. M. hoc mira aquosæ & serosæ superfluitatis copia educta est; sermone in integrum restituto: ante tamen purgationem hanc ut & in ipsa operatione, linguam paralyticam guttam perlino oleo nostro heraclii, cum fœlici sanitatis successu. *Martinus Rulandus, curatio* 53. *centuria* 7.

Cùm subitò quis fit sine voce, vel propter Paralysin, vel aliam quamcunque causam, detur in potu cum vino calido pulvis castorei, cariophyll. & nuc. mosch. & recuperabit loquelam. Quidam amissi

loque-

loquelam, & stetit per octo dies quòd non fuit locutus. Tunc quædam mulier dedit ei triginta grana pœoniæ à cortice exteriore mundatæ, & statim recuperavit loquelam. Item phlebotomare duas venas quæ sunt sub lingua, & postea linguam cum semina nasturtii & castorei fricare, loquelam recuperabit. Item pulvis ex castoreo factus sub lingua teneatur, quousque per se dissolvatur: miro enim modo loquelam restaurat. Item emplastrum factum de stercore canis in aceto mixtum & occipitio appositum statim loquelam recuperat. Experimentum ad paralysin linguæ. Succus salviæ & oleum nucum, an. M. & addito pauco castorei sub lingua ponatur cum penna. Multùm confert ad loquelam deperditam restaurandam. *Arnoldus de Villanova. Practic. Medic. lib. 1. cap. 24.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Paralysi.

REmedium singulare atque insigne exercendum in hoc languente curabamus, quod erat, optime purgato corpore, admovere pungentes urticas, seu corpus lacerare urticis, maximè totum corpus, quod non est nostrum inventum, sed à *Celsio* proponitur, *lib. 3. cap. 27.* & testor Deum me hoc genere remedii pluribus esse usum, & semper maxima cum fœlicitate, & nunquam votis sum deceptus. *Epiphanius Ferdinandus, histor. 47.*

Vulgare hoc est quod multis profuit.

℞. Aq. vitæ simpl. in ea macera aliquandiu flores calendulæ, macim, castoreum, cum momento croci; ejus exhibent cochl. i. eodem liquore resoluta membra perfricare juvat: accipiunt alii fol. salviæ aliquot M. incoq. diligenter vino, donec dimidium eius, aut ex tribus partibus duæ absumptæ sint, hujus colati vini exhibent manè ʒi. aut ʒii. dissoluto in eo castor. ℈i. aut ℈ii. spina dorsi ad partem affectam, cum frictione incalverit, inungantur mane oleo costino bene præparato, cui adderem aliquantulum ol. stillat. nuc. mosch. & cariophyll. conveniet etiam oleum laterinum petroleum, & terebinthinę & juniperinum. *Reinerus Solenander, cons. 20. sect. 2.*

Fiat frequens inunctio partium affectarum cum oleo vulpino facto per decoctionem vulpinis in aqua colligendo ipsum cum supernatat, & hoc est singulare remedium. *Bartholomæus Montagnana, consil. 244.*

Comes quidam post nationem ab aqua exiens, in pedibus & manibus sine sensu & motu remansit: vocatus ego, pro tanto malo, post plurima incassum adhibita præsidia, unguentum paro præstantissimum, cujus efficacia plures resolutione universali, & particulari vexatos ad sanitatem (Deo duce) perduxi; hoc applicito per mensem a paralysi liber, perfectam consecutus est sanitatem, hujus remedii descriptionem sic accipe.

℞. Sal. major. laur. beton. rorismar. origan. calamenth. serpill. an. Mß. rad. acor. veri, ireos rec. an. ʒiß. bacc. lauri, pyrethr. cubeb. nuc. mosch. trion. piper. an. ʒß. carnis scillæ ʒi. rad. cucum. agrest. ʒ. ii. chamæpit. chamædr. an. p. i. sulphur. vivi pulver. ʒß. ol. castor. ℔ß. ol. lauri rutac. an. ʒii. aq. vitæ ℔ß. aq. flor. arant. ʒiii. vini potentiss. ℔ii. coq. omnia ad vini consumptionem colat. adde sagapen. opopon. bdell. an. dr. ii. castor. dr. ii. mac. nuc. mosch. styrac. calam. cariophyll. agallochi, an. dr. ii. piper. longi, pyrethr. an ʒß. Balsami ʒii. ol. de liquidambr. ʒi. Unguenti martiar. aregon. agripp. an. ʒi. ol de lateribus, terebinth. an. ʒii. ol. macis, de ligno guajac. an. ʒi. ol. de piper. rorismar. anis. salis angelicæ, sulph. de thymo, an. ʒi. ol. de euphorbio ʒi. m. Axung. cati sylvestr. axung. anser. an. ʒii. pingued. taxi ʒiii. pingued. viper. ʒi. ol. vulpin. ʒi. medull. crur. vaccæ ʒii. succ. ebuli, salviæ, meliss. an. ʒii. M. omnia, & cum cera q. s. in præfatis oleis liquata reducantur ad formam unguenti mediocris consistentiæ. *Zacutus Lusitanus, observ. 37 lib. 1. prax. medic. admirand.*

Inter externa maximè laudabilis est esserentia foliorum tabaci viridium cum malvatico facta sola infusione sine destillatione, si præmissis sudoribus membra paralytica ea diutius fricentur; spina etiam & partes affectæ inungi possunt galbaneto *Paracelsi* quod sic fit.

℞. Galban. ℔ß. inde in cucurbitam ſatis amplam, & ei affunde ſpiritus terebinthin. ℔i. digerantur in loco calido per octo dies: poſtea per alembicum ex cucurbita non nimis alta deſtillentur ad ſiccitatem, quod ſi odoratius & præſtantius deſideres, rectifica ab aromatibus nuce moſch. & canella. *Ioh. Hartmanus*, practic. Chimiatr. *pag.* 85.

Viro quidam paralytico ſequentia præſcripſi, quibus etiam convaluit; ſingulis diebus bis, ter quaterve aſſumpſit ſequentis decocti, ℥iv.

℞. Rad. lign. gujac. ℥iii. cortic. ejuſdem ℥i. lign. junip. ℥ii. aq. font. ℔vii. coq. ſ. a. per horas tres, tum adde bacc. junip. ℥i. rad. angel. ℥ß. fol. major. ſalv. anthos, an. Mß. ſen. mund. ℥i. hermodactyl. ℥vi. coq. ulterius, vaſe optimè clauſo ad colat. ℔iv. quibus adde aq. antiparalyt. theriacam ℥iß. ſpirit. ſal. armoniac. ℥i. M. ſervetur in cantharo lapideo optimè clauſo: ſingulis fere ſeptimanis ſequentes aſſumpſit pilulas.

℞. Maſſ. pil. fœtid. maj. ℥ß. reſin. jalap. troch. aland. an. gr. iv. ol. roriſmar. gt. iii. M. F. pilulæ vii. bis etiam de die calide inungi ſequenti linimento curavi nucham, cervicem ſpinamque dorſi.

℞. Unguenti martiat. ℥. m. ol. fl. chamæm. hyperic. an. ℥i. bacc. junip. caſtor. & laurin. an. ℥ii. ſucc. expreſſ. cochlear. dr. iii. alum in plum. dr. i. ſpir. ſal. armoniac. dr. ii. aq. vitæ *Matthiolus* ℥. m. M. F. Linimentum; hiſce omnibus per duos circiter menſes uſurpatis; linimento parum aliquando mutato, additis nimirum ol. ſpic. ℥ii. ſucci urtic. urent. min. ℥ß. ſeq. preſcripſi vinum medicatum.

℞. Fol. chamædr. chamæpit. an. M. i. fol. prim. veris M. ß. roriſmar. ſalv. flor. an. p. ii. rad. imperator. angelic. recos flor. helleb. nigr. ſem. cartham. an. ℥ii. hermodact. ℥i. (omnium nervoſarum partium anima vacatur ut crocus pulmonum) agar. albiſſ. dr. iii. Card. cubeb. an. dr. ii. ſal tartar. dr. i. m. conciſa & craſſe contuſa inſuantur ſacculo, cum vini gallici pint. vi. F. vinum medicatum; cujus, poſt juſtam infuſionem tepidam ter quotidie aſſumpſit ℥. iii. quibus ſemper inſtillavit, ſpir. ſal. armoniac. gt. viii. quibus omnibus quarto menſe curatus. *Federicus Deckeres, obſerv. ad cap.* 3. *lib.* 1. *prax. Barbettianæ.*

Exemplum paralyſeos antiquæ metu & ita curatæ habetur apud *Valeriol. obſerv.* 4. *lib.* 2.

SECTIO SEXTA.

Pro Paraphimoſi.

SPonſus quidam juvenis cum prima nocte ſponſam ſuam nimis arcte amplecteretur, tanta cum violentia frænum ei abruptum, & præputium retrorſum fuit detruſum, ut maximus dolor & intumefactio totius membri virilis inde ſecuta ſit; ſymptomata indies ingraveſcerent, me tandem in conſilium vocavit: primò itaque victus rationem tenuiſſimam & refrigerantem præſcripſi, deinde corpus cholagogis medicamentis expurgavi; & venam in brachio incidi ſanguinemque ſatis lautè extraxi, aderat enim maxima plethora; regionem renum unguento refrigerante bis in die inungere juſſi; loco verò effecto ſequens cataplaſma applicui.

℞. Farin. hord. ℥iv. pulv. roſ. myrtill. an. ℥ii. balauſt. nuc. cupreſſ. an. ℥i. coq. in aq. roſ. & plant. parumque aceti roſac. & F. cataplaſma, addendo vitellum unius ovi: applicetur tepide & bis in die; his per dies aliquot adhibitis remediis, cum dolores qui ab initio acerbi & magni erant remiſiſſent, appetitus ad venerem, & erectio membri ipſum adeo vexavit, præcipuè noctu, ut tota curatio inde impediretur, quotieſcunque enim membrum virile erigebatur, præputium adeo conſtringebat balanum, ut mirum in modum inde auctus; ſit affectus cum itaque hac de re anxius eſſem, juſſi ut per dies aliquot conſortium atque familiaritatem uxoris, imò ipſius præſentiam plane evitaret, deinde corpus iterum cholagogis purgavi, & lumbos oleis ſequentibus inungere juſſi.

℞. Ol. viol. nymph. roſ. an. ℥i. ol. hyoſc. per expreſſ. dr. ii. camph. in aceto roſ. diſſol. ℈i. M. in mortario, his ita peractis, poſt cænam cum dormitum iret, doſin laudani exhibui, melius ea nocte quievit minorque fuit membri erectio; quum itaque aliquoties exhibitionem laudani ite-

iteraſſem, inunctiones quin etiam lumborum, & applicationem cataplaſmatis continuaſſem, tumor membri brevi remiſit, ut non diu poſt præputium & retrorſum detrahere, & antrorſum reducere, balanumque obducere poſſet æger; convaluit, & ab eo tempore liberos aliquot ex uxore ſua recepit. Vide atque etiam vide, candide lector, ne prædictum cataplaſma applices, ſi paraphimoſis ex impuro congreſſu cum ſcorto, acciderit materia enim maligna ad interna viſcera repelleretur, hinc maligna ulcera ſequerentur. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 56. cent. 5.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Paraphimoſi Infantium.

ACcidit nonnunquam ex prava victus ratione nutricis, ut humor acris ad genitalia infantis decumbat, ibique pruritum excitet: mox propter confricationem genitalium, & acrimoniam urinæ confluunt humores circa balanum & præputium, qui ut plurimum flatulenti & pituitoſi ſunt. Cum itaque penis ſit pars corporis poroſa & mollis, facillimè humorem iſtum excipit, & quidem adeò copioſè ut mirum in modum extendatur præputium. Placet hic adſcribere remedia, quibus ego multos Infantulos hoc malo laborantes fœliciter per Dei gratiam ſanitati reſtitui. Primò nutrici victus rationem quæ tenuis ſit, & refrigerans præſcribo. Deinde ſecundum humoris prædominantis naturam ipſam expurgo, ut plurimùm tamen ſequenti potiuncula,

℞. Rad. cichor. lapath. acut. polipod. an. ℥i. corticis rad. trangul. ℥ii. ſol. ſcabioſ. veronic. agrimon. an. p. i. flor. cordial. an. p. ß. fol. ſen. & ſem. aniſ. an. ℥ii. coq. in aq. ut colat. redeat ad ℥ii. in quibus diſſolv el. de ſucco roſ. ſolut. compoſ. cum ſen. rheo & agar. ℥ß. M. F. potio: ſi pituita in corpore prædominium obtinet, loco el. de ſucco roſ. ℥iii. elect. diacarthami ſubſtituo; ſi plethora adeſt; venam in brachio incido: hujus medicamenti beneficio, infans quoque purgabitur: ſin vero ablactatus fuerit à dr. i. ad dr. iii. ſyrup. roſat. ſolut. compoſ. ipſimet infantulo cum ptiſana aut decocto agrimon. & veron. exhibeo; ab initio ſi dolor & inflammatio adfuerint, ſequens applico cataplaſma.

℞. Micæ panis alb. ℥iii. pulv. roſ. rub. balauſt. an. dr. ii. croci ℈i. butyr. rec ℥i. ex quibus omnibus cum lacte vaccino F. cataplaſma: ſub finem addendo vitellum ovi: hiſce remediis adhibitis, & prout neceſſitas urgebat, iterata potione purgante, aliquot infantulos paraphimoſi laborante ſanitati reſtitui; ſi verò morbus adeo fuerit; contumax ut prædictis præſidiis non ceſſerit applicetur ſequens cataplaſma.

℞. Farin. fabar. ℥ii. pulv. ſummitat. abſinth. flor. chamæm. ſambuc. an. dr. iii. pulv. ſem fænugræc. dr. ii. cumini dr. iii. coque cum vino rubro auſtero ad formam cataplaſmatis quod calidè applicetur bis in die: ſi excoriatio aliqua adfuerit, loco vini accipio decoctum flor. chamæm. melil. ſambuc. & roſ. excoriationem quin etiam ſequenti unguento inungo.

℞. Ol. roſac. ℥iß. ceruſſ. lotæ, tutiæ præp. cor. cervi uſti præp. corall. plumbi ſquammoſi, an. dr. i. m. camphor. diſſolut. in aq. roſar. dr. m. M. & agitentur in mortario donec formam linimenti acquirant. *Guil. Fabritius Hildanus, obſer. 58. cent. 5.*

SECTIO OCTAVA.

De Paronychia.

Παρωνυχία (ab ὄνυξ unguis) latinè panaritium, eſt tumor calidus ex ſanguine aduſto, & atrabilario, in extremis digitis ad latera unguium ortus, & propter vicinam nervorum graviſſimos dolores excitans.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Paronychia.

IN principio poſt phlebotomiam & univerſalia remedia, ponatur digitus per longum tempus in ovo putrido; id enim plurimos curaſſe experientia conſtat: alii eum in muſculis putribus tenuere optimo cum ſucceſſu & magna cum laude; ut audio, cum apoſtema jam perfectum

esset, & incisionem admittere nollet, quod optimum est remedium, adhibui est unguentum apii seu hyperici *Philippi Hermanni*, quod propriè educit materiam viscosam ex ossibus, & panaritium per se curat, & est nobile experimentum non solùm ad panaritium, sed & contra vulnera & omnia ulcera: cujus hæc est descriptio.

℞. Succi hyperic. & apii, an. ℔ii. succi senecion. vulgò cruciatæ dictæ, millefolii, absinth. an. ℔i. succ. chelidon. perficar. an. ℔ß. mell. despumat. ℔v. ol. hyper. ℔ii. terebinth. ℔i. farin. tritici, q. s. alumin. usti ʒiß. succi coq. s. a. & reliqua addantur, & coq. ut artis est, ad consistentiam unguenti mollioris, & usui reservetur, arcanum est contra paronychiam; quo solo aromatarius quidam ab hoc morbo curatus est. *Petrus Forestus*, *obs.* 16. *lib.* 4. *obs. Chirurg.*

Mulierem quandam paronychia gravissimè laborantem cum febre, lipothymia, aliisque symptomatis in sequentem modum curavi. Primò quidem digitum lacte vaccino, in quo flore, chamem. meliloti, semen fænugræc. & cydon. incocti erant, aliquantulum fomentavi, deinde superficiem cutis paulatim dissecui; abrasa cute, maculæ quædam rubicundæ apparebant, quibus acie cutelli incisis, guttulam unam aut alteram aquæ rufæ sub cutæ inveni, illa vacuata, linteum madefactum aqua vitæ, ubi nonnihil theriacæ dissolutum erat, applicui: his statim sedatus est dolor: atque hoc unico remedio altero sanatus fuit digitus: reliqua quoque symptomata, purgato leviter corpore, sopita fuerunt, hujus curationis cùm primùm periculum in uxore mea feciissem, & ex voto succesisset, postea in supradicta matrona, ac multis aliis, maxima cum utilitate ægrorum administravi; & semper ad ungulam sub cute nonnihil ichoris inveni: sed necesse est, statim ab initio fiat incisio hæc; alioquin ex doloris vehementia cito concurrunt humores, qui inflammationem ac tumorem excitant, atque subjectam carnem, imò etiam ossa erodunt, vacat autem eo modo facta incisio omni periculo, nec est dolorifica, neque nervos aut tendines offendit, quum sit superficialis: alius verò modus apud practicos passim usurpatus, incisio nimirum quæ fit à superficie ad centrum & versus os valdè periculosa est: *Guil. Fabritius Hildanus*, *observ.* 97. *cent.* 1.

Puerulus quidam angebatur à duabus paronychiis duos affligentibus digitos cum acerbo cruciatu; pro his sanandis talis per me curatio est adhibita; manè & vesperi inungebam hos abscessus oleo sulphur. & desuper applicabam emplastr. diasulphuris: per quæ citissimè maturati, ruptique sunt ac iisdem remediis iterum consolidati ac sanati in paucis diebus. *Martinus Rulandus*, *curat.* 87. *centur.* 3.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Paronychia.

VIdi cui paronychia digitus obscessus erat, distinctus fortè ad brachii amplitudinem, perque noctes aliquot Insomnes torserat miserè: huic cruor & recens pellis talpæ circumdata, manè crastino die digitum cum nocturna quiete restituerant. *Joh. Helmontius*, *tractat. cui titul. Butler.*

Virgo quædam paronychiam patiebatur in indice manus sinistræ, quæ ipsam vehementer afflixerat per quatuor dies, jussit ut digitum immitteret in aurem felis, & intras duas horas doloris expers fuit; sentiebat per intervalla attractionem digiti in cavitatem auris, ac subinde dolor totum brachium invadebat usque ad humerum: eo denique tempore felis vociferabatur, ut credibile sit, cum dolore affici à veneno attracto: tota manus intumuit, ac postmodum detumuit, excepto digito, qui tumefactus remansit, sed doloris expers: sublato dolore, digitus extractus est, & suppuratus apparuit, ac deinceps solo empl. diapalma curatus. *Lazarus Riverius*, *obs.* 63. *cent.* 4.

Mulier alia eodem remedii à panaritio curata est, hinc colligere licet in capite felis esse vim quandam magneticam panaritii qualitatibus familiarem, cujus beneficio venenum in tumore illo latens ad se trahat. *Idem observ.* 19. *centur.* 4.

Vocatus fuit ad mulierem quadam quæ

jam

am duodecim noctes cum clamoribus duxerat insomnes occasione paronychiæ in pollice manus prope unguem lateraliter, nullo tumore, nullaque digiti inflatione existente, quidam chirurgus curam hujus passionis penitus ignorans, bis fecerat quasdam superficiales incisiones, in quibus exreverat, rogavit me instantissimè, ut ejus curam susciperem, crastino die feci incisionem cum rasorio lateraliter ab ungue usque ad os, à summitate digiti ad junctuam exclusivè: deinde applicavi album ovi cum vitello agitatum intus & extra vulnus, statim cum recessi, cœpit dormire: & dormivit toto die usque ad noctem: cessavit omnis dolor, neque unquam postea duit ex causa, sed brevi temporis spatio, Deo favente, fuit sanitati restituta, absq; digiti deformitate, vera igitur curatio hujus ægritudinis est facere incisionem secundum modum dictum, usque ad os inclusivè: quia statim cessat omnis dolor, neque est aliud remedium, quin os & junctura perdatur. *Petrus Bayrus, practic. lib.* 20. *cap.* 9.

Chalmeteu. expertus est ovi albumen cum oleo violato mixtum magis dolorem arcere, quam narcoticum.

Frater meus cùm *Galliam* peragraret quendam paronychia laborantem sub cura habuit, & sequenti modo curavit, primò, secundum method. clariss. *Hildani* lacte vaccino in quo flor. melil. chamæm. sem. lini, fænugræc. & cydon. cum rad. al. th. incocti erant, aliquoties fomentavit, deinde superficiem cutis paululum dissecuit, qua ablata, rubicundæ nonnullæ conspectæ maculæ, quibus incisis; una aut altera guttula aquæ emanavit citrinæ: cum verò materia copiosior profundius & altius esset posita, ad os usque cultello vulnus incidit, maximaque copia puris benè cocti altero die effluxit, statim linteum in aqua vitæ theriaca permista, madefactum applicuit; deinde folia brassicæ (sequenti decoct. imbuta, & ex illis tentas factas vulneri immisit) superimposuit.

℞. Rad. apii ℥ß. mell. opt. ℥i. vini alb. generosi ℔ß. coq. simul, donec mel. sic despumatum, & tertia pars consumpta. Postea sumantur brassicæ ac carbonibus superimponantur, statimque ne comburantur, amoveantur, inde enim molliores & humidiores quodammodo; & quo decocto facilius & commodius immergi possint, redduntur, hoc medicamentum (ut frater refert) Chirurgorum in *Galliis* primariorum secretorum omnium est secretissimum manui verò & carpo defensivum ex oleo rosato, bolo armena, & albumine ovi cum stupa canabina appositi digitumque affectum oleo ros. indies inunxit, paulatim vulnus adhibitis sarcoticis incarnari cœpit, ad inducendam cicatricem unguentum aureum imposuit, & diapompholigos applicuit, atque ita, divina favente gratia, quam brevissimè feliciterque curam absolvit. *Matthias Glandorp. observ* 9. *& cap.* 23. *Method. cur Paronych.*

SECTIO IX.

Pro Parotide è qua calculi exempti fuerant.

NObilis quidam puer tumorem juxta aurem ovi magnitudine, jamdiu habebat, in ambitu durum, inæqualem, in medio mollem, ubi pressus cedebat, ex quo materiam quandam inesse deprehendi: dolor alioquin nullus, nisi quod pruritum interdum sentiebat. Corpore purgato, usus est sequentibus. Fotus fiebat ex decocto rad. ireos, brioniæ, indies bis. Postea applicabat sequens emplastrum.

℞. Gummi ammon. in aceto fortiss. dissolv. empl. diachyl. ireat. an. ℥i. malaxentur, quo facto duodecimo circiter die, sponte se aperuit tumor, purulentamque & spissam admodùm materiam copiosè tota septimana reddidit, multumque subsedit. Restabat adhuc in humiliore sede, exigua durities, cujus causa, cum Chirurgi maturantia adhiberent, tentaque immissa ulcus apertum servarent, tandem tentæ fundo cum extraheretur, fabulosa materia penitusque terrea, grani milii majoris instar adhærens apparuit, posteaque plus quam triginta ejusmodi grana terrea, ejusdem magnitudinis, aliquando etiam majora prodierunt; sicque repurgato ulcere, cessanteque duritie, ulcus consolidatum fuit. *Felix Platerus, observ. lib.* 3. *pag.* 707.

SE-

SECTIO X.

De Partu difficili.

UT partus naturalis dicitur, qui ſalvis fœtus & fœtæ rebus facilè, celeriter, & ſine ſymptomatum vehementia, ſtatuto tempore perficitur: ſic contra, ille non naturalis & difficilis cenſetur, qui cum matris; vel fœtus, aut utriuſque periculo, tardè & difficilè fit. Cauſæ autem difficilis & laborioſi partus, vel ſunt in matre, vel fœtu, vel in viis per quas egreditur infans. Mater accuſari poteſt, ſi debilior & imbecillior ſit, ita ut vires non ſufficiant ad ferenda partus tormina, & ad exprimendos conatus. In fœtu cauſa eſt, ſi mortuus eſt, aut ita debilis, ut nihil vel parum præſtare poſſit ad promovendum partum; ſi rurſus magnus eſt, vel ſecundum totum corpus, vel ſecundum caput; adhuc ſi non unus, ſed gemelli vel plures ſint, vel fœtus molam cohærentem habeat; vel denique ſi in depravata & nonnaturali figura ſeſe offerat. In viis verò cauſa eſt, cum vel membranæ ſunt craſſiores & denſiores, quam ut infans eas facilè diſrumpere poſſit; vel partes muliebres anguſtiores ſunt. Partus difficilis ſignum eſt, ſi dolores partus ſunt languidi, & per longa intervalla recurrant; & dolores ad dorſum potius quam verſus pudenda vergant.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Partu difficili.

MUlieri cuidam circa tres dies in partu difficili hærenti, hic pulvis ad provocandum partum per tres vices exhibitus eſt.

℞. Cinnam. el. dr. i. m. oſſium dactyl. dr. m. ſem. viol. ℈ii. rad. dictamn. alb. ℈ m. F. pulvis ſubtiliſſ. in partes tres diviſus, quo ter cum vino aſſumpto, & admotis linimentis & facculis appropriatis, fœliciter tandem peperit. Alia cum octo diebus in difficili partu valde angeretur, à *Tiengio* Medico curata fuit, ubi nono die acceptiſſet dr. i. pilul. de aſſa fœtida (de quibus ſupra *lib.* 11. *ſect.* 18. *ſubſect.* 2. *Pro Mola*) cum cyatho uno decoctionis ſabinæ, idque ter, poſt prandium, hora quarta, & ſub noctem hora octava, quibus eadem nocte, Dei nutu peperit filiam, & ſalva manſit, eodem modo & aliam ægrè parientem liberavit, & alteri etiam cum iiſdem ſecundinam eduxit, ſingulis tribus horis ad dr. m. exhibendo. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 73. *lib.* 28. *De Mulierum Morbis.*

Mulier quædam cum filiam peperiſſet, & ſecundam prolem parere non poſſet, his infraſcriptis remediis per me, nutu Dei, aliam fœmellam peperit.

℞. Cinnam. pulv. dr. i. caſſ. lign. doronic. roman. an ℈. m. nucleum unum dactyl. ſabinæ ℈i. perlar. finiſſimar. ℈. m. F. pulv. partiatur in duas partes. Detur cum vino malvatico.

℞. Ol. amygd. d. lil. alb ſeſamin. butyr. rec. pingued. gallin. anatis, an. ℥. m. M. inungatur venter inferior. Sumpto pulvere, & prius una doſi, & hora poſt altera, poſt horas quinque peperit. *Idem obſer.* 76. *lib.* 20.

Cuidam pro partu facilitando, partu inſtanti, conſilium dedi, ut quinque aut ſex grana juniperi cum ficubus ſumeret, quibus cum quinquies, aut pluries uſa eſſet, mox conamina partus apparuere, adeo (quod & dictu mirabile eſt) ut illa ipſa cum maxima facilitate gemellos peperit. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv.* 69. *lib.* 28.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Partu difficili.

MUlier quædam cum toto biduo parere non poſſet, & ob tantam difficultatem & anguſtiam, fœtus ſtercus emitteret; Ego in conſilium adhibitus, exhibui olei ſuccini gt. xxx. cum vini ℥. m. umbilico ſimul ol. lign. heracl. calentis gt. xx. impoſui, hoc facto, intra mediam horam, alacri, & erecto animo facilè per Dei præſens auxilium, peperit infantem integrum & incolumem. *Martinus Rulandus, curat.* 66. *cent.* 3.

Medicamenta partum facilitantia, dicuntur quæ vel facultatem ſopitam excitant, vel impedimenta removent, quæ facultatem irritant intus aſſumpta plura eſſe poſ-

poſſunt. Inter cætera hæc mihi probantur. Primum paratur ex pulvere boracis mineralis, cortic. caſſ. fiſt. cinnam. & croci, cum aq. artemiſ. dato, alterum ex theriac. diateſſar. fruct. ſabin. pulverat. cum ſyrup. de artemiſ. in bolum accept. quibus addo troch. de myrrh. cum pulv. cinnam. & croci in lixivio dulci, vel vini Hiſp. exhibitos. Et ſi ab his medicamentis dolores non promoveantur, laudo potum aquæ tepidæ cum melle crudo. In uſum etiam vocetur pulvis caſtraturæ ſcrophæ, vel teſticulor. equi ſiccator. ex aq. matricariæ, exterius etiam ad irritationem convenit cataplaſma ex artemiſ. & ſatureia in vino cretico coctis, ac imo ventris adhibitis, adjecta pulpa colocynthidis. Linimentum quoque quo pro pectine, dorſo, & locis interfæmineis maximè conveniens, paratur ex ſucco colocynthid. rutæ, felle tauri, ac oleo cheirino. Huc etiam referenda ſunt aliqua, quæ à proprietate indita operantur; inter quæ ſeligo corrigiam ex pelle cervi Illuſtriſſimæ Patienti cinctam, lapidem ætiten à brachio ad femur tempore pariendi trans latum; ſed & cinis quoque ungulæ aſini, vel equi, partibus infernis illitus ad idem valet, quæ impedimenta removent, i.e. viarum angustiam & ſiccitatem, ſunt emollientia & relaxantia, quæ ſatis nota ſunt. *Iul. Cæſar Claudinus, conſ.* 107.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Partu difficili.

NUper cum mulierculæ quædam parere non poterant, in ipſa parturigine juſſi plurimis mollem clyſterem injici inteſtinis, ac illicò peperere: ita ut jam apud nos id agere incipiant mulieres Nobiliſſimæ. Clyſter fit ex decocto herb. emollient ut malv. alth. parietar. thapſi barbati, chamæm. artemiſ. colat. adde ſacch. oleum amygd. d. & ℥i. ſal. *Ioh. Heurnius ad aphor.* 34. *ſect.* 5.

Ubi parturigo non ſuccedit ex ſententia, ſalutaris eſt ſternutatio, etenim ad inferna validè propellit diaphragma, compreſſo epigaſtrio: hinc ad inferna pellitur valido niſu uterus. Nos parum piper. & galang. naribus ut ſorbeat jubemus: miſcemus interdum parum hellebori alb. maxime quid euphorbii. Sed antea propinamus hoc remedium, quo ſummi Die beneficio plurimas liberavi.

℞. Cinnam. el. ℥iiß. Myrrh. opt. ℈ij. ſuccini albi ℥iß. rubiæ tinct. caſtor. an. ℈j. boracis ℈ß. croci gr. v. M. pulvis ſubtiliſſ. capiat ℥j. cum vino albo & ſaccharo, eliſo fœtu, cum ſecundinæ retinentur, hoc pulvere propinato, illicò redduntur, nam tunc hæmorrhagiæ metu, non fovemus. *Joh. Heurnius, ad aphor.* 36. *lib.* 5.

Vxori gregarii militis difficili partu pene enectæ, dedi pulverem teſtium equi, in aqua lilior. alb. cum croco, pudendo ſaponem nigrum applicandum curavi, dimidio quadrante citius puerum crocco colore tinctiſſimum enixa eſt. *Henricus ab Heers obſerv.* 14. *lib.* 1.

Non præteribo auxilium præſtantiſſimum, cujus ope plures in agone poſitæ, fœtus vivos vel mortuos fœliciter excluſerunt laborioſo partu oppreſſæ. Hoc conſtat ex boracis officio. ℥j. tenuiſſimè pulverizata; quam ſi cum ℥iij. aq. artemiſ. aut ſabin. aut generoſi vini bibas, miram inveniens utilitatem, debilibus ſufficit ℥ß. aut ℈j. *Zacutus Luſitanus, obſerv.* 158. *lib.* 2. *prax. admirand.*

Sæpius compertum eſt, quod olei oliv. potu ante partum facilitatur mirà partus, nec tormina ulla patiuntur puerperæ, vias enim lubricas & molles reddit oleum. Debet etiam topicè extra idem oleum admoveri. *Petrus Borellus, obſervatio* 25. *cent.* 2.

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Partu difficili.

NOvi remedium, quo fœtus alioqui per diem & horas in partu ſtaret, eoque potu ſumpto, mox infra horæ quadrantem mulier parturit hoc autem remedium in jecore & felle anguillæ ſiccatis & pulveratis conſiſtere ſcripſi alibi. *Ioh. Helmontius, tract. cui titul. Aſtra neceſſitant non inclinant, nec ſignificant de vita, corpore vel fortunis nati.*

Mu-

Mulieres obſervavi in partu difficili aliquot dies periculoſo, oblato poculo, mox ad ſummum ante ſemihoræ ſpatium enixas, idque ducenties & amplius probatum. Pharmaco nimirùm adhuc in ſtomacho exiſtente apertum eſt os pubis, & valvæ oſſis ſacri in lumbis, fœtuſque ſtatim propulſus. Notavi ſcilicet ſtomachum claves uteri gerere. Hoc medicamentum lubens in bonum proximi evulgavi, ne deinceps parturiens periculum vitæ ſubeat. Eſt autem jecur ſimul cum felle anguillæ ſiccatum pulveratumque in vino potum, magnitudine avellanæ, donum Dei in hoc ſimplici, ut cum mulier jam parere debuerit, in dolore propter ſerpentis invidiam; Deus anguillæ aquæ ſerpentis viſceribus pacare voluit illius maledicti rigorem, idem foret atque melius hepar ſerpentum efficeret, ſed in anguillæ experimento nunquam fefellit eventus. *Ioh. Helmontius, tract. cui titul. Ius Duumviratus.*

Nos remedium optimum dabimus experimento pluries comprobatum dono receptum à Sereniſſimo Duce *Guiſano*, videlicet anguillæ jecur in furno panis exſiccatum, ut in pulverem redigi poſſit, doſis ipſius eſt medietas ponderis unius aurei, detur in liquore convenienti prout medico libuerit, mirificè partum facilem reddit. *Dominicus Panarolus obſ. 21. Pentecoſte 3.*

Jecur anguillę ad partum facilitandum ab *Helmontio* & *Panarolo* valde commendatur. Novi famoſum Empiricum qui hoc ſolo ferè ſecreto magnam ſibi famam acquiſivit; illud exhibui Medici cujuſdam uxori ægrè patienti, & à marito & obſtetricibus pro deplorata habitæ, unaquæquæ doſis plurimùm auxit conatus parturiendi antea ferè conſopitos; ita ut tandem ſęliciter pepererit. Coactus fui ad duplum doſis *Helmontii* pervenire, nimirum ad magnitudinem nucis juglandis in vino rhenano. *D. Robertus Boyle, lib. 2. De Utilitate Philoſoph. Experimentalis cap. 18. ſect. 5.*

SUBSECTIO QUINTA.

De Partu difficili.

PArtus tempore ſumat ℈iij. boracis ex aqua matricariæ. *Horatius Augerius, tomo 2. lib. 8. Epiſt. 3.*

Nobilis mulier pleuritica prægnans, habuit aliquid commemorabile, doluit latus, febris continua erat. Uterum ferebat jam octo menſes cum dimidio, dubitabamus an partus accelerandus foret; alii a malleolo tudendam venam putabant, tamen ex brachio ſanguinem detraximus planè corruptus erat tandem pariendi ſe ſe occaſio obtulit, vires erant infirmæ, dolores ſuos & tormina (ut politico verbo utar) devoraverat. Dedimus decoctum fol. ſenæ, folia erant pauca quantitate, ut non tam alvum ſubduceremus, quam cum leni alvi ſubductione tormina excitaremus, excitatis ita torminibus ſęliciter peperit. Folia ſenæ exhibere ſolemus.

℞. Matricar. artemiſ. nepetæ an. p. j. hyſſop. p. iß. mercurial. p. j. ſem. citri, pœon. an. ℥ß. cinnam. ℥j. F. decoctio, in qua bulliant fol. ſen. ℥ij. F. fortis expreſſio, adde vini albi parum, tormina excitat. *Guil. Ballonius, conſ. 20. lib. 2.*

Si partus tardior eſt, fel. gallinæ ſumatur, maximè nigrę, & umbilicus ungatur item in vino detur conſolida regalis ne ſint in eo loco, ubi paritura eſt, pyra, impediũt enim partum Artemiſia cocta in vino, dextro femori probè muliebria applicetur; magni fit & lapis aquilæ, ſi ſiniſtro cruri applicetur; ſed ſtatim à partu removendus eſt. Idem ſcribitur de matriſylva & polipodio, ſi pedibus alligentur, vehementia verò ut eſt borax non probo; niſi vel fœtus mortuus ſit, vel mola adfuerit. Si fœtus ſit mortuus, ſume oleum lini cum pinguedine aliqua in qua caſtor. coctum ſit, & unge ventrem. *Ioh. Crato. conſil. 40. lib. 5.*

Hoc expulſivum præſcripſi, quo alias fœliciter uſus ſum.

℞. Troch. de myrrh. rad. dictamn. alb. ſuccid. an. ℈i. borac. ſem. viol. an. ℈i. Magiſt. perl. ℈ß. M. F. Pulvis tenuiſſ. in tres partes dividendus: aſſumatur cum aq. arthemiſ.

miſ. & puleg. an. ℥ii. *Joh. Petrus Lotichius, obſ.* 18. *cap.* 1. *lib.* 5.

Cingat ſe nudat mulier ſpolio ſerpentis, & pariet facillimæ. Raſura oſſium dactilorum cum vino pota, mirabiliter liberat parturientes. Dare parturienti lac alterius mulieris facilitat parum, corallus coxæ appenſus idem facit. *Petrus Byarus, pract. lib.* 15. *cap.* 9.

Inter alia ab authoribus commendatur ſecundina ſiccata, ut & vaſa umbilica, quæ hoc modo præparari poſſunt.

℞. Secundinæ vel chordæ umbilicalis in furno ſiccatæ & pulverizatæ ℥ii. cinnam. ℥i. croci ℈ß. cum ſucco ſabinæ. F. trochiſci: doſis dr. ii. in convenienti liquore. *Daniel Sennertus, pract. lib.* 4. *part.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 4.

Hippocrates lib. 1. *De Morbis Mulierum,* in difficili partu ſanguinis miſſionem ex talo ut extremum auxilium commendet, virium habito reſpectu: quamvis à practicis noſtris nunquam in uſum revocetur hujuſmodi remedium, & videatur maximè reformidandum, cum in partu vires unice neceſſariæ ſint, quæ à venæſectione infringi poſſunt: tamen ſi à plethora difficultas pariendi oriatur, quod innuere videtur *Hippocr.* non eſt dubium quin maximè conferre poſſit, cum venæ plurimo ſanguine refertæ omnes vias interiores anguſtiores efficere ſoleant. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 15. *cap.* 18.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Doloribus à Partu.

SI partum ingens dolor ſequitur, coque roriſmar. & ventri impone calidè; vel muniatur venter pelle agnina vel arietina, dum adhuc calet, recens detracta eſt. Item emplaſtr. hoc ſedabit dolores.

℞. Tres vel quatuor cæpas benè coctas in aqua, eas in mortario comminuè, adde cumini contuſ. M. j. flor. chamæm. M. j. farin. hord. q. ſ. ut fiat puls; & ſi materia id requirit, adde parum aquæ in qua cœpæ incoctæ ſint. Extendatur in linteum & umbilico applicetur, quod ſi ſic etiam dolor non deſinat, adde farin. ſem. lini M. j. & minus farinæ hord. cum vero exſiccatum eſt, mutetur de novo. *Joh. Crato conſil.* 40. *lib.* 5.

Exhibuimus cereviſiam in qua flores chamæm. decocti erant: hoc enim licet ſimplici remedio, tanquam arcano uti ſoleo, ſemper maximè cum ſucceſſu. Miraculi enim inſtar dolores poſt partum compeſcit. Matrona quædam dolores poſt partum mitigabat bibendo ℥iv. olei amygd. d. rec. expreſſi cum ſacchar. *In Italia* Matronæ cupiunt ℥iii. ol. amygdal. d. Hoc illicò vidi à dolore poſt partum liberatas, & commodè eo in multis uſi ſumus. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 75. & 81. *lib.* 28.

Mulier quædam ſeviſſimis à partu exercebatur doloribus, qui poſt alia remedia huic præſidio ceſſerunt.

℞. Galban. aſſ. fœtid. an. ℥i. paretur emplaſtr. rotund. cum quatuor granis moſchi in medio, admoveatur paulo infra umbilicum, & dolor evanuit. *Petrus Pachequus, obſerv.* 11.

℞. Nuc. moſch. aniſ. cinnam. an. ℈i. M. F. Pulvis detur cum vino albo.

Sequens Pulvis ſtatim poſt partum ſumptus, à torminibus mire perſervat: ita ut ſi primiparæ exhibeatur, in ſequentibus partibus nullo modo à dictis doloribus torqueri credatur.

℞. Rad. conſolid. maj. exſiccat. ℥i. nucleor. perſic. & nuc. moſch. an. ℈ii ſucc. ℥ß. Ambr. griſ. ℈ß. M. F. Pulvis, de quo capiat ℥i. cum vino albo; & ſi febris ad fuerit, cum juſculo. *Lazarus Riverius, prax. Med. lib.* 16. *cap.* 23.

Comitiſſa quędam poſtquam primo partu filiolam enixa eſſet, vehementibus doloribus circa imum ventrem per intervalla corripiebatur, quaſi denuo paritura. Lochia enim minus rectè & parcius fluebant. A grumoſo ſanguine in utero detento dolores hoſce produci facile conjiciebam. Ad hunc itaque attenuandum & diſſolvendum fluxumque lochiorum promovendum exhibui pulvi ſculum,

℞. Sem. ſeſel. cumini; zedoar. galang. croci, caſtor. an. ℈i. ol. cinnam. gt. v. M. F. Pulvis pro tribus doſibus ex aqua pulegii & vino *Rhenano* albo invicem mixtis, & cum ovi vitello & macere paucoque ſaccha-

charo in formam jusculi redactis. Extra infimo ventri sacculum ex artemisia, pulegio, matricaria, chærefolio calamintha, floribus chamæmeli cheiri, baccis lauri, semine anethi, carvi, cumini, &c. in vino coctum & expressum actu calidè imposui. His nondum juvantibus, præscripsi enema.

℞. Rad. rub. tinctor. alth. lil. alb. an. ℥ß. fol. artemis. chærefol. puleg. matric. an. M. ß. flor. camom. p. ii. cheiri p. i. sum. aneth. M. ß. bacc. lauri ℥ß. sem. sesel. carvi cumini, dauci, an. ℥ii. coq. in aq. font. in colat. ℥x. dissolv. ol. camomil. ℥iß. aneth. ℥i. sal. gem. ℥i. M. F. enema. Postmodum sperma ceti, quo nihil unquam ad dissolvendum grumos sanguinis potentius deprehendi, ex cerevisia calida per vices exhibui. Et sic, profluentibus decenter lochiis, dolores ex toto remisere. *Baldassar Timæus, Cas. 30. lib. 4.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

De fluxu sanguinis ante partum.

UXor veterinarii patiebatur fluxum sanguinis magnum ante partum, & in ipso pariendi tempore. Quæsitum, An partus accelerandus. Quibusdam videtur æquum: quia tamdiu molietur natura symptomaticè istam excretionem, quamdiu frustrà conabitur fœtum excludere. Aliis non videtur. Hic Medicorum prudentiam desidero maximam, quoniam nondum de ea re definitum est. Uxor Pistoris, & pleræque aliæ animam efflarunt, non excluso fœtu, ob istam evacuationem præeuntem. *Guil. Ballonius, lib. 2. Epid. pag. 141.*

Scribæ cujusdam uxor ante octavum partum circa noni mensis medium, enormem sanguinis per uterum patiebatur fluxum, qui 6. diebus continuis illam pessimè habuit & afflixit, ita ut ab omnibus prodeplorata haberetur. Plurimis incassum adstringentibus a plus satis efficiosis mulierculis tam intus exhibitis, quam extra admoris, tandem ad suppetias illi in tantis angustiis constitutæ ferendas advocor. Accedens, ægram reperi animo sæpius deficientem, summè debilem, viribusque dejectis, ac de se salutequè sua prorsus desperabundam. Omnibus seriò apud me perpensis, in eam demum deveni sententiam, hæmorrhagiam hanc non nisi fœtu excluso reprimi posse, totamque salutis spem in eo sitam, ut quam primùm omnique arte accelereturpartus. Remoto igitur, quod lumbis applicitum erat, emplastro, ut hunc statim julepum ebiberet, imperavi.

℞. Aqua artemis. & cinnam. sine vino, an. ℥iß. borac. miner. ℈i. syrup. de artemis. ℥i. M. F. julepus. Quo epoto adeo promoti sunt dolores & partus tormina, ut intra tres horas, summi *Dei* beneficio, feliciter pareret, suppresso paulatim à partu sanguinis fluxu, pristinamque exinde sanitatem recuperaret. Idem consilium Nobili cuidam Matronæ in consimili casu salutare proficuumque deprehendi.

SUBSECTIO OCTAVA.

De Partu per os.

JUvenis quædam Fœmina in Civitate Imperiali Infantem digiti longitudine, maximis cum doloribus, summoque vitæ periculo per os enititur, mortuum mulieres adstantes scatulæ includunt, & sepeliunt. Amplissimus verò Senatus postquam hoc rescivit, refodere Infantem, eumque in honestorum quorundam virorum præsentia aperire jubet: quem omnibus membris humanis, tam internis quam externis verè constare cognoscunt. Puerpera ea de re interrogata & examinata, constanter affirmavit, maritum semper cum illa per os coluisse, & sperma in fauces immisisse: sibi (utpotè à natura planè simplici, sicque à marito facilè persuasæ) primo quidem de alio coeundi modo nihil prorsus constitisse, donec a vicina, qua cum de eo aliquando communicasset, aliter edocta fuisse, atque se ita à marito, delusam postmodum animadvertisset. Maritus, seu impurus potius & sceleratus nebulo, (qui sutor fuit) fuga sibi consulens, decem septimanas ante Infantis exclusionem clam uxore militatum abiit; alias rogo forsan impositus fuisset. *Philippus Salmuthus, observ. 94. cent. 3.*

SE-

SECTIO XI.

Pro Pectori abſceſſu.

TUmore ad ſuppurationem verſo pus attraximus beneficio ſequentis empl. ℞. Reſin. pini rec. claræ & odoratæ ℔i. ol. laurin. & terebinth. an. ℥ii. gummi elemi ℥iv. F. empl. S. A. extendatur q. ſ. ſuper alutam, & vulneri apponatur. Mutetur hiemis tempore ſemel tantùm in die, æſtate verò bis, & mirabilia videbis. Vide *Paræum lib.* 10. *De Vulneribus Pectoris & Thoracis cap.* 32. Debet emplaſtr. in medio perforari inciſuris duabus aut tribus longis, ut pus attractum facile effluat. *Petrus Pachequus obſ.* 54.

SECTIO XII.

Pro Pectoris conquaſſatione ex nimio pondere elevato.

VEna ſecta, loco dolenti appoſitum eſt oxycroceum, & brevi curatus fuit. Quidam pelle ovina recens dilaniata ſale conſperſa, ægrum calidè apud ignem involvunt, & dimittunt ut ſudet, quantum ferre poteſt. Sed mox depoſita pelle, oblinunt oleo roſac. myrtill. & chamæm. & antequam pellem deponant, dant hanc Potionem.

℞. Rhab. el. ℥i. mummiæ ℥ß. rub. tinct. gr. iii. F. Pulv. diſſolv. in aq. endiv. ℥iii. vini albi ℥i. adde ſyrup. acetoſ. ſimpl. ℥i. vel ℥ß. F. Potio. Sed & hæc Potio egregie conferre traditur iis qui ex nimio pondere levando quid mali ſentiunt in corpore.

℞. Butyri rec. ℥ii. caſei virid. ovilli ℥i. liquefiant ſimul ſupra ignem, & exprimantur per pannum, aut ſetaceo excipiantur. Tunc.

℞. Cereviſ. *Gedanæ* aut alterius optimæ ℔i. ſpermat. ceti, nuc. moſch. ana ℈i. M. cum but. ſupraſcripto, & F. Potus, capiat bis in die. Deinde & hæc applicentur loco affecto.

℞. Fol. viol. M. ii. contund. adde furfur. tritici macri, M. i. axungiæ porcin. ℥iiß. q. vitæ ℥ß. vel parum plus. M. & appone. Hac potione fœliciſſimè in conquaſſatis uti ſoleo.

℞. Fol. ſen. ℥iii. infund. in ℥v. decocti communis, fort. expreſs. adde cl. de ſucco roſ. ℥iii. mummiæ, nuc. moſch. an. ℈i. oxymel. ſimpl. ℥ß. F. Potio. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 32. *& ſchol. lib.* 6. *Obſerv. Chirurg.*

SECTIO XIII.

Pro Pectoris dolore.

COntra Pectoris compreſſionem doloremque per vices de ſequenti hauſtulo expectorante aſſumpſit.

℞. Aq. hyſſopi, aniſ. & tuſſilag. an. ℥vi. ſyr. jujub. ℥i. oxymel. ſcilit. dr. vi. ſpecul. diair. ol. dr. i. Sol aniſ. gt. v. ſacc. cand. dr. ii. M. diligenter, colatura detur pro hauſtulo: interim regio pectoris externè inungebatur unguento reſumptivo ad ℥i. cum ol. fœnic. gt. iii. Pro Potu ordinario bibat decoctum C. Cervi uſt. præp. cum ſacch. in hunc modum.

℞. C. cervi uſti præp. ℥i. hord. p. ii. coq. in aq. menſ. iß. decoctum efferveſcens ſuperaffunde paſſul. min. ℥iß. ſacch cand. dr. iii. cinnam. integr. dr. i. ſemin. aniſ. dr. iii. ſinatur ſponte refrigerari, & ſervetur potui. *Jo. Petrus Lotichius, obſer.* 1. *& 2 cap.* 3. *lib.* 3.

SECTIO XIV.

De Pectoris vulnere admirando.

VIr quidam melancholia, tentationibuſq; variis diu vexatus, tandem proprio gladio ſe confodit, infra quartam coſtam in thoracem adacto, & ſub nona coſta in tergo exeunte: quod vulnus tamen intra menſes duos ſanatum eſt. Verum accidit, ut poſt menſes aliquot, iterum de abſurdis cogitationibus conqueretur, & poſtea malè haberet, primò aq. & quicquid cibi aſſumpſiſſet, poſt viridia, tandem nigra quater, eaque magna copia reiiciens vomitu, cum ſudoribus frigidis & leipothymia, ac deinde poſt ultimum vomitum expiraret: corpus apertum eſt, deprehenſumque vulnus per

pulmo-

pulmones & diaphragma penetraſſe; pulmonis ferè nihil repertum eſt in ſiniſtro latere confoſſo. Ventriculus totus aſcenderat in ſiniſtrum thoracis latus, & cor cum capſula de ſede ſua depulluerat in dextrum latus, ubi & vivus ille jubebat obſervari cordis pulſum. *Daniel Sennertus, obſer. 33. cent. 2. Obſerv. Chirurg. Hildani.*

SECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Pœnis ulcere.

DEdi illi ab initio trochiſc. alKiKengi ſine opio, ut ʒi. continuatis diebus cum lacte biberet: poſt dies quatuordecim reverſo, cum nondum ceſſaret, hoc decoctum ordinavi.

℞. Rad. petroſel. ʒi. alth. ʒiß. liquirit. conſolid. an. ʒii. biſtort. ʒß. fol. plantag. alchymil. an. M. i. flor. malv. arbor. p. i. ſem. lini, cydon. an. ʒii. glandium ʒi. nucleor. perſic. ʒiiß. coq. in vini menſur. i. (rectius enim ſic ad veſicam penetrat vis medicamenti) bibat noctu hauſtum cubitum iturus, præcedenti levi cœna: manè bibat lac caprinum vel ovillum; comedat orizam hordeum, ulceri in glande adhibeatur hoc unguentum.

℞. Cadmiæ foſſilis ʒiß. ſulphur. argenti vivi, an. ʒi. cum terebinthina ducantur in formam unguenti, addendo parum axungiæ porci: & ſic reſtitutus fuit. *Felix Platerus, obſ. lib. 3. pag. 779.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Peripneumonia.

PEripneumonia phlegmone eſt pulmonum cum febre acuta, ſpirandi difficultate, & tuſſi, pars affecta eſt pulmo, vel totus, vel ejus pars dextra vel ſiniſtra, cauſa eſt ſanguis in pulmones copioſius irrumpens, ibidem inflammationem concipiens, externæ ſunt, exercitium vehemens, præſertim poſt quietem longam, & corpore repleto; clamor & vocis intentio nimia, ira, aer frigidus & aquilonius, auſtralem præcipuè ſequens, aquarum etiam lacuſtricum & ſtagnantium uſus: huc etiam pertinent medicamenta venenata, & humorum aliquando malignitas, ut in peripneumoniis epidemiis, ſigna ſunt, pectoris anguſtia cum dolore gravativo & ſpinam attingente, ſpiritus difficultas, & quidem major quàm in pleuritide, febris acuta, tuſſis moleſta, & genarum rubor, ſputum in principio nullum proceſſu autem temporis, aut cruentum; aut bilioſum, aut ſpumoſum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Peripneumonia.

VEnam aperire (quod ab initio admodum conduxiſſet) cum jam quartus eſſet dies, & non amplius cruenta expueret, nolui: juſſi itaque hoc julepo tribus uti vicibus ſtatim mane, iterùm ſub veſperam, & circa medium noctis.

℞. Iulep. violar. ʒiii. ſyrup. de jujub. ʒi. aqua violar. ʒß. manus ch. ʒß. M. F. julepus. Unguentum etiam reſumptivum in panno lineo extenſum lateri dolenti applicavi quinto die quia excretio fuit nonnihil cocta & urina tincta; hunc julepum præſcripſi.

℞. Iulep. viol. ʒii. ſyrup. de jujub. oxymel. ſimpl. ſyr. de tuſſilag. an. ʒi. aq. tuſſil. viol. an. ʒiß. M. utatur frequenter pulver. quoque hunc exhibui.

℞. Oculi Cancri ʒi. m. manus ch. perlar. ʒii. F. pulvis ſubtiliſſ. capiat mediam partem manè, cum julepo, alteram ſub veſperam, unguento reſumptivo mane & veſperi inungatur latus dolens; quia tenax erat materia quam expuebat hunc ſyrup. præſcripſi.

℞. Oxymel. ſimpl. ʒi. oxym. ſcilit. ʒß. M. capiat frequenter lambendo, ob dolorem hunc fotum in uſum vocavi.

℞. Rad. alth. ʒi. lil. rec. ʒiii. flor. cham. melil. roſ. an. p. i. ſem. lini fænugræc. an. ʒm. ſem. carvi ʒii. F. decoctio in vino & aqua; infundatur colatura in veſicam, quæ ſemi impleatur, & ſtrictè ligata ne quid effluat, loco dolenti tepidè applicetur, cujus uſu mitigatum malum ſequenti die, quo & continuavit fotum. Ut promoveretur expectoratio purulentæ materiæ, & coqueretur eclegma hoc ordinavi.

℞. Tab. diair. diamargar. frig. an. ʒß. lo-

hoch. ſani & experti ℥iij. ſacc. cand. ℥ij. ſyrup. de liquir. q. ſ. F. lohoch capiat cum baculo liquirit. lambendo. Item.

℞. Ol. amygd. d. rec. expr. ℥ii. ſacch. cand. ℥i. oxym. ſcilit. ℥ij. M. capiat aliquoties, pectori cataplaſma hoc ad concoctionem materiæ applicandum preſcripſi.

℞. Caricar. inciſ. paria ii. mic. panis p. iij. coque in lacte, adde farin. ſem. lini ℥ii. contuſis adde ol. viol. amygdal. d. an. ℥iß. croci parum. M. illinatur eo pannus linteus, tepideque applicetur, quia poſtea excretio, non tam prompte ſuccederet mutavi eclegma hoc pacto.

℞. Tab. diatragac. frigid. oxym. ſcilit. ſyrup. liquir. de hyſſopo, penic. an. ℥ß M. item teneat in ore ſacch. penidium. *Felix Platerus obſerv. lib. 2 pag. 424.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Peripneumonia.

TErtio die vocatus ſtatim venæſectionem præſcribo: hinc ſi alvus non eſt aperta, lenitivum præmittatur, alias ſtatim ad uſum illorum procedendum quæ materiam ad expectorandum præparant, ac febris ardorem temperant qualis eſt hæc potio.

℞. Aq. beton. fragar. ungul. caballin. an. ℥i. ſyrup viol. liquir. an. ℥ß. ſpirit. vitriol. gt. iii. M. F. hauſtus: poſt hanc potionem refrigerantem & præparantem, addatur lambile pro majore maturatione materiæ quod.

℞. Syrup. viol. de liquirit. de jujub. hyſſop. an. ℥i. ſyrup. de praſſio ℥ß. aq. hyſſop. fragar. an. parum. F. lambile quibus poſt biduum continuatis, tertio die poſt venæſectionem, purgatio lenitiva inſtituatur diluto agar. hoc modo.

℞. Agar. ℥ii. zinzib. ℈i. ſal. gemmæ, gr. iii. affunde aq. veronic. & vini q. ſ. ut ſint in loco calido per noctem manè leviter bulliant, & exprimantur ℥iiß. in quibus diſſolve el. diacarthami ℥ii. oxymel. ſcilit. ℥ß. M. F. hauſtus, poſt purgationem materia magis præparetur per continuum uſum incidentium & alterantium, quotidie bis uſurpata potione pectorali.

℞. Rad. ireos, alth. an. ℥ß. liquir. ℥v. ſem. aniſ. fœnic. urtic. an. ℥i. fol. praſſ. hyſſop. major. an. M. j. tragacanth. ℥i. cubeb. paſſul. an. ℥i. nucleor pinear piſtach. an. ℥ß. dactyl. caryc. an. num. 6. fiat decoctio ſ. a. colatura dulcoretur cum ſacch. cand. q. ſ. F. potio ad vices aliquot *Gregorius Horſtius obſerv. 7. lib. 3.*

Quidam ſexagenarius laborabat peripneumonia pituitoſa: cum multa pituita refertus videretur, clyſtere injecto, & ſemel tantum venæſectione celebrata, purgans medicamentum fuit exhibitum ex infuſo rhei cum manna & ſyrup. roſ. quo optimè purgatus eſt quarto die morbi; & poſtridie à febre aliiſque ſymptomatis liberatus apparuit. Unde patet purgationem in peripneumonia interdum convenire quamvis ut plurimum ante ſeptimum diem uſurpata pernicioſa ſit. *Lazarus Riverius, obſerv. 8. cent. 1.*

Peripneumoniæ curatio pleuritidis curationi ſimillima, in ea utramque paginam implet phlebotomia, quantum vires ferre poſſunt, ſemel aut bis in die, donec morbus miteſcat; cum enim pulmo multo ſanguine abundet, & à corde æſtuante magnam illius copiam attrahat; minimè verendum eſt, ter, quater, quinquies, & ſexies ſanguinem detrahere, mitti vero debet ſanguis è baſilica utraque, ſi totus pulmo æqualiter efficiatur; vel ab alterutra quæ lateri affecto magis reſpondeat: mulieribus peripneumonitis, quibus ſanguis menſtruus actu fluit, à talo primo, & mox intra ſex horas à brachio ſanguinem mittere oportet; niſi adeo urgeat periculum, ut cogat primo acceſſu ſanguinem è brachio fundere: quo in caſu, toto venæſectionis tempore, & parùm ante illud, cucurbitulæ fæmoribus ſunt affigendæ. Poſteaquam verò non videntur vires ulteriorem veneſectionem ferre poſſe, cucurbitulę admovendę ſunt ſcapulis & dorſo, tum ſic, tum maximè ſcarificatæ, quantum vires ferre poſſunt, clyſteres etiam emmollientes & lenientes revulſorii ſint: ne tamen in iis vehementiora cathartica miſceantur, metu alvi fluxus, qui in hoc morbo periculoſus eſt: ſi humor crudus & pituitoſus à capite irruens morbum efficiat, vel foveat, veſicatorium nuchæ admotum ſummopere proderit,

purgato in hoc affectu non convenit, nisi declinante morbo. *Lazarus Riverius, prax. Medic. lib. 7. cap. 3.*

SECTIO XVII.

Pro Pernionibus.

PErniones (Græce χείμετλα, in βεῖμα hiems) sunt tumores tempore *Hiberno* in calcaneis digitisque pedum ac manuum exorti: causa est frigus *Hibernum* partem debilitans, & ratione doloris quem infert, sanguinem attrahens: dignoscitur, quod præcesserit ab aere refrigerato, adsit pruritus & dolor cum rubore, tumore & aliquando exulceratione, diuturnum est malum, & quamvis æstate cesset, & hieme tamen recurrit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Pernionibus.

FOtus calidi cineris maximè laudatur, quo remedio testatur *Fallopius* se liberatum fuisse à pernionibus quibus singulis annis vehementer afligebatur: fovebat pedes cum ibat dormitum, alii solent inungere locum effectum oleo ceræ & terebinth. frequens usus est, ut excavetur rapa usque ad fundum; infunde ol. ros. & terebint. an. ℥i. supra calidos cineres ponatur rapa, bulliat ad medietatem & inungantur loca hoc liquore bene calido: sed prius pedes apponat ad fumum aquæ ferventis: si ulcerentur perniones, imponantur unguentum de tutia magistrali, vel etiam diapalma. *Rodericus à Fonseca, tomo 2. consult. 12.*

Consilium dedimus ut rapam ferventem contusam imponeret: vulgares apponunt cutem extractam ac halece fumo induratam, curantur etiam cum decocto raparum, si in eo immergantur: curantur & appositio diapalma. *Petrus Forestus, observ. 15. & Schol. lib. 5. Obs. Chirurg.*

SECTIO XVIII.

De Pede sponte deciduo.

PEs puellæ cuidam sphacelatus media linea à sana distinguebatur. Chirurgis in rescindendo crure difficilioribus, siquidem tenuioris fortunę puella laboris pretium non posset solvere, natura operarii vices supplevit: pes enim sua sponte secundum lineæ à natura designatę ductum, decidit: nullaque hæmmorrhagia subsequente, optimè convaluit: quemadmodum mihi testis est. *D. Olaus VVormius* nunquam satis laudandus. *Thomas Bartholinus. histor. 69. cent. 1.*

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Peste.

PEstis (Græcè λοιμός) morbus est communissimus, peracutissimum, pernicioſissimus & maximè contagiosus ex maligno & occulto spiritibus caloriſque nativo tota substantia infestissimo inquinamento ortus, à quo omnium viscerum & imprimis cordis functiones læduntur: tres habet causas, quarum secunda à prima tertia à secunda descendit: prima & primaria pestis causa est justissima summi Dei ira, à qua promanat illud τὸ Θεῖον, quod huic morbo inesse animadvertitur, cujus *Hippocrates* sæpè mentionem facit: secunda causa quæ à prima originem sumit, est maligniſſimum occultum venenosum & naturæ humanæ infensissimum pestilens seminarium cęlitus demissum, quod minima quantitate aeri infusum, instar subtilis cujusdam fermenti sese per aerem dilatat, eumque inquinat; tertia causa est contagium, quod morbi est primò soboles, postea causa, causæ secundariæ seu corpora ad pestem disponentes sunt, malignæ siderum conjunctiones, aeris & cœli maximi ardores & squalores, siccitates diuturnæ, hiemis & veris tepores putridarum rerum fœdissimæ exhalationes, aliæque similes. Pestis symptomata sunt, exantemata, bubones, carbunculi, capitis dolor, phrenisis, sopor; vigiliæ, anxietas: magna virium prostratio, visus turbulentus, cordis palpitatio, linguæ siccitas, vomitus, singultus lumbrici, fluxus alvi, hæmorrhagia narium, mensium profluvium, sanguinis mictus, sputum cruentum, dolores lateris, hepatis, renum aliarumve partium, licet

licet febris de essentia pestis non sit, ejus tamen sæpius est comes. Aliquando pestis sine præviis indiciis invadit, nonnunquam etiam signis evidentibus adventum suum prænunciat, qualia sunt, plurima & ferè continua nocturna fulgura, sine pluviis & tonitruis, cœlo non nubiloso existente, venti austrini diuturniores, maximæ æstatis fervores, & siccitates diuturnæ, hiemem tepidam & humidam consequentes, avium fuga, insectorum maxima copia, mulierum gravidarum frequentes abortus, morbi epid. mali moris, ut varioli, morbilli, febres malignæ & purpuratæ, & dysenteriæ contagiosæ; pueri in lusibus suis mortuorum sepulturam agentes: maculæ purpureæ, nigræ, virescentes, violaceæ, quocunque morbi tempore appareant, semper lethales esse solent.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Peste.

ANtidotum contra pestem quamvis vulgare, attamen saluberrimum tibi mitto, quod etiam pueris ad fabæ magnitudinem, vel paulò amplius tutò exhiberi potest; estque illud quod in sanctuariis *Mithridatis Cn. Pompeius* invenit, de quo eleganter sanè cecinit serenus Poeta. Ego ut in meliorem formam compositio redigatur, accipio pondera æqualia tum rutæ, tum ficuum ac juglandium, & jubeo prius unumquodque simplex per se fortiter pistillo ligneo in mortario lapideo contundi alioqui durior fit mixtura, non lenis sed inepta propter ficuum resistentiam, ut experti sumus: mox unumquodque per se contusum, iterum fortiter cum pistillo in mortario commisceo, superinfundendo syrup. de acetosit. citri q.s. donec compositio delicatior, meliorque ac mollior fiat, adjectis deinde in fine aliquot grumis salis etiam tritis: hæc mixtura licet simplicissima ac paratu facillima, saluberrima tamen existit, experientiam enim didici tam in meipso, quam in omni mea familia, hoc tempore pestis, egregiè ad pestis præcautionem valere; qua antidoto tum ego ac mei singulis diebus usi sumus. Ego omni manè è lecto surgens, cum multos infectos inviserem, antequam domo exirem ad parvæ nucis magnitudinem ex hac sequenti confectione sumebam.

℞. Confectionis nostræ suprascriptæ de nucibus, ℥iß. theriac. antiq. & mithridat. an. ℥ii. boli armen. veri, terræ sigill. veræ, an. ℈ß. cum syrup. de limon. & hieme, cum syrup. de cortic. citri, q.s. F. mixtura: aliquando addebam aliqui aq. theriac. *Guidonis*, & iis dabam ad præcautionem in quorum ædibus aliqui peste obiissent, ad ℥i. in hieme cum vino, in vere cum aqua scabios. Card. bened. in æstate cum aqua acetos. vel post assumptum antidotum has aqua superbibendo. *Petrus Forestus, observ. 16. lib. 6. De Febribus Epidemicis.*

Nos imperavimus Pharmacopæo nostro ut talem pulverem nobis pararet, quo fœliciſſimè usi sumus in peste *Delphica*, tam ad præcautionem quam curationem in multorum salutem, & quanquam hunc pulverem pro maximo secreto habeamus nefas tamen esse duximus ejusdem descriptionem nobis solis retinere, quin potius volumus omnibus communem facere, ut quivis junior Medicus, tum alii omnes ad mortalium utilitatem eo rectè uti possent, descriptio pulveris hæc est.

℞. Rad. dictamn. tormentill. bol. arm. veri, præpar. præparatur autem cum lotione aq. scabios.) terr. sigill. veræ, an. ℥vi. rad. gent. an. rad. petastid. beton. an. ℥ii. santal. rubr. ℥i. ras. ebor. cort. citri, corall. rubr. ossis de corde cervi, rad. zedoar. an. ℥ß. Margarit. puriſſ. ben. utriusque, an. ℈i. succini, ramentor. unicornu veri, an. ℈ii. fragmenti ʒ. lapidibus pretios. ana ℈ß. fol. auri & argenti, an. num. 3. M. F. Pulvis tenuiſſ. ad præcautionem dabam ℈ii. usque ad ℥i. modo cum vino diluto, modo cum aq. oxalid. vel scabios. aut Card. bened. aliquando adjicens syrup. de limon. vel acetos. citri, in peste ad curationem dabam ℥i. vel ℈iv. plus aut minus cum iisdem aquis & syrupis, at frequentius tantùm dedi ℥i. idque calidè ut sudor provocaretur, interea imperabam ne dormirent saltem per quatuor horas ab hausto medicamento, pauperibus dabam pulverem radicis petasitis cum magno juvamine i *Petrus Forestus, schol. obs. 16 lib. 6.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Peſte.

ILlico peſte correptis ſunt remedia adhibenda, morbi enim malignitas nullas dat inducias, fruſtra ferè auxilia omnia adhibentur, ſi malum diem naturalem fuerit tranſgreſſum, id quod experientia, proh dolor vidimus, & pro compertiſſimo habuimus: ubi igitur vires, plethora, ac ætas conſentirent, ſi malum jam primo invaſiſſet, neque ſeptem vel octo horas præteriiſſet, venæſectionem adhibebam: quibus verò malum duodecim horas vel diem naturalem petranſiſſet, nullo modo ſectionem venæ adhibendam: experientia enim vidimus, quibus poſt duodecim horas vel diem naturalem venæſect. fieret, quod commorerentur: ante 7. vel 8. horas ſectione venæ tempeſtivè adhibita melius curabantur: ſi ætas non admitteret venæſectionem cucurbitulas cum ſcarificatione ſatis profunda, collo, homoplatis, lumbis, natibus, cruribus, ſemper loco proximè affecto apponere jubebam: quæ etiam in peſtillentibus febribus à quibuſdam magis laudantur: poſt ſectionem venæ, illicò dabam pulverem meum contra peſtem, ad ſudandum: quo remedio aliquando in ipſo initio tumor peſtillens ſi non eſſet magnus delitescebat, veneno per ſudorem foras expulſo: ita ut aliis remediis topicis ad tumores opus non fuerit: quod ſi pulverem vomitu rejicerent, ſine mora, abluto ore cum aqua & aceto, alium ingerebam, idque aliquando bis vel ter, donec retinerent, qui enim retinebant facilius evadebant, qui autem rejiciebant, vitæ periculum ſubibant: interea ſemper vires corroborabam cum conditis, electuar. putredini reſiſtentibus: epithematis cordialibus nequaquam neglectis; non purgabam ante tertium diem, & hoc rarius, ſed in quarto frequentius, idque medicamentis levioribus. *Petrus Foreſtus, obſerv. 17. lib. 6.*

Mulier quædam ex peſte decumbens ſub ala ſiniſtra bubonem habebat: eodem die quo febre peſtilenti correpta eſſet, ad eam acitus, venam è directo bubonis in brachio ſiniſtro aperiri juſſi: mox pulverem meum liberantem poſt duas horas à venæſectione, hoc modo præſcriptum exhibui.

℞. Pulv. noſtri contra peſtem, ʒi. aq. acetoſ. ſcabioſ. Card. bened. an. ʒi. M ſudores veſtibus cooperta ſatis emanabant, ſecundo die hos ſyrupos ebibit.

℞. Aq. ſcabioſ. borrag. acetoſ. an. ʒii ſyr. de limon. de acetoſ. citri, de ſucco acetoſ. an. ʒi. M. F. Julepus, pro ii. doſibus.

Tertio die ita fuit purgata.

℞. Fol. ſen. ʒiii. rhei el. ʒi. ſem. aniſ. ℈ß. ſchænanth. ℈ß. infund. per noctem facta prius levi ebullitione, in aq. acetoſ. ʒv. manè fortiſſimæ expreſſioni adde ſyr. infuſ. roſ. ʒi. M. F. potio brevis: qua alvum ter quaterve depoſuit, pro roboratione conditum ſequens eſt præſcriptum.

℞. Conſerv. bugl. borrag. & roſ. an. ʒß. ſpec. liberant deſcript. *Cordi* ℈ii. ſpec. diarrhod. abbat. ℈i. manus ch. perl. ʒi. cum ſyr. de limonibus, acetoſ. citri an. q. ſ. F. conditum, quo continuò utatur.

℞. Theriac. ʒß. terr. lemn. ſantal. rub. an. ʒi. aq. roſ. & aceti parum, fiat ad modum unguenti pro regione cordis; roborat enim, cor munit, & venenum à corde propellit. Interim ſtatim buboni applicari juſſimus maturativum ſimul & attractivum ex rad. lil. alb. enulæ camp. ſcabioſ. cœpis ſimul coctis & contuſis adjectis butyro, theriaca veteri, diachylone & ammoniaco in aceto ſcillino ſoluto, & galbano ſimul mixtis; unde factus eſt abſceſſus, eoque citius per chirurgum aperto, ac ſanie probe effluente, mox adhibitis mundificativis aptis, hæc ipſa brevi convaluit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 19. lib. 6.*

Erant in hac peſte lenticulę iſtę nigrę (quę quod minutæ erant, & piperis inſtar nigri vulgus appellabat *Pepercoonx*) adeo lethales, ut ubicunque apparerent, non diu poſt mors ſubſequebatur; ut ſæpiſſimè obſervavi, mortem, iis apparentibus, ſine errore ſemper prædicendo. *Idem obſerv. 36. lib. 6.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Peſte.

NEminem (quod notandum) eorum qui fonticulos in brachiis & cruri-

bus habuerunt (præter unum aut alterum summè cacochymicum) peste obiisse memini: & proinde præsentaneum præservativum esse tempore pestis cum in aliis multis, tum etiam in memetipso observavi. Ego enim duos habeo, alterum in brachio sinistro, alterum in poplite dextro: in hac etiam *Lausanensi*, nullum eorum qui aut vomitu, aut fluore alvi laboravit, evasisse scio, sic & omnes ferè, quibus vena secta fuit, obierunt. *Guil. Fabritius Hildanus, observ. 22. cent. 4.*

Amuleta ex arsenico, pulvere busonum aliisque confecta, & tempore pestis collo appensa maximam ad prœservationem vim habere, non est quod dubites. *Cosmus Slotanus* Chirurgus longe celeberrimus, Præceptor meus, magni semper ea solebat facere, maximamque ac longa eorum se habere experientiam, non rarò mihi affirmavit, eaque cujusvis ætatis hominibus, appendebat. Ego quoque postea non rarò cum fructu iis usus sum. Sed quid sentis de usu muriæ in peste? *Novisiæ* ad *Rhenum* Jurisconsultum quendam cognovi, qui me præsente retulit se maximo cum fructu domesticis suis, amicis muriam in peste sæpissimè exhibuisse: accipiebat autem muriam carnis porcinæ, eamque ad ignem in lebete coquebat, & probè despumabat, donec ab omni immunditie & sordibus expurgata esset. Postea in vas fictile infundebat, in eoque relinquebat, usque dum refrixisset, tum in ampullis bene clausis eam conservabat, & non nisi post annum exhibebat, quam primùm autem aliquis peste correptus esset; haustum hujus muriæ ei propinabat, & ut in lecto sudaret, ab omnique alio potu per aliquot horas abstineret, injunxit. Retulit hoc genus remedii in nonnullis per sudores, in aliis per vomitum, in reliquis per alvum, aut per vomitum & per alvum simul, tum affatim evacuare, ut major pars eorum qui illud sumpserint, sanitati restituta fuerit. Ego etsi nunquam periculum fecerim, neq; facere auderem, nisi tuam sententiam hac de re prius intellexerim, attamen in robustioribus corporibus remedium hocce forsan non omnino rejiciendum esse arbitror, quandoquidem ratione salis, putredini humorum summoperè adversari, nullum est dubium; referat præterea obstructiones viscerum, noxiosque humores, nunc per alvum, nunc per sudorem, nunc vero per urinas educit. *Guil. Fabritius Hildanus, observat. 34. ad Sennertum. cent. 2.*

Quid de Lapidis Bezoardici usu in peste censeam, scire cupis? scio quasdam esse qui non usque adeo magni faciunt medicamentum hoc, præsertim in Peste. Ego tamen illud non solùm in hoc morbo, verum etiam in Variolis, Morbillis, febribus malignis, imò & in contumaciissima quartana, præstantissimum esse, cum in memetipso, tum in ægris meis, non rarò expertus sum. *Guil. Fabritius, Hildanus, observ. 29. cent. 6.*

Non tacebo maximum & præstantissimum remedium, quod & præservat, & maximè curat omnes Peste affectos, de quo multi scripserunt & experientia comprobarunt. Remedium tale est.

℞. Vitriol. alb. præp. (*i. e.* pulv. & ter infusi in aq. ros. totiesque ad Solem exsiccati add. aliquid camphor.) dictamn. alb. rad. tormentill. an. ʒii. M. F. pulvis tenuissimus. Detur ad ʒi. cum ʒii. aq. plantag. vel rosar. vel acetos. manè & vesperi. *Rodericus à Fonseca, tomo 2. consult. 10.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Peste.

VIrgini cuidam Peste laborànti propinavi illicò sequentem Potionem.

℞. Aq. theriacal. nostræ ʒii. Elect. de ovo ʒi. M. bibit, nec eam vomuit, quod pro bono signo habetur: multumque postea sudavit. Sudore peracto, jussi ut cochl. i. vel ii. syr. de limon. cum æquali portione syr. de acetos. citri, permixti, per se, vel cum aquæ cocta diluti, biberet, sæpeque ut reficeretur, repeteret: jusculaque efficaciæ & congelata sumeret. Sequenti die bubo in inguine apparebat, anthraxque paulò subtus in femore erupit; denuo igitur expulsivam hanc Potionem illi propinavi.

℞. Aq. theriac. nostræ ʒvi. Julep. ros. ʒi. syrup.

ſyrup. de limon. ℥ß. de agreſta ℥ii. M. bibit, rurſumque ſudavit. Sudore peracto, tab. diamarg. frigid. ſumpſit. Epithema pulſuum & cordis regioni tale cum ſerico cher. meſino, admotum fuit.

℞. Aq. roſ. ℥ii. aq. ſcabioſ. acetoſ. an. ℥i. aq. meliſſ. aceti roſ. an. ℥ß. pulv. diamargar. frigid. ℥ß. ſucci pomor. ℥ß. M. ſæpe iteretur; anthraci cataplaſma hoc impoſitum.

℞. Fol. ſcabioſ. pulpæ ficuum, an. ℥ß. contund. adde ol. lil. ℥ß. M. Cum adhuc periclitaretur, Potionem cordialem, & quæ veneni vim infringeret talem exhibui.

℞. Aquæ theriac. bugl. ſcabioſ. calend. ſyrup. de agreſta, an. ℥ß. pulv. diamarg. frig. ℥ß. M. ad ſuppurandum bubonem, cum ad ſuppurationem tenderet, hoc cataplaſma præſcripſi.

℞. Herb. malv. M. i. flor. chamæm. p. i. ficuum ℥ii. coq. Piſtentur, adde pulv. rad. alth. ℥ß. farin. ſem. lini & fœnugræc. an. ℥ii. vitell. ovor. num. 2. emplaſtr. diachyll. diſſolut. in ol. lil. ℥i. ſal. ℥ii. F. cataplaſma. Poſtea ſenſim cœpit convaleſcere. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 333.*

Aqua theriacalis noſtra quæ tantopere profuit, ita paratur.

℞. Rad. tormentill. lappæ maj. pimpinell. ſucciſæ, valerian. maj. an. ℥iv. rad. imperator. angelic. dictamn. gentian. ſerpentar. an. ℥i. cæpar. mundat. à cortice, nuc. virid. ſcabioſ. verben. calend. cum flor. rutæ, acetoſ. Card. bened. an. M. ii. camphor. ℥iß. aq. vitæ ℥i. vini albi generoſi menſ. iß. ſeu ℔vi. aceti roſac. ℥ii. Mithrid. ℥i. deſtillentur: doſis maxima ℥ii. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 340.*

Ad præſervationem ſequentibus Pilulis per vices utantur.

℞. Aloes rhei, an. ℥ii. agar. myrrh. an. ℥i. rad. gentian. zedoar. an. ℈i. croci, ℈ß. pulveriz. & cum ſyr. roſ. ſolut. cum ſena, fiat maſſa Pilul. *Felix Platerus, obſ. lib. 2. pag. 399.*

Presbyter *Veſantinus Valeryus* ſæpius Peſte infectis inſerviens in ſuo Libello *De Peſte*, mirè propria experientia inductus, ad præſervationem laudat urinam propriam, mane, jejuno adhuc ſtomacho, ſemper poſt quintum aut ſextum diem, ad cyathum unum epotam: cujus multis nauſeoſi remedii vices ſupplere poſſet balſamum urinæ, à Chymicis tanquam remedium εὐπόριστον deſcriptum. Pulvis ſequens *Hiſpaniarum* Regis ſecretum eſſe dicitur.

℞. Myrrh. ſelect. maſtich. bol. arm. terræ ſigillat. lign. aloes, cariophyll. maceris, croci an. part. æq. F. Pulvis: capiat ſingulis matutinis. Amuleta pro præſervatione magni quoque fiunt, ut avellana perforata eouſq; ut nucleus eximi poſſit, repleta argento vivo, obturataque & collo ſuſpenſa: quod mire juvare à *Marcilio Ficino* exemplis adhibitis probatur; quàm aliqui appenſam, ita ut cordis regionem attingat, eſſe volunt. *Felix Platerus practic. tom. 2. cap. 2. pag. 163. 166. 171.*

SUBSECTIO QUINTA.

De Peſte.

IMprimis valent quæ ſimul malignæ putredini reſiſtunt, & materiam ad cutem pellunt, atque ſudores movent, ut hic Pulvis.

℞. Sem. napi, citri an. ℥i. C. C. oſſis de corde C. an. ℥ß. zedoar. ℈i. M. F. Pulvis: de quo detur ℥i. in aqu. ſcabioſ. cum ſyrup. de ſucco ſcordii: nec dediſſe hunc pulverem ſemel ſatis eſt, ſed continuò in cibo & potu, & ſerculis aſpergatur Pulvis margarit. corall. terr. ſigillat. & bol. armen.

Hippocrates ab *Athenarum* Urbe Peſtem quæ ex *Æthiopia* in *Græciam* pervaſit, incenſis ſylvis, & ignibus factis odoriferis depulit. Siccus enim aer ſive conſtitutione cœli ſicca, ſive arte ſiccior redditus, admodum progreſſioni hujus mali adverſatur. Aer ergò non modo omni excrementorum publicorum amotione, verum etiam igne & fumo publicè privatimque omni ſtudio purgandus, hoc rectè quibuſdam fieri videtur, ſi ex tormentis bellicis majoribus Pulvis ſulphureus incenſus veſpertinis ac matutinis horis, multis in locis emittatur, eſſeque rationi conſentaneum apparet, neque experimento caret: privatim verò ſuffitus ex ligno & baccis juni-

juniperi, roriſmar. lauri fol. & abſinthio fieri poſſunt.

Si cum ægro nobis eſt negotium; facem ex tæda vel lychno cereo cum reſina facto, ut uberior ſit flama, præferre utile eſt. Faciem autem atque manus aceto roſac. aqua mixto abluere debemus, ori atque naribus admovenda ſpongia magna quæ prius aceto roſac. in quo ruta cum uno & altero grano camphoræ affuſa aq. roſac. macerata fuerit, imbuta eſt: ea ſemper nobiſcum circumferenda, noctumque ad lectum collocanda erit. In ore quidam continuò geſtant rad. zedoar. ſive angelic. in aceto maceratæ; ſed cortices citri exſiccati tutiſſimi ſunt atque ſuaviſſimi: vel iſti orbiculi in ore retineantur.

℞. Sem. citri excortic. ℥iii. cortic. citri ſicc. lign. aloes, ſantal. citrin. an. ℥iß. cariophyll. zedoar. nuc. moſch. an. ℈i. ſacch. ℥iß. aquæ roſ. moſchatæ in qua parum tragacanth. ſolvatur q. ſ. F. orbiculi parvi. Quidam cordis regionem iſto unguento inungunt mane.

℞. Theriac. opt. ℥vi. croc. camphor. an. ℥ß. cum ſucco limon. F. linimentum. Sunt qui exiſtimant venenum veneno pelli, & corpora ad venena poſſe aſſuefieri, ut *Carpus* Chirurgus *Bononiæ* faciebat, qui Arſenicum in linteolo circa cordis regionem geſtabat Præterea tutiſſimum ſemper eſt curare, ut corpus excrementis vacet, & quantum fieri poteſt, ſit à ſuperfluis humoribus mundum, quod præſtabunt pilulæ *Ruffi* ad ℥i. in ſeptimana bis ſumptæ. Sed mihi magis iſtæ probantur.

℞. Aloes roſat. ℥i. myrrh. croci, an. ℥ß. agar. troch. ℥ii. rhei. el. ℥i. bol. arm. ℈. ii. lign aloes, dictamn. alb. margarit. an. ℈. i. M. & cum ſucco citri, F. pil. parvæ, ſumantur bis in ſeptimana ad ℥i. Hoc etiam in loco medicamentum planè regium, quod in pervetuſto Libro ſcriptum, ac valde commendatum reperi, vere quæ commendari poſſe potu, recenſebo.

℞. Vini malvatici menſ. viii. deſtillentur ſuavi igne per cineres octies: huic ſpiritui vini injiciantur rad. tormentill. ſerpentar. ana. ℥i. angel. zedoar. ana. ℥. m. cort. citri opt. cinnam. ana. dr. i. ſtent. ita per biduum vel triduum in vitro benè clauſo; locoque calido, deinde abjectis iſtis priùs expreſſis, ac per linteolum triplex fuſis, infundantur hic ſpiritus vini vitro in quo imponantur hæc linteolo ſubtili ligata.

℞. Spermat ceti recentiſs. ambr. el. rhei opt. an. ℥ii. moſch. puri ℥ß. vas optimè claudatur & divinum medicamentum uſui ſervetur. Ejus autem gutta una æſtivo tempore cum ſacch. roſato ad præſervationem ſumitur; hieme verò gutta una cum mica panis deglutitur. Hæc etiam aqua in præſervatione & curatione *Viennæ Auſtriæ* & multis aliis profuit.

℞. Carlin. zedoar. gentian. ang. tormentil. boleti cervini, an. ℥ii. trium ſantal. ℥i. camph. ℈ii. moſch. ℈i. theriac. opt. mithr. præſtantiſs. an. ℥iii. affund. ℔iii. ſpiritus vini, ubi per menſem integrum in loco calido vitro bene clauſo ſteterint, colentur per triplicem pannum lineum, & in alio vaſe optimè clauſo aqua iſta uſui ſervetur: hæc præſtantiſſima aqua etſi ad præſervationem cum aliis commiſta, ut cum aqua card. ben. ſcabioſ. ſcordii, ſumi poteſt, tamen in curatione magis eſt illius uſus. Hiberno tempore guttæ duæ vel tres ſumi poſſunt.

Præſervativa quibus alios fœliciter uſus eſſe, ſcio, plurima recitare poſſem, ſed duo Electuaria quibus me bis in Peſtilentia beneficio *Dei*, conſervavi, alternis diebus ad magnitudinem caſtaneæ de iis ſumens ſubiiciam.

℞. Succi cydon. ℥iii. conſerv. borrag. roſ. an. ℥iiß. mitrid. opt, ℥ß. Margarit. diſſolut. ℥i. hyacinth. ſpec. elect. de gemmis, liberant corall. diſſolut. ana ℈iv. extract. card. bened. ſcabioſ. veron. ſcordii, an. ℥ii. M.

Alterum Electuarium.

℞. Maceris ℥i. inicietur aceto fortiſs. vini opt. vel quod melius eſt, limonum ſucco per viginti quatuor horas, ſiccetur rurſum, & minutim incidatur, huic adde theriac. opt. ℥ß. conſerv. borr. ℥ii. cort. citri conditi ℥i. ſem. citri excortic. card. ben. rec. an. ℥iß. ſpec. liberant. ℥i. extract. xyloaloes ℥ß. M. Pro curatione nihil eſſe efficacius duabus iſtis aquis hactenus propoſitis certiſſima mihi experientia edoctus perſuadeo; prima aqua da-

tur ad ʒi. cum aqua card. ſcabioſ. vel ſcord. addito pulvere ſequenti ad ʒi.

℞. C. C. unicornu, an. ℈i. terr. ſigill. ʒß. margarit. ſplend. ſmaragd. ignem ſuſtinentis, an. ℈ß. camphor. gr. vii. lapid. bezoar. gr. v. Altera aqua datur infectis ab ʒiß. ad ʒiii. cum iiſdem aquis. *Ioh. Crato. Conſ.* 28. *lib.* 5.

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Peſte.

CErtum eſt Deum ſibi reſervaſſe ſoli remedium contra Peſtem. Multa uſu tot annorum didici, ſed nulli rei præter divinæ benignitati commendare ſalutem meam in tali periculo poſſum: quare de expertis remediis in hoc caſu non libenter ſcribo. Pueris nihil utilius quàm armena cum pauxillo tormentill. & corticibus citri in pulverem redactis, qui inſpergatur cibo, pultibus & potui: quoties exeundum eſt domo particulam corticis citri in ore geſtare profuerit, quiſquis ex poculo ſuo bibat, non cum alio: Famulis aliquot baccæ junip. in aceto maceratæ dentur eas maſticent: odorent etiam acetum cui camphora & ruta ſit injecta. In curatione plurimùm poteſt camphora cum theriaca vel mitrhidat. ſed ne fortiſſimo quidem homini ultra tria grana camphoræ dentur, nec qui infectus eſt ulli remedio ſo, li fidat, ſed ſingulis ſex horis mutet. *Ja. Crato. conſil.* 23. *lib* 4.

Certiſſimo experimento didici infundere ſupra ambram optimum vinum malvaticum deſtillatum, & diligenter obturare, & manè aliquot guttas cum pane ſumere, eſſe excellentiſſimum remedium præſervativum in Peſte. *Ioh. Crato. conſil.* 30. *lib.* 4.

℞. Cortic. citr. ſantal. lign. aloes, an. ʒß. ſtyrac. calam. ladan. an. ʒi. gall. moſch. alipt. moſch. an. ℈m. amb. griſ. gr. iii. M. & cum mucilag. tragac. F. orbiculi redolentes manibus geſtandi, quàm minimùm in publicum prodeat, & cùm exeundum eſt, corticem citri, vel angelicam in aceto præparatam in ore geſtet, licet vera Peſtis antidotus ſoli Deo nota ſit, ideoque divinum auxilium præcipuè imploran-

dum; ad præſervationem tamen imprimis utile puto elect. de nucibus hoc modo factum.

℞. Nuc. jugland. numero 20. caric. ping. numero 15. rad. tormentill. pimpinell. bacc. lauri, an. ʒiiß. cortic. citri galang. macis in aceto præpar. ʒiß. fol. abſinth. rutæ, ſcabioſ. an. M. i. flor. borrag. M. ß. C. C. bol. armen. terr. ſigill. an. ʒii. Myrrh. el. ʒi. Croci ʒß. cum ℔iii. mell. deſpumat. F. Electuar. de quo ſumat manè, vel cum in publicum prodit, ad magnitudinem caſtaneæ. *Io Crato. conſil.* 20. *lib.* 1.

Cibi omnes aceto, ſucco limonum, & citrior. condiendi, potui quoque citriorum cortices imponendi, & cum cibis ſequens Pulvis in aceto aut vino diſſolutus uſurpandus.

℞. Margar. alb. præp. ʒii. corall. rubr. præpar. bol. arm. Orient. an. ʒi. cinnam. el. ʒiii. ſacch. q. ſ. F. Pulvis. Caveantur vina fortia, dulcia, & craſſa. Ad evacuationem putridorum & excrementitiorum humorum ſufficiant Pilulæ ſequentes ad ʒi. ſemel in ſeptimana.

℞. Aloes ʒvi. Myrrh. ʒiii. Croc. ʒi. rhei el. ʒii. agar. troch. ʒi. cariophyll. ſem. citri, an. ℈i. tormentill. ſantal. rubr. an. ʒiß. bol. arm. or. ʒiii. Camphor. ℈ß. pulveriza. Excipiantur ſyrup. acetoſ. citri, & F. maſſa pilul. Antequam domo quis egrediatur, ſub ſiniſtra mammilla hoc unguentum illinendum eſt.

℞. Theriac. opt. ʒiii. croci, camphor. an. gr. xv. cum ſ. q. ſucci limon. & acet. roſac. F. linimentum. *Io. Crato. conſil.* 17. *lib.* 3.

Pluribus, duobus iſtis electuariis profui, quorum primum quod electuar. liberantis nomino, ita fit.

℞. Conſerv. roſ. opt. ʒvi. Conſerv. nymphææ ʒiii. Mithrid. opt. theriac. an. ʒvi. pulv. tormentill. ſem. citri, an. ʒiß. Margar. præp. ʒiii. Succin. alb. præp. hyacinth. præparat. an. ℈iv. bol. arm. præpar. ʒiii. croci torrefact. ʒß. Extract. angelic. ℈ß. ſucc. cytonior. ʒiß. M. F. Electuarium.

Secundum voco Elect. Salutis, & ita fit.

℞. Macis præp. in aceto vel ſucco limon. ʒiß. Mithrid. opt. ʒiiiß. theriac. el. ʒii. Xyloaloes ʒi. ſpec. liberant. *Ferdinandi*, terr. ſigill. pulv. ſuccini alb. præp. an. ʒiß.

Cor-

Cortic. citr. ficc. & pulv. ℥i. Conserv. ros. borrag. nymph. an. ℥iß. cum syrup. acetos. citri, q. s. F. Electuar. Pro curatione illud subjiciam in gratiam vulgarium, infectis utiliter dari tanaceti decoctum.

℞. Flor. tanaceti, q. s. bulliant in aq. & aceti æquis partibus optimè; bonum subinde haustum ebibat; camphora adjecta idem efficacius reddit. *Ioh. Crato consil. 46. lib. 7.*

Imperator *Ferdinandus* hoc tabulatum magnifecit, & multis communicavit, & ex eo Liberantis Divi *Ferdinandi* dicitur.

℞. Cinnam. el. ℥ii. ros. rubr. sem. portulac. ras. ebor. coriand. præp. an. ℥iß. ras. C. C. sem. citri, excortic. arantior. limon. an. ℥iii. lign. aloe, nuc. mosch. marathri, anis. sem. bombac excortic. serici crudi, granor. juniper. in aceto, rad. tormentill. rad. herb. tunicæ, rad. morsus diaboli, an. ℥ii. dictamn. cret. & vulgar. scabios. borrag. bugl. an. ℥ß. oss. de corde C. ℈ii. bol. orient. præp. vn. ij. santal. trium, an. ℈i. margarit. smaragd. saphyr. sardonii, hyacint. granat. an. ℥ß. pulveriz. omnia S. A. & sacc. dissolut. in aq. acetos. q. s. F. confectio in tabulis quadratis possunt quovis tempore usurpari.

Maximiliano Secundo Imperatori laudatiss. memoriæ à me præscriptæ sunt hæ tabellæ, quas multi magni Nominis & Dignitatis Viri sibi plurimùm profuisse testantur.

℞. Bol. armen. in aq. scabios. lot. ℥ß. margarit. præp. corall. præp. an. ℈iv. sem. Card. bened. excortic. citr. excortic. an. ℈ß. hyacinth. præp. ℈ii. smaragd. præp. ℈i. spec. liberant. terr. sigillat. C. C. an. ℈ii. fol. auri, numero xv. ambr. gr. vi. sacch. ℔ß. in s. q. aq. ros. & cinnam. dissolut. addita conserva ros. parum. F. confectio in tabulis quadratis.

Ad curationem prodest hoc Electuarium.

℞. Scord. ℥iii. tormentill. dictamn. alb. zedoar. gentian. angelic. cariophyllat. an. ℥i. croci, camphor. an. ℈ii. Pulveriz. omnia seorsim, & commisceantur, & aspergantur aq. card. in qua dissolv. theriach. ℥ii. & cum syrup. de succo scord. & cardui, F. electuar. detur in aqua cardui ad dr. i. vel plus etiam efficaciam ejus possem verissimis testimoniis ostendere, & facili sumptu paratur, & facile est. *Io. Crato, lib. De Pestilentis Febris curatione.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Peste.

AUdi verò quo de venæsectione in hoc casu ex *Victorio Faventino* celeberrimo practico memoriæ causa aliquando annotavi, in febre (inquit) pestilentiali, si non apparuerint signa sanguinis abundantis, cave à phlebotomia sicut à diabulo; si verò ea apparuerint cum robore virium & ætate commoda, si tu non phlebotomabis; sanguis justus erit super te & filios tuos. *Ioh. VVolfangus, epist. 10. ad observ. 33. lib. 7. observ. Greg. Horstii.*

Genuinum Alexipharmacum pestis apud Deum solum repositum cum *Cratone* credo, & cum *Heurnio* ingenuè fateor, quod in peste nihil pestilentius multis remediis. *Gregor. Horstius practic. lib. 7.*

Ad præservationem sumatur singulis matutinis ad minimum cochl. j. sequentis antidoti.

℞. Nuc. jugland. excortic. num. 10 ficuum num. 10. fol. rutæ, M. ii. bacc. junip. Mß. concisis & contusis affunde aceti vini opt. q. s. ad eminentiam duorum aut trium digitorum; stent per 24 horas quibus ver. amara non sapiunt, vel etiam qui colicis doloribus & suffocatione matricis conflictantur, item prægnantes & pueri, hi omnes ex rotulis his meis contra pestem mane duas, interdiu aliquando unam deglutiant.

℞. Cortic. citr. ℈ii. Ossis de corde C. Margarit. præp. an. ℈ß. Saphyr. præp. gr. iii. ol. macis gt. ii. ol. cinnam. gt. v. spec. liberant. ℥. m. diarrhod. abb. dr. ii. sacch. clarific. ℔i. aq. scord. Card. bened. an. ℥ii. aq. cinnam. ℥. m. coq. sacch. ad aq. consumptionem & F. rotulæ, s. a.

Si de infectione cuidam constat, ille mox de antidoto mea, quæ sequitur, accipiat dr. i. m. in aceti vini cochl. vi. quod si vero infra viginti annos constitutus sit, sumat ℥i. in cochl. iv. annos autem natus decem, ℥. m. in cochl. iii. quem asiditas aceti offendit, misceat acetum cum aq. Card. bened. sudoremque provocet pro virium tole-

tolerantia, ad minimum uſque ad unam horam, ad ſummum verò ad tres; ſudoremque faciei ſemper abſtergat, lectumque mutet, vireſque ſyrup. acetoſ. citri, & poſt ſemihoram juſculo jucundo reſtauret.

℞. Pulv. ſcord. ſem. rutæ gentian. an. ℈iv. theriac. mithridat. an. ʒi. m. Conſerv. roſ. ʒi. cum ſyrup. acetoſ. citri q. ſ. F. Electuar. doſis ut ſupra, quivis antidotum tum hoc ad duas vices in promptu habeat, ut ſi prima vice illud vomitu rejecerit, aliam doſim ſubſtituere queat, præterea duabus horis poſt cibum, aut ſeptem horis poſt invaſionem peſtilentiæ antidotum meam, aut theriacam ſecunda vice reaſſumat infectus, denuò ſudet, vireſque ut antea reficiat tandem ad reliquiarum peſtilentium omnimodam diſcuſſionem altero vel tertio die ſingulis ſex horis, ſumat duas aut tres ex rotulis noſtris contra peſtem ſupra deſcriptis.

Accidit verò ut peſte correpti communiter in principio ſomno profundo indulgeant, quod malignitas ad cor retrahitur, ipſumque infecti in ſummo vitæ diſcrimine verſantur, quo tempore ruta & acetum naribus adhibeantur, omnique ingenio ſomnus excutiatur, proruente bubone, opus eſt accerſere Chirurgum, qui localia modo debito adminiſtret, in cujus defectu, præparentur ſaccoli ex fol. alth. Mii. rad. alth. & lil. alb. an. ʒii. fol. agrimon. ſcord. an. M. ß. ficuum num. 2. & duo decocti alternatim parti affectæ imponantur, in promptu quoque ſit diachyl. compoſ. poſt fomentationem tribus vicibus in die, applicandum, poſt emmollitionem bubonis aliqualem, accipiatur cepa theriaca impleta, & aſſata, quæ contuſa cum ficubus, melle & farina permiſceatur & adhibeatur: qui ſi apertus fuerit, huic mixturæ vitellus ovi adjiciatur, corroſiva & inciſoria nonniſi ſumma neceſſitatis urgentia in actum ducantur. Anthraces egregiè tritico à ſanis maſticato & illito mitigantur; ſi deinde ſaphyrus ipſi eminus admoveatur, & in orbem circumtrahatur, carbunculos eoſdem tandem maturat, & ad ſuppurationem perducit, ambeſionemque inhibet unguentum meum, quod hoc modo ſe habet.

℞. Terebinth. lot. in aq. roſ. ʒii. butyr. non ſa'iti ʒiii. theriac. opt. mithrid. an. ʒß. vitell. ovi numero 2. M. F. linimentum, tempore bubonum & exanthematum, rotulæ meæ alexiteriæ, & viribus non obſtantibus, purgationes lenitivæ in uſum veniat. Deus omnium verè reſipiſcentium Chriſtianorum clementiſſimè miſereatur. *Iacobus Horſtius, obſerv.* 28. *lib.* 7. *obſervat. Gregor. Horſtii.*

Præter communia conſueta, magno cum ſucceſſu in principio ſyrupus emeticus exhibeatur, quem deſcribit *Angelus Sala* libello ſuo de peſte, vocatque oxyſacch. vomitivum contra peſtem; cujus deſcriptio talis eſt.

℞. Vitri antimonii hyacinthini more *Mathiol.* præp. & ſubtiliter pulver. ʒi. cinnam. el. zedoar. lign. aloes reſinoſi opt. ſem. angelic. an. dr. ii. croci angelic. opt. dr. m. aceti roſac. ʒxviii. omnia hæc vitro capaci infundantur, optime claudantur, ut nihil expiret; & digerantur in *B. M.* per viginti quatuor horas. Poſtea balneo refrigerato coletur diligentiſſimè, vel per chartam bibulam filtretur, ut fiat pellucidum, poſtea tantum ſacch. cum aq. roſ. ſolvatur quantum eſt pondus prædicti liquoris, coque ſaccharum ad conſiſtentiam confectionis man. ch. & poſtea calidum adhuc pedetentim cum dicto liquore permiſce, & ſervetur ad uſum, longo enim tempore conſervatur, quanquam verò à dr. ii. ad ʒvi. vel ad ſummum ad ʒi. author hoc ipſum medicamentum præſcribat, nos tamen obſervavimus, tutò in adultis ʒi. dari poſſe, primis viis hoc modo per tolerabilem vomitionem purificatis, citius alia medicamenta malignitatem per ſudorem expellentia retinentur. Medicamentum eſt tutiſſimum, cujus beneficio plerique convaluerunt, qui primis ſtatim diebus, eod. cachocymiam circa primas vias evacuerunt; ſuperaddito poſtea diaphoreticorum uſu: inter quæ duo potiſſimum experta notavimus, nimirum aquam alexipharmacam *D. Plateri* (de quaſi ſupra ſubſect. 4.) & bezoardicum minerale, cujus efficaciam non tantum in febribus malignis, ſed etiam in ipſa peſte præſentiſſimam obſervavimus; cujus ℈ß. ad ſummum, ita malignitatem peſtiferam expugnaſſe recordamur.

mur, ut anthraces & bubones poſtea natura protinus ſeparaverit, oxyſacchar. etiam *Salæ*, ipſus infantibus minimè noxium eſt, modo cum prudentia Medica præbeatur. *Greg. Horſtius*, *obſ.* 30. *lib.* 7.

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Peſte.

CElebratiſſimus, & in Xenodochiis multa laude conſpicuus eſt hic pulveris *Dri. Heſſo* adſcriptus.

℞. Sacch. Cand. ℥iii. Zinzib. alb. ℥ii. Camphor. ℈i. M. F. pulv. doſis ℈i. ex liquore convenienti, ego pro zinzib. zedoariam ſubſtituerem, ſanè camphora mirabile eſt & efficax peſtis alexiterium, & meo quidem judicio plus (tempeſtivè data) virium obtinet, quam vel pretioſa quælibet medicamenta bezoardica, attamen in magnis capitis & ventriculi doloribus hac cautè utendum: hoc inſigniter, ac momentanea quaſi vi ſemel admirabunde profuiſſe vidi.

℞. Smaragd. præpar. lap. bezoard. or. an. gr. vii. hyacinth. præp. gr. iii. M. F. pulvis, porrectus fuit à me ex liquore convenienti, mulieri cuidam peſtilenti febre correptæ, omnia alia remedia averſanti: quo aſſumpto, abactis ſævorum ſymptomatum ſeditionibus, & in ſalutem converſo morbo, evaſit. Inter approbata pharmaca quibus debellandi facultas à Deo conceſſa eſt, primas tenet aqua illa theriacalis Clariſſimo *D. Stapedio* inventore, cujus tam in præſervatione, quam in curatione tanta vis eſt, ut nobilia quantumvis medicamenta alia, multùm ſuperet, ac longo poſt ſe intervallo relinquat, ejus hæc eſt deſcriptio.

℞. Theriac. Andromach. mithrid. Damocratis an. ℥vi. pulv. elect. de bolo apud *Iobertum* bezoard. apud *Nicolaum*, an. ℥ii. aq. vitæ per balneum bis deſtillatæ, vini malvatic. aceti rutac. an. ℔i. ſucc. rad. pimpinell. limon. an. ℥vi. ſimul in balneo roridо deſtillentur lento igne, ac ſtillaticio huic liquori in phiala vitrea conſervato immiſce ther. veteris ℥vi. maneantque ſic ſimul omnia, ut in fundo theriaca quieſcat, hæc aqua quo vetuſtior eo melior exiſtet, datur adultis ℈i. & ut ab ejus aſſumptione ſudent præcipitur, reiteraturque die ſequenti, & tertio, quouſque bubo aut carbunculus erupuerit, aut is ipſe maturior factus vel apertus ſeſe expurgaverit, junioribus dimidia doſis ſufficerit; quandoquidem verò hæc aqua ob magnam theriacæ quantitatem ſatis pretioſa exiſtit, ideo ejus author aliam hac viliorem aſtruxit, quæ ſic habet.

℞. Conditi pro familia *Stapediana* ℔ii. aq. vitæ ſemel in balneo extractæ, vini malvat. aceti rutac. ſucc. rad. pimpinell. limon. an. ℔i. è balneo liquor evocetur; cui permiſceantur theriac. veter. ℥iv. reſideatque per quietem in fundo theriaca, datur paulo majore pondere ſi corpora robuſta ſint, alioquin æqualis uſus fuerit, conditum pro familia *Stapediana* hoc modo concinnatur.

℞. Granor. juniperis ℥vi. crac. pingu. num. 12. nucleor. nucl. jugland. ℥viii. Conſerv. flor. borrag. bugloſ. an. ℥ii. Theriac. veter. mithrid. opt. an. ℥ii. rad. tormentill. gentian. pimpinell. angelic. zedoar. an. ℈i. cum ſyrup. de limon. F. conditum, ex rad. bardanæ & vincetoxic. unà cum corticibus fraxini liquor ſudori eliciendo percommodus diſtillatione provocatur, quem aquam bardanæ compoſitam nominare conſuevimus: medicamentum ſanè inſigne quo Chimici ad Medici *Genevenſes* ſumma cum utilitate uſi ſunt, ſeſeque ejus aſſumptione à peſtilentis morbi inſultibus tutos reddidere, ea ſic componitur.

R. Rad. bardan. rec. vincetoxic. rec. cortic. median. fraxini, an. ℔ii. minutim inciſa infundantur horis vigintiquatuor in vini albi odoriferi & aceti rutac. an. ℔v. poſtea deſtillentur in *B. M.* addendo poſt deſtillationem liquori in excipulum transfuſo, ol. ſulph. acidi rectificati q. ſ. pro manifeſto acore; adjiciendoque in ſingulas libras camphoræ in nodulo ligatæ ℥ß.

Cognita ſunt mihi ac jamdudum perſpecta ſulphur. ac vitrioli in peſte pellenda remedia; quæ in diræ hujus luis emollitione ſupremam laudem merentur, cum nulla ſit putredo, cujus vires horum ſpiritus non frangant, nulla infectio quam illi non ſuperent, nulla humorum depravatio,

quæ

per illos nõn corrigatur ; ſanè (ut liberrimè loquar) ſi mihi vitriolatorum medicamentorum uſus vel interdiceretur, vel inhiberetur, ego ad peſtis curationem nunquam vel ſaltem inermis accederem, pro præſervatione hoc vino ego uſus ſum.

℞. Fol. abſinth. Miß. ſcordii Card. bened. an. M. i. dictam. cret. Mß. cortices citri ʒß. radic. pimpinell. ʒiß. inciſ. groſſo modo M. F. nodulus, qui immergatur vino, de quo potetur hauſtus unus poſt ſumptum jentaculum. *Raymundus Mindererus, libr. De peſtilentia, cap.* 15. & 20.

Nihil æquè prodeſſe viſum eſt, acetum meum theriacale, mox inter initia cum tantillo diaſcordii vel theriacæ ad eliciendos ſudores exhibitum. Plurimi namque ſolo hujus aceti uſu *Deo* juvante reſtituti ſunt. Deſcriptio ejus hæa eſt.

℞. Confect. orvietan. ʒi i. diaſcord. ʒim. theriac. ʒi. rad. angelic. contrayery. enul. pimpinell. tormentill. ſcorzoner. dictam. alb. petaſit. an. ʒvi. fol. ſcord. rutæ, millefol. an. M. i. flor. calend. tunic. an. M. m. cortic. fraxin. citri, an. ʒ m. bacc. junip. ʒiſ m. macer. zedoar. an. ʒiii. camphor. ℈ii. Croci Orient. ʒi. Myrrh. el. puriſs. ʒ m. aceti ex ſucc. rub. Idæi q. ſ. M. ſtent in infuſione loco calido bene tecta, donec extrahatur tinctura. *Baldaſſar Timæus Caſ.* 32. *lib.* 8.

SUBSECTIO NONA.

Pro Peſte.

EGo ſacculos ex arſenico hic pro multis ordinavi: etiamſi *Crato* noſter valdè repugnet. Multi proceres in aula cordis regioni applicatos continuò abſque ulla noxa circumferunt. Retulit mihi quoque nuper Chirurgus Aulę noſtræ jam ſenior, ſe in multis peſtilentibus conſtitutionibus fuiſſe, & ſua manu infectos plurimòs tractaſſe; ſemper tamen à contagione immunem permanſiſſe, quod ſecum geſtaverit radicem plantag. maj. ſaculo incluſam, & cum filo regioni cordis adaptatam, ut res coletur pulveris lavendulæ aliquid admiſcere ſolet; & hinc inde diſtribuere, quicquid ſit, ſæpe etiam parvis gratia rebus ineſt. *Petrus Monavius, epiſt.* 37. *lib.* 2. *epiſt. & conſil. Cratonis, &c.*

Inſigne præſervativum paratur ex ſacch. candido & ſpiritu ſalis dulcis hoc modo.

℞. Sacchar. cand. albi pulv. ʒiv. imbibe cum ſpiritu ſalis dulcis ad formam elect. cujus doſis omnibus diebus mane jejuno ventriculo dr. i. omnem putredinem abarcet, & ventriculum cum viſceribus reliquis in optima conſervat diſpoſitione.

Spiritus Salis dulcis ſic fit.

℞. Spiritus vini & ſpiritus ſalis, an deſtillentur ter vel quater, unientur inſeparabiliter & edulceſcent. *Joh. Hartmanus*, practic. Chimiatr. *pag.* 366.

Antidoti non inutilis hæc forma eſto.

℞. Theriac. el. ʒi. bol. armen. ver. cum aq. Card. bened. aliquoties loti dr. ii. ſpec. diamargar. frigid. ℈iv. ſem. citri, ſcordii ſcabioſ. an. ʒi. raſ. monocerot ℈i. cum ſyrup. de ſucco acetoſ. F. conditum, com aq. card. bened. uſurpandum. Celebratur quoque in morbis peſtilentibus non inidoneum Canonici cujuſdam, qui contra Peſtis ſævitiem eo uſuram haud vulgarem fecit apud Principes, & Civitatum Reſpublicas inſignes, quod ſic ſe habet.

℞. Spec lætific. *Galeni*, terr. ſigill. an. dr. i. bol. armen. præp. ʒm. theriac. ʒiii. conſerv. roſ. borrag. bugl. an. ʒi. ſyr. viol. q. ſ. F. electuarium. *Jo. Vvierus lib.* 1. *Obſervat. obſ.* 3.

Quidam, cui demandata erat cura tertiæ partis Urbis Peſte afflictæ, omnes ferè curavit vomitorio compoſito ex dr. ii. cujuslibet vitrioli mellis ʒii. & aq. ʒvi. ſimul mixtis, quod exhibebat ſtatim, ac apparebant aliqua ſigna morbi imminentis, vel præſentis; ita ut vix decem aut duodecim obierint in ſuis partibus cum in reliquis pauci evaderent, quod denotat vires & neceſſitatem vomitus in tali caſu. *Simeon Iacoz. obſervat.* 99. *centur.* 4. *Obſervat. Riverius.*

Cum Peſtis ſæviſſima graſſaretur *Monſpelii* anno 1630. duo ægrotantes Peſte correpti, ad me miſerunt, ut quid acturi eſſent, præciperem. Ego in memoriam revocans me legiſſe apud *Paræum* muriam encraſichlolorum piſcium (*Anchoes* vulgò di-

dictorum) nonnullos Peste affectos liberasse; consilium dedi, ut eandem sumerent. Unus muriæ scutellam sumpsit solam, alter eam urina permixtam, & uterque liberatus est, oborta evacuatione vehementi per vomitum & secessum. *Samuel Formius*, *observ.* 37.

In eadem Urbe, tres ejusdem familiæ, maritus nempe, uxor & soror illius, Peste correpti sunt, stercus proprium cum propria urina dissolutum & linteo colatum hauserunt: unde gravissimus vomitus & alvi fluxus obortus est, & omnes à Peste immunes evaserunt *Samuel Formius*, *obs.* 38.

Chirurgus *Hispanus*, cognomento *Guardiola*, Xenodochii infectorum Præfectus in obsidione *Ostendana*, ostendit, mihi fructum succini rubentis, quod sibi toto triennio dixit unicum fuisse Xenexton, cujus arcanum erat; quod scilicet ad septem pulsus principales fuisset confrictum usq; calorem: nimirum utrinque ad tempora, ad carpos, malleolos, & ad sinistram mammam. Ego vidi illum semper præservatum, cæteris coadjutoribus è medio sublatis. Vidi etiam frequenter venenatorum vulnerum, dissoluto in spiritu vini succino, factas sanationes alioqui penitus desperatas. Nil stomacho, intestinis, nervis, imò & cerebro gratius est succino in vini spiritu resoluto.

Hibernus Butlerus me conscio *Londini* aliquot millia à Peste curavit: jussit enim Bufonem magnum mense *Junio* post meridiem captum, tibiis suspenderem propè focum, illique subtenderem patinam è cera flava, tandem à triduo suspensionis Bufo evomuit terram & aliquot insectas ambulantes, nimirum muscas nitentibus alis sua viridi colore quasi deauratis, mox autem à vomitu Bufo obiit; nec ante triduum evomuit; licet pronus penderet. Dixit autem mihi quod sat remedii haberem curandis 40. millibus Peste correptorum, promisitque mihi se ostensurum rei cardinem; sed repentè in exilium proscriptus abiit, saltem ego has sordes vomitus rejectas, itemque exsiccatum Bufonis cadaver separatim in pulverem tundi jussi; & cum tragacantho trochiscos formavi: quibus feliciter usus sum tam ad præcautionem Pestis, quamejusdem ad sanationem. Dein *Julio* mense decrescente Luna veteres Bufones cepi, quorum oculi scatebant albis vermibus, nigrisque capitibus prominentibus, adeo ut uterque oculus totus in vermes transformatus esset, forte quinquaginta numero, in singulo oculorum foramine. Vermes erant densè compacti, quorum capita, foris eminebant, & quoties aliquis egredi conaretur, statim Bufo apposita manu egressum vetabat. Hos Bufones ad vomendum coactos, ut dixi, per suspensionem reperiri, dare Excellentissimum Zenexton. Vermes enim in patinam ceream deciduos, simulque cum eo quod per vomitum rejecit in trochisc. parvulos redegi, addito cadavere Bufonis, & cerea patina, gestati autem trochisci ad mammam sinistram, arcebant contagium, & loco infecto alligati, statim virus extrahebant, erantque trochisci promptiores ac validiores, si in usum aliquoties recidissent, quam recentiores.

Hippocrates omne vinum quod in Peste dabat, suffiebat hoc modo, poculum stricti colli lychinio ardentis sulphuris suffiebat, vinum ad tertiam partem affundebat, ac poculum arctè concluſum agitabat, dudum conquassando sursum & deorsum; donec vinum omne gas sulphuris in se combibisset. Dabat etiam vinum salsum fervidum, non autem tepidum, ut nauseam compesceret, & sudores potenter cieret; addebatque sulphur, ad gr. xxiv. ut suo velut odore Pestem interimeret, quia sal abstergit, a putredine præservat, & sulphur venenum cohibet, hinc sudorem præscribebat triduo ad minimum quotidie autem sudabant bis, & vice singula per diei sextantem, si poterant: primis diebus plus ac deinceps consequenter minus. Inter sudandum tollebat omnem potum, peracto sudoris termino, hordei cremore cibabat, & pro potu exhibebat vinum græcum picatum, cui inerant pauca grana salis, & sulphuris, folia autem asari, aceto macerata, calida superponebat Buboni, plantis pedum, & manuum, quæ post horas 12. singulas, sepeliri jussit. *Hispania* rarò Peste affligitur, ex eo quod utatur picato vino, cum

enim

enim doliis careant; plerumque vina coriis picatis conſervant. Odor picis ſuffumigio plurimis provinciis Peſte contaminatis familiaris. Hodie magni ſit antidotus *Orvietani* pro Peſte. *Joh. Helmontius*, tractatu *De Peſte*.

Memini me haud infrequenter in *Germania* Ruſticos quoſdam obſervaſſe, qui quotquot in campis Bufones deprehenderent, eos mox ſtipitibus infixos Solis æſtu torrefacerent, pellemque ſervarent: cum itaque facti rationem inſtantius vrgerem, dixerunt ſe pelles Bufonum exſiccatas in tempus Peſtis conſervare; hoc enim vnicum ijs domeſticum contra Peſtis virulentiam remedium ſupereſſe; ſiquidam vlceri peſtifero applicatis pellibus bufonis, ſtatim ſe extracto veneno à morte liberari. *Athanaſius Kircherus lib. De Peſte*.

SUBSECTIO DECIMA.

Pro Peſte.

ANcillæ peſte correptæ cum duobus anthracibus incipientibus, præſcripſi hunc hauſtum ſudoriferum, à quo benè & tota ferè nocte ſudavit cum magno levamine.

℞. Extract. card. bened. ſal. abſinth. an. ℈i. ſal. card. ℈ß. theriac. ℥i. aqu. noſtræ theriacal. ad. car. ben. an. ℥i. ol. vitriol. gt. xv. M. F. hauſtus.

Ad ſitim hoc julapium præſcripſi.

℞. Aq. card. bened. ℔i. aq. ſcabioſ. acetoſ. an. ℔ß. ſyr. de ſucco citri ℥ii. ol. vitrioli q. ſ. ad gratum acorem. M. F. Julep. ſtatim poſt meridiem reiteratus fuit prior hauſtus ſudoriferus, à quo cùm rurſus optimè ſudaſſet, anthrax qui in medio oſſis ſterni erat ſe extendit ad latitudinem ſemidaleri Imperialis, tunc pulticulam noſtram ad carbunculos illi imponere, & ter in die renovare juſſi, quæ ita ſe habet.

℞. Rad. conſolid. maj. ſicc. fol. ſcord. ſicc. an. ℥ii. rad. altheæ ſicc. farinæ, ſem. lini cribratæ, pollinis farinæ tritici, an. ℥ß. F. pulvis ſubtilis, cui affunde aq. q. ſ. coq. aliquantulum ut mucilagines ſolvantur, & compoſitio ad pulticulæ craſſioris formam deveniat, cui adde mell. terebinth. unguenti Apoſtol an. ℥iii. picis liq. unguenti baſilic. an. ℥ii. vitell. unius ovi, croci or. ℈i. M. interdum addebantur theriac. ℥ii. hanc pulticulam ob eximiam utilitatem in frequenti uſu habuimus, & ex multis tentatis nihil invenimus, cum quo carbunculorum ſeparatio & curatio citius ac melius perageretur, ſuper linteum pinguiuſculè extendebatur, & imponebatur, anthraces tandem è vicinis partibus ſeparati ſunt; quibus extractis, unguentum mundificativum de apio cum unguento Apoſtol. miſtum ter quaterve impoſitum fuit. Deinde cum unguento aureo cavitatibus carne repletis, & emplaſtris ad cicatrizationem perductis, ægra convaluit.

Aqu. theriacalis qua ſemper cum fœliciſſimo & admirabili ſucceſſu uſi ſumus ita parabatur.

℞. Rad. Imperator. petaſitid. angelic. carlin. valerian. an. ℥iiß. rad. enul. camp. cort. arant. ſicc. an. ℥iii. fol. ſcord. abſinth. an. ℥ii. card. ben. ℥iii. flor. roſ. rubr. ℥ß. ſtæch. ℥iii. bacc. junip. ℥iiß. granor. cardamom. min. ℥v. cinnam. el. ℥i. hæc omnia ſumantur ſiccata, conſcind. ſimul & groſſo modo contundantur, iiſque affundantur in cantharo lapideo vini albi Rhenani vel Gallici tenuiſſ. ℔x xii. aq. roſ. ℔ii. vaſe bene obturato ſtent in infuſione decem diebus, tunc addantur hæ virides herbæ & recentes conſciſæ, fol. rutæ, M. vi tanaceti, M. iv. meliſſ. roriſmar. pimpinell. an. Miß. Maneant ſimul in infuſione adhuc per octo vel decem dies quotidie baculo commovendo: poſtea affunde ſucc. citri ℔ii. & ſtent adhuc per quatriduum poſtea ſuper ignem leviter ſemel ebulliant, & colentur, & in torculari fortiſſimè exprimantur; colatura expreſſa deſtilletur in B. M. per Alembicum vitreum. Hæc eſt noſtra aqua theriacalis, quæ maximarum eſt virtutum, quæ non tantum veneno peſtilenti reſiſtit, cor à malignitate defendit, & ſudores movet, verum etiam debilibus jam labeſcentes vires miro modo corroborat. Mirum dictu quam inſignes ejuſdem affectus in hac Peſte aliiſque febribus malignis comperti fuerimus. Illud quod poſt deſtillationem in fundo cucurbitæ remanet, adjecta aqua card. ben. attenuandum, & per chartam

tam

tam emporeticam colandum eſt, quæ colatura lento igne exſiccanda eſt ad extracti conſiſtentiam, quod uſui ſervandum. Hoc extractum Magiſtrale vocavimus *Isbrandus Diemerbroeck. hiſt. 1. lib. 4. cap. 3. & 13. & 5. lib. 3. De Peſte.*

SUBSECTIO UNDECIMA.

Pro Peſte.

MUlier quædam triginta annorum Peſte correpta, carbunculum habuit in latere dextro ſupra coſtas ſpurias, aderat etiam febris cum maxima anxietate & inquietudine, ſumpſit varia ſudorifera & antidota, quibus non obſtante morbus in eodem ſtatu continuavit uſque ad diem quartum: tuncque menſtruorum fluxus copioſior acceſſit extraordinarium periodi tempus, quo cùm mihi indicaſſet, ſtatim tale ſudoriferum exhibui.

℞. Corall. rubr. præp. terr. ſigillat. C. C. uſti, an. ℈i. diaſcord. ℥i. aqu. theriac. aceti vini rubri, an. ℥i. M. pro uno hauſtu. Juſſi etiam ut ſæpius de die comederet particulam hujus conditi.

℞. Spec. diatrium ſantal. ℈ii. troch. de terra ſigill. ℈ iß. flor. ſulphur. ℈i. conſerv. anthos. ℥iii. conſerv. roſ. rub. ℥v. diaſcord. ℥iß. ſyr. granat. acid. q. ſ. F. electuar. his duobus medicamentis fluxus ille paulatim rurſus imminutus eſt, ſed tamen ante diem quintum non omnino ſubſtitit, carbunculus impoſitione pulticulæ noſtræ ad anthraces; brevi ſeparatus, & ægra priſtinæ ſanitati reſtituta eſt, in hac peſte *Noviomagenſi*, menſtruorum fluxus criticus (qui alioquin ſalutaris eſſe ſolet) periculoſus erat, nam multoties obſervavimus, ſi in ipſo principio antidotis aſtringentibus (ſtatim enim ad ea confugiendum erat) paulatim non cohiberetur, quod poſtea ut plurimum nullis remediis coerceri poſſet, ſed ægras dejectis viribus citiſſimè occideret. *Isbrandus Diemerbroeck. hiſtor.* 10. *lib.* 4.

Dominus *Coiberry* Nobilis *Anglus* cum *Noviomagum* veniſſet, ſimul ac urbem ingrederetur, inſolitum quendam fœtorem percepit, à quo ipſi nauſea facta fuit, & caput doluit. Poſtridie manè è ſomno expergefactus valde nauſeabundus fuit, & dolorem cum dura tenſione in parotide poſt aurem ſenſit, ipſo peſtem metuens. ſummo manè ex maſſa piluli. *Ruffi*, quàm ſemper ſecum portabat, quatuor pilulas confecit, eaſque deglutivit: à quibus poſt ſex horas alvus ter quaterve dejecit & ſimul etiam ceſſavit dolor poſt aurem. Meridie tamen prandere non potuit, circa veſperam rurſus tres quatuorve ſpontaneos feceſſus habit, quos magna cordiis anxietas cum debilitate inſecuta eſt, ſequenti nocte magnus alvi fluxus una cum febre ſupervenit, mane conſilium meum expetijt. Exhibui hoc ſuporiferum hora ſexta matutina.

℞. Terr. ſigill. bol. arm. corall. rubr. præp. C. C. uſti, an. ℈j. extract. rutæ ℈iß. ſalis ſcord. ℈j. theriac. diaſcord. an. ℈ij. aqu. theriac. ℥ij. M. F. hauſtus, hinc per tres quatuorve horas fortiter ſudavit cum levamine, & alvi fluxus uſque ad meridiem ſubſtitit, ſtatim poſt meridiem alvus rurſus emota eſt, tunc eundem hauſtum rurſus aſſumpſit & multoties illo die ad ſequenti nocte particulam hujus conditi comedit:

℞. Troch. de ter. ſigill. flor. ſulph. C. C. uſti, an. ℈j. ſpec. diatrium ſantal. ℈ij. diaſcord. conſerv. roſ. rub. mivæ cydon. an. ℥iij. ſyrup. granat. acid. q. ſ. M. F. conditum.

Ad ſitim uſus eſt hoc julepo.

℞. Aq. card. ben. ℔j. aq. ſcabioſ. ℔ß. conſerv. roſ. ℥iß. rob. acatiæ ℥ij. ol. vitriol. q. ſ. ad gratum acorem M. & poſt horam colentur per linteum, & fiat julepus. Verum his nil imminutus eſt alvi fluxus. Poſtea ſudori ferumtali modo præparatum eſt.

℞. Radic. tormentill. ℥ß. raſ. ſantal. rubr. ℥iß. cortic. granat. ℥j. fol. pimpinell virid. M. m. rutæ, card. ben. & ſcord. ſicc. an. p. j. ſem. card. plant. g. an. ℥j. flor. balauſt. roſar. rubr. an. dr. im. aq. quant. ſat. F. S. A. decoctio ad ℔j.

℞. Hujus decocti ℥iij. troch. de terra ſigill. ℈ß. C. C. uſti ℈j. theriac ℥i. diaſcord. ℥ß. M. F. hauſtus, quo aſſumpto, fortiter ſudarit, & alvi fluxus aliquantum immi. nui viſus eſt, qui tamen ſtatim poſt ſudorem ęquè magnus reddiit: atque tunc primùm ſanguinolentæ dejectiones, poſtea ſanguis

guis purus abſque dolore defluxit, hinc viribus totaliter proſtratis, ipſius animæ effluvium inſecutum eſt. *Mercurialis* & alii magni Medici ex decreto *Avicennæ*, Peſtis curationem à purgatione incipiendam eſſe ſtatuunt, verùm minimè recipiendum eſt illud conſilium; cum ratio & experientia contrarium doceant. Ratio quia ſalutaris naturæ motus hoc pacto interturbatur, ac vires maximè dejiciuntur: Experientia, quæ hactenus docuit omnes ægros peſtiferos, qui purgantia ſumpſerunt, ſubſequenti ut plurimùm lethali diarrhœa, vel exitiali virium proſtratione, fuiſſe extinctos. Si parva pilul. *Ruffi* quantitas in prædicto ægro naturæ motum adeo interturbaverit, ut ad veneni expulſionem per comodas vias reduci non potuerit, quæ non mala à purgantibus fortioribus metuenda ſunt; *Isbrandus Diemerbroeck. hiſt.* 13. *lib.* 4.

SUBSECTIO DUODECIMA.

Pro Peſtis præſeveratione.

A Peſte afflictum inviſendum vocatus, ſimul ac cubiculum ejus intrarem, ſtatim peſſimum excrementorum (alvi enim fluxu laborabat) fœtorem naribus percepi, à quo graviter affectus fuit. Poſt breviſſimam viſitationem domo rurſus egreſſus, illicò me vertigine, nauſea, & cordis anxietate affectum ſenſi, ita ut peſtilens contagium me concepiſſe non dubitarem, quapropter poſtpoſitis omnibus negotiis, ſtatim me domum contuli, atque tabaci optimi quinque ſexve fiſtulas fumiſuctione exhauſi; cujus uſu omnia prædicta ſymptomata ita penitus evanuerunt, ut ne minimum quidem mali amplius ſentirem, tunc rurſus foras prodire, & reliquos ægros inviſere volens, theriaca ℥j. præſumpſi, atque ita deinceps optimè valui, illud ipſum durante hac Peſte mihi ter quaterve accidit, ut ſtatim ſimulac me aliquam contagionis labem concepiſſe arbitrarer, eodem modo ad copioſiorem tabaci uſum confugiens, liberatus fuerim. Tabacum pro inſigni præſervativo remedio ſemper habui, ciuſque fumum in ipſo conceptæ luis principio mihi aliquoties inſigniter profuiſſe comperi, referunt etiam quondam *Londini* ab horribili peſte illic ſæviente immunes fuiſſe omnes illas domus in quibus tabacum vendebatur, verum *Noviomagi* illa fælicitas omnibus tabaci Mercatoribus non contigit; nam aliquos ex iis peſte correptos fuiſſe novimus, in ædibus tamen primarii tabaci Mercatoris *Thomæ Pieters Angli*, qui numeroſam liberorum, famulorum & ancillarum, familiam alit, neminem, quod ſcio, peſtis invaſit præter unam ancillam, quæ & ipſa brevi convaluit. *Isbrandus Diemerbroeck. hiſtor.* 17. *lib.* 4.

Durante hac peſte, mirabantur multi, quomodo fieri poſſet, ut ego, qui quas libet ædes infectas, & omnes ægrotos indiſcriminatim inviſebam, a tanta malignitatis & contagii violentia non læderet, ac proinde meum vivendi ordinem plurimi diligentiſſimè conſiderabant, quem ut omnibus cognitus eſſe poſſit, hic deſcribam, omnes animi vehementes motus, quantum poteram, inhibebam ac fugiebam, intrepidus plane vivebam, nec pericula, nec mortem, nec aliud quippiam timens; mihi eodem redibat, ædes ne, infectas, an non infectas adirem, nec terrori-, nec iræ, nec mœrori locum concedebam, ſi fortè meipſum aliquomodo contriſtatum perciperem (quod triſti illo tempore interdum fieri non erat alienum) tunc tribus quatuorve vini hauſtibus aſſumptis cor exhilarabam; atque ita citiſſimè omnem melancholicum luctum fugabam, in victu utebar cibis euchymis, abſtinendo ſtudioſiſſimè ab iis quos aliis noxios fuiſſe animadverteram, quales erant carnes porcinæ & haleces, ſemel aut bis in ſeptimana cubitum iturus deglutiebam unam aut alteram pilul. ex antipeſtilentialibus noſtris potus mihi erat cereviſia ordinaria, ut & vinum tenue album, quo interdum uſque ad hilaritatem, nunquam ad ebrietatem utebar, mane inter horam quartam & quintam ægros inviſurus, nihil omninò aſſumere poteram (quod tamen ipſemet valde improbabam) nec cibi, nec potus, nec medicamenti, ſed ad omnia nauſeabam, ac proinde præmiſſis piis precibus, me meamque ſanitatem Deo optim. max. commendabam, & ſolummodo aliquot grana cardamo.

damomi minoris, masticando, jejunus primo ægros invisebam usque ad horam sextam, tunc vel theriac. vel diascord. pauxillum, vel corticem aurant. conditam, vel ut plurimum rad. heleni conditi tria quatuorve frustula assumebam, post horam septimam frustum panis, cum butyro & caseo ovillo viridi jentabam superbibendo haustum ceræviſiæ, inter octavam & nonam sæpe quidem, sed tamen quotidie, data occasione, haustum vini absinthitis bibebam, circa decimam: si per otium liceret, fistulam unam tabaci exsugebam: statim post prandium duas tresve fistulas, nec pauciores post cænam; sæpe etiam intermediis horis post meridiem hic illic, ubi occasio dabatur, adhuc duas tresve fistulas sumebam, si vero ab ægrotorum fœtore me vel tantillum alteratum sentirem, statim post positis omnibus negotiis quantumvis necessariis, qualicunque diei hora foret, duarum triumve tabaci fistularum fumum suctione trahebam, nam ut verum fatear, tabacum pro primario præservativo in peste semper habui, neque aliud melius pro ordinario usu hactenus inventum fuisse existimo, dummodo illud sit melioris notæ ex maturioribus foliis in funes coactum. *Isbrandus Diemerbroeck. cap.* 12. *lib.* 2. *De Peste*.

SUBSECTIO DECIMA TERTIA.

De Peste.

QUidam pestilenti febre, absque ullo externo pestis signo, correptus est, cum summa anxietate, siti & capitis dolore, statim in ipso principio Advocatus Chirurgus, sanguinis uncias aliquot extraxit, æger inter Chirurgi manus animi deliquio correptus est; quod cum diutius perduraret, advocor, inveni ægrum sudore frigido perfusum, prædixi mortem; intra horæ quadrantem expiravit. *Forestus* scribit in peste *Delphensi* venæsectiones profuisse, si intra duodecim vel viginti horas celebratæ fuissent, alias noxias fuisse, nos verò in hac peste omnes venesectiones etiam in ipso morbi principio factas valde noxias fuisse non tantum in prædicto ægro, sed in plurimis etiam aliis observavimus. *Isbrandus Diemerbroeck hist.* 33 *lib.* 4.

Vir quidam fortis peste correptus vomuit, capite doluit, ingenti sopore & cordis anxietate pressus est, hunc haustum statim exhibui.

℞. Theriac. ℥i. salis communis ℈ij. aceti vini fortis. ℥iij. M. F. haustus, ab hoc assumpto per sex horas vigilare jussi, vehementer sudavit, simulque bubo in inguine dextro erupit. Postridie eodem haustu reiterato, iterum copiosè sudavit, atque ab anxietate & capitis dolore in totum liberatus fuit, duo carbunculi satis magni sinistrum femur invaserunt; quibus à Chirurgo s. a. tractatis æger brevi convaluit, tumore inguinis sensim evanescente, eodem modo cum fœlicissimo successu multis pauperioribus in ipso morbi principio exhibui solius aceti ℥iij. vel iv. cum salis marini p j. & optimè sæpius profuit, interdum etiam theriac. dr: j. admiscui, sed notandum, non omnibus promiscuè acetum esse exhibendum; ab ejusdem usu arcendi sunt illi qui per pectore aliquod vitium habent, ut sunt tussiculosi, asthmatici & similes, qui ab aceto pessimè afficiuntur. *Isbrandus Diemerbroek, hist.* 42. *lib.* 4.

In hac peste semper lethale signum erat si fonticuli exsiccarentur, nec ullus, quod scio, evasit, in quo exsiccatio hæc visa fuit. *Idem annotat. ad hist.* 51. *lib.* 4.

Etsi *Niddanus*, *Simonius*, *Mercurialis*, aliique Clarissimi Medici amuleta ex arsenico & sublimato confecta, tanquam divinum remedium ad pestis præservationem extollant, nos tamen in hanc pestem nemini ilia profuisse animadvertimus. *Idem annot. ad hist.* 44. *lib.* 4

Fonticulus ad præservationem à peste inter præstantissima subsidia semper habuimus & multoties observavimus, si quid veneni jam intus conceptum esset, illud per eosdem vel sponte naturæ, vel medicamentorum ope insigniter & citò evacuatum fuisse. *Idem annotat. ad hist.* 110. *lib.* 4.

Eques quidam audax & maximè temerarius, peste cum magna febre ac debilitate correptus, bubonem in inguine, tres anthraces in corpore habuit, à quibus omni-

bus malis, cum optimè summi Dei auxilio sanatus esset, & jam rursus foras prodiret, nullas Deo gratias egit, sed satis impiè gloriatus fuit; se ipsa peste nequiorem & fortiorem esse; imò se neque pestem neque diabulum curare, audivit. Altissimus, impia impiissimi hominis verba, quid sit, tandem quinta circiter post perfectam sanationem hebdomada, rursus de novo peste correptus est: & ante diem sextum victrici pesti duram subjecit cervicem: multi negant illos qui à peste semel evaserunt, rursus peste corripi posse inter quos est *Matthias Untzerus*, qui & has subjungit rationes, quia humo ille pestifero veneno fomitem substernens habilem, totus in illo morbo evacuatus & dissipatus fuit, ut non facilè contagionis labem suscipere queat vel quia cor antidotis in prima peste munitum porrò qualitate alexiteria perfruitur, qua venenum pestis à se longe propulsare valeat, vel quod cor pugnæ priori cum pestilenti veneno assuetum, nunc iteratos crudelis tyranni insultus eludat, minasque despiciat, verùm has omnes rationes ipsa experientia facillimè evertit. *Isbrandus Diemerbroeck, hist. 37. lib. 4.*

Avenzoar inter alia commendat, adversus pestem odorem urinæ hirci à proprietate: & ego cum annis præteritis pro *Cæsaris Maximiliani* valetudine *Viennam* iviſſem, & quadam die pranderem apud Reverendissimum *Hungariæ* Cancellarium, vidi in ejus ædibus servari magnum hircum; hujus reicum causam quæsiviſſem, mihi responsum, est id fieri pro Peste. Unde adnotavi hoc remedium *Avenzoar* etiam tempestate nostra alicubi adhiberi: sed magis laudo ut odores grati quærantur: auctor est libro primo *Herodianus*, *Commodum* Imperatorem, quo tempore maxima illa peste *Roma* affligebatur, Medicorum consilio, *Laurentum*, ubi silvæ è lauro complures viſebantur, secessive; valere enim plurimum ad evitandum aeris contagionem, tum odores laurorum, tum ipsarum amænitatem umbrarum; addit; in ipsa quoque urbe de medicorum sententia plerosque unguentis suaviſſimis nares atque aures oppleviſſe, suffituque & odoramentis usos esse, quod meatus sensum odoribus illis occupati non admittant aerem tabificum, vel admiſſum majore vi longe superent.

Commendari cauteria ad præservandum à peste, invenio apud *Nicolaum Florentin.* sed dicam quod ego vidi experientia; possum testari, me innumeros extinctos vidiſſe, nec unquam vidiſſe, quenquam qui haberet cauterium, præter unum tantum, atque ille erat sacerdos. Interrogavi etiam hac de re multos Medicos, qui testati sunt neminem se vidiſſe quod quidem argumentum esse potest, hoc genus auxilii magnoperè conducere, & summa cum ratione; quandoquidem per cauteria, tanquam per cloacas, continuò ichores pravi & putredini obnoxii educuntur. *Hieron. Mercurialis, lib. De Peste, cap 22. & 23.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Peste.

IMprimis celebranda venesect. necne meritò ambigendum? quam revera hic pede ſicco transiiſſem, utpote exitiosam, nisi quidam, nescio audaciæ magis, an imperitiæ per vicaces, non solummodo parca manu sanguinem mitti curaſſent, sed & iteratis vicibus copiosam ejus eductionem usque ad deliquium nuper suaſiſſent.

Siquid veterùm authoritas, siquidem Neotericorum experientia valeat, si denique calculum nostrum adjicere liceat. Phlebotomia in vera & exquisita peste semper suspecta, ne (quod abunde comprobatum) una cum cruore purpureo anima effluat; tam ingens discrimen concomitari experti sumus hanc evacuationem: proinde satis mirari nequeo qua acti insania hi vitæ humanæ proditores, carnificinam exercentes, deliramenta sua alieno damno firmare audeant.

Verum non is sum qui inficior, phlebotomiam in febre maligna & pestilentiali aliquandò locum habere, & re deplorata ob nimium mensium vel lochiorum fluxum revulsionis gratia consulto tentandam; summo tamen sit piaculo illam in peste vera, & exquisita, celebrare; unicus

custantum (uti memini) omnium quotquot, ægrè evasit, qui dominante peste nuper a sanguinis detractionem subivit.

Quod ad vomitionem attinet, crapula præcedente, in ventriculo saburra noxiorum humorum congesta, urgente nausea, ore etiam amaricante, consentiente thoracis, & cervicis conformatione, in morbi infantia prodesse queant emetica remedia; inter quæ illa eminere videntur quæ ventriculum abunde nimis sarcinatum citri catharsin subvertant, *viz.* syr. *Diasari Fernelii*, syr. scabios. compos. oxym. scillit. sal. præsertim vitrioli, *&c.* Antim. præparationes non æque arrident.

Qui de meo consilio serum cerevisiale, foliis cardui, scordii, ulmariæ, petasitidis, *&c.* incoctis, addito oxymelite simplici, nullo licet emetico prævisio affluenter hausere, levamen inde, & emolumentum illico experiebantur.

Sin verò vomitio urgeat symptomatica, omnino exulant remedia emetica (agyrtarum more qui theorematum medicinalium ignari) symptomata promoveat, quæ vires ob irrita conamina prosternere possent, mineram morbi etiam aliunde in ventriculum alliciant, illamque inibi figant, unde mox vomitionis impetus immaniter procellosi, nullo quidem artificio compescendi.

Solvenda alvus necne, res quidem magis nodosa, & inter Medicos dissentionis plenior: reverà pestium quarumcunque varietas, temperamentorum dissonantia, morbi complicationes variæ, tempestatis incertitudo, quò minùs regulas tradam hac in re generales, quàm maximè obstant.

Ego autem alvo suppressam satius duxi illam glandibus educere, quorum usum purgationi intestinorum commodiorem, & tutiorem comperi.

Cæterùm medelæ cardos ex omnium quotquot Authorum, & practicantium placito, & consensu, in hoc præcipuè vertitur; nimirùm in citissima veneni pestilentialis expulsione, quàm mirè, & unicè præstare valent Alexipharmaca: fœcibus itaque prius ablegatis, ad hæc correpti, tanquam ad sacrum Asylum, confugiant.

Inter simplicia vegetabilia, supereminent radices Asari *Virginiani*; sive Serpentariæ *Virginianæ* Dosis radicum in alkool. v. e. a. reductarum à gr. iv. ad ℈ii. ex vehiculo idoneo.

Secundum jure merito locum merentur radices Contrayerva, è quibus etiam lapis oppido celebris conficitur, cujus descriptionem paulò post tradam: dos. harum radicum subtilissimè pulveriz. à ℈i. ad ʒi. ex aq. angelicæ, scordii, calendulæ, vel vino, *&c.*

A me autem gratitudo exigit, ut pauca hic de zinzibere subnectam, cuius pulverem; atque condituram, multoties cum faustis ægrorum rebus exhibuimus; nempe hunc ad provocandam diaphoresin, atque illam ad vim contagii pestilentialis præcavendam.

Ad nos misit trochiscos ex *Anglia Americana* vir dignissimus, è carne anguis cauda crepitante, nostro idiomate *Kattle Dnake*, confectos, à quibus commodi, & levaminis plus ægris, quàm à nostris domesticis obtigit.

Ex voto etiam cessit spir. cornu cervi ad ℈ii. vel ʒi. ex aq. epidemica.

Spiritus hic prout flammifer, actutùm se per universum corpus diffundere potens est, ratione volatilitatis salinæ qualitatem pestis salino malignam corrigendi vim habet.

Quotiescunque res in angustum adducta ad mineralia confugiendum, quę vi, & armis hostem pestilentialem foras projicere perhibentur, inter quæ agmen ducunt bezoarti cum minerale, sulphuri auratum, atque aurum vitæ, *&c.* præparationes ex aliorum chartis depromantur.

Sequuntur Medicamenta quædam composita.

Spiritus Theriacalis.

℞. Rad. asari *Virgin.* ʒß. contrayerv. ʒi. torment. scorz. petasit. an. ʒi. p. sem. cardui, calend. angel. citri an. ʒiii. quibus præp. assunde spir. vini, aceti opt. an. ℔ß. dissolve theriac. ven. ℔ß. adde croci Ang. ʒii. M. indantur organis vitreis, & post octiduanam super cineres digestionem, destilla in rostro alembici suspen-

dendo camphoræ ʒiii. doſ. ad cochl. v. vel vi.

Oleum Diaphoreticum.

℞. Salis abſinthii, ſine ſcordii, ſive rutę ʒiii. flor. ſulphuris ter, quaterve ſubl. ʒi. junip. ℔i. invicem M. per biduum calore mediocri benè occluſa relinque, dein per retortam deſtilla, etiam altera vice deſtilla, digerendo per biduum, addendo ſalis abſinthii ʒi. doſ. ad cochl. i. vel ii. ex aq. angelicæ, vel ſcordii, ſaccharata, ad olei v. a e. commixtionem.

Acetum Anti-peſtilentialem.

℞. Radic. ſcorzon. *Hiſpan.* chelidon. maj. an. ʒii. contrayerv. ʒi. angelici torment. an. ʒi. p. fol. ſcordii, meliſſæ, ſcabioſę, an. M. ii. ſummit. rutę p. ii. dictamni cret. Mß. flor. ſambuci, calendulæ, an. p. iii. gr. junip. ʒii. raſ. c. c. eboris an. ʒi. ſem. rutæ, cardui, citri an. ʒii. protulac. ʒv. cinnam. opt. ʒß. carioph. ʒiii. theriac. Androm. ℔ß. quibus ſ. a. prę. affunde aceti ex vin. albo acerrimi ℔v. vitro opt. obturato digere per triduum bis, terve de die conquaſſando, tum cautè diſtilla, ſuſpenſis camphoræ, & croci an. ʒii. in roſtro alemb. doſ. ad cochlear. v. vel ſex.

Cęterùm quia correpti plerumque erant nauſeabundi, & ad vomitionem proclives, ſicuti & potabilium quantitas ventriculum ſarcinando, jus ſubverſionem irritare conſuevit; remedia ſolidæ formę locum habent, & hac ex parte potiora videntur, vomitu nimirum ægrè excutienda, ut pote adhærentia ventriculi parietibus, velut iis agglutinata: hujus generis præ manibus ſit maſſa ſequens, unde ex tempore boli conficiantur.

℞. Elect. de ovo minerali ʒi. theriac. Androm. ʒß. pulv. ſerpentar. virgin. ʒv. cuchianellæ ʒiii. croci pulveriz. ʒß cum ſyr. è ſucco meliſſophyl. vel citri coagmentetur maſſa, doſ. ad ʒij. addendo ſalis cardui, abſinthi, vel ſcordii ℈j. plus, minuſve pro ſymptomatum vehementia.

Clariſſ. & toto terrarum orbe Celeberr. Teodori de Mayerne. *præparatio Elect. de ovo Mineralis.*

℞. Ovum vulgariter ut in Pharmacopœia *Londin.* præp. de quo ſume & ſem. ſinapios vel erucæ an. ʒj. antidoti Saxonicæ ʒß. lapid. prunellæ dr. v. Antimonii diaphoret. fixiſſimi, & croci metallorum ſimul uſtorum ʒiij. pulv. ſcordii, rutæ, zedoar. an. ʒiiß. theriac. ven. veteris ʒi v. philonii *Turneri* ℈vij. gr. ij. M. & cum ſpir. theriac. ʒiij. & melis deſpumati q. ſ. F. Elect. molle, doſ. ad ℈iv. vel ʒij. ad vires præſidii hujus promovendas adjiciantur corda, & jecinora vj. viperarum v. a. e. præpar. *N. B.* in hac ſimiliter; ut & in cæteris antidotis, diuturna fermentatio perquàm neceſſaria, ut ſe invicem penetrent, & intimiùs aſſocientur tot ſimplicia.

Sin verò alvus fuerit nimis cita, & lubrica, commodiſſimè exhibeatur lapis contrayerva, qui ſic conficiendus.

℞. Pulv. radic. contrayerv. rec. ʒj. ſerpentar. virgin. ʒiiß. Extract. rad. angelic. tormentill. an. ʒij. pulv. c. c. Philoſophicè calcin. chelarum cancrorum præpar. pulv. corall. rubr. an. ʒiß. Antimoni. diaphoret. vel potius diaphoret. *Iovis* ℈iij. cuchianellæ drß. croci ℈j. aliqui addunt lapid. bezoar. Orient. ℈ij. Ambræ griſ. ℈ß. cum gelatina ſpoliorum ſerpentum, vel c. c. fingantur globuli ſ. a. exſiccandi, doſ. ad ℈j. vel ʒj. è vehiculo idoneo, *&c.*

Huc inſuper ſpectant *Orvietano*, cujus confectio hæc.

℞. Cardui bened. totius eupatorii maj & min. an. ʒß. Scordii, ariſtolochiæ utriuſque, an. dr. v. Viperinæ, h. e. echii, gentianæ, bacc. junip. biſtortæ an ʒj. Bacc. lauri, tormentillæ, dictamini albi an. ʒß. Carlinæ, angelicæ, an. ʒiß. Rhabarb. imperator ſcorzon. *Hiſpan.* valerianæ an. ʒß. morſus diaboli, calami aromat. an. ʒi v. Theriac. Androm. opt. ʒiij. Corda, & jecinora duodecim viperarum, terantur terenda ſubtiliſſimè, & cum ſ. q. mellis deſpumati fiat Elect per tres menſes fermentand. doſ. ad dr. j.

N. B.

N.B. Hæc & cònsimilia medicamenta, sive *Galenica* sive *Spargyrica* quorum præparatio, & digestio non citiùs, quam coquantur asparagi, absolvi queant, ut sint in promptu, & præmanibus expedit, ille enim τὰς μηχανὰς κατὰ τὸν πόλεμον κομίζει, qui in morbum peracutissimum arma parat, haud ante spatium semestre acuenda.

Insuper non minùs sudoris, quam typorum qualiumcunque spiramentis ad vires multùm prostratas, & propè deficiente refocillandas (modo non impediat fastidium) idonea administrari alimenta jussi, *viz*, panem vino ferè inebriatum, ova sorbilia (nisi stomacho aliena erunt) succo citri, granatorum, vl aceto sambucino immersa, item aquas Analepticas, iuscula, gelatinas, atque etiam vina generosa.

Jusculi præparatio, *viz*, & pulli gallinacei brodio, incoctis rad. scorzon. fol. pimpinell. ulm. lujul. summit borrag. rasc. c. dactylis cum frustulo panis albi & tantil. lo croci in nodulo, pinguedo non separanda, nisi diarrhæa urgente, vel nauseante stomacho: è dicto juscule quandoque emulsio parabatur, *viz*. cum sem. citr., plantag. & amygd. excorticatis addendo sacchari perlati q. s.

Aqua de Cordibus Cl. Mayerni *prius laudati.*

℞. Radic. carlinæ ℥vj. zedoar. scorzoner. imperator. gentian. vincetox. valerian. tormentill. bistort. petasitid. dictamni, bardan. pimpinell. totius an. ℥iv. fol. cardui oxytriphyll. scordij an. M. v. ulmar. scabios. mors. diaboli, meliss. pentaphyll. menthæ, rutæ, bugloss. flor. calendul. hyperic. an. M. iv. limones & aurant. cum corticibus an. numero 20 flor. salviæ, rorism. an. M. ij. corda vervecina num. 6. corda viper. numero 20. vini generos. *Hispan.* ℔xx. infusione debita peracta, fiat distillatio cauta in *B.M.* hujus aqua dos. ad cochl. iv. vel. v. dulcor. (si ita visum) cum sacchari perl. q. s. *Nathanael Hodges. De Peste sect.* 7.

SECTIO XV.

Pro Peste.

Remedia Externa.

INter præsidia externa eminent ψυδράκια sive vesicantia; horum frequens: & prospera applicatio, de eorum usu controversias varie agitatas diremit.

Vesiccantia partibus variis admovebantur, *viz*, vertebris colli, brachiis versus humerum, cruribus, & suris internis: vasa cuiuscunq; generis calefacientia liquores reddentia magnè obsequaces, & fluxiles, naturæ segnitiem extimulantia, & unà cum serosa colluvie, noxiisque humoribus per ulcerum portas sat amplas miasmata pestifera vi quid inexpugnabili educentia, ut hic taceam à partibus nobilioribus revulsionem insigniter præstitam, atque derivationem à vicinis.

Ut celeriter, ut certo remedia vesicantia excitent vesicas, sint acerrima omninò expedit: massa sequens in praxi nostra fuit admodum familiaris & efficax.

℞. Picis navalis ℥v. galbani colat. ℥i. ceræ ℥iß. quibus simul liquatis, & ab igne semotis, adde pulv. cantharidum præp. ℥vii. vel ℥i. fermenti veteris, sem. ameos an. ℥iii. euphorbii ℥i. cum aceti scillit. q. s. incorporentur, assidue agitando quousque cogantur in emplastri massam: eventus ab hujus emplastri applicatione semper ex sententia cessit; parte cui admovendum erat hoc emplastrum aceto ad ruborem priùs fota quò potentius se exerceret vis ulceratoria.

Non tamen omnibus indiscriminatim admoveantur emplastra hæc, putà ubi urget urinæ ardor ejusve incontinentia, ubi adest sphincteris vesicæ inflammatio, vel ulceratio, ubi hæmorrhagia; si mulier in utero habeat, vel si instet fluxus menstrualis; postremò vesicantia non applicanda in summa virium exolutione. Hoc insuper memorabile, scil. bubonibus, vel carbunculis ad suppurationem vergentibus summa cum cautela vesicantia esse administranda, ne forsan avocatione, deprædatione, vel nimia liquoris colliquatione & tantum non fusione, è quibus confici solet, cætera medendi conamina,

& naturæ ſtudia ſe liberandi, in irritum cadant.

Præter remedia veſicantia, haud perditi operis erit emplaſtra applicare ſubpedanea, ego uſus ſum empl. ſequenti, quod conſtabat è maſsa empl. de beton. comp. adjecto frequenter duplo euphorbii, pulvere croci, & theriaca *Londin.* empl. hoc plus commodi ægris præſtitit quàm cataplaſmata, quæ tamen nonnullis magis placuere. Verùm hæc, & reliqua ejuſdem ordinis remedia non eo conſilio applicabantur quaſi virtute attractiva ſeminarium peſtilens allicerent, quin potius benefica apud ſamores habita erant, eo quod in plantis pedum, ubi eximia vaſorum omnifariorum conglomeratio; calore partes fovere valent extremas liquores reddunt magis fluxiles, & fermentabiles, calorem nativum ferè morientem & extinctum exuſcitant; atque hinc corpus univerſum ob conſenſum amiciſſimum vivificis delibutum influentiis: Epicarpia etiam iiſdem de cauſis non omittenda.

Quod ad Bubones attinet, explorandum imprimis, an Bubo mobilis, vel ſtabilis? an durus, vel mollis, & tactui cedens? an depreſſus vel in mucronem elevatus; an parvus magnuſve; an contractus, vel patulus, latiuſque ſerpens? an cum cruciatu, & punctione, vel indolens? an denique cum inflammatione, vel ſine illa? Varietaſque hæc varium exigit medendi modum.

Cataplaſmatum licet uſum commune omnium ſuffragium egregiè beneficum fore perſuaſerit calorem nempe naturalem languentem & propè extinctum mirè excitantium, partes circumquaque vicinas humectantium, cutim inſuper dilatantium, humores denique acres contemperantium, & demulcentium; quoniam verò ab iterata eorum renovatione plurimùm detrimenti ægris accidiſſe obſervavi, ſequens ceratum illorum vice ſubſtituere placuit.

℞. Empl. oxycrocei ℥iii. galbani colat. gum. carannæ, an. ℥i. picis navalis ℥ii. è liquatis ſimul cum oll. chamæm. & liliorum, v. a. e. F. maſſa pro Empl.

Auſus ſum aſſerere empl. hæc plus millies. Chyrurgicæ manus vicem ſuppleviſſe, quæ ſpatio triduano, aut ſæpius immutabantur. Quocunque modo diſruptis, vel inciſis bubonibus, ad ulcus abluendum, & detergendum, lixivium paretur, è cineribus ſcordii, betonicæ, bugulæ, faniculę, &c. diſſolvendo q.ſ. theriac. *Londin.* Mixtura autem ſequens huic muneri accommodatiſſima, conſtans ſit è rad. ariſtoloch. rotund. myrrha, aloe, & croco infuſ. & ſolut. in ſpirit. vini q.ſ. colaturæ addendo tantillum ole. terebinth. Porrò ad promovendam digeſtionem, & putrefactionem inhibendam, Cataplaſma ſequens conficiatur, *viz.*

℞. Mellis roſ. ℥i. terebinth. cum vitello ovi ſolut. ℥ß. theriac. *Londin.* ℥iii. farin. trit. ℥iiß. cum ol. hyperici & ſambuc. an. q. ſ. coq. in Cataplaſmatis conſiſtentiam. Vel.

℞. Ung. baſilic. p. duas, linimenti *Arcæi* p. tertiam, ole. terebinth. ℥ß. M. S.

N. B. Detergentia neutiquam uſurpanda niſi ulcus ſit ſordidum.

N. B. Ad ſedandam doloris veſaniam, & inflammationem tollendam, opiata & repellentia cenſenda omninò perniciоſiſſima, *viz.* venenum peſtilens tergiverſari, & ſi intus recipere cogentia; quin & partibus ab eorum uſu plus nimis refrigeratis impendere ſphacelationem quis ignorat?

Ulcus non prius claudendum, quàm ab omni ſorde penitus expurgatum fuerit, & cuncta prorsùm ceſſaverint ſymptomata.

N. B. Multiplici quidem obſervatione mihi conſtitit ulcera hæc veneno devicto & extincto, citius multò tutiuſque ſanata fuiſſe, quàm cætera à cauſis aliis quibuſcunque oriunda: Incurationis interim adminiſtratione benè cautus ſit Chirurgus, ne tumor callum labiis obducat haud levi negotio extirpandum, ulceris probè mundati foveæ hiantes ſarcoticis repleantur juxta methodum vulgarem. Ne eandem cantilenam ſæpe occinam, parotides ſimili ritu, ac Bubones tractandæ.

Quod ſupereſt, id carbunculorum medela ad tres potiſſimùm ſcopos collimare Chyrurg. intereſt.

1. Vigilanter proſpiciendum, ne latè nimis ſerpat Carbunculus, gangrænæ inſtar

inſtar ſuperexcurrens, & neſciens cancellos.

2. Tentanda quamprimùm Carbunculi ſaparatio,

3. Ulcus dextrè conſolidandum.

Primæ ſatisfaciunt intentioni remedia, quæ fortuitam pororum reſerando conſtrictionem aliqualem egreſſus veniam particulis veneficis concedunt, item quæ ardorem lenire, & calorem naturalem ſufflaminare, & tueri valent.

Verum Curatio Anthracum juxta illorum indolem, progreſſum, & partis affectæ ſitum inſtituenda alia, atque alia; nunc mitius, nunc aſperius eos tractare expedit.

Minimè incommodum erit cataplaſma ex allio ſub cineribus aſſato, cum fuligine, theriac. *Rond.* & ol. terebinth. vel,

℞. Fermenti veteris ʒß. allii aſſati ʒii. ſtercoris columbini ʒi. confect. ſinap. dr. v. euphorbiii ʒ. ii. cum ſ. q. ſaporis nigri, F. Cataplaſma.

N. B. In horum Cataplaſmatum applicatione utpotè accerrimorum, cautela quidem ſumma adhibeatur, ne dolor ab eorum uſu auctus ſit impatibilis, ne humores colliquentur, & in partes debiliores ſecernantur, & deponantur, ne demum hoc pacto eſchara figatur.

2. Eſchara nondum decidua, ubi etiam nulla inchoatæ ſeparationis veſtigia, ung. & oleaginoſa neutiquam probanda: Carbunculo autem ſcintillante, & latius diſſeminato, ad remedia acerrima tranſire haud in conſultum.

Cæterum in eſchara amovenda, tum igne, tum cultro res peragatur: Cauteriis actualibus nil ſane efficacius comperi.

Seperatione quocumque modo inchoata, nimirum vel ſuapte ſponte, vel ignis, aut cultri ope; penſi ſit proximi carbunculum delibrare, frequentiſſima itaque ex butyro rec. oleo ſambuc. vel lil. alb. illinitio inſtituatur. Eſchara gradatim, & non præproperè laxanda, ſcilicet expectata aliquandiu ejus maturitate. Poſt anthracis decorticationem, cibi evacuationem, uſumque mundificantium remediorum, & ulceris digeſtionem auſpicari rerum ordo ſuadet cæteris juxta methodum in bubonum curatione traditam caute præſtitis.

Poſtremò incarnatio ſenſim inducenda, & ulcus tardè conſolidandum, quo feſtinantius clauſo; haud infrequens veneni Peſtilentialis reliquias quaſdam ſubinde vagas & plerumque exitioſas evadere.

Quoniam verò loca Carbunculis adornata à confluentibus affatim humoribus mudari nequeant: unde curatio tarda, & quandoque improſpera, remedia circumquaque defenſiva affingantur, quæ partim conſtringere laxitatem vaſa obſtructa reſerare, & priſtinum liquoribus tranſitum præbere; quæ demum ſpirituum & caloris fugam ſiſtere poſſent: quod ſi, caula licet adhibita, ſphacelatio imminuat ad ſeq. illicò embrocationem confugere oportet.

℞. Cinerum abſinthii, ſcordij, cardui, centau. min. an. ʒiii. è quibus paretur lixivium, indendo flor. chamæm. ſambuci, meliloti, an. M. j. liquoris limpidi ℔ii. adde ſpir. vini opt. ℔ß. diſſolve theriac. *Lond.* ʒij. M. S. pro fotu p. affectæ bis de die, quàm calidiſſimè, exin. Cataplaſma conficiatur è theriac. *Lond.* cum Elix. proprietatis; *Nathanael. Hodges. De Peſte, ſect.* 7.

SECTIO XVI.

Ad Peſtem.

MAtrona quædam familiæ roti ſuperſtes, integra adhuc valetudine, pectoris regionem luſtravit, quam maculis, fatalibus obſitam proſpiciens, nihil minus; quam Luis invaſionem ex hiſce indiciis hariolata, brevi exanimata erat, nullo alio ſymptomate morbum, vel mortem præmonſtrante.

Juvenis inſuper habitu euſarco & valenti corpore, poſtquam ex improviſo ſtigmatibus peſtiferis inuſtum detexerat, id genus fucata, & amentia conjiciens ſigna, quod belliſſimè valeret; quem tamen intra trihorium ſuccubiturum veriſſimè Medicus judicavit,

Civis quidam, actis *Londini* negotiis, rurale præſidium petiturus, equum ſubi-

tò langueſcentem & ſuccubitum perſenſit, apertis itaque faucibus, quo ſtudioſiùs os, & linguam contemplaretur, & morbi tam repentini cauſam detegeret, vir bonus incautè anhelitum equi fœtidiſſimum hauſit, mox ægrotare cæpit, & intra biduum expiravit *Nathanael Hodges. De Peſte ſectio ſecunda De Peſtis Aitiologia & Contagio.*

Puella quædam quindecim circiter annorum admodum extenuata, ut oſſa præter, ac cutim, vix quid ſupereſſe videretur, hæc cum nil alimenti per ſpatium quatuordecim dierum ſumpſiſſet, diu habebatur ab omnibus pro deplorata; ego ad matrem ipſius; duoſque alios in domo illa Peſte laborantes vocatus, correptorum in me curationem ſuſcepi, quibus ſtatim convaleſcentibus, tandem hanc ſemimortuam Lues invaſit; quæ modò velut extincta jacuit, calore febrili mirè animata, artus movere cœpit, & remediorum ope alexipharmacorum, quæ tamdiu eliguis, de tumoribus hic illic dolorificis conquerebatur; Bubones autem emerſuri (quantum conjectura aſſequor) ob ſucci defectum, minimè ſuppurati erant, ſed ob copioſiſſimam traſpirationem valdè beneficam ſubſidentes evanuere; intra duas ſeptimanas (Deo annuente) puella præter ſpem, & opinionem omnium, in integrum reſtituebatur, tabe indies diſcedente.

Virgo altera ultra decimum ſextum agens ætatis annum, a teneris unguiculis tam ſcrophuloſa, ut ſtrumæ multiplices & obſtinaces, nullo remediorum genere tolli potuerint; hæc tandem Peſte afficiebatur, tumoribuſque ſtrumoſis ſupervenere Parotides, quibus ſuppuratis, & pus affactim effundentibus, tam à Luc, quam à morbo contumaciſſimo, & diuturno liberabatur ægra.

Quidam Podagrici, aliiſque affectibus inveteratis vexati, auſpicata hac aſſociatione, reſtituti erant: revera omnes ferè Luem perpeſſi, curatione v. a. e. adminiſtrata rectiùs poſtea valuere; planè ut non modò venenum aliquando, ſed ipſa Peſtis vim obtinuerit medicamenti. *Idem, ſect. 4. De Luis cum aliis morb. complicat.*

In Juvene quodam utramvis pone aurem ampliſſimam emerſit Parotis, è quibus ſuppuratis, ſectiſque, ſanies ubertim emanavit, ulceribus brevi à manu Chirurgica dextrè expurgatis; carne interim muſculoſa penitus abſumpta, viſu quidem non minùs jucundum quam mirabile, venas jugulares externas cum ſubjectis arteriis, nervum recurrentem, tendines, œſophagum omnimodum denique vaſorum apparatum nudum, & illæſum conſpicere, ægrotus tamen (favente Numine) & carne foveas adimplente integræ ſanitati reſtituebatur.

E mulieris ubere mox a partu Carbunculus prodiit, infans tamen toto morbi ſtadio lactens, nil hauſit incommodi, puerpera etiam (cœlo annuente) omnibus v. a. e fide præſtitis brevi convaluit.

Ad puellam correptionis perendie accerſitus eram, quæ citra difficultatem ſpiravit, extrinſecus calor mitis, & admodum blandus, interiora utique manifeſto non conflagrarunt incendio, pulſus haud inæqualis aut irregularis, nullus denique eam torſit cruciatus; è contra verò omnia tam pacata, tam ſerena, perinde ac ſi nulla ægritudinis procella jactaret, nedum impenderet vitæ jactura: revera mihi non conſtitit de cauſa ægritudinis, quam ſimulaſſe morbum ſuſpicabar, donec thorace nudato indubia hic illic ſtigmata pro more compuncta partem ſenſu vacuaſſe indicaverint, meritò habita properantis fati arrhabones: eadem nimirum nocte puella expiravit, vix dum vel ſuo, vel aſtantium judicio valetudinaria.

Paulò poſt viduam inviſi ſexagenariam à qua (confecto ferè prandio haud parco, quippe præter carnes ovillas ſtomachus adhuc latrans pullum gallinaceum expetivit) tolli menſam juſſi: poſteaquam nonnulla de ſtatu ipſius præſenti percontatus fuiſſem, ſe nunquam toto vitæ curriculo ſaniorem aſſeveravit, admotis exindigitias arteriæ, intermiſſionem crebram cum formicatione deprehendi, collo demum & pectoris regione luſtratis, innumera detexi ecthymata, ſigna proh nimium manifeſta mulierem bene pranſam, apud inferos cœnaturam. *Nathanael Hodges, ſect. 5. De Peſtis ſignis manifeſtis.*

SE-

SECTIO XVII.

Pro Peſtis præcautione.

SEquuntur Antidota quædam ad Peſtis præcautionem.

Electuar. Antipeſtilentiali Inſigniſſimi Mayerni.

℞. Jugland. virid. ℔ii. ficuum Prunor. an. ℔i. macerentur in aceto, & pulpa trajiciatur, cui adde pulv. ſubt. rutæ ℔ß. viperinæ virg. ℥iß. rad. contrayerc. ℥iii. petaſit. zed. an. ℥iiß. ſacch. perlat. ℔i. ſyr. è ſucco Kermes ℥i. ſyr. calendul. cariophyll. an. q. ſ. ut F. Elect. molle, addendo fol. auri quadraginta: doſ. ad quantitatem nucis juglandis maj. manè & veſperi.

Elect. aliud in uſum pauperum.

℞. Conſerv. lujul. galeg. an. ℔ß. calendul. ℔i. theriac. *Lond.* bol. armen. vitriol. ℥iv. cum ſyr. limon. q. ſ. F. Elect. doſ. ad ℥ii. vel iii.

Confectio Antipeſtilentialis.

℞. Rad. ſcorzon. *Hiſpan.* petaſitid. contrayerv. an. ℥ii. helenii. torm. an. ℥ß. angel. chel. maj. an. on. i. m. bacc. juni p. prep. ℔ß. m. ſummitat. rutæ, p. i. ſem. card. citri, an. dr. ii. quibus præp. affunde p. duas aceti ſambuc. & tertiam ſpirit. vini opt. infuſione peracta & expreſſione, liquor igne lento evaporetur ferè ad mellaginem: extracti ℔i. adde theriac. *Londin.* on. ii. m. bol. armen. terr. ſigillat. an. on. i. flor. ſulph. dr. v. ſucci Kermes, on. ii. conſ. lujulæ. ℔i. cum ſyrup. limon. q. ſ. F. Elect. molle, doſ. ad quantit. nucis myriſticæ mai. ter. vel ſæpius de die.

Pilulæ Antipeſtilentiali.

℞. Extract. rad. helenii, angelic. contrayerv. an. ℥i. adde extr. alb. glycirrh. ℥iii. flor. ſulph. ad quatuor ſaltem vices ſublim. ℥ii. C. C. philoſoph. calcin. ſem. citri pulveriz. an. ℥iß. ſalis ſcordii, abſinth. an ℈ii. cum ſ. q. picis liquidæ, F. maſſa pro pilulis, doſ. ad ℥ß. vel ℈ii. manè & hora ſomni.

Elixir Proprietatis Antipeſtilentiale.

℞. Croci *Angel* opt. ℥ß. extrah. tinctu. ram cum aq. ulmariæ, ſcabioſ. cardui, vel meliſſ. ſ. q. additis ſpirit. ſulph. aliquot guttis ad leviuſculam aciditatem: liquor per chartam agatur, in colatura ad lentum *B.* calorem diſſolve Aloes pellucidæ è veſica ℥iv. per ſetaceum linteum haud ita rarum trajiciatur liquor; deinde F. condenſatio ad eundem calorem, acquiſita pilularum molliuſcularum conſiſtentia, adde myrrhæ puriſſimæ ℥vii. flor. vel magiſterii præcipit. Benjoin. ℥iii. ſalis C. C. ℥ii. cum ſyr. ſambuc. q. ſ. F. maſſa unde pilulæ formentur: doſ. ad ℈ii.

Tabellæ Sublinguales.

℞. Extract. rad. angelic. & contrayerv. extr. alb. liquir. dr. iii. flor. ſulph. myrrhat. h. e. cum myrrh. ſublim. dr. v. oleo cinnam. gutt. viii. ſaccharum criſtallin. ad duplum omnium pondus, cum mucilag. gum. tragacant. aq. ſcordii parat. q. ſ. F. tabellæ parvæ ſublinguales.

Hauſtus ſequens magnarum virium habitus.

℞. Aq. roſ. rub. camphoratæ ℥ii. aceti opt. ℥i. in quibus diſſolve bol. arm. opt. ℈ii. adde ſyr. ſcabioſæ ſimpl. dr. iii. M. S. F. hauſtus. *Nathanael Hodges, ſect.* 8. *De Peſtis præcautione.*

SECTIO VIGESIMA.

Pro Philtris.

BAronis cujuſdam *Bohemi* filius accepto Philtro totus contabuit, tandemque mortuus eſt. Cadavere ſecto, inventum eſt in ejus ſtomacho quiddam durum cornu aſſimile, unde pater in filii memoriam cochl. fieri curavit, quo longo poſt tempore uſus eſt: tandem illud caſu quodam in ſucco naſturtii aquatici diſſolutum fuit, inde experientia comprobatum, Naſturtium illud magnam vim contra philtra habere; eodem præſidii genere alius quidam

dam nobilis usus est, atque ex simili morbo restitutus. Omnia philtra etsi inter se variè differant, hoc tamen commune habent quod humorem efficiant melancholicum, quæ igitur medicamenta humorem illum clementer evacuant, & spiritus tristes recreant, haud dubiè in tali affectu proderunt plurimum. *Petrus Monavius, Epist. 23. lib. 7. Consil. & Epist. Cratonis & aliorum à Scholtzio editorum.*

Nobilem præcipuam filia Hospitis cujusdam deperit: abeuntique pomum pulcherrimum offert: illi suspectum est hoc donum, ac à se proiicit: post triduum recordatur illius, & aspicit, tunc illud prorsus nigricans apparet, expectat per aliud triduum, tum ranulas perplures ibi reperit, redit ergo in hospitium illud, morbum simulat & ingentia tormina; virgo lacte calido uti jubet, ille illud ranis affundit quod avide assumunt, ac paulatim increscunt: ille verò indies majores cruciatus simulat; unde virgo miserta, jubet urinam equinam jam jam excretam & adhuc calidam ebibere: ille illam ranis affundit, & moriuntur. Post aliquod tempus serva alterius Nobilis miserrimis cruciatibus conflictatur, ac suspicio est de Philtro ab equite quodam exhibito; propinatur urina equina, & removit duas lacertas, itemque duas ranas. *Philippus Salmuthus, obs. 70. cent. 1.*

Experientia didici Calculum microcosmo exsectum, & in pulverem comminutum, cum aqua vel succo Nasturtii aquatici propinatum Philtro potatis, vel erotico amore fruentibus multum profuisse. *Henricus ab Heers, obs. 13.*

Studiosus quidam accepit à quadam malefica placentas quas comedit, ab ea autem discedens mox in itinere delirare cœpit, & domum abductus magis insanivit, & in maniam devenit: pro hac levanda insania ad me studiosi veniunt maniam significant, Philtrum enarrant: contra quod ego dedi aq. benedict. ℥vi. quàm jussi ei statim exhibere qua assumpta, statim rejecit Philtrum sive venenatas placentas devoratas, quæ projectæ in terram cum astantium admiratione efferveſcebant & ebulliebant veluti cibus ad ignem effervens & ebulliens. Rejecto ita veneno hoc ex insperato continuò insania depulsa est, & intra biduum intellectus ex integro restitutus est, rectèque Deo omnipotente annuente convaluit. Vinum absinthiacum bibit aliquot dies. *Martinus Ruland. cur. 91. cent. 3.*

In Philtris necessaria sunt emetica. Postea exhibe à ℥iß. ad ℥i. pulver. Secundinæ cum aq. theriac. addendo coch. i. aut alterum succi Nasturtii aquatici, bis duobus diebus continuis. *Io. Hartmann. pract. Chimiatr pag. 60.*

In Montibus *Pirenæis* fuit Nobilis quædam mulier quæ Sagarum incantamento pomum acceperat venenatum, cujus esu remansit per tres annos integros tabida, summo dolore ventriculi, & nausea perpetua, absque tamen vomitu ullo. Multos convocavit Medicos in consilium, tum Civitatis *Tolosæ*, tum *Monspelii*, ut sanitatem amissam restituerent, sed in vanum omnia: tabidam & hecticam in ultimo gradu judicabant omnes; advenit tandem ut Saga illa à qua pomum venenatum acceperat, mortis supplicio adjudicata fuerit, variis convicta criminibus, palamque fassa est, se prædictam dominam pomo venenato à Dæmone sibi tradito in incurabilem morbum perduxisse, ni Summus Deus opem ferret: itaque post mortem Sagæ illius & notitiam sui mali vocavit me, historiamque narravit, dixitque mihi se semper in ventriculo sentire motus varios & diversos animalium quorundam morsusque eorundem. Miseram hanc ægrotantem benignissimis ego refocillavi verbis animumque titubantem, & de sanitate desperantem, ad quandam spem salutis reduxi. Postea dedimus medicamenta chimica sequentia. Dissolvimus salem vitrioli in aqua salviæ, & potandum dedimus summo manè; à cujus sumptione post duas horas vomuit nigra multo cum verò fabulo nigro, & tandem vomuit ranam vivam & squammosam, maxima cum difficultate & deliquio animi. Sequenti die, iterata dosi eiusdem salis vitrioli vomuit eadem nigra & fabulosa, & tandem summa cum difficultate & animi deliquio vomuit Serpentem squammosum parvulum, & crocodilum parvulum magnitudine

di-

digiti, & longitudine palmi: refocillata fuit potione aq. cinnam, & poſtquam vires recollegit, a dolore ventriculi & morſu ſe ſublevatam eſſe dixit; & indies deinde melius ſe habuit, & ſanitatem recuperavit priſtinam, habitumque tabidum relinquit, recuperato vivido & florido corporis colore *Ioh. Faber. curat. 94.*

SECTIO XXI.

De Phlegmone.

Φλεγμονή (in φλέγω uro) Latinè inflammatio, tumor eſt partium carnoſarum à ſanguine præter naturam affluente ortum habens, in quo dolor eſt vehemens, rubor per ſumma vigens, calor veluti deurens, tenſio & renixus, & cum malum increverit, pulſationis ſenſus: cauſa proxima eſt ſanguis per modum fluxionis in carnem impactus; antecedens verò ejuſdem exuberantia, ob immoderatam vaſorum repletionem; evidentes denique cauſæ ſunt occaſiones externæ, ut contuſio, diſruptio, fractura, vulnus, ulcus ſpontaneum, luxatio &c. quæ quatenus dolorem in laborante particula excitant, fluxionem accerſunt: phlegmone alia eſt vera & pura ſanguinis naturalis & benigni ſoboles; alia ſpuria ex ſanguine illaudabili per aliorum humorum admixtionem facta: cujus tres ſunt differentiæ, phlegmone nimirum eryſipelatodes, œdematodes, & ſcirrhodes: judicatur per reſolutionem, vel ſuppurationem, aliquando etiam per corruptionem; vel in ſcirrhum denique abit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Phlegmone.

RUſtica quædam mulier magnam phlegmonem in brachio habebat, huic cum menſtrua deficerent, facta eſt phlebotomia in crure ex loco oppoſito. Poſtea applicuimus parti affectæ quæ repellerent.

℞. Aceti opt. ℥iii. album ovi ℥i. aq. roſ. ℥iß. roſ. rubr. pulv. ℥ß. M. & petias lineas in hoc liquore madefactas loco affecto applicato: hoc utebatur *Benedictus Faventius* Præceptor meus, Vel

℞. Unguenti de ceruſſa ℥ii. ſucc. plantag. ſucci ſemperviv. an. ℥i. aq. roſ. ℥ii. M. & cum petiis lineis apponito; at cum hæc valde repellentia ob inſignem dolorem minus juvarent, appoſui emplaſtrum ex mica panis cribellati, oleo roſac. & lacte, quod in ominibus inflammationibus cum rubore ſæpe experti ſumus, & dolorem ſedare, & fluxum materiæ inhibere; dolor verò illo appoſito mitigari cœpit, & inflammatio ceſſare. Interim ſtatim poſt ſanguinis miſſionem corpus purgavimus; in alia ad inflammationem brachii, inunximus primò unguento roſ. Poſtea cum dolor intenderetur, cataplaſma ſequens impoſuimus.

℞. Malv. M. iv. piſtentur ad mollitudinem, add. farin. hord. ℥ß. Ol. viol. roſ. unguenti popul an. q. ſ. F. cataplaſma: ſepties fuit reiteratum. Poſtea etiam brachium inunximus unguento populeo, oleo viol. amygd. d. roſ. an part. æq. impoſito deinde iterum cataplaſmate ſuprascripto, tandem benè habuit & à phlegmone curata eſt, alteri hoc cataplaſma egregiè profuit & dolorem ſedavit.

℞. Farin. tritic. q. ſ. coq. in aqua addendo ol. roſ. q ſ. & parum croci: hoc etiam maturat; hoc item emplaſtro commodè ſæpe uſi ſumus ad dolorem ſedandum, & tumorem & tenſionem remolliendam, & materiam inſenſibiliter reſolvendam.

℞. Farin. ſem. lini fœnugræc. ſem. aneth. flor. chamæm. melilot. biſmal. coq. piſtentur & corporentur cum mucilag. ſem. altheæ & butyro recenti poteſt addi in proceſſu farina fabarum. *Petrus Foreſtus, obſerv. 5. lib. 1. Obſerv. Chirurg.*

Ubi cognoveris reſolventia non complere opus ſuum, ſtatim debes ſollicitare ipſius phlegmones ſuppurationem, quam complebis ſequenti emplaſtro.

℞. Rad. malv. fol. viol. an M. iß. rad. alth. minutim inciſ. ℥ii rad. lil. alb. ℥iß. bulliant omnia in aq. ad medietat. conſumtionem: deinde adde mucil. ſem. caulium ℥iß. farin. frumenti ℥iß. fermenti ℥i. pingued. porcin. butyr. rec. lact. mulieb. an. ℥i. ol. lil. alb. amygd. d. an. q. ſ. ad

ſimpin-

impinguendum emplastrum, quod calidum loco dolenti apponatur: ad idem egregiè maturans & suppurans.

℞. Lactis vaccin. ℔i. medull. panis subtiliter triturat. ℔i. succi caulium ℥iii. croci ʒß. ol. lil. alb. ℥iii. M. & calidè apponito: maturata verò phlegmone (cujus indicia erunt mollities cum undositate apparens carentia doloris, & tensionis privatio;) debes te præparare ad illius disruptionem, quod si patiens ferro vel igne terretur, disrumpatur sequentibus.

℞. Diachyl. simpl. ℥ii. fermenti ʒi. ol. amygd. d. ʒiß. M. grosso modo, extend. supra corium, & in medio pone stercor. columb. subtiliter pulver. ʒi. & phlegmoni applicato, stercore appositio in loco in quo habilior erit eius disruptio: secundum ingenium est hoc ruptorium.

℞. Fermenti ʒß. salis ʒi. aceti opt. ℥ii. pulv. cantharid. ℈iv. omnia simul bene misce, & in mortario benè ducantur, quousque fiat pasta, cujus ʒß. vel secundum quantitatem phlegmone disrumpendæ applicabis apostemati, superpositio emplastro supradicto: rupto apostemate, sic ut plurimum medicaberis.

℞. Terebinth. ℥ii. vitell. ov. num. 1. optimè agitentur simul quousque F. forma unguenti in quo tentam factam ex pecia vel ejus filis ad quantitatem foraminis affecti intinges, & foramini impones, totum verò ipsum unguentum extendes supra peciam, & totum apostema teges: factaque idonea ligatura non multum stricta, ne prohibeatur eventatio spiritus & caloris ad membrum, & materiæ residuæ maturatio: sic continuabis per dies, donec materia fuerit sufficienter evacuata. & labia vulneris optimè digesta. Postea ad majorem mundificationem & absterſionem, appones unguentum sequens, & tentam intinctam in eo.

℞. Terebinth. ℥ii. mell. ʒi. M. & usui serva; semper superponendo unguentum digestivum prius factum: mundificata phlegmone, quod poteris videre ex privatione generationis saniei & alterius malę materiæ currentis ex ulcere & sufficienter absterſa, indigebit tunc ulcus incarnatione & consolidatione: ideo cum sequenti unguento procedes.

℞. Terebinth. ℥ii. mell. ℥iß. thur. mastich. myrrh. aloes an. ʒi. sarcocol. ʒ. m. pulverizanda pulver. & omnia in mortario benè ducantur & agitentur, quousque F. unguentum: & sic continuabis usque ad veram ipsius consolidationem: hæc Præceptor meus *Faventinus* admonebat: si ve ò vehemens dolor inflammationi accesserit, modis omnibus is mitigandus est, quod si nodynis demulcetur ad narcotica transeundum erit: inter quæ hyoscyamum admirandam opem sæpè contulisse frequenti experimento præter quorundam authoritatem comprobatum est: itaque folia ejus sub calidis cineribus coquito, recenti exungiæ misceto & admoveto; hoc vehementer dolores mulcet, & phlegmosos tumores ad suppurrationem perducit. *Petrus Forestus, schol. observ. 5. lib. 1. Observ. Chirurg.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Phlegmone.

VIr quidam vexabatur in metacarpio & gibbo manus phlegmone seu apostemate calido: exhibui balsamum sulphur. ut eo manè meridie ac vesperi apostema probè illiniret, & linteola superimponeret cum levi ligatura, quod cum feciſſet, statim maturationem, mox disruptionem & tandem perpaucis diebus consolidationem & optatam curationem consecutus *Martinus Rulandus, curat. 90. cent. 1.*

Plurimos, cum paterentur apostemata, seu phlegmones, sanos feci intra paucos dies solo emplastro diasulph. (cujus descriptionem, vide *lib. 18. sect. 22. subsect. 4.*) admovi autem illud mane & vesperi, unde citissimè ad suppurationem venerunt. Deinceps ultra rupta; & indies bis mundificata mox ad consolidationem perducta sunt: quia in hoc emplastro miranda & celeris ineſt vis emmolliendi suppurandi, rumpendi; abstringendi & conglutinandi. *Martinus Rulandus, curat. 94. cent. 2.*

Cuidam laboranti phlegmone erysipelatode in facie, folia hederæ arboreæ in aqua quæ à tectis tegulatis cæruleis defluit cocta, & humida supra faciem profuimus: hoc experimentum habuimus à Chirurgo

quo-

quodam seniore, quòd in seipso, tum sua uxore sæpius, ad guttam quoque rosaceam in facie expertus fuerat; & ego in quam plurimis: semper enim mihi fœliciter successit applicatio fol. hederæ post universalia adhibita remedia: eodem modo & fol. tussilag. cocta in aq. & apposita egregiè prosunt, ut expertus sum, quanquam in herpete magis conveniant. *Petrus Forestus, obs. 6. lib. 1. Observ. Chirurg.*

SECTIO XXII.

De Phlyctænis.

Φλύκταιναι & Φλύκτισες (in Φλύω bullio:) pustulæ sunt & vesiculæ à ferventibus & acerrimis humoribus in cute excitatæ, iis similes quæ ab igne vel ferventi aqua excitantur: ignis sylvestris nomine à quibusdam donantur; infantibus interdum in toto corpore erumpunt, rarò viros infestant; proveniunt à bilioso & fervido humore, cum salso & seroso mixto mulieribus nonnunquam accidunt ob sanguinem corruptum & retentum.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Phlyctænis.

INfantulus cum haberet phlyctænas in facie, succo plantag. & solani eas oblinire jussimus; postea adhibita etiam creta & aceto linimenti instar, & decocto rosarum ablui jussimus; interim ut nutrix cibis frigidis alteratis cum succo acetos. vel agrestæ uteretur, mandavimus; & ut serum lactis biberet, quo & puerulus postea alvum exoneravit; atque his remediis infantulus brevi convaluit. *Petrus Forestus, observ. 8. lib. 2. Observ. Chirurg.*

SECTIO XXIII.

De Phrenitide.

PHreniticis delirium est perpetuum & continuum cum febre continua ab inflammatione membranarum cerebri originem petens; ejus causa est sanguis biliosus è vasis elapsus, & in membranis cerebri intercepta transpiratione putrescens; causæ externæ effusionem adjuvantes, sunt aeris fervor, radii solares, meri potus, ira, percussio, contusio & vulnus, signa sunt delirium perpetuum, vigiliæ, febris continua, respiratio parva & frequens, si ex septi transversi inflammatione proveniat sed magna & rara in vera phrenitide, alia est vera, quam hactenus descripsimus, alia spuria, quæ paraphrenitis appellatur, quæ est dum calida intemperies cerebro communicatur, vel à toto corpore, ut in febribus ardentibus vel ex cujusdam partis inflammatione, ventriculi v. g. hepatis, pulmonis, & potissimùm diaphragmatis; quod inflammatione affectum delirium veræ phrenitidis æmulum excitare solet, est phrenitis acutissima affectio, quæ ut plurimùm in septem diebus interimit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Phrenitide.

PUerpera juvencula non benè post partum purgata, in grave delirium subitò incidit, cum febre acuta, phrenitidem veram esse statim judicavi, venam ut aperiret suasi, sed ob inquietudinem fieri minimè potuit; itaque scarificationem scapulis & humero adhibere jussi; dein ob vigilias & inquietudinem dedi sirup. de papav. oxyrrhodinum item fronti appposui; postea gallinam per medium dissectam tepentem & cruentam capitis vertici imponi jussi, quo facto, vapor copiosus & spissus, ita ut conspici posset, mox ab ea sede evaporabat, & cum gallina removeretur, tosta esse videbatur, quod mirè profuit; nam sequenti die ad se redire cæpit, & adstantes agnoscere, & rationi consentanea loqui: itaque julepum refrigerantem & humectantem, nam adhuc febricitabat; præscripsi, quo bis terve usa, accedente idonea vivendi ratione, mox convaluit. *Felix Platerus, observ. lib. 1. pag. 93.*

Vir quidam per aliquot dies strenuè vino generosiori sese ingurgitans, paulò post subitò grave delirium patitur cum febre continua vigiliis perpetuis; sexto die morbi fero nimis, quod vulgi proprium,

medi-

medicam implorabant opem adstantes, ipsumque laborantem ab eo tempore dies noctesque insomnes habuisse referebant; mali procatarcticam causam intelligens non desperandum esse duxi, sed eo ellaborandum ut primo somnus conveniens procuretur, deinde ut intemperies calida & sicca corrigatur, & tertio ut principalium viscerum corroboratio non negligatur; pro primo statim ad narcotica confugi propter nimiam caloris, & spirituum effervescentiam & nobilitatem in subjecto calido sicco, quam ob causam sine ulteriore deliberatione, mox sequentem syrupum exhibui.

℞. Syrup. papav. errat. ℥i. laud. opiat. gr. iii. aq. lactuc. ℥ß. M. detur una vice, quo assumpto, somno & quiete prehendebatur æger, quam continuabat per noctem integram; die sequenti expergefactus sua sponte, mentis omnino compos erat, nec actorum recordabatur; de siti verò conquerebatur, quàm ob causam, pro secunda & tertia intentione, pro refectione & alteratione, emulsionem sempapav. alb. amygd. d. cum aq. acetos. & similibus ordinavimus, victumque refrigerantem & humectantem instituimus, quibus intra paucos dies perfectissimè convaluit. *Gregorius Horstius, observ.* 25. *lib.* 2.

Sub phrenitidis finem gallos exenteratos applicabis capiti, valent enim addigerendum: at cum humores adhuc moventur ac sursum rapiuntur, nocent plurimùm. *Guil. Ballonius, lib.* 1. *epid. & ephem. pag.* 5.

Dux strenuus cum phrenitide magna laboraret, & ob ferociissimos validosque corporis motus, illi nulla revellentia possent administrari auxilia, quidam ex adstantibus suavi cantu eum demulcens, pennam ad radicem multùm fissam, nostro consilio, & in stellæ effigiem paratam intra nares ex improviso intromisit, ac fortiter circumduxit: quo facto tanta ex nare dextra secuta est hæmorrhagia (erat juvenis, quadratus & sanguine turgens) ut copiosissimam æquaret phlebotomiam, qua copia excreta, natura à sarcina levata, residuum humorem per sudorem, alvique fluxum detrusit, & æger paulisper ad se rediens convalescere cœpit. *Zacutus Lusitanus, observ.* 13. *lib.* 1. *prax. admirand.*

Mulier quædam in phrenitidem incidit, cui opem ferens, cucurbitulas dorso, occipitique scarificatas apponendas impero, ex fronte, nasique venulis sanguinem exhaurio, & alia revellentia auxilia procuro, sed cum debilis esset, nec ad ferendam cephalicæ sectionem, aut purgantium medicamentorum usus vires essent satis, & nullus videretur esse remedio locus, in casu conclamato, ad cucurbitulam, in sincipite scarificatam accessi, ex qua cum sanguis copiosè emanaret, contra medicorum vota sana evasit. *Zacutus Lusitanus, observ.* 14. *lib.* 1. *prax. Medic. admirand.*

Ad effervescentiam sanguinis, & spirituum optimè profuit oleum perlarum, de quo *Petræus* in „ Nosologia „ *lib.* 1. *Dissert.* 2. Præstantissimum est „ oleum perlarum verum: sicut enim „ pauculæ ejus guttæ mirabili spectacu„ lo ardentissimum, vini spiritum in bu„ tyrum sciscile coagulare possunt, ita „ quin spiritus effervescentes & volatiles „ ipsius cerebri fixiores & stabiliores red„ dere queant; nullum est dubium. „ *Baldassar Timæus, Cas.* 6. *lib.* 1.

Sedum majus contusum & cum lacte muliebri mixtum sincipiti admotum mirè sedat phrenitidem, & somnum conciliat. Sed statim ac dormire cœperit æger detrahendum, ne in coma precipitetur. *Lazarus Riverius, prax. med. lib.* 1. *cap.* 11.

SECTIO XXIV.

De Phthiriasi.

Φθειρίασις (à Φθεὶρ pediculus in Φθείρω corrumpo) Latinis pediculatio, est pediculorum acervatim proventus, qui ut plurimùm in sordidis capitibus generantur: pediculorum causa efficiens est vis seminalis in materia idonea latens, quam calor ut causa adjuvans excitat & in actum deducit: materiam suppeditant ciborum promiscuorum & variorum usus, ficuum esus, vestium sordes, corporis mundatio neglecta, & omissa capitis pectinatio.

SUB-

SUBSECTIO UNICA.

Pro Phthiriasi.

QUendam Phthriasi totius corporis laborantem ita curavimus. Primò ejus causam venæsectione & purgatione depositimus, non solum semel, sed bis & ter: ac postea sequentibus topicis remediis brevi ab hac fœda Lue liberatus fuit æger.

℞. Lupin. amaror. p. iii. sem. staphysagræ p. ii. F. decoctio in aceto acerrimo, quo decocto universum corpus à capite ad pedes usque lavetur, ac postea linimento sequenti corpore benè terso & exsiccato illinatur.

℞. Sem. Staphysagr. part. ii. sandarach. græc. part. i. nitri fini part. ß. in aceto acerrimo, cum oleo raphanino omnia accuratissimè pista misceantur, & ex iis fiat inunctio, quibus brevi assecuti fumus scopum, nec amplius in eandem fœdationem æger devenit. Ex hac fœda labe multi sunt mortui, ut *Scylla*, *Phærecides*, *Ennius*, & ut nonnullis placet, *Plato* iis quoque adjungendus venit. Novimus autem nos *Olyssiponæ* hominem quendam non ignobilem ex hoc morbo miserrimè obiisse, ita enim per universum ejus corpus pediculi scatebant, ut duo ejus servi *Æthiopes* nihil aliud curæ haberent, quam ex ejus corpore pediculorum cophinos plenos ad mare, quod prædictam civitatem præterlabitur, portare. Porrò apud *Hiberniam & Islandiam* scimus homines semiferos subuculis croco infectis vestiri, ut pediculos fugent; quas per sex menses & amplius gestare solent. *Amatus Lusitanus, curat.* 58. *& schol. cent.* 3.

Cum puer quidam valde pediculis scateret in capite, huic primùm consului, ut caput abluereturaqua marina, deinde decocto absinth. lupin. cent. min. & propria urina admixta. Postea superraddidi hoc linimentum quod ex axungia porcina succo absinth. pul. lupin. staphysagria exigua adjecta, & oleo veteri constabat: quo illito capite, omnes pediculi fugati sunt, si verò cimices seu morpiones in barba, aut locis secretioribus sint propriè virilia, vel muliebria, hoc infrascripto unguento commodissimè uti soleo.

℞. Axung. porcin. ol. laurin. saponis nigr. an. ℥ß. argenti vivi extincti cum saliva hominis jejuni ℈i. (ad omnia enim pediculorum genera occidenda nullum est præstantius remedium quàm argentum vivum in quacunque parte fuerint) myrrh. aloes an. ℥ß. staphysagr. ℈ii. sapon. gallici, ℈ii. in mortario reducantur ad formam unguenti. *Petrus Forestus, observ.* 14. *lib.* 6. *De externis capitis vitiis.*

Panno quo aurifabri vasa deaurata extergere solent, si caput confricetur statim pediculos enecat, *Franciscus Joel, practic. lib.* 1. *sect.* 4.

Inter omnia optimum mihi auxilium fuit zona linea argento vivo imbuta, non solùm in hoc rustico, sed quamplurimis aliis hoc malo tentatis, nam hydrargyrum est antidotum eorum. Idem etiam præstat unguentum quod sequitur.

℞. Unguenti ros. ℥ii. pulv. staphysagr. ℥ii. argenti vivi saliva extincti ℥ß. M. F. linimentum. *Nicolaus Fontanus, Cap.* 9. *Analect.*

Puerulus quidam quinque circiter annorum per integram ætatem phthiriasi affectus, ingruente autumno tanto pediculorum agmine infestabatur, ut non tantùm sub capillitio & in cute capitis, sed & per faciem catervatim quasi reptantes insignem molestiam & pruritum excitarent, somnumque de nocte impedirent. Post varia incassum tentata, jussi caput lixivio acri ex cineribus fraxini, in quo staphysagria ebullierit, lavarent, postmodum aqua mea oletica sæpius de die inungerent. Quo per novendium continuato, terra hæc animalia immani strage fusa penitusque deleta sunt. Eodem remedio & alii plures, cùm à turpissimo hoc morbo, tum à scabie aliisque vitiis cutaneis feliciter liberati sunt. Descriptio aquæ aloeticæ.

℞. Aq. absinth. ℔i. Dissolv. in hac aloes purissimæ ℥ii. M. *Baldassar. Timæus, Casu* 4. *lib.* 5.

SE-

SECTIO XXV.

De Phthisi.

Φθίσις (in Φθίω corrumpo) Latinè tabes, in genere pro omni totius corporis extenuatione, quacunque de causa id fiat, accipitur, verùm usus obtinuit apud Medicos, ut inspecie & frequentissimè pro ea corporis consumptione sumatur, quæ ulceris pulmonis soboles existit, ita definiri potest calamitosum hoc symptoma; est pulmonis exulceratio, qua sensim corpus universum liquescit; vel, est pulmonum à materia acri, erodente, cum febre lenta, tussi sputo cruento & purulento, exulcerato, qua sensim totũ corpus consumitur & extenuatur. Phthiseos causa est, præter vitiosam pulmonum constitutionem, tum acris & salsa è capite destillatio, tum etiam humor acer à vicinis partibus in pulmones ejectus, ut in pleuræ, mediastini, diaphragmatis & asperæ arteriæ inflammatione suppurata, quæ in empyema convertitur, ex ipso item pulmonis vitia pravi humores generantur phthisin inducere valentes, ex rupto præterea vel eroso illius vase, aut ex vulnere aperto, sanguine in pulmonem effuso, ibidemque putrescente, hoc malum quandoque contrahitur, antecedentes causæ sunt humores vitiosi in toto corpore collecti, qui ubi à causis externis commoventur, ad cerebrum transmittuntur, & inde in pulmonem defluunt huc pertinet mensium hæmorrhoidum, aut alterius evacuationis consuetæ suppressio, causæ externæ sunt contagium, aer impensè calidus aut frigidus, aer item autumnalis, ad phthisim disponuntur, qui pectus habent angustum & depressum, collum oblongum, & scapulas altas, ejus signa sunt, tussis diuturna, sputum primo cruentum deinde purulentum, febris lenta & continua quæ tamen noctu exacerbatur, totius corporis extenuatio, respiratio difficilis, confirmato malo pus fœtidum redditur, fauces sono implentur, capilli defluunt, ungues incurvantur, malæ livescunt, extrema & pedes intumescunt, supervenit denique diarrhœa.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Phthisi.

ULcus in hoc morbo abstergendum est, abstergit autem lac asininum & humanum, sed magis nutrit humanum, asininum magis abstergit; & ideo *Galenus* ubi curat ulcus, laudat magis lac asininum, ubi tabem, humanum. *Joh. Baptista Montanus*, *consil.* 181.

Costarum regionem, inunximus hoc unguento de lacte dicto quod optimum est, nec quicquam fœtet.

℞. Gummi tragacanth. gummi arabic. an. ℥i. infund. in aq. rosar. per diem & nocte addantur ol. viol. ℥iß. butyr. rec. ℥ß. camphor. ℥i. M. & in mortario cum lacte muliebri F. unguentum. *Amatus Lusitanus*, *cur.* 92. *cent.* 1. isto unguento uti etiam consuevit in hecticis *Joh. Crato. consil.* 98. *lib.* 7. camphoram ad ℈i. duntaxat admiscendo.

Pro derivatione fiat Cauterium vel Setaceum in occipite, postea etiam in brachio. Præterea aliquod decoctum exhibendum quod sine caliditate exsiccandi vim habeat, & inter cætera præstantissimum est decoctum santali citrini: nam mirabiliter præcavet erosionem pulmonis antequam fiat, & postquam facta est, quantum fieri potest corrigit, ita conficitur.

℞. Aqu. cichor. acetos. an. ℔iv. santal. citrin. minutim concis. ℥iiii. F. infusio per unum diem, deinde fiat coctio in balneo M. ferventi, obturato vase per tres horas, postea auferatur ab igne, ut refrigeretur & coletur, cujus decocti sumat quovis manè ℥iii. & bibat in potu per quadraginta dies, solet enim præcavere fluxiones ad pulmones. *Rodericus à Fonseca*, *tom.* 1. *consultatio* 58.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Phthisi.

REfert *Valescus* se Monachum quendam phthisicum curasse cum pulvere *Haly*; quo & nos usi sumus in fratre meo extabe & hectica laborante, qui & eo curatus fuit, cum pus longo tempore subinde expue-

expueret. *Avicenna* narrat historiam de muliere phthisica, cujus jam parabantur funeralia, quam curavit cum sacch. ros. *Petrus Forestus*, *observ.* 55. *lib.* 16. *De pectoris & pulmonis morbis*.

Aqua ex cochleis, testudine, cruribus ranarum destillata efficacissima ad hunc morbum perhibetur. *Idem*, *observ.* 53. *lib.* 16.

Monacha quædam phthisica pro deplorata habita sequenti remedio intra duos menses sanitati restituta fuit. Pullum exenteratum capiebat, ac in ventre ℥iii. sacch. ro fac. ponebat, demum aqua, lento igne in olla cooperta coquebat, illoque decocto, supra cineres per totam noctem ollam relinquebat: manè verò ex pullo contuso cum suo jure manens in lecto sumebat, superdormiens, quo quidem remedio sana evasit. Alius Monachus, cui ossa præ macie crepitabant, ut postea lecto decumbere coactus fuerit: is quoque à Medicis pro deplorato habitus, duo ova recentia igne adverso assabat in foco calido tantùm, ut albumina vix coalescerent, albuminibus rejectis, vitella in scutella ponens, addebat pulv. sulphur. vivi ad fabæ majusculæ quantitatem, sacch. cand. aspersa eadem mensura, & salis momento; quæ simul mixta cum vitellis ovorum capiebat hora unâ ante cibum, & desuper bibebat vini optimi dulcis cyhathum unum; modo sumebat aquam roris solis unà cum vitelis ovorum; interim & pro tussi utebatur syrup. de liquir. viol. diatragac. frig. eclegmatis modo: & aliis confectionibus destillationem inhibentibus. Idem destillabat limaces teneros ante ortum solis in vinetis collectos, cujus & cochlear cum duobus vitellis ovorum subinde capiebat: ita ut macia consumptus pinguis paucis mensibus evaserit, præter spem sanus factus sit. *Forestus*, *obs.* 58. *lib.* 16.

Pulvis descriptionis *Haly* contra tabem valde commendatur; qui ita se habet.

℞. Sem. papav. alb. ℥x. Gummi Arab. tragac. & amyli, an. ℥iii. sem. portulac. alth. malv. an. ℥v. sem. cucumer. melon. cucurbit. citrull. sem. cydon. munda. an. ℥vii. spodii, succi liquirit., an. ℥iii. penid. ad pondus omnium F. Pulvis. Feliciſſimè ego & diverso modo hoc pulvere in multis usus sum; modo cum vitello ovi, modò cum syrupo papaveris, vel jujub. cum eo etiam conficio morsello, & confectiones in tabulis. Hic pulvis complet omnes intentiones; prohibet enim descensum pituitæ ad pulmones incrassando ob sem. papav. alb. in magna quantitate admixtum, ratione gummi arab. & tragac. lenit. pectus, & materiam humectat, ut facilius per tussim extrahatur, exsiccatur autem pulmo à spodio. *Petrus Forestus*, *schol. obs.* 58. *lib.* 16.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Phthisi.

CUncta illa quę acerrimum catarrhum obtundunt in usum ducuntur: modeste purgentur rhab. agar. ac syrup. ros. solut. Dein pulvis *Haly* in usum ducatur, qui Pulvis inscribitur ad tabem. Utantur ptisana colata cum conserva ros. dormituri, & emulsionibus sem. frigid. & aqua destillata ex cancris fluviatilibus, abstineant à salsis & acribus. Lac caprillum in usum veniat. *Ioh. Heurnius*, *ad aphor.* 10. *sect.* 3.

Plurimos a rupta vena partium spirabilium Phthisicos tractavi juvene, sed maxima eorum pars interit. Unus servabatur usu rad. Chinæ & sarsæ, quarum decocto miscebamus guttulas sex vel septem ol. sulphur. sed in aliis non successit. *Idem*, *aphor.* 9. *sect.* 5.

Summa religione tabidis pharmaca præscribantur. Cave ne validis alvum moveas, sed da illis potius aq. cancr. cum gutt. quibusdam ol. sulph. *Job. Heurnius*, *ad aphor.* 13. *sect.* 5.

Magno successu quidam utebatur in potu & omni cibo conserva rosar rubr. solaque ea victitabat nonnunquam; adeo ut *Venetorum* Pharmacothecas omnes ea inanierit. Quædam (inquit *Arculanus*) comedit quadragintas libras sacch. rosat. & curata fuit. Potiones fiunt ex capill. Veneris, marrhubio, hyssopo, iride, liquir. & passulis, hoc mihi sæpe id usus feliciter fuit.

℞. Brassicam rubram conscissam, inde poculo, & diu in balneo coque, mane

eo liquore utatur; sed hic succus alternis diebus recentari debet, nam facillimè putrescit. *Idem, cap. 7. de Morb. Pectoris.*

De hoc syrupo singulis matutinis, vel saltem alternis diebus, mane cum è lecto surgit, ad ℥i. plus minusve per se sensim deglutiendo sumat, vel dilutum aqua limacum & portulac. julepi instar bibat.

℞. Succ. depurat. portulac. ℔ß. plantag. bugl. utriusque an. quart. j. aq. destillatæ è vivis limacibus & ranis, an. ℥iii. aq. scabios. viol. ros. an. ℥i. sacchar. puriss. ℔bi. coque ad syrup. consistentiam. *Felix Platerus, observ lib. 3 pag. 738.*

℞. Rad. consolid. ℥ii. rad. alth. ℥i. rad. liquir. ℥iii. sem. plantag. ℥i. sem. hyoscyami ℥ß. oculi cancri ℥i. gummi Arab. tragacanth. an. ℥ß. sacch rosat. tab. ℥iv. F. Pulvis, capiat ℥iß. mane & vesperi cum lacte caprino *Felix Platerus, observ. lib. 3. pag. 737.*

In Phthisicis summopere commendatur lac muliebre; quod iisdem viribus cum lacte asinino & caprino instructum, peculiariter etiam præ iis ad nutritionem & refectionem corporis tabidi felicius operatur. utpote quod naturæ nostræ magis simile & familiare, in corporis substantiam citius & melius convertitur, à muliere sana ægro sic propinari debet, ut illud è mammis ipsius indies bis terve bona mensura exsugat, hac ratione aliquos restitutos novimus, ex iisque unum non solum convaluisse, sed tantas etiam vires recepisse, ut ne lac sibi in posterum deficeret nutricem de novo imprægnarit. *Felix Platerus, praxeos tomo 3. pagina 449.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Phthisi.

POst omnis generis lenientes purgationes, varia expectorantia & alia quæ adversus maciem celebrantur auxilia, cum febris hectica & colliquans iugiter corpus absumeret, lac muliebre, ut assatim ex ipsis mammillis sugat, consului, tantum ex eius potu per mensem exhibito, persensit utilitatem, ut eo, & unguento ex eodem lacte parato, pinguiusculus factus, perfectam consecutus fuerit sanitatem. Unguento totum corpus ungebat tribus post cœnam horis, quod omnibus resumptivis præstantius est, hujus unguenti descriptionem, cuius usu tabidos sæpe impinguari vidi, candidè acceptam refero *Amato* non ignobili Medico, qui *lib. 1. cent. curat. 92.* eam sic proponit.

℞. Gummi tragac. & arabic. an. ℥i. infunde in aq. ros. per diem & noctem, add. ol. viol. ℥iß. butyr. rec ℥ß. camphor. ℥i. M. & in mortario cum lacte muliebri fiat unguentum. *Zacutus Lusitanus, observat. 129 lib. 1 prax. admirand.*

Mulier quædam cum ex falsa destillatione & hæmoptoisi in ulcus pulmonis incideret; cum nec ex lacte asinino, caprillo, carne testudinum, expectorantibus, resumptivis, cardiacis, & infinitis propemodum remediis, opem sentiret ullam, tandem rhodosacchari usu assiduo convaluit, ita enim eo utebatur; cum hac conserva farinam subigebat, panemque cum ea delibutum esitabat, carnes selectas cum ea coctas edebat, pullos gallinaceos assos, prius benè conserva saginatos pro cœna habebat, vitellos ovorum interdum cum conf. rosac. assumebat: jejuno etiam ventriculo pulli jure gallinacei prius rhodosaccharo saginati utebatur, demum nullum ferculum offerebatur, quod rosam non redoleret, adeo ut ni timerem dici mendax, exponerem quantitatem quam comedit hęc mulier de sacch. rosac. cujus solius usu septem mensium spatio ita recreata est & speciosior facta, ut in facie vividus ac roseus conspiceretur color.

Maxima ergò est pro curandis phthisicis rhodosacch. vis atque potestas: nam modicè refrigerat ob febrem ob ulceris saniem detergit & ob solutionem continui glutinat. *Zacutus Lusitanus, observat. 130. lib. 1 prax. admirand.*

Frequens sit usus ovorum rec. editorum sorbilium, quæ præstat subinde è nido è gallina glocitante adhuc calentia sine ullius ignis coctura sorbere, sit & multus recentis butyri usus. *Reinerus Solenander, consil. 28 sect. 9.*

Mulier quædam tantam lactis copiam quo-

quotidie fundebat è mammis, ut non solum duos pueros optimè lactaret, sed etiam butyrum è lacte suo conficeret pro pharmacopœa, qui eo ad curam Phthisici utebatur tanquam arcano optimo ad tabem; nullum enim est remedium eo præstantius. *Petrus Borellus, observat. 82. cent. 3.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Phthisi.

PRo siccando ulcere pulmonis & abstergendo, syrupus Symphyti *Fernelii* maximè convenire videtur, præparatur quoque potio ad hæc exsiccanda ulcera, quam *Lacuna* in suo *Dioscoride* dicit esse admirabilem, capite. *De Ebeno*, quia tamen ille indifferenter describit ex decocto ligni sancti in hanc formam.

℞. Ras. lign. sancti ℔i. rad. aristol. rot. pulver. ℥.m. liquir. passul. exacinat. caric. p. ng. cortic. limon. hyssopi, ana. ℥i. infund. in aquæ ℔xv. per diem, deinde coq: ad medietatem, in colat. dissolv. mell. opt. ℔iß. & coquatur mediocriter in formam apozematis clarificati, cujus dantur singulo mane ℥iv. quia tamen decoctum hoc calidum nimis esse videtur propter febrem, ego in secunda coctione, dum fit apozema, adderem succi limonis depurati ℥ii. ita enim corrigitur caliditas ipsius. Solet enim succus limonis omnium decoctorum caliditatem infringere. Certum est in ulceratis pulmonibus & fere desperatis tabidis, cum nullis aliis remediis cederet affectio, solum decoctum ligni guajaci sanitatem aliquandò restituisse, id aliquibus exemplis *Schenckius* in suis observationibus testatum reliquit; & *Andreas Lacuna* in suo *Dioscorid. cap. De Ebeno*, hoc præ cæteris remedium proponit & laudat. *Rodericus à Fonseca, tomo 1. consult. 5.*

Philippus Ingrassia in consilio pro Duce *Terranovæ*, scribit se *Pannormi* curasse mulierem quandam, quæ ex sanguinis copioso sputo à pulmone regurgitante in Phthisin lapsa erat, pluribusque in sequentibus mensibus non contabuit modo, sed continuò pus male olens expuebat; præsertimque per intervalla quædam, non majora quidem duab. hebdomadis maximam puris quantitatem inde collectam sæpenumerò quatuor librarum expuebat. Hæc cum vix per mensem ligni sancti decoctum absorbuisse, ita sanata fuit, ut salva supervixerit, nec amplius recidivaret; licet decimus quartus ageretur annus dum hæc scribebat *Ingrassia*. *Marcellus Donatus, c. 10. lib. 3. Hist. med. mirab.* Ubi adhuc plures habentur historiæ Phthisicorum ligni guajaci decoctio curatorum.

Uxor cujusdam consiliari i phthisica interiit, & post unum aut alterum mensem illius ancilla, quæ diu noctuque illi ministrabat, in similem affectum incidere videbatur: laborabat enim febre lenta, cum tussi sicca diu noctuque perseverante, macie totius corporis, inappetentia & vigiliis. Vocatus ad eam, præscribo venæsectionem & purgationem universalem ex apozemate, & balnea tepida cum victus ratione incrassante & refrigerante; quæ nihil contulerunt, tandem mecum reputans affectum procedere ex maligna qualitate impressa pulmonibus & cordi per contagium, præscribo decoctum guajaci, ad quindecim dies cum vino analeptico, sine sudore, quo remedio perfectè curata est, & febris, tussis aliaque symptomata omnino desierunt. *Lazarus Riverius, observ. 99. cent. 1.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Phthisi.

MUlier quędam viginti quinque annos nata gravi fluxione in pulmonem decumbente, ab aliquot mensibus detinebatur, cum tussi molesta dies noctesque affligente, vigiliis perpetuis, dolore pectoris, febre lenta, alvi constrictione & macie totius corporis, ita ut phthisica omnino videretur. Vocatus ego, præmisso clystere molliente, jubeo sanguinem detrahi ad ℥.viii. Mox duo caustica adhiberi inter scapulio iuxta spinam dorsi: ptisanam laxantem præscribo per quinque dies continuos usurpandam: cujus descriptio hæc est.

℞. Tamarin. ℥ß. aq. fontis ℔iii. coq. ad ℔ii. in colat. infund. frigidè per noctem fen. mund. coriandr. & liquirit. contus. an. dr. iii. ros. rubr. dr. i. capiat cyathum unum mane hora una ante pastum. Paucis hisce remediis ita restituta est, ut post quindecim dies è lecto surrexerit, & ad consueta munia sese conferre cœperit; lacte demum asinino per mensem usurpato integrè convaluit. *Lazarus Riverius, observ* 78. *cent.* 2.

Puella phthisica & ad extremam maciem perducta, ex consilio Medici solis passulis victitavit cum pane comestis; & pro potu utebatur decocto hordei & liquir. sicque intra octo menses restituta est optime, & probe impinguata. *Lazarus Riverius, observ.* 33. *cent.* 4.

Phthisim per contagium cummunicatam curavimus præter omnium spem sequentibus remediis: ac primo potione ex manna & syrup. ros. in decocto pectorali, sequenti die applicita sunt duo caustica posteriori parti cervicis: postmodum jusculæ exhibui per quindecim dies cum rad. chinę, sol. bugl. tussilag. pulmonar. & passul. corinthiac. quæ per intervalla purgantia reddidi. Utebatur etiam continuò conserva ros. & sæpe sub noctem syrupo fluxionem cohibente ac tussim sedante, ex æquis partibus syrup. viol. de rosis siccis, & de papav. *Simeon. Jacoz. Observ.* 92. *cent.* 4. *Obs. Riverii.*

In Phthisi sacch. rosac. sum plurimùm usus, cujus miram vim in Phthisi levanda esse *Avicenna* narrata rabidæ mulieris historia pleniſſimè docet: quod & ego pluries felici successu in multis expertus sum: habet enim siccandi, & modicè etiam detergendi vim, atque etiam glutinandi, unde mirifice pulmonum ulcera juvat, & ex consequenti natam inde tabem curat. *Franciscus Valeriola, observ.* 5. *lib.* 5.

Mulier quædam destillatione ad pectus per annos aliquot laborarat, & ita quidem vehementer, ut quamvis multis variisque remediis, tum à Medicis doctis, tum etiam ab Empiricis præscriptis usa fuisset, exiguum tamen fructum inde acceperit: tandem usque adeo auctum fuit malum, ut non solùm materiam purulentam copiosè, verum etiam sanguinem expueret; & in hecticam cum totius corporis extenuatione & prostratione virium incideret. Ego tandem cum in consilium adhibitus essem, præter convenientem diætam, & exhibitionem medicamentorum, tam per os assumptorum, quam exteriùs applicatorum, nuchæ quoque setaceum adhibui, cujus beneficio brevi maxima cum admiratione eorum, qui ipsam antea cognoverant, ita restituta fuit ægra, ut etiam deinceps proles aliquot procreaverit; cùm tamen antea per annos aliquot, & præcipuè ab eo tempore, quo destillatione prædicta laboraverat, utero non gestasset: *Guil. Fabric. Hildanus, obs.* 38. *centur.* 3.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Phthisi.

CUravi Phthisicos nonnullos planè desperatos, & incipientes plurimos. Summa curationis hæc est; exhibeo ipsis decoctum ligni guajacini per duos tresve menses, prius evacuato corpore, si ægroti sint cacochymi, per mannam syr. rosat. solut. per enemata, prout necessitas expostulare videtur; in decocto aliquando macerari jubeo saniculam, pedem leonis, quinque folium & veronicam; vini aliquid interdum concedo. Victus ratio est, ut caveat à salsis & acribus. Cibi sint lenti, quales sunt nervosæ carnium partes, pedes, aures, rostra animalium benè cocta; gelatinæ etiam ex his confectæ; sed sine aromatibus; carnes comedent juvenes, & cochleas bene coctas, testudines nemorales, hordeum, orizam, milium in lacte chalybeato cocta: ex fructibus prosunt amygdalæ dulces, ficus, uvæ passæ, pineæ, pistachia, pyra, cydonia. Expectorantia sunt humida ex speciebus diaireos simpl. sacch. candido, & sulphure sublimato, mane sumat de electuario isto, hora una vel altera ante prandium.

℞. Carnis. perdicum coct. ℔ß. limac. coq. ℥v. amygd. dul. pinear. pistac. an. ℥i. passul. enucleat. ℥v. bol. arm. orient. terr. sigill. coral. rubr. ust. an. ℥i. gummi Arabic tragacan. an. dr. ii. sem. papav. alb.

℥vii.

℥vii. quatuor sem. frigid. maj. & min. an. ℥iii. conserv. consolid. maj. ℥iß. flor. hyperic. M. j. in lapideo mortario & simili pistillo contundantur, & mistis add. hypocistid. ℥v. diathamar. diarrhod. abb. an. ℈ii. macis ℥i. pulv. fol. sanguisorbæ, C. C. usti. an. ℈ii. sacch. ros. tab. ℔b. m. cum syrup. de consolid. q. s. F. Electuarium, *&c. Thomas Erastus consil. 8. libr. 13. consil. Cratonis & Aliorum Medicorum à Scholtzio editorum.*

Syrupus ex succo hederæ terrestris commendatur à *Quercetano*, ejusque descriptio talis est.

℞. Succi heder. terest. ℔ii. m. digeratur ut purificetur ad ignem B. M. huic succo depurato adde sacch. rosat. ℔i. penidiat. ℥. iv. coq. in syrupum quo utatur æger ex cochl. huic syrupo idem *Quercetanus* flores sulphuris admisceat ad consistentiam lohoch. de quo exhibet quater in die, eoque se multos Phthisicos desperatos & proclamatos restituisse glorianur.

Syrupus sequens eximias vires habet.

℞. Succ. heder terrestr. veronic. & card. ben. depurat. an. ℥viij. in quibus bulliant leviter fol. adianth. polytrich. scabios. & lactuc. an. M. m. in colat. dissolv. sacch. albiss. ℔i. m. F. syrupis perfectè coctus, addendo in fine extract. juniperi dr. iii. succ. liquir. & extract. card. bened. an. ℈. iv. capiat æger cochl. j. hora una ante prandium, & ante cœnam, & in ingressu lecti.

Crollius valde commendat Elixir proprietat. Chymici medicamenta ex sulphure ut flores, lac, & balsamum maximè laudant. Illorum usus commodissimus talis esse poterit.

℞. Flor. sulph. thuris pulver. an. ℈i. includantur pomo excavato: coquatur pomum & saccharo consperssum comedatur ab ægro, manè per octo aut decem dies. Vel,

℞. Conserv. ros. antiq. diamarg. frigid. diapenid. an. ℥i. flor. sulph. pulver. dr. iii. cum melle despumato, F. opiata de qua capiat magnitud. avellanæ bis, aut ter in die. Laudant etiam nonnulli Antim. diaphoreticum. Balsamum Peruvianum ad ulcera pulmonum sananda multùm conducit, si ejus gutta una cum saccharo in pilulam redacta singulis diebus exhibeatur. Pulvis pimpinellæ ad ℥i. cum jusculo singulis diebus exhibitis, maximæ etiam creditur efficaciæ.

Pilulæ *Ruffi* è nonnullis commendantur tanquam efficacissimæ, sumendo ℈i. singulis diebus. Verum in sequentem modum compositæ mirabiles edunt effectus.

℞. Massa pilul. *Ruffi* ℥i. antimon diaphoret. & gummi guajac. an. ℥ß. cum balsamo Peruviano, F. Massa de qua capiat ℈i. per mensem integrum.

Suffumigia etiam utiliter usurpari poterunt ad ulcus pulmonis potenter exsiccandum, & illa ore, naribus frequenter attrahenda sunt. Compositio talis esse potest.

℞. Gummi hederæ dr. i. m. thuris dr. i. myrrh dr. m. succin. ℈i. benjoin. styrac. an. dr. m. hypocist. ℈ii. sem. coriandr. ros. rub. an. ℈i. pulverentur; & excipiantur mucil. lag. gumm. tragac. vel resina laricea. F. Trochisci super prunas injiciendi: vel simplicius fiant suffumigia ex thure, myrra, & mastiche, benjoino quæ semper sint in thalamo, ut siccus aer & odoratus attrahatur. *Lazarus Riverius, prax. Medic. lib. 7. cap. 7.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Phthisi.

SAnavi Adolescentulam quandam postquam velut Phthoe pessima laborantem, ipse ego pro deplorata reliqueram. Aderat febris vehemens, spirandi difficultas, maxima tussis, puris sputum copiosum, itaque cum cætera auxilia non valerent, jussi ut sola Ptisana pro cibo uteretur, aquaque cum saccharo confecta acciperet autem singulo mane ℥iv. decocti caudarum & chelarum Cancrorum in aqua hordei, cum ℥ii. sacchari: convaluitque perfectè & sanata est, hoc eodem auxilio multos admodùm curavi, qui integrę sanitati restituti sunt. Erat autem illa filia unius qui ex Phthoe vera obierat. *Hieron. Cardanus, curat. 8. sect. 3. Method. Medic.*

Honoratissimus *D. Robertus Boyle, lib. 2. De Utilitate Philosoph. Experimentalis sect. 5. c. 6. Pro Phthisi & Tussi* plurimum extollit balsamum sulphuris crassum, quod ita fit.

℞. El. sulphur. ʒß. ol. olivi. vel nucum, vel, sem. pepav. alb. ʒiiß. bulliant in vase vitreato semipleno igne convenienti adhibito, continuò spatula agitando, ut ritè dissolvantur flores, & sanguineam rubedinem acquirat mistura: horulæ spatio paratur. Balsamum ab igne remotun, adhuc agitandum est, donec frigescat, exhibeantur mane aliquot guttæ cum sacch. rosac. Valet etiam in Arthritide, Contusionibus & Tumoribus quibuscunque externe illitum. Idem Medicum quendam novit, qui Phthisin, sulphuris, succini, & betonicæ vel tussilaginis fumo, feliciter curabat.

Spiritus salis dulcis, ut & simplex liquor tartari, incomparabilis sunt efficaciæ, guttatim in cerevisia, jusculo vel vino assumpti. *Paulus Barbette, prax. lib. 3. cap. 2.*

Retulit Montanus, se quendam pro desperato à Medicis *Veronensibus Venetiis* missum Phthisicum jam, qui quotidie duas scutellas puris expueret, curasse solo usu sacchari rosati; sed id dedisse in majori copia, ita ut ferè nihil aliud comederet, & Pharmacopolæ *Veneti* illi saccharum rosatum vendere nollent, sed cogeretur aliunde afferre. Vixit tribus annis post sanus. *Ioh. Baptista Montanus, consilio* 152.

Mulier quædam annos circiter 25. nata, bilioso admodum temperamento prædita, gravi fluxione in pulmonem decumbente ab aliquot mensibus detinebatur, cum tussi molesta dies noctesque affligente, vigiliis perpetuis, dolore pectoris, febre lenta, alvi constrictione, & macie totius corporis, ita ut phthisica omnino videretur, & à multis diebus lecto affixa ad interitum rueret. Vocatus ego calidissimam viscerum intemperiem advertens, & perpetuam alvi constrictionem maximè importunam, præmisso clystere molliente, jubeo sanguinem detrahi ad ʒvii. Mox duo causticа adhiberi interscapulio juxta spinam dorsi. Ptisanam laxantem præscribo per 5. dies continuos usurpandam cujus descriptio talis est.

℞. Tamarind. ʒß. aq. font. ℔. iii. coq. ad ℔. ij. In colatura infund. frigide per noctem sennæ mund. coriand. & liquir. contus. an. ʒii. ros. rubr. ʒi. Colaturæ capiat cyathum unum manè hora una ante pastum.

Paucis hisce remediis ita restituta est, ut post quindecim dies è lecto surrexerit, & ad consueta munia sese conferre cæperit. Manebat tamen alvi constrictio & somni vacuitas, quibus affectibus eliminandis præscribo primùm bolum ex conservę ros. ʒi. & laudan. g. j compositum, quo per quatuor aut quinque hor. dormivit, ac deinceps singulis noctibus fere integris, sine ullius remedii auxilio. Deinde jubeo, ut ptisanam laxantem reiteret per aliquot dies vere insequenti, lacte asinino per mensem usurpato, omnino restituta est. *Lazarus Riverius, obs 78. cent. 2.*

Phthisicos diuturnitate mali etiam extenuatos, lateris dolore quandoque corripi accidit: qui subinde valde molestus, & libertatem respirandi impedit; febrilem tamen non multum intendit calorem. His pulmo membranæ costas subcingenti ita firmiter agglutinatus adhæret; ut sæpenumerò non absque violentia avelli queat. Concepto aliquo spiritu frigido, dolor supervenit. Tollitur ac curatur sudorificis; ut fomento ex flor. chamæmeli & cumino, quod multis benefecit. Sacculo hæc insuere oportet, qui deinde candido vino rigatus, calens dolenti loco imponitur. Venam secare qui temere audent, quantum sanguinis demunt, tantum vitæ detrahunt. *Rembertus Dodonæus, cap. 22. Medic. observ.*

Bellis major cum foliis & floribus in zythogala decocta & pota adversus phthisim, asthma & orthophœam singulare remedium censetur. *Joh. Raius. Catal. Plant. Angliæ.*

Rusticus quidam Fisensis nomine *Iohannes Huffon* difficultate respirandi eximia cum sputo purulento oppressus, à Domino Rutzeno Medico nobili & experitissimo remedium petiit, qui post vibratas aliquot quæstiones, sputisque inspectis, nullum alium, quam moriendum esse responsum dedit, a quo rigido oraculo non parum deterritus, ab anili vetula hoc tandem accepit remedium.

℞. Cerevis. communis ℔ iv. picis liquid, & butyr. rec. an. ℔i. coq. simul, de hoc ebibebat singulis diebus mane ʒviii. & tantundem

dem hora quinta veſpertina per quatriduum, à primis hauſtibus mite turbato ventriculo, enormes ſucceſſarunt vomitus hinc rupto abſceſſum ſanus evaſit. Vir quidam fide digniſſimus mihi narrabit, in diuturnis & deſperatis morbis, plebejos plurimos, potiſſimum maritimos, ad hoc tanquam extremam unctionem, & ultimum remedium confugere. *D. Robertus Cuninghame* in M. S.

SECTIO VIGESIMA SEXTA.

De Phygethlo.

Φυγέθλον (in φύω gigno) Latinè Panus, Phlegmone eſt in adenum locis emergens, maximè verò in cervices, in alis, aut inguinibus; qui in inguine naſcitur, peculiari nomine Bubon nuncupatur, eaſdem cum Phlegmone agnoſcit cauſas, & iiſdem ſignis innoteſcit: ferè autem fit hic tumor poſt febres, aut dolores ali cujus partis, maximeque eos qui ventrem infeſtant.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Phygethlo ſub alis.

DEtracto ſanguine ex vena brachii ejuſdem, Cataplaſma ex atriplice, malva, rad. alth. cum butyro & farina frumenti appoſuimus: ruptoque abſceſſu paulò poſt convaluit. Curatur Phygethlon ut cæteræ inflammationes. *Petrus Foreſtus, obſerv. 7. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

SECTIO VIGESIMA SEPTIMA.

De Phymate.

Φῦμα (in φύω naſco,) tumor eſt glandularum rotundus, Phygethlo minor ac planior, minuſque rubens ac dolens, qui ſtatim augetur, & in ſuppurationem abit: à ſanguine pituitoſo proficiſcitur. Pueros maxime affligit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Phymate verſus pubem.

ID ſtatim factum eſt acuminatum, & augebatur, & ad ſuppurationem feſtinabat, (nam Phyma eſt tumor acuminatus, qui ſtatim augetur, teſte *Galeno* ſecundo ad *Glauc. cap.* 2. & ad ſuppurationem feſtinat; quod tuberculum, ad ſimilitudinem eorum quæ ex terra naſcuntur, appellant) cum plerumque in Pueris abſque medicatione ſuppuretur, & ad ſanitatem perducantur, diachylon cum gummi applicari mandavimus; ut & alteri emplaſtr. de mucilag. quibus facilè ad ſuppurationem devenerunt Phymata, & curata ſunt. In Pueris hoc vitium ſæpius naſcitur, & facilius tollitur; in juvenibus rarius oritur, & difficilius curatur: ubi ætas induravit, ne naſcitur quidem attamen in ſenioribus conſpeximus; quin & *Amato* evenit. Curatur etiam tritico manſo & impoſito. *Foreſtus obſ. 8. lib. 1. obſ. Chirurg.*

SECTIO VIGESIMA OCTAVA.

De Pica.

FOemina quędam gravida libras aliquot zinzib. maxima voluptate, ſine ullo incommodo, una vice devoravit; nec quod mirum erat, ardorem in faucibus ullum ſe ſentire mihi faſſa eſt, multò minus in ventriculo. *Felix Platerus, obſerv. lib. 1. pag. 239.*

Novi mirabilem vim habere pro ſananda malacia dare ℥ß. pulv. ſem. ammeos quatuor diebus ſucceſſivis: nam aut liberantur prorſus, aut multò melius habent. Veriſſimum etiam eſſe obſervavi, quod antiqui ſcribunt, nempe amylum ſanare malaciam. Exhiberi debet diſſolutum jure pullorum. Utiliſſimum vinum hoc paramodo.

℞. Limaturæ chalybis ℥ii. Macerentur in vini generoſi ℔iv. tribus diebus. Quarto decoque ad conſumptionem quartæ partis. Cola per manicam *Hippocr.* reponito in loco frigido. Da in menſa pro primo hauſtum potandas ℥iv. Scio ego & profiteor, non poſſe excogitari præſtan-

ſtantius remedium prō tōllenda ōmni malacia, ut experientia manifeſtum fecit. *Felix Platerus* apud *Joh. Scroterum*, *conſil.* 103.

SECTIO VIGESIMA NONA.

Pro Pilorum defluvio.

OLeum carioph. chymicum præſtans eſt remedium, ſi pars depilata leniter inungatur. *Rodericus à Fonſeca*, *tom.* 2. *conſult.* 60.

Poſt purgationem univerſalem, locum depilem ut lavaret mandavi ſequenti lotione, ſcilicet vino infuſionis roriſmar. & abrotani: deinde ut inungere unguento ſequenti.

℞. Ol. ovor. myrtin. liquoris deſtillantis è limaceis rubris, an. ℥ß. ciner. capill. human. talpæ, an. ℥ii. ciner. apum, muſcar. an. ℥i. ciner. abrot. ℥ß. pingued cuniculi ℥iß. propol. ℥ß. ladan. puri, ℥iii. fæcis olei ſem. lini ℥ii. mell. deſpumat. ℥ß. incorporentur omnia, & redigantur in unguentum, quo pili regenarati ſunt. *Petrus Foreſtus*, *obſ.* 6. *lib.* 31. *De ſucis*.

SECTIO XXX.

De Pleuritide.

PLeuritis morbus eſt thoracis omnium moleſtiſſimus, & acutiſſimus, quo nullus frequentius in hominum vitam invadit. Eſt autem phlegmone ejus membranæ quæ coſtis ſubtenditur, ut plurimùm à tenui bilioſoque ſanguine ortum habens, cum febre continua, dolore lateri punctorio, tuſſi vehementi & ſpirandi difficultate, cauſatur à ſanguine ſive puro, ſive humoribus calidis & bilioſis admiſto in membranas effluente, cauſæ remotæ ſunt, cacochymia, plectora, ſuppreſſę ſanguinis conſuetæ evacuationes, alvi fluxus intempeſtiva detentio, contubo pectoris à lapſu, aut ictu violento, vehemens exercitium, & ab exercitio largus hauſtus frigidus, vini meracioris ingurgitatio, æſtus nimius, & frigus nimium. Pleuritidis ſigna pathognomonica ſunt, dolor lateris acutus, reſpiratio difficilis, frequens & parva, febris cōntinua, tertianæ typum plerumque obſervans & tuſſis initio ſicca, poſtea humida, cum ſputo colorato & cruento: quibus adde pulſum durum loco ferrini, qui merum figmentum eſt: alia eſt vera quam hactenus deſcripſimus, alia notha, quæ inflammatio eſt muſculorum intercoſtalium externorum; hæc oritur aliquando à ſanguine in externos illos muſculos effuſo, aliquando etiam à flatibus; interdum quoque à deſtillatione: dignoſcitur vera à notha, quod in illa æger in partem lateri dolenti oppoſitam decumbere non poteſt, ob membranam ſuſpenſam pondere concepto gravatam; in ſpuria verò difficilis eſt decubitus in lactus affectum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Pleuritide.

℞. FLor. chamæm. melil. roſar. an. M. j. contund. groſſo modo, & in aqua coq. pro fomentatione loci affecti cum ſpongia. Item,

℞. Ol. chamæm. ol. ſem. lini an. ℥i. ol. roſ. compl. aneth. an. ℥ii. M. cum modico ceræ F. linimentum, poſt fomentationem, aperiatur vena è baſilica ſiniſtri lateris, ubi erat dolor, & extrahatur ſanguis ad ℥vi. donec mutaretur color. Deinde.

℞. Syrup. viol. ℥ii. penid. ℥i. ſyrup. de liquir. ℥ß. M. pro lambitivo. Item,

℞. Aqua ſcabioſ. & helenii, an. ℥ii. ſyrup. viol. & tuſſilag. an. ℥i. M. F. julepus: ſumatur bis in die manè & veſperi.

℞. Ol. amyg. amar. adipis anſer. an. ℥iß. M. pro unctione totius pectoris ad facilitandam tuſſim & reſolvendam materiam; adeps anſeris additur propter penetrationem, quia hic inter omnes adipes maximè penetrat, eſt enim ſubtiliſſimarum partium: relaxat, reſolvit & habilitat pectus admotum, *Joh. Baptiſta Montanus conſil.* 172 & 174.

Internam ejuſdem lateris, ubi dolor erat, ſecare juſſi venam, ſanguinemque ad ℔ii. fluere; paucis tandem admotis ad locum doloroſum topicis medicamentis, intra ſeptem dies ſanitati reſtitutus fuit, erant verò illa

lla vesica bovina semiplena aquâ, in qua ncoctæ fuerit chamæm. melil. viol. parie-ar. ros. malv. sem. lini & fœnugræc. in. partes æquales, cum multo viol. & osac. oleo. *Amatus Lusitanus, cent.* 1. ur. 12.

℞. Aq. benedict. aq. hyssop. an. ℥i. yrup. de hyssopo, ℥iii. M. F. potio: qua epota, ore & alvo rectè purgatus uit, ac statim se revalescere asseveravit; sequenti die post assumptam purgationem asilicam venam ejus lateris, ubi hærebat dolor, pertundere jubebam, ex qua multum sanguinis extractus est, & longè rectius habere cœpit; ab initio curationis latus dolore affectum perungi singulis ternis horis jubebam sequenti linimento.

℞. Unguenti de alth. ℥ii. ol. amygd. d. ℥ß. M. ad ignem, ut F. linimentum; peruncto loco calida applicentur lintea vice potus utebatur isto decocto.

℞. Hord. mund. ℥iii. card. mariæ, hissop. an. M. j. liquir. ℥ß. ficuum, numero 6. passar. uvar. ℥iii. sacch. ℥i. coq. in aq. s. q. ad tertias. *Martinus Rulandus, curat.* 25. *cent.* 2.

Ad antecedentem causam tum revellendam tum derivandam phlebotomiam instituì in vena hepatica affecti lateris; dolor inde se remisit: a venæsectione ad proximam causam extirpandam conversus suadeo hanc potionem.

℞. Aq. Card. ben. ℥vi. elect. de succo ros. ℥vii. M. hausta fœliciter operante, quatuor dierum spatio convaluit. *Martinus Rulandus, curat.* 26. *cent.* 7.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Pleuritide.

AD pleuriticum quendam quarto die vocatus, cum eodem die alvum ex se deposuisset, illicò venam basilicam ejusdem lateris, ubi dolor erat, secare feci, sanguinisque ℥viii. extrahere; à qua sanguinis missione dolor nonnihil evanuit, qui tamen sub noctem redibat ex parte; sed fotu sequenti plurimùm mitigatus est, loco affecto simul inuncto.

℞. Flor. chamæm melilot. malv. an. M. j. sem. fœnugræc. ℥ß. F. decoctio in aq. pro ibi. pro fotu cum spongiis expressis ut artis est.

℞. Ol. amygd. d. chamæm. pingued. gallin. butyr. rec. an. ℥ß. ceræ modicum F. unguentum, unde dolor multum sedatus est; interea utebamur lambitivo in hunc modum parato.

℞. Syrup. jujub. viol. an. ℥i. syrup. liquirit. ℥ß. diatragac. frigid. ℥ß. M. F. eclegma; die sequenti cum purgavimus cum ℥i. diacathol. & seri lactis ℥iii. quo quinquies alvum deposuit, & cœpit melius habere, & facilius expuere; lambitivo ex syrup. jujub. & liquirit. adjecto sacch. penid. utens; & ita paucis diebus hic sanus evasit, pro potu ptisanam confectam ex hord. mund. passulis & liquir. capiebat. *Petrus Forestus, observ.* 26. *lib.* 16. *De Pectoris pulmonisque morbis.*

Hippocrates Anaxioni pleuritico octava die venam secuit; sic ego aliquando in muliere pleuritica octava die venam secari feci, quæ postea aliis adhibitis remediis sana evasit: itaque si tardius vocati fuerimus ad pleuriticos, & omissa fuerit venæsectio, etiam post quartum diem sanguinem mittere licèt, modo vires adsint, ac dolor ac febris urgeat, & sputum nondum maturuerit. *Idem. observ.* 33. *lib.* 16.

Licet multi aliter sentiant, semper mittendus est sanguis ex latere affecto. *Idem, schol. observ.* 32. *lib.* 16.

Ego ut ingenuè fatear, nunquam, aut saltem rarissimè optatum successum vidi ex sectione venæ in oppositа parte facta, facile enim sic ex simplici pleuritide duplex sequetur, quod & nonnullis maximo eorum damno accidisse memini: tutius itaque erit ex eodem latere venam secare; egregie enim materia peccans, & in parte affecta conjuncta hoc modo evacuatur. *Guil. Fabritius Hildanus, observ.* 30. *cent.* 5.

Sal. prunellæ in aquis portulac. fragor. & acetos. satis bona quantitate exhibitum idque repetitis vicibus, pleuritidem citò ad expulsionem facilitat: hederæ terr. aqua si ad ℥iv. à pleuritico bibatur, idque in die quater repetatur à purulenta materia pectus expurgari, & ab empyemate & phthisi præmuniri tradunt. Vulgus pro singulari remedio in pleuritide aquam, cui cultrum, quo laniones animalium guttura

sol-

solvere solent, per aliquot horas imposuerunt, exhibet. *Felix Platerus, prax. tom. 2. pag. 381.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Pleuritide.

SUtor quidam juvenis & biliosus pleuritide laborans, post multas phlebotomias, aliaque remedia ordinaria, die quinto, perseverante febre intensa & lateris dolore, sumpsit pomum coctum cum ℥i. thuris, superbibendo aq. Card. bened. ℥iv. & postea tectus est, sudavit parum sine febris imminutione, sequenti die multum sudavit; & inde convaluit. *Lazarus Riverius, observ. 56. cent. 1.*

Puerulus quidam quinque annorum correptus est pleuritide lateris sinistri, cum febre acutissima. Post remedia ordinaria per quinque dies usurpata, & quatuor phlebotomias, jussi ut cucurbitulæ duæ lateri dolenti applicarentur, cum profundis scarificationibus: contingit autem ut ex scarificationibus illius cucurbitulę quæ dolentem locum proprius attingebat, sanies multas effluxerit per totum diem, simulque dolor, ac febris desierit: jussi ut admoverentur folia betæ supra loca scarificata, & per duos dies saniei fluxus continuatus est, ac denique in fine verum pus è vulneribus emanavit: atque ita æger omnino curatus est: credo scarificationes ad locum pleuritidis perveniisse, & materiam morbificam per ea vulnera emanasse. *Lazarus Riverius, observ. 39. cent. 3.*

Puer quidam duodecim annorum laborabat pleuritide lateris dextri; quinquies secta fuit vena, & alias remedia ordinaria administrata usque ad septimum diem. febris erat intensa; cum inquietudine magna, dolor valde urgebat exhibita fuit die septimo, fuligin. camini pulv. ℥ß. cum aq. card. ben. intra duas horas ab assumptione, omnia symptomata valde remiserunt, ægerque multo melius habuit, & postmodum sensim convaluit. *Lazarus Riverius, observ. 79. cent. 2.*

Multos & præcipuè mulieres ex pleuritide ad extrema ferè redactos, restitutos vidimus usu pomi *Quercetani* semel aut bis sumpti intra viginti quatuor horas, unde præter spem, vel copiosus sudor, vel anacatharsis libera sequebatur: plurimos certè nominare possem quibus fere desperatis hoc remedii genus præscripsi, nec unquam alium quam felicem eventum ex eo animadverti: multisque qui hoc apud ægros observaverant, ita successisse multoties audivi. *Simon Iacoz. observ. 88. cent. 4. Observ. River.*

Puella quædam atrabilaria sævissimo pleuritidis dolore excarnificata, jam undam letheam bibebat; à qua eam extraximus sic.

℞. Ol. amygd. d. ℥ii. laudan. gr. iii. M. paulò post quievit dolor & melius habuit. *Petrus Pachequus, observ. 20.*

Omnes pleuritici qui vomunt statim in principio morbi, evadunt, ut in infinitis observavi, levata pleura ab humorum sarcina vomitus beneficio. *Idem observat. 29.*

Ut in angina, conclamatis omnibus, in gutture foris sectio fieri potest, fortassis idem & in pleuritide factitari potest inter quintam & sextam costam: exigua enim puris evacuatio magna affert commoda mortalibus. *Guil. Ballonius, lib. 2. epid. ephem. pag. 249.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Pleuritide.

HIrcum suspendo cornibus, & crura posteriora reflecto ad cornua: testes abscindo, & recepto inde cruore exanguem dimitto pro lanione; hic autem cruor siccatus est instar vitri, difficilimæque triturationis, atque longissimè ab hircino sanguine officinarum differens; assumptus autem ℥i. pondere, confestim sopit & curat pleuritidem absque venæ sectione, nec te deseret unquam. *Ioh: Helmontius tract. cui tit. Sextuplex digestio alimenti.*

Sunt mea remedia quę neminem in pleuritide & peripneumonia derelinquunt, pulvis de virga cervi, vel tauri, vel cruor hirci, vel succus cichorii sylvestris, flores papav. sed potissimùm laudo cruorem hirci, non quidem venalem, sed qualem supra descripsi; à venali cruore (qui nil nisi

ovil-

ovillus est) dignoscitur, quod venalis facilè teratur, eiusque pulvis; sit puniceus, hircinus autem verus difficillimè teritur, estque picei coloris illius pulvis; huiusmodi præsidia *Archo* amica, atque domestica naturæ humanæ, causam immediatam in *Archeo* corrigunt, tolluntque acorem, & ad diaphoresin disponunt cruorem, dolorem pacant, quia acciditatem extinguunt. *Ioh. Helmontius, tract. cui tit. Pleura furens.*

Vidi Rusticum omnes pleuriticos tertio potu sanantem; utebatur enim stercore iumenti pro viro, & caballi pro muliere, quod diluebat in cerevisia, ac colaturam expressam propinabat. *Joh. Helmontius. tract. De febribus.*

Administretur cum iure, aut aliquo convenienti liquore stercus columbinum in pulverem redactum ʒß. pondere; est hoc pleuritidi remedium optimum & apud magnates aliquos inter secreta principalia celebratur. *Dominicus Panarolus, observ.* 15. *Pentecoste* 4.

Dux *Archotensis* æstate, dum gallinæ per gramina aluntur & pascuntur, id album quod in stercoribus earum apparebat in pulverem siccatum redigebat, & dabat ℈i.

In magnis peluriticis doloribus venæsectio etiam copiosa, formidari non debet, quam in hoc casu. *Ioh. Heurnius* in viro florentis ætatis ad libras 4. felici cum successu instituit, notis ad *cap.* 11. *lib.* 5. *pathalog. Io. Fernelii.*

Adrianus Spigelius nostra memoria quendam cum discrimine à lateris dolore decumbentem servavit aperta lateris vena, quæ in conspectum venit. *Ioh. Rhodius*, *observ.* 17. *cent.* 2.

Ioh. Prevotius sinistri lateris pleuritidem plerumque per urinas deponi observavit; ideo hoc in casu fœliciter diuretica exhibebat mitiora; è quibus diacuminum ipse erat familiare, diaphoretica nunquam voto succedere. *Ioh. Rhodius*, *observ.* 13. *cent.* 2.

Inter remedia interna mirum in modum confert aqua flor. cham. stillatitia: partem enim lenit, resolvit, aperit, & sudorem movet. *Lelius a Fonte*, *consult.* 147.

Urina hominis vasis accurate clausis, in stercore equino per sex hebdomada fermentata, leni calore spiritum per destillationem suppeditat, qui semel aut iterum rectificatus magnum est pleuritidi & utile remedium; à decem usque ad triginta guttas sumi potest, cum liquore convenienti. *D. Robertus Boyle*, *lib.* 2. *De utilit. Phil. natural. sect.* 5. *cap.* 5.

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Pleuritide.

MUlier quædam pleuritide acutissima laborans, nullo alio auxilio magis levata est quam decocto flor. papav. rubei, quo utendum omni die cum syr. hyssop. jubebamus, calida accepta potione; mirabiliter enim flores huiusmodi levandis laterum doloribus valere experientia quotidiana docet, & mihi familiare & expertum id remedium esse solet. *Franciscus Valeriola*, *observ.* 10. *lib.* 5.

Pro pleuritide ad suppurationem tendente decoctum tabaci mirum est medicamentum: testor Deum, me anno elapso, à morte ad vitam revocasse quandam meam vicinam: quæ jam erat per tres menses pleuritica suppurata cum febre hectica, quæ ab istius decocti adsumptionem; per tres vices, & ab ejus fumo per fistulam accepta tribus diebus plus quam sex libra puris albi tussi evomuit, & nunc libera & sana est; decoctum ita paratur.

℞. Fol. tabaci ʒi. bull. at in aq. dulcis ℔ii. ad medietatis consumptionem, addendo sub finem fol. malv. & branc. ursinæ & viol. an. M. i. colatura cum sapa misceatur, & detur calide pluries: fumum tabaci assumat quandoque ante decoctum, & quandoque post. *Epiphanius*, *Ferdinandus histor.* 32.

Inungatur pars affecta unguento de althæa, & postea cumini pulvis inspergatur, vel post inunctionem brassicæ olium ad ignem calefactum, & inunctum admoveatur. *Faventinus* miscet & unguentum de althæa cum oleo amygd. post inunctionem aspergit pulv. cumini, & superimponit folium caulis, & miris laudibus effert, item gallina viva per spinam secta pulvere ireos conspersa, & admota multùm prodest. Panis recens e furno extractus, per medium

fectus,

fectus, & butyro recenti liquato madefactus, & admotus, materiam lateri impactam potenter resolvit.

Oleum sem. lini, vel amygd. d. rec. sine, igne extractum, cum saccharo mixtum. & exhibitum, egregiè tussim lenit, & dolorem pleuriticum demulcet.

Inter specifica, quæ usurpari possunt, sunt rasura dentis apri, cinis priapi tauri, vel cervi, flores papav. rub. corallus præparatus. *Quercetanus* in Pharmacopœa laudat pomum excavatum, & thuris masculi ℥i. repletum, & ad ignem coctum, quod æger deglutiat, superbibendo aq. Card. ben. ℥iii. postea vero bene contectus sudet: hoc remedium post tertium morbi diem usurpandum esse vult, eoque multos asserit fuisse restitutos.

Fuligo camini ad ℥i. exhibita multum Confert, sed multos magis spiritus fuliginis. *Lazarus Riverius, prax. Medic. lib. 7. cap. 2.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Pleuritide.

EQuitem quendam *Gallum* quatuor docti Medici curabant pleuritide affectum, quæ ob parvum dolorem, mitem tussim, leniſſimam febrem, expectorantibus solis, fomentisque curanda visa est; sed cum hæc symptomatum lenitas cum interna malignitate conjuncta esset, quinto die malitia manifeste deprehendi cœpit, nam ablato omnino dolore, delirare visus est, insomnis, vigil, & cohibito sputo, lipothymia ex intervallis vexabatur; huic malo cum occurrerem, & æger viribus esset penè exhaustus, symptomataque vehementius invalescerent, loco spretæ phlebotomiæ cucurbitulas scarificatas scapulis impono, quibus aliquantisper levatus; respicere cœpit; qui deinde redintegratis viribus super partem affectam cucurbitulam cum scarificatu impono, qua detracta hirudines sex circumcirca admoveo, quę tantam utilitatem attulerunt, ut intra decimum septimum diem, concocto sputo, & facile excreto, pristinam recuperaverit sanitatem *Zacutus Lusitanus observ. 113. lib. 1. prax. adm. rand.*

Quidam pleuritide vera laborans, extracto è cubito sanguine, accepit hunc julepum pectoralem.

℞. Aq. scabios. tussilag. papav. rhæad. an. ℥iß. syrup. jujub. julep. viol. an. ℥i. syrup. de hyssopo de liquir. an. ℥iii. ol. fœnic. gt. iv. M. F. Julep. latus dolens inungebatur sequenti linimento.

℞. Unguenti resumptivi ℥iß. ol. fœnic. saly. an. gt. ii. M. punctivis doloribus valde urgentibus sequens fomentatio profuit.

℞. Fol. rutæ absinth. menth. artemis. abort. flor. chamæm. aneth. an. M. i. sem. anis. cumini, an. ℥iiß. bacc. lauri, salis communis tostor. an. Miß. conquass. & incidantur ut F. ii. sacculi interbastati in vino coquendi, alternatimque applicandi: exhibeatur hic julepus contra sitim.

℞. Aq. fontis ℔ii. cinnam. el. ℥i. sacch. ℔ß. cruda trajiciantur per manicam Hippocrat. F. claretum absque coctione. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 3. cap. 3. lib. 3.*

Ad caloris incendium, sitimque restinguendum, commendavi tincturam florum Rhæados cum aqua farfaræ & heder. terrestr. additis guttulis aliquot spiritus sulphuris, extractam, & syrupo ex iisdem floribus edulcoratam. *Baldassar Timæus, Cas. 5. lib. 2.*

Mitti debet sanguis singulis diebus, donec dolor & febris multo mitiores evaserint; Imò verò interdum bis in die, cùm peracuta pleuritidis est. Adeò necessaria est venæsectio in hujus affectus principio, ut nunquam omitti debeat, nedum in senibus, pueris, gravidis mulieribus, puerperis & menstruas purgationes patientibus: quibus omnibus experientia docuit plebotomiam præsente hoc affectu fuisse utilissimam. Ab ipso etiam morbi initio bis aut ter in die sunt exhibendi julepi refrigerantes, humoris ardorem & ebullitionem cohibentes, & fluxionem sistentes, ita compositi,

℞. Aq. pap. rhæad. ℥iv. syr. ros. vel papav. rhæad. ℥i. sal. prunell. ℥i. M. F. Julep. Post primam phlebotomiam, inungatur latus dolens sequenti linimento.

℞. Ol. lil. chamæmel. & amygd. d. an. ℥i. butyr. rec. & axung. gallin. an. ℥. iß. f. linimentum. Multi addunt ceram hu-

jus-

juſmodi linimentis, quæ tamen non convenit, quia obſtruit poros; ut neque mucilagines, quæ emplaſticæ ſunt, quia refrigerant & aſtringunt. Poſt iteratam venæſectionem fotus admovendus eſt in ſequentem modum compoſitus.

℞. Rad. alth. & lil. an. ℥ii. fol. malv. parietar. an. M.i. ſem. lini, fœnugr. an. ℥i. flor. chamæmil. melilot. ſambuc. viol. an. p. i. f. omnium decoctio, qua foveatur latus dolens cum veſica ſuilla. In progreſſu morbi addi poterunt fomento herbæ diſcutientes, ut origanum, calaminth. hyſſop. & ſemina diſcutientia. Deinde inungatur pars affecta unguento dialthæa, &c. Poſt tres aut quatuor doſes julepi prædicti uſurpari poterunt julepi pectorales in hunc modum compoſiti.

℞. Hord. integr. p. i. liquir. raſ. & paſſul. mund. an. ℥i. Jujub. par. xx. ſem. 4. frigid. maj. an. ℥ß. flor. bugl. & viol. an. p. i. Coq. ad quart. v. In colat. diſſolv. ſyrup. viol. & jujubin an. ℥ii. f. julepus pro quatuor doſibus manè & ſerò ſumendis. Si febris ſit valde acuta cum vigiliis conjuncta, emulſiones in uſum vocentur. Narcotica in hoc affectu perniciosa ſunt: ſputum enim retinent, & pectus coarctant; unde non rarò præceps exitium conſequitur. Quod tamen intelligendum eſt de integra narcoticorum doſi: nam in perexigua quantitate exhibita prodeſſe poſſunt in dolore vehementiſſimo, tuſſi moleſta & inani à valde tenui humore oriunda, & vigiliis aſſiduis. In quibus caſibus laudani gr. i. felici cum ſucceſſu exhibui, & pluries aliquando reiteravi. Sed illius uſus præcipuè in principio morbi convenit, ut humor influens in partem cohiberi poſſit, & morbi incrementum impediri. Quando tuſſis importuna eſt, & natura incipit per anacatharſin aliquid evacuare, teneat æger frequenter in ore ſacch. roſ. candidum, aut penidiatum, vel tabellas diatragacanthi. Tum utatur ſyr. viol. vel jujubino ex cochl. frequenter, vel utatur eclegmate ſequenti.

℞. Sacchar. Cand. & penidiati an. ℥i. pulv. el. diatragac. frig. ℥ii. ſyrup. viol. & jujub. an. q. ſ. f. loch. quo utatur cum baculo liquir. ſenſim lambendo. Vel fiat eclegma ex butyri, mellis & ſacchari æqualibus portionibus. Si ſputa craſſiora ſunt, quædam incidentia & attenuantia erunt permiſcenda; ut ſyrup. de tuſſil. de liquir. oxymel. ſimplex, pulvis diairios, & alia hujuſmodi. Toto morbi decurſu utatur æger pro potu ordinario decocto hord. & liquir. vel decocto papav. rhæad. cum ſyrup. cap. Ven. Potus non ſit actus frigidus, quia pectori noceret. Vinum in hoc affectu merum eſt venenum, quemadmodum acida omnia, quæ tuſſim excitant, & conſtringendo anacatharſim impediunt. In declinatione inſtituatur purgatio. *Lazarus Riverius, Prax. Med. lib. 7. cap. 2.*

Ego teſtari poſſum, aliis non neglectis remediis, ſæpiſſime uſum fuiſſe, urgente dolore, oleo ex ſemine lini puro ad ℥vi. cum evidentiſſimo ægrotantium commodo Nec mihi ad remedii genus unquam fuit ſuſpectum, etiam cum valida febre, vigente dolore, poſt iteratas ſanguinis evacuationes. Et qui hoc medicamento utentur tempeſtivè, videbunt admiranda, quantitate moderata pro ægrotantium captu. Multoties exhibui, nulla præceſſa alia evacuatione, tardius vocatus, ut aliquid agerem, non quia ſalutis ſpem haberem, & tamen multoties à manifeſta pernicie ægrotantes eripuit: Nam etſi imbecilles ſint ægrotantes; tamen, ſi non juvat, neque evidenter læſiſſe cognovi. Itaque, quantum ego cognovi, nunquam me fefelit id remedii genus. *Petrus Franciſcus Phrygius, Comment. in Hiſtor. Hippocr. Epidem. Ægrot. 8. part. 3.*

Vinum in pleuritide lethale, quemadmodum & in Peripneumonia. *Rudius* tamen notat Malvaticum parva menſura feliciter propinatum. *Ioh. Rhodius, Analect. in Spectat. Caut. Med. lib. 6.*

Medicamento ex ſtercore equino, tantopere ab *Helmontio* in Pleuritide decantato, diu antequam ejus ſunt edita ſcripta, familiariter in Pleuriticorum ſolatium utebatur Clariſſimus *D. Ruthenus* noſtrus Medicus experientiſſimus, in hunc ferè modum.

℞. Stercoris equi non caſtrati, avena & piſis nutriti, q. ſ. Infund. in vini alb. vel cereviſ. q. ſ. & exprimatur Bibat manè cyathum per aliquot dies.

SUB-

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Pleuritide notha.

IN corporibus frigidis ac pituitosi sæpe gravissimi dolores laterum à flatibus oriuntur fotibus mitigandi; si vena pertunderis necabis. Vidi formosissimam mulierem, quæ cum flatibus obnoxia esset, ac cum cœnasset liberalius, noctu in acerbum lateris dolorem conjecta fuit, ilico à secta vena periit. *Io. Heurnius ad aphor. 33. sect. 6.*

Incredibile est dictu, quam multos trita vulgataque medendi via, ac præsertim in pleuritide perdidit: nam audito lateris doloris nomine, si quis aliud præter venæsectionem remedium tentet, κνίδη ἅμα ἵππῳ: imò quod pertinet ad dolores lateris, nullus hodie non Medicus est: quamquam hic multorum carnificina & frustranea sanguinis (in quo vita sedet) eductio spirituumque evacuatio committitur magno artis vituperio, ut etiam hac una medendi pleuriticis via bajuli, carnifices, sutores, ac universa mulierum garrulitas Medicorum celebrium industriæ obstrepat ac sese opponat; imò si quis de latere quæritur, quocunque id modo fiat, ne articulo horulæ differre fas sit: at non novit imprudens mulier, & impudens barbitonsor, nugigerulaq; mediastina mulier multis ex causis dolores laterum oriri, in quibus ut aliquando venam non secare ne faustum est, ita eandem aperire crudele impium ac ignorantiæ plenum sit; nam nulla est causa tam exilis, tamq; parum efficax, quæ non dolorem in latere excitet; ac æquum ne est tanquam causa eadem sit, ac idem malum, remediorum idem usurpare, & omnibus eundem cothurnum attribuere. *Guil. Ballonius, lib. 1. epid. & ephem. pag. 79.*

Cum dolores vagabundè tenent nothas costas, & continuatione membranarum attingunt aliquando mammas & partes sterni anteriores, cautè videre oportet, an propter vapores ex visceribus elatos dolores surgant, an causa a partibus superioribus pendeat, an vero in thorace ipso sit; vulgo enim secatur vena undelibet dolor sit, atque id quidem malè, quis enim nesc.t, si dolor iste agnoscat causam in ventre inferiore, non modo non prodesse phlebotomiam, sed etiam nocere sæpe, quod attractio fiat à partibus inferis, & si nondum adsit pleuritis, ea per sectionem venæ acceleretur. *Guil. Ballonius, lib. 1. epid. & ephem. pag. 88.*

SECTIO XXXI.

De Podagra.

ARthritidis species est, de qua supra, *lib. 1. sect. 40.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Podagra.

PRo doloribus citò mitigandis, compescendis ac penitus submovendis, lintea meo monitu duplicata in aqua mea Antipodagrica intincta, & parum expressa, tepidè applicabat partibus affectis & dolentibus; idque reiterabat quoties lintea siccata fuerant: que solo epithemate paucarum horarum tempore ex toto liberatus est à dolore: & hæc sanè aqua divina neminem hactenus in relevanda & tollenda Podagra, Gonagra, Chiragraque fefellit, sed omnes ad sui salutem, cum Dei laude usi sunt felicissimo & indubitato cum profectu. *Martinus Ruland. cur. 89. cent. 1.*

Aquæ nostræ Antipodagricæ compositio hæc est.

℞. Aq. terræ sanct. ℔bi. aq. Martis ℔bii. liquoris Mercurii ℥ß. croci metall. ℥i. M. & facta ebullitione, conserventur in vase vitreo pro usu. *Martinus Rulandus, curat. 35. cent. 5.*

Cum circumferantur spuriæ & mendosæ descriptiones aquæ antipodagricæ *Rulandi* adlubescit genuinam & κνιβδημον huc adscribere, præsertim cum ad miraculum aqua illa operata, & probata dicatur.

℞. Aq. terr. sanct. ℔bi. aq. Martis ℔bii. liq. mercur. ℥ß. croci metall. ℥i. M. & ebullitione facta in vitro serventur.

Verùm cum ingredientium compositiones in paranda illa aqua difficultatem nobis parere queant, nisi explicatius tradantur, necesse est ut ordine eorum conficiendi

mo-

modum hunc adſcribamus. Aqua itaque terræ ſanctæ ſequenti paratur modo.

℞. Boli Orient. ℥viii. terr. ſigill. ℥iii. aq. leviſtic. ℔v. macerentur per dies novem in loco calido. Poſtea diſtillat.

Aqua Martis ita componitur.

℞. Aquæ per veſiccam deſtillatæ ℔viii. in quibus infunde ſcoriar. ferri præp. ℔ß. ſtent infuſa per dies ſex; ac per Alembicum evocentur.

Liquoris Mercurii hæc eſt præparatio.

℞. Mercur. ſublimat. ℥iv. quibus affunde aceti fortiſſ. ℥iii. & per noctem macera crocus metall. quomodo conficiatur omnibus notiſſimum eſt. *Joh. Loſelius. De Podagra, ſect. 2. membr. 2. artic. 2. ſubſect.*

Quando dolor eſt intolerabilis utatur hoc.

℞. Opii ℥ß. croci ℥j. terantur iſta cum lacte vaccino & cum medulla panis ſimilaginei, donec totam cum lacte incorporetur ad ſimilitudinem emplaſtri, & ſuper loco ponatur; illinatur etiam locus theriaca. *Bartholomæus Montagnana, conſil.* 245.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Podagra.

AD Præſervationem.

℞. Raſ. oſſium, corporis humani, diagrid. hermodactyl. turbinth. an. part. æq. de quo medicamento exbibe ℥ß. pro doſi mane per aliquot dies. Vocat *Paracelſus* hoc medicamentum mirabile ad Podagram propter proprietatem oſſium corporis humani. Debet autem deleteria ejus vis corrigi addendo pulverem cinnam. aniſ. & fœnic. Secundum medicamentum quod præ omnibus in Podagra laudatur, eſt helleborus niger, in quo præcipuè conſiſtere videtur cura Podagræ cujuſcunque & ejus debet eſſe uſus frequens. Sunt autem diverſi præparandi modi; primus in pomo, in quod infigimus rad. helleb. nigri ad ℥ß. Poſtea charta madida pomum involvitur, & coquitur ſub cineribus, deinde extractis radicibus, datur pomum mundum cum ſaccharo edendum: & eſt rarum medicamentum admolliendum alvum non ſolùm in hoc morbo, ſed ad ſanitatem tuendam in his qui alvum ſiccam habent. Alius modus eſt, ut fiat extractum radic. ex aqua vitæ, & eſt optimus præparandi modus; doſis à ℈i. ad ℈ii. exhib. cum ſacch. roſac. alius modus eſt in ſubſtantia ita.

℞. Pulv. rad. hellebor. nigr. ℥i. Zinzib. maſtich. roſ. rub. cinnam. aniſ. dauci, camphor. pulver. an. ℈i. M. F. Pulvis de quo ſumat ℥i. Si per intervalla purgandus eſt; ſi frequenter ℈i. ſufficit.

℞. Calcem vivam per quinque vel ſex dies immerge in aq. fontis, ut ſal ejus elicias, & aqua ſuperemineat calci, ad quatuor aut quinque digitos.

℞. Hujus aq. ℔iv. & in eam laminam chalybis ferventis extingue duodecies. Poſtea in eandem immerge æs uſtum in pulverem redactum ad ℥. m. cinabrii ℥. m. & ſtent per quatuor aut quinque dies, in quibus aqua viridem acquirit colorem ex vitriolo interno æris uſti, in hac aqua lintea replicata madefiant & loco dolenti applicentur; & mirabiliter ſedant dolores. Hanc aquam putat *Quercetanus* illam *Rulandi* mirabilem. *Rodericus à Fonſeca, tomo 1. conſult. 7.*

Vir quidam crapulæ deditus, Podagra in pede ſiniſtro afficiebatur, exhibita caſſia ad fæces communes educendas, ſanguinem ex brachio ſiniſtro ad ℥viii. extrahere juſſi: purgato deinde leviter corpore, petitas linteas infundi juſſi in aq. roſ. & Solani cum oleo roſ. omphac. & medullam panis cum lacte, caſſia, & vitello ovi crudo apponi. Quale & illud eſt à *Leonello* commendatur.

℞. Caſſiæ noviter extract. ℥ii. pulv. hermodactyl. ℥ß. vitellum ovi unius, M. cum ol. roſac. ad formam linimenti; & hæc huic ægro profuere. *Petrus Foreſtus, obſerv. 6. lib. 29. De Arthritide & externarum partium Affectibus.*

Valet ad Podagram cinis caulium cum axungia rec. porcina unguenti inſtar. Celebris quidam Medicus cineres ſtipitum caulium miſcebat cum axungia & cere, & componebat unguentum. Cuidam Podagrico poſt univerſalia, viſcum quercinum in cereviſia communi decoxi, & colaturam panno lineo intinctam loco affecto impoſui:

ſui: quo ſolo remedio dolor ſedatus eſt. Oleum ligni guajaci mirabile eſt pro Arthriticis. *Iodocus Philippi* Regis Chirurgus ſaponis nigri ℥i. cum vitello unius ovi mixtam applicabat Podagricis & Chiragricis miro ſucceſſu cum ſtupa; & per tres dies non amovebat. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 15. *lib.* 29.

SUBSECTIO TERTIA.

De Podagra.

FRatres duo Viri Primarii *Veſuntini*, diu Podagra hæreditaria afflicti cum ſummo cruciatu, ad me conſilii cauſa venerunt: quibus præter regimen idoneum præſcripſi, ut de elect. meo Antipodagrico ſumerent ad ℈i. ſingulis matutinis jejuni, ad quadraginta dies continuando.

Electuarium hoc ita fit.

℞. Sarſæpar. ℥vi. ſem. hyperic. ℥i. fol. chamædr. chamæpit. an. ℥i. flor. beton. ℥i. Rad. ariſtol. rot. dr. vi. Angelic. dr. ii. Cariophyll. dr. i. Croci gr. vi. raſ. C. C. ebor. an. dr. i. Succini dr. i. Corall. dr. m. ad pulver. ℥i. Sumantur ſacch. cocti cum q. ſ. aq. roſ. ℥iv. F. Electuarium inſtar opiatæ. Deinde ſuaſi ut pilulas ſequentes ſingulis menſibus pondere dr. i. aſſumerent.

℞. Hermodactyl. excortic. ℥ß. Aloes turbinth. mechoac. an. ℥i. rhei el. myrobal. citrin. chedul. maſtich. an. ℥i. Euphorb. ℈ii. Rad. ariſtol. rot. ℈i. ſem. hyperic. zinzib. ſem. cumini, an. ℥ß. ſal. gemm. ℈ß. cum ſucco chamæpit. F. Maſſa, addendo diagrid. præp. ℥ß. formentur ex ℥i. pilulæ aliquot, menſtruatim ut dictum ſumendæ. Septennio poſt, ad me reverſus fratrum alter, ſtatim mihi aperuit, ſe & fratrem ſuum, ab eo tempore, quo medicamentis præſcriptis à me uſi fuerunt, jam toto elapſo ſexenio, aliquotque menſibus, Podragra nunquam laboraſſe, nec ulla illius ſenſiſſe indicia, ſeque tantum pilulis fuiſſe uſum, per anni ſpatium, omiſſo Antipodagrico, illiſque affectum hunc tribuere. *Felix Platerus, obſervat. lib. à pag.* 506. *&* 904.

Mulier quædam Podagrica, continuò hoc affectu infeſtata, dum in matrimonio eſſet, vidua poſtea facta, conſilio meo, ut ſi non curari poſſet, ſaltem mitius ab ea afficeretur, uſa eſt, Poſt corporis purgationem, juſſi pedes Podagræ obnoxios ſæpe immergere in ſequenti lixivio mane & veſperi.

℞. Oſſium diverſorum combuſtorum cum ligno quercino cineres, per quos coletur aqua fabrorum extinctionis ferri, addita menſura una vini rubri & urinæ pueri, fiat lixivium ſatis efficax, in quo decoq. pruna ſylveſtria ſiccata ad p. i. vel ii. ſalv. chamæpit. an. M. i. ſalis p. i. utatur frequenter purgato corpore, totum biennium ab hoc hoſte libera fuit. Poſtea nubenseo iterum corripitur, à quo etiam, quia medicamenta neglexit, ad extremum vitæ uſque afflicta fuit. *Felix Platerus, obſerv. lib.* 2. *pag.* 508.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Podagra.

OLim in Aula frequens fuit ſyrupus de ſpina cervina, qui domeſticus appellatus fuit, quo multi Aulici in Podagra & aliis morbis, cum leniter purget, & ſeroſa educat, quo præſervatione cum fructu uſi ſunt, cum ſyrup. ſingulis ſeptimanis exhiberem ſemel, vel certè ſingulis quatuordecim diebus. *Ioh. Crat. conſil.* 20. *lib.* 4.

Docti Medici omnes ab experimentis dicerunt, ea corpora, quæ multum urinæ emittunt, & ſudant frequenter, minus à Podagra tentari, in quibus verò illa duo excrementa, ſudor inquam & urina detinentur, ii ad hunc affectum maximè proclives ſunt. His de cauſis moveor, ut ſaſſafras, quod nuper inventum eſt, uſum ad præſervationem nequaquam improbem, ſi facultatem habet urinam & ſudorem ciendi, an verò quod aliqui gloriantur, id inſit ei ligno experimento nullo obſervavi. Ego & ratione & experientia multiplici adductus raſuram cornu cervi ligatam in petia & impoſitam potui certum habeo & urinam provocare, & corpora, modo ad id proclivia ſint, facile ad ſudorem diſponere ſi præſertim mane in lecto ſe contineant, & membra foveant, quod qui faciunt, à Podagra ferè liberati ſunt. *Ioh. Crato conſil.* 21. *lib.* 4.

Vomi-

Vomitus quantum ſcriptis omnium Medicorum commendatur in hoc morbo ſciunt eruditi, & habet profecto magnam utilitatem, non ſolum ratione evacuationis crudorum humorum, verum etiam diverſionis, proinde ſi æger in menſe ſemel ſaltem poſſit vomere, utile hoc ſanitati futurum eſſet.

Si haberemus oleum ex oſſibus humanis, & ol. ceræ, anteferrem omnibus aliis medicamentis topicis. Tumori qui eſt in genu adhibeat hoc medicamentum 5. diebus.

℞. Vitell. ovor. n. 6. ad juſtam duritiem coctos, adde croci ʒi. M. & tumori ſuper. imponat mane, retinendo quatuor vel quinque horis. Utatur deinde ad œdemata, & tumores tam in manibus quam in pedibus, hoc unguento.

℞. Pingued. tauri ʒii. ſal. uſti ʒi. ol. oliv. ʒvi. M. probè in mortario.

Ad removendos tophos in juncturis hoc unguento utatur.

℞. Mucilag. radic. alth. ſem. lini, ol. chamæm. pingued. anſer. ol. vulp. in qua vulpecula viva ſit cocta, olei lumbric. an. ʒß. ſalis triti dr. ii. croci ℈ i. M. F. unguentum molle, quo ungantur juncturæ, ſemper inſpergendo pulv. lumbric. terreſtr. lotor. in vino, & combuſtorum. Unum addam à Veteribus Medicis excogitatum medicamentum, quo Arthriticus poſſe ſanari affirmant, ſi per integrum annum ejus uſus continuetur, vel ut menſe *Ianuario* aſſumatur ad ℈i. per quindecim dies, *Februario* totidem & tandem, *Martio* per duos dies, *Majo* tribus diebus, *Iunio* uno ſolo die, *Iulio* duobus, *Auguſto* uno, *Septembri* duobus, *Octobri* duobus *Decembri* duobus. Sumatur verò diluculo in aquæ ivæ artheticæ vel beton. cum ſyrup. de iva arthetic. vel betonic. Pulvis ita ſe habet.

℞. Ariſtol. ʒi. Centaur. ʒiii. Gentian. ʒvi. mel. ʒv. Hyperic. ʒvi. Petroſel. macedon. ʒß. Agar. albiſſ. ʒii. Rhapont. veri vel ejus loco rhei el. ʒi. F. omnium Pulvis. Hoc remedium, ut dixi, eſt veterum Medicorum, & à multis, ubi alia remedia non contulerunt, expertum; quod ego, qui veterum Inventa amo & veneror, non improbo, imò ejus uſum commendo. *Jo. Crato. conſil. 15. lib. 1.*

Unum addam, in quo non omnem aliquam tamen ſpem auxilii pono, videlicet ut ingraveſcente dolore, ad pedem affectum ponatur catellus. Catellum enim exiſtimant non tantum calore ſuo facere ut diffletur materia, & digeratur, ſed mali vim ad ſe pertrahere, ita ut interdum quoque mori animadverſum ſit. *Ioh. Crato. conſ. 34. lib. 5.*

Podagra mire levatur ſi catelli cum Podagrico recumbant, morbum enim contrahunt, adeo ut vix incedere queant, æger verò levamen ſuſcipit. *Petrus Borellus, obſerv. 28. cent. 3.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Podagra.

SI fluxiones fuerint copioſæ & frequentes, & totum corpus videatur ſiccandum conſulo ut per multas ſeptimanas ſingulo mane, ſumatur ʒi. pulveris mei Podagrici, qui talis eſt.

℞. Chamædr. chamæpit. cent. min. ariſtol. ſalviæ, betonic. an. ʒi. lign. guajac. opt. & nigri ʒ 8. ſingula ſeorſim in tenuiſſimum pulverem redigantur, & diligenter miſc. Hoc uno remedio perfectiſſime curatur Podagra, niſi quis in vivendi ratione per omnia velit. *Sardanapalum* imitari. *Hieron. Donzellinus, conſil. 106. lib. 6. conſil. Io. Cratonis* & aliorum à *Scholtzio* editorum.

Ad pedes utatur hoc linimento, remedio profectò, ut vetuſtiſſimo, ſic & optimo & decantatiſſimo quamvis familiari & domeſtico.

℞. Salis communis (vel potius ſalis juniperi) in tenuiſſ. pollinem redacti ʒi. ol. roſac. ʒi. reducantur ad formam linimenti, quo fricet pedes mane & ſero, tali enim frictione inſitus calor augetur, & ſi quid præter naturam eſt, diſcutitur, recrementaque conſumuntur, & affecta membra ſunt robuſtiora, & adverſus affectionem firmantur. *Andr. Gallus, conſ. 19. l. 7. conſ Crat. &c.*

Confert mirificè uſus radicis artemiſ. ſi cibis incoquatur inſtar rad. petroſel. Multi enim ſolo earum uſu ab articulorum doloribus liberati ſunt. Pedes ne materiam recipiant, laventur ſæpius mane & veſperi hoc lavacro.

℞. Fol. artemiſ. abſinth. origan. flor. chamæm. an. M. ii. alumin ſalis, an. M. i. lixivii parati ex cineribus fagi q. ſ. Hæc ſimul calefiant ad ignem, & cum opus eſt pedes immittantur, ut liquor ſupra talos emineat, reſolvit, abſumitque materiam nervis, articuliſque adhærentem, revocat calorem extinctum & inceſſum adiuvat reparatque, etiam hoc lavacro utendum cum tumor vel rubedo in pedibus apparent, & ubi inceſſus inhibetur. Confert hæc aq. ad ſopiendum dolorem, ſi alia non contulerint.

℞. Aq. plantag. ſambuc. an. ℔ß. aq. ſolani, vini deſtillati, an. ʒiii. M. vel applicetur aqua tapſi barbati, in qua aliquid thuris ebullierit. Pinguia omnibus modis evitanda, quod ſua humiditate membra relaxent, & idonea ad recipiendos humores reddant. Ad corroborationem articulorum lotiones pedum ſingulis ſeptimanis bis vel ter exhibitæ multum faciunt. Sumatur lixivium in quo chalybs extinctus ſit, adiiciantur flor. chamæm. herb. paralyſis, abſinth. artemiſ ped. columb. & una atque altera ebullitione facta addatur parum ſalis & aluminis. *Abrahamus Sylerus. conſil. 29. & 33. lib. 7. conſ. Cratonis, &c.*

Pinguibus non utor libenter, ſed in materia calida & vehementiſſimis doloribus oleum ranarum, quod hoc modo fit, plurimum prodeſſe obſervavi.

℞. Ol. puri ℔i. ranar. fluviatil. num. 3. flor. verbaſci M. ii. iniiciantur ranæ vivæ in oleum donec moriantur, & coquantur in olla vitreata lento igne, clauſo operculo, uſque ad carnis diſſolutionem. Deinde contundantur, & rurſus bulliant oleo percolato, addantur terebinth. opt. ʒiv. Miſceantur lento igne, & ſerventur uſui. *Io. Crato. conſil. 34. lib. 5.*

Non facili remedio cedit hoc malum, quare decoctum ſarſæparillæ præſcribimus, ſi homo humidus fuerit, vel ſi ſiccus, chinæ radicum: ſi frigidus, guaiaci aut ſaſſafras ad quadraginta dies. Si phlegmone ſit valida, foris fovebimus aqua ſpermatis ranarum. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 49. ſect. 6.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Podagra.

NOvi ego ſenem quendam apud nos: is ſibi ipſi in Podagra hoc modo feliciter Medicinam faciebat. Cum tumor & dolor magnus, locus rubens, accipiebat ſalem, cinerem, urinam pueri, & acetum in iis commiſtis & agitatis madefactum & expreſſum pannum laneum album applicabat aliquoties. Sedato jam magna ex parte dolore, morbo declinante, incoquebat ſulphur vivum & pulverem hellebori albi, oleo ſem. lini, eoque affecta loca illinebat, quorum uſum non improbo, quod ratio non refragetur, & experientia ipſa ſæpenumero profuiſſe compererit. *Reinerus Solenander, conſil. 24. ſect. 4.*

Ad præſervationem, poſt vernam purgationem, ut aliquot dies decoctum chamædryos aſſumat author ſum. Commendarunt hoc *Genuenſes* mirum in modum *Carolo* quinto *Cæſari*, quod ibidem in multorum articularibus morbis ſaluberrimum inventum eſſet. Conſtat quoſdam hos decocto poſtquam dies ſexaginta bibiſſent, penitus liberatos & reſtitutos, cum antea non ſolum pedum ſed & manuum articulos iſto morbo haberent diu occupatos atque impeditos. Hoc modo paratur.

℞. Chamædr. dum floret, lectæ & benè aſſervatæ M. i. vini mediocris ℔iii. coq. in duplici vaſe S. A. horas quinque, excolati vini bibe mane hauſtum, corpore ad ſudoris procurationem compoſito, uſus ſit à purgato corpore in multos ex ordine dies, ad *Maii* uſque initium ab autumnali purgatione, loco chamædr. utatur ad dies octodecim decocto ſaſſafras hoc modo.

℞. Rad. Saſſafras cum cortice ʒiv. rad. ſarſæparill. ʒxiv. cichor. ʒiß. liquir. raſ. ʒß. paſſul. corinth. lotar. ʒiß. aqu. puriſſima ℔xii. coquantur lento igne S. A. ultra conſumptionem tertiæ partis, bibantur colati decocti mane ʒvi. plus minus; adhibita cura ut ſudor ſine multa difficultate ſollicitetur, evacuatione ritè adminiſtrata, ſtatim ad localia veniendum quæ leviter repellant, diſcu-

discutiant, roborent, & plane ita constituta sint, ut leniendo dolorem sopire valeant. Hic Medici varia Præscribunt. Quidam lactis vaccini rec. & oli ros. an. ℔i. Miscent, incoquunt medullam panis triticei q. s. ut F. Cataplasma, addendo vitellos ovorum tres, cum modico croci, illudque innoxiè applicant quoqunque morbi tempore, in omnibus topicis Narcoticorum usus, qualis opii, suspectus esse debet, nisi à valde in artis operibus perito Medico, urgente necessitate, adhibeantur. Novi Cardinalem podagricum, qui ad doloris levationem nullum efficacius invenit auxilium sequenti, accipiebat malvam cum radic. minutimque concisam incoquebat vini & aceti partibus æquis ad tertias, tum adiiciebat furfures secalis crassiores, & post levem coctionem, contusa applicabat calidè articulis dolentibus; quod ego item comperi sæpius iuvisse. Item suffarcinatur gallina absinthio, & brassicæ foliis; licet & rapas addere, coquitur, ius per linteola applicatur utiliter, fotus ex solo iure raparum profuit multis. Curavi civem quendam *Novesiensem* doloribus podagricis diù miserrimèque confectum, solo emplastro ex foliis brassicè & fœnugræci farina cum aceto subactis; quo non solùm à doloribus liberatus est, sed planè persanatus est. Compertum scribit *Plinius Sextum Pompeium* pedibus acervo tritici immersis persanatum esse habet hoc remedium suas rationes, sed evidentiores hoc, quod sequitur, unde & majus juvamentum percipere liceret, si illius loco hujus usus esse posset, nam discutit eleganter, colorem nativum excitat, & maximum membris robur addit, est autem hoc; singulis annis nimirum tempore vindemię, partes affectę uvarum vinaceis post recentem pressionem & levem fermentationem adhuc calentibus, aut calido musto calefactis immergendæ mane per dies quatuordecim, isto novimus, post præscriptorum quorundam usum, restitutos, qui diu multumque cum isto morbo conflictati, ita affecti erant, ut incedere vix difficulter possent: ad omnia ista hoc unum addam quod in quodam pervetusto libro annotatum repe xi nimirum, podagricum toto anno à morbo liberum futurum, si in *Martio*, luna decrescente, marrhubium colligat, contuderit, atque affuso vino succum expresserit, eumque succum per triduum biberit, experientia facilis est & tuta. *Reinerus Solenander*, *consil.* 1. & 2. *sect.* 5.

℞. Fol. & flor. sambuc. virid. an. ℔i. fol. tabac. ℥iii. contund. & optimè macerentur in aqua ardente, idque per tres dies in balneo M. deinde destillentur, hac aqua bis in die foveatur pars dolens. *Lælius à Fonte cons.* 135.

Fiat embrocatio ex oleo rosato tepido, vel lacte vaccino tepido, aut fiat tale.

℞. Ol. rosat. lactis vaccin. an. ℔ß. quibus adde panem tritum, bulliant ad ignem donec veniant ad spissitudinem, & tunc remove ab igne, & adde tria ovorum lutea benè miscendo, & actu tepida appone, in progressu adde ol. chamæm. dolores tales mirificè mitigat stercus bovis cum oleo rosato calefactum & appositum. Ad præservationem laudo vomitum duobus diebus continuis singulis mensibus, si sit facilis ad vomitum, alias non, laudo etiam cauterium potentiale, sed magis actuale in tibia dextra. *Victor. Trincavellus*, *cons.* 97. *lib.* 3.

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Podagra.

PUrgetur caryocostino præstantissimo Medicamento ab ℥ß. usq; ad ℥v. ex aqua ivæ, hoc Pharmacum pro sanandis doloribus articulorum adeo insigniter confert, ut si quis ipsis inchoantibus statim exhibeat, miro quodam modo fluxionis cursu intercepto, aut omnino evanescant Dolores, aut mitiores evadant. Datur gratia præservationis bis aut ter in anno, adeo fœlici successu, ut ego quam plures sanasse profitear solo hujus usu: sumque expertus in me ipso, & *Ludovico* patre meo, qui cum quotanis doloribus molestaretur articularibus postquam uti cœpit familiariter, nunquam redierunt Dei Optimi Maximi benignitate, pro revulsione sunt qui cauterium proponant vel in cubito vel in crure opposito, & certè utrumque rectè factum puta-

verim, posset ipsi alterutrum imponi, at quod experientia didici maximè proficuum est cauterium in eodem pede factum, sub genu loco assueto in parte potissimum exteriore, etenim fluxio quæ à capite solet irruere in subjectas partes, antequam ad articulum pollicis pertingat, ex emissario fortassis evacuabitur, circa particulam affectam hoc utitur emplastro, quod efficacissimum invenies pro robore partis, & pro discutiendis excrementis quæ confluxerunt.

℞. Cortic. granat. crasso modo contus. M. ii. coq. in vino tamdiu donec dissolvantur; mox adde summitat. tenerior. rubi, fol. semperviv. an. M. i. contund. omnia fortiter & colentur per setaceum; actum adde farinæ hord. cribellatæ, ℥iß. farin. sem. fœnugræc. ℥ß. & cum vino decoct. prædict. F. emplastrum, imponatur nocturno tempore, manè autem abluatur locus ex vino rubro decoctionis rad. ebul. & gallar. cupress. contusar. *Horatius Eugenius, epist. 3. lib. 10. tom. 3.*

Quando à doloribus minus vexatur, optimum erit, si oleo omphacino cum sale ad unguenti formam redacto, partes dolentes inungeret, easque interdum aceto, in quo iva bullierit lavaret: quo uno remedio magnum *Agrippam* esse curatum scriptores perhibent, hieme, si diacoralli o ad ℥i. usque adeo ab *Alexandro Trallia o* celebrato, uteretur, non parum esse pro futurum sperarem; quanquam sæpenumero irridere consuevi eam superstitionem & diligentiam, qua putavit tanquam necessaria utendum esse iis; qui à simili medicamento fructum optant: ille enim numerus dierum interpolatus quid utilitatis secum afferat sanè ignoro, quemadmodum illud existimo rationem non carere, quod quanto frequentius utetur, eò uberior fructus ab ipso sperari jure? potest. *Hier. Mercurialis, tom. 3. consult. 21.*

Sunt Magni Medici qui usum brassicæ singulariter commendant, & laborantibus podagra tunc cum adest dolor, solam brassicam edendam præscribunt, hoc certum est quo victus parcius alimentum prebet, eo salubriorem esse, parti affectæ applicanda sunt initio, quæ eam roborant, & affluxum nimium prohibent: itaq; scobem cornu cervini sumat, in aquam verbasci ponat, & percolatam aquam pedibus applicet. Deinde sola aqua verbasci utatur, vel succo, qui in vase vitreo floribus verbasci repleto, & soli exposito, repetitur: nam iste succus est longè potentior. Postremò folia tabaci calefacta apponi possunt. *Johan. Crato, consil. 22. lib. 7.*

Ego omnibus mellis acidi usum præferrem, aut in jusculo aliquot olei vitrioli guttulas dissolverem, scio illius præstantiam, aliqui ab eo ut metallico & corrodente abhorrent, sed temere. In corpore humano aliam vim & effectum habet: quod quotidie in gingivis exulceratis experimur; putridam enim consumit carnem, sanam abstergit & corroborat, mel acidum tale est.

℞. Mellis rosarum, vel quod in hoc corpore convenientius est, syrupi de betonica ℥iii. his adde olei vitrioli gt. ix. capiat primum de hoc unum cochlear manè jejuno ventriculo, deinde duo cochlearia, postea tria: & sic eo uti pergat, ab uno scilicet denuo incipiendo, usus illius est tutus & suavis, & ventriculum humidum mirificè adjuvat, & pituitam è corporibus removet. *Io. Crato consil. 38. lib. 7.*

SUBSECTIO OCTAVA.

Pro Podagra.

UTiliter intra corpus aliquot guttulæ spiritus salis armoniaci propinantur, ad sudorem movendum, naturam confortandam, tartarum resolvendum ac expellendum. *Paracelsus* pro indubitato anodyno commendat eundem spiritum, qui cum spiritus vini anatica portione mistus, & plumaceolo bis vel ter loco dolenti adhibitus, confestim dolores sopit, aliqui camphoræ nonnihil addunt.

Magnæ *Britaniæ* Regis *Iacobi* emplastrum contra podagram, sequenti modo conficitur.

℞. Ol. è pedibus bubul. & ovill. è floribus sambuci, ol. lini rec. express. an. ℥ß. ol. lumbric. hyperici compos. an. ℥viii. minii plumbi alb. an. ℥xii. lithargyr. auri & argent.

argent. an. ℥viii. coq. ad empl. consistentiam, tum adde ceræ flavæ, colophon. an. ℥iv. tacamach. ℥iii. opoponac. ℥i. in vino malvatico solvantur, colentur, atque ad suam consistentiam reducantur, postea emplastro addantur, hinc ab igne remotis, cum refrigescere incipiunt adde camphoræ in ol. hyperic. solut. ℥ß. M. *Ioh. Loselius, lib. De podagra.*

Purgatio per arcanum corallinum podagram in sui semine interimit. *Ioh. Helmontius, tract. cui tit. Volupe viventium morbus antiquitus putatur.*

Apud *Moravos Olmutenses* nobilæ nuper hoc experimentum didici pro sedandis illicò doloribus podagricorum.

24. Herbam barbicapram (quæ alias dicitur pulmaria) ea cum suis radicibus floribusque destillatur, & in hac panni linei madefacti imponuntur podagricis, vel cum penna illinitur articulus dolens.

Sutor quidam *Viennæ* natura biliosus, podagra circa magnum pedis pollicem atrociter corripitur; multis remediis frustra tentatis, tandem omni dolore liberatur cataplasmate sæpius de die renovato ex stercore vaccino recenti in sartagine cum butyro frixo, quo postea & alios ab immanibus doloribus sanavit, expertus fuit fel piscis cyprini inunctum profuisse podagricis. Sed communiter in omni ferè arthritide, à quacunque causa oriatur, soleo fœliciter uti cataplasmate ex vino panis & medulla facto, si fit causa calida vinum rubrum capio, cui addo oleum rosaceum, si frigida vel mixta, vinum album cum pulvere flor. chamæm. furfuribus bene tritis, & oleo rosac. hoc cataplasma non modo omnem fluxionem repellit, sed & influxum non mediocriter digerit. *Adrianus Spigelius, lib. De arthritide.*

Nos hactenus habuimus iu usum carnem bubulam, cujus fructum crudum sine pinguedine parti dolenti superligavimus, idque manè & vesperi mutavimus; atque ita fœliciter dolorem sedavimus. *Ioh. Hartmannus*, pract. Chimiatr. *pag.* 313.

Oleo saponis feliciter utor in doloribus podagricis celeriter mitigandis. Fieri id puto propter vim calorificam & acrem, quia materia in cavitatibus articulorum & vicinis tendinibus ac ligamentis impacta ad superficiem evocatur dissipaturque: quo modo alias materia in superficiem translata & tumorem externum excitante dolor mitescit. Aliquando accidit, ut post usum hujus olei cuticula à cute separata pustulæ excitarentur, quibus apertis ichor quidam flavus, salsus & acris profluxit ad septimanas aliquot, unde diu æger ab invasionibus podagricis immunis fuit. *Gregorius Horstius, observ.* 23. *lib.* II.

Podagrici præsertim inveterati plerumque malè ferunt purgationes & venæsectiones, quæ ipsis paroxysmos aliquando gravissimos concitant: quia humores commoti consuetas potius ad partes imbecilliores, quam alias derivationum & revulsionum vias affectare solent. Si itaque, ut sæpius necesse est, podagricos purgare volueris videquè membra potissimum & prius podagra afficiantur. Ea proinde oportet ante & inter purgandum deferendę, eorumque singularem habere rationem & curam. *Wolfangus Hæserus, Hercul. Med. lib. 4. cap.* 1.

Qui podagræ ingentes dolores patitur, capram intra cubiculum suum apportare, ac ex ea lac supra membrum dolens & malè affectum emulgere curabat; quo dolores diminui, & meliusculè se habere evidenter sentiebat. Nec quidem injuria, nam lac sic recens emulctum dolores demulcet & mitigat. Est autem remedium hoc *Turcarum* principibus commune & familiare satis à te qui lucrum & honores quevis in pretio habendum. *Amat. Lusitanus, curat.* 41. *cent.* 5.

Caligis & manicis ac chirothecis ex pelle canis rufi paratis uti contra podagram & chiragram, remedium præservativum non contemnendum à multis habetur. *Idem, curat.* 29. *cen.* 5.

SECTIO XXXII.

Pro Pollicis vulnere.

QUidam in pollice à cultro vulnus passus est subitoque balsamo quodam sanatus fuit, paucis post diebus acerbum dolorem in eadem parte sensit, ut non

ſolum cibo & potu; ſed etiam ſomno privaretur: cum verò ob inflammationem & tumorem, gangrænæ imminentis, digitique amputandi inſtaret periculum, contra meum & Chirurgorum conſilium, qui digitum aperiendum eſſe dicebamus, ne perioſtium corrumperetur, remedio ſequenti uſus eſt, quo miraculosè ſanatus perfectiſſimè fuit.

℞. Vini albi hauſtum unum, mellis ℥. iv. ovor. vitell. nu. 3. M. & leniter ſuper ignem linea ſpatula agita, donec vinum in fumum abierit, & quod reſiduum eſt unguenti conſiſtentiam acquiſiverit, hoc remedio multa vulnera & ulcera deſperata curata fuerunt. *Petrus Borellus, obſerv. 96. cent. 1.*

SECTIO XXXIII.

Pro Pollutione nocturna.

PRohibuimus ſpectacula, veneriſque colloquia, lectiones impuras, imaginationes fœdas, & tactus impudicos, ſomnum ſupinum, ne in molli quoque pluma decumberet: ſuaſimuſque ut jejunaret in pane & aqua, ſi poſſet, & ut à cibis delicatis, & iis abſtineret quæ ſemen augent, præcepi ut ſub lumbis lanimam plumbeam perforatam portaret, imperavi etiam, ut illi ſanguis ſatis copiosè detraheretur; & vomitus concitaretur. Ruta commanducata crebrò per ſomnia venerem imaginantibus prodeſt, præterea ut pollutionem arceret, conſului ut imitaretur illud exemplum, quo Nobilis quidam ex conſilio mulieris, (apud *Leonellum*) cum per quatuor menſes paſſus eſſet continuò pollutionem, curatus fuit; quando dormitum ibat Nobilis, ligabat filum ad collum, quæ chordula deſcendebat uſque ad collum virgę, & cum ea virgam ligabat non multum ſtringendo, & quando in ſomno inflabatur, & erigebatur membrum, propter ligaturam chordulæ dolorem virgæ incurrebat, & ſic excitabatur, ut ſemen in ſomno non rejiceret, & ita fuit curatus. *Petrus Voreſtus, obſerv. 17. lib. 26. De penis vitiis.*

SECTIO XXXIV.

Pro Polypo narium.

POlypus eſt carnoſa in naribus excreſcentia ex radicibus quibuſdam tenuibus pendens, & nunc è naribus propendens, nunc etiam in palatum deſcendens, oritur ab humoribus craſſis & viſcidis, pituita imprimis ſanguini permiſta è cerebro in nares defluente, ſigna ſunt manifeſta, caro enim excreſcens polypi piſcis carni ſimilis eſt h. e. tumeſcens, laxa, rara, mollis, colore varia, nunc enim alba, nunc rubea, nunc cineritia, nunc livida conſpicitur, moleſtiſſimum eſt malum, narem enim obſtruit, reſpirationem intercipit, loquelamque obſcurat & impedit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Polypo narium.

PRæmiſſis venæſectione & purgatione, juſſi ut guajaci decocto uteretur cum tenui victu; nam multis guaiaci uſus profuit, deinde partem attingat fortiter aſtringentibus & parum cauſticis; qualis eſt aqua ſequens utiliſſima in principio adhibita, Authore *Rondeletius*.

℞. Uvar. immaturar. ℔iii. cortic. malor. granat. balauſt. ſumach. an. ℔ii. macerentur omnia in aceto & deſtillentur; deinde adde alumin. ℔i. vitriol. ℥iii. deſtillentur iterum omnia ſimul, & aqua illa tangatur pars affecta, quidam utuntur aqua ſeparationis auri, vel ſi nimium vehemens ſit; utere medicamento ex punicis malis confecto, quod ſic ſe habet, accipiantur tria mala granata, ea tribus generibus eorum, acidis ſcilicet, dulcibus & auſteris, eaque matura, ac recentia terantur ſimul in mortario. Deinde ſuccus exprimatur, & coquatur in linimenti formam, ſpecillum ex lana vel linteo confectum eo in ſucco imbuatur, & frequenter in narem demittatur, hoc remedium ſiccat & aſtringit ſine morſu, & excrementium humorem abſumit. Puer quidam quinque annorum in nare altera polypum habebat. *Carpus* ille inſignis Chirurgus hoc

Medi-

Medicamento *Galleni* ex punicis usus est, & puero rhei el. pulver. ℈i. exhibuit: deinde usus est unguento suo ad polypum valente.

℞. Ceræ alb. ℥iii. ol. ros. ℥ii. butyr. antiq. ℥iv. simul liquefiant ad ignem, deinde extrahas, & pone in aqua & benè laventur duabus vicibus: cui addantur ova numero 2. cum ℥i. m. sublimati M. nimis forte est, fortasse ℥. m. imposuit: præterea tangebat aqua vel spiritu vitrioli, & curatus est. *Petrus Forestus, observ.* & *lib.* 13. *De nasi affectibus.*

Unguentum sequens cum petia linteoli naribus intrudat, illic ubi inter polypum & nares adhuc patet aditus, repetatque bis in die.

℞. Unguenti Ægyptiac. ℥ß. cortic. granat gallar. an. ℥ß. ol. vitriol. ℈i. M. deinde irroret nares sequenti liquore, capite adeo resupinato, ut nares subire posset.

℞. Ol. vitriol. ℈i. alumin. usti ℥i. aq. plantag. ℥i. M. post dies quatuordecim, ali. quousque jam absumptus erat polypus. Verum ut penitus auferretur, sequenti dein usus est.

℞. Sublimati ℥i. coq. in aq. fabror. ℥ii. ad consumptionem madietatis, adde ol. vitrioli ℈ß. alumin. ℥i. M. & cum penicillo intincto sæpè tangat polypum, & sic penitus asilatus est polypus. *Felix Platerus, observ. lib.* 3. *pag.* 665.

Mihi est quędam aqua destillata maximè polypis proficua: quæ sic conficitur.

℞. Succi rad. ari & fol. rorismar. an. part. æq. pulv. fol. rorismar. & rad. ari exsiccat. an. bonam quantitatem vitriol. ℥ii. omnia in plumbeo alembico destilentur, & aqua utere, *Epiphanius Ferdinandus, hist.* 7.

Gentianæ pulverem siccissimum cum scrofulariæ succo in turundam aptatum in utramque narem quam potui altissimè adegi, in die mutatis turundis, est hoc propolypo fidum experimentum, & quod antea etiam feliciter cesserat. *Henricus ab Heers, observ.* 28.

SECTIO XXXV.

De Porigine.

Πιτυρίασις (in πίτυρον furfur) Latinis furfuratio & porrigo, affectus est, in quo scalpentibus, furfuribus similia, ex capitis cute decidunt, oritur ab humoribus serosis & ichoribus biliosis & pituitosis, ad caput cum alimento pilorum delatis.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Porrigine importuna.

JUvenis quidam Melancholicus porriginem diu passus est: illi enim tenues furfuraceæ squammulæ ex capitis & universi corporis superficie continuo resolvebantur, pluribus ulceribus relictis, è quibus sanies quædam virulenta ex intervallis per totum corporis ambitum emanabat, quod malum cum non solum sit fœdum & molestum, sed periculosum, & facilè in lepram commigret, idcirco illi citissimè auxiliares manus adhibere oportet. Post infinita propemodum usitata remedia, tandem solo urinæ balneo omnimodam consecutus est sanitatem, in quo prius furfures & fumaria erant in cocta, nec sine ratione, nam urina vehementer abstergit, & potenter repurgat; quo pacto scabiem, sordities, pruritumque nitrosa qua pollet facultate persanat. *Zacutus Lusitanus, observ* 3. *lib.* 1. *prax.*

SECTIO XXXVI.

De Potus frigidi noxa.

ELegans quidam juvenis quum pila luderet, & sudore respersus, ac totus madidus ad puteum pro siti arcenda venisset, exhausta frigida, illico in terram cecidit & obiit: alterum novimus, qui quum non minus corporis totius ad pertis porris, madidus domum reverteretur, cyathum frigidioris aquæ ebibit, & mortuus quoque fuit: sed alterum vidimus, cum domum pervenit, vrgenti maximo æstu, cellam vinariam ingressus fuit, & calicem meratioris vini frigidi exhausit, & exanimatus cecidit, & vitam cum morte commutavit. *Amatus Lusitanus curat.* 62. *cent.* 2.

SECTIO XXXVII.

Pro Priapiſmo.

A Principio vena ſecatur, deinde ad revulſionem hoc vomitorium commendatur.

℞. Rad. aſar. ʒi. bull. in aq. ʒx. ad medietatis conſumptionem, colaturæ adde oxymel ſimplex ʒii F. emeticum, capiat tepidè, deinde poſt levem purgationem imperavi ut decoctum ſequens ſumeret.

℞. Rad. nymphææ cum flor. alb. ʒ. m. portulac. lactuc. menth an. M. i. rutæ ʒiii. ſem. agn. caſt. ʒi. m. flor. nymphææ alb. p. i. F. decoctio in aqua, in colat ibi. adde ſyr. nymph. ʒ. m. M. valde id commendabat; & ideo ſæpius reiteratum fuit, præterea imperavimus ut lumbos inungeret ſequenti unguento.

℞. Unguenti refrigerant *Gal.* roſac. ſantal. an. ʒi. M. & ut totum priapum inungeret unguento roſac. at nihil æquè profuit ac radix nymphææ decocta & pota eo modo, ut ſuperius dictum eſt, in cibo utendum eſt portulaca cum aceto, utile etiam eſt ſuccum limonis ſumere, eoque cibum condire, bibat aquam, parum comedat, prodeſt frigida abluere pedes, & refrigerare renes; his enim partibus refrigeratis nunquam penis diſtenditur aut erigitur. *Petrus Foreſtus, obſ. 9. & Schol. lib. 26. De penis vitiis.*

In priapiſmo præſtantiſſimum eſt oleum rutæ deſtillatum inunctum, & intro ſumptum gutulis aliquot *Joh. Hartmannus*, pract. Chimiat. *pag.* 264.

SECTIO XXXVIII.

De Pruritu uterino.

PRuritu uterinus ardens eſt ſcalpendi & coeundi tentigo cum maximo deſiderio & dolore, oritur ab humore ſalſo, ſeroſo & aduſto, differt à furore uterino, quod furor virginibus magis contingat, & abſque dolore & pruritu ſe prodat; pruritus verò annoſis, & vetulis accidat, neque ſemper coeundi deſiderium conjunctum habeat.

SUESECTIO UNICA.

De Pruritu uterino.

Præus hunc affectum in quadam muliere curaſſe ſcribit Ægyptiaco unguento aqua marina aut lixivio diſſoluto, & injecto; atque eodem medicamento madefactis linteolis exſtupis canabinis in uterum immiſſis ſanitatem recuperaſſe, hoc etiam conveniens erit.

℞. Rad. lapath. acut. enul. camp. an. ʒi. contuſæ decoq. in aceto, per ſetaceum trajiciantur, additis ol. irin. ʒi. myrrh. ʒi. lithargyr. ʒß. ceræ q. ſ. F. unguentum, quo madefiant linteola, & intromitantur, ſi ita attenuando & extergendo adhuc non ſedatur pruritus, quæ vim habent narcoticam in uſum vocentur.

℞. Unguenti popul. ʒi. conquaſſetur cum aceto ſcillitico; adde opii pulveriſati gr. viii. M. applicetur tepide. *Rodericus à Fonſeca, tomo 2. conſult. 68.*

Ut vulvam lavaret præcepi cum hoc decocto.

℞. Fol. plantag. lepath. acut. cum rad. an. M. i. coq. in aq. plantag. poſt lotionem hoc linimento inungantur.

℞. Lithargyr. auri per diem ac noctem in acerrimo aceto macerati ʒi. ol. viol. q. ſ. F. linimentum molle, & ita à fœda illa paſſione liberata fuit, fuit hoc linimentum ſecretum præceptoris mei *Elidæi. Petrus Foreſtus, obſ.* 50. *lib.* 28. *de morbis mulier.*

SECTIO XXXIX.

Pro Pruritu totius corporis.

POſt repurgatum corpus ab humore ſalſo & acri, ut hoc unguento uteretur mandavi.

℞. Rad. lapath. acut. enul. camp. an. ʒi. decoq. in aceto, & contuſa per cribrum tenue tranſmittantur, quibus adde ol. irin ʒ. iv. ſalis ʒi. myrrh. ʒii. litharg. ʒiß. ceræ parum F. unguentum, ſi hoc non ſedatur pruritus, addatur parum argenti vivi, quod pruritum ſedat. Poſt exſiccationem & diſceſſionem materiæ, remanet ſenſus ille pruritus, quem auferes oleum hyoſcyami unguento immiſcendo, vel fiat ſic.

℞. Un-

℞. Unguenti pompholig. ℥ii. ol. hyoscyam. ℥iß. F. unguentum, quo ungatur pruriens, hoc refrigerando pruritum aufert mirum in modum. Post horum usum, utile est corpus balneo detergente frequenter abluere. *Petrus Foreſtus, obſerv. 9. lib. 5. Obſerv. Chirurg.*

SECTIO XL.

Pro Pſydrachiis.

Ψυδρακας & Ψυδράκια sunt parvæ quædam in capite pustulæ vesicis similes super cutem eminentibus: oriuntur ab humore, ex sanguine, bile & salso nitrosoque humore mixto.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Pſydrachiis.

PSydrachia, nempe pustulas parvas in cute capiti puer habebat, similiter in fronte, similes vesicis eminentibus in superficie rubicundas & asperas; quas inungere jussi cum humidæ essent, & virus effunderent cum magno pruritu, unguento sequenti.

℞. Lithargyr. ceruss. an. ℥iß. cretæ alb. sulph. an. ℥ii. cum oleo myrtino. F. unguentum. *Petrus Foreſtus, obſerv. 26. lib. 8. De exterior. capitis vitiis.*

SECTIO XLI.

De Pterygio.

UNguis oculi (Græca πτερυγιον, *i.e.* parva ala (est nervosa & duriuscula membranula, plerumque ex angulo sese obtendens, & sæpe pupillam obtegens; membranula hæc plerumque est albicans, non tamen semper, sed aliquando rubicunda, citrina, & subnigra: oritur frequentissime ab angulo majore juxta nasum rarius à minore, rarissimè ab alterutra palpebra; pars affecta est tunica adnata, interdum tamen ita invalescit, ut corneam & pupillam integat. Causa unguis est humor lentus è capite destillans, qui supra adnatam consistens ob viscositatem facilè concrescit in tunicam.

SUBSECTIO UNICA.

De Pterygio.

POst universales celebratas evacuationes; ad medicamentorum admotionem in oculo ipso condescendimus: præcipuè ad hoc sequens, quo universa cura clausa est.

℞. Ovum cujus album per foramen extrahatur, vitello manente; vice albi ejecti ovum per prædictum foramen sale nitro fino pulverisato impleatur, postea verò totum ovum maza coopertum sub cineribus calidis dimittito: quousque totum durum satis evadat: depositis deinde crustis, ex vitello & sale nitro mixtam materiam in subtilem pollinem redige, cujus pulviscul⁊ melle exceptum oculi ungui admove, & bis in die innova, brevi enim opus complebis: memini etiam me, huic similes oculorum ungues aqua forti argentariorum rosacea temperata curasse. *Amatus Luſitanus, cent. 3. curat. 82.*

Detracto sanguine, & corpore ritè pilulis purgato, fomentis usi sumus primum emollientibus & inflammationem tollentibus, ex decocto malv. fol. viol sem. malv. fœnugræc. cydon. & papav. postea admisimus detergentia; & ea quæ ad pterygion confirmatum valent: tandem cum ad fortiora detergentia coacti fuimus accedere, hoc sequenti collyrio utebatur.

℞. Succ. fœnic. ℥iv. succi chelidon. ℥iii. succi rutæ, ℥ii. succ. malv. ℥iiß. Aloes ℥vi. vitrioli ℈iv. ærugin. æris ℈i. zinzib. cinnam. an. ℈ß. fellis anguil. ℥ß. fellis tauri, bubul. aut porci ℥ii. sacch. Cand. ℥iii. mell. opt. ℥ß. bulliant succi addendo reliqua & depurentur, & F. collyrium s. a. quod cum sæpius bis in die in oculum stillaretur, licet cæcus per integrum ferè annum, paulatim visum recepit; & tandem integrè pterygio liberatus est magno cum nostro honore; at Dei benignitate. *Petrus Foreſtus, obſerv. 6. lib. 11. De morbis oculorum, &c.*

Præmissis universalibus remediis, imprimis aqua calida oculum fovebamus; deinde

die abſtergentia medicamenta admovebamus, & hoc collyrium, quod ab initio ſæpe juviſſe accepimus.

℞. Lactis muliebris, croci, fellis capræ, an. part. æq. aliquantulùm ad ignem bulliant in ovi teſta, guttas i. in oculum inſtil. lato; & multis in quatuor diebus unguem eroſit, & pannum abſtulit. Empiricus quidam ad pannos & pterygia conſumenda hoc collyrio utebatur.

℞. Salis gemm. ℥i. aq. roſ. & fœnic. an. ℥i. M. Præcepi quoque ut hac aqua deſtillata oculum ablueret linteolo molliori, vel guttulas aliquas inſtillaret.

℞. Extra lupi piſcis, ac una cum felle, jecore & reliquis viſceribus imminutas partes concidito, adjecto Mi. fol. fœnic. vel ſem. ejuſdem contuſi, & in alembicum diſtilla, ac uſui reſervato: ac viſum acuit, & unguem ab oculo removet. Hac aqua Domina de *Hochſtratem* in pauperibus frequenter uſa eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 1. *lib.* 11.

Quod ſequitur tutiſſimum experientia & ratione confirmatum eſt.

℞. Chalcanth. roman. ℥ii. virid. æris ℥i. in tenuiſſimum pulverem redigantur: deinde ſume unum ovum, aut duo coquantur dum indureſcant; emundata à cortice ſcindito per medium, extrahitoque vitellum, in cujus loco imponito pulveres ſupradictos. Deinde ligato diviſum ovum, ac triduo macerato in ℥v. aq. mellis ſtillatitiæ, & ℥iiß. vini albi, ovum poſtea in liquore exprimito; liquorem expreſſum inſtillato quater ſingulo quoque die ad gut. v. aut. vi. in omnibus partibus perygii: nam oportet ſingulas tangere. Validius erit ſi adauxeris vini copiam, & aquam mellis diminues; hujus Pharmaci uſu D. O. M. benignitate à ſiniſtri oculi pterygio fui ego ipſe ſanatus. Si adeo contumax fuerit morbus atque rebellis, ut medicamentis non cedat, ad manualem operam accedendum eſt; atque uncinis, acubus & filis prorſus extirpandus. *Horatius Augenius, epiſt.* 12. *lib.* 11. *tom.* 3.

Inter remedia minus vehementia, ſequens cum fructu uſurpari poterit.

℞. Oſſis ſepiæ ℈i. ſacch. Cand. ℥i. vitr. ℈ß. tutiæ præp. ℥ß. M. F. pulvis ſubtiliſſimus ungulæ inſpergendus. *Lazarus Riverius, prax. Medic. lib.* 2. *capit.* 18.

SECTIO XXXXII.

De pulmone præciſo.

CVidam infligebatur propè Vrbem *Prielam*, ingens vulnus ſub papilla ſiniſtra: ſed eo ob temulentiam flocci facto, neque implorata alicuius ope erupit poſtridie ex hiante vulnere non exigua pulmonis pars, adæquans magnitudine ſua tres tranſverſos digitos; quod grave infortunium non promovit tamen hominem temerarium, plagam hanc cum cura habere; ſed contulit ſe nihilominus ſatis inconſideratè. *Amſtelredamum*; bidui ibi nere inde ſtans; nec coercens pendulam pulmonis partem faſcijs, nec implens vulnus lineamentis uſque dum reficeretur in noſtro valetudinario, in quo illicò imperatum, emortuam pulmonis partem, filo prius conſtrictam, forcipe excidere coalescente reſiduo lobo, in ipſo vulnere: cuius oræ coaluerant tam firmiter intra diem decimam quartam, ut vix quicquam impedimenti manſerit, præter levem tuſſiculam, interpolatis vicibus duntaxat moleſtam. Partem autem hanc lanci impoſitam vidimus pendere circiter ℥iii. grande mehercules pondus in viſcere tam raro ac levi. Creditum hactenus ut non ſervetur, cui pulmo medius vulneratur: ita utique vix reſtitui, qualemcunque ipſius plagam; ſed uſus, qui omnium Magiſtrorum ſuperat præcepta, docet evidenter nihil hic trepidandum, ſed cautè decurrendam ſemitam, quam nobis præiuere veteres. Præcide (inquit *Celſus, lib.* 5. *cap.* 26.), quicquid ex iecinora, liene, aut pulmone extremo dependet. *Nicolaus Tulphius cap.* 17. *lib.* 2. *Obſervationes Med.*

SECTIO XXXXIII.

De Pulſuum obſervatione.

PUlſuum differentias quæ verè poſſunt cognoſci & præcipi à Medico, non ſcio plures quam iſtas ſex. Si *Galenus* potuit alias obſervare & cognoſcere, benè

eſt;

eſt; hoc ſcio, quod omnes nos non alias cognoſcamus, quam illas communes. Quod de aliis dicunt alii forſitan eſt impoſtura. Sex pulſus ſunt, 1. Magnus & parvus 2. Velox & tardus. 3. Frequens & rarus. 4. Æqualis & inæqualis 5. Vehemens & debilis. 6. Plenus & vacuus. Nugas puto eſſe reliquas quatuor differentias à *Galeno* traditas, quas certè impoſſibile eſt cognoſcere. Quidam dicunt ſe poſſe pulſum ſerrinum percipere, quod ſplendidum eſt mendacium. Sicut Medicus quidam dixit ægrum habere ſerrinum pulſum, & alter doctior eum, ſe deprehendere poſſe negaret, tandem & ipſe profeſſus eſt, nec ſe deprehendiſſe, hoc tamen ideo dixiſſe, ut ſi fortè alter cognoviſſet, ne ipſe minus ſcire videretur; ſed quando tu non cognoſcis, (inquit) neque ego cognoſco: haud æquo animo patior me interpellari inter tangendum & explorandum pulſum, quod nihil tantam requirat diligentiam & attentionem, quam pulſus: ut mirum ſit alios confabulari interim, & tamen omnes pulſuum differentias, aſſequi. Ego neſcio an poſſint eſſe tam ingenioſi, & tanta celeritate diſcurrere. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſil.* 256. & 257.

Multum abeſt ut de pulſu intermittenti in pueris pertimeſcendum eſſe exiſtimem: quoniam ſiquid eſt, quod in adeò tenella ætate facile in quaſvis formas mutetur, planè pulſus eſt; ut meritò Medici elegantiores, vix in pueris pulſum tangere, aut ſaltem æſtimare videantur; neque unquam apud Veteres obſervare mihi licuit inæqualitatem pulſus interceptionem vè inter certa gravis alicujus puerorum mali indicia eſſe relatus, quemadmodum in viris obſervatum quidem eſt. *Hieronymus Mercurialis, tom. 1. conſult.* 13.

Vir quidam quadraginta quinque annorum febre continua laborans pulſus intermiſſionem habebat; ſingulis quatuor aut quinque pulſationibus arteria deficiebat, & tempore duorum ictuum ſive duarum pulſationem immobilis manebat; ſignum malum, præſertim in febribus continuis. Cæterum cùm intermiſſio pulſus huic venerit ob arteriam à craſſis, & malis ſuccis compreſſam, non verò ob vitalis facultatis imbecillitatem, non difficile fuit eum liberare, ad cauſam, unde mala affectio originem trahebat, attendendo. Cor corroboravimus, & humores ab eo retraximus quos poſtea attenuavimus, incidimus, & tandem purgavimus: unde pulſus ex heterorythmo pararythimus, & poſtea eurhythmus, *i. e.* conſonus eſt factus, & ægrotus ipſe ex toto ſanus. *Amatus Luſitanus, curat.* 72 *cent.* 6.

Pulſum toto vitæ decurſu adeò eſſe obſcurum, ut tactu percipi non poſſit, novum & admiratione dignum eſt: quod tamen annis abhinc viginti *Furnis* civitate *Flandriæ* in pluſquam ſexagenario ſene mihi obſervaſſe contigit, non ſemel. Is enim quum à retroactis annis aliquot frequenter variis, atque iis non infimi nominis Medicis, carpum obtuliſſet ut experirentur, ſiqua tandem ratione motum aliquem arteriarum percipere poſſent, ſinguliſque negantibus ſubſultationem aliquam ſentiri: tandem ætate provectus jam, & ſexagenario, ut dixi, major inter epulas manum mihi porrigit, ac rogat, ut ex arteriarum moto aliquid, quod ad præſentem corporis conſtitutionem pertineret, in medium afferem. Detractanti primùm mihi, quod non eſſet ejus temporis atque loci, perſuaſit tamen ille, quum urgeret vehementiùs: indecens enim cenſebam, ſi ejus canitiei tantulum non conceſſiſſem. Quum igitur diligentiùs pertento, nihil minùs quàm micationem aliquam percepi: imaginabar tamen levem aliquam diaſtolen, non ſecus ac ſi perreptantis arteriam vermis ſpecies repræſentaretur, cujuſmodi pulſum vermicularem appellare conſueverunt. Cum interim ille intentis in me oculis reſponſum expectaret, meque meditabundum conſpiceret, ſubridens; Nihil, inquit, ò *Balduine*, eſt quod hæſites. Motum nullum percipis, atque id mihi à teneris uſque familiare, & quaſi annatum fuiſſe ſcias velim, quod & ante te multi tuæ profeſſionis viri tecum experti ſunt. Admiratus caſum excutiendum cenſui, atque ea probabilior cauſa eſſe videbatur, quæ dictabat arterias altè deliteſcentes adeo occultari, ut motum earundem quantumvis exacto digitorum examine percipere non liceret. *Balduinus Ronſæus, Epiſt Medicin. cap.* 11.

SE-

SECTIO XXXXIV.

De Pulſu tangendo.

CApitaneo ob facinus commiſſum *Venetiis* manus ambæ abſciſſæ fuerunt; ita ut cum poſtea ægrotaret, pulſus arteriarum in ipſis brachialibus deprehendi non poterat; quæſitum tandem fuit inter Medicos præſentes, ubi nam arteria tangi deberet; variè reſponſum fuit: altero prope cor aſſeverante, altero verò in temporibus: demum concluſum cum *Galeno* fuit, quod ubi carpi pulſus occultatur tarſi arteria tangenda eſt, *i. e.* arteria in pede ad ſecundum digitum poſt maximum ſita. Unde rectè eos Medicos facere mihi viſum eſt, qui cum de obitu aut virium proſtratione ſuſpicantur, ad illam tangendam arteriam accedunt; quum cæteris pulſatilibus prima deficiat, quia longinquior à fornacis calore ſit. Sic enim *Galenus lib.* 3. *De Anatom. adminiſt. Amatus Luſitanus*, *cen.* 1. *curat.* 96.

SECTIO XXXXV.

Pro Pupillæ ruptione.

IN divulſione & ruptione pupillæ, item corneæ omnium optima eſt aqua ex albumin. ovorum quæ ſic fit. Coquantur ova ad duritiem, deinde iis medium diſſectis, eximantur vitelli, poſtea cum quibuſdam albuminibus ad duritiem coctis, & tenuiter quaſi in pultem cum cultello ſectis cavernas liquorum ovorum comple, partibuſq; debitè conjunctis & filo coligatis in cucurbitula præcisè in medium ex filo ſuſpende: clauſo orificio cucurbita in B. M. collocetur, & coquantur: videbis albumina ſecta paulatim in liquorem deſtillare quem probe ex fundo cucurbitæ collectum (eſt nimirum ſatis exiguus) ad vulnera oculorum recentia cum pluma ſæpius applica. Qualiacunque etiam vulnera citra aliquam cicatricem conſolidat, eſtque magnarum virium, pterygiis oculorum item feliciter adhibetur. *Ioh. Hartmanus*, practic. Chimiatr. *pag.* 98. & 102.

SECTIO XXXXVI.

Pro purgando corpore.

NOn ego tranſcederem in purgatione uſum Caſſiæ & rhab. augendo & minuendo doſim, prout purgatio bene ſuccederet, & virtus toleraret. Nulla enim purgatio eſt tam exquiſita quæ perfici non poſſit his benedictis medicamentis; Si modo doſim pro viribus metiamur. Nullus præterea humor eſt in humano corpore redundans, qui his duobus medicamentis educi non poſſit: ſive ille ſit craſſus & viſcidus, ſive terreus & aduſtus, ſive ſubtilis & biliоſus ut quotidiana experientia deprehendimus, & ut teſtatur apud *Græcos*, *Actuarius*; apud *Arabes* verò *Meſue*.

Sit exemplum tale.

℞. Flor. Caſſiæ ℥x. rhab. pulv. ℈ii M. cum ſacchar. F. bolus. *Ioh. Baptiſta Montanus.*

Petis ut purgans aliquod nominem, quod aut nullius ſaporis, aut certè non ingrati ſit, & abdominabilis; inter ſimplicia nullum novi, quod hac in parte radici mechoacan præferre poſſem. Jam ſæpè illud exhibui delicatis perſonis; quæ à mentione etiam rhei, agarici, aut aliorum abhorrent: doſis illius eſt ℥ß. ad. ℥i. aut ℈iv. in pulverem redigo, & admixto paululo gingib. ſtimuli gratia cum uno atque altero cochleari vini dulcis ſeu malvatici propino; blandà expurgat, & fere agarici vires æmulatur; niſi quod ventriculo minus infeſtum eſt. Si deguſtaveris, ferme nullum odorem aut ſaporem percipies: & tamen in evacuando non ſegne eſt. Juſſi etiam aliquando, ut eadem radix panis quem vocant *Martio*, incoqueretur, & ſic ægro ignoranti, non ſine fructu, exhibui, quo plus candoris habet, eo melior eſt, e compoſitis blande & ſine moleſtia corpus expurgantibus plurimùm tribuo paſſulis laxativis vulgo dictis; quibus hi in aula nihil eſt frequentius; Conſtant autem ex infuſione fol. ſen. in qua paſſulæ in ſ. q macerantur, & deinceps ſyrup. roſat ſolutivus affunditur: interdum etiam rhei aliquid adjicitur; ſed in communi, ne nauſeam pariat, omittitur. Electuarii cujuſdam lenientis deſcriptionem ſubjungo, quo

per

per me Authore in Officina ſuæ Majeſtatis parata eſt.

2ℓ. Fol. ſen. mund. ʒi vß. rhei el. ʒiß. infunde in vini malvat. ℔i v. ſucci cydonior. depurat. ℔ii. mane bulliant S. A. exprimantur fortiter; expreſſioni adde pulpæ pomor. redolent. arte coctor. ℔vi. brodii, zinzib. ℔i. brodii cydonior. aut mivæ ℔m. ſacch. ℔iii. coquantur ad formam diacydoniati. Sub finem decoctionis adde mannæ el. in vino malvatico diſſolutæ ʒvi. diſtribuatur in capſulas: non tantum ſine moleſtia, ſed etiam cum voluptate aſſumitur. Totam maſſam hanc in duas partes diſtribui; & alteri pro ſingulis unciis grana aliquot diagridii adjeci, ut in validioribus plus operaretur, à ʒ. m. ad ʒi. tuto exhiberi poteſt. *Petrus Monavius*, *epiſt.* 28. *lib.* 2. *epiſtol. & conſil. Cratonis* & aliorum à *Scholtzio* editorum.

Pulvis ex radice mechoacan. confectus prodeſt in morbis chronicis & inveteratis: in Podagra, Aſthmate, Hydrope, & aliis morbis à materia frigida originem ducentibus, doſis ejus à ʒi. ad ʒii. propinatur cum cereviſia, vel immiſcetur conſervis & electuariis ſolutivis. Formantur inde etiam Catapotia: infuſum parum aut nihil virium exerit, *Abraham Seyler*, *epiſt.* 8. *lib.* 6. *epiſt. & conſil. Cratonis*, *&c.*

SECTIO XXXXVII.

De Purgatione ſolo odore Medicamentorum.

MEdicus quidem *Lipſenſis* ſuo tempore præclarus, quoties purgare corpus vellet. Pharmacopolia ingreſſus, quando nimirum Electuaria purgantia recens parabantur, & illa olfecit tantum, deinde domum reverſus intra eam ſe continuit; non aliter autem atque alius qui Pharmaco uſus, ſexies quoque vel ſepties excrevit. *Philippus Salmuthus*, *obſerv.* 8. *cent.* 3.

MEDICINÆ PRACTICÆ

LIBER DECIMUS QUINTUS

De Affectibus à litera R *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Rachitide.

RAchitis (morbus Veteribus incognitus, quo tamen hodiè in tota *Britannia* nullus frequentior) eſt intemperies frigida totius ſpinalis medulæ calvariam egreſſæ omnium nervorum inde ortorum, & partium omnium membranoſarum ac fibroſarum univerſi corporis, cum defectu & torpore ſpirituum, & partium tono vitiato: cauſa & partes primario affectæ ex ipſa definitione patent: ejus ſigna & ſymptomata ſunt: laxitas & mollities partium primo affectarum; debilitas & languor ſeu enervatio partium motui inſervientium; ignavia & torpor artuum, caput iuſto majus, facies plenior & floridior, partes muſculoſæ macie confectæ, protuberantiæ quædam & nodi circa nonnullos articulos maximè in carpis, ut etiam in talis, & extremitatibus coſtarum, oſſium nonnullorum incurvatio, quæ frequentius accidit oſſibus cubiti, tibiæ, femoris & humeri; pectoris acuminatio & anguſtia; gibboſitas, ſubtumida quædam abdominis repletio & hypochondriorum tenſio, tuſſis frequens, reſpiratio difficilis, & multa alia pulmonum vitia, ut & eorum infarctus, tumores duri,

duri, adſceſſus, inflammationes, coaleſcentia cum pleura, pulſus exilis & debilis: quorum omnium communis cauſa videtur eſſe inæqualis & improportionata nutritio. Cauſæ antecedentes ſunt, præter labem à Parentum ſemine conſimili diatheſi imbuto, fœtui impreſſam, humores vitioſi in corpore redundantes, pituitoſi, bilioſi, at præſertim melancholici: procatarcticæ verò errores in uſu rerum non naturalium commiſſi. Hoc morbo corripiuntur Infantes à nono menſe uſque ad ſecundum annum cum dimidio.

Clariſſimus *Franciſcus Gliſſonius* de Rachitide doctiſſimum omnibuſque abſolutum numeris conſcripſit Tractatum ad quem Lectorem remittimus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Rachitide.

CHirurgica preſidia in hoc affectu communiter recepta ac probata, & præ cæteris famoſa, duo præſertim ſeſe offerunt; ſcarificatio aurium, & fonticulus; quod ad ſcarificationem aurium attinet. Empirici noſtrates, qui hunc affectum tractant, eam pluris faciunt quam quis facilè putaret: ſolemniter quippe in ſua praxi eam celebrant, abſque ea vix felicem curationem ſperant. Nos verò, licet hoc remedii genus non improbemus, vidimus tamen abſque ejus uſu nonnullos pueros feliciter ſanatos: plerumque bis vel ter, interpoſitis ſeptem circiter dierum intervallis, hanc operationem repetunt; rarius lanceola aut acutiori ſcalpello; frequentius ordinario obtuſiorique cultello id perficiunt, nihil dolorem ejulatumque infantis morantes, in concha auris ut plurimùm hanc ſcarificationem inſtituunt; aliqui verò eam ad interiorem & exteriorem alæ ſive pinnæ aurium circumferentiam, imo ad Herlicen uſque extendunt. Hæc operatio non niſi præmiſſis univerſalibus fieri debet. Fonticulus in hoc affectu multùm probatur, atque hoc ſolo ferè preſidio nonnullos puellos liberatos fuiſſe novimus; excitandus eſt inter ſecundam & tertiam colli vertebram; potiuſque per ſimplicem inciſionem acuto ſcalpello factam, quam cauterio actuali vel potentiali.

Præparatis & evacuatis morbi cauſis, vel ſaltem ita edomitis, ut ad tempus ulteriorem curationem non impediant, ſtatim ad hæc alterantia ſpecifica procedendum eſt; quæ quidem jugulum quaſi ipſius morbi petunt. Sunt autem ea vel ſimplicia vel compoſita; ſimplicia quæ nobis hactenus innotuerunt, ſunt ſequentia. Radix ſeu potius ſpicæ radicis oſmundæ regalis; radix filicis maris, item turiones vel potius gemmæ ejuſdem vix dum è terra prorumpentes; radices graminis, cichor. aſparag rub. tinct. eryng. herbæ capillares, ceterach. lingua cervina, hepatica, agrimonia, cuſcuta, betonica, veronica, mas, folia & cortex tamariſci, cortex rad. cappar. flores & folia lamii, borrag. ſalv. roriſmar. abrotan. abſinth. chelidon. maj. crocus, radic. curcum. ſarſaparill. ſaſſafras, chinæ, triaſantala, lignum guajacum, ejuſque cortex: flores ſulph. chalybs, præp. crocus Martis, ſal. chalybis, vinum chalab. vinum album Gallicum & Rhenanum, ſperm. aceti, moſchus, ambra gryſea, caſtoreum, vermes terreſtres, jecora ranarum & pullorum corvi, millepedes vino albo lotæ & in clibano ſiccatæ ac pulverizatæ, & ſimilia.

Ex his medicamenta compoſita conficiemus in hunc modum.

Apozemata & cereviſiæ medicatæ.

℞. Rad. oſmund. regal. ſpicas num. 6. herb. veronic. maris, ling. cervin. ceterach. cap. ven. hepatic. an. M. i. ſalv. anthos an. M. ß. paſſul. min. ℥iii. liquir. ℥ß. macis ʒii. coq. in. ℔vii. aq. fontis S. A. in colat. ℔iii. diſſolv. ſyrup. capill. ven. ℥iii. M. F. Apozem. capiat puellus hauſtulum hujus quotidie manè, hora quarta pomeridiana, tum etiam noctu, ſi potum petierit; imò ſi voluerit, utatur eo pro potu ordinario, tuſſi & obſtructione pulmonum ſimul cum hoc affectu graviter afflictis maximè convenit.

℞. Fol. oſmund. regal. ling. cervin. hepatic. ceterach. flor. trmariſc. rad. filic. maris, an. M. i. paſſul. min. ℥ii. ſantal. alb. & rubr. lign. ſaſſafr. an. ℥ii. ſem. coriand-

coriandr. ʒi. macis ℈i. fol. salv. M. ß. coq. in s. q. aq. font. S. A. ℔iii. ad ℔ii. colatura edulcoretur sacchar. vel melle, pro potu ordinario. Hepaticis hoc affectu laborantibus succurrit.

℞. Sarsapar. incis. & optimè contus. ʒiii. rad. chinæ in taleol. concis. ʒi. infund. & coq. S. A. in ℔vii. aq. font. ad. ℔v ß. tum adde radic. sassafr. ʒii. osmund. reg. ling. cervin. ceterach. cap. ven. lamii, an. M. ß. liquir. ʒii. macis ʒi. coq. ad ℔iii. colaturæ adde mell. vel sach. ʒiii. M. pro potu ordinario. Conducit præcipuè iis qui Luc Venerea laborare suspecti sunt, ut & strumosis:

℞. Rad. sarsapar. ʒviii. rad. chin. ʒii. lign. sassafr. ʒß. ras. ebor. ʒi. osmund. reg. veronic. maris, ling. cervin. ceterach. capill. ven. hepatic. summitat. lamii, an. M. ii. concisa & contus. S. A. coq. in congiis iv. cerevisiæ rec. ad unius consumptionem, sublatis ab igne adde cong. i. ejusmodi cerevisiæ: agitentur simul baculo, & deinde colentur. Ingredientia eadem sacculo ex tela rara includantur cum frusto ferri in ejus fundo repositio, & suspendantur in cerevisiatum addito fermento, fiat fermentatio cerevisiæ ad perfectam usque depurationem. Liquor limpidus post aliquot dies depromatur pro potu ordinario.

℞. Vini chalyb. ʒß. syrup. de cichor. cum rheo ʒii. bibat æger quotidie mane per quinque aut septem dies, aut plures, nisi fluor alvi, aut ventriculi debilitas prohibuerint: in quo casu, loco syrup. de cichor. cum rheo, addatur syrup. de rosis siccis.

Juscula & panatellæ.

℞. Scolop. ceterach. hepatic. capill. ven. salv. an. M. ß. cortic. tamarisc. santal. rubr. an. ʒii. indantur ventri pulli majusculi, aut gallinæ, vel galli veteris, & contuso ventre, coq. cum ʒii. passul. min. in s. q. aq. fontis additaque suff. quant. farinæ avenaceæ purioris. F. juscul. perfectè coctum.

℞. Rad. chinæ in taleol. concis. ʒii sarsaparil. alb. & medullos. incis. & contus. ʒiii. infunde per noctem in ℔x. aq. font. manè post levem ebullitionem, inde colaturæ ling. cervin. veronic. an. M. i. macis ʒß. passul. corinthiac. ʒi. & cum carne vervecina, vitulina, vel capon. addita farina avenacea. F. S. A. jusculum. Quod si tenuiora juscula desiderentur, loco farinæ, crusta panis incoqui; sin verò crassiora, mica panis cum vitellis ovorum admisceri poterit; porrò ob debilem puelli coctionem nonnunquam cochlearia aliquot vini addantur. Panatellæ ex ejusmodi jusculis colatis, iterumque cum mica panis coctis, additis tandem, ut ab igne sublatæ fuerint, butyro & sacch. q. s. conficiantur.

Pulveres & Electuaria.

℞. Rad. Filic. mar. vel potius gemmarum ejusdem vixdum è terra prorumpentium, & in umbra siccat. spic. osmund. reg. an. ʒii. macis, sem. anis. an. ℈ß. croci gr. ß. F. pulvis; dosis à ℈ß. ad ℈i. in lacte, sero lactis cerevisiato, apozemate aliquo, jusculo, panatellis, &c.

℞. Medullos. part. rad. sarsapar. ʒii. rad. chinæ ʒi. rad. sassafr. ℈i. sem. carvi & coriandr. an. ʒß. rad. filic. maris, osmund. reg. an. ℈ii. M. F. pulvis usurpandus ut prior.

℞. Milleped aq. prius, deinde vino albo lot. in clibano post extractum panem siccat. q. v. F. pulvis; dosis à ℈ß. ad ℈i. in jusculis, &c. ut supra; eodem modo præparata jecinora ranarum, & pullorum corvi pulveris. præscribuntur.

℞. Flor. sulp. ℈ii. spec. diarrhod abbat. diatrionsantal. an. ℈ß. croci gr. ß. sacch. crystallini ʒiii. pulverata subtilis. simè cum aq. s. ros. rub. q. s. F. pasta lento calore siccanda, quæ denuò, ubi usus fert, in pulverem redacta exhibeatur ad ʒi.

℞. Conf. ros. rubr. ʒiß. conf. flor. borrag. lamii, sal. anth. an. ʒß. chalyb. præp. ʒi. cinnam. liquir. an. ʒß. croci ℈ß. santal. rubr. ℈i. pulverat pulverandis, F. S. A. electuarium cum syrup. de cich. cum rheo, vel de absinth. q. s. capiat æger ʒß ℈ii. vel ʒi. quotidie manè vel per se, vel in cochl. feri lactis cerevisiati vel decocti alicujus appropriati, vel etiam vini.

Remedia extrinsecus applicanda sunt, liquores, olea linimenta, unguenta, & emplastra; liquores in hoc affectu longo usu probati, sunt omnia propè vini genera;

ra ; imprimis verò vinum Monſcatellinum Alii potius commendant viniſque preferunt Cereviſiam *Geldunenſem*, ſeu *Pruſſiacam*, quæ quidem ad conſolidandas & firmandas partes plurimum, ad ſanguinis autem æquationem, ejuſdemque æqualem diſtributionem parum aut nihil poteſt ; idem eſto judicium de vino *Alicantico*, ut & de vino rubro. Aliqui loco vini utuntur aq. vitæ vulgari, quæ nihilo inferior vino creditur. Decocta quoque in ejuſdem uſum ita parari queunt.

℞. Rad. oſmund. reg. fol. ſalv. flor. calendul. fol. lari, ſcolopendr. veron-maris, an. M. ß. roriſmar. roſ. rubr. ſicc. an. p. i. coqu. in aqu. font. & aq. vitæ vulgar. an. ℔i. ad tertiæ partis caſum : colatura ſervetur ad uſum ; verùm liquores hi rarò aut nunquam ſoli adhibentur, ſed oleis linimentis, vel unguentis, æquis ferè partibus admixti, & quidem coram luculento igne tepidi uſurpandi, calida nutricis manu donec exſiccentur affricti. Olea quæ maximè probantur, ſunt, oleum vermium terreſtr. chamæm. flor. calend. veronic. maris, è pedibus bovinis, vulpinum, catellorum, hirundinum. Unguenta ita componantur.

℞. Fol. ſalv. rubr. veronic. mar. anagall. flor. calendul. an. M. ii. rad. oſmund. regal. ℥vi. butyr. Majal. ℔iii. vini alb. ℔ß. conciſæ herbæ & contuſæ radices, coq. S. A. ad vini abſumptionem : dein F. expreſſio dum adhuc calent, cui adde ol. nuc. myriſtic. per expreſſ. ℥iß. Miſc. diligenter ; & poſt ſubſidentiam abjectis fæcibus, F. unguentum purum, reponatur in olla vitreata ad uſum. Vel,

℞. Fol. chamæm. becabung. naſtur. aquat. cochlear. hortenſ. veronic. maris, cardiac. cap. ven. ling. cervin. ceterach. lauri ſummit. menth. rubr. ſalv. roſmar. baccar. hederæ, an. M. ß. rad. oſmund. reg. ℥iv. vini moſcatellin. ℔ß. butyr. Majal. ℔iii. incidenda inciſa, & contundenda contuſa, coq. omnia ad vini abſumpt. exprimito dum calet, & ſeparato impuro ſedimento. F. S. A. unguentum. *Franciſcus Gliſſonius*. Tractatu *De Rachitide*.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Rachitide.

PRo rachitide optimum eſt medicamentum & potens ſpecificum ens veneris, quod ſic fit.

℞. Vitrioli *Gedanenſis* optimi (ſi *Hungaricum* vel *Goslarienſe* haberi nequit) q. v. calcinetur ad obſcuram rubedinem, tum frequenti affuſione aquæ calidæ, ablatis ita ſalinis particulis, exacte dulceſcat, ſiccetur quam optimè, & in tenuiſſimum pulverem reductum cum æqua portione puriſſimi ſalis armoniaci ſubtiliter pulveriſati exquiſitè miſceatur : miſtura ponatur in vitream retortam ad tertiam partem, ea plenam, ſublimetur in *B.* arenæ, dando ignem per gradus ut artis eſt, per decem vel duodecim horas, ſub finem ita augendo, ut fundus retortæ (ſi fieri poſſit) planè excandeſcat ; ſublimatum exemptum, niſi fuerit ſatis flavum ſed aliquo modo pallidum capiti mortuo commiſſum & cum eo probe commixtum, denuo ſublimetur, luteo demum debitoque calore imbutum, rurſus ſemel ſed per ſe exaltetur : doſis eſt à duobus vel tribus granis ad decem vel duodecim (aliquando in robuſtioribus ad viginti vel triginta) in aqua deſtillata vel tenui cereviſia, quovis, tempore, dummodo vacuus ſit ventriculus exhiberi poterit ; ego tamen ut plurimum hora decubitus propino ; operatur (quando ſenſibilis eſt operatio) per ſudorem, & aliquomodo per urinam, plus quam centum pueruli rachitide laborantes, de quorum maxima parte conclamatum fuit, hoc ſolo exaltato colcothare curati ſunt. In febribus etiam aliiſque morbis ad conciliandum ſomnum utiliter exhibetur : in dolore etiam capitis, ſuppreſſionem menſium, lumbricis, & ad appetitum excitandum miras exerit vires. *D. Robertus Boyle*. Tractatu *De utilitate Philoſophiæ experimentalis, part. ſecunda ſect. 5. capit. 6.*

SE-

SECTIO SECUNDA.

De Ranula.

RAnula, Græcè βρόγχος, tumor eſt ranæ formam referens, qui ſub lingua ex molli carne, cui lingua incumbit, cuique quaſi vinculo alligata eſt, nonnunquam exoritur; cauſa eſt ſanguis viſcidus & pituitoſus ad mollem illam oris partem confluens, ibidemque mollem & laxum tumorem excitans; qui ſi aperiatur profluit ex eo mucus ovi candido perſimilis; aliquando & lapilli ex apertis ejuſmodi tumoribus excernuntur; pueros hoc malum maximè infeſtat.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Ranula ſub lingua.

RAnulam ſub lingua patiebatur juvenis quidam, quem ſic curavi, corpore repurgato pulvere ſequenti tumorem fricari juſſimus.

℞. Cort. gran. hyſſop. ſicc. ſal. communis an. ℥ii. F. pulvis; aliquo modo detumeſcere cæpit: hoc modo *Ioh. Teyngius* Medicus *Amſtel.* curavit juvenculam duodecim annorum ranulam quantitatis nucis majuſculæ ſub lingua inflatam, tenſam, & mollem habentem intra duo dies: puella pulverem ſub lingua tenebat: id medicamentum *Nicolao Florentino* tribuitur, qui tamen in adultis loco ſalis communis utitur ſale armoniaco: nos etiam cum ſale toſto & gemmæ fricari juſſimus; hoc etiam decocto uſi ſumus, ſub lingua ſæpè contento.

℞. Balauſtior. alumin. gallar. an. ℥ß. F. decoctio in aq. & ſic abſque Chirurgi opera fuit curatus hic juvenis. Mulier quædam curata eſt à ranula hoc lavamento.

℞. Aq. plantag. ℔ß. balauſt. ℥iß. alum. ℥ß. mell. roſac. ℥ß. bulliant pro lotione. Mulier quædam ruſtica longo tempore batrachon ſub lingua habuerat, ut non alia ſpes curandi ſupereſſet, niſi ut ſcalpello utrinque tumor aperiretur, quod cum Chirurgus dextrè adminiſtraſſet, humore effluente quantum potuerat, & poſtea exiguo ſale addito, ore paucis diebus colluto, curata tandem fuerat. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 28. *lib.* 14. *De affectibus labior. gingiv. dentium, oris, & linguæ.*

Si affectus ſit inveteratus, & ulcus prædictis remediis exſiccari nequeat, tangatur oleo ſulph. bis in die, temperata tamen cum aq. roſac. ita ut ad una guttam olei quinque vel ſex guttæ aq. roſac. miſceantur: ita enim intemperies corrigetur, & exſiccabitur pars quæ ad roborationem, vino nigro admixto alumine ſæpè abluenda eſt; ſi poſt hæc remedia morbus redeat, ad cauterium actuale veniendum, cujus adminiſtrationem docet *Petrus. Lazarus Riverius, prax. Medic. lib.* 5. *cap.* 2.

SECTIO TERTIA.

De Raucedine.

BRῦγος, Latine raucedo, eſt vocis inſolita & non naturalis gravitas & aſperitas; accidit à nimia humiditate membranarum aſperam arteriam conſtituentium, à catarrho è cerebro delabente; generatur quoque per accidens ob nimium calorem, ventorum borealium, fumorum & pulverum inſpirationem.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Raucedine.

℞. SYrup. viol. de liquir. an. ℥i. oxymel. ſcillit. ℥ß. aceti ſcillit. ℥iii. M. F. lohoch. quod lambebat manè ante & poſt cibum, & ante introitum lecti; atque hoc ſolo remota eſt raucedo intra viginti quatuor horas *Martinus Rulandus, curat.* 35. *cent.* 4.

℞. Ol. amygd. d. rec. penidiar. an. ℥iii. M. F. lambitivum: de quo lambebat ſingulis diebus ſæpè & parum, vacuo tamen ſtomacho ne impediatur coctio. *Joh. Baptiſta Montanus conſil* 121.

Raucedine puella diutiſſimè laboravit, ut vix cum loquebatur, intelligeretur; varia cum fruſtra tentaſſet, tandem hoc remedio ſanata fuit.

℞. Succi liquir. ℥ii. myrrh. ℥i. gummi tragacanth. ℈i. ſacch. cand. & penid. an. ℥i. cum affuſa aqua roſ. F. morſelli; teneat

unum in ore, cubitum itura; ſinatque ſponte diſſolvi & cubet in dorſo *Felix Platerus, obſ. lib* 1. *pag.* 216.

℞. Syrup. capill. ven. ℥ii. ſyr. de liquir. ℥i. ſperm. ceti ℈i. aqua fœnicul. ℥vi. (fortè ℥vi.) M. F. potio pro ii. doſibus matutinis, quæ raucedinem apprimè mitigabit. Poſtea aſſumat pilul. de agar. coch. & aur. an. ℈i. cum gr. ii. diagrid. eclegma deinde ſequens lambitione per arteriam in thoracem inſtilletur.

℞. Loh. ſani & expert. ℥ii. loch. de pino ℥i. ſperm. ceti ℥ß. cum ſyr. de liquir. q. ſ. F. eclegma: ſubſtituantur denique trochiſci ſublinguales.

℞. Spec. diatragac. frig. ℥ii. diapapav. dr. i. cum ſyr. viol. F. maſſa; ex qua formentur pilulæ ad formam bechicarum: hæc cum Deo raucedinem penitus abigent. *Joh. Nevius, conſil.* 81. *l.* 7. *conſil. Cratonis, &c.*

Vir quidam Nobilis raucedine & eroſione amygdalarum propter catarrhum ſalſum & acrem laborans, *D. Kueffer* & alii cuidam Medico ſeniori, Medicis celeberrimis, ſe curandum commiſit: ex his *D. Rueffer* ſuaſit, ut ad humores acres revellendos & evacuandos, ſetaceum fieret: hæc cum alter Medicus, cujus opinionem ſemper magni fecerat æger, acriter repugnaret, & altercatio inter ipſos orta eſſet, & per menſes aliquot perſeveraſſet, mirum in modum adauctus fuit morbus: tandem mortuo ſeniore Medico *D. Kueffer* iterum ægro applicationem ſetacei proponit, cumque id ſine meo conſilio admittere nollet æger, *D. Kueffer*, ſic petente ægro, ad me venit, *Lauſannam*, ubi cum omnia expoſuiſſet, petiit ut ſecum *Argentinam* me conferrem, ubi prædictum ægrum, ex deplorata raucedine, fœliciter reſtituimus: præcipuum autem præſidium, quo poſt Deum, reſtitutus fuit, ſetaceum cenſendum eſt cervici adhibitum. *Guilielm. Fabritius Hildanus, obſervat.* 24. *centur.* 6.

SECTIO QVARTA.

Pro Renis dolore.

℞. OL. nardin. ℥v. fol. parietar. rec. ultimatè contritæ ſbi. coq. ambo ſimul in ſartagine, in fine add. croci ℥i. & fiat cataplaſma, extend. ſuper pannum, & applica calidè, ſedabit dolorem ferè in inſtanti.

℞. Ther. dr. i. diſſolv. cum ℥iß. aq. milii ſolis & bibat patiens ter in ſeptimana, eſt nobile & infallibile remedium. Scribit quoque *Avicenna* theriacam conferre doloribus renum pluribus de cauſis. *Bartholomæus Montagnana, conſil.* 14.

E poto uno cyhatho ex noſtro conſilio cerevisiæ in qua flor. chamæm incocti eſſent, & expreſſi, ſtatim miraculi inſtar ructibus emiſſis, omnis dolor evanuit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 1. *lib.* 24. *De renum morbis.*

SECTIO QVINTA.

De Renum ulcere.

Ἕλκωσις νεφρῶν ulcus renum eſt continui ſolutio in carnoſa ſubſtantia contingens, aliquando conſequitur abſceſſus non rectè curatos, ictum vel caſum renum vaſa diſrumpentem. Idem præſtat profluentis materiæ acrimonia renes exedens; ſed frequentius ac ferè ſemper a calculo intus coercito producitur, qui vel pondere renem contundit, vel attritu comminuit exeditque, ulceris ſigna ſunt, dolor lumborum gravativus, pus urinæ permixtum. urina, quæ liberè profluit, redditur alba turbida, lactis ſero perſimilis, quæ tandem quiete ſedimentum purulentum mucoſum ve deponit: ſi calculus originem dederit, tum urina cruenta ſæpè conſpicitur, priuſquam purulenta evadat.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Renum ulcere cum ardore urinæ.

OMnium primò medicamentum ſec propinavi.

℞. Caſſ. rec. extract. ℥i. terebinth. el. decies lotæ in aq. viol. ℥iß. (terebinthina torreatur, ut pulveriſari poſſit, cum ſach. aſperſo, & pulv. liquir. F. bolus quo ter alvum depoſuit cum magno juvamine; ſanguinem quoque detraxi. c

cu-

cubito; victus rationem & vitę institutum in hunc modum ordinavi. Aerem eligat ad siccum inclinantem, in activis temperatum, aut paululum calidum; valde enim calidus ardorem urinæ auget, & frigidus teste *Hippoc.* ulceribus mordax; somnum moderatum concessimus, & consueto longiorem, cum immodicæ vigiliæ hinc valde obsint, quietem injunximus, & ut omnem delassationem, ac efferventem gestationem, maximè quæ fit equo, vitaret, præcepimus; hic enim perpetuum otium (ex *Ætio* decreto) confert, vice autem exercitii, ægrum decumbentem molliter fricare singulis diebus mane convenit; repletiones omnes declinet, alvum molliorem semper habeat clysteribus lenientibus; nihil enim hic præstantius quam ut natura fæces quotidie excernat; & sicuti animi immodici affectus hic locum non habent, ita omnibus renum & vesicæ affectionibus coitus quoque infensissimus; jussimus etiam ne super mollem culcitram plumeam cubaret: nihil edat quod salsum, acre, amarum, acetosum, vel nimis dulce aut præpingue sit; oleosa enim hic maximè damnantur; pro cibo imprimis commendavi ptisanæ cremorem, hordeatum avenatum, amygdalatum, & subinde orizam. Est etiam idoneus cibus amylum ipsum aut similago lota cum lacte cocta: lac quoque ovis permixtum; imò ova gallinarum tepida & mollissima, si edantur, valde proficiunt. Concessi quoque ut oleribus uteretur, sed coctis, malva, intybo, portulaca, lactuca. Summopere commendavi aviculas montanas teneram carnem habentes, & carnem gallinarum, phasianorum, & perdices assas præcipuè, vel jusculo earundem. Pro potu utendum vino albo adstringenti diluto, aut aqua in qua hordeum torrefactum, & radix liquir. fuerint decocta, vel lac caprillum, ovillum, aut amygdalinum, lactis usus in hoc vitio maximè laudatur, asininum præsertim, quod repurgare & sanare dicitur: quo nos in Domina quadam commodè usi sumus. Secundi meriti equinum est. Postrema laus bubulo & ovillo debetur nam bene alunt, quia pinguiora sunt. Exhibeantur ad ℥iv. addita salis mica & mellis exiguo. Jejunis datur, nec nisi concocto priore aliud assumi debet; hæc pro victu præscripsimus: has etiam potiones præscripsimus ad dolorem &, humores acutos, salsos, mitigandos & contemperandos.

℞. Hord. mund. p. i. lactuc. malv. viol. portulac. intib. an. M. i. sem. 4. frigid. mal. an. ℥iß. flor. viol. nymphęæ an. p. i. sem papav. alb. dr. ii. jujub. sebest. an. num. 6. F. decoctio in colat. ibi. dissolv. syrup. viol. nymphęæ, an. ℥i. syrup. cap. ven. papav. an. ℥ß. M. F. Apozema. Postea continuo habebat ex decocto malv. cum toto & sem. quatuor. frigid. maj. in sero lactis, adjecto melle rosac. ad detersionem; ac satis ex. mingebat; manebat tamen urina valde fęculenta, mucosa & purulenta, & dolor non sedabatur; quare ad majorem detersionem dedi subinde pilulas ex terebinthina lota cum aqua fœniculi, deinde rursus exsiccata, & super laminam ignitam parum tosta, ut pulverizari posset; ex eo pulvere cum succo liquir. pilulas componebam ad magnitudinem cicerum; tres pro vice sumebat; superbibendo decoctum malvæ antedictum; & iterum dedi cassiam in bolo; pilulas dictas per duas septimanas continuavit, sed cum nondum dolor mitigaretur, æger, desperans de sua salute, tædio remediorum affectus, omnia deinceps præsidia relinquere voluit; quare adhortando ut curationem prosequeretur, consului, ut singulis septimanis, semel sumeret ℥iii. vel ℥ß. cass. rec. extract. cum ℈i. troch. alkikengi, & ut omni die sumeret ex sequenti electuario ad magnitudinem castaneæ, & immediate superbiberet cyathum unum seri lactis.

℞. Sacch. viol. ℥iv. Conserv. ros. unius anni ℥. m. sem. malv. ℥ii. sem. papav. alb. ℥i. sem. quatuor frig. maj. an. ℥iß. sem. hyoscyam alb. ℈ii. pulv. liquir. ℥ii. gran. alkikengi cum suis vesicis exsiccatis, & subtiliter carpellatorum (ut Pharmacopœorum more loquar.) ℈iv. succ. liquir. ℥ß. bol. arm. veri, troch. de terra sigill. an. dr. m. cum syrup. capill. ven. & viol. F. electuar. liquidum moderate. Cum his usus esses per septimanam unam, cœpit dolor mitigari, & urina minus mucosa exibat, minusque

ardorem inferens, indies in melius mutabatur. Cum ergo quotidie melius haberet, ſero lactis relicto, lacte bubulo utebatur, & unguento roſac. lumbi inungebantur. Poſtea cum ulcera ſatis videbantur repurgata (ex eo quod pus cum urina in minori quantitate excernebatur, neque fœculentem erat, ſed ſubalbidum, læve & æquale) ad reſiccandum & glutinandum, cum lacte ovillo aut vaccino aliquid boli armeni veri injecimus, & dedimus conſervam roſ. quibus ad tempus utens, & ſubinde ſolo lacte vaccino, rectè deinde habuit. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 37. *lib.* 24. *De Renum Morbis*.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Renum ulcere.

QUidam aquæ tepidæ potu & olei communis ante paſtum vomitum incitant; quo ſolo remedio ſæpe repetito, referunt hunc affectum curatum fuiſſe: cum vomitus humores ad renes defluentes revellat & avertat, verum cum à cibo melius vomant *Rondeletius* iubet id à cibo fieri, & ut aquam tepidam bibant cum pauco oleo, ſimul inungendo os ventriculi oleo lilior. ad ejuſdem relaxationem, unde minori moleſtia vomunt, quod & nos fecimus in ruſtico quodam Renum ulceratione laborante ex vomitu videbatur levior factus, at iis tantum hæc iubenda ſunt, qui facilè vomunt, alias enim ea quæ vomitum excitant, ulcus irritant. In fine curationis pro cicatrice inducenda & conſolidatione, ſumpſit noſter Ruſticus, manè ſingulis diebus ad quinque pluresve dies ʒß. boli armeni veri cum cyato uno lactis vaccini rec. mulcti. Hoc autem erat unum ex arcanis Præceptoris mei *Elidæi*, quo in pauperibus pro renum ulceratione curanda utebatur; quod & ulcus repurgat, & ſimul conſolidat, quo cum quinquies vel circiter ſumpſiſſet, ulcus tandem probè conſolidatum eſt. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 38. *lib.* 24.

In inveterato renum ulcere quidam conſulunt uſum decocti ſudoriferi: ita *Rondeletius*, poſt evacuationem utile erit promovere ſudores, vel ingreſſu laconici vel guaiacino cremore, qui movet ſudores, ulcera tergit, copiam urinæ minuit: ſic in omni ulcere renum & veſicæ iuvat, & hæc quæſtio eſt de apicibus artis. *Guil. Ballonius*, *conſ.* 66. *lib.* 3.

Indi in exulcerationibus renum & veſicæ alcem plantam probe tuſam & cum lacte mixtam propinant non ſine magno ſucceſſu, & ægrorum commodo (aliquot dies continuè) & ilicò curari *Garcias* affirmat.

Practici ſolent aliquoties pilulas aloeticas in hoc caſu exhibere non ſine patientis commodo (ex aloe cum pulvere lumbr. tereſtr. & calyb. præparato) per aliquot ſeptimanas. Nonnulli terebinthinam *Venetam* dr. i. pondere cum vitello ovi diſſolutam, poſtea in brodio gallinarum diſcuſſam exhibent ſæpius, in aliquot exemplis obſervatione deprehendi, mercurium dulcem hic multum poſſe, ſi primum exhibeatur (iuſta doſi aliquoties in ſeptimana, ut bis vel ter pro viribus ægrotantis) ut non tantum impuritates totius corporis, ſed imprimis renum eluantur, hinc ſi ſuccedit ſpiritus mercurii dulcis, nulla ulceratio refragatur. Spiritus mercurii dulcis eſt talis.

℞. Mercur. ſublimati cryſtallini (non mercurii d.) q. v. tere in pulverem impalpabilem, ſuperfunde in cucurbita non nimis alta opt. ſpirit. vini abſtrahe per alembicum ex cineribus reaffunde deſtillatum liquorem, ac denuò deſtilla, perge per cohobia tamdiu, donec tanden, deſtillatum ſpir. vini oleum quodammodo albicans videatur per alembicum tranſire, quod alio excipulo collige. Super caput mortuum reſiduum in cucurbita funde alium ſpiritum vini recentem, procede ſimili ratione ut antea, donec nempe omnia in oleum ſeu ſpiritum albicantem prodierint. Hic ſpiritus mercurii exulcerationibus renum & veſicæ mirabiliter operatur ſi ejus guttæ ii. vel iii. quotidie ſemel atque iterum in aquæ radicib. nymphæ equiſeti, plantag. exhibeantur. conſolidationem tempeſtivè abſolvit quod ſequitur.

℞. Conſerv. roſ. part. ii. ſem. hyper part i. M. exhib. quantitate avellanæ veſper,

in

in fine curæ per aliquot dies. Hoc modo etiam inveteratissimæ exulcerationes tolluntur feliciter. *Ioh. Hartmannus*, pract. Chimiatr. *pag.* 253.

Succo chalybis quosdam renum & vesicæ ulcere laborantes Summi Dei beneficio curavi. Lotus vino chalybs tenuatus lima, vino dulci potentique immaceratus liquescit. Cochlearium sumunt manè remixta aqua cap. ven. lac asininum etiam confert. *Ioh. Heurnius ad Aphor. 6. sect. 6.*

SECTIO SEXTA.

Pro Resolutione crurum à sæso dorso.

A Principio parti percussæ tale apponendum est medicamentum.

℞. Absinth. virid. M. i. contund. in mortario; adde integrum ovum, i. e. lutum cum albumine sine cortice & agita, atque oleo rosac. M. omnia in mortario, & facto emplastro apponatur loco affecto. Hoc est optimum medicamentum in omnibus contusionibus, quia habet facultatem leviter repellendi, sedandi dolorem, & leviter resolvendi, in eundem usum potest applicari diapalma oleo rosato dissolutum. *Rodericus à Fonseca t. 2. consult. 28.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro respirationis difficultate cum suffocationis periculo.

EXhibui pulveris croci ℈i. cum vini cretici (vulgò malvatici) duobus cochlearibus, quo assumpto subitò restitutus, liberè respiravit ab omni suffocatione liber. *Rembertus Dodoneus, cap. 19. Medicinal. Observ.*

SECTIO OCTAVA.

De Rhabarbari elogio & usu.

NOn est aliud medicamentum humano corpori sita familiare, sicut Rha quod Barbarum vocant, cujus frequens etiam usus, nihil incommodat prorsus; id si mane masticetur pondere unius scrupuli, deinde deglutiatur, non tantùm alvum ipsam molliorem atque obedientem reddit, sed ea etiam masticatione caput expurgat, sensus omnes vegetissimos reddit, ventriculum & reliqua membra si quid aliud mirandum in modum corroborat, citra insignem excalefactionem. Materias tam pituitosas, quam biliosas & adustas à corpore ejicit, neque propterea aliquam noxam ex longo ejus usu corpori affert, sicut reliquæ faciunt medicinæ. Est enim omni ex parte medicina tutissima, & nullius prorsus nocumenti. Dentes etiam, præter alias utilitates, ab omni putredine & nigredine conservat, gingivas solidas reddit, anhelitum commendat, adeoque divinum omnino remedium est. Habeo ex *Montano* Hydropicum quendam facie, ventre, pedibus, atque adeo toto corpore intumuisse, atque in summo fuisse periculo, ita ut plerique de ipsius salute desperarent, is fato nescio quo monitus, cœpit uti Rhabarbaro modicè primùm, ex quo subducebatur alvus, & serositas sine molestia, & optimè habere cœpit; is augebat pondus quotidie, ita ut à drachmis ad uncias deveniret, atque eas devoraret, & tandem integras libras; contigit ut evacuarentur humores noxii, corroborarentur membra, & non tantum hydrope liberatus, atque adeo omnibus pro miraculo habitus est sed membra quoque robustiora exinde facta calor totius corporis optimus, & functiones corporis omnes rediere, vixit sanus & incolumis citra ullam infirmitatem ad primum usque senium: quo tempore à servo sicario vulnus lethale accepit, supervixit tamen, & ex integro coaluit vulnus magna omnium admiratione, & præter expectationem vixit ad ultimum usque senium, tandem interrogatus, quonam pacto tantum corporis robur sibi conciliasset, ut à lethalibus ægritudinibus evaserit, respondit frequenti usu Rhabarbari. *Adolphus Occo. epist. 10. lib. 2. epist. & consil. Cratonis. &c.*

De frequenti usu Rhabarbari, ut liberè tecum agam, vehementer hæreo: non enim te latet *Galenum* plerisque in locis aloem puram senibus damnasse, quod solos biliosos seu tenues succos, qui in senibus minimè abundant, educat, idem quoque

dicere poſſum de rheo, quod & experientia, & ſcriptorum authoritate conſtat vix ſolam bilem expurgare. *Hier. Mercurialis, conſult.* 73.

SECTIO NONA.

De Rheumatiſmo.

RHeumatiſmus affectus eſt Arthritidi affinitate junctus, in quo non ſolùm articuli (ut in Arthritide) ſed etiam totum corpus, media ſcilicet inter articulos ſpatia, muſculi nimirum, eorumque membranæ, totuſque corporis habitus, atrociſſimo torquentur dolore. Oritur ab humore ſeroſo ſumma acrimonia prædito, cum flatibus quandoque conjuncto. Corporis etiam partes internæ, ut ventriculus, inteſtina, uterus, pulmo, rheumaticum hunc affectum aliquando experiuntur.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Rheumatiſmo.

JUvenis quidam laboravit Rheumatiſmo univerſali, omnes propemodum corporis articulos infeſtante, cum febre aſſidua. Præcipua remedia fuere venæſectio decies uſurpata, & julepi refrigerantes & incraſſantes, quibus bis aut ter acceſſerunt leves purgationes, tandem malo perſeverante exhibitus eſt bolus ex conſerva roſ. cum calomel gr. xx. extract. jalap. gr. vi. tertio quoque die: multa ſeroſa & porracea dejiciebat; quo remedio quater uſurpato dolores omnino ſublati ſunt. Tumores œdematoſi articulorum præſertim pedum remanentes, emplaſtris reſolventibus & roborantibus diſcuſſi ſunt. *Lazarus Riverius, cent.* 3. *obſerv.* 41.

In alio hic affectus ſublatus fuit intra quindecim dies ſeptem venæſectionibus in principio celebratis, & aqua papav. rhead. mane & ſero exhibita, remittente verò dolore, purgatus fuit ter pulvere arthritico alternis diebus, *Idem obſerv.* 43. *cent.* 4.

SECTIO DECIMA.

Pro Rhyade.

RHyas eſt caruncułæ anguli majoris abſumptio vel imminutio, à qua & angulus latior evadit. Fit ab humorib. acribus & erodentib. vel à medicam. cathæreticis, pro fiſtulæ lachrymalis curatione adhibitis, cui ut plurimùm hic affectus ſuccedit. Curatur ſarcoticis & conſolidantibus medicamentis, qualia ſunt ſequentia.

℞. Roſ. rubr. p. i. nuc. cupreſſ. myrtill. an. ℥ii. aloes ℥iß. vini auſteri ℔i. coq. ad quartæ partis conſumptionem, hoc decocto abluatur pars frequenter. Vel.

℞. Aloes thuris, an. ℥i. ſang. drac. ℥ß. roſ. rubr. gran. ſumach. an. ℈i. aquæ roſ. ℔i. bulliant ad quartæ partis conſumptionem. F. inſtar collyrii.

Rhyadi opponitur Encanthis, quæ eſt ipſius caruncułæ immodicum incrementum: oritur à ſanguine redundante ad partem translato, & ulcere iſtius partis non ſatis maturè exſiccato. Curatur excedentibus medicamentis, à mitioribus ad potentiora progrediendo, igitur alumen uſtum prius admovendum eſt, quod ſi non ſufficiat, ad unguentum Apoſtol. vel Ægyptiacum, vel vitriolum uſtum progrediendum. Quod ſi nec hæc ſufficiant, ferro abſcindenda eſt caruncula, vel cauterio actuali abſumendo. *Lazarus Riverius prax. med. lib.* 2. *cap.* 16.

SECTIO UNDECIMA.

De Roſmari penis viribus.

ROſmari penis oſſeus ſpithamas meas tres æquat, craſſus pollices duos, utroque extremo tuberoſus & ſpongioſus. Os pudendi calculoſis ſingulare eſſe remedium experientia comprobavit. Pulvis quoque ex eodem partum promovet, & ſecundinam promptè expellit, quod ſi ex extrema penis ſpongioſi parte tuberoſa & ſpongioſa fugatur cereviſia ſtranguriam ſtatim ſedare in urbe noſtra compertum eſt. *Thomas Bartholinus, hiſtor.* 43. *cent.* 2.

SE-

SECTIO DUODECIMA.

Pro Ructu.

PIlularum Iliacarum *Rhasis* singularem facultatem sæpius in ructu molestissimo compertam habuimus. *Hispano* cuidam Militi adeo molestus ac difficilis erat assiduus ructus, ut in extremis versari videretur, cum ad eum vocaret. Usus fuerat admodum multis remediis, sed frustra omnibus, huic initio exhibuimus pilulam unam pondere gr. x. per quam vitiosis ac fœtidis humoribus nonnullis, expurgatis, melius habere videbatur: Postea paucis diebus interpositis data grana quindecim, tertio verò xi. quo assumpto & expurgatione pravorum humorum succedente, qui antea lecto affixus veluti moriturus jacuerat, surrexit, & quocunque libuit, ambulavit, & cibum potumque cum appetentia assumpsit. *Rembertus Dodoneus*, *cap. 36. Medicin. observ.*

In ructibus vulgò commendatur vinum absinthites, sal & spiritus absinthii potiora sunt. Si ructus fuerint fœtidi & nidorosi, primum subsidium petitur à vomitu per aquam benedictam cum aqua mentæ & anisi. *Joh. Hartmanus*, pract. Chymiatr. *pag* 174.

Mercator quidam *Lusitanus* in ructum incidit adeo molestum ac importunum, ut nec momento temporis, vel solus, vel in corona hominum esse posset; quin adstantes ructus violenti sono audito, interturbaret. Plurimis frustra usurpatis auxiliis, tandem Ambari usu in mero dissoluti omnino convaluit, hoc potu jejuno ventriculo usus fuit toto anno, assumptis quatuor granis Ambari cum Falern. unciis duabus permixti. *Zacutus Lusitanus*, *prax. Med. admirand. lib. 2. observ. 8.*

SECTIO DECIMATERTIA.

De Ruminatione humana.

COndiscipulus quidam meus semper post horæ quadrantem, quando nimirum à mensa surrexeramus, regerebat cibum indigestum & exactius comminuebat, voracissimus erat: hinc avidè cibum ferè integrum, vixque præmansum deglutiebat; & post ad rumen more pecudum revocabat, atque ruminatum ventriculo commodius concoquendum reddebat. *Philippus Salmuthus*, *observ.* 100. *cent.* 1.

In Cœnobio *D. Iustinæ Patavii*, Monachus quidam cum voluptate cibos ruminavit. *Jo. Minadous*, cæterique primi nominis Medici brutorum more gemino ventriculo præditum putabant, ipso morte sua defuncto, *Franciscus Plazzonus* Antistite ac *Minadoo* præsentibus æsophagum reperit undiquaque carnosum instar musculi, reliquis universi corporis partibus se rectè habentibus. *Jo. Rhodius*, *observat.* 59. *centur.* 2.

Nobilis quidam *Patavinus* nullo non tempore ab assumpto cibo circiter horam plus minus cibum in os attrahere & rursus mandere ruminareque cogebatur, ita quidem ut hæc actio minime de suo arbitrio nutuque dependerit, sed vel invitus ad ruminandum impulsus fuerit, ab insigni quadam oblectatione, qua, ut ipse fatebatur ruminandi cibum tenebatur. Dicebat præterea, omnem cibum, sive solidum, sive mollem, se semper ruminare, & dum assumebat, deglutire absque ullo fere dentium officio, quamvis dentes soritus esset in utraque maxilla, ut alii homines: & os aliquanto latius ac gulam, propter quam causam Literam S. ægrè proferre potuerat, sibi insuper videbatur quasi bolum quendam intra os continere, quod expeditam illi locutionem impediret; cujusmodi ferè boli, sed deglutionem remorantis, exemplum habet incomparabilis ille Philosophus & Medicus Felicissimus *D. Laterus lib. 1. observat.* Titulo *De Dolore Cordis*. Huic tamen Nobili ruminatio, motusque maxillæ ad latera longè mitior obtigerat ac cæteris. Cum ægrotabat, nequaquam ruminabat; sed ab omni rumination tunc temporis cessabat, ut boves quoque faciunt, cùm ægrotant, quod tanquam signum morbi illorum infallibile tenent Rustici. Post ipsius obitum aperto cadavere, inventus est ventriculus ingentis magnitudinis, & interna superficie valde asper, hæc historia ab *Aquapendente* proponitur, qui etiam subdit patrem hujus Nobilis paulò supra frontem in

capite corniculum duriſſimum craſſitie digiti manus minimi, longitudine verò olivæ *Hiſpanicæ* habuiſſe inſculptum & extuberans, ſubſtantiæ ungui per ſimile, ex quo ille conjecturam facit, parentis ſemen aliquam habuiſſe affinitatem cum cornigeris animalibus, neque mirum fuiſſe, genitum filium ſimile quid à Parente contraxiſſe. *Ioh. Burgavuer, epiſt. ad Horſt.* pro *obſervat.* 9. *lib.* 4. *obſervat. Gregorii Horſtii.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS SEXTUS.

De Affectibus à littera S *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Salacitate.

AD imminuendam ſanguinis copiam, evacuato corpore, phlebotomiam in cubito dextri brachii inſtitui: mox pro calore totius, & imprimis vaſorum ſeminalium, reſtringendo refrigerantia, quædam præſcripſi.

℞. Aq. nympheæ, lactuc. portulac. endiv. ℔i. aceti roſ. ℥i. ſacch. albiſſ. ℥ii. M bibat ſingulis matutinis cyathum unum vel duos. Veſperi emulſiones 4. ſem. frigid. cum aquis modo deſcriptis extractas exhibui. Extra etiam topica quædam refrigerantia renum & lumborum regioni applicui.

℞. Unguent. refriger. *Gal.* ℥vi. mucilag. ſem. pſyll. cum aq. lactuc. extract. ℥ß. ol. viol. nympheæ an. ℥ii. ſacch. ſaturni ℈ii. ceræ alb. q. ſ. M. fiat unguentum. Dietam commendavi tenuem & ſobriam, præſcriptis aromatibus, cibiſque calidis & acribus, raphano imprimis, porro, cepis, allio, ſinapi, rapis, paſtinaca, ovis, lacticiniis, ejuſmodi venerem ſtimulantibus eduliis. Cereviſiam bibat ſecundariam, vel quod melius aquam: *Sine Cerere* namque & *Baccho friget Venus*. Hiſce aliiſque id genus non proficientibus, in mentem venit, quod olim *Patavii* ab Excellentiſſimo *Prævotio* audieram, Nephriticum quendam à diuturno nitri præparati uſu à renum calculo perfectè liberatum, ſed poſtea ad rem veneream prorſus inhabilem redditum. Feci periculum, & ſingulis matutinis & veſpertinis nitrum in aqua nympheæ ſolutum exhibui, cujus uſu diebus circiter 30. continuato adeò deferbuit, ut uxori vix ſufficeret Dignus ſanè qui *Meſſalinæ* temporibus vixiſſet. *Baldaſſar Timæus. Caſ.* 52. *lib.* 3.

SECTIO SECUNDA.

Pro ſanguine compeſcendo è venis ſub lingua ſectis.

VIr, cui ſub lingua venæ ſectæ ſunt, valde anguſtiabatur, quòd ex iis multus fluebat ſanguis, nec pro eo compeſcendo remedium habebatur. Cæterùm poſt multa hinc inde petita, ſed fruſtra, juſſum fuit, ut ægrotus acerrimum acetum ore teneret, & aliquoties id repeteret: quod ita contulit, ut illicò ſanguis conſtrictus fuerit, & venæ ipſæ aggrutinatæ. *Amatus Luſitanus, curat.* 5. *cent.* 7.

SECTIO TERTIA.

De Sanguinis fluxu ex poro.

NOvi hominem robuſtum admodum, qui ſæpe mecum conqueſtus eſt de certo ſanguinis fluxu, quo ſingulo

quo-

quoque menſe graviter afflictaretur, interroganti mihi qua parte corporis flueret, id ſe neſcire reſpondit, admiratus hominis verbum; detege, inquam, locum unde fluat, depoſito pallio illea dextra oſtentat, ubi ſubiacet jecoris pars ima, diligenter locum oculis luſtro, ſi foramen aut cicatrix in parte ſit: omnia æquabiliter poſita, levem & mollem carnem, nullam aſperitudinem cicatriciſve notam inſpicio, ab homine decipi ſuſpicor, quod ille advertens, paucis, inquit, diebus hunc tibi ſcrupulum demam; inſtat enim tempus quo ſanguinis fluere conſuevit, reverſus perendie uno ſuperpoſito digito locum fluxus contegebat; quo amoto, non ſecus emanavit ſanguis, ac ſi ex inciſa vena profluereret, nec prius fluor ille ceſſabat, quam ſanguinis libra emitteretur, quo evacuato, nullus diſcernere poterat, unde evacuatio facta eſſet; exiſtimabam venulam foraminibus cutis ſua cervice inhæreſcere, indeque ſtato tempore ſanguinem evacuari. Curavi itaque hominem ſola ſanguinis miſſione ex vena jecoris ſingulo quoque menſe, curioſoque victu iniuncto, protracta cura eſt ad ſextum uſque menſem, & tandem convaluit. *Antonius Benevenius, cap. 4. De abditis morborum & ſanationum cauſis.*

Simile exemplum & inter rara *Iacobi Hellerii* habetur. Novimus, inquit, quendam cui è regione hepatis, vena per intervalla dehiſcebat, quæ ſanguinem funderet, reſtante ſanguine veſtigium non aparebat. *Rembertus Dodonæus* annotat. ad *cap.* 4. Libri *Benevenii*.

SECTIO QUARTA.

De Sanguinis ſputo.

VIde ſupra *lib.* 8. *ſect.* 1. *De Hæmoptoe.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Sanguinis ſputo.

NOs ad conſtrictionem dedimus lapidis hæmatitidis curioſè lævigati & in pulverem tenuiſſimum redacti ℈ii. cum aqua ſola tepida, & egregie contulit. Hoc enim modo *Trallianus* dabat iis in quibus ſanguis copioſè non evacuabatur; alioqui in his qui largius ſanguinem reiiciebant, cum ſucco mali punici, vel ſucco polygoni dabat. Exhibuit etiam hunc lapidem iis qui pus expuere inceperant; ac mirum eſt, quomodo ulcus exſiccarit ſanaveritque, & ideo in catarrho acri corrodente utebatur. Alterum etiam aſperam arteriam expuentem hic lapis curavit, ipſo *Trallian* non admodum ſperante. Nos verò hunc lapidem contritum in tenuiſſimum pollinem cum aqua plantag. vel burſæ paſtor. ſæpè transfuſum, & deinde colatum, ut aqua rubedinem acquireret, accepimus, immixto ſyrupo portulacæ vel myrtill. ac ita ad ſanguinis ſputum commodè exhibuimus. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 17. *lib.* 16. *De pectoris & pulmonis morbis.*

Cuidam valde tuſſienti, cum ſputum ſanguinis redderet, poſt venam ſectam ad ℥iv. imperavimus, ut paulatim lambendo hunc linctum deglutiret: quod egregiè profuit.

℞. Conſerv. roſ. antiq. elect. diatragac. frig. an. ℥iß. bol. armen. ver. cum aq. roſ. lot. ℥iii. amyli. ℥ii. excipiantur cum ſyrup. iuiubino & myrteo, & fiat eclegma. Multis etiam profuit ℥i. philonii perſici cum aqu. plantag. & portulac. ante cibum propinata, uti & ius frigidum decoctorum iuiuborum in quo candens ferrum extinctum fuerit, omnia actu frigida ſumenda. *Petrus Foreſtus, obſ.* 11. *lib.* 16.

Cuidam ex caſu ſanguinis ſputo laboranti, poſt venam ſectam, ſtatim ſequentem potum propinavi.

℞. Mummiæ ℈i. rhab torrefact. bol. armen. ſpod. terr. ſigill. an. ℈ß. ſyrup. cydonior. ℥ß. aqu. plantag. ℥ii. M. Hanc potionem commendabat unicè *Guainerius* in ſputo ſanguinis ex caſu. *Idem obſerv.* 13. *lib.* 16.

Ad quendam accitus ſanguinis ſputo ex caſu è ſcala laborantem illicò quod ſequitur exhibui.

℞. Mummiæ ſpermat. ceti, an. ℥ß decocti pectoral. ℥iv. mell. roſac. oxymel. S. an. ℥ß. pauco adiecto butyro, F. Potio. Vena ſtatim ſecta fuit in brachio, pectu-

pectusque inunctum oleo rosac. & myrteo, & sic sanitati restitutus fuit. *Petrus Forestus, observ. 15. lib. 16.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Sanguinis sputo.

Fiat sibi appropriatus hic Pulvis.

℞. Troch. de carabe & de terra sigillat. an. ʒß. mummiæ, boli armen. sang. drac. an. ℈. m. gummi arab. tragacanth. torrefact. an. ℈i. F. pulvis Sumatur ʒi. cum aq. plantag. & portulac.

℞. Aqu plantag. ʒii. aqu. ros. ʒi. mivæ cydon. ʒi. M.F. iulepus. Capiat pluribus diebus.

℞. Margarit. perforat. corall. rub. hæmatitid. sem. portulac. glutin. piscium. an. ʒi. troch. de carabe ʒiß. cum melle viol. F. pilulæ ex ʒi. ix. de quibus capiat tres duabus horis post assumptionem potus prædicti. *Barthol. Montagnana, cons.* 104. & 112.

Medicamenta quæ hoc tempore mihi videntur opportuna ad sanguinis grumos dissipandos, ejusque vitiosum motum emendandum, dirigantur oportet, idcirco continua oris collutio ex posca, ejusdemq; potus veluti pitisando factus, itemq; coagulatum leporinum ex eadem posca cum saccharo ad lambendum exhibitum pro grumis dissolvendis probantur. Simulque eodem tempore rhabarbarum cum aqua viol. irroratum, & postea dilutum cum decocto myrobolan. citrin. sem. plantag. acet. ros. tamarind. ac passul. Propinatum mihi maximè placet. Deinde pro opprimendo sanguine, præter philonium persicum cum conserv. viol. mihi sunt in usu, primò pulvis testæ ovi è quo pullus exierit, ex aqua plantag. datus. Secundò, succus plantag. vel per se, vel cum sero chalybeato bibitus. Tertiò, Medicamentum quod fit ex ʒii. sacch. viol. & ʒß. sem. hyoscyami alb. datum ad ʒi. vel ʒii. Plurimùm etiam ad supprimendum sanguinem conducet immergere scrotum in gelidam. Maximus est enim consensus inter spiritualia, & genitalia membra. *Iul. Cæsar Claudinus, cons.* 114.

Præclarè hic præbetur decoctum rad. consolid. maj. ex lacte & pulv. hæmatitid. corall. boli, sem. hyoscyami, sem. papav. cum conserva ros. *Ioh. Heurnius, ad aphor.* 13. *sect.* 5.

℞. Conserv. ros. ʒiii. conserv. beton. ʒi. boli armen. dr. ii. sem. hyoscyam. alb. ʒi. syrup. de ros. rub sicc. q.s. F. electuar. cujus ʒß. exhibeatur vesperi hora somni. Diacodion. in rotulis cum bolo arm. in ore assiduè detineatur. *Ioh. Zecchius, consult.* 34.

Primo die venam cubiti dextram secare jussi, deinde subsequentem syrupum quater exhibui.

℞. Fol. plantag. centinod. burs. pastor. an. M. i. m. sem. plantag. papav. alb. lactuc. an. ʒiii. decoq. in s. q. aqu. ad tertias, in colat. ibi. dissolv. syrup. papav. alb. & myrtin. an. ʒii. M. pro quatuor vicibus. Dum uteretur syrupis, de sequenti quoque electuario ad castaneæ quantitatem vesperi se cubitum conferens, assumpsit, & post usum syrup. tempore matutino tantundem etiam sumpsit, & spatio septem dierum convaluit.

℞. Sacch. ros. ʒii. sem. papav. alb. & hyoscyam. an. ʒß. pulv. boli arm. corall. rubr. an. ʒiiiß. opii ʒß. cum syrup. myrtin. q.s. F. electuar. *Abrahamus Seyllerus cons.* 15. *l.* 6. *cons. Cratonis & aliorum Medicor. à Schotzio editorum.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Sanguinis sputo.

Antiqui omnes ad sistendum sanguinem proponunt porrorum succum tanquam experimentum probatum. Ego scio aquam stillaticiam eorum & hyperic. & pimpinellæ certò sanguinis profluvium cohibuisse; & hoc pro arcano teneri à summo quodam *Italiæ* Principe. Medicus etiam summi experimenti conterraneus noster, in sua Empirica, tradit pro certò aquam cyclaminis id virium habere, si ad ʒiii. vel iv. aquæ exhibeantur. *Christophorus Guarinonius, consult.* 482.

Ad sputum & vomitum sanguinis plurimum valet hic syrupus.

℞. Fol. virid. plantag. M. xii. rad. consolid. maj. ʒvi utriusque seorsim exprima-

tur

tur ſuccus, tum miſceantur, & cum ſacch. q. ſ. F. ſyrupus, S. A. *D. Robertus Boyle*, tractat. *De utilitate Philoſ. Experim. part. 2. ſect. 5. cap. 6.*

Ut præſervetur à ſputo ſanguinis, primum omnium abraſo diligenter capite futuræ coronali veſicatorium adhibendum eſt, & octavo quoque die innovandum per menſem unum cum dimidio; ſeroſos & acres humoris è cerebro defluentes in pulmonum ſubſtantiam hac ratione citra incommodum revellemus: interim bilis vacuando levibus cholagogis. Saccharum præterea roſac. poſt cœnam ſumptum opitulabitur, ſi ipſo ad multos menſes obſtinate utatur; ad acres humores in toto corpore contemperandos lac aſininum valde accommodatum eſt præſidium. Sumat ℥v. recenter munctum hora matutina addito ſaccharo; ne aut in grumos vertatur, aut in qualitatem nidoroſam aut acidiam. Cæterum pro humoribus, ſi quid remanſerunt, è thorace detergendis, atque pro pulmonibus præſervandis, ne rurſus in eundem incidant affectum, hæc judicantur præſtantiſſima. Syrupus ex ſymphyto & pulmonaria hoc modo præpar. ℞. Rad. & cimarum conſolid. maj. & min. an. M. iv. fol. pulmonar. M. iii. roſ. rubr. plantag. pimpinell. polygon. ſcabioſ. tuſſilag. an. M. ii. è tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus; coq. ad ℔iii. & addendo ſacch. fini ℔iiß. F. Syrupus Hic enim blandè malos omnes humores detergit in pulmonibus exiſtentes citra metum erupturi ſanguinis ſæpe lambendo ſumendus eſt. Efficax præterea ea conditum ex conſervæ roſac. & ſymphyt. an. ℥ß. troch. de carabe, de terra ſigill. an. ℈i. corall. & margar. elect. an. ℈ß. cum ſyrup. ſupradicto, aut myrtino F. conditum, ſumendum cochl. i. pro vice hora una ante cibum. *Horatius Augenius, to. 2. l. 3. epi. 1.*

Vim adſtringendi & ſanguinem ſiſtendi ſalviæ ineſſe; cum aliis experimentis demonſtrabat *Veslingius* in Horto *Patavino*, Plantarum vires ſpectantibus exponens, tum maxime hoc ſuo ſputum ſanguinis eadem herba cum melle exhibita ſanatum teſtabatur, remedio ex *Ætio* deſumpto; apud quem, *Tetrab. 1. Sermon. 1. Orpheus*, dato, inquit, ſanguinem expuentibus ſuci ſalviæ cyathos ii. jejunis cum melle bibendos & ſanguis ilicò cohibebitur. Eſt autem hic *Orpheus* teſte *Plinio*, primis qui inter *Græcos* de Herbis ſcripſerat. Cui addamus experimentum *Andreæ Schilingii* Profeſſoris olim *Argentinenſis* Celeberrimi, qui Phthiſicos ſæpius lacte caprillo ſalviato cum viſco querno aliiſque pneumonicis mixto inſigniter levatos adnotavit. *Georgius Hieron. Velſchius, obſerv. 37.*

Succus Salicis bibitus ſtringit fluxum ſanguinis jejuno ſtomacho. Similiter facit gummi ejus; bombax ejus qui creſcit quando floreſcit, ſiſtit etiam fluxum ſanguinis. *Marcellus Cumanus obſ. 37.*

SECTIO QUINTA.

De Scabie.

Ψώρα Scabies, eſt aſpredo quædam cutis, ſeu ejuſdem levis exulcerario pruriens, ac interdum rodens ex humidiore quavis puſtula, ſive pallida, ſive nigra, cum calore & dolore orta; quæ rupta ulcuſculum in cute oſtendit humidum, aut etiam ſanie purgata interdum aridum. Hujus cauſa neceſſario debet eſſe humor craſſus, ſalſus, acris & mordax. Nullus enim alius ad cutem protrurſus, ſymptomata qualia in ſcabie videntur, producere potis eſt. Talis autem eſt tum atra bilis, tum pituita ſalſa, quibus ſanguis corruptus ut plurimùm commiſcetur. Ejus generationi favent cibi pravi, ſucci acres, ſalſi, & facile corruptibiles, intemperies etiam viſcerum calida & ſicca; ut & victus incontinentia, corporis immundities: aliquando generatur criticè poſt quoſqunque morbos; alia eſt recens, alia inveterata; alia totum corpus occupans, alia ſaltem manus & crura: alia eſt ab humore atrabilario, quæ ſicca, alia à pituita ſalſa, quæ humida appellatur. Notiſſimus eſt affectus, nec ullis ſignis ut dignoſcatur indiget; magis ob turpitudinem moleſtat, quam ob aliquod imminens periculum; e contra, à plurimis ſæpe perſervat morbis: periculo non ſemper vacat; in ſenibus contumax eſt, & curatu difficilis diutur. in lepram migrare poteſt. Sicca quam humida ægrius curatur.

SUB-

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Scabie.

POst lenitionem ex caſſia, ſanguinis miſſionem, per aliquot dies modo ſemel, modo bis in die ſumebat hauſtum ex ſequenti decocto.

℞. Fumiterr. virid. M. iii. ſcabios viol. ſummitat. lupul. abſinth. endiv. cichor. cum toto, borr. bugl. acetoſ. agrim. dent. leon. ſcolop. cap. ven. an. M. i. cort. rad. fœnic. apii, liquir. an. ℥ß. ſem. quatuor frigd. maj. & min. an. ℥ß. ſem. aniſ. ℥i. fol. ſen. ℥i. epithymi & polipod. q. an. ℥iii. Helleb. nigr. ℥ß. Uvar. paſſar. exacinat. hord. mund. an. p. i. prunor. num. 15. cicer rubr. ℥i. F. omnium decoctio in ſero lactis pro lbii. colatura facch. dulcoretur. Sed & hæc puppa pendebat in decoctione, exprimenda dum potio ſumeretur.

℞. Rhei, myrobal. omnium, an. ℥i. ſpic. ſchænanth. an. gr. v. F. pulpa membra ſcabioſa omnia linimento ſequenti inungebat.

℞. Succ. ſumiterr. lapath. acut. ſucc. plant. acet. an. ℥ß. terebinth. lotæ in aqua aquiſeti ℥i. lithargyr. argent. ℥i. ceruſſ. ℥iß. pingued. porc. but. rec. an. ℥ß. ol. roſ. q. ſ. F. linimentum S. A. & his hic vir curatus fuit; cæterum hujus uxor cum ſimul quoque eadem ſcabie inficeretur, & ſupradictis præſidiis illam curare non poteramus; tandem hoc unguentum contra ſcabiem tranſmiſſum eſt, quo innumeri curati dicebantur, cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. Rad. lapath. acut. in mortar. piſti, M. i. pulv. zinz. ℥i bacc. lauri, ariſt. rot. an. ℥ß. cum pinta dimidia cremoris lactis, coquantur per horam dimidiam in olla nova, & redigantur in unguentum. Veſperi eo ſe inungebat apud ignem: cum iſto unguento omnia loca ſcabioſa inunxiſſet, integrè ab omni ſcabie liberata eſt, cum antea curari nullis unguentis potuiſſet: & hoc ſolo unguento ſanata eſt, quo & infinitos alios ſubinde curavi; quare & hoc ipſum inter arcana remedia mea pono. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 10. *lib.* 5. *Obſerv. Chirurg.*

Juvencula quædam ſexdecim annorum cum novem annis ſcabie infecta fuiſſet, nec ullis remediis curari poſſet, ad me tandem cōnſilii cauſa venit; huic ſæpius decocta ſanguinem purificantia præſcripſimus, quæ conficiebantur ex borrag. bugl. acetoſ. & ſimilibus in ſero lactis decoctis: Deinde corpore rite expurgato, eam nudam per horam in balneo ſequenti poſuimus, idque quinque diebus continuando.

℞. Lapat. acut. cum rad. fumar. malv. ſcabioſ. viol. hædere arbor. furfur. opt. ſal. communis, an. M. ii. coq. in aq. communi pro lavacro facta abſterſione totius corporis, lectum calidum intrabat & ſudabat; ſic materia ſufficienter ad cutem propulſa, tunc tandem eam inunximus unguento ad ſcabiem in præcedenti obſerv. deſcripto; eo cum aliquandiu inuncta fuiſſet à fœda ſcabie curata eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 11. *lib.* 5. *Obſerv. Chirurg.*

Quendam ſcabie & pruritu totum corpus fœdante laborantem ita ſanitati reſtitui.

℞. Decocti ſenæ ℥iv. Confect. hamec. ℥. vi. M. F. potio; quæ rectè & copiosè expurgatus eſt. Poſtea venam brachii aperuit, multumque ſanguinis emiſit.

A ſanguinis miſſione ſeptimo die tale ipſi ordinabam balneum.

℞. Alumin. ℥v. ſalpetræ ℥iii. ſulphur. vivi ℥ii. redigantur in pulverem; qui coquebatur in aqua fluviali liquantia ſuffi. cit; tertio quoque die renovatur, balneabat mane & veſperi, & intra viginti dies ab iſta fœda lue & ſymptomatibus liber ſanuſque evaſit. Potus erat decoctum meliſſæ ſaccharatum. *Martinus Rulandus, curat.* 80. *cent.* 3.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Scabie.

POst purgationem.

℞. Rad. lapath. cum fol. num. 3. hord. cum cortice ſuo, p. ii. radic. alth. ℥. ii. fol. malv. M. ii. radic. helleb. nigr. ℥i. bulliant omnia ſimul aq. ſ. q. ad dimidiæ partis conſumptionem. Deinde fiat fortis expreſſio, colaturæ adde ol. roſ. ℥iii. terebinth. ℥ii. ſal. nitr. ℥. m. bulliant omnia ad aq. conſumpt. deinde addantur ſucci limon. ℥vi. removeanturque ab igne; dumque incipit refrigerari, adde vitell. ovor.

num.

num. 4. conſervetur poſtea in vaſe mundo & bene cooperto, & illinet loca ſcabioſa omnia, ſcalpendo prius apud ignem, & ſic fiat alternis diebus veſperi ante introitum lecti, ſeptem vicibus; ultimo ingrediatur baln. & mundificetur totum corpus, poſtea mutet veſtes & Chirothecas. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſil.* 372.

℞. Reſinæ terebinth. lotæ ʒii. butyr. rec. ʒi. ſal. ʒiii. ol. roſac. coſtin. ſulphur. vivi, an. ʒv. ovor. lintea ii. M. F. linimentum. Hoc linimentum multum profuit. Poſtea ſequens pro abſterſione inſtitutum.

℞. Sulphur. vivi ʒii. bacc. lauri ʒi. baccar. juniper. ʒv. ſal. ʒiii. contund. omnia & ligentur in petia & imponantur in olla recondita, & ſic aliquantulum bulliant. Poſtea accipiatur illa petia, & cum ea fricetur corpus, quando vadit dormitum, ſeu ſingulis noctibus, ſeu alternis. *Ioh. Baptiſta Montanus, conſ.* 376.

Inter topica remedia ſcabiei convenientia, hoc primatum obtinere tanquam expertus confirmo, quod habet.

℞. Rad. enul. campan. virid. ℔. m. pingued. porcin. ʒv. in mortar. marmoreo piſtentur, & ad lentum ignem parum bulliant, & F. unguentum, quo æger puſtulas inungat, eſt enim admirandæ virtutis unguentum hoc, ut incantamento ejus opus ſimile videatur; cujus vires ſi expertus fueris, nobis conſenties. *Amatus Luſitanus, cent.* 2. *curat.* 98.

Quam primùm ſanguis copioſè per ſectam venam in cubito, non quidem unica vice, ſed repetitis vicibus educatur: cuti tum hirudines, tum cucurbitulæ parvæ ſeu corniculi dicti (quod magis probo) numeroſi tamen appliciti mihi quam maximè arrident; ſicuti & fonticuli in brachiis & femoribus inuſti non improbantur. Purgetur deinde cum infuſo hellebori nigri, agar. troch. & ſen. cum ſyr. de polipod. Demum in partes vocetur medicamentum quod & authoritate graviſſimorum virorum, & experientia ipſa eſt præſtantiſſimum, & me nunquam in ſimilibus caſibus fefellit. Eſt autem piloſellę decoctum ad quadraginta dies ebibitum; ſal quoque theriacale in conſerva borag. aſſumptum mihi non diſplicet; quod ſcio etiam cum fructu alias ab egregio patiente aſſumptum fuiſſe. Quod ad externa, unguentum quod mihi in ſcabie ferina atque contumaci eſt in uſu proficuo non ſubticebo; quod ita ſe habet.

℞. Alumin. troch. uſti, chalcanth. uſti, an. ʒv. Ariſtol. rot. virid. æris, an. ʒii. picis naval. ʒii. ping. anatis ʒv. Succi enulę ʒi ol. roſ compl. butyr. antiq. an. ʒii. M. & F. unguentum. S. A. Probo item medicamentum quod conficitur ex ſulphur. ſucco tabaci, unguento roſac. oleo tartari & camphora; & cum *Avicenna* ad inunctionem ex hydrargiro aſcendere non abhorrerem. *Iul. Cæſar. Claudinus, conſult.* 47.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Scabie.

QUidam ſcabie vulgari in manibus & pedibus infeſtatis, ſic curatus fuit. Sumpſit primùm purgans ſequens.

℞. Cathol. ʒß. Confect. hamec. ʒii. Syr. de fumar. ʒi. cum aq. fumar. & endiv. an. ʒiii. M. F. Potio ſequenti die ſecta fuit vena brachii. Deinde apozemate hoc uſus eſt.

℞. Rad. liquir. ʒii. rad. lapath (quod Rhab. monach. vocant) ʒiß. rad. polipod. ʒii. cort. tamariſc. ʒß. fol. endiv. mercurial. fumar. ſummitat. lupul. an. M. i. flor. borrag. ſcabioſ. an. p. i. paſſul. paria x. prunor. num. 10. epithymi ʒß. ſen. ʒiii. ſem. cartham. contuſ. ʒi. ſem. aniſ. fœnic. an. ʒ. ii. F. omnium decoctio, in colat. q. ſ. pro iv. vel v. vicibus adde ſacch. q. ſ. aromatiz. ʒii. cinnam. abſoluto apozemate adhuc ſemel purgetur ſequenti potione.

℞. Rad. liquir. polipod. an. ʒvi. ſen. ʒß. ſem. aniſ. ʒi. flor. cordial. p. i. F. decoctio in colat. ʒv. infund. rhei ℈iv. Agar. ʒi. Spic. zinzib. an. ℈i. F. expreſſio diſſolv. ſyr. roſ. ſolut. ʒiß. F. Potio. Abſoluta purgatione, capiat cubitum iturus mithrid. ʒi. Vel,

℞. Conſerv. cichor. bugl. roſ. an. ʒi. ſpec. trioſantal. ʒi. cum ſyrup. de endiv. F. elect. ſuperbibat ſemper aquam fumar. & acetoſ. ſumat electuar. alternis diebus quod intemperiem ſanguinis contemperabit. Balneo dein hoc utatur.

℞. Rad.

℞. Rad. bryon. lapath. acut. fol. ſcabioſ. malv. mercurial. parietar. viol. hederæ, ſallicum, an. M. ii. decoq. in aq. pluvial. adde aquæ extinctionis ferri & lixivii, an. menſur. aliquot tartar. ℥ii. ſulph. ℥i. ſal. M. i. ut. F. balneum in quo ſedeat per horas duas in die; dein in lecto ſe ſiccet à balneo ungatur ita.

℞. Ol. roſ. viol. an. ℥ii. ſucc. lapath. acut. & plantag. an. ℥i. aceti ℥ß. but. rec. ℥ß. coq. ad ſucc. conſumptionem; adde litharg. ℥iii. rad. ſerpentar. ℥i. ſulphur. ℥ii. ceræ q. ſ. F. unguentum; reſtitutus mox fuit. *Felix Platerus obſerv. lib. 2. pag. 534.*

Adoleſcens quidam fœda ſcabie torquebatur à qua liberari nequiverat venæ ſectionibus & purgationibus multis intra ſex menſes per intervalla uſurpatis: tandem ei exhibetur merc. d. ℈i. cum diagrid. ℈ß. quibus optimè purgatus eſt, & à fœda illa ſcabie intra paucos dies liberatus. *Lazarus Riverius, obſerv. 26. cent. 1.*

Quidam Empiricus decocto ſtibii calcinat. cum ſarſaparilla additis etiam aliis, pernicioſas ſanabat ſcabies. *Platerus, pract. tom. 2. cap. 17. pag. 767.*

Certiſſima experientia comprobatum eſt ad omnia genera ſcabiei in capitibus infantium, plurimùm opitulari camphoram ſi ſuper ferrum candens aduratur, & in pulverem redigatur, & ſcabiei inſpergatur, aut cum pinguedine veteri ſuilla commiſceatur, & caput inungatur. *Franciſcus Joel, practic. lib. 9. ſect. 2.*

Nihil vilius detritis calceis. Novi tamen puerum *Melitenſem* toto corpore cruſtis ſedis obſitum, qui aſperſo cinere combuſti corii calceorum cum oleo roſac. convaluit. *Thomas Bartholinus, Hiſtor. 73. cent. 6.*

Ad magnam illam ſcabiem quæ in tibias excutitur, poſt morbos longos, & præcipuè febrem quartanam, doloribus ſæviſſimis inunctam nihil inveni in tota medicina efficacius quàm ſequens unguentum.

℞. Unguenti baſilici ℥iv. terebinth. ℥ii. olei roſ. ℥iv. vitell. ovorum numero 3, ceræ tantillum, F. unguentum, quo inungantur partes ſcabie laborantes. *Petrus Pachequus, obſervat. 35.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Scabie.

QUidam Scabie perpetua ſicca illa quæ perpetuo pruritu vexat, mirum in modum vexabatur dies ac noctes, ſomnum capere non poterat, cibum reſpuebat, vertigine tentabatur identidem. *Cracovienſes* quidam Medici aliquot annis hominem variis medicamentis (alioqui macrum, ſiccum & melancholicum) excarnificaverunt. Fuit qui ſarſamparillam, deinde chinæ radicem aliàs guajacum præberet: denique hydrargyro unctus fuit: ſed hæc fruſtra omnia, non potuit morbus his armis propulſari; tandem conſilio *Italia* cujuſdam *Joh. Pedemontani*, qui tum in *Dacio* ei, qui nunc *Polonorum* Rex eſt, miniſtrabat, ad Antimonii grana iv. deventum eſt. Quid multa Morbus tam diuturnus, tam pertinax paucis menſibus depulſus eſt; jam ſex anni abierunt, etiam nunc benè valet. Addam hoc quoque quod mihi magis mirum videtur; is quem dixi *Pedemontanus*, jam à quindecim annis ſingulis ferè menſibus decem, duodecim, quatuordecim, cùm lubet & neceſſe eſſe putat, grana ebibit; morboſum ſe fuiſſe antea ait, poſt uſum ſtibii rectè ſemper valuiſſe; itaque magis ut imminentibus morbis obviam eat, quàm ut præſentem aliquem curet, ſtibio ſe tam frequenter uti affirmat. *Andreas Dudithius, epiſt. 17. lib. 6. conſil. & epiſt. Cratonis & aliorum à Scholizio editorum.*

℞. Olei glandis unguentar. ℥iii. ſpiritus ſalis ℥ß. moſch. vel zibeth. gr. ii. ceræ q. ſ. F. unguentum, quo facilè & jucundè (cum bonum ſpiret odorem) ſcabies curabitur. Pauperes & milites illam mirè fugabunt ſola ſaponis nigri lotione, at non diu cuti inhærere debet, ſed citò abluendus ne cutem excoriet. Decoctio malvarum cum alumine ad libitum eſt etiam optima ad ſcabies curandas, ſi ter ea corpus abluatur tepidè. *Petrus Borellus, obſ. 7. cent. 2.*

Præmiſſis univerſalibus, partes exulceratas manè & ſerò inungendas curavi unguento meo contra ſcabiem, & certiſſimo infallibili hujus morbi remedio.

℞. Pulv. cortic. lauri, ſulph. citrin. an.

℥iv.

℥iv. epulæ ℥ii. vitriol. alb. ℥iß. ſtyrac. liquid. q. ſ. M. F. unguentum. *Baldaſſar Timæus, Caſ. 16. lib. 6.*

Ut ſcabies facilè decidat, præſertim à corporibus delicatis, ℔. Herb. fumar. ſenæ, lapath. an. p. i. helleb. nigr. ℥i. in aq. q. ſ. infundantur & bulliant parum. Hoc decocto ſcabies lavetur. Poſtea abſterſo corpore, hoc linimento inunge, & brevi decidet.

℔. Ol. communis ℥ii. aceti ℥ß. ſulph. in pulv. redact. & lineo panno excepti ℥i. bulliant omnia ad aceti conſumptionem. Hoc linteo continente ſulphur ſcabie inunge, & facilè decidet, etiam non præcedente herbarum lavacro, opus brevi conſequeris, ſi ter quaterve in die ſcabiem illines *Amatus Luſitan. cur. 89. cent. 5.*

Præmiſſis univerſalibus, ſedeat in decoctione ex gypſo, quod certè eſt præſtantiſſimum ad omnem ſcabiem. Mollit enim, quod apparet ex eorum manibus qui gypſum tractant, non enim exaſperat, ut calx, ſed propter ſulphur lenit. Utatur item ſequenti unguento.

℔. Expreſſ. ſucc. plantag. lapath. an. ſemipoculum; lithargyr. coch. ii. ſulph. gypſi an. cochl. i. butyri parùm loti cum aqu. cochl. iii. terebinth. agitatæ cum butyro mediam portionem ad omnia. F. unguentum ſ. a. *Felix Platerus* apud *Ioh. Scroterum, conſil. 115.*

SECTIO SEXTA.

Pro Scapularum dolore.

EGo autem ſcio a poſteriori experientia doctus, quod oleum de pyrethro & de Euphorbio omnes antiquos Scapularum dolores potenter curant. *Montagnana, conſil. 20.*

Emplaſtrum ex tacamahaca utiliter hic adhibetur. Gummi enim hoc præterquam quod blandè emollit atque per halitum digerit, adſtringenti etiam qua pollet facultate mirum in modum partem corroborat. *Ioh. Zechius, conſult. 100.*

SECTIO SEPTIMA.

De Scyrrho.

SCyrrus (Græcè Σκίρρος) tumor eſt præter naturam durus ac renitens, concolor & indolens. Duplex eſt, unus velut incipiens, in quo digitis preſſo, ineſt doloris ſenſus, alter verò confirmatus & exquiſitus, qui omnis doloris omniſque ſenſus eſt expers; ejus cauſa eſt craſſus viſcoſuſque humor particulæ ita impactus & inſertus, ut non niſi ægrè ſolvi diſſiparique poſſit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Scyrrho.

VIro cuidam Scyrrho legitimo in cruce laboranti victum tenuem & boni ſucci præſcripſimus, ſanguinem quoque detraximus. Exhibitis deinde ſyr. de fumaria de epithymo cum decoctis appropriatis, cum ſena humorem melancholicum ſæpius purgavimus. Deinde hoc ceratum ut applicaretur mandavimus.

℔. Axung. anat. anſer. gallin. an. ℥iii. ammoniac. in aceto ſolut. ℥i. bdell. galban. an. ℥i. dialth. emplaſt. de melil. an. ℥ß. bulliant in mucilag. ſem. lini, fænugræc. & alth. an. ℥iß quoad formam cerati induant. Valent in omnibus ſcyrrhis & duris tumoribus ex melancholia non naturali groſſa, & congelata; quale hoc quoque eſt ceratum à nobis expertum.

℔. Diachyl. alb. gummati dialth. unguenti *Agripp.* an. ℥ii. ol. lil. alb. ℥i. pingued. anet. ℥ii. diſſolv. & M. ad ignem: ad. dito ammoniac. bdell. & ladani, an. ℈i. diſſolut. in aceto. F. ceratum. Fertur & hoc emplaſtrum expertiſſimum eſſe ad reſolvendum omnem duritiem in una ſeptimana.

℔. Sem. ſinap. ſem. urtic. ſulph. ſpumæ maris, ariſtol. bdell. ammoniac. ol. aneth. an. part. æq. cum cera & modico aceti F. emplaſtrum; at ſequens expertum habetur ad ſcirrhum cancroſum.

℔. Tutiæ ℈ii. antimon. plumbi uſti, lithargyr. argenti, an. ℥i. ſucc. plantag. centinod. ſolatri, an. ℥ß. bulliant ſimul omnia

ad

ad ſuccor. conſumptionem. Deinde conterantur in mortario plumbeo diligenter, quoad colorem fuſcum induant. *Petrus Foreſtus, obſervatio 3. lib. 4. Obſervat. Chirurgic.*

Poſt univerſalia remedia lapidem molarem candentem accepi, & aſperſo aceto, locum, ut ſudaret, ſuffumigavi; poſtea emplaſtrum de mucilagin. deinde de ammoniaco commode appoſui. *Idem obſerv. 2. lib. 4. obſerv. Chirurg.*

SECTIO OCTAVA.

De Scorbuto.

SCorbutus eſt prava quædam totius corporis κακοχυμία à ſanguine crudo & ichoroſo ſpecifica quadam corruptione infecto ortum ducens, conjunctam habens crurum debilitatem, maculas, gingivas tumidas ac ſanguinolentas & dentium laxitatem, ejus cauſa eſt crudus & ichoroſus ſanguis in toto corpore, potiſſimum tamen in hypochondriis, ſpecifica quadam corruptione peccans. Hoc malum accerſunt diætæ vitium & rerum non naturalium vitioſus uſus. Incipientis ſigna ſunt, laſſitudo ſpontanea, in inferioribus partibus gravitatis ſenſus, crurum debilitas, anguſtia pectoris, & reſpiratio difficilis: vires ſumenti adeſt in gingivis rubedo & pruritus, facies pallida, pulſus parvus & inæqualis, dentes vacillant: ipſum ingraveſcentem indicant præter enumerata, gingivarum corruptio, & oris graveolentia, in cruribus maculæ purpureæ & rubræ. Fallit ſæpe Scorbutus ſub imagine falſa plurium morborum, quos furtim producit quales ſunt dolores colici, capitis, paralyſes, convulſiones, arthritides, alvi fluxus, & conſtipationes lipothymiæ, pleuritides, apoplexiæ, epilepſiæ, hydropes, ſoporoſi affectus, & febres omnis generis.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Scorbuto.

PRæmiſſis venæſectione & purgatione hoc decocto utatur.

℞. Cortic. rad. cichor. petroſel. an. ℥ß. ſcolopendr. cichor. ceterach. beccabung. coclear. fumar. agrimon. abſinth. rom. an. M. ß. flor. cordial. an. p. i. ſem. aniſ. ℥i. ſen. endiv. agni caſti an. ℥ß. uvar paſſar. enucleat. p. i. cortic. rad. cappar. ℥iii. F. decoctio in aqua pro ℔iß. colaturæ adde ſyrup. ſceletyrbici noſtri, ſyrup. de fumar. de endiv. de cichor. cum rheo an. ℥ß. M. F. apozema pro quatuor doſibus: ſyrup. ſceletyrbicus noſter conficitur ex ſucco beccabungæ & cochleariæ cum ſaccharo. Nullum eo præſtantius Empiricum in ſcorbuticis inveni. Gingivæ ſanguifluæ abluantur cum decocto plantag. conſolid. min. roſ. cimarum rubi, beccabung. & coclear. in colat. add. mell. roſat. & rob. diamor. Poſſunt etiam gingivæ ſolo ſucco cochlear. confricari; vel cochlear. & beccabunga coq. cum lacte, & ejus decocto gingivæ ſæpe abluantur. Noſter verò patiens ſola aqua deſtillata beccabungæ & cochlear. ſæpè abluens gingivas fuit curatus. *Petrus Foreſtus, obſerv. 11. lib. 20. De Lienis Morbis.*

Cum Scorbuto vir quidam ad deſperationem diu laboraſſet, nos eum reſtituimus hoc julepo ſæpius exhibito.

℞. Syrup. de ſceletyrb. noſtri ℥iii. aq. cochl. ℥iv. aq. beccabung. ℥i. M. pro duabus doſibus; fuit ſæpè reiteratum, cum continuò ſumeret.

Syrupus ſceletyrbicus quem nos primùm in uſu deduximus, hoc modo parabatur.

℞. Succ. cochlear. beccabung. an. ℔iii. ſacch. opt. ℔ii. cum ovi albumine depuretur. Coq. ſimul & F. ſyrup. S. A. Cum tanta utilitate hoc noſtro ſyrup. uſi ſumus, ut etiam nunc à *Brabantinis* Medicis & *Flandricis* expectatur, ut maximam copiam hujus ſyrupi pro amicis annuatim confici jubeamus. *Idem obſervat. 12. & ſchol. lib. 20. De Morbis Lienis.*

℞. Diaſen. dr. vi. mell. roſat. ſolut. ℥iv. cum decocto ſen. fiat Potio, quæ vacuavit humorem melancolicum & pituitoſum.

℞. Chalib. præp. & pulv. dr. vi. rhei, agar. troch. ſal. tartar. an. dr. ii. ſpec. diarrhod. abb. ℥i. pulv. rab. capp. citri, tamariſc. an. dr. i. cum melle roſ. F. electuar. ex quo ſumat. mane quatuor horis ante cibum ℥ii. ſuperbibendo ℥. i. vini albi generoſi

roſi. *Rodericus à Fonſeca, tomo* 1. *conſultatio* 2.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Scorbuto.

℞. Fol. ſen. ʒii. rhei el. ʒiß. cortic. hellebor. nigr. ʒß. ceterach. p. ß. ſem. aniſ. zedoar. galang. an. ℈i. F. infuſio per noctem in ſ. q. ſeri lacti. in loco calido, mane ebulliant, in colat. ʒiii. diſſolv. ſyrup. roſ. ſolut. cum rheo ʒi. crem. tartar. ℈iß. aq. cinnam. ʒi. F. hauſtus. Præmiſſo ejuſmodi cathartico ſæpius repetito, properandum erit ad illa media quæ ſcorbuticam corruptionem alterant, & radicem morbi reſpiciunt; quam ob cauſam fiat potu ſequens.

℞. Herb. cochlear. M. ii. anagall. aq. naſturt. aq. an. M. i. acetoſ. min. M. m. abſinth. ſedi min. rutæ, an. p. i. ſeri lactis caprilli deſtillati q. ſ. in mortario marmoreo herbæ recentes contundantur, & exprimatur ſuccus, qui lento igne depuretur, & in vitris benè clauſis conſervetur.

℞. Iſtius ſucci ʒiv. ſyrup. de fumar. ʒi. aq. cinnam. cochlear. i. M. F. hauſtus. Hic Potus per quatuordecim dies continuetur quotidie bis, non neglectis intermediis evacuationibus, quo non tantum materia pec. cans attenuetur, ſed ſimul etiam per alvum educatur.

Ulceribus rebellibus proſpiciendum erit hoc unguento de apio.

℞. Succi apii, meliſſ. coclear. an. ʒ. m. ſucc. c helid. maj. ʒv. mellis q. ſ. coq. & adde pauxillum thuris, myrrhæ & aloes, ut F. unguentum pro mundificandis ulceribus *Gregor. Horſtius, ad obſervat.* 35. *lib.* 7. *De Morbis contagioſis & malignis.*

Primò primas vias bolo eluerem ex caſſia & hiera S. *Gal.* Deinde hoc ſyr. ſceletyrbico præpararem materias ad aliquot ſeptimanas.

℞. Succ. cochlear. beccabung. an. ℔iii. ſacch. opt. ℔ii. cum ovi albumine depuretur, coq. ad conſiſtentiam ſyrupi.

℞. Hujus ſyrup. rec. ʒi. m. aq. cochl. ʒii. aquæ naſturt. vn. i. aq. borrag. vn. ß. M. F. hauſtus, mane ſumendus, veſperi imperarem conſervam cochlear. ſuperbibendo aquam ex ſucco cochl. deſtillatam. Si opus purgatione, expedietur illa clyſteribus frequentibus, ex appropriatis & refrigerantibus, qui hic mirè conducunt; quod ſi clyſteres nocturni ſumerentur, & noctu retinerentur, plurimùm lucri nobis inde ſperandum, & quam feliciter id evenerit mihi teſtari poſſum; attemperatis ſuccis, & exhauſto à ſaburra corpore, de Lapide Bezoardico Orient. cogitandum; in quo certam, Dei gratia; ſpem ſalutis proponere poſſemus; tantum enim ſudorem moveret quam vix ligni decoctum; & ſanctè affirmo, me hujus ope quam plurimos Scorbuticos per Dei gratiam reſtituiſſe in integrum. *Guil. Romanus, Epiſt. ad Petrum Cruſium, poſt obſerv.* 35. *lib* 7. *obſerv. Horſtii.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Scorbuto.

CUratio à ſanguinis miſſione inchoanda erit in initio, ſi ejus fuerit plenitudo; vires, ætas, & reliquam conſenſerint copioſam autem detractionem hic diſſuaſerim; per hæmorrhoides ſi legitime vacuentur, commodum erit. Quum verò ratò advocetur Medicus, niſi altas malum egerit radices, invalueritque, & lituris in tibiis ſe morbus prodiderit, à ſectione venæ abſtinendum conſulverim. Hinc leniter corpus evacuetur cum foliis ſenæ expurgatis ad vn. m. vel ʒiii. vel minus ſi epithymi tantundem ad adjunxeris, cum paucis paſſulis corinth. ſem. fœnic. & zinzib. an. ʒ. m. quæ ſimul ſub veſperam in ſeri lactis q. ſ. leniter efferveant, & macerentur noctu. Deinde mane poſt fervorem unicum forti expreſſione coletur ſerum, quod propinetur; poteſt & vn. m. ſequentis pulveris eodem modo infundi, colaturaque expreſſa exhiberi.

℞. Fol. ſen. mundat vn. i. epithym. tartar. alb. an. vn. m. cinnam carioph. galang. ſem. aniſ an. ʒi. diagrid. ʒii. m. M. F. Pulvis. Purgato ſuaviter corpore, ſingulis diebus bis, hora nimirum matutina, & quarta pomeridiana aſſumentur ʒiv. ſucci expreſſi ex herbis ſequentibus, admiſcebiturque ſacchari puri quantum voles, & canellæ parum.

℞. Cochlear. ſiſymbr. cardamines, naſturt. hiemal. an. part. æq beccabung. partem mediam. Hæ virides in mortario lapideo cum piſtillo ligneo contundantur, exprimanturque: eæ potiſſimùm in hoc morbo extirpando ſingularem ſunt ſortitæ ex ratione prærogativam, quum primæ tres incidant, extenuent, & per urinas expurgent; quarta aliarum vires contemperet. Contuſæ item illæ in lacte caprino rec. vel in ejus penuria, vaccino decoquuntur, à forti expreſſione propinatur. Felicem quoque ſucceſſum expertus ſum, ſi quando in lactis ſero illæ herbæ decoquerentur; ſuccorum tamen exhibitio præſtat. Abſinthium vulgare admixtum confert plurimùm; utiliterque adjunxi ſæpenumerò fumariam & chamædryn. Nummularia quandoque ob laxa viſcera, & diſſolutas compages miſcetur. Hoc remedio infinitos eſſe curatos intelligo.

℞. Comar. abſinth. vulgar. ſicc. gran. juniper. contuſ. an. M. i. lact. caprin. ℔ iv. coq. ad tertiæ partis conſumptionem exprimendo, colentur, deinde admiſce eroci in pulver. redacti ʒi. Deinde ebulliant fervore uno aut altero, ſecundò, colentur. Decocti hujus datur hauſtus tepidus ter in die, hora matutina, tertia pomeridiana, & quando cubitum itur: Mulierem novi in Scorbuti curatione celebrem, quæ corpore vacuato, hanc propinabat potionem.

℞. Beccabung. ſiſymbr. Cardamin. an. M. iii. vel iv. contuſis herbis admiſce ſem. erucæ, rad. ireos vulgaris recentis, an. ʒß. Zinzib. ʒii. Piper. long. ʒi. ſimul per colum trajiciantur cum vini rubri ℔ii. ex hoc potu commoto ſingulis diebus hora matutina calidè offerebat, deinde ægro diligenter contecto eliciebat ſudorem novem in ea curationis ratione impendens dies. *Ioh. VVierus, obſerv.* 1. *lib.* 1. *Obſerv. Medic.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Scorbuto.

NOn incommodè exhibetur pulvis ſenæ noſtræ deſcriptionis.

℞. Fol. ſen. el. ʒiß. crem. tartar. ʒvi. cinnam. ʒiii. cariophyll. galang. an. ʒß. diagrid. ʒi. M. Hujus pulveris ʒii. vel iii. pro ratione virium, in ſ. q. ſeri lactis per noctem infundi poſſunt, & colatura mane exhiberi. Referunt quidam in *Norvegia* ad hunc morbum profligandum feliciſſimè uſurpari fructum chamarubi cujuſdam, qui ſub nomine chamæmori *Norvegicæ* à *Carolo Cluſio*, in Hiſtoria Plantarum rarior. *lib.* 1. *cap.* 5. deſcribitur.

Engalenus multos Scorbuticos ſe curaſſe teſtatur ſolo decocto cochlear. & beccabung. & in lacte vel ſero lactis, ut & decocto abſinthii.

Aquæ noſtræ Scorbuticæ hæc eſt deſcriptio.

℞. Cortic. tamariſc. fraxin. radic. cappar. radic. polipod. q. aperient. an. ʒi. gentian. ʒvi. helenii, ari, cortic. citri, an. ʒß. chamædr. chamæpit. Card. bened. an. M. i. trochiſc. de abſinth. de cappar. an. ʒi. ſem. eruc. ʒß. contundantur, contuſis adde rad. raphan. ſylveſtr. acerrim. ℔iß. naſturt. aq. cochlear. beccabung. fumar. an. ℔iii. & cum prioribus contundendo miſceantur, & S. A. digerantur, & affuſa vini rhenani, aq. cuſcut. Card. bened. an. ſ. q. deſtillentur, *Daniel Sennertus, pract. lib.* 3. *part.* 6. *ſect.* 2. *cap.* 6.

Cum quidam Scorbuto tam miſerè laboraret, ut maculis toto pectore & cruribus diffuſis, membriſque rigentibus vix incedere poſſet, juſſus eſt ab *Otthone Heurnio* potu quotidiano uti ex vini ℔iii. quibus braſſicæ rubræ conciſæ M. iv. cum gingib. ʒß. & cinnam. ʒii. immacerati fuerint. Jucundiſſimum hoc remedium, & vinum Hippocraticum ferè æmulans, imprimis ſi ſaccharum adjiciatur, intra quindecim dies circiter perfectam ſanitatem reſtituit. *Georg. Hieron. Velſchius, obſerv.* 55.

Remedium ſequens cum bono ſucceſſu, ego ſæpius expertus ſum.

℞. Summitat. geniſt. M. iii. minutim inciſ. coq. in cereviſ. fortior. ℔iii. ad mediætatem, exhibeantur ʒii. aut iii. bis in die Aquæ deſtillatæ hic plurimùm poſſunt; harum diſpenſationes quædam in noſtra Pharmacopœa, perquam utiles & concinnæ habentur, ut ſunt aq. raphan. compoſita, lumbric. & limacum magiſtralis.

Vinum

Vinum antiscorbuticum simplex egregii usus ad hunc modum parare soleo, verno aut æstivo tempore.

℞ Fol. cochlear. sereno cœlo collector. q. v. succo è contusis expresso, doliolum IV. aut V congior. capax impleatur, flor. cerevisiæ cochlear. i. vel ii. impositis per duos dies fermentare sinatur. Dein vas occlusum in cella vinaria per sex menses collocetur: deinde liquor clarus ac instar vini Hispanici flavescens, in utres exhauriatur, ac usui servetur, per plures annos incorruptus perdurat. Dosis vn. iii. vel IV. bis in die.

Vina medicata, quorum cyathus unus aut alter horis Medicis, aut etiam inter prandendum quotidie assumantur, ad hunc modum parentur.

℞ Fol. cochlear. M. IV. rasur. raphan. sylv. vn. IV. cortic. vvinteran. contus. vn. ß. cortices exteriores quatuor aurantiorum totidem limon. ponantur in vase idoneo cum vini albi, rhenani, aut tenuioris Hispanici ℔xii. Vas obturatum servetur in loco frigido; vinum effundatur clarum quoties opus est.

Usitatius est cerevisiam medicatam Scorbuticis pro potu ordinario constanter bibendam præscribere. Paretur cerevisia pro doliolo IV. congior. capaci, vice flor. lupuli incoquantur summitat. pini vel abietis M. iii. Post fermentationem in dolio peractam, imponantur fol. cochlear. M. iii. rad. lapath. acut. præp. vn. IV. cortices IV. aurant. Postquam per septimanam subsidentia inclaruit, potui exponatur. *Thomas Vvillis tract. De Scorbuto, cap. 7.*

Spiritus salis dulcis, armoniaci, cochleariæ, omnibus reliquis præstant medicamentis. *Paulus Barbette, prax. lib. 4. c. 3.*

Sanguis partius est detrahendus, cum longa observatione constet, largam sanguinis missionem ægrè hunc morbum perferre. Non una, nec in una parte vena aperienda, sed per intervalla modò basilica vel mediana, modò salvatella, modò saphena, si nihil prohibeat, secanda, ut in varia corporis loca diffusus sanguis vitiosus per varias etiam venas evacuetur. Sed hæmorrhoidum apertio omni phlebotomiæ præferenda est, cum per hanc viam melancholicus humor commodissimè evacuetur. Immolienda catharsi observandum: 1. Validiora purgantia minùs tutò exhiberi, cùm in hoc morbo cor facile afficiatur, & animi deliquium subsequatur. 2. Purgationem rectissimè institui per κρισιν, si quidem vitiosorum humorum colluvies una vice exhauriri non potest. 3. Purgantibus semper admiscenda esse antiscorbutica. 4. Nunquam purgandum nisi præmissis præparantibus. 5. Præparantia non solùm ex aperientibus & attenuantibus, sed & appropriatis & scorbuto peculiari quadam & specifica vi adversantibus conficienda. Præmissis venæsectione & purgatione, obstructiones lienis & vicinarum partium aperiendæ veniunt, humorum crassities corrigenda, & sanguis a tartaro scorbutico depuranda. Ubi notandum primò, vulgaribus medicamentis aperiendi, attenuandi & incidendi vi præditis scopum hunc nunquam obtineri posse, nisi admisceantur appropriata, quæ sale volatili abundant, & humores crassos & fixos subtiles & quasi volatiles reddere, & vitium illud in coctione & πνευματώσει corrigere valent. Secundò antiscorbuticis calidis & acribus cautè utendum, præsertim in corporibus rarioris texturæ, & quæ siccioris & calidi sunt temperamenti, aut humoribus biliosis abundant. Tertiò dulcia scorbuticis non exhibenda, imprimis saccharum, habet enim qualitatem glutinantem & obstruentem, adeoque collectionibus crudorum humorum, ansam præbet. Quartò simplicia antiscorbutica recentia & eorum succos & conservas præferenda compositis arte paratis, præsertim decoctis, extractis, &c. Cùm enim tota eorum vis & potestas in sale volatili consistat, facilè fieri potest, ut decoctione, extractione, exsiccatione, &c. dissipetur & evanescat. Mihi longo usu probata sunt, quæ sequuntur.

℞ Succor. rec. express. cochlear. ℔i. nasturt. beccabung. an. ℔ß. fum. cichor. acet. an. vn. v. M. præcipitentur cum succo citri.

Secundo Mixturæ. ℞ Herbar. rec. cochlear. nasturt aq. an. Mii. beccabung. acetos. an. M. i. Contund. in Mortario lapideo, affund. vini *Rhenani*, in quo radic. armoraciæ rec. tessulat. incis. per triduum maceratæ sint ℔ IV. Stent infusa per

diem & noctem. Postea exprimantur fortissimè & colentur Addi succi citri rec. ℥iv. sacchar. parùm. Dosis ad ℥iii. ad ℥iv. Vel,

℞. Mixtur. simpl. spirit. cochlear. nasturt. aqu. baccar. juniperi an. ℥ß. M. Dosis à ℈i. ad ℈ii.

Tertio Electuaria. ℞ Pomor. citri rec. una cum corticibus incis. n. 3. fol. cochlear. rec. M. iii. nastur. ag. M. ii. acetosell. M. i. Contund. in mortar. lapid. cum pauco sacchar. F. Electuar. Vel.

℞. Electuar. nostri chalybeat. ℥iii. Conserv. cochlear. nasturt. an. ℥ii. cortic. citr. condit. scorzoner. & cichor. condit an. ℥vi. M. & cum syr. cochlear. q. s. F. Electuar. Hoc etiam vino medicato aliquando utor.

℞. Herb. rec. cochlear. nasturt. an. M. ii. fumar. absinth. pimpinell. an M. iß. cortic. fraxin. vn. i. bacc. juniperi vn. iß. rad. enul. vn. i. cichor. ℥vi grosso modo incisa & conquassata includantur doliolo. Affunde musti vel cervis. rec. mensuras 24. Post fermentationem colatura defæcata & clara fumatur bis ter in die ad vn. vi ad. vn. x. vel plures ad placitum. *Baldassar Timaus. Cas. 34 lib. 3.*

Juvenis quidam triginta plus annorum, nec per cubiculum meare, nec pedibus incedere valens, simplici hoc utitur medicamento.

℞. Rad. armoraciæ vn. iii. coq. ex fero lactis. Colaturæ ℔. ii. dentur usui. Septimo post die profuavi cura ædibus meis gratias mihi egit. *Paulus Barbette, practic. lib. 4 cap. 3.*

Cùm bis oras *Gronlandicas Hermanus Nicolai* lustrasset, dicit inquilinum remedium scorbuti, quo *Groenlandi* tanta vehementia infestantur, ut omnis membrorum motus ipsis denegetur. Nimirum cochleariam & acetosam ita copiosè in Insulæ *Ursorum* monte provenire vidit, ut gressus viatorum impediant; sed semper junctas has plantas esse & vicinas, quia seorsim fumi non debeant, ne singulæ per se sumptæ detrimentum afferant: quippe alteram sale volatili, alteram acido turgescere, ex quarum mixtura intermedia qualitas exultet. Modum autem eas assumendi in *Gronlandia* hunc esse usitatum, ut Rhangiferorum vel avium carnem recentem cum avenacea vel hordeacea ptisana excoquant, ejusque brodium his herbis scorbuticis condiant, unde insigne alimentum medicamentorum emergat, cujus esu ita laxari alvum, evacuatis humoribus corruptis, ac si medicamentum catharticum hausissent mox que quasi renatos convalescere. *Thomas Bartholinus, Act. Medic. anni 1671. & 1672. Observat. 9*

SECTIO NONA.

Pro Scorpionis ictus.

FAmulum habui qui à Scorpione ictus, tanto subito ac tam frigido sudore toto corpore profusus est, ut algentissima nivè atque glacie sese opprimi quereretur. Verùm cum algenti illi solam theriacam ex vino potentiore exhibuissem, illicò curatus est. *Antonius Benevenius, cap. 56. Libri De abditis Morborum & Sanationum causis.*

SECTIO DECIMA.

De Scrophulis.

SCrophula seu Struma, Græcè *χοιρὰς*, est scirrhosus glandularum tumor membrana peculiari conclusus Universas sæpè glandulas occupat, maximè eas quę sunt in cervice, collo, axillis, inguinibus & mammis: in mesenterio quoque non rarò stabulatur. Si in gutture sit, bronchocele vocatur. In hoc differunt scrophulę à reliquis glandulosis tumoribus quod plures sunt, & radices profundiores agunt. Earum causa est pituitosus, cœnosus & gypseus humor. Dividuntur in benignas & malignas. Benignæ sunt absque inflammatione & dolore, contra verò malignæ.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Scrophulis.

POterit æger ex infrascribendis pilulis per quadraginta dies singulo mane ex monitu *Joh. de Vigo* unam deglutire.

℞. Eu-

℞. Euphorb. zinzib. turbith. succ. radic. ireos, agar. an. ʒi. contusa M. & formentur pil. numero xi. quod ad externa strumas discutit lupin amar. farina ex oxymel. cocta & illita. Ad idem etiam præclarè facit bubulum stercus aceto incoctum, & delinitum; id enim tumores scirrhosos omnes instar cataplasmatis appositum mirificè dissipat. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 10. *in ſchol. lib* 3 *Obſerv. Chirurg.*

Cum quidam Scrophulam in collo haberet, consulvi illi, ut ab omnibus frigidis abstineret, & ut omni septimana semel sumeret ex sequenti pulvere ad pondus unius Florenti Rhenani.

℞. Turbith. el. dr. iii. zinzib. mastich. an. dr. i. saccchar. alb. dr. vi. F pulvis. Manè bibat sæpius ex decoct. rad. scrophular. filipend. & pimpinellæ; bis in die inungat se cum isto unguento.

℞. Empl. oxycroc. ʒß. ol. chamæm. lil. alb. an. ʒi. M. Quidam lolium cum furfure, sem. lini & stercore columbino cum modico vino decocta pultis instar appositere, quod duritiem mirabiliter resolvit; & à proprietate valere volunt agrimoniam col. lo suspensam; radicemque asphodeli contusam & impositam: sed egregiè confert pinguedo destillans ex anſere, inuncta; at hoc unguentum mirabile habetur ad scrophulas.

℞. Arsenic. rubr. dr. ii. argenti sublim. dr. ß. rad. serpentar. rad. beton. panis porcin. an. dr. ß. Aloes hepat. dr. i. F. omnium pulvis, & cum axungia F. unguentum: dissolvit enim Scrophulas. Ego tamen cum cautione, si in collo sint; vel sub axillis eo utendum suaderem; sed potius hoc sequenti uti vellem, quod ad Scrophulas, Glandulas & Nodos duros facit.

℞. Medull. crur. vituli ʒii. butyr. rec. dialth. an ʒ. m. M. F. unguentnm. Ad glandulas in collo valet egregiè farina siligin. cum melle apum, emplastri modo. Cum juvencula quædam pateretur Scrophulas in collo, *Laurentius Bruminck* Chirurgiæ Doctor ad eam accitus, istud emplastrum appositit.

℞. Ciner. caul. rubr. combust. sal. tosti, an. part. æq. cum melle fiat emplastrum super ignem, diu admotum fuit, sed parum aut nihil profuit, quare præscripsit fotum partim maturativum, partim resolutivum: mox eodem emplastro appositio, citò suppuratæ sunt, natura faciente duo vel tria foramina quæ tandem per concavitates intercutaneas in unum congregatæ sunt; hoc viso, forcipe aperuit in modum crucis, ac labia deinde abscissa cœpit primò mundificare cum unguento ægyptiaco, deinde cum dulcibus, & benè valuit cum populeo, unde facta est incarnatio, & per alumen ustum superflua caro corrosa. Hæc sequentia pro Scrophulis egregiè juvant.

℞. Scrophul. filipend. pimpinell. flor. geniſt. pilosell. caulium rubr. agrimon. rubr. mai. an. M. i. aristol. rot. rad. spatul. fœtid raphan. an. ʒi. enulæ ʒß. sem. coriandr. ʒiß. F. decoctio ad ℔iiß. in duabus partibus vini albi, & una parte aquæ: dulcoretur cum sacch. & F. Potus.

℞. Ammoniac. galban. in aceto dissolut. an. ʒi. bdell. ʒß. medullæ cervi, axungię anatis, an. ʒiß. mucilag. alth. fænugræc. sem. lini, an. ʒii. lithargyr. ʒß. pulv. ireos ʒi. olei aneth. ceræ an. q. s. F. emplastr.

Sed & hoc remedium mirabile habetur, valens à forma specifica in qualibet specie Scrophularum.

℞. Succi rad. irid. euphorb. an. q. s. confice triginta pilulas ad quantitatem ciceruum, & ad unam omni die triginta diebus; nam mirabiliter valet ad eas removendas. Sed adde de spica & mastice q. v. est enim correctorium euphorbii. Ego tamen cum magna cautione ob euphorbium iis utendum suadeo. Pulvis rad. pentaphylli exhibitus per aliquot dies, præservat à Scrophulis sumatur cum optimo vino; idem præstat radix filipendulæ & agrimoniæ.

Confidenter affirmat *Tagautius* Christianissimo *Francorum* Regi divinitus peculiari dono esse indultum, ut quam plurimos strumosos solo manuum attactu integræ sanitati restituat.

Rex etiam *Eduardus* (ut referunt Historiæ) solebat solo tactu sanare strumosos; quod immortale munus jure velut hæreditario ad Reges posteriores manavit; nam Reges *Angliæ* nunc etiam tactu, ac quibusdam hymnis non sine ceremoniis prius recitatis strumosos sanant, *Pe-*

trus Foreſtus, obſerv. 11. & ſchol. lib. 3. Obſerv. Chirurg.

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Scrophulis.

ACcipe quam promiſi deſcriptionem emplaſtri ad Scrophulas & ſcirrhoſos tumores molliendos, reſolvendos & diſcutiendos efficaciſſimi, & olim à Clariſſimo Viro *D. Lamberto VVolfio* Medico Celeberrimo & *Coſma Slotano* Chirurgo præſtantiſs. pro Aulico quodam præſcripti, maximoq; cum fructu, me præſente uſurpati.

℞. Rad. bryon. cyclamin. helen. cucum. agreſti an. ℥i. coq. in vini albi & aceti, an. q. ſ. deinde piſtentur, & per ſetaceum percolentur, colaturæ admiſce pulv. rad. irid. myrrh. oliban. maſtich. croci, ariſtol. rot. an. ʒiß. flor. chamæm. melil. ſam. buc. an. p. i. opopon. ſagapen. ammoniac. bdell. galban. in aq. vitæ diſſolutor. an. ʒß. gummi hederæ, ſtyrac. calamit. an. ʒiii. euphorb. ʒv. ſem. ſtaphyſagr. ʒiiß. argenti vivi, ſaliva hominis extincti ʒii. ol. lil. de vitell. ovor. œſypi, an. ʒv. adip. anſer. anatin. ſuill. medull. cruris vituli, an. ℥i. mucilag. ſemin. lini, fœnugræc. rad. alth. an. ℥i. M. & cum ſ. q. ceræ flavæ & terebinth. F. emplaſtr. *Guil. Fabritius Hildan. obſerv. 38. cent. 3.*

Mulierem quandam Scrophulis laborantem ita tractavi.

℞. Pilul. coch. ℈ii. cum aq. cinnam F. pilulæ ix.

℞. Empl. de melilot. ʒß. malaxetur oleo cheirino; tumori imponatur.

Ad diſcuſſionem Scrophularum.

℞. Aq. vitæ ℥iß. flor. chamæm. ʒß. ſem. fœnugræc. ʒi. lavendul. ʒß. M. bulliant parum, colentur, hoc decocto, noctu fomentetur tumor ſpongia calidè. Cum tumor adhuc non cederet, ita egi.

℞. Sem. ſinapi ʒi. ſem. urtic. ʒß. ſulphur. vivi ʒiß. gummi ammoniac. in aq. vitæ ſolut. ʒii. empl. diachyl. ireat. ʒii. malaxentur oleo lil. F. emplaſtrum. Poſt fotum admovendum; hoc emplaſtro Scrophulæ imminui cœperunt. Cum poſtea de novo Scrophulæ increſcerent, denuo illam purgavi.

℞. Lign. guajaci ℥iv. ſarſapar. ʒß. fol. beton. M. i. rad. enul. ʒii. fol. ſen. ʒiß. ſem. cartham. ʒi. ſem. aniſ. ʒii. fœnic. ʒi. F. decoctio in colat. ℔ß. diſſolv. agar. ʒiii. zinzib. ʒi. cinnam. ʒiß. F. expreſſio, adde ſyrup. roſ. ſolut. ℥i. F. potio pro tribus doſibus. Finita purgatione.

℞. Conſerv. majoran. ʒß. theriac. ʒi. M. F. bolus; capiat jejuno ſtomacho. Cataplaſma ſequens tumori adhiberi juſſi.

℞. Rad. ireos, ℥iv. incid. minutim decoq. in vino albo: piſtentur. Adde farin. fabar. & hord. an. ℥iiß. mell. ℥iv. M

℞. Ol. lil. & cheirin. an. ℥i. ſucc. rad. irid. ℥i. aqu. vitæ ʒii. coq. cum oleis ſuccus, adde gummi ammoniac. in aceto forti ſolut. F. linimentum. Inungat eo Scrophulas ante cataplaſmatis applicationem. Ad ſudores movendos.

℞. Lign. guajac. ℥iß. ſaſſafr. ℥i. rad. liquir. ʒß. ſtent in infuſione in menſur. iii. aquæ, coq lento igne ad conſumptionem tertiæ partis; adde ſacch. ℥i. cinnam. ʒi. Capiat noctu cubitum infra ℥iv. Juſſi laminam plumbeam tenuiſſimam ſupra Scrophulas ligare: & fortius adhuc emplaſtrum præſcripſi.

℞. Sem. ſinapi, urticæ, ſpumæ maris, rad. ariſtol. rot. & pyreth. an. ʒß. ſcillæ prep. pulp. colocynth. an. ℈i. ſulph. vivi ʒi. pulverizat. diligenter. adde gummi ammoniac. bdell. in aceto fortiſſ. diſſolut. an. ʒß. cum pauca cera & oleo lilior. F. emplaſtrum, ſupra corium extenſum Scrophulis applicetur.

℞. Lapid. ſpong. ſpongiæ combuſt. coralli utriuſque, an. ʒß. oſſis ſepiæ & rad. pimpinell. an. ℈i. cinnam. ʒi. zinzib. cariophyll. an. ℈i ſacch. roſat. tabul. ℥iii. F. pulvis. Capiat ʒii. pro vice, abſumit enim Scrophulas. Fomententur duræ glandulæ ſub mento ante emplaſtri applicationem ſic.

℞. Fol. caulium rec. rubr. fol. hyoſcyami, chelidon. urtic. mortuæ pimpinell. an. M. i. rad. raphan. ℥i. rad. ariſtoloch. rot. ʒß. incid. omnia, & decoq. cum aceto roſac. & foveatur pars affecta. Preſiſtebat in uſu empl. ultimo deſcripti quod continuò geſtabat: tandem ut quæ remanſerat Scrophula tolleretur, juſſi reiterare Cataplaſma prius præſcriptum addendo ſulph. vivi ʒß. aq. vitæ ʒii. euphorb. ʒß. ol. lil.

lil. ʒi. Fiat Cataplasma; nondum penitus ablata Scrophula applicui emplastr. de *Vigo*. *Felix Platerus, obser. lib. 3 pag. 686.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Scrophulis.

℞. Spongiæ in furno adeo exsiccatæ ut comminui possit, pulverizatæ ʒi. Datur jejunis aliquot septimanarum spatio; potest admisto saccharo & aromatis gratus, ut libentius sumatur, reddi. Probatur vinum in quo talpa decocta fuerit. Inter externa, pinguedinem quę destillat ab anſere dum assatur, prius infarcto multis muribus, valde quidam approbabat. Butyrum in quo scrophul. rad. contusa macerata fuerit aliquandiu, vel cocta commendatur. Hoc *Matthiolus* ita parare docet, radicem autumni tempore effossam, repurgatam, tusam, cum butyro recenti operculato fictili, in uliginoso loco, per quindecim dies reponit & dimittit, postea lento igne butyrum illud liquefacit, & percolatum asservat. Eadem scrophulariæ radix, uti & mures aliquot vel conjunctim, vel separatim in oleo sic macerari vel coqui ad eundem usum potuerunt. *Felix Platerus, Practic. 3. cap. 3. pag. 323.* & sequentibus.

Tres Bufones in oleo olivarum in vase terreo eoque lutato cocti, oleum faciunt præstantissimum ad Scrophulas: sed cujus vapores dum sit noxii sunt, quare ab iis cave, & probè vasa tua lutentur. Scrophulę primò arsenico admoto vesicante excotientur, pars deinde sublimati admotione corrodetur; & tandem oleo dicto utere, quod adhuc præstantius erit, si in eo salem bufonum infuderis. Hinc forsan orta sunt antiqua *Galliæ* insignia, quæ erant tres bufones, juxta multos Authores, cum Reges *Galliæ* hujus morbi curam suscipiant. *Petrus Borellus observ. 38. cent. 4.*

Quantam Scrophulis laborantibus opem ferat Paronychia folio rutaceo (quę *Baubino* est sedum tridactylites, seu alfine petræa) luculenter ostendit Nobilis *D. Robertus Boyle* Tractatu suo aureo *De utilitate Philosophiæ Experimentalis, par. 1. sect. 2.* Vbi refert se juvenem quendam vidisse, hoc morbo graviter afflictum, sine dolore, pauciſque diebus vilissimæ hujus Plantæ in cerevisia infusæ beneficio quàm optimè curatum, sine ulla sensibili evacuatione humorem peccantem consumit, dolores sedat, discutit tumores, & ulcera sanat; ita ut ad hunc affectum oppugnandum mirabiles prorsus virtutes possideat.

Juvenis quidam viginti annorum longo tempore scrophulis in collo laborabat, eius curationem institui à lunæ oppositione usque ad conjunctionem, à coniuctione verò ad oppositionem intermisi, quia in rectè curandis strumis hæc tempora crescentis videlicet Lunæ & decrescentis, sunt observanda Medico. Curatus autem à me sic fuit, per singulos dies bis, mane nempe & vesperi perungi curabam totam strumam calente oleo sulphuris, postea calida lintea circumplicabam. Præter hæc singulis quatuor diebus exhibui mane spiritus vitæ aurei ʒi. quo multùm expurgatus fuit à phlegmaticis humoribus, atque his paucis subsidiis tumor indies decrescebat; & in quadraginta diebus totus evanuit, nec amplius recruduit, id quod etiam in multis aliis feliciter & veraciter sumus experti. *Martinus Rulandus, curat. 87. cent. 8.*

℞. Cineris spong. marin. ossis sepiæ, piper. long. cinnam. sal. gemm. pyrethr. nuc. cupress. gallar. cortic. quercus, flor. ros. rub. an. ʒß. M. F. Pulvis, dosis ℈ii. vel ʒi. *Paulus Barbette, prax. lib. 2. cap. 2.*

Inter alia plurimùm valet spiritus salis armoniaci toties meritò laudatus internè, ut & externè iusto vehiculo mixtus. *Frederieus Dechers, not. ad cap. 2. lib. 2. prax. Barbettianæ.*

Sequens medicamentum mirificè valet ad sanandum Scrophulas apertas.

℞. Ol. laurini ʒi. ceruss. pulver. & aqu. vitæ lævigat. ʒi. alumin. rochæ ʒß. salis communis ʒii. M. F. unguentum *Hier. Fabrit.* ab *Aquapend.* opera Chirurg. *part. 2. lib. 1. cap. 29.*

Accipiatur talpa & elixetur bene, deinde ad solem exsiccetur & pulverisetur, & cum melle albo conficiatur. Et fiant pilulæ in modum cicerum, & omni die ferò

die ferò dentur 4. vel 5. quousque materia scrophularum per secessum educatur, Juravit mihi *Henricus Anglicus*, quod pluries experimentum hoc probavit. Item pulvis florum geniſtæ in cibis & potibus sumptus scrophulas curat. Aliud ad idem. Accipe cavitas, & in qualibet illarum immitte iii. vel iv. guttas factis titymali, & mitte eas in sereno aere sic per noctem jacere: manè vero dabis; quia mirabiliter valent; ducent enim ad 15. sellas vel plures. Et ego sum expertus hoc in pluribus rusticis robustis, quia materiam grossam & viscosam mirabiliter educunt. *Arnoldus* de *Villanova practic. lib. 2. cap. 5.*

Pulvis Magistri mei expertus ad gulæ botium, per cuius assumptionem infallenter curantur omnes bozuti.

℞. Ciner. spongiæ mar. & paleæ marinæ ossis sepiæ, piper. long. & nigri, zinzib. cinnam. sal. gemmæ, pyrethr gallar. spinæ rosar. an ℥ii M. F. pulvis, de quo æger sæpius de die & nocte in ore aliquid teneat, & paulatim deglutiat. Idem & cibis inspergi poterit. Item.

℞. Unam spongiam marinam optimè ad Solem exsiccatam, & pone eam cum centum granis piperis nigri in olla nova & comburantur in igne, donec fiat pulvis, qui misceatur cum mellis despumati q. s. ut F. electuar. molle. Iterum omnia remittantur ad ollam prædictam & comburantur ut prius, & iterum omnia pulverisentur, & cum melle conficiantur, & iterato adhuc similiter comburantur. Hoc facto tribus vicibus, iterum adhuc cum melle despumato conficiantur prædicta, & fac ex iis xxx. pilulas grossas ad quantitatem fabæ grossæ, & quolibet manè jejuno stomacho teneat unam ex iis sub lingua, quousque per se cum saliva paulatim transglutiatur, & pro certo liberabitur. Has pilulas & pulverem suprascriptum extraxi à quodam libro secretissimo Magistri mei, quem clariorem omnibus aliis libris reputabat. Cor talpæ comestum per novem dies, vel ipsa talpa assata & comesta liberat à botiis & scrophulis. *Idem ibidem lib. 2. cap. 4.*

Quidam ad nos adduxit filiam suam tredecim annos natam temperamento sanguineo præditam, quæ ab undecimo ætatis anno menstruas purgationes patiebatur. Cum ab octo mensibus fluxio quædam in partem faciei dextram decubuisset, paucis postea diebus decidit in cervicem, ita ut glandula illius loci paululũ tumefacta apparuerit. Ab eo tempore tumor sensim increvit, ita ut jam ovi anserini magnitudinem superaret. A præsentibus Medico & Chirurgo per duos menses multa præstita fuerent remedia, purgationes decocta sudorifica, causticum; tum parti admota remedia, primum resolventia & emollientia, postea suppurantia & attrahentia validissima: quibus nihil profectum est, imò contra tumor antea exiguus incrementum suscepit. Nos verò consilio inito cum *D Delort* Universitatis Decano, & Chirurgo seniori, primùm eam misimus ad Thermas *Balerucanas*, ut iis uteretur in potu, balneo, & capitis embrocatione. Postea verò sequentia præscripta sunt. Pulvis arthriticus, addito zinzibere, sumendus singulis hebdomadis, venæ sectio post primam dosim pulveris; fotus ex spongia in aqua calcis expressa & arctè alligata per decem dies; suffumigium ex lapide pyritæ extincto in aceto fortissimo bis in die exceptum per infundibulum, cujus tubulus totum tumorem contineat. Post suffumigium, emplastrum de Vigo, quadruplicato mercurio, cujus singulis unciis addatur vitrioli *Romani* ℥i. bochetum sarsę sine vino per longum tempus, infusio ad bronchocelem in Pharmacopœa *Quercetani* descripta, tempore plenilunii usurpanda; aquę *Meynenses* per mensem pro potu, & fotu partis bis in die; postea emplastrum prædictum; ex eadem aqua fiat bochetum. Post reditum ab aquis, si tumor non fuerit discussus, aperiendus erit causticò. Omnibus remediis usa est, exceptis aquis *Meynensibus*: quia; cum reliqua nihil profeciſſent; imò tumor incrementum suscepisset, non fuit speranda salus ab hujusmodi aquis. Ideo ad apertionem statim veniendum censuimus, admoto causticò, supra escharam facta fuit incisio; & illicò erupit aqua tenuis & limpidissima instar aquæ fontanæ, ac tumor statim subsedit, ad planitiem parti oppositæ propemodum æqualem, quod nobis admirationem peperit, & observatione

dignum

dignum cenſuimus. Similes enim tumores ab aqua productos, præter hydroceles & hydrocephalos, à nemine authorum deſcriptos exiſtimo. Decem aut 12. horis ab apertione correpta eſt febre acuta, & magna fluxio facta eſt in partem cum inflammatione. Tertio die ceſſavit febris, poſt venæ ſectionem bis factam & purgationem; cataplaſma de mica panis tumori admotum, qui paululùm ſubſedit, & pus quoddam pituitoſum effluebat, 13. dies ab apertione, exivit per ulcus cyſtis integra inſtar ſucci verè membranoſa, & paucis poſtea diebus curata eſt. *Lazarus Riverius, obſerv. 76. cent. 1.*

Quidam celebris ob ſcropularum curationem exhibebat decoctionem chamædryos in vini albi ℔i. ad ℔ii. conſumptionem. Doſis cochl. vi. manè & veſperi per menſis ſpatium. Quo non proficiente, exhibebat infuſionem roriſmarini & linguæ cervinæ, an. M. i. in vini albi ℔. iv. per horas 24. & ſumebat æger cochl. viii. bis in die, quo decocto fovebat etiam partes tumentes. *D. Hulſe*, referente. *Ioh. Raio in Catalogo Plantarum Angliæ.*

SECTIO UNDECIMA.

Pro Scroti Gangræna.

VIr quidam honeſtus annorum circiter quadraginta, vino obrutus, cum repentè in Scroti tumorem, cum febre acuta & virium ſubita dejectione, incidiſſet, à Chirurgo vocato remedium petiit; qui cum livorem iſtius partis cum ulceratione totius penis, imò periculum, quod manifeſtam gangrænam deprehenderet, notaret, de cura ſollicitus petiit conſilium Medici. Ego vocatus, injecto prius clyſtere, quoniam alvus à biduo non reſponderat, præſcripſi cataplaſma ex ſcordio, ruta, farina lupin. orobi cum oxymel. vino & ſimilibus. Per os exhibui diaſenam *Fracaſtorii*; & ſubinde aquam theriacalem, quòd malignitatem cordi communicatam obſervarem, ſine hac enim vix reſpirare potuit. Die ſequenti, depoſito cataplaſmate, cuticulam quam Epidermidem vocant, ſe paratam vidimus: tertio die ſcrotum ſponte apertum; & circa veſper. aq. ℔x. effluxerunt, quarto die teſtes ex toto nudatos conſpeximus; deciderat enim ſcrotum a pectine uſque ad perinæum. Hic quod facto opus deliberavimus, reſiccantibus & incarnantibus remediis, quatuordecim dierum ſpatio tantum profecimus, ut non tantùm teſtes ſcroto muniverimus, ſed & natura ſcrotum novis pilis veſtiverit, glans peni redierit integra, omnia ulcera penis conſolidata fuerint, & officium viri deinceps patiens præſtare potuerit. Ego nec quiſquam Medicorum noſtrorum, ſimilem nec vidit nec audivit: Luis Venereæ nulla ſuſpicio, nunc inculpatæ fruitur valetudine. Ego Naturam potius in conſervatione ſpeciei quam individui ſollicitam eſſe dixi: Studet enim perpetuitati, ut cum individuum ſervare non poſſit, ſpeciem conſervet, quod præſtat partibus quibus ſuboleſcimus. *Petrus Holtzemius, obſerv. 76. cent. 5. Obſervat. Chirurg. Guil. Fabritius Hildan.* in ſequenti obſervatione conſimilis habetur Hiſtoria.

SECTIO DUODECIMA.

De Secundina derelicta.

POſt Partum non rarò ſubſiſtunt Secundinæ, quæ niſi quam primùm expellantur, puerperæ certiſſimam minantur ruinam. Retinentur verò ob nimiam tunicarum denſitatem & craſſitiem, propter quam uteri parietibus firmius adhærent, ob earundem rurſus intumeſcentiam, virium ex partu laborioſo exolutionem, & oris uteri occluſionem. Cauſæ externæ ſunt aeris frigiditas, odoramenta, terror aut timor ſubitò adveniens, & imperitæ obſtetricis error, umbilicalem chordam præcidentis antequam ſecundina ex utero egreſſa fuerit.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Secundinis retentis.

MUlieri cuidam poſt partum, diutius in utero non ſine periculo vitæ ſecundina relinquebatur. Meo monitu

olea

oleo ligni juniperi gutt. xxx. sumpsit. Post quarum sumptionem mox secundinæ prodiere salubriter. *Martinus Rulandus curat.* 73. *cent.* 8.

Aliam quandam mulierem morti ferè ægrotantem ob secundinam à partu diu retentam, ilicò liberavi, secundinam solvi, & expuli, imponendo super umbilicum de oleo heraclio ʒiii. *Martinus Rulandus, curat.* 20. *cent.* 8.

Alteri mulieri in simili casu constitutę ex oleo nostro purgatorio tredecim guttas umbilico impono, mox olei succini gutt. octodecim, cum vini cochleari propino, quibus peractis statim secundina est projecta, & mulier sanata. *Idem, curat.* 65. *centuria* 3.

℞. Boracis ʒi. capiat cum ʒiii. vini albi, aut detur tantundem troch. de myrrha. *Petrus Forestus, Schol.* 80. *lib.* 28. *De Morbis Mulierum.*

Hoc pro mirabili secreto & experimento ac accepimus ad secundinam extrahendam, ad menses etiam suppressos; ad uteri suffocationem, ad molam quoque & fœtum mortuum educendum, atque expertum dicitur in iis quæ per quatuordecim dies vel plures secundinam è partu retentam habuere, quæ nullis modis ab ea exonerari poterant, donec hoc secreto ab obstetricæ, quæ id à Judeo Medico acceperat, curarentur. Sumebat folia levistici viridia, contundebat & succum exprimebat cum vino optimo Rhenensi, ejusque cyathum unum propinabat. Hyeme verò contundebat semina ejusdem, & modicè in vino ebulliebat, demum colabat cum expressione, & exhibebat quam fœliciſſimè. *Petrus Forestus, schol. observ.* 32. *lib.* 28.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Secundina retenta.

POrri succus cum vino epotus mirificè ad secundinam educendam valet. Sed quod omnium efficacissimum hoc in casu semper felici cum successu comprobavimus est hujusmodi.

℞. Borac. mineral. ʒii. troch. de myrrha ʒi. succi sabinæ q. s. F. bolus devorandus superbibendo decocti artemis. ʒiv. *Joh. Zechius, consult.* 68.

Ex obstetricum imperitia sæpius accidit secundinam post partum relinqui in utero, sed semper cum matris maximo periculo. Usu pulveris quem *Forestus* commendat (è trochisc. de myrrha sem. viol. rad. dictamn. & rasura dactyli) quasdam Dei gratia liberas scio. *Gregorius Horstius, obs.* 58. *lib.* 5. *De Morbis Mulierum.*

Pulvis *Heurnii* supra descriptus, *Subsect.* 3 *sect.* 10. *lib.* 14. utiliter exhibetur.

Cuidam, quæ in secundinarum retentione inciderat, præscripsit Chirurgus quidam, ut ex capillis ipsius nonnihil adscinderetur, comburetur, & vino dissolutum propinaretur: quod cum præstitisset ægra, secundinas feliciter expulit. *Joh. Marsinus, observ.* 5.

Remedium illud ad Secundas pellendas: ἐξώθησιν ὑστέρων jam aliquoties nobis mirè succesſit. *Conradus Gesnerus.* Epist. annexa tractat. *Joh. Baubini De Plantis à Sanctis denominatis.*

Singularis profectò equi testiculorum ad secundinas depellendas est proprietas adeo quod testatur *Gesnerus* in *Epist.* Rusticum quendam in quinquaginta puerperis feliciter hoc usum fuisse remedio. Usus est & *Horatius Augenius* in pluribus mirabili eventu. Præstantissimum idcircò a gravibus authoribus judicatur remedium, nam & plurimis jam deploratis profuit. Capiuntur testiculi equi castrati, & frustulatim concisi in furno exsiccantur, quorum pulvis quantum capitur tribus digitis in jure bibendus datur: idque si opus est, bis aut ter repetitur. *Jul. Cæsar. Baricellus*, in *Horto Genial. pag.* 297.

Dom. Hieronymus Animans Antecessor meus, vir in praxi Medica, & imprimis quidem in affectibus Mulierum valde acceptus, vel ideo quoque, quia, quod maximè desiderant Mulieres, remedia facile parabilia & domestica ipsis familiariter præscripsit, & quidem multa *Germanico*. Is, inquam, pro secreto post se, reliquit ad pellendas secundinas, emplastrum ventri apponendum ex albumine ovi, & rubrica, quod quia valde astringit, meritò in dubium vocari posset, utrum non potius fœtus tumi-

tunicas intra uterum cohiberet, quam expelleret, sed quia musculos ventris constringit, qui antea ob parturiendi conatum & extensum uterum relaxati & in opere suo debilitati sunt, ideo credibile est tale emplastrum juvare. Musculi enim abdominis constricti & in se redeuntes, uterum quoque superius deprimendo, ad expellendas secundinas aptiores reddunt. *Vvolfgangus Hœferus, lib. 7. Herc. Medic. cap. 6.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Semine extinguendo.

℞. SEm. rutæ (quæ licet in fœminis genituram suscitet, in viris tamen extinguere experientia compertum est) sem. viticis, rad. irid. an. ℥i. sem. lactuc. ℥iiß. menth. sicc. ℥iii. sacch. ℥i. M. F. pulvis cujus ℥i. ex vino albo tenui detur duabus horis ante prandium per aliquot dies, hoc medicamentum est mihi valde familiare, & huic intentioni maximè accomodatum. *Joh. Zecchius, consult. 42.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Serpentis ictu.

RUsticus quidam à Serpente in stomacho vulneratus, verbasci folli contritis & admotis brevi tempore curatus fuit. Notando ergo est illius plantæ vis, & credibile est quod de Mustela fertur, quæ à Serpente vulnerata ad hanc herbam accurens, curatur. *Petrus Borellus, cent. 1. observ. 27.*

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Serpigine.

SErpigo species est herpetis qui ἑρπύστης dicitur, de quo vide supra, *lib. 8. sect. 9. De Herpete.*

SUBSECTIO UNICA.

Pro Serpigine.

PRo Serpigine Puerorum maximè faciem occupante, hoc arcanum proponam. Creta pulverizata, & misceatur cum succo sempervivi ad crassitiem linimenti, quo locus inungatur: statim exsiccat serpiginem & phlyctenas, eo remedio diu ante nos Chirurgus quidam *Delpensis* commodè in pueris utebatur. *Petrus Forestus, schol. observat. 5. lib. 5. Obs. Chirurg.*

Ad Serpiginem caput occupantem tria hic præscribam diversa medicamenta, inter se paululum differentia quorum alteram altero efficacius erit, istis te uti ita velim, ut uno post alterum ex ordine illito, diligens observatio fiat quodnam utilius sit magisque conveniat; nam isto comperto, cum eo ad sanationem usque procedendum. Primum hoc sit.

℞. Sulph. vivi ℥ß. cerus. ℥iß. alum. crudi ℥. m. camphor. ℥. m. mercur. sublimat. gr. iv. aq. plantag. ros. an. ℥iii. vini sublim. ℥i M.S.A. Utere pro litu ad locum affectum cum penna. Alterum hoc esto.

℞. Rad. lapath. acut. concis. & macerati in aceto ℥vi. rad. chelidon. ℥ii. alumin. usti, salis, an. un. i. m. camphor. ℈. m. diapomphol. axung. suil l. an. vn. m. cum succo plantag. F. linimentum ducendum in mortario plumbeo diu; quod leviter illinendum. Tertium sit hoc.

℞. Butyr. rec. infulsi ℥i. m. succi rad. lapath. acut. concis. & macerat. in aceto ℥i. m. succ. rad. scroph. ℥ß. coq. ad succor. fere consumptionem, tum adde cerus. dr. i. alumin. ℥. m. camphor. ℈i. sulph. & thur. an. ℈. m. album. ovi numero 1. subigantur in mortar. plumbeo ad formam linimenti. Addam & quartum, aquam nimium albam quam in serpigine comperi utilem, licet subacris videatur.

℞. Alumin. crudi ℥i. cerus. ℥iß. camphor. ℥iß. mercur. sublim. ℈. m. aq. vitæ & plantag. an. ℥ii. M. illinatur penna. Applicentur etiam folia pinguia crassulæ maj. est enim vere medica & salubris ad id genus affectus herba. *Reinerus Solenander, consil. 2. sect. 2.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Singultu.

SIngultus (Græce λυγμὸς in λίξις singultio) est motus convulsivus ventriculi studen-

ſtudentis excutere quòd ſibi moleſtum eſt. Ejus cauſa eſt materia acris ventriculi orificium irritans & vellicans. Quidam volunt eſſe diaphragmatis & nequaquam ventriculi affectum, ex eo quod voluntarius eſſe poteſt, & omni tempore pro Inbitu excitari; ut plurimum tàmen produci ab affecto prius ventriculo ab acribus halitibus, vel flatibus, vel humoribus undecumque accedentibus, & quaqunque demum via ad membraneum diaphragmatis centrum penetrantibus.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Singultu.

VIr quidam poſt febrem continuam & fluxum ventris ac vomitum incidit in ſingultum, huic cum ab omnibus pro deplorato haberetur, decoxi ſemina anethi, carvi, portulac. & papav. alb. in cereviſia tenuiore, ex quo decocto tantum unum cyathum bibens, miraculi inſtar, præter omnium opinionem à ſingultu liberatus eſt. Alius laborabat ſingultu per triduum, pro quo *Ioh. Tiengius* decoxit. M. i. ſem. aneth. in nodulo ligati in pintis duabus cereviſiæ, quam æger bibebat cali. dè; prius tamen illum purgaverat. Poſt ſumptum anethi decoctum, ſtomacho applicabat ſequentes ſacculos in aqua calefacta poſitos.

℞. Flor. cahamæm. melilot. aneth. an. M. i. origan. calamenth. rutæ, an. M. ß. incid. & F. duo ſacculi, quibus remediis ceſſavit ſingultus. Oportet in ſingultu curando cauſam prius animadvertere. Sic ille, qui ſingultu habebat ex ventoſitate, ſequenti remedio evaſit.

℞. Philon. ℈i. diagalan. ℈ii. detur cum vino. Alteri & hoc ſequens profuit.

℞. Theriac. opt. ℥i. pulv. dictamn. ℥ß. exhibitum fuit cum vino.

Novi vetulam octuagenarium, quæ per ſemiannum ſubinde ſingultiebat; remediis nihil juvantibus, niſi devorato loco ſano, quo ſe tantùm juvari aſſerebat. *Petrus Foreſtus*, *obſer.* 12. *lib.* 18. *De Stomachi Affectibus*.

℞. Sem. aneth. ℈iiß. ſem. papav. alb. ſem. portulac. an. ℈iß. M. fiat puppa quæ pendeat in cereviſia ordinaria, & fiebat hujus puppæ expreſſio, cum cereviſiam biberet, & ſingultus expreſſus fuit. *Idem*, *obſerv.* 29. *lib.* 6. *De Febribus Epidemicis*.

A Febre acuta quidam ſingultu laborans capiebat ſæpiſſimè ex julepo ſequenti.

℞. Hord. mund. M. i. ſem. quatuor frigid. mai. ſem. papav. alb. an. ℥i. ſemin. portulac. lactuc. an. ℥ß. ſem. aniſ. aneth. fœnic. an. ℥i. flor. cordial. p. i. liquir. raſ. ℥iii. coq. in aqua pro ℔i. colatura aromatizetur cum ſpec. diagrid. frig. diarrhod. abbat. triaſantal. an. ℈i. addendo ſyrup. viol. ℥iß. ſyrup. acetoſ. citri, ex infuſ. roſ. an. ℥i. M. F. Iulepus, quo ſingultus ceſſavit. *Idem*, *obſer.* 31. *lib.* 7. *De Symptom. Febrium.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Singultu.

SIngultum hunc ob corrupti humoris acrimoniam & malignitatem in ventriculi tunicis reſiduam fieri ſtatim collegi, quam ob cauſam pro ejuſmodi materiæ evacuatione, tartar. vitriol. ℈iv. cum vino abſinth. præſcripſi, quo laudabiliter operante, ſed nec dum expultrice ſtimulata quieſcente, julapium *Foreſti* in hoc caſu commendatum (cuius deſcriptionem vide Subſectione ſuperiore) ordinavi. De quo ſæpius hauſtum conceſſimus, donec ad uſum laudani opiati accederemus, huius gr. iii. cum dr. m. theriac. & ℥i. Conſerv. roſ. permiſta dedimus, quo ipſo ad miraculum uſque periculoſum ſymptoma ceſſavit. *Gregorius Horſtius*, *obſerv.* 25. *lib.* 1.

Remedio eſt ſi puppa ex anethi ſemine ac papaveris potui immittatur. *Io. Heurnius*, *ad aphor.* 13. *ſect.* 6.

Cauſa tollitur vomitu & purgatione. Inter purgantia hieram *Galeni*, qua non ſufficiente, hieram *Pachis* ſummis laudibus extollo. Ubi vero ſymptoma maximè viget, ego ſummo cum ſucceſſu diaphœnico cum philonio romano uti ſoleo. Ab uſu horum ad evacuantia inſenſibiliter eſt deveniendum, quæ cum motu, id præſtant ſunt ſternutatoria, quorum materia ſatis nota eſt, quæ ſine motu, ſunt diatrion pipereon, diagalanga, ſed præcipua ſunt ſal. theria-

theriacale, & ſal abſinth. quæ hic ſunt magnæ efficaciæ, quibus non conferentibus, ab uſu olei ex calcantho in vino generoſo dati non abhorrerem. Quando ſymptomata urget, ad medicamenta quæ ipſum reſpiciunt deſcendendum erat: ideo mivam cydon. ſimplicem atque aromatizatam laudo, ſicuti theriacam, (vel quod magis probo) diagalangam, aut mithridatium cum philonio roman. caſtoreum etiam ex mulſa datum eſt præſtantiſſimum, quod alligatum etiam ex *Tralliano*, veluti amuletum convenit. Medicamenta etiam externa in eundem uſum ſunt uſurpanda; ideo profuſio ipſius ventriculi facta cum oleo, in quo caſtoreum, ſtyrax & maſtiche, una cum vino cretico in duplici vaſe ad conſumptionem vini coquantur, eſt maximi uſus. Linimentum quoque ex mithridatio liquato in aqua ardenti mihi eſt ex uſu, quibus non conferentibus una cum *Avicenna* ſinapiſmos probo. *Jul. Cæſar Claudinus*, *conſult.* 18.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Singultu.

PUer annorum circiter decem de ventriculi dolore conqueſtus, ſine ferè intermiſſione, idque per octiduum dies noctesque ſingulticbat, ad me adductus, aquam nucum viridium cum raphano in aceto prius maceratarum extillatam propinavi, qualem vomitionis excitandæ gratia exhibere ſoleo. Verum etſi minimè vomuerit, tamen ſtatim ſingultus deſiit, & cum noctem denuò hauſtum bibiſſet, ab hoc ſymptomate perverſo penitus fuit liberatus. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 1. *pag.* 217.

Chirurgus quidam æger factus, mox ſingultire cœpit, adeo continuatis vicibus dies noctesque, ut nec dormire, nec rectè loqui aut cibum capere poſſet ad extremum hoc pacto debilitatus, cum nil juviſſet, & jam quaſi in agone eſſet, dedimus illi non ſine metu, ipſo tamen ſummopere rogante, vomitorium ſatis validum chymiſticum, quod ad manus erat, unde immenſam bilis æruginoſæ & nigræ copiam evomuit aliquoties, ceſſavitque ſingultus, ipſeque ſenſim convaluit. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 1. *pag.* 218.

Adoleſcens quidam febre hemitritæa correptus, ſingultu etiam perpetuo afficiebatur. Dedi vomitorium ſequens.

℞. Radic. raphan. ℥ii. ſem. atriplic. aneth. an. ℥i. F. decoctio in colat. ℥iv. diſſolv. ſyrup. aceſ. ſimpl. ol. oliv. an. vn. i. bibat & fauces irritet digito vel penna ut vomat. Juſſi ventriculi regionem fomentare decoctione abſinth. in vino, addito pulvere cariophyll. item ventriculo apponatur cruſta panis in vino madefacta, & pulvere cariophyll. aſperſa, cum longioribus jam intervallis ſingulticbat, dedi iterum tale vomitorium.

℞. Ol. amygd. d. vn. iß. ol. aneth. ℥ii. aq. nuc. virid. vn. iii. M. bibit, & denuo vomitio ſecuta eſt. Poſtea ventriculum inunxit ol. nucis moſch. & ſumpſit Conſerv. roſar. Deinde aliquoties purgatus tandem convaluit. *Idem*, *obſerv. lib.* 2. *pag.* 314.

Extra maximè convenit fotus ex aceto valde acri cum caſtor. piper. ſinapi bene calido per ſpongiam ventriculo applicatus. *Rodericus à Fonſeca*, *tom.* 2. *conſult.* 27.

Puellæ cuidam tredecim annorum ſingultu laboranti exhiberi jubeo calomelan. gr. xvi. diagrid. gr. viii quo ſolo remedio affectus in totum ſublatus eſt eodem die. *Lazarus Riverius*, *cent.* 3. *obſervatio* 42.

Vir quidam febre maligna laborans graviſſimo ſingultu & ferè aſſiduo torquebatur. Vocatus in conſilium, laudani gr. ii. præſcribo cum emulſione quatuor ſem. frigid. maj. in qua ſalis prunellæ ℥i. diſſoluta fuit; intra horam ceſſavit ſingultus, nec amplius rediit. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 78. *cent.* 4.

Extemporaneum pro ſingultu remedium eſt thoracis compreſſio. *Joh. Hartmannus*, pract. Chymiatr. *pag.* 176.

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

Pro Siti intenſa.

EPiſcopus *Lodovenſis* cum per aliquot dies Arthriticis doloribus conflictatus eſſet,

esset, subito dolores valdè imminuti sunt, eodemque tempore febris cum corripuit, cum siti inextinguibili, ita ut postquam duos cyathos aquæ bibisset, sitis nullo modo imminuta appareret. Existimavi hos affectus provenire ex retentione humorum, qui ad articulos antea ferebantur. Ad horum affectuum curationem præscripsi clysterem laxantem & refrigerantem bis in die iterandum, tum etiam Phlebotomiam bis in die per biduum, & in singulis haustibus potus ordinarii, qui erat ex decocto hordei & graminis, dissolvebam salis prunellæ dr. i. spirit. vitriol. gt. xii. hisce remediis intra biduum sitis illa ingens extincta est, & febris admodum remissa, ac paucis postea diebus, blandis purgationibus, cum jusculis refrigerantibus, per intervalla usurpatis integrè restitutus est. *Lazarus Riverius, observ. 37. centur. 3.*

Vir quidam febre continua laborans, tam intensa siti vexabatur, ut crederet se esse unum ex bajulis illis *Parisiensibus* qui aquam per urbem circumferunt, clamabatque diu, ac noctu sic (*de l'eau*) sed cum sitis ejus nullis potuisset extingui remediis, cessavit sumpta ℥ij. salis prunellæ cum aq. communi. Alteri etiam eodem affectu laboranti idem profuit remedium, *Petrus Fachequus, observ. 24.*

SECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Spasmis Periodicis.

MUlier quædam in difficili partu convulsionibus corripiebatur, sanum tamen & salvum fœtum enixa est. Postea spasmi manuum pedumque recurrunt eodem ferè horæ momento vespertino, quo primùm in partu invaserant, servantque statum istud tempus per plusculas hebdomadas. Consultus ego dedi Pulverem *Marchionis*, in aqua hirundin. & cerasor. paroxysmo imminente circa vesperam in lecto sumendum, quo iteratis vicibus sumpto, à spasmis liberata fuit. *Thomas Bartholinus, histor. 39. cent. 3.*

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Sphacelo.

FErmentum quod cereviſiæ calenti post quinque vel sex horas demitur, sphacelum sistit, experimento mulierculæ *Batavicæ*, quæ Pistori, cui sequenti die crus amputandum erat, fermento super linteum illito, non sine Chirurgorum admiratione summa, naturalem cruri calorem conciliavit, continuatoque ejus per aliquot dies usu, ab omni labe miserum vindicavit: imminentem ex frigore gangræ nam fæce cereviſiæ melioris extinctam in ancilla nostra vidi. *Thomas Bartholinus, histor. 41. cent. 5.*

SECTIO VIGESIMA.

De Sterilitate.

STerilitas (Græcè ἀγονία & ἀτεκνία) concipiendi est impotentia, partium genitalium, seminis, uteri, & sanguinis menstrui vitio proveniens. Ejus causæ aliæ sunt internæ, aliæ externæ: internæ sunt, vel ex parte uteri, vel ex parte seminis & menstruorum vel ex parte habitus corporis. Causæ ex parte uteri, sunt ejus cervicis nimia angustia vel amplitudo, ipsius etiam uteri immodica intemperies, sive calida nimium; semen exurens, seu ficca supra modum, illud arefaciens, sive demum humida, ob fluorem album præcipuè omnium frequentissimam sterilitatis causam; in uliginoso enim & madido utero semen germinare nequit. Præterea sterilitatem inducunt uteri tumores omnes, præsertim hydrops, ulcera item obliquitas, perversitas & oris ejusdem claufura ob malam conformationem, coarctatio etiam ab emento pinguiusculo. Seminis vitio impeditur conceptus, quando vel nullum est, vel paucum, vel intemperatum, aut aliena & inimica conceptui qualitate præditum vel quia semini virili improportionatum existit. Sanguis item menstruus hanc calamitatem infert, ob ejus longam retentionem, vel immoderatum profluvium. Nimia denique corporis obæsitas vel gracilitas hic etiam partes agunt.

gunt. His addunt Authores occultam quandam disposition em, qua nonnullę Mulieres steriles redduntur, sine ulla manifesta causa. Causæ externæ sunt nimius motus, nimia item quies, passiones animi, coitus invitus, amor enim conciliat genituram, intempestivus & nimius concubitus, Pharmaca etiam conceptum impedientia, fascina per Diabolorum mancipia inducta.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Sterilitate.

COmitissa quædam primo Matrimonii anno Filiam peperit, postea annis penè duodecim sterilis permansit. Subinde uterinis morbis divexabatur, nec menses decenter & ordine fluebant, ut curam illius susciperem rogatus, eam sic aggressus sum. Postquam itaque à mensibus repurgata fuerat, primùm fæces hac ratione expurgatæ sunt.

℞. Catholic. ʒi. dissolv. in aq. meliss. & cichor. q. s. ut F. Potio, capiat. Altero die vena brachii aperta fuit, tertio, quarto, quinto, & sexto diebus continuis præparante hoc syrupo usa fuit.

℞. Rad. aper. in vino albo macerat. an. ʒi. rad. rub. ʒß. artem. matricar. nepet. puleg. utriusque fumar. summitat. lupul. an. M. j. cicer. rubr. p. j. flor. bug. anth. leuconii an. p. j. sem. sesel. siler. month. fœnic. an. ʒiß. passul. ʒii. F. decoctio, in colat. adde sacchar. q. s. aromatiz. ʒi. cinnam. & ʒi. santal. citrin. F. apozema pro quatuor dosibus.

Septimo denuo purgata fuit sic.

℞. Pilul. aggregat. ℈ii. aurear. ℈ß. cum vino malvat F. pilulæ ix. Octavo, ut vires recolligeret, sumpsit hunc bolum.

℞. Conserv. rosm. ʒi. ras. ebor. ℈i. mosch. gr. ii. M. F. Bolus. Hisce peractis deinceps alternis diebus hoc electuario usa est bolum illius sumendo.

℞. Conserv. Satyrion. conserv. rad. eryng. an. ʒi. pistac. pinear. mundat. conf. flor. anth an. ʒi. cortic. citr. condit. zinzib. condit. an. ʒß. sem. eruc. bulbi, an. dr. iß. ras. ebor. dr. ii. coagul. lepor. rasur. cornu capræ, priapi tauri pulv. an. ʒi. pulv. diambr. diamosch. an. ʒß. ci nn. cariophyll. macis, nuc. mosch. an. ℈ii. cum syrup. conserv. zinzib. F. Elect. interim topica matricalia adhibui remedia, pessaria duo primùm, quæ duabus noctibus in sinu uteri retineret.

℞. Spec. tripher. magn. sine opio, spec. benedict. agar. crasso modo triti, an. ʒi. sem. nigell. roman. ʒii. cum succo mercuriali, F. Pasta, impleantur duo sacculi & utatur.

Cum instaret septimana, qua menses fluere debebant, saphænam aperiri jussi, & ut menses sic expectaret. Absoluta mensium purgatione curam denuo aggressus sum. Insessionem talem illi præscripsi.

℞. Rad. alth. M. ij. rad. valerian. enulæ rubiæ maj. an. M. i. fol. majoran. artemis. nepet. chamædr. chamæpit. fol. lauri, vinc. pervinc. puleg. origan. an. M j. flor. chamæm. meliss. sambuc. an. p. ii. sem. lini fænugræc. an. ʒi. sem. carvi ʒß. bulliant in aqua adde lixivii mensur. ij. sedeat in hoc balneo noctu cubitum itura per horam unam, ventremque inferiorem ad umbilicum usque immergat calidè, dein egressa & absersa calidis pannis, in sellam perforatam sedeat, in eaque fumum sequentem per quartam horæ partem imo ventre excipiat.

℞. Troch. gall. & alipt. mosch. an. ʒß. styrac. calam. ladan. benjoin. an. ʒiii. lign. Aloes santal. citrin. an. ℈iv. rad. pæon. ʒß. mosch. ambr. an. ℈ß. cum laricea, F. trochisci pro fumo ponder. ʒii. imponatur unus carbonibus, surgens è sella & in lectum decumbens inungat regionem sub umbilico sequenti unguento.

℞. Ol. nardin. moschæl. an. ʒiii. pingued. gallin. anser. an. ʒi. fol. lign. Aloes, zinzib. zedoar. an. dr. ii. macer. nuc. mosch. cariophyll. an. dr. iii. ros. stœchad. schænanth. an. dr. m. castor. dr. i mosch zibeth. an. gr. vi. F. unguentum, inungatur, & postea dormiat. Hunc processum balnei suffitus & inunctionis eo modo per dies septem continuet, verum duobus postremis diebus, postquam hisce usa fuerit, & in lectum se composuerit, pessarium hoc in sinum uteri immittat, totaque nocte retineat.

℞. Ma-

℞. Maſtich. dr. i. m. ſtyrac. liquid. ℈ iv. cicer. rubr. dr. m. vitell. ovor. crud. q. ſ. F. duo Peſſariæ. Poſt uſum poſtremi Peſſarii, ea nocte corpus membraneum craſſum, latum, & fibroſum rejecit, quod, quia inde mirè ſe levatam ſentiebat, multis annis geſtaſſe, & pondus & gravamen inde ſenſiſſe prædicabat. Juſſi ab uſu omnium medicamentorum abſtineret, donec menſium tempus præteriret, quod cum adveniſſet, nec menſes fluerent, ſtatim ſe gravidam ſuſpicabatur, juſſi emplaſtrum ſequens in pectinis regione noctu geſtare.

℞. Maſſ empl. pro matric. ℥i. de maſtich. ℥. m. hypocyſt. acaciæ an. dr. i. roſ. rub. dr. m. ſantal. omnium an. ℈i. ſtyr. calam. benjoin. troch. gall. & alipt. moſch. an dr. i. malaxentur oleo moſchæleo, F. emplaſtr.

Ex nauſea, vomitu & menſium retentione gravida eſſe quoque opinatus ſum, nec me opinio fefellit; nam mox ventris & mamillarum intumeſcentia ejus rei fuerunt indicium filaque poſt nata id confirmavit. Hæc cura laudem non exiguam mihi apud magnates peperit. *Felix Platerus, obſerv. lib. 1. pag* 270.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Sterilitate ob uteri humiditatem.

℞. CInnam. cardamom maj. croci, cariophyll. macis, cyperi, nuc. moſch cumini, lign. aloes, piper. long. caſſ ligneæ, an. ℈ii cubeb. doronic. an. ℈ iv. ambr. moſch balſami an. dr. i. ſacch. albiſſ. ℔i. m. vini malvatic. aqu. bugl. & meliſſ. an. q. ſ. F. electuar. de quo capiat omni ſero quando vadit dormitum cochl. j. Eſt hoc expertiſſimum, quod cum hoc quod calefacit, exſiccat matricis humiditates, ad imprægnationem ſolemniter diſponit, & non ſolet me decipere.

℞. Galliæ moſch. caſtor. bdell. ladani coagul. lepor. nuc. moſch. an. ℥. m. coq. diu in aqua, in qua lavetur aut ſuffumigetur cum ea.

℞. Teſticulum verri exſiccatum unum, teſticulor. vulpis paria iv. teſticul. lepor. par. v. galli para vj. matric. leporis x. cerebra paſſerum ; 60. rad. paſtinac. ſylv. carfluorum, ſatyrionum, omnium cum ſacch. conditor. raſ. ebor. an. ℥ii m. cinnam. electiſſ. ℥iii. veretri tauri non nigri, pinear. dactyl. nucis indæ, an. vn. ii. piper. long. zinzib. flor. roriſmar. an. ℥. m ſem. ſeſel. dr. i. ſem. urtic. cariophyll. croci, macis, galang. cyperi, nuc. moſch caſſ. lign. cubeb. doronic. nepit. ſem. mercurial. maſculi, fol. indi, moſch. ambr. an dr. i. ſacch. alb. diſſolut. cum aq. nepit. ℔vi. F. electuar. quod prolificativum eſt mirabile à me expertum: utatur mane jejuno ſtomacho, & etiam quando intendit copulari viro. *Bartholomæus Montagnana, conſil.* 207.

Purgato ut decet corpore, ego maximè comprobo hanc confectionem; ſi eius ℥. m. cum vino generoſo tribus vel quatuor diebus continuis jejuno ventriculo, ante mulieris cum viro concubitum propinetur.

℞. Moſch. ambr. an. gr. iii. caſtor. dr. m. lign. aloes, cinnam cariophyll. raſ ebor. an. ℈. ii. ſpic. piper. long an. dr. m. doron. zedoar. galange an. dr. i. ſacch. vel mell. q. ſ. F. mixtura S. A. utilem etiam imò omnium efficaciſſimam hunc in uſum confectionem nunc deſcribendam inveni.

℞. Satyrii ℥ii. ſpec. diamoſch d. raſ. ebor. an. ℈ii. uteri lepor. ſiccat. & pulv. ℥ß ſucci ſalviæ depurat. ſucc herb. tabac. an ℥ß. ſacch albiſſ. in aq. artemiſ. q. ſ. fiat confectio in rotulis: cujus ℥ii. mulieri exhibeantur deſinentibus menſibus, tribus diebus continuis hora una ante cœnam, ſuperbibendo ℥ii. vini generoſi.

℞. Zinzib. cinnam. ſpic. nard. an ℥i. nuc. moſch. macis, benjoin. ſtyrac. an. dr. i. cariophyll ladani an. dr. m. caſtor. ℈i. cum terebinth. F. trochiſci quibus uterus ſuffumigetur.

Si adhuc non concipiat, repurgatio iterum leniter corpore, guajaci decoctum triginta diebus aut pluribus accipiet in hunc modum paratum.

℞. Lign. guajac ℥v. ſalſeparill ℥i. aquæ communis ℔ix. infund. horis viginti quatuor. Deinde bulliant ad conſumptionem medietatis; in fine add. artemiſ. matricar. ſalv. beton. an. p. i. coletur & uſui ſervetur. *Ioh. Zecchius, conſult.* 67.

Capiat ſæpius in die de morſulis his conceptionem facilitantibus.

℞. Rad.

℞. Rad. satyr. rec. eryng. an. dr. ii. pinear. mundat pistaccor. an. dr. ii. m. cortic. citri, zinzib. an. dr. i. sem. eruc. siler. mont. pastinac. syl. cineræ, an. ℈ii. coagul. lepor. priapi tauri, an. dr. m. cinnam. cariophyll. an. ℈i. cum sacch ros. tab. solut. in aqu. meliss. ros. & bugl. q. s. F. confectio in rotulis. *Ioh. Petrus Lotichius, observ. 14 cap. 1. lib. 5.*

SUBSECTIO TERTIA.

De Sterilitate.

INter alia si vino myrrhato, quod veteres in deliciis habuerunt, hoc tempore non careremus, infessos ex eo factos cunctis aliis anteferrem; sed si loco ipsius vinum generosum capiatur, eiq; myrrha, & aristolochia, artemisia, rosa, & cupressus incoquantur, atque ex ipso percolato infessus utero de more paretur, magnam utilitatem esse sequuturam credo: sic enim simul & nimiæ humiditati, recentricis infirmitati, uteri oris obliquitati, & consequenter sterilitati succurri posse sperandum est. *Hieronymus Mercuralis, consult. 93. tom. 1*

Peracta corporis purgatione, & muliere à menstruis mundata, statim mane & sero per duos dies sumat. hanc evaporationem, quæ mirabilis est, & nunquam vana est inventa nam mundificat matricem, & eam ad conceptionem disponit, & continet quam plurima simplicia juvantia manifestis & occultis qualitatibus.

℞. Sabin. lauri, rorismar. fol. citri, matricar. menth. symbr. bistort. rad. petrosel. liquirit. fœnicul. aspar. meliss. absinth. origan. quatuor anodyn. salv. sambuc. matrisylv. an. part. æq. semin. anis. cumin. cubeb. galang. an. ℥i. bull. in aq. in vase benè obturato, & post accomoda embotum per cannam perforatam, & sumat fumum in utero. His pluries factis duobus diebus, coeat cum viro suo manè. Si adhuc non concipiat mulieri suffumigetur hoc mirabili suffitu manè & serò per duos dies à menstruis.

℞. Mosch. ambr. an. gr. x. lign. aloe ℥ß. gummi olivar. dr. ii. cinnam. el. ℥i. myrrh. dr. m. gall. mosch: gr. xv. pulv. saffasr. ℥ii. terebin. & gummi pini, q. s. F. suffitus,

Hoc facto, utatur nocte mulier hoc Pessario.

℞. Pulv. liquir. & matric. lepor. exsiccat. an. ℥i. stercor. lepor. & cumini, an. ℥ii. spicæ, myrrhæ, & amomii an. ℈i. coagul. lepor ℥iß. ladam q. s. contundenda contund. & in petia ligentur, & imponantur. Ad omnem sterilitatis causam valet ex *Democrito*, ut tam vir quàm mulier per aliquot dies bibant ad ℔ß. juris galli veteris cum dr. i. pulv. testiculi verris seu apri siccati in umbra; & est secretum rarissimum & valde expertum. Uterus leporis siccetur, & cum vino detur in potu, vel decocto sassafras per decem dies, maxime cum à menstruis mulier est purgata; vel ex *Rhasis & Avic.* urina Elephantis mirabilis est, maxime de serò bibita cum mulier est vicina conceptui. Ad idem valet radix bistortæ vel imperatoriæ cum vino bibita plures dies: ad idem ex *Savonarolle* dens Pueri septem annorum in auro vel argento gestatus in brachio, vel lapis aquilæ. Ad eandem intentionem valent infrascripta simplicia, quovis modo sumpta, vel in pulvere, vel in elect. nimirum satyrion herba, radix lapathii, matris leporis, porci, rasura eboris, coagulum leporis & stercus ipsius, & vulpis, sem. sesc. pastinaca, urtica. Sic *Galenus 3. De remediis paratu facil. cap. 190.* Leporis uterum frige, tritamque assidue propina; cum stercore vulpis & sevo bubulo inunge mulieris virique genitalia. Mihi maximè familiaris est hæc conserva.

℞. Pulv. raf. ebor. ℥i. pulv. sesel. dauci, an. ℥ii. coagul. lepor. ℈ii. conserv. borrag. & anthos, an. ℥ii. M. Post menstrua sumat mulier. Fœcundissimas quoque reddit mulieres, ut ex Historiis *Ægyptiorum* habetur, hausus succi salviæ domesticæ ad. ℥iv. cum modico sale, maximè post menses. *Epiphanius Ferdinandus, histor. 95.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Sterilitate.

SUmmæ efficaciæ creditur secundina mulieris exsiccata & in pulverem redacta,

dacta, ac ʒi. exhibita, alii pro ſecreto habent pulverem ex hepate & teſticulis porcelli, quem ſolum ſcropha edidit; eumque ſterilitatem arcere aſſerunt, tam in viris quàm mulieribus.

Matthiolus in *Dioſcorid.* Ammi ſemen prædicat his verbis; ammi legitimi ſemen, quod ex *Alexandria* affertur, mirificè præſtat ad mulierum ſterilitatem, nam compertum eſt hujus tantùm ſeminis auxilio plures prolificas affectas: ſiquidem ſi propinetur mane ʒi. pondere ex vino meracio, aut carnium jure in tenuem pulverem contritum, alternis diebus, tribus horis ante cibum, futuram pollicetur prolem. Sed oportet maritum cum uxore rem habere iis tantum diebus, in quibus illa ſemen non ebiberit.

In quibus mulieribus viſcerum calefactio timetur, raſura ebor. erit utiliſſima ad ʒi. cum vino albo ſumpta, per quatuor aut quinque dies poſt purgationem menſtruam Eſſentia ſatyrionis hic maximè excellit, ſi ea ad ℈i. vel ii. uſque ad ʒi. in vino malvatico exhibeatur ejuſdem etiam ſal valde efficax eſt ad ʒß. cum vino malvatico poſt purgationes menſtruas exhibitum.

Aqua ſtillaticia ſequens eſt valde efficax.

℞. Cinnam. cariophyll. nuc. moſc. mac. an. ʒi. cubeb. piper. long. galang zedoar. ſem. ammeos, ſeſel. an. ʒß gran. juniper. dr. i. vini albi generoſi, aq. roriſmar. majoran. meliſſ. an. q. ſ. ſtent in digeſtione per ſex dies, poſtea deſtillentur, ac mane & veſperi cochlear. i. vel ii. exhibeantur. *Lazarus Riverius*, *prax. medic. lib.* 15. *cap.* 15.

Sterilitatem experimento abolet, teſte *Mermanno*, hoc vinum medicatum.

℞. Lign. indic. ℔ß. ſar. parill. ʒiv. faſſafr. rad. chinæ, liquirit. an. ʒß. cortic. lign. dr. v. turbith. dr. iii. rhei el. dr. ii. fol. ſen. ʒiß. zinzib. cal. arom. an. dr. iß. rad. ireos dr. ii. flor. veronic. beton. an. M. i. affund. vini rhenani ℔x. & bibat quotidie ℔ß.

Vel præmiſſis, purgationibus, & balneis, & ſuffitu, &c.

℞. Ol. nardin. moſchæl. an. ʒiß. ol. cheirin. dr. x. ſpec. diambr. diamoſch. d. ſtyrac. liq. an. dr. ii. Ambr moſch. zibeth. an gr. iv. cum pauca cera. F. linimentum, quo uteri regio illiniatur. *Vvolfgangus Hæſerus*, *Here. Med lib.* 7. *cap.* 2.

Lemnius refert obæſas mulieres ſale vegetabili deſtituta ſteriles, moderato ſalis condimento fœcundas fieri. *Idem*, *lib.* 2. *cap.* 1.

Imprimis hic utiles ſunt thermæ naturales ſulphureæ, bituminoſæ, aluminoſæ, nitroſæ, ad quas plerumque fœminæ ſteriles tanquam ad Aſylum confugiunt, & quidem ſæpe non ſine fructu. *Daniel Sennert. pract. lib.* 5. *part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 2.

Pilularum ex terebinthina uſus vere & autumno, frequenter ſatis ex uſu, ſterilitati medetur. Nobilis mulier Medicorum conſilium ſecuta, hac arte & ingenio ſterilitatem vitaſſe ſe affirmavit: frequenter devorabat pilul. unam ex tereb. optima præſertim ineunte vere, per tres menſes, & exacta æſtate, initio autumni, per tres alios menſes: quod creditu non eſt difficile; maximas enim dotes & opportunitates terebinthina eſt conſecuta: ut facile in pilul. formam reformetur, in decocto convenienter elixanda eſt, ut facilius ducatur, & conſiſtentiam acquirat formandis pilulis utilem. *Guil. Ballonius*. *conſil.* 30. *lib.* 3.

Mulierem, quæ nunquam conceperat, quamvis innumeris medicamentis uſa eſſet. *Joh. Veslingius*, à morte ſectam, vidit tumore uteri laboraſſe, membrana propria materiam ſebo ſimilem continente, quem ideo inter ſterilitatis cauſas meritò referendum cenſebat; ejuſmodi ſteatoma uteri fundo adnatum viſum quoque notavit. *Ioh. Rodius*, *cent.* 3. *obſerv.* 46. *Georg. Hieron. Velſchius*, *obſervat.* 72.

Mulieres quædam, quæ per multos annos ſine conceptione ſteterant, frequenti uſu balnei & electuarii ſequentis tandem imprægnatæ ſunt.

℞. Fœnugræc. ℔. ß. artemiſ. ſicc. ʒii. beton. nepitæ, majoran. an. ʒv. avellan. toſtar. ℔. i. zinzib. cinnamom. cariophyll. piper. long. gran. paradyſ. an. ʒiv. nuc. moſch. nuc. cupreſſ. an. dr. ii. moſch. fini ℈i. mell. deſpumati ℔. ii. F. Electuar. quo utatur mane & ſero. *Arnoldus de Villanova Tractat.* 2. *de Sterilit. cap.* 8.

SE-

SECTIO VIGESIMAPRIMA.

De Sternutatione.

STernutatio (Græcè Πτάρμός in πτάρνυμι ſternuo) eſt flatuoſorum ſpirituum, aeriumque vaporum cerebrum offendentium violenta & involuntaria per nares expulſio. Cauſæ internæ ſunt humores, & vapores à cerebro ad nares delabentes. Externæ verò radii lucentis Solis, vapores è cepis, allio, ſinapi, raphano, &c. & medicamenta ptarmica naribus admota.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Sternutationem moleſta.

JUſſi ut per nares ſæpe attraheret lac tepidum, quod cum ter quaterve feciſſet, miraculi inſtar, ſtatim ceſſavit ſternutatio. Credebam enim ex acris Catarrhi deſcenſu ad nares ſternutationem irritari, neque mea opinio me fefellit, nam ex lacte tepido per nares attracto, ſalſedo & acrimonia quæ nares pungebat, mitigata fuit, & ſternutatio moleſta ablata. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 127. *lib.* 10. *De Cerebri morbis.*

SECTIO VIGESIMASECUNDA.

Pro Stomachi ardore.

CUratio hujus mali duobus perficitur: Primum eſt, ut ardor ille ſedetur; alterum, ut cauſa tollatur, ne idem malum revertatur. Prius perficitur iis quæ fervorem humorum temperant, & ebullitionem tollunt; unde datur conſerva roſar. fructus acidi, & eorum ſuccus, ut malum citrium, granatum, berberis, vinum abſinthites, panis medulla, aceto, & aliis ſuccis acidis imbuta. Vel,

℞. Conſerv. roſ. vitriol. ʒß. cydon. condit. ʒii. rob. ribes ʒß. ſpec. diatrion. ſantal. diarrhod. abbat. an. ʒ. m. ſyrup. cydon. q. ſ. F. Electuar.

Imprimis verò utilia ſunt quæ iſtam ebullitionem tollunt, humorem quaſi imbibendo & præcipitando, vel ut facilius deferveat, faciendo, aut ejus qualitatem tollendo; in quem finem præcipuè commendatur creta alba, quam vulgus etiam interυπόρρ numerat, nux moſch. bolus arm. oculi cancri, C. cervi, lapides carpionum, grana thuris. Hinc ſequentia commendantur.

℞. Nuc. moſch. ʒi. cretæ ʒii ſacch. ʒiii. F pulvis, doſis ʒß vel ʒi.

℞. Nuc moſch. macis, roſar. an. ʒß. ſacch. alb. ʒi. cretæ ʒii. F. Pulvis. Vel,

℞. Nuc. moſch. ʒß. croci gr. ii. C. cervi uſti ℈ii. cret. ʒß. ſacch. in aq. portulac. diſſolut. q. ſ. F. rotulæ. Vel,

℞. Cretæ ʒi. bol. arm. ℈ii. roſ. rub. margar. præp. an. ʒß. macis ℈i. ſacch. alb. in aq. diſſolut. q. ſ. F. Morſuli. Vel,

℞. Conſerv. roſ. vet. ʒi. ocul. cancri præp. bol. armen. an. ʒx. cum ſyrup. conſ. nuc. moſch. F. Electuar. *Daniel Sennertus, practic. lib.* 3. *part.* 1. *ſect. c.* 16.

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

Pro Stomachi dolore.

ADvirum quendam accitus ſtomachi dolore vehementi laborantem, cum decoctum flor. chamæm. in cereviſ. communis præbuiſſem, emiſſis ructibus, & in ſudorem ſolutus, incantamenti inſtar omnis dolor evanuit; ut nullis aliis præſidiis opus fuerit uti. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 20. *lib.* 18. *De Stomachi Affectibus.*

Præceptor meus *Elidæus* hoc ſequenti medicamento utebatur.

℞. Electuar. de dactyl. ſeu diaphœnic. ʒß. philon. rom. ℈ii. cum aqua chamæm. fiat Potio. Hoc etiam in ſimili caſu adhibuit.

℞. Elect. diaphœnic. ʒvi. philon. rom. ʒi. aq. flor. chamæm. ʒiii. F. Potio.

Nos mulierem quandam ſimili dolore correptam, cum elect. diaphœnic. & alia non iuvarent, hoc ſolo fotu curavimus.

℞. Rad. alth. ʒß. flor. roſ. rub. chamæm. ſummit. abſinth. an. M. i. coq. in aq. chamæm. & aq. communis, q. ſ. pro ʒiß. in fine addendo vini Rhenenſ. opt. aq. roſ. & aceti, an. parum. F. Fotus; quo omnis dolor ceſſavit; adeo illud medicamentum

approbavit, ac divinum appellabat ut memoriæ inſcriberem, ut alios ſimili malo laborantes à dolore curarem. Alia etiam mulier dolore ſtomachi intolerabili cruciata, poſt remedia univerſalia, hoc ſequenti fotu ab omni dolore incantamenti inſtar fuit liberata.

℞. Abſinth. commun. & roman. flor. chamæm. roſ. rub. menth. exſiccat. an. M. i. ſem. ſumach. myrtillor. an. ℥. m. flor. melil. p. i. coq. in aq. pro lbi. m. colat. adde ſpec. diarroh. abb. ʒii. m. aromat. roſ. ʒi. aq. roſ. ℥ii. aceti roſ. ℥im. iterum ſemel bulliant, & F. fotus pro ventriculo. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 23. *lib.* 13.

De expertis ad ſtomachi dolorem eſt hoc.

℞. Pulv. Cariophyll. ʒii. aq. decoct. origan. ℥iii. ſacch. alb. ℥i. detur calidum in potu in aurora. Solet ſedare ſtomachi dolores, & ſingultum à frigido provenientes. *Barth. Montagnana, conſ.* 10.

Pro ſtomachi dolore cauſato à jecoris fervore, & ventriculi algore, nullum mihi tutius medicamentum videtur rheo; quod & crudam pituitam & bilem clementer expurget, obſtructioneſque mirifice ſummoveat, quare ſi bis ſaltem in menſe bolum ex rhei ʒi. & tantundem ſpec. hier. gal. melle roſato ſolvente paratum devoraverit, nulla purgatio tutior efficaciorque deprehendetur ad doloris præcautionem. *Joh. Zecchius, conſult.* 55.

Qui de oris ventriculi dolore conquerebatur, vir effœminatus evomere non potuit. Cæterùm ab injecto clyſtere, quo alvus rectè reſpondit, ℥iii. aquæ florum chamæmeli calidæ ebibit, à cujus potione dormivit, & optime valere dixit. Et ſanè deſtillatitia chamæmeli aqua pro leniendis ventriculi & inteſtinorum doloribus præcipua medicina. *Amatus Luſitanus, curat.* 39. *cent.* 5.

Pro ſtomachi inflatione. Ego aqua zedoariæ, obſervatis obſervandis, frequentiſſimæ utor, & ſic mulieribus & virginibus hyſtericis pariter ſuccurro. Addo, ſuavitatis gratia, man. chr. per *Vvolfgangus Hœferus, Herc. Medicin. libr.* 3. *cap.* 1.

Aqua zedoariæ ita fit.

℞. Zedoar. lb. i. excorticetur; & incid. adde aniſi lb. m. vini menſur. ii. Stent per 14. dies. F. deſtillatio in B. M. Reiterata vice ſuperaffundo primam deſtillationem. De hac aqua, urgenti admodum ventriculi inflatione, capiat cochl. 1 ut etiam lipothymiis & cordis palpitatione ſupervenientibus. *Gregorius Horſtius, libr.* 5. *obſervat.* 1.

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

Pro Stomachi Exulceratione.

CVm aliquando vir quidam ab imperito Medico purgantem medicinam hauſiſſet, cui ad accelerandam evacuationem acria quædam & erodentia fuerant admiſſa; tantus dolor ventriculi ortus eſt, ut trium hebdomadum ſpatio per os nihil fere ſine immani loci exulcerarati dolore aſſumere potuerit, & fame pene enecaretur; Medicis incaſſum laborantibus, tandem quod propria ratio & experientia ſuggeſſit, uſus eſt tragacanto cum aq. flor. roriſmar. miſſo, cujus fragranti tenacitate ulcus conſolidatum, & multos poſtea annos vixit incolumis. *Thomas Bartholinus, hiſtor.* 21. *cent.* 6.

SECTIO VIGESINA QUINTA.

Pro Stomachi imbecillitate.

℞. CAſſiæ ℥ß. ſpec. hier. ʒiii. cum ſacch. F. bolus, ſumat in aurora, nullum eſt medicamentum præſtantius ad ducendos vitioſos humores in ventriculo hiera ipſa. Sequenti die pro præparatione humorum ſumat in aurora ʒi. oxymel. ſimpl. poſtea reiteretur bolus hieræ, præterea pro roborando ventriculo externis utatur hoc linimento.

℞. Ol. nard. maſtich. an ℥i. m. vini gener. ʒii. bulliant ad conſumptionem vini: deinde adde pulv. maſtich. cinnam. pulv. abſinth. an. ʒi. cum cera. F. linimentum: quo illinatur ſtomachus ante cibum. *Roder. à Fonſeca, tom.* 1. *conſult.* 67.

SE-

SECTIO VIGESIMA SEXTA.

De Stranguria.

Στραγγουρία (in στραγγ gutta & οὖρον urina) est urinæ gutatim facta cum vel sine dolore & continuo ad mingendum stimulo, excretio: Causæ sunt humores acres, calculus, intestini recti, uteriquè inflammatio, pus à renibus ad vesicam transmissum, quæ omnia expultricem vesicæ facultatem, propter affectum: sphincterem, stimulando, hunc introducunt affectum: causæ externæ vini, cerevisiæque fæculentæ potatio, crudorum alimentocum leguminumque esitatio, &c. mixtus est affectus ex ischuria & dysuria.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Stranguria.

MIhi adhæsit Stranguria cum insigni dolore, ultra tres septimanas & nihil æque juvit, ac decoctum malvæ cum syr. viol. quo alios multos postea simili malo laborantes curavi. Verum cum postea urina facilè efflueret ob debilitatem vesicæ nimis fortasse relaxatæ, à decocto illo abstinui; & vesicam roboravi inunctione olei myrtei & mastich. *Petrus Forestus, obs.* 4. *lib.* 25. *De vesicæ morbis.*

Quidam stranguria laborans, consulente *Antonio Harvero* Medico *Hagbano*, brassicam rubram decoxit cum jure vervecis, eoque jure utens, insperso pauco pulvere nuc. mosc curatus fuit; fortè ex frigiditate hoc malum contraxerat. Chirurgus *Harlochius Delphensis* hoc modo stranguriam tollebat.

℞. Fol. chamæm. thymi an. q. s. fol. sennæ ℥ii. coq. in aq. chamæm. hujus expressionis cyathum propinabat: ad causam frigidam rectè valere arbitror: verum Pharmacopœus meus, cum aliquando stranguriam pateretur, ex largiore potu vini; capiebat aquam rosac. cum album ovi concussam, ad medium scutellę ebibebat, quo seipsum, tum alios curabat: alius cum modo stranguria afficeretur, ex mulierculæ consilio decoxit flor. chamæm. cum lacte bubulo; & ita seipsum curavit, lac ardorem mitigabat, & flores chamæm. lotium provocabant. *Petrus Forestus, observ.* 23. *lib.* 25.

Mihi semper profuit vinum rhenanum ad stranguriam propter recentem cerevisiam illatam: quod si in pagis degens, ubi vinum non esset, apud ægros, cogebar cerevisiam bibere recentem, sumpta nuce myristica, ab hoc malo levabar: cum ex cerevis. rec. stranguriam quidam incurrisset, solo sevo candelę umbilico inuncto, se ipsos curabant: alii solo cochleari oxymel. epoto, id malum a se depellebant: sed & foliorum ribes nigræ odor, multoque magis eorundem decoctum id vitium emendare expertum habemus. *Idem, observ.* 2. *lib.* 25.

Stranguriam lapides cancrorum sanare docet. *Joh Helmontius, tractat. à sede animæ ad morbos.*

Datur decoctum malv. & emulsio 4. sem. frigid. & papav. alb. *Ioh. Heurnius aphor.* 22. *sect.* 3.

Manè & principio mensæ utatur hoc potu ordinario.

℞. Sem. alth. malv. ad ℥iii. cicer. rubr. rec. ℥iii. sem. 4. frigid. maj. an. ℥iii. hord. mund. p ii. caric. ping. numero 9. sebest. rec. numero 7. liqu. ras. ℥vi. F. decoctio in aqu. ℔iv. ad medietatis consumptionem, quotidie manè & vesperi ℥ß. saquentis pulv. admittat.

℞. Trochisc. alkikengi cum opio ℥iii. oculi cancri ℥i. sacch. penid. ℥ß. M. F. pulvis superbibat de hoc liquore.

℞. Syr. viol. iujub. an. ℥ß. spirit. terebinth. gt. v. aq. parietar. viol. alth. an. ℥iß. M. pro mitigatione doloris penem affligentis, hoc fomento utatur.

℞. Flor. malv. verbasc. viol. alth. an. M. i. sem. lini fænugræc. an. ℥iß. farin fabar. ℥ii. coq. in s. q. lactis vaccin. pro fotu. Hoc verò inungatur.

℞. Mucilag. sem. lini fænugræc. extract. cum aq. portulac. an. ℥ß. pomac. opt. ℥ß. vitell. ovor. numero 2. camphor. ℈ß. opii gr. v. butyr. rec. & insulsi q. s. F. linimentum. *Joh. Petrus Lotichius, observ.* 9. *cap.* 5. *lib.* 4.

Vir senex 81 annorum, cum juvenis esset, nec non, post vini potatione delectabatur, sed haud alterius quam *Rhenani*, cujus

ſubinde multas amphoras bibere poterat citra ebrietatem. Hic poſt ſexageſimum ætatis annum temperantius vixit; præteritis verò octoginta vitæ annis, etiam quàm antea parciùs multò, & rarò admodum vino *Rheneno* uſus. Tandem verò nec bibere citra offenſam potuit: Si quando enim *Rhenanum* eum bibere contingebat etiam in exigua quantitate, ne copiosè, mox illi urinæ ſtillicidium valde moleſtum fuit. Ab aliis vinis, ut *Gallico*, *Hiſpanico*, aut rubro, non offendebatur. Repertum fuit remedium, ſed quod non niſi præſenti malo ſuccurreret. Quotieſcunque enim ad *Rhenani* vini potum revertebatur, mox iterum urinæ ſtillicidium accedebat. Profuit tandem ex ovorum teſtis in cinerem redactis & vino *Rhenano* permixtis lixivium, quo vel ſemel aſſumpto, deinceps vino *Rhenano* ad extremum uſque diem innoxiè uti potuit. Supervixit, poſt quam liberatus à ſtillicidio urinæ eſſet, annos duos aut tres. *Rembertus Dodonæus*, *obſerv.* 48.

SECTIO XXVII.

De Strumis.

VIde ſupra Sectione Octava. *De Scrophulis.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Strumis in collo.

PRæmiſſis debita purgatione & venæſectione hoc topicum adhibeatur.

℞. Lentium cum aceto excoctar. ℥iv. ſucc. apii, depur. ℥ii. ſem. coriandr. ℥ii. cum adipe porci maſculi F. cataplaſma extend. ſuper lintea, & bis in die affectis locis applicetur. *Item.*

℞. Pulv. fol. & rad. tuſſilag. vn. ii. farin. ſem. lini ℥i. cum adipe ſuillo F. cataplaſma. Interim ut electuarium noſtrum in hunc uſum maximè probatum ſumat etiam atque etiam hortamur: eſt tale.

℞. Oſſium gallin. elixat. oſſium vertebr. human. an. ℥. m. troch. de viper. ℥ii. ſcord. margarit. an. ℥. m. mell. deſpumat. q. ſ. F. electuar. ſumat bis in die ad ℥ß. manè & veſperi dum it dormitum. *Joh. Zecchius*, *conſult.* 70.

Lenita alvo melle roſato ſolut. & manna, vel hiera *Gal.* cum caſſia, humores ſunt præparandi decocto roſmar. betonic. borrag. ſcrophular. adiecto ſyrup. de beton de cichor. & oxymel. ſimpl. poſtremo humores ſunt deturbandi infuſo agar. & rhei, vel catapotiis cochiis, demum exhibeatur decoctum ligni ſancti cum roremar. ſcrophular. cichoraceis & ſantalis albis per plures dies. Pro tumore reſolvendo laudo maxime emplaſtrum, diachyl. magni ireati: ſi in ſuppurationem abit, applicetur dachylon gummatum: facta ſuppuratione, apertoque loco, ad mundificationem, à melle cum pulvere myrrhæ & ireos, vel ab unguento baſilico & apoſtol. non eſt recedendum quo in caſu nec pulvis aſphodeli aut floris æris improbatur, mox pro implenda carne uti licebit unguento diapompholig. vel de beton. vel iſidis; tandem ad cicatricem obturandam utatur unguento infraſcripto, quod eſt ſepius in frequenti uſu clariſſimis viris.

℞. Ol. laurin. aq. vitæ ceruſſ. pulver. an. ℥i alumin. ℥i. ſalis commun. ℥ii. M. F. unguentum. *Jul. Cæſar Claudinus*, *conſult.* 112.

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Struma coxa innata ingentis magnitudinis.

MUlierem quandam ſtruma coxæ innata multos annos miſerabiliter vexabat. Ad eam jam magnitudinem excreverat, ut occupante ea coxam ipſam ac crus, ambulare non poſſet, quo factum ut jam quinquennio miſera in lecto jaceret: nec ex Medicis ullus inveniebatur, qui aut ferro aut alio quovis medicamento tollere tam ingens malum auderet: quare omni ſpe deſtituta, me cum juniori adhuc eſſem ad ſe vocans, operam noſtram depoſcit, lachrymis urget, & precibus, ut quamlibet miſerabile, aliquod tamen ei præſidium afferam mori ſe malle quam in tanta miſeria & calamitate vitam ducere: moverunt me, fateor, infelicis mulieris

lieris lachrymæ: ac propterea rem sanè arduam, & quam nullus qui saperet attentasset, aggressus, strumam ipsam ea potissimum parte, qua coxæ pendebat, vinculo deligo: & quoniam resecanda crassitudo palmo plenior erat, singulis diebusque diebus vinculum ipsum arctius necto, donec pars media resecaretur: tum cadenti ferro, quod superest scindo, sanguinem supprimo, & mulierem ferrè mortuam resumens molli cubiculo recreo; ac curiosa dein observatione, idoneisque medicamentis ritè procedens, divino tandem auxilio eam in pristinam sanitatem reduco. Tanta autem fuit præcisæ carnis moles, ut pondus 60. Librarum excederet. *Antonius Benevenius, cap.* 14. *lib. De mirandis morborum & sanationum causis.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Strumis.

POst venæsectionem & purgationem foveatur pars affecta spongia in aqua calcis expressa & arte alligata per decem dies, excipiatur suffumigium ex lapide pirite extincto in aceto fortissimo, bis in die per infundibulum cujus tubulus totum tumorem contineat; postea applicetur emplastrum de *Vigo* quadruplicato mercurio, cujus singulis unciis addatur vitrioli romani ʒi. & ammon. in aceto soluti. *Lazarus Riverius, obs. 76. cent.* 1.

Virgo quædam decem annos nata tumores duos & strumosos patiebatur in tribus digitis, qui curati fuerunt suffitu aceti supra silices candentes conjecti mane & sero per mensem integrum continuato, hoc remedium à *Galeno* miris laudibus effertur ad tumores scyrrhosos discutiendos. *Samuel Formius, observat.* 49.

Puella quædam quatuor annos nata laborabat scrophulosis tumoribus circa collum & aures valde eminentibus: consuluit aliquis parentibus ipsius, ut eam pediculis corripi sinerent, qui tandem ulcera toti capiti inferre possent, per quæ materia morbifica, humor scilicet pituitosos in magna copia ritè evacuatus est per aliquot menses; & ægra tandem liberata fuit absque alio remedio. *Simeon. Iacoz. observ.* 20.

Armoricos quidam à pluribus annis strumis circa collum & sub utraque axilla laborans tandem ab Illustriss. *D. Gab. Harduino* de Sain *Iaques* nosocomii charitatis *Lutetiani* Medico ordinario in hunc modum curatus est. Præmissis universalibus cataplasma ex foliis cucumeris asinini seu juscule contusis, partibus tumentibus admovit; præscriptaque dieta tenui, nec non modico exsiccante, altera die opiata sequens præscripta est.

℞. Turbith hermodact. an ʒii. rad. utriusq; scrophular. ʒi. rad. angelic. ʒii. fol. sennæ ʒß. scammon. crudi ℈iv. F. omnium pulvis, & excipiatur cum syr. ros. pallid. dosis ʒii. addendo cuilibet, mercur. sublimati dulci gr. xx. qua alternis diebus per xv. dies repetita, nec non renovato cataplasmate disparuerunt tumores omnes scrophulosi, absque sectione, aut eradicatione ulla: & sic sanus & incolumis evasit *Lazarus Riverius, observ.* 10. Inter observationes hinc inde decerptas.

Novi plures qui in strumosis tumoribus digitalis floribus valde confidunt: quos quidam in butyro maiali quot possunt immittens curant insolandos per æstatem; alii cum adipe porcino miscent; & sub terra defodiunt per quadraginta dies. Utrique flores cum unguento reservant, una linteis inducunt & tumoribus applicant: hosce tumoribus discutiendis vel maturandis ulceribus detergendis vel explendis sufficere, ferunt expertos; quinto & sexto quoque die diacarthamo purgant, interim continuo decoctum herbę robertianæ præbent: pars ulceris rubens parte unguenti tenuiore inungatur; pars autem unguenti crassior linteamini imponatur, quod nunquam mutetur: sunt qui novella & primò erumpentia plantæ digitalis germina accipiunt, eorumque succum expressum in butyro coquunt ad succi consumptionem; atque hoc novo succo addito bis terve repetunt *D. Bates* referente *Iohan. Rajo, Catalogo Plantar. Anglia.*

℞. Fol. lamii albi M. i. calefiant. inter duos lateres calidus, & tumori applicetur: cum unius noctis spatio ut plurimùm aperit. Electuarium flor. genistæ pulv. &

melle rosato exceptum ad scrophulas expertum, si eo quis utatur continuò. *Joh. Rajus, Catal. plantar. Angliæ.*

Homines fide digni observarunt strumas alioſque tumores aboleri, si pars affecta affricetur ad manum cadaveris humani, ita enim sensim evanescere tumores, prout sensium putrescit cadaver; quo tardius hieme; citius æstate contingit. *Thomas Bartholinus, Histor. 66 cent. 3.*

Nos pluries vidimus, præmissis universalibus, brevi tempore & faciliter strumas curatas, non alio medicamento, quàm aloe, si nempe ipsius folia (præsertim, æstate, tunc enim abundant copioso humore) sub cineribus calidis aliquantisper posita, per longum & per medium dissecta super strumas quotidie apponantur. mundant etenim & abstergunt ulcus, humorum putredini summopere resistunt & vulneraria facultate prædita citissime ad sanationem perducunt. *Dominicus Panarolus, obs. 22. Pentecostæ 4.*

Sequenti remedio plures unico mense strumas evanuisse prægrandes vidi: ac subitò præfocationem à venenoso fungo illatam curari.

℞. Spongiæ marinæ in carbonem combustæ ʒiii ossis sepiæ usti, piper. long. zinzib. pyrethr. gallar. salis gemmæ, calcis testarum ovor. an ʒi. M. cum aqua stillata ex præfatis spongiis, & exsiccetur paulatim. Accipe hujus pulveris ʒß. decrescente Luna ut paulatim liquatus deglutiatur, vel fac illinctum & boccium disparebit: alii defectu spongiæ fumebant pilosam excrescentiam sylvestribus rosetis innascentem, exteriori cortici castaneæ persimilem hirtam hispidamque, cujus solius pulvere utebantur feliciter. Item usus sum hoc unguento in strumis & schyrrhis.

℞. Ol. laurin. ʒviii. oliban. mastich. gummi Arabic. resin. abiegn. an. ʒii. destillatum iterum destilla cum cineribus clavellatis, *Joh. Helmontius*, tract. cui tit. *Tartarus non in potu.*

SECTIO VIGESIMA OCTAVA.

De Studendi modo.

POst prandium quiescas à studiis donec tres horæ elapsæ fuerint, neque post cænam studiis incumbas; siquidem in multam noctem studia protrahere, & matutino tempore in lecto stertere, non solum fluxiones parit, verum etiam ingenio officit *Jo. Crato, consil. 13. lib. 4.*

SECTIO VIGESIMA NONA.

Pro Sublimati veneno.

VIr quidam famulam percussis, quæ ira percita, hinc inde vindictam quærens in mentem revocat suam dominam sublimatum cum argento vivo profucandis genis coxisse, ac in mortario sub lecto reposuisse, ad quod accedens, ejus portiunculam ʒß. pondere accepit, quam duobus pullis prandio destinatis, altero verò elixo, clam indidit: ex quibus cum herus ac uxor uterum gerens, filii & servi, simul & catu quidam comederent, omnes in vomitum & symptomata gravissima inviderunt; quibus pertotum illum diem ac sequentem noctem miserè laborarunt: vocatus ego, videnſque omnes angi, ac in vomitum pronos, causam unicam ac communem omnibus esse dixi, eamque venenum fuisse certus eram: proinde nulla data mora ad evomentia medicamenta confugimus; inter quæ numerare licet lapidem bezoar, sed præcipuum vomitorium, & quod inter cætera palmam obtinuit, ut experientia tunc deprehendi, fuit aqua namphæ, cujus, singulas libras tepidas bibendas propinavimus, à cujus potu omnes multa evomuere, & melius habere visi sunt: At postquam satis evomuerunt, ad theriacam devenimus, & hoc conditum.

℞. Conserv. acetos. citri ʒiv. smaragd. ℈ii. scordii. ʒß. terr. lemn. ʒiii. M. & cum syrup. de acetos. citri F. conditum & jusculis pinguibus, nonnullis etiam adhibitis clysteribus, veluti cordi admotis epithematibus, sanitati intra triduum fuere restituti. *Amatus Lusitanus, cent. 1. curat. 64.*

SE-

SECTIO XXX.

De Suffocatione uterina.

VIde ſupra *lib.* 8. *ſect.* 15. *De hyſterico affectu.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Suffocatione uteri.

GAlbanum diſſolvimus cum modico aceto, & in corio rotundo extendimus, & umbilico mulieris apponimus: hoc remedio infinitas præfocatas curavimus, & à paroxyſmo excitavimus: peſſus etiam in hunc modum paretur.

℞. Gall. moſch. ℈ii. cinnam. folii macis, caryophyll an. ℈i. ambr. moſch. an. gr. iii. ladan. ſtyrac. an. q. ſ. cum aq. roſ. moſch. F. veluti ſuppoſitorium utero indendum. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 51. *& ſchol. lib.* 27, *De morbis mulierum.*

Cum viderem virginem ſuffocatione uteri ex ſemine retento miſerè torqueri, imperavi ut emplaſtrum contra matricem quo nos uti ſolemus, pudendo muliebri apponerem, quod cum feciſſent, illico ad miraculum ceſſavit uteri ſuffocatio: Emplaſtri noſtri hæc eſt deſcriptio.

℞. Gall. moſch. alipt. moſch. ſtyrac. calam. ladan. puriſs. maſtich. an. ℥i. xyloaloes, xylobalſam. carpobalſam. galang. cyper. an. ℥iii. roſ. rub. ℥iß. ceræ novæ ℔ß. pulver. pulverizentur & cum terebinth. q. ſ. F. emplaſtrum ut artis eſt; hujus accipio vn. i. & obduco in circuitu galbano in forma rotunda, & umbilico appono; & inveni ſæpe magnam utilitatem quotidiana experientia. Alia muliere ſuffocatione uteri laborante, cum neque emplaſtr. contra matricem, neque male olentibus naribus admotis excitari potuerit, tandem nos vocati plumas perdicis uſtas naribns admovimus & mox ad ſe rediit: poſtea etiam eodem malo ſubinde recurrente, ſemper eodem remedio fuit reſtituta; tales igitur plumæ pro quadam proprietate juvant; quare cum aliæ plumæ combuſtæ idem tam efficaciter non præſtant, has ſemper deinceps paratas habere voluimus. Quædam puellæ nubiles peſſo ex tymo cum panno lineo ſubdito, a paroxyſmis illico reſtitutæ ſunt. Ad idem valet peſſus ex floribus roriſmar. Novimus alias ſola maſticatione ſem. leviſtici, ſemel paulatim deglutiendo à paroxyſmo fuiſſe liberatas. *Idem obſerv.* 32. *& ſchol.*

Cum globum ex aſſa fætida & caſtor. pro odoratu naribus admoviſſemus, & hunc pulverem ſequentem ſumpſiſſet, cum exigua cereviſia, acceſio licet gravior ceſſavit.

℞. Rad. gentian. ſem. dauci oſtrut. (r. imperator.) an. ℥ß. F. pulvis ſubtiliſs. poſt tres dies redeunte uteri ſuffocatione adeo violenta, ut pro mortua haberetur, dedi ex cereviſia ℥i. pulv. matricalis, qui ita deſcribitur à *Leonello*.

℞. Rad. dictam. ſem. dauci an. ℥i. cinnam. el. caſſ. lign. meliſſ. an. ℈ii. croci orient. ℈ß. caſtor. rec. ℈i. M. F. Pulvis ſed acceſſio adeo erat violenta, ut neque pulvis juvaret, nec odor aſſæ fœtidæ, caſtorei, nec plumæ perdicum uſtæ, quæ omnia tamen ſæpe juvare ſolebant. *Idem, obſerv.* 33. *lib.* 18.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Suffocatione uteri.

PEr os exhiberem decoctum tale.

℞. Galang. zedoar. el. bacc. lauri, rad. liguſtici an. dr. ii. gran. & rad. pœon. an. dr. i. ſem. cumini dr. iß. ſem. dauci, paſtinac. ſylv. an. dr. i. coq. in aq. flor. tiliæ, betonic. & matricar. an. ℔ß. ad caſum tertiæ partis de colatura dabis manè & ſerò cochlearia v. vel vi. calide: decocto exhauſto, darem de ſequenti pulvere, quem ſæpe in ſedando dolore ac ſtrangulatione matricis non ſine fructu ſum expertus.

℞. Semin. dauci ℥ß. ſem. paſtinac. ſylv. dr. ii. rad. pœon. & gran. ejuſdem exoticc. an. dr. iß. rad. liguſtic ſem. cumin. an. dr. iß. anterior. oſſis cranii humani ex ſutura coronali uſti, cinam. el an. dr. iß. baccar. lauri, zedoar. el. an. ℈iß. fol. betonic.

rad.

rad. biſtort. an. ℥i. ſuccini albi ammeos, ſefeleos an. ℥ß. redigantur ſingula in tenuiſſimum pulverem & M. doſis manè & ſerò ℥ß. cum aqua matricar. beton. & modico vini albi clari.

Nicolaus Florentinus etiam laudat in tali caſu pulverem gentian. in vino calido oblatum, & ſcribit hunc pulverem dolorem ventoſum ex flatu craſſo inflativo, tum proprietate, tum qualitate ſanare; & addit, dicunt quidam quod curat dolorem præſentem & præſervat à futuro. Ad extra applicarem emplaſtrum de Galbano factum, & de baccis lauri, an q. ſ. & applicarem cumini, vel ſolum emplaſtrum de baccis lauri præcedentibus tamen fomentis carminantibus, & anodynis ſive humidis ſive ſiccis. *Ioh. Nevius, conſil. 35. lib. 3. conſil. Cratonis, &c.*

Cum uteri ſuffocationes in enixis eveniant matrice etiam optimè purgata; nihil utilius ſemine dauci ſaccharo incruſtato deprehendi, & uſu confirmavi. *Abraham Seylerus, epiſt. 31. lib. 6. conſ. & epiſt. Cratonis, &c.*

Frictionibus & ligaturis pedum, & præſcriptis ſubſequentibus paroxyſmum inhibuimus.

℞. Caſtor. ℈iv. aſſ. fœtid. ℈i. galban. ℈iß. cum cera q. ſ. F. pomum, teratur manibus & odor naribus percipiatur. Item,

℞. Pulv. fol. artemiſ. puleg. abſinth. meliſſ. an. ℥iii. ſem. cumini, angelic. an. ℥i. galban. ℥i. cum cera, & terebinth. q. ſ. F. Emplaſtrum extenſum corio ventri imo applicetur in forma accomodata. *Gregorius Horſtius, obſerv. 11. lib. 5. De morbis mulierum.*

Quidam accipiebat ſeptem circiter domuncalas cochlearum, caſque in pulverem ſubtilem redactas prunis inſpergebat, jubebatque fœminas hyſtericas parte inferna fumum excipere: ſincerè affirmabant omnes, ſentire ſe, ac ſi quis filo matricem ad locum ſuum detraheret quod poſtea ſæpiſſimè à pluribus probatum, ſemper efficax compertum fuit. *Ieremias Martinus, obſervat. 36.*

Ancilla quædam fluxum menſium ita copioſum patiebatur, ut intra duas horas ſanguinis ℔iv. aut v. excreverit; unde ſequuta eſt affectio hyſterica ita gravis, ut illa aphona, & quaſi mortua jaceret, eùm tamen apertos haberet oculos, & manu ſe ſtrangulari judicaret. Vocatus ad eam ſequentem potionem præſcribo, tum cohibendo fluxui, tum hyſtericæ affectioni coercendæ idoneam.

℞. Aq. raph. roſ. & plantag. an. ℥i. ſanguin. dracon. gr. xii. ſal. prunell. ℥i. M. F. potio, quæ poſt tres horas interjecto juſculo reiterabatur. Poſt primam exhibitionem omnia ſymptomata remiſſa ſunt, in ſecunda verò omnino ceſſarunt. *Lazarus Riverius, obſerv. 84. cent. 1.*

SECTIO XXXI.

De Suffuſione.

Vide ſupra *libr. 3. ſection. 31. De Catarata.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Suffuſione & dolore oculorum acerbo.

MEdicamenta ocularia externa primum gratia ſolius doloris ſunt adhibenda, quo circa præter fotum ex decocto fœnugræci, objecta prima & ſecanda ebullitione, cum ſpongia factum, præter cataplaſma ex carne pomorum dulcium ſubcineribus concoctorum, vitello ovi aſſo, pulvere ſacchari, tantillo croci, lacte mulieb. & aq. fœnic. exceptis; ego mirum in modum laudo fotum factum cum fruſto carnis vituli in aqua chamæm. calefacto, ac pulvere ſacchari ſuperaſperſo, vel cum veſicula hœdi, vel agni oleo amygdalino dulci recens parato repleta. Sedato dolore, ſi cataracta non videatur perfecta, ita ut medicamentis diſcutientibus auferri poſſe commodè videatur, laudo aquam viridis æris; laudo & medicamentum *Galeni* 4 local. quod ex felle cum melle, & ſucco marrhubii conficitur. Linctus & ſufflatio etiam non ſunt improbanda, potiſſimùm ſi fiant maſticato ſemine fœnic. dulcis liquor etiam ſtillatitius recens euphraſiæ, ac tandem ex troch. viperini prius in ſucco chelidon. maceratis mihi probatur: ictus vero ad diſcutiendam materiam oculis impactam, nil præſtantius reperiri

inquam poterit decocto viperarum in aquis ocularibus parato. Pulvis etiam carnis accipitris assæ, cum pulvere verbenæ & fœnic. ex aqua eupras. datus est miri usus. Præ cæteris ego usitatum habeo florem nucis moschatæ cum conserv. euphras. *Jul. Cæsar Claudinus*, *consult.* 56.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Suffocatione.

EX iis quæ longa experientia cognovimus, laudamus inter cætera, ut juvenis aliquis puellus aut juvencula suavem habentes anhelitum, insufflent leniter in oculum laborantis manè jejuni, ubi prius os abluerint aqua pura, in qua hora una aut altera macerata fuerint semen fœniculi, nux moschat. & cinnamomum. Postea verò lingua lambent oculum, mandet autem prius semen fœniculi & euphrasiam. *Iac. Sylvius*, *consil. Cratonis*, *&c.*

Mulier quædam *Lutetiæ* aqua è *Phœnicea* anagallide destillata multos suffusione laborantes liberavit. Potest destillari cum melle. *Iac. Hollerius*, *lib.* 1. *De Morbis internis*, *cap.* 21.

Duo præ cæteris in hunc usum collyria maximè probamus. Unum est, paretur pani, ex toto farina, cum rutæ, chelidoniæ, euphras. & beton. & fœniculi pulveribus, melle addito, qui excoctus, & recenter ex furno extractus, in partesque dissectus intra vasa duo stannea vel argentea concluditur, inde aqua quædam colligitur, quæ guttatim in affectos oculos instillata mirificè conducit. Hoc sæpe fœlici cum successu citra noxam ullam expertum præsidium. Alterum est.

℞. Fol. viol. alb. M. j. sem. raphan. hortens. ʒi. Ammoniac. ʒß. & M. & pulverizata, macerentur horis vigintiquatuor in aqua fœnic. ℔i. dein bulliant unica levi ebullitione, colentur, & percolato adde succ. fœnic. depurati ʒi. Balsami opt. ʒiii. Hic liquor mane & vesperi instillatus corpore (ut decet) prius exactè purgato, non solum præfatum vitium tollit, verùm etiam antiquas oculorum ægritudines ita deterget & dissipat, ut cataractam etiam citra ferrum mirabiliter auferat. Interim verò ut capitis & oculorum excrementa prorsus dissipentur, atque hæ partes roborentur, ligni Indici decoctum per triginta aut quadraginta dies epotum cum simplicibus oculoribus paratum maximè opportunum ferè non dubitamus, in hunc modum parabitur.

℞. Lign. sanct. ʒiiß. sarsæparill. ʒß. rad. sassafras, ʒii. infund. per diem & noctem in aq. ℔iv. dein bulliant ad consumptionem medietatis, in fine adde ad ebulliendum euphras. chelidon. verben. fœnic. beton. an. p. i. colentur; & ℥vi. vel vii. in aurora propinentur; & sic provocetur sudor, capite tamen & oculis ab incalescentia defensis. *Joh. Zecchius*, *consult* 27.

Inter localia, aqua quæ ex pane, cui pulvis fœnic. & rutæ, cum modico melle admixtus sit recenter ex furno extracto, ac inter duo vasa stannea concluso colligitur, oculo guttatim instillata mihi placet. *Hier. Mercurialis*, *tom.* 1. *consult.* 87.

Præclarè suffusioni opitulatur sequens aqua stillatitia frequenter oculis illita.

℞. Fol. recent. exsiccat. tamen fœnic. rutæ, eupras. beton. verben. tormentill. gallitrici, anagallid. chelidon. an. M. i. flor. ros. sylvestr. cichor. agrimon. periclymeni, an. M. ß. contusa omnia misceantur, & cucurbitulæ vitreæ imponantur, quibus admisceantur mell. virg. ℔v. urinæ infantis, vini generosi, roris cœlestis mensibus *Majo*, & *Junio* per feniculi viresccentis herbam mundissimo linteolo collecti & expressi, an. ℔ii. qui liquores adfundantur herbis & per quatuordecim dies digerantur vitro bene clauso, in ventre equino, & tandem in balneo cineris artificiosè destilletur aqua, quæ ter ad fæces siccari incipientes reaffundatur, ac subinde iterum destilletur. *Franciscus Joel. pract. libr.* 2. *sect.* 1.

Vidit *Joh. Crato.* Monachum quendam novem dierum spatio à præceptore suo ex suffusione facillimo remedio curatum, radicibus nempe fœniculi in vino coctis, & decocto oculis applicit. *Hier. Reusnerus*, *observ.* 35.

Puer vel Puella octo annorum jejuno sto-

ſtomacho maſtichet roſam unam recentem, & poſt maſticationem ſtatim oculos lambat. *Ioh. Baptiſta Montanus conſil.* 84.

Fiat collyrium iſtud.

℞. Aloes ʒi. pompholyg. lotæ ʒß. aq. euphraſ. roſ. fœnic. an. ʒi. M. F. collyrium, & ex eo fiat deſtillatio in oculis. Cum hoc ſæpe etiam lippitudinem ſanavi. Teſtis eſt *Johannes Frata* Juvenis nobilis Veronenſis, qui, poſtquam Gymnaſio *Ticinenſi* lippitudinem correptus fuiſſet, hoc ſolo collyrio, poſt debitam totius corporis purgationem, à me curatus feliciter convaluit. *Omnibonus Ferrarius* de Arte Medica Infantium *lib.* 3. *cap.* 19.

Quidam qui antequam morbo Gallico afficeretur, altero oculo cæcus erat, ſuffuſione denſiſſima oculum occupante, hydrargyri inunctione à morbo *Gallico* & à ſuffuſione, quod maximè mirum eſt evaſit: *Alexander Traianus Petronius*, *lib.* 5. *De Morbo Gallico*, *cap.* 1.

SECTIO TRIGESIMA SECUNDA.

Pro Sugillatione ſeu oculi macula.

POſt venæſectionem & purgationem, & cucurbitulas ſcapulis appoſitas, ne plus ſanguinis effluereret leviter reppellentia, ut album ovi cum aq. roſac. concuſſum & lacte muliebri appoſui. Poſtea ſanguinem calidum columbarum ab alis deſtillantem inſtillavimus: ad majorem diſcuſſionem, nonnulli lac muliebre cum pauco thure infundat; at nobis ſatis fuit ſanguis columbæ vel turturis, alioqui ad magis diſcutientia veniſſemus, quę ad inveteratas & denigratas ſugillationes præſcribuntur, ut eſt aqua raphani, ſuccus abſinth. cum melle mixtus liviorem oculi tollit, quo nos in pauperibus utimur. Quidam initio caſeo recenti utuntur *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 8. *& ſchol. lib.* 11. *De morbis oculorum.*

SECTIO XXXIII.

De Sulphuris Balſamo.

IN aliquot curationibus hactenus recenſui certa experientia, cum ratione conjuncta quibus oſtenditur quid oleum ſeu balſamum ſulphuris præſtet in externis morbis, quæque ipſius vires ſunt. Nunc ſtudioſus medicinæ omnes ejus facultates plenius cognoſcat, breviter & ſummatim eas exponam: habent attrahendi peculiarem vim hoc oleum, leni contactu vel illitu ſanat ani fiſſuras, fiſtulas apoſtemata, pruritum, procidentiam, marciſcas, & alia ani vitia, anthracem etiam & apoſtemata omnia, aurium dolorem, tinnitu, exulcerationem, vermens & alia aurium vitia: arthriticos item morbos. Calefaciendi vim habet non excellentem ratione mixtionis & compoſitionis: conglutinat & conſolidat omnia ulcera & vulnera; carnem mirificè ac citiſſimè generat; cancrum etiam, canitiem, caſum ab alto, capitis ulcera, colicam, cutis fœditates omnes, contuſa membra, & cranium fractum ſanat contactu vel illitu: emollit dura, dolores, diſlocationes membrorum, fiſſuras laboriorum, & aliarum partium frigidos, morbos, faciei ruborem, puſtulas, gallicam ſcabiem hæmmorrhoides cæcas, earumque dolorem, humidas morbos omnes ſanat illitu, mamillarùm etiam duritiem, tumorem, exulcerationem & cancrum, & morſus animalium venenatorum; maturat etiam & mundificat: curat etiam paralyſin, paronychiam, polypum podagram, pruritum, pediculos necat; pus generat, rumpit apoſtemata ad maturationem perducta, mundificat eadem; curat ſcabiem omnis generis illitu; ut ſpaſmum, ſanat illitu tumores, tubercula, tibiarum ulcera, vulnera quæcunque vomicas, varices varos, ulcera recentia, antiqua & putrida, & uſtionem ex quacunque cauſa. *Martinus Rulandus*, *curat* 92. *cent.* 1

Schroderus in Pharmacopœa ſua medico chymica ita deſcripſit balſamum ſulphuris *Rulandi*.

Fl. Sulphur. vel ſulphur. puri ʒi. ol. rapar. expreſſ. vel nucum ℔ß. vini generoſi ʒi. macerentur per dies octo lento igne, aliquoties agitando. Poſtea coquantur lentè ad vini conſumptionem, tandem cola, & ſerva uſui.

SE-

SECTIO XXXIV.

De Surditate.

Κωφωσις, Latinè Surditas, auditus eſt abolitio. Ejus cauſæ ſunt vapores bilioſi, aut humores craſſi, nervos auditorios obſtruentes, & facultatem auditricem intercipientes, cerebri, item intemperies ac læſio in parte illa ubi nervi auditorii originem habent; ratione cujus, vel non generantur, vel non tranſmittuntur ſpiritus. Externæ, & procatarcticæ cauſæ ſunt, violenti circa aures ictus, tumorem, abſceſſus, corpora exterius intra aures delabentia.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Surditate.

CUm ſatis purgata eſſet mulier quædam ſurditate laborans, vetula quædam illi conſuluit, ut granum unum vel alterum moſchi opt. in bombace miſceret, & auri perpetuò imponeret. Hoc remedio præter omnem ſpem ab omni ſurditate liberata eſt. Ego multos quidem, quibus auris ſanie longo tempore maderet, curavi ſola impoſita bombace vel cottone, in quo moſchus reſervatur, quod & aurem exſiccat, & ſimul ſurditatem tollit. Mulier quædam oleo murino (mures enim rec. natos ſine pilis macerabat oleo) utebatur cum miraculo ad aurium ſurditatem. *Gisbertus Horſtius* aquam ex illis deſtillabat, & eam in aures immittebat. *Arculanus* Medicus ſuo tempore inſignis, in nono ad *Almanſorem*, ſcribit moſcum cotto involutum, & in aurem poſitum egregiam prærogativam habere in curando ſurditatem; ſed in mulieribus juvenculis ſuffocationi uteri obnoxiis nequaquam convenit. *Petrus Foreſtus obſ.* 15. *& ſchol. lib.* 12 *De Aurium Morbis.*

Succus hederæ depuratus cum vino albo potenti inſtillatus mirificè prodeſt, ut & abſynthium cum aqua marina decoctum, ac per arundinem pro fomento adhibitum. Ova quoque formicarum contrita, & cum ſucco cæpæ in aurem infuſa, quam vetuſtiſſimam etiam ſurditatem perſanant; item & caprillum fel, vel leporis fel recèns cum pari mellis portione mixtum, & in cæpæ corio tepefactum, & in aurem immiſſum auditum mirificè reſtituit: quæ omnia topica craſſos, & vitioſos humores in auditus organo ſurditatem cauſantes incidunt, ſecant, & attenuant. Convenit etiam ligni guajaci decoctum per triginta dies: quo tempore theriacæ, vel mithridatii interdum ʒi. nonnunquam conſerv. beton. aut flor. ſalviæ ʒß. alternis ſaltem diebus dormituro exhibeatur. *Joh. Zecchius conſult.* 56.

℞. Menth. ſalv. puleg. roriſmar. chamæm. millefol. cent. min. abrotan. an. M. i. bulliant in vino albo generoſo ad tertiæ partis conſumptionem, & cùm it dormitum calefiat, inde per infundibulum ſuſcipiatur fumus intra aurem per ſpatium dimidiæ horæ, & prædictæ herbæ benè calidæ ad aures internas admoveantur. *Rodericus à Fonſeca, tomo* 2. *conſult.* 58.

Pro ſurditate in febribus dare ſolemus elect. de ſucco roſ. cum ſyr. roſ. laxativo & manna, cum elect. lenitivo. *Joh. Heurnius, ad aphor.* 60. *ſect.* 4.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Surditate.

JUdæus quidam Empiricus illi medicamenta quædam ſuppeditavit, quæ cum ego ſatis probem, volui ſtudioſis ea communicare. Ea hæc ſunt; Conficiatur lixivium ut fieri ſolet ex cinere juniperi, & fluviali aqua; lixivii capiat ℔ix. cui infundantur per viginti quatuor horas ſerpill. flor. chamæm. abſinth. matricar. an. M. ß. baccar. lauri, rad. ireos, an. vnc. i. rad. aſari vn. iß. contuſa infundantur. Deinde eo lixivio abluat caput aliquoties.

℞. Succi porrorum, ſucci abſint. oleo amygd. amar. petroſel, an. vn. ß M. Deinde ea miſtura impleantur cæpæ duæ excavatæ, ac earumdem cortice tectæ, atque ita ſub cineribus calidis coquantur. Coctis iis ſuccus exprimatur, qui ſæpe in aure inſtilletur.

℞. Aceti accerrimi ℔iß. ſtercor. columb. rec. q. ſ. mixta hæc indantur in ollam novam coq. ad medietat. conſumptionem. Deinde coopertam ollam cruſta panis

larga

larga in medio perforata, & impoſito aptè emboto, auri, ſubiiciat; atque inde exhalantem vaporem in aures excipiat, veſperi iturus dormitum, continuet ad duodecim dies, quaternis quibuſque medicamentum reiteretur. Hęc medicamenta poſt ritè purgatum corpus adminiſtrentur. *Reinerus Solenander, conſil. 4. ſect. 1.*

Non ſubticebo quod experimento multorum probatum reperio, nimirum ſurdos non parum beneficii ſuſcepiſſe ex hoc prędidio, quod recepit aquæ ſtillaticiæ ex renibus arietis nuper ab ariete extractis & minutim inciſis, cum pari portione aq. vitæ; ſi guttulas aliquot noctu ante cænam in aurem inſtillaveris, & goſſipio foramen auditorium obturaveris, quod ſi ſimul cum renibus aliquid florum capitalium inſtillaveris, non errabis, item magni ſolet eſſe momenti in aurem injicere inſtillationem ex ligno guajaco, flor ſtæchados majoranæ, aniſi ac rutæ. *Ludovicus Mercatus, conſult. 16.*

Plurima gravis auditus ſunt remedia, neque ſemper obtemperat uni, ſed ex deterſo ritè tympano, & infuſo liquore flatus diſcutiente, maximum plerumque percipitur emolumentum. Nihil utilius urina leporina, ſive ſeorſim, ſeu cum ſpiritu vini auribus calidè inſtillata: cujus frequentior uſus multis opitulatus fuit, & quidem præcipuè Proxenetæ cuidam *Amſtelredamenſi*, qui eo ſurditatis jam devenerat; ut neceſſe foret; palimpſeſto, ſive chartæ deletili inſcribere, ſi quis illi verbis communicatum velles. *Nicolaus Tulpius, obſerv. 15. lib. 4.*

℞. Carduum benedict. aſperge aquam cardui, & fac ut denuo deſtillet. Hoc liquore linteolum imbutum *Crato* ſurdaſtris immittit in aurem, ſi doleant, vel non audiant. Nihil ex omnibus medicamentis, quæ expertus eſt, ſe conducibilius comperiſſe fatetur *Carolus Oslevius, epiſt. 51. lib. 3. conſil. & epiſt. Cratonis, &c.*

Præmiſſis univerſalibus, ad topica materiam auri impactam diſcutientia venendum eſt, quæ in hunc modum adminiſtrari potuerunt.

℞. Fol. origan. abſinth. puleg. ſerpyll. ſalviæ, menth. cent. min malv. alth. an. M. i flor. camomill. melilot. ſtœchad. & anthoſ. an. p. i. cinnam. cariophyll an. ʒß. decoq. in æquis partibus aq. fontis, & vini alb. ſub finem additi. Colatura foveatur auris affecta cum ſpongia calidè manè & ſerò. Ex eodem decocto poterit fieri ſuffitus in aurem per infundibulum. Fomenti loco adhiberi poteſt panis cum ſemine carvi ſubactus & calens è furno per medium ſectus, vel panis ordinarius ex clibano ſumptus & inferiori cruſta ablata in ſpiritu vini immergatur, & calidè, quantum æger ferre poterit, ad aurem applicetur, ut vapor intromittatur. Si pro fomento & ſuffitu decoctum præſcriptum fortius deſideres, pulpa colocynthidis & radicis hellebori albi ad dr. i. vel ii. addi poterunt. Idem decoctum in vino albo ſolo, vel in vino & aceto parari poterit, ut magis penetret & potentius diſcutiat. Poſt fotum & ſuffumigium liquor aliquis in aurem injiciendus eſt, eaque poſtmodum cotone moſchato obturanda.

℞. Ol. amygd. amar. & rutac. an. ʒi. M. infunde calidè in aurem. Vel.

℞. Ol. de caſtor. & lil. alb. an ʒi. ol. aneth. ʒß. hellebor alb. ʒß. aq. vitæ ʒi. Bulliant in B. M. ad aquæ vitæ conſumptionem. Colentur ad uſum Vel.

℞. Rad. cyperi, bacc. lauri, ſem. aniſ. & cumin. pulver. an. ʒi. Caſtor. pulver. ʒ. m. ol. rutæ q. ſ. M. iiſque impleatur cæpæ magnum excavatum quod poſtea coque ſuper prunas; & exprimatur ſuccus in aurem inſtillandus. Olea chymica efficaciſſimè operantur, qualia ſunt oleum roriſmar. majoran. ſalviæ, fœniculi, de ſpica cariophyll. quæ tamen, propter nimiam vehementiam, ſola non ſunt uſurpanda; ſed cum prædictis in parva quantitate admiſceri poſſunt in hunc modum.

℞. Ol. præd. ʒii. ol. de ſpica, fœnic. aut caryophyll. aut alterius cujuſvis dr. i. m. vel dr. i. M. Aquæ etiam nonnullæ in aurem inſtillantur; quæ ad ſurditatem maximè conferre exiſtimantur. Sic plurimùm laudatur ab authoribus aqua fraxini, quæ elicitur, ramos virides fraxini una extremitate igni admovendo, & ex altera extremitate aqua ſtillans uſui aſſervanda. Præcipuè confert, quando ſurditas à cauſa calida oriunda eſt, & remedia valde calefacientia ſuſpecta ſunt. Si caliditas non timeatur, pari aquę vitæ portione admiſta efficacior evadet.

„ *Matthiolus* hanc aquam valdè prædi-
„ cat his verbis. Fraxini ſpumam, quæ
„ à viridi ligno igni expoſito manat, ad-
„ ditis ſuccis cyclaminis, ſcyllæ, rutæ æ-
„ qualibus partibus, omnibus ſimul pa-
„ rumper fervefactis, plurimùm valere ad
„ ſurditatem ſcimus, ſi in aurem ſanam
„ hic liquor calidus infundatur, cum ſe cu-
„ bitum receperit æger, atque eum ſuper
„ affecta aure jacere oportet. Ubi verò u-
„ tramq; aurem ſurditas occupaverit, in
„ eam fundatur quæ minus affecta fuerit,
„ & ſuper alteram jaceat: Spiritus vini,
„ in quo helleborus albus infuſus fuerit,
in aurem affectam inſtillatus magnæ eſt efficaciæ. Alii commendant ſuccum hæderæ depuratum cum vino albo potenti permiſtum. Peculiariter demum conducunt ad hujus affectus curationem thermę ſulphureæ & bituminoſæ cum balneo tum lotione capitis. Balneo ſiquidem ſudores copioſi provocantur, & materia fluxionis antecedens educitur. Lotione vero capitis cerebrum roboratur & exſiccatur, & humores in ipſa aurem impacti diſcutiuntur. Utendi modus peculiaris a *Penoto* deſcribitur, & valde commendatur his verbis „ Nihil
„ æque conducit in ſurditate, etiam poſt
„ centum remediorum uſum quam ut pa-
„ tiens, optimè priùs mundato corpore, &
„ deinde capite purgato, ſulphureis bal-
„ neis caput madefaciat hoc modo. Ex
„ ſpongiis maginis confutis veluti cucu-
„ pham ferat in capite ad ſupercilia & in-
„ fra aures deſcendentem. Sedeat ſub ca-
„ nali balneorum & verſo epiſtomio a-
„ quam accipiat quæ abſcerpta ſpongiis
„ caput continuo calore ſuo fovebit, atq;
„ omnes capitis ſuturas auriumque com-
„ miſſuras diducens. Atque aperiens va-
„ pores tollet, vel materiam impactam
„ nervis viiſque auditoriis reſolvet per ha-
„ litum, aut adeo mutabit, ut brevi ſit
„ abitura. Bis in die ita ſedere eum conve-
„ nit ad horas duas, ac deinceps ſtatim ſu-
„ dare in lecto, diætamque adhibere te-
„ nuem ex ſuccis & jure carnium, vinoq;
„ niſi obligophoro planè abſtinendum eſt.
Lazarus Riverius, prax. lib. 3. c. 1.

SECTIO XXXV.

De Stupore mortali ab exhalatione muſti recentis.

VInitor quidam tempore vindemiarum, cum in cella vinaria muſto impleviſſet, illudque efferveſceret, vaporeque uti ſolet; acri & vehementi cavam impleviſſet, volens inſpicere ſua dolia cum in cellam veniret, vaporem hunc hauriens attonitus concidit, & ſtatim expiravit. Alias hoc ſæpe eveniſſe intellexi, exiſtimoque id fieri non à repletione vaporum & exhalationum iſtarum, ſed potius à narcotica illarum vi, quæ uti in vino quod jam deferbuit, ebrios reddit, ſic maximè dum adhuc fervet, potenterque exhalat, attractus vapor ſenſus internos externoſq; ſubitò ſtupefaciens, reſpiratione, ut in apoplecticis ſublata, hominem enecat. *Felix Platerus, obſervat. lib. 1. pag. 18.*

SECTIO XXXVI.

Pro Syncope.

DA aquam theriacalem cum aq. cinnam. & aq. borraginis. *Io. Heurnius, ad aphor. 41. ſect. 2.*

Leipothymiam ſolvit oleum ſuccini alb. & ejus balſamus naribus inditus, vel ad odorandum exhibitus, item balſamus, oleum & aqua cinnamom. balſamus rutæ, cariophyll. idem & quidem celerius præſtant. Sic ambra & moſchus feliciter lipothymias tollunt, præſertim in viris. In Lypothymia ſtomachica profunt vomitoria, deinde confortantia, ut oleum zedoariæ, vinum, & extractum ejuſdem, eſſentia, meliſſæ cum ſpir. vini, & aliquot guttis ol. juniperi. In Syncope folia, & flores meliſſæ inſuantur ſacculo, qui poſtea cum ſpiritu vini aſperſus applicetur mamillæ dextræ calidè, item aqua perlarum ſic.

℞. Aquar. 4. cordial. an. vn. ii. manus Ch. cum vel ſine perlis vn. i. magiſter perlar. dr. ß. ſuccin. alb. pulv. ℈ii. aq. *Longii* vn. i. M. detur cochlear. ß. *Ioh. Hartmannus*, pract. Chymiatr. *pag.* 153.

Hic

Hic liquor ſingulariter ab *Horſtio* laudatur.

℞. Aceti deſtill. ℥vi. Margarit. & corall. præp. an. ℥ß. Solve in loco calido, accipe filtrati liquoris ℥ii. ſyrup. aceroſ. citri, julepii de cinnam. an. q. ſ. *Vvolfgangus Hæſernus, Herc. Med. lib. 2 cap. 1.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

De Affectibus à littera T *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

Pro Tabe.

QUoniam ulcus exſiccationem poſtulat, decoctum rad. chinæ cum ſantalis ut remedium mite proponimus in hunc modum.

℞. Rad. chinæ præp. ℥i. ſantal. citrin. ℥ii. aq. capill. ven. & borrag. an. ℔iii. poſt infuſionem F. decoctio ad conſumptionem tertiæ partis, hujus decocti colati aſſumat manè ℥iv. bibat etiam in prandio & cœna. In eandem etiam intentionem pro exſiccando ulcere proponimus remedium ſingulare ſic.

℞. Pulver. fol. millefol. ℥i. juris pulli ℥iii. ſumat in aurora per aliquot dies, vel ex eodem pulvere cum ſaccharo. F. Tabellæ. *Rodericus à Fonſeca, to. 2. conſ. 46.*

Hoc præſtantiſſimum judicatur ad fluxiones ſiſtendas, & exſiccandos pulmones.

℞. Sacch. roſ. veter. diapenid. an. ℥i. flor. ſulph. ℥i. cum ſyrup. capil. ven. F. tabellæ, quas in ore geſtet.

Hoc quod ſequitur eclegma maximæ cenſetur efficaciæ ad hunc morbum, & empyematicos de quo ſi detur ter quaterve in die, mira præſtabit, ita conficitur.

℞. Syr. de ſucco hederæ terreſtr. ℥ii. flor. ſulph. q. ſ. ad reducendum omnia in loch. Syrupus hederæ in hunc modum fit.

℞. Succ. hederæ terreſtr. bene depurati ℔ii. ſacch. roſat. ℔i. penidior. vn. iv. coq. in ſyrupum.

Pro ſiccando ulcere pulm. & abſtergendo, ſyrup. de ſymphyto *Fernelii* maximè convenire videtur. *Rodericus à Fonſeca.*

Nunc cœpit proferri lignum illud Saſſafras nuncupatum, guſtu ſuave, & cibis conveniens, cujuſvis tum commendatur in expediendis viſceribus omnibus & pulmonibus: quare illud ego incoquerem in juribus cum ptiſana, & in aurora exhiberem. Cochleæ hic commendantur, quoniam etſi lentorem habeant experimento tamen deprehenſæ ſunt vim etiam habere viſcera expurgandi, unde *Ætius* vel in obſtructo liene præbet: unde etiam retinere fluxum humorum in pulmones, & aperire etiam vias poſſe videntur, & alimentum calori febrili reſiſtens præbere. *Chriſtophorus Guarinonius, conſil.* 444.

Ex tabe ſimplici innumeros ſanavi: erat autem præter victus moderatam rationem, unicum hoc præſidium, ſanguinem ſuillum, & cochleas purgatas, & ranas cum germinibus rubi in balneo M. deſtillabam, & aquæ hujus pro ætate quantitatem dabam, donec pingues efficerentur. *Hier. Cardanus, ſect. 3. method. med. curat. 4.*

Anni quindecim præteriere, ex quo Mercatoris *Baſilienſ.* puer octennis, ab alio quodam puero baculo circa lumbos percuſſus, aliquot diebus poſt malè habere

re cepit, & septimanis aliquot preteritis, licet ad vitæ tempus ultimum cibo sufficienti nutriretur, tabe absumptus obiit, huic licet nec tussis molesta esset, nec febri laboraret, nihilominus à quodam tanquam Phthisicus fuit tractatus, quare parentibus mortis causam intelligere cupientibus, & me ut cadaver aperirem rogantibus, ipsorum voluntati satisfacturus, cadavere denudato ventrem infimum turgidum reperi, & utrinque circa umbilici regionem ad tactum renitentem, & quia nec tussim, nec febrem ipsi molestam fuisse intellexeram, illicò nec dum cadavere aperto astantibus significavi, mali causam in mesenterio latitare, mox ventre aperto, glandulas Mesenterij non solùm tumentes, sed etiam scyrrhos reperi & ita conglobatas, ut duorum pugnorum magnitudinem superarent: in thorace verò & pulmonibus vitii nihil penitus occurrit, causam ergo tabis, harum glandularum scyrrhum censui, chylis distributionem inhibentem *Gregorius Horstius*, *cap.* 5. *lib.* 7. *Histor. Medic. mirab. Marcelli Donati*.

Tabem à glandulis mesenterii nimiùm turgescentibus advenire, mortemque causare, sequens etiam historia ostendet. Infantula quædam hujus urbis duorum circiter annorum plurium mensium spatio indies contabuit, licet stomacho satis valeret, & consueto more alimenta sumeret, cùm interim alvi fluxu quasi coliaco continuò laboraret. Fatiscentibus tandem viribus, ob debitam corpori denegatam alimoniam, occubuit. Parentes, ut mortis dilectæ filiolæ causa melius innotesceret, obnixè rogarunt, ut me præsentem exhiberem, dum aperiretur cadaver. Quorum votis annuens, detractis tegumentis ventris communibus cum peritonæo, invenimus in mesenterio innumeras glandulas mirum in modum turgidas & duriusculas, ita ut multæ nucis avellanæ, sed plures juglandis magnitudinem exæquarent. A quibus obstructo chyli in suum receptaculũ transitu, corporeque sic succo nutritio defraudato, non mirum si tales primùm omni artis præsidio irreparabilis, fluxu comitata cæliaco, tandemque dura mors & inexorabilis successerit.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Tarantatis, seu de morsis à Tarantula.

PRo præservatione, homines quantum fieri possit, fugiant campestres locos & agros, domusque politas & mundas habeant, nam hæc animalia solent in fissuris domum, in foraminibus degere, & hac cautela maximè uti oportet per mensem *Junii*, *Julii & Augusti*; cum his temporibus sævire soleant ac mordere. Verùm quoniam qui hac Peste tentantur, sunt ut plurimùm rustici, supradicta servare non valentes, ideo alia provisione indiget; propterea illis consulerem, ut anchusam herbam comedant, vel ejus decoctum bibant, vel collo ligatam habeant. Habet enim hæc vim magnam ex *Dioscor.* adversus vim venenosorum animalium, quorum vim arcet & frangit. Ad idem faciunt calamenthum, serpillum odoratum, bolus armena, artemisia, scordium, succus raphani, allium, mitridatium, nasturtium: sed maximè omnium, nostrum antiphalangium commendamus, quod non solùm præservat, sed curat feliciſſimè. Quod ad curationem attinet, ea quàm citissimè fieri debet, nam periculum est in mora, cum sævissima soleant in ictu tarantulæ excitari symptomata, & veneno est quàm citissimè occurrendum. Sub Chirurgia comprehendo suctionem, frictionem, incisionem, seu scarificationem, vesicatoria, cauteria, cucurbitulas, hirundines & venæ sectionem. Quantum ad primum, suctio cum ore est remedium præstantissimum, sed periculosum & lubricum, & si quandoque moliendum est. à Regibus, Imperatoribus, & summis Principibus fieri debet, qui multa habent mancipia, infidelia, qui adhuc ne ipsa moriantur, debent prius comedere ad satietatem vinumque meracem bibere, & aliquo ex dicendis antidotis se munire debent, Sed hoc remedium, ut dixi, lumbricum est, & in *Apulia* recessit ab usu: loco cujus poni possunt gallinæ, vel columbi recentes occisi super morsuram, vel eorundem animalium viventium pars postica, scilicet anus. Quantum ad frictionem multum juvat, nam foras evocat venenum,

juvat etiam partis ſcarificatio; maximè etiam veſicatoria commendantur, præcipuè quæ cum Cantharidibus fiunt, vehementiſſimè enim attrahunt foras venenum & Cantharides à proprietate videntur eſſe alexipharmacum tarantulæ. Proſunt etiam cauteria, tam actualia, quam potentialia, ut & hirundines. Quantum ad venæſectionem, non multum convenit primis diebus, ſed temporis progreſſu, cum jam venenum omnes corporis partes eſt aggreſſum, tunc exiſtente aliqua plethora, ſecari poteſt vena hepatica maximè in ætate adoleſcentiæ. Quantum ad Pharmaciam, ſub hæc comprehendimus antidota ſeu bezoardica, ſeu alexipharmaca agentia à proprietate occulta. Maximè facit ex *Dioſcorid.* ad Tarantulæ morſum ſemen paſtinacę ſylveſtr. ad ℥i. cum vino bibitum, & decoctum meliſſę, & folia origani emplaſtrata, ipſumq; origanum in pulv. cum vino bibitum ad ℥i. vel balneum aquę maris, vel ſuccus folior. mori ad vn. ii. vel ſupra partem commorſam cæpæ tritæ. *Galenus* commendat decoctum cent. min. Laudat etiam phalangia redacta in pulverem & vino pota, nam Tarantatos à morte liberat. *Orthaſius* ad Tarantulæ ictum multum facere dicit ℥i. ariſtol. rot. cum vino. *Serapio*, pro eadem intentione laudat ſemen nigellæ ad ℥i. cum vino bibitum. Alii ad cœlum extollunt ſupra partem ictam ſtercus caprę. *Rhaſis* multa atque proficua conſcripſit, ut balneum in aqua calida, theriacam, ſuccum fol. mori, vinum fortem allium, cominum, agnum caſtum ingreſſum aquæ maris calidę; laudat etiam ſudorem promovendum. *Ruffus* apprimè omnium commendavit theriacam, balneum & vinum vetus. *Rabbi Moyſes* in loco morſuræ ponit panem maſticatum, nam mirabilem habet antipathiam cum veneno tarantulæ. *Plinius* ſuccum plantaginis poſt multa præcipuè commendavit, & ideo lacertæ & alii vermes morſus araneæ formidantes, ſucco plantagin. ſeu eſu herbæ ſe tuentur, laudavit etiam gallinæ cerebrum cum pipere comeſtum, merum, agni caſti ſemen & cancros fluviatiales. *Petrus de Hebano* multa laudat, & inter cæ. tera præcipit tarantatos eſſe ſepeliendos in arena calida, vel cinere calido.

Nos autem poſt longas experientias, & poſt multorum annorum decurſum, variaſque & aſſiduas obſervationes quas in tarantatis fecimus maximè omnium quinque remediorum genera commendamus, quorum primum eſt aqua vita, hæc enim expellit venenum, corroborat calorem naturalem, aufert melancholiam, quare omnes explet indicationes in ictu tarantulæ, & quia diuretica eſt à centro ad circumferentiam expellit venenoſos & corruptos humores, & verè res eſt mirabilis; & nos feliciſſimè illam in tarantatis experti ſumus pluries, exhiberi poteſt ad ℥i. ℥. ii. ℥. iii. juxta ætatem, complexionem, & magnitudinem ſymptomatum. Secundum eſt quinta eſſentia roriſmarini: cujus admirandas vires ad ictum tarantulæ & in expellendo venenum omnium animalium venenoſorum pluries experti ſumus. Tertium eſt aqua noſtra vitalis deſtillata quæ ſic fit.

℞ Flor. citrangul. bonam quantitatem fol. tenerior. quercus, card. bened. ſcabioſ. acetoſell. ſonchi, ſalv. majoran. flor. lavend. abſinth. roriſmar. tuſſilag. roſ. rubr. ſicc. ſcorzoner. meliſſ. pimpinell. borrag. rutæ an. M. iii. cyperi noſtrat. rad. angelic. bacc. lauri, juniper. cortic. citri, tormentill. zedoar an. ℥i. cinnam. cariophyll. an. ℥ß deſtill. omnia in balneo M. & aqua ſervetur, hoc aqua etiam uti ſoleæ ſe licit cum ſucceſſu in febribus peſtilent. & malignis. Quartum eſt antiphalangium noſtrum electuarium, quodquidem mirabile eſt adverſus morſus, omnium tarantularum, componitur hoc modo.

℞ Fruct. myrti & tamaricis, an. ℥ i. ſem. paſtinac. nigell. agn. caſt. dauci, aniſi, cumini & origani, an. ℥i. terr. ſigillat. bol. armen or. præp. an. ℥ii. cent. min. ariſtoloc. rotund. an. ℥ß. fol. meliſſ. trifolii bituminoſi, chamæpit. & abrotan. an. p. ß. theriac. opt. & mithridat. an. ℥iiß. ſucc. cæpar alii, plantag. atriplici hederæ depurat. an. q. ſ. cum melle fiat ſyrupus, cum quo fiat electuar. addendo aqu. vitæ q. ſ. doſis, à ℥iß. ad ℥iii. datur cum vino præſervationis gratia ad ℥i. ſemel vel bis, datur præſente veneno ad ℥iii. bis vel ter aut ſæpius cum vino. Quintum eſt muſica, in hac enim noſtra regione per totam

Apu-

Apuliam nullum aliud genus remedii promptius excercetur quam muſica in tarantatis; & certè res eſt mira de muſica, & niſi propriis oculis videatur, non creditur; cum ille qui à tarantula fuit commorſus, qui fere dira veneni tabe moribundus, & querulus, anſius, & agonizans erat, quinque extrinſecos ferè ſenſus & intrinſecos penè amiſerat, motumque habebat ablatum, mox ubi tympana parva lyram, cytharam, fides, cymbalum, varioſque tibicines, vel quodvis aliud inſtrumentum muſicum audit, ſtatim reviviſcit, oculos & aures arrigit, & in pedes ſe attollit, incipiens leviter in principio movere digitos pedum & manuum, & ſervata harmoniæ lege ſibi convenienti, ſibique arridenti, ſtatim fortiter tripudiare & geſtire manibus, pedibus, capite, & ſingulis corporis partibus incipit, variaque corporis agitatione conflictatur; ergo magis præſentaneum & promptius remedium in hac regione non invenitur ipſa muſica; nam ea incitantur ad tripudium & ingentes ſaltus, variaſque corporis agitationes & ſic miteſcit effera vis veneni, corpore univerſo maximis ſudoribus profuſo; ob id publicè in æſtate vagantur tibicines per totam Apuliam, multumque lucrifaciunt, cùm promptiſſimè excitent tarantatos. *Epiphanius Ferdinandus Hiſtoria* 81.

SECTIO TERTIA.

De Temperantia.

Selymus Turcarum Imperator *Solimani* Pater, de uno tantum ferculo edere eſt ſolitus, & ante cibum corpus exercuit; ea moderatione hoc obtinuit, ut nunquam ægrotarit, donec divinitus eo loco periret, quo patrem antea veneno ſuſtulerat. *Gaſpar Hoffmannus conſil.* 14. *lib.* 5. *Conſil. Cratonis, &c.*

SECTIO QUARTA.

De Teneſmo.

Τενεσμὸς eſt aſſidua, crudelis & peracerba deſidendi cupiditas, eaque ſtranea; qua ſcilicet nihil egerunt; & nihilominus tanquam egerere aliquid debeant, novo ſubinde egerendi deſiderio ſtimulantur, licet eo conatu nihil proficiant. Pars in hoc malo affecta eſt extremitas recti inteſtini; cauſa eſt quicquid facultatem expultricem inteſtini recti ſtimulare poteſt, ut eſt à dyſenteria, ejus inteſtini exulceratio, vel humor acris, mordax & ſalſus illi adhærens, calculus item in collo veſicæ hærens, & tumor partium vicinarum; intemperies quoque frigida contracta ex ſeſſione ſuper lapidem frigidum, aut mora in aqua.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Teneſmo.

HUnc morbum curaturi, primo decoctum hoc parari fecimus, ut ejus inſeſſu dolores & tenſiones placaremus, ſimulque ut per anum neceſſaria inderemur.

℞. Rad. alth. malv. chamæm. ſem. lini, fœnugræc. roſ. rub. an. M. ii. in ℔xx. aquæ F. decoctio ſufficiens, cui adde ol. roſac. chamæm. an. ℥iii. in hoc decoct. tepente fiat inſeſſus, ut non ſolùm anus, ſed inguina quoque madeſcant: ejus vice quandoque utebatur filtro aut ſpongia prædicto decocto imbuta, & parum expreſſa; tunc vero clyſteres abſtergendi vi preditos ita injecimus.

℞. Decoct. hord. integr. ℥xv. ſacchar. rubr. ℥iß. ol. roſ. ℥iij. vitell. ovor. num. 2. fiat clyſter in quo & mell. roſac. colatum imponere optimum ſane eſt, quum ex iis quæ maximè ulcera abſtergant ſit. Abſterſione facta ad clyſteres ulcus exſiccantes & conſtringentes, devenimus ita.

℞. Sumach. plantag. balauſt. an. p. j. F. decoctio in aq. ℔ii. in colat. ℔i. diſſolv. ſævi hircin. ℥iß. butyr. rec. inſulſi ℥i. thur. ℥ii. ovum unum integrum, ol. myrtill. ℥ii. M. F. clyſter. quem pro poſſe retineat. ſed cum æger graviter morbum ferret, & indies pejus haberet, & dolor in eum ſæviret; ad glandes ex ſævo hircino paratas cum maſſa pilul. de cynogloſſa, adjecto uno vel altero opii grano, devenimus, vel ad

clyſteres ex lacte vaccino confecto, & oleo roſar. omphac. cum pilul. de cynogloſſa ℥ß. adjectis quoque gr. ij. vel iij. opii, à quibus gummi Tragacanth. & Arabic. uti & ſævum hircinum & butyr. rec. minimè eliminabantur, quibus, & unguento ex plumbo foris ad anum applicito intra octo dies ſanus factus eſt, optimo ſemper aſſueſcens victui, & acria fugiendo. *Amatus Luſitanus, curat. 94. cent. 3.*

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Teneſmo.

HOc ſuffumigio miraculi inſtar teneſmus curatus fuit.

℞. Maſtich. ℥j. thur. ℈j. ſem. myrtill. ℥ß. flor. roſ. rub. exſicc. ℈ij. F. pulvis pro ſuffumigio, fumum poſt feceſſum ſub ſella, carbonibus ignitis injecto pulvere, in anum recipiebat, & à teneſmo moleſtiſſimo liberatus eſt. *Petrus Foreſtus, obſervat. 39. lib. 2. De profluviis alvi.*

Fotum paravimus in hunc modum.

℞. Summitat. aneth. rapſi barbat. flor. chamæm. melilot. an. M. j. baccar. myrti, flor. roſar. an. p. j. ſem. lini, fœnugræc. an. ℥iij. F. fotus. Sacculus etiam ex turfure in vino aſtringenti decocto admoveatur ano & fiat ſuffumigium ex thure, myrrha, gallia moſch. & roſis, prius in ano ſuſcepto fumo per cathedram perforatam ex decocto flor. tapſis barbati. *Petrus Foreſtus, obſerv. 41. lib. 22.*

Mollibus enematis eluatur malum, ut ex aqua hordei cum ſaccharo & vitello ovi. *Ioh. Heurnius, ad aphor. 27 ſect. 7.*

Si vigiliæ unà cum dolore perſeverante conſequantur, neque remediis cedat affectus, aliqui componunt ſuppoſitoria ſtupefactiva ex thure, maſtiche, croco, ſtyrace liquida, adjecto pauco opio, ut videre licet apud *Guainerium*. Sed is admonet ut cum filo ſemper coxæ alligetur; quia opium ad intra attractum æternum ſoporem inducere poſſet. Idem narrat mirabilem caſum præceptoris ſui, qui ſuppoſitorium ex opio confectum cuidam teneſmo laboranti imponi juſſerat, ex quo per 4. horas continuas quievit, ita ut eodem tempore idem ſuppoſitorium filo appenſo evanuerit. Unde ad duos dies æger tam horribilem ſaporem in ore percipiebat, ut aſſumere cibum non poſſet, unde ejus præceptor vomitum ejdem provocavit, & tunc æger ſuppoſitorium illud filo appenſo evomuit. Certè (inquit) niſi mihi vir tantus narraſſet, huic ipſi vix fidem dediſſem, ideo monet, ut in talibus ſuppoſitoriis nequaquam audaces ſimus, ſed circumſpecti, eadem coxæ alligando cum filo, ne ſurſum repant. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſ. 42. lib. 21.*

Teneſmo afflictabatur vir nobilis, præſcriptum eſt hoc fomentum.

℞. Fol. tapſi barb. abſinth. an. M. vi. coq. in lacte recenti, & conficiantur ſacculi alternatim toti ventri & ano calidè ſæpius applicandi. His dolor remiſit cum ſtercorum facili ejectione *Martinus Rulandus, curat. 75. cent. 6.*

Ad tollendum dolorem in teneſmo impleantur duo ſacculi trito ſulphure, & in aceto bulliant. Et modò ſedeat ſuper uno, modò ſuper alio calido, quantùm poteſt, pati, quia ſtatim tollit dolorem, & eſt expertum. *Arnoldus de Villanova, practic. lib. 2. cap. 35.*

SECTIO QVINTA.

De Termintho.

TEnuis ejuſdem generis puſtula cum epinyctide eſt, ex fervido præaſſatoque ſanguine prorumpens; eſt nigri coloris & rotunda quæ ardore in ſquammam abit.

SVBSECTIO VNICA.

Pro Termintho in nate.

BRaſſicam cum mellem tritam apponi juſſimus. Uva etiam paſſa cum ruta egregiè ei medetur, curatur ut hyma. *Petrus Foreſtus, obſerv. 10. & ſchol. lib. 1. obſerv. Chirurg.*

SECTIO SEXTA.

Pro Teſtium inflammatione.

VIr quidam ex equitatione violenta incidit in teſticuli dextri inflammationem cum tumore inſigni. Secta fuit vena brachii bis, ſemel in malleolo, purgans medicamentum exhibitum: pars fovebatur aqua roſar. & imponebatur cataplaſma ex farina fabarum cocta in oxycrato ita ut quarta pars aceti cum tribus aquæ partibus miſceretur; quod cataplaſma nunquam me fefellit in hoc affectu: in hoc tamen ægro, adeo tenera erat cutis ſcroti, ut ex coriata fuerit ab aceto acriori, & cataplaſma ferre amplius nequiverit. Ego iterandum curavi cataplaſma, ſed ad tollendam acrimoniam aceti, illud decoquendum curavi cum lithargyro; & ſic cataplaſma optimè operatum eſt, ægerque intra triduum à tumore liberatus. *Lazarus Riverius obſerv. 39 cent. 2.*

Ad dolorem ſedandum, & inflationem ſimul tollendam, folia hyoſcyami commendatur. *Io. Tiengius* Medicus *Amſtelodamenſis* pro arcano agrimoniam decoctam in aceto vel vino, & contuſam apponebat. Expertus eſt à tota proprietate valere contra inflationem teſticulorum. Removet etiam omnem dolorem aqua illius decocti cum panno lineo admota. *Petrus Foreſtus, lib. 27 obſerv. 1.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Teſtis Scirrho.

NObilis quidam ex inflammatione & ſuppuratione facta in ſcroto durum eò loci ſcirrhum contraxit qui anſerini ovi magnitudine adauctus eſt, indolens, qui tamen impedimentum, præſertim inter equitandum, illi adferebat; multis uſus eſt remediis, verum nullam ſentiebat diminutionem, donec *Baſileam* veniens, ſequentibus uſus, cœpit admodum diminui atque emolliri, ita ut diſcedens, de impedimento amplius minimè conquereretur, tumore ferè penitus ablato, ſenſuque in illo recuperato; fomentari juſſi primum hoc fotu, ſingulis noctibus.

℞. Rad. bryon. iroes rec. an. ℥iii. rad. cyclam. vn. i m. ſem. naſturt. dr. iii. ſem. ſinap. dr. ii. rad. ariſtol. rot. ℥ß. ſulphur. dr. iii. coq. in lixivio & aqua ferrata pro fotu. Emplaſtrum dein applicet ſequens dies noctesque geſtando, ſæpiuſque renovando.

℞. Gummi ammoniac. bdell. an. ℥iß. infund. in aceto fortiſſ. per biduum, & diſſolvantur, addendo ſulph. vivi, ſpumæ maris, an. ℥ii rad. ariſtol. rot. ſem. urtic. an. ℥i. ſem ſinap. ℥iß. cum pauco oleo antiquiſſimo & cera rubra & melle F. Emplaſtrum. Uſus eſt poſtmodum, ſine fotu, quam diutiſſimè, & cum emolliri tumor inciperet, ut melius procederet cataplaſmate hoc noctu uti juſſi, & mane & interdiu emplaſtro. Cataplaſma tale erat.

℞. Rad. Bryon. ireos, lilior. alb. rec. an. ſbi. coq. in lixivio & aqu. ferrata fabrorum: add. gummi ammoniac. diſſolut. in aceto fortiſſ. ℥iß. ſulph. ℥i. ſem. ſinapi, butyr. rec ℥iii. M. mirè profuit. Purgatus ab initio fuit, venaque ſecta. *Felix Platerus, obſerv. lib. 3. pag. 693.*

SECTIO OCTAVA.

De Thea.

INdiæ *Orientali* nihil familiarius eſt potione decocta ex Herba quam *Chinenſes Theè*, ac *Iaponii Tichia* vocant. Sunt huic herbæ ut folia oblonga, acuminata, & in ambitu crenata; ſic radices fibroſæ ac in minimas particulas diſperſæ *Iaponenſium Tchia* longè plures æſtimatur, quam *Chinenſium Theè*, venitque non raro una ipſius libera centum argenti libris. Creditur hic paſſim, nihil hac herba ſalubrius, cum ad vitam in extremam ſenectutem porogandum, tum ad impedienda quæcunque ſanitatis incommoda; neque ipſam ſolum corpora reddere vegeta, atq; arcere calculi dolores quibus hic neminem dicunt obnoxium; verùm etiam tollere dolorem capitis, gravedinem, lippitudinem, deſtillationem, ſpiritus difficultatem, ventriculi imbecillitatem, inteſtinorum tormina, laſſitudinem ac ſomnum, quem tam evidenter compeſcit, ut ſorbitionem hujus decocti aſſumentes, videas interdum

integras noctes lucubrando cõſumere, ac ſine ulla moleſtia evincere inexpugnabilem cæteroquin dormiendi neceſſitatem; calefacit enim modicè, & adſtringendo ventriculi oſculum refrænat, coercetque uſque eo vaporum ad ſomnum conciliandum neceſſariorum adſcenſum, ut nihil impedimenti afferatur illis, qui ſcribendo aut meditando ſatagunt noctes tranſigere; differunt haud parum inter ſe diſcrepantes hæ Nationes circa utendi rationem, permiſcentibus *Iapponiis* pulverem hujus plantæ in lapide Ophitide contritum, aquæ calidæ, *Chinenſibus* verò plantam cum paucis ſalis ſaccharive granis ex liquore aliquo decoquentibus, quod decoctum deinde calefactum officioſiſſimè propinant, cum convivis invitatis, tum quibuſcunque honoris cauſa ipſos ſalutatum venientibus, idque ea animorũ inclinatione ut Principes etiam viri non detrectent, quim potius honori ducant, ſuis manibus hanc herbam vel amicis decoquere, vel alioquin ei miſcendæ temperandæve operam ſuam impendere; extructis propterea in Palatiorum ſuorum interioribus, conclavibus ac foculis ex pretioſiſſimis lapidibus, ligniſve, iſti operi ſpeciatim dicatis: in quibus etiam curioſè aſſervantur ollæ, tripodes, infundibula, calices, cochlearia, aliaque perpolita hujus culinæ inſtrumenta, quæ aliquot aureorum millibus redempta ac ſericis integumentis involuta intimis ſolummodo amicis oſtendunt, neque minori habent loco, quam apud nos adamantes, gemmas, ac baccata ſummi pretii monilia, ut videre eſt apud *Io. Maſæum Rerum Indicarum lib.* 7 *&* 12. *& Lud. Almeydam. ſelect. epiſt. lib.* 4. *& Petrum Iarricum tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *Matth. Riccium De Chriſtian. Expedit.* apud *Sinas lib.* 1. *cap.* 7. *Aloiſium Fras* in *Relat. Iaponic. & Iac. Bontium dialog.* 7. *Med. Ind. & Ioh. Linſcotum, cap.* 29. *Nicolaus Tulpius, cap.* 25. *lib.* 5. *obſerv. Med.*

In duabus tantum Provinciis *Chinæ* arbor *Thea* dicta reperitur ex *Alex. de Rhodes* Peregrinationum hiſtoria. Bellidis folia habet, & una alia major eſt, magnis curis colliguntur hæc foliola ſemel in anno (ut nos hic uvas colligimus) ex arbore myrti folio prædita: bullitur in aqua (& tunc extendi poteſt & ejus forma percipi) ad dr. i. pondus, & calidę aquę illius vitrum deglutitur; vapores enim ſomniferos adeo cohibet, ut impediat quo minus vigiliis fatigeris, aut ſomnum cupias, roboret prętera ſtomachum, renes purgat, & calculo utilis eſt. *D. Vignavetus* Pharmacopœus præſtantiſſimus ea feliciſſimè ſæpe uſus eſt eaque multi utuntur magnates & Viri Literati à longo tempore, idque cum ſucceſſu feliciſſimo. *Petrus Borellus, obſerv* 39. *cent.* 3.

SECTIO NONA.

De Theriacha.

QUod attinet ætates theriachæ, rideo ego infantiam, pubertatem, adoleſcentiam & ſenectutem; quando ſuam formam abſolutam theriacha eſt adepta, & jam finis eſt motus fermentationis, tota eſt homogenea figmentum eſt de opio frigido Primis 5. annis; ſi ita eſt, nondum eſt peracta fermentatio; quod poſt annos quindecim aut triginta demum valeat contra omnia venena ſomnium eſt. Si perfecta eſt primo anno, cur non vires integras habeat? Quis eſt noſtrum quin etiam extemporaneas compoſitiones contra venena faciat? num diaſcordium, elect. de ovo; &c. ſunt ſervanda 20 an. ante uſum? apage cum iſtis næniis. Quid quod ſcribunt quidem iſta, ſed in praxi obſervat nemo? Judicetur theriaca omnibus viribus efficax, cum finis eſt motus, & miſtio omnia ad unitatem homogeneam redegit, ſive annus ſit impendendus, ſive tempus aliud prolixius, prout ſe habent circumſtantiæ. *Andreas Libavius* in ep. annexa, *obſerv.* 1. *lib.* 10. *obſerv.* 1. *Gregor. Hoſtii:*

SECTIO DECIMA.

Pro Thoracis abſceſſu & Fiſtula.

PUerulus Thoracis abſceſſu laborabat, & cum matura jam eſſet ſuppuratio, timeretque ille ulcus mucrone diſcindi, theriacam ſupperpono, qua non ſecus unius tantum noctis ſpatio abſceſſus apertus eſt, ac ſi ſcalpello fuiſſet inciſus; ex

quo

quo facil coniectari poteſt quanta ſit hujus compoſiti vis, quod & nos ſæpe aliàs experti ſumus. *Antonius Benevenius. De mirandis morborum & ſanationum cauſis.*

Devenimus ad mirabilem illum ſyrupum magiſtralem ab Excellentiſſimo *Fallopio* deſcriptum, lib. *De Vulneribus*; qui ad thoracis quaſvis fiſtulas inveteratos plurimùm conducit: à quo abſumpto melius habuit æger, & tandem, licet non niſi poſt annum, omninò convaluit. Eſt autem ſyrupi deſcriptio hæc, cui chinam nos addidimus.

℞. Rad. alth. fol. millefol. marrhub. artemiſ. lapat. caulium valde virentium, pimpinell. cimarum rubi, rad. rubiæ tict. cum foliis, ariſtol. rot. fragar. matricar. cent. min. matriſylv. beton. ſavl. rad. cariophyll. an. M. ß. thur. maſcul. ℥ß. farcocoll. ℥i. ſem. plantag. aniſ. fœnic. canabis, an. ℥ß. croci, rhab. rhapontici, cent. maj. aa. ℥i. vini odor. ℔xv. chinæ ℥vi. Hæc omnia conterantur, deinde infund. in vino per viginti quatuor horas: bulliantque ſine aqua. Colaturæ addantur mellis opt. ℔iv. & iterum bulliat decoctum cum mele unica ebullitione, ſpumetur & ſervetur ad uſum, doſis ℥v. manè. *Epiphanius Ferdinandus, hiſtor.* 32.

SECTIO VNDECIMA.

De Tinea.

VIde ſupra *lib.* 1. *ſect.* 7. *De Achoribus.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Tinea.

℞. NAſturtium contuſum frixum cum axungia porcina, apponatur capiti abraſo; ſpatio viginti quatuor horarum cruſtam excidere facit; quinimo ſi eo quis diutius utatur, morbum ſanat, quod experimento confirmatum eſt. Quidam purgato corpore, & abraſis pilis, ita curant tineam.

℞. Stercor. columbin. pecudum, anſerum exſiccat. an. part. æq. ponatur in olla vitreata cum pinguedine ſuilla veteri ad ignem quoad liqueat axungia, poſtea colatur pinguedo in aliud vas, & cum hac pinguedine inungatur caput primo die, ſequenti die lavetur cum axungia dulci, & ita proſequantur alternis diebus quoad ſanetur, altero die lavando, altero inungendo. *Roderieus à Fonſeca, tom.* 2. *conſult.* 54.

Tineam ſiccam cum furfuribus, in capite præcedentibus univerſalibus remediis hac lotione curavi.

℞. Malv. betæ, lapath. acut. cum rad. heder. arbor. cent. min. an. M. i. caul. rubr. M. ß. colocynth. ℥iii. agar. ℥i. fol. ſen. ℥ß. helleb. nigr. ℥iß. coq. in aq. ad ℔iiß. colat. adde ſalis p. j. qua caput lotum fuit. *Petrus Foreſtus, Obſ.* 13. *lib.* 8. *De exterioribus Capitis vitiis.*

Præter univerſalia medicamenta hæc infraſcripta remedia tandem contulerunt puero novem annorum inveterata tinea laboranti.

℞. Lapath. acut. cum rad. betæ viridis, enul. campan. rad. chelidon. an. M. ii. furfur. macri. M. j. cent. min. p. j. fol. ſen. ℥ß. colocynth. ℥iii. agar. ℥ii. F. omnium decoctio in aq. marina in balneo Mi. in fine poſt decoctionem add. parum vitrioli crudi, decoctione adhuc calida exiſtente, & manè ſtomacho jejuno F. lotio capitis. Deinde caput inungatur infraſcripto linimento.

℞. Butyr. ſaliti, axung. porcin. an. ℥i. ſulph. ℥ß argenti vivi cum ſaliv. extincti ℥i. vitrioli crudi ℈i. hoc modo conficiebatur; axungia igne per ſe reſolvebatur, diendè ſulphur per ſe eliqueſcebat ſupra ignem in patella terrea, mox ſulphur ita liquatum, & bene calidum in mortarium æneum conijciebatur, piſtillo ſemper quam diutiſſimè ducendo inſuper butyrum liquatum, & coctum ad nigredinem calidumque admiſcebatur, poſtea verò axungia liquata adiecta, ſemper piſtillo probè agitato, atque hinc inde ducendo, poſtremò argentum vivum adiectum eſt, & omnium ultimò vitriolum; atque hæc omnia in dicto mortario concutiebantur, & piſtillo continuò movebantur, donec totum frigidum evaderet, ac in linimentum coiret: eſt autem hoc præſtantiſſimum remedium in tinea quantumuis,

inveterata, & ab omnibus incurabili judicata, modò universalia præcesserint. Hoc enim feliciter usus sum, capite prius loto, jejuno stomacho, in illis qui nullis aliis remediis curari poterant. *Petrus Forestus, observ. 20. lib. 8.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Tinea infantium.

SOlent infantes hoc malo) quod illi frequens est ex lactis corruptione, vel ex ejusdem abundantia vel ex utero materno) juxta *Rhasin* à variis morbis præservari, ut epilepsia, convulsione; & experientia sæpè vidimus tales infantes hilares & jucundos esse: hinc doctissimorum Medicorum authoritate, nisi parentibus urgentibus, à curatione multi abstinent. Quod si verò instent parentes, medicamenta duntaxat levia adhibebimus; & præcipuam curationem in nutricem rejiciemus; si ergo materia videtur salsa & acris fumat nutrix ℥ii. syrup. ros. pallid. ut lac corrigatur, & fascia lata manus infantis ligentur, ne malum scalpant; præterea lavetur caput decocto hordei ex cortic. malv. fumar. & borrag. lotoque capite, applicentur caules leviter supra cineres torrefacti, & butyro loto inuncti. Quod si videantur ulcera madentia restringi, admoveantur folii hederæ eodem modo torrefacta & inuncta: tandem folia atriplicis apponantur, hoc enim juxta *Rhasin* attrahit ad se acuitatem humoris, & venenositatem, quod & nos experti sumus: id etiam mirabiliter confert, si radices altheæ decoctæ cum urina pueri applicentur. Potest etiam oblini caput vitello ovi crudo, capite prius abluto cum urina pueri. *Petrus Forestus, observ. 19. lib 8.*

Hoc etiam topicum valet ad tineam in omni ætate, etiam puerili sine periculo.

℞. Succ. fumar. scabios. lapath. acut. ennulæ an. ℥ß. lithargyr. ℥ii. M. cum axungia antiqua porcina & ol. nucum q. s. cera adjecta. *Idem, schol. obs. 22. lib 8.*

Nos huic morbo optimum observavimus remedium, plures etenim qui eo usi sunt, præsertim pueri pristinæ sanitati fuerunt restituti. Videlicet fiat unguentum ex sulphure, axungia & succo limonum; & cum eo, abrasis prius capillis, fiat inunctio, ubi tinea infestat, vesperi per tres vices, alternis diebus, dummodò prius corpus pugatum fuerit: facta inunctione per dies quinque sequentes nihil agi debet; quibus transactis, fiat ablutio capitis cum decoctione malvarum. Videbis, Lector, mirandam rem, nempe brevi tempore morbum superari, nec amplius regredi. *Dominicus Panarolus, obs. 31 Pentecostes 5.*

SECTIO DUODECIMA.

De Tonsillarum inflammatione.

MUlier quædam afflicta est tonsillarum inflammatione gravissima, quam brevi secuta est, exulceratio cum dolore intenso: celebrata venæ sectione, & gargarismis ex oxycrato per biduum frustra usurpatis, sequenti curata est intra unum diem.

℞. Sem. sinapi ℥i. aceti rosac. & sacch. alb. an. ℥i. aq. ℥iij. F. gargarisma. *Lazarus Riverius, observ. 76. cent. 4.*

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Torminibus infantium.

AD tormina infantium dare solebam anisi ℈i. crassè pulverizati, cum primo pultis cochleari; hoc purgat infantes, non aliter ac si senior rhabarbarum sumpsisset. *Joh. Heurnius, ad. aphor. 24. sect. 3.*

SECTIO DECIMA QUARTA.

De Tremore.

HOdie imprimis pro singulari in hoc casu remedio laudatur electuarium *Orvietanum. Felix Platerus.*

Ad tremorem egregiè confert, si urina propria membra tremula sæpius lavent; alli verò urinam pueri magis commendant: habetur hoc quidem pro experimen-

mento indubitato, quacunque causa tremor oboriatur, sive ex Venere vel vino potatione, vel post alios morbos, at ex fumo argenti vivi. *Petrus Forestus, schol. obs. 5. lib. 8. De exterior. Capitis vitiis.*

In termore manuum post universalia, exhibeo ea, quæ caput & nervosas partes roborare creduntur, quale est præcipuè diacorum, & extractum calami: extra autem tremulas manus foveo vino calido, in quo betonic. salvia, majorana, rosmarinus & similia incocta sunt, & penetrationis causa spiritus vini aliquid affundo. Ita multum tremor paulatim remisit donec prorsus aboleretur. *Petrus Monavius, Epist. 28. lib. 2. Consil. & Epist. Cratonis, &c.*

Relatum est mihi aliquando à fido pharmacopœo aurificem *Bruxellensem* solo & continuo esu cerebri leporis assati à tremore evasisse: esus quoque columbarum sylvestrium à vi quadam occulta valere dicitur. *Petrus Forestus, observ. 99. lib. 10. De cerebri morbis.*

Ad tremorem capitis senilem. ℞. Pavonis fimum, & cum aq. vitæ q. s. distempera, eoque utatur in potu tribus matutinis. Fimus verò ad ʒi. qualibet vice sufficiet, & sic curabit senum capitis importunos tremores. *Petrus Borellus, observat. 98. cent. 3.*

SECTIO DECIMA QUINTA.

Pro Trichiasi seu pilorum mictione.

VIdua quædam *Bernensis* ante octennium doloribus torminibusque ventris & lumborum correpta fuit, eisque ultra annum continuò ferè laboravit. Interim urina (quam non nisi maximo cum conatu excernebat) nunc sanguinolenta, nunc purulenta, & turbida erat; verùm quod admiratione non vacat, non solum purulentis & viscidis humoribus referta erat urina, sed & pili quamplurimi rufi & oblongi quotidie cum ipsa excernebantur, idque non sine dolore maximo, nonnihil enim duri ac rigidi & velut fetæ porcinæ erant, & proinde partes quas transibant, spirum in modum pungebant: multis usa fuerat remediis, sed sine successu. Ego cum ann. 1616. ad ipsam vocatus essem, & quæ recensui, præcipuè excretionem pilorum ex ipsa intellexissem; pilos quin etiam ipsemet in urina vidissem, admiratione captus fuit casus enim mihi novus & veluti inauditus fuit. Rogatus tamen sequentibus remediis curationem aggressus sum: vires cum propter doloris vehementiam & diuturnitatem, vigiliarumque frequentiam summopere labefactatæ essent; imprimis ea quæ insigniter nutriunt, præscripsi: deinde suasi ut clysteres sibi familiares faceret; sequenti itaque enemate usa est, ab initio cum fructum ejus percepisset semel aut bis in die, deinde per intervalla veluti de tertio in tertium, aut quartum quemquem diem.

℞. Rad. alth. malv. an. ʒii. fol. meliss. artemiss. origan. malv. alth. an. M. ij. flor. sambuc. melil. chamæm. an. M i. sem. anis. carvi, seseleos, an. ʒii. sem. fœnugræc. & lini an. ʒii. incid. & contund. omnia in minutissimas partes, & misc. diligentissimè, ac reserventur in sacculo aut pixide benè clausa.

℞. Harum herbarum M. ii. coq. in aq. ℔ii. ad medietatis consumptionem in colat ℔i. dissolve bened. lax. ʒvi ol. aneth. chamæm. an. ʒß. butyr. rec. ʒiß. vitell. ovor num. 2. M. F. Enema, corpus per intervalla purgavi sequenti potiuncula.

℞. Rad. fœnic. cichor. an. ʒii. fol. scabios. cuscut. meliss. an. p. i. flor. cordial. & genist. Hispanic. an. p. ß. sem. sesel. fol. sen. an. ʒiß. coq. ut colatura redeat ad ʒii. in quibus dissolv. bened. laxat. ʒiß. diacartham. ʒi. syr. ros. solut. compos. cum rheo, agar. & sena ʒß. aqua cinnam. ʒiii. M. F. potio.

Renes sequenti linimento bis in die inungere jussi.

℞. Unguenti ros. ʒii. ol. amygd. d. & lil. alb. an. ʒi. M. F. Linimentum, ex præscriptis rad. herbis, flor. & seminibus pro enemate paratis, etiam sacculos præparavi, quos aqua coctos, ventri & perinæo applicandos curavi, hisce ad tempus adhibitis remediis, ita restituta fuit matrona hæc, ut in hunc usque diem anno 1620. quo hæc scripsi, satis commodè & feliciter inter nos vivat. Utinã aliquis Linceis oculis præditus nobis locum, in quo pili hujusmodi na-

naſcuntur, inveſtigare vellet, hæc eadem mulier poſtea cum urina non ſolùm pilos, ſed & ſemen anſi (quo poſt paſtum quotidie utebatur) & carbones rejecit, abſque tamen inſigni dolore, *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv.* 50. *&* 51. *cent.* 5.

Mictum capillorum ſive trichiaſin conſpexere Medicorum aliqui, ſed admodum pauci. At quis reciprocantem ipſius periodum? quam nobis evidentiſſimè obtulit filius Conſulis *Hornani* afflictus 4. amplius annos ab hoc inuſitato capillorum mictu, qui ipſi identidem revertebatur quolibet decimo quarto die, cum inſigni urinæ difficultate, & tanta perturbatio corporis inquietudine, ut vix ſe contineret in cubili: æquantibus ſingulis pilis, modò medium, modo vero digitum integrum; ſed muco ita involutis, ut raro ſeparatim, ſed plerumque conglobatim prodierint. Durante qualibet acceſſione dies fermè quatuor: in quibus licet continenter & moleſtè redderet urinam, tranſegit tamen reliquos dies ſine ullo cruciatu, ullove capillorum mictu uſquedum poſtliminio repeteret conſueta reciprocandi ratio. *Nicolaus Tulpius, capit.* 52. *lib.* 2.

SECTIO DECIMA SEXTA.

Pro Tuberculis malignis.

MUlier quædam ſexaginta nata annos, articulari morbo obnoxia, in manus pollice digito tuberculum articulum prehendens paſſa eſt, ex eorum genere quæ dolores & gravia ſymptomata afferre ſolent. Pro quo domando illicò emplaſtrum parare jubeo, quo nullum præſtantius aut divinus excogitari poteſt, & ſupra tuberculum admovere. Habet aut remedium ſic.

℞. Fol. ſcabioſ. p. i. fulig. cumini ℥i. albumin. ovi num. 1. vel 2. ſalis ʒiii. M. F. Emplaſtrum ſ. a. & applicetur. Si tuberculum tibi incidendum videbitur, incide & aperi, cui quoque adaperto emplaſtrum admoveatur. Eo enim dolores ſymptomata peſſima evenire ſolita ex iis tuberculis leniuntur, & ſæpe omnino remittuntur, imò & tuberculum ipſum hoc remedio minuitur & delitеſcit. Cæterùm ſi tibi videbitur corrodendam eſſe carnem, prout ſæpe evenit, utere alumine rochæ exuſto, vel unguento apoſtolico, ſupra tuberculum prædictum ſemper ponendo emplaſtrum, quouſque omnino compos voti ſis. Sic enim mulier hæc ſanata fuit, nec in digito vitium ullum relictum. *Amatus Luſitanus, curat.* 50. *cent.* 5.

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

De tumore in genu ex quo aperto puris loco flatus egreditur.

MUlier triginta annos nata, ab octo menſibus tumorem patiebatur partem femoris inferiorem occupantem & ipſum genu; nullus rubor aderat, ſed dolor eam infeſtabat, ut claudicare cogeretur; multis remediis reſolventibus adhibitis, tumor in eodem ſtatu permanebat. Tandem in duobus locis, parte ſcilicet interna & externa, elevatio ſatis inſignis apparuit, eaque circumſcriptam cum mollitie & fluctuatione, ita ut purulentam materiam adeſſe omnes exiſtimarent, admotum eſt cauſticum potentiale parti magis tumenti, quæ erat exterior, poſtmodum ſcalpello incifa eſchara & aperto tumore, flatus quidam emanavit, & nihil aliud. Simile exemplum habetur apud *Zacut. Luſitanum. lib.* 2. *prax. admir. obſerv.* 163. ubi docet ex *Galeno* & *Avic.* hujuſmodi tumores in genu ſæpe à Medicis aperiri, pus intus latere exiſtimantibus, & nihil aliud tamen quàm flatuoſum ſpiritum egredi. *Lazarus Riverius, obſerv.* 13. *cent.* 3.

SECTIO DECIMA OCTAVA.

Pro Tumore pedum.

℞. STercor. vaccin. q. ſ. aceti q. ſ. coq. ſimul ad pultis conſiſtentiam. Hæc cum aliquoties tumentibus pedibus applicata fuit, tumor brevi admodum omnis abſumptus eſt. *Martinus Rulandus, curat.* 12. *cent.* 9.

Tumida membra hoc ſequenti oleo manibus perunctis benè erunt confricanda.

℞. Ol.

℞. Ol. nucum vel amygd. amar. ℥i v. sem. aneth. cumini an. ʒiii. vel i v. bacc. juniper. ℥ß. sal. & alumin. an. ʒii. vini albi opt. ℥iii. coque trita & mista ad vini consumptionem, deinde exprimendo cola, & servetur oleum in usus prædictos. *Reinerus Solenand. consil. 7. sect. 3.*

Præmisso cathartico & sudorifero.

℞. Fol. fumar. eupator. origan. serpill abrotan. an. M. i rad. hirundinar. cortic sambuc. an. ℥iiß. sem. aneth. cumini, fœnic. an. ℥ß. bacc. juniper. lauri, an. M. i. contund. & incid. & coq. in aqu. f. q. pro fomento sicco supra quod decoctum effervescens ponantur pedes linteis obvoluti, quoad sudor è vapore erumpat; idque repetitis vicibus. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 15. cap. 3. lib. 6.*

Matrona quædam Nobilis quinquagenaria tumorem œdematosum cum dolore insigni in dextro pede patiebatur, cujus origo talis fuerat. Cùm aliquando iter faceret, equus cui insidebat in terram cecidit & super dextrum Matronæ pedem, quo ictu gravissimo calcaneum depressum est, & à parte pedis interiori ad exteriorem detrusum: unde dolores acerbissimi cum movendi impotentia exorti sunt. A multis tum Chirurgis tum Empiricis pluries vexata est; nec os luxatum in pristinam sedem protinus reponi potuit, unde dolores est ambulandi impotentia, cum pedis tumore œdematoso, eam continuò affligebant. Jam à 4. mensibus in his angustiis erat, cùm eam invisi. Explorans autem diligenter partem affectam, video luxationem satis levem remanere, eamque callum contraxisse, atque adeo esse immedicabilem; dolorem autem præcipuum esse in vola pedis, non in parte luxata, quòd nervi partem illam occupantes humore multo imbuti essent: ideo oportere, ad curationem, humoris ad partem debilem affluxum impedire, & eum qui parti impactus erat discutere, partemque ipsam roborare. Quæ omnia octo dierum spatio sequentibus remediis præstita sunt.

℞. Rad. sarsæ ℥i v. aq. font. ℔i v. infund. per 24 horas, deinde bulliant ad mediæ partis consumptionem, addendo sub finem senn. mund. ʒi. turbinth. hermodactyl. an. ʒii. Colaturæ capiat ℔ß. manè per 8 dies.

℞. Ol. ceræ ʒi. Illinatur pars affecta manè & serò. Deinde sequens emplastrum admoveatur.

℞. Mass. emplastr. diapalm. vino rubro austero soluti & ad vini consumptionem cocti ℔ß. ros. rubr. myrtill. mastich. & tartar. vini rubr. pulverat. an. ʒi chamæpit & chamæm. pulverat. an. ℈ii. F. massa, de qua formentur emplastra, quibus per universum post inunctionem contegatur. His tumor & dolor ablatus est, manente tamen claudicatione propter ossis luxationem. *Lazarus Riverius, observat. 75. cent. 3.*

SECIO DECIMA NONA.

Pro Tumore suppurato resolutione curato.

FIlia mea octo annos nata tumorem phlegmonosum & œdematosum satis exiguum passa est in parte externa mandibulæ inferioris dextræ, quæ ad suppurationem venit. Ego metuens à cicatrice facies fœdaretur, antequam ob abscessus apertionem venirem, resolutionem prius tentare decrevi, *Guidonis* authoritati innixus, qui dicit aliquando apostemata suppurata resolutione finiri: quod etiam soleni *Pargi* experimento confirmatur, qui se apostema suppuratum mercurio crudo cum emplastro diapalma subacto, per viam resolutionis curasse testatur. Ad cujus imitationem dicti mercurii ʒi. cum emplastr. diapalm. ʒi. admiscui, & tumori suppurato admovi; qui intra quatuor dies omnino resolutus est. Ad materiam suppuratam resolutione discutiendam, sequentes conditiones necessariæ sunt. Primo ut materia sit quantitate exigua. Secundo ut sit tenuis & serosa. Tertio ut cutem, & corporis superficiem occupet, non autem partes profundas. Quarto ut sit in corpore robusto, juvenili, & molles carnes habente. Quinto ut sit tempus æstivum. *Dionysius Pomaret. observ. 1.*

Eadem filia mea passa est tumorem œdematosum crudum & minimè suppuratum supra regionem lumborum magnitudinis volæ manus, qui eodem remedio intra paucos dies discussus est. *Idem observ. 2.*

SE-

SECTIO VIGESIMA.

Pro Tumore ventoſo in genu.

POſt univerſalia remedia, conſului, ut hoc cataplaſma reſolutivum (etiam valens in materia phlegmatica) aponeretur.

℞. Sem. aniſ. ſubtiliter pulveriz. ſem. fœnic. cumin. carvi an. quart. m. farin. fabar. ℥i. ſucci ebuli & ſambuc. & vini aromatic. an. q. ſ. decoquendo F. cataplaſma, quo apoſtema illud ventoſum reſolutum eſt. *Petrus Foreſtus, obſerv. 3. lib. 3. Obſerv. Chirurg.*

SECTIO VIGESIMA PRIMA.

De Tuſſi.

BHΞ, Tuſſis, eſt Thoracis concuſſio ab inſita facultate, cum vehementi exſufflatione, ſtudentis excutere quod ſibi moleſtum eſt; alia eſt humida, alia ſicca; humida vocatur, quoties ipſius ope, humores in aſperſa arteria contenti, pituita puta, ſanguis, pus *&c.* per os foras expelluntur. Sicca rurſus dicitur, quoties magno licet ac multo labore, nihil excernitur, ſed irrito fatigatur univerſum corpus tuſſiendi conatu, unde tum capitis, tum hypochondriorum, aliarumque partium dolor vehemens nonnunquam excitatur, quin aliquando Hernia producitur, aliquando Urina, vel alvi Fæces involuntariè extruduntur. Tuſſis cauſa eſt quicquid aſperam arteriam vellicare, aut quovis modo irritare poteſt ac moleſtare. Humidæ verò tuſſis cauſæ ſunt humores à capite delabentes, ut plurimum pituitoſi nunc aeres, ſalſique vel acidi; nunc blandi & inſipidi; nunc tenues fluidique, nunc craſſi, & viſcidi; humores itidem varii (ſanguis pus, ſanies, pituita & ſerum (ex pulmonum ſubſtantia vel vaſis in aſperam arteriam translati: forinſecus etiam quædam advenientia vel ore aſſumpta, perperamque in arteriam delata. Tuſſis autem ſicca pro cauſis externis agnoſcit tum aerem, tum potum frigidum affatim admiſſum: pro internis verò aliquando catarrhum valde viſcidum, vel valde tenuem acremque expirato vehementius aeri haud cedentem, aliquando etiam halitus, flatuſve à tenui inteſtino, ventriculo vel per gulam elevatos, vel per lacteas venas in cor, & pulmonis ſubſtantiam, uſque ad tracheam arteriam ſeſe inſinuantes.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Tuſſi.

PRæsbiter quidam dicebat ſe omnem tuſſim curare pomo excavato & melle roſato impleto, ſupra prunas vivas aſſato, & ſub noctem devorato, quod ſeipſum ſemper, tum alios plurimos, à tuſſi curaſſe jactabat.

Vxor mea cum ſub noctem ex acri fluxione tuſſiret, deglutiendum exhibui vitell. ovi crudum cum ſacch. cando, quod cum in introitu lecti ter quaterve deglutiiſſet, illicò in principio tuſſis ceſſavit, neque aliis remediis opus fuit. *Petrus Foreſtus, obſer. 3. lib. 16. De Pectoris & Pulmonis Morbis.*

Ego ad tuſſim ſiccam & veterem ad tabidos, pleuriticos, aſthmaticos, & eos qui valida tuſſi laborant, utor hoc eclegmate.

℞. Succ. tuſſilag, ℔ß. mucilag. ſem. alth. cum aq. hord. extract. ℥ii. ſacch. pend. q. ſ. F. Loch. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv. 5. lib. 6.*

Sedandæ tuſſi cui ſputum ſanguinis eſt admixtum, Medici egregiè commendant ſyrup. myrtillor. quo & nos frequenter utimus. Valet etiam in ſanguinis ſputo ſyr. de portul. ut & loch. de portulaca, quo frequenter utebatur Præceptor meus. *Elidæus Bononiæ,*

Gisbertus Horſtius dabat ℥i. vel. ℥iß. lapid. hæmatitid. ſubtiliter pulver. cum ſucco granat. vel virgæ paſtoris. *Faventinus* dabat ſtercor. murium pulv. ℥ii. cum aqua plantag. Hæc mirabilem effectum habent conſolidandi venam ruptam. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſ. 20. lib. 16.*

Plumeam pellem cygni pellicea induſtria elaboratam & adaptatam in thoracis affectibus præſentaneum eſſe remedium, & ſpecifica quadam facultate pectori prodeſſe, in uxore mea obſervavi hoc modo. Fuerat illa à multis annis tuſſi obnoxiam

xiam, præſertim hiemali tempore cuius cauſa & medicamenta multa adhibita, fonticuli quoque facti fuerunt abſque inſigni tamen fructu; quum vero amicus quidam plumea pelle cygni ipſam muneraſſet, illamque ab eo tempore præſertim hiemali pro tegumento pectorali geſtaſſet, paulatim, laus ſit Deo, à tuſſi liberata fuit; hinc pellem hancce ſpecifica quadam facultate pectori prodeſſe comicio; quemadmodum vulturis pellem foras admotam, ventriculum roborare, & concoctionem cibi promovere videmus. *Guil. Fabritius Hildanus, obſerv. 21 cent. 6.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Tuſſi.

QUidam Siculus moleſta quadam tuſſicula laborabat, & cum diu nihil conferentibus auxiliis, hoc malum toleraſſet, ad nos tandem venit, rem exponit, conſilium quærit. Nos verò & quod morbus diutius inveteraſſet, & quod multos expertos Medicos nihil omninò profeciſſet, putabamus hoc vitium ægri elidi poſſe. Verum ne quid intentatum relinqueretur, marrhuvii ſuccum ex melle ægrum devorare juſſimus ſingulis diebus, tum & interjectis temporibus ſcyllam lambere, donec vermis ex ejus pectore una cum tuſſi propulſus, hominem ſanitati reſtituit. *Antonius Benevenius, cap. 77. De abditis Morborum & Sanationum cauſis.*

Vermes in inteſtinis reperiri frequenter contingit, qui & quandoque vomitu rejiciuntur; ſæpiſſimè verò per inferiora deſcendunt; in pectore autem & pulmone gigni atque cum tuſſi expelli inter rariſſima & admiranda numerandum, atque ideo quidem magis, quod pulmo aſſiduè moveatur, locum, quo hærere ac quieſcere poſſet, nullum vermi relinquens: nec minus admirandum eſt & in veſica naſci vermem, quod tamen cuidam viro accidit, cui in veſica exiſtens multis modis moleſtus fuit, quandoque etiam ſanguinis mictu provocato, donec tandem per penis meatum ſponte egreſſus, finem doloribus imponeret. *Rembertus Dodonæus*, annot. ad *cap. 77. lib. De abditis Morborum & Sanationum cauſis Antonii Benevenii.*

Trochiſcis his, cum neceſſitas urget, tutò & ſecure poteris uti.

℞. Thur. maſcul. ſucc. liquir. an. ℥i. opii, croci, myrrh. an. ℈i. cum ſyr. papav. formentur trochiſci lupinis magnitudine æquales. *Reinerus Solenander, conſil. 10. ſect. 4.*

Ad tuſſim mirifice decoctum raparum cum ſaccharo candido butyro, vel oleo amygdal. d. recenti, prodeſſe animadverto. Sed detrahendus eſt illis cortex, & primæ coctura aqua abjicienda. Nephriticis etiam prodeſt. *Jo. Crato. epiſt. 15. libr. 5. epiſt.*

Juriſconſultus delectatus impendio nimis acri limonum ſucco eo proceſſit dementiæ, ut quotidie biberet ſex plus minus uncias: excitata inde moleſtiore tuſſi, quam ut ullis curationem reciperet remediis, præterquam ſolo raparum decocto, quod uti omnibus tuſſientibus ex uſu eſt, ita quoque huic ægro plurimùm opis attulit, enavigato, intra menſis curriculum, periculoſo hoc Syrtium æquore, in quo facillimè ſubmerſus fuiſſet. *Nicolaus Tulpius, obſerv. 20. lib 4.*

Imprimis valet cortex medius amaræ dulcis coctus in hydromelite. Nam talis potus gratiſſimus eſt toti regioni pulmonum thoracis, mirifice expurgat omnem ſaniem, mucaginem & impurum ſordidumque phlegma, ac præterea confirmat illas partes, & corroborat omnes: quare commendatum tibi ſit hoc decoctum. Eſt quoque valde bonum remedium, pro mitiganda tuſſi, decoctum aquæ fontanæ ebullitæ cum ſem. fœniculi. Erit hoc ex facile parabilibus. *Georgius Oetheus* apud *Johannem Vvitichium, conſil. 12.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Tuſſi.

PRo ſingulari in tuſſi remedio à quibuſdam celebratur oleum eſſentiale ſacchari ab ipſis vocatum; quod ſic parare ſolent: in phialam aliquoties intus vino albo generoſo lotam & exſiccatam toties quartarium unum ſacchari puriſſ. indunt, eamque hermetice clauſam, in arena aut cineribus candentibus, igne paulò ve-

vehementiore substrato, collocant, atque saccharum ad sublimationem, quæ cum stridore fiet, urgent; hocque post exemptum albuminibus ovorum ad duritiem coctis inclusum in cava vinaria in limpidissimum oleagineum liquorem solvunt; hujus cochl. i. aut alterum sensim deglutitum, multum in tussi præstare posse asserunt. *Felix Platerus, pract. tom. 1. lib. 2. cap. 5. pag. 419.*

Dum dormiturus est, pilulam factam ex styrace calamita, succo liquor. & sem. papav. alb. modico, sub lingua detentum interdum profuisse scio. Medicamentum quoque illud de seminib. à *Galeno* usque adeo celebratum 7. *De com. Med.* s. loc. c. 5. & quinto method. fluxiones hasce pertinaces exsiccare consuevisse certum est. *Hier. Mercurial. conf. 90. tom. 1.*

Mulier quædam ab octo mensibus laborabat humerorum & brachiorum doloribus, cum pectoris angustia tussi & difficultate spirandi; multam extussiendo materiæ pituitosæ & aquosæ copiam excernebat: pluribus potionibus & apozematis aliisque remediis usa fuerat ab alio Medico præscriptis, malo in eodem statu perseverante; tandem meam opem implorat, ei exhibeo bolum ex calomelan. gr. xx. & diagr. gr. x. cum conf. ros. horis duabus ab assumptione remedii, copiosè sudavit, postea per tres vices alvum copiosissimè deposuit: & postero die dixit se perfectè curatam esse: tandem triduo post jubeo ut idem remedium repeteret, à quo quater purgata est, & ab eo tempore à prædictis affectibus omnino liberata est. *Lazarus Riverius, observ. 31. cent. 3.*

℞. Calomelan. gr. xx. resin. jalap. gr. x. M. hoc remedio septies purgata est mulier quædam hoc affectu cum raucedine & difficultate spirandi laborans, & à fluxione & tussi omnino liberata; ita ut aliis remediis opus non fuerit. Est enim remedium ad contumaces fluxiones eradicantes efficacissimum. *Idem, observ. 47. cent. 3.*

Testatur *D. Robertus Boyle*, Tractatu *De utilitate Philosophiæ Experim.* se vidisse hominem, qui molestissimæ tussi non aliud utilius potuit invenire præsidium, quam fucci fumum aut sulphuris balsamum; idem pro tussi feliciter exhibere solet spiritum cornu cervi ad gr. viii. vel x. in cerevisia, vel quovis liquore minime acido, excepto lacte. Eundem spiritum commendat in convulsionibus puerorum, pleurisi, obstructionibus splenis, hepatis, & uteri, affectibus etiam cerebri, delirio febrium, & phrenitide.

℞. Oxym. scillit. ℥ß. ol. amygd. d. rec. & syr. viol. an. ℥vi. aq. veron. hysop. & anis. an. vn. i. m. spec diair. solom. ℥ß. ol. anis. destil. ℈. ß sacch. cand. dr. iii. M. F. potiuncula, sumat cochl. ii. vesperi & quoties tussis urget.

℞. Aqu. vitæ vel spirit. vini ter destillati patellam argenteam fere plenam; accendatur, sinaturque conflagrare, usque eo ut quarta vel quinta ejus pars superstet, atque flamma per se extinguatur. Hoc peracto, immitte in residentiam adhuc dum ferventem, sacch cand. finiss. q. s. M. diligenter redeat ad consistentiam julep. eo utatur mane & vesperi calidè.

℞. Syrup. liquir. hyssop. tussilag. an ℥. vi. loch. sani & expert. syrup. de papav. oxymel. scillit. an. ℥ii. spec. diair. solom. pulm. vulp. præp. an ℥i. julep. viol. julep. è sacchar. cando, an. dr. iß. lactis sulph. ℥. m. ol. anis. gt. v. balsam sulphur. terebinth. elixir. propriet. an. ℈ß. M. F. Lambile Deglutiantur ejus cochl. ii. vel ℥i. calide ter in die: Profuit.

Loco potus ordinarii, bibat de hoc clareto pectorali.

℞. Sem. anis. fœnic. an. dr. iiß. rad. ireos, liquir. an. dr. iii. spec. diair. Solom. diapenid. an. dr. i. m. manus. Ch. perlat & cinnamom. el. an. vn. m. vini Rhenens. opt. lbi. m. sacch. vn. iii. croci ℈. m. trajiciantur per manicam *Hippocr.* & F. claretum. *Ioh. Petrus Lotichius, observ. 2. & 6. cap. 1. lib 3.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Tussi Puerorum Kinchoest *appellata.*

CUm Infans quædam unius anni valida tussi afficeretur, quæ nullis præsidiis mitigari potuit; tandem nescio cujus mulierculæ consilio, mures coctos nutrix

nutrix masticabat, & prò cibo Infanti dabat; quo remedio à tussi liberata est.

Altera puella quinque annos nata, cum validissima tussi longo tempore detineretur, nuc ullis medicamentis curari posset, alterius mulierculæ consilio utens, guttam unam atque alteram sumpsit aquæ destillantis à limace exiguo sale conspersò (hoc enim modo limaces in liquorem resolvuntur) quam cum cyatho cerevisiæ communis ebibit, & ex incontinenti fuit curata. *Insulanus* Medicus quidam hoc eclegmate ad tussim puerorum commode utebatur magno experimento.

℞. Rad. alth. bene mundat. ℥iii. coq. in lbi. lactis vaccin. vel melius in flore lactis, ad optimam dissolutionem; tundantur & cribro cremor excipiatur, addendo sacchar. cand. sacchar. penid an. ℥iii. M. tempore tussis vehementis detur cochl. i. deinde bis in die. Hoc magna cum utilitate usus sum, & rarò me fefellit; quanquam subinde (cum facilè situm contrahat ob lactis pinguedinem, neque diu eclegma durare possit) jubeo rad. alth. in aq. farfaræ decoqui; deinde per setaceum ut prius extractis reliqua addo: utor quoque commodè & utiliter ad tussim rad. altheæ saccharo incrustata. *Petrus Forestus, observ. 6. lib. 16. De Pectoris & Pulmonis Morbis.*

Succus pulegii cochlearis unius mensura, admixto sacchari candi tantillo, pueris exhibitus efficacissimum est remedium adversus tussim illam clamosam *Chincough* dictam. Hujus notitiam *D Boyle* acceptam refero; qui ad profligandum hoc symptoma inter alia medicamenta primas ei tribuit, nec immeritò, ut experientia nobis compertum est. *D. Hulse*, referente *Jo. Raio* Catal. Plantar. *Angliæ.*

MEDICINÆ PRACTICÆ
LIBER DECIMUS OCTAVUS.

De Affectibus à littera V *incipientibus.*

SECTIO PRIMA.

De Variolis.

VAriolæ sunt Pustulæ in summa cute, partibusque cuti proportione respondentibus, cum febre continua, propter peculiarem sanguinis effervescentiam & ebullitionem, à facultate expultrice excitatæ. Causa earum προηγουμένη videtur esse labes quædam, seu impuritas sanguinis, inter prima fœtus rudimenta in utero concepta, quam Authores ferè omnes reliquijs sanguinis menstrui rectè adscribunt. Causæ evidentes sunt contagium aliunde susceptum, pecularis aeris dispositio, & immodica sanguinis & humorum perturbatio, à crapula, aut nimio exercitio. Imminentes Variolas indicant, febris incerta & vaga, modo intensa, modò remissior, dolor in capite & lumbis, facies quasi inflammata rubescens, magna anxietas, & inquietudo, cum syncope quandoque & vomitu immani, somnolentia gravis, terrores in somno, deliria, convulsiones, sternutatio, lachrymæ involuntariæ, oculorum splendor, & narium pruritus, calor, rubor, & punctionis sensus in toto corpore, oris ariditas cum tussi & siti. Res in vado esse videtur, quando accidit hic affectus in bona constitutione aeris, in ætate puerili, si in toto morbi decursu, symptomata eveniant laudabilia, si Va-

riolæ

riolæ ſint molles, diſtinctæ, paucæ, rotundæ, faſtigiatæ, & boni caloris, *i. e.* in principio rubræ, poſtea albeſcentes. Si contraria his appareant ſigna in ſummo verſabitur ægrotans periculo.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Variolis & Morbis.

SI video naturam pigram eſſe in expellendis & emittendis Variolis aut Morbillis, exhibeo decoctum deſcriptum ab *Avic.* quod habet caricas, lentes excortic. & tragacanthum; & ſentio inde magnum commodum, ſi quater aut quinquies mane & ſerò ſumatur. Puerilis vero qui decocto uti nequeunt, propino mane & veſperi hauſtum aquę fœniculi; hæc enim non parum facit ad expulſionem Variolarum & Morbillorum. *Iohan. Nævius, conſil.* 25. *lib.* 3. *conſil. Cratonis. &c.*

Decoctum *Avicen.* ita ſe habet.

℞. Ficuum ping. ℥vii. lentium excort. ℥ii. laccæ ℥iiß. gummi tragacanth. & ſem. fœnic. an. ℥ii. Coq. in ℔iß. Aq. fontis donec redeat ad tertiam partem. An commode præſcribi poſſunt medicamenta antequam Variolæ aut morbilli ſeſe prodeant? an illa impediunt motum Naturæ? imò inopinatò venam ſecuimus, & medicamentum purgans dedimus, quibus die ſequenti aut poſtridie apparerent Variolę, & melius multò habuerunt, quam quibus non auſi fuerimus idem exhibere: ſic parum probabile quod dicitur minus affatim erumpere papulas, ſi corpus ante purgaveris.

Dominus ab Inſula de ſumma difficultate deglutiendi (quæ erat tantum Morbillorum latentium ſoboles, nos autem nil tale ſuſpicabamur) conquerebatur; inſignis febris: eluimus alvum clyſmate, venam metu ſynanches ſecuimus; ſequenti die exanthemata apparent, & brevi tamen convaluit.

Si puellis detrahatur ſanguis initio in ſuſpitione Morbillorum & Variolarum, impedietur augmentum febris, cujus calor maleficus eſt tabificus; & ſic fuſus liquatiſque carnibus non ita tumeſcet corpus, nec fœda ſcabie maculabitur & inquinabitur, imò dum eruperunt, poteſt etiam detrahi ſanguis, quod nos beato quodam ſucceſſu fecimus. *Guil. Bollonius, lib.* 1. *Ephem & Epidem. pag.* 37. *&* 50.

In primo *Epidem.* noſtrorum libro annotavimus in ſævitia ſymptomatum, quæ erant prænuncia exanthematum (ſed hoc ignorabamus, quia fortè cautiores fuiſſemus) nos medicamenta & phlebotomiam tentaviſſe, cum ea eruptio præſto adeſſet, & tamen innocuum utrumque remedium, ut jam anile ſit credere, nil in exanthematis tentandum, imò ex tribus pueris exanthemata paſſis, qui purgatus eſt levius habuit. *D. Deniſot.* narat. Abbati cuidam, cum nil de exanthematon eruptione conſtaret, phlebotomia largè celebrata, à prandio erupiſſe illa calumniabatur Medicos, tamen nil inde evenit deterius, imo cum ſervæ cuidam exanthemata, eaque denſiſſima paruiſſent, nec non lingua intumuiſſent, flagrante etiam malo ſecta eſt vena copioſus detractus ſanguis, & hoc innocuum fuit, notandum hoc *Idem, Epid. l.* 2 *p.* 141.

In variolis, ante eruptionem, ſanguinem eſſe mittendum affirmant uno ore Medici ferè omnes, ſi ſcilicet ingens fuerit febris incendium nimiaque ſanguinis effervescentia: levata enim, vena ſecta, natura quo tanquam ſarcina opprimitur onore facilius & feliciùs materiæ morbificæ aggreditur ad partes extimas protruſionem. Hanc praxim tum recta ratio, tum multiplex experientia confirmat: in omnibus curæ meæ commiſſis ſalutiferam ſemper comprobavi. Imò huic præcipuè generoſo præſidio acceptam ſanitatem ſub *Deo* referendam judicavi. Nequaquam ut falsò creditur, neceſſariam ſanguinis impedit, imò verius nimiam ejus conſpeſcit ebullitionem; ita ut, phlebotomia præmiſſa, potius quam præterita, felicius procedat variolarum eruptio. Miravit nondum deſino, unde nam tantum in venę ſectionem vulgi animis præjudicium ſubortum: quo fit ut famę ſuę nimium conſulentes vix auſi ſint Medici in variolis pertundere venam cum tamen omnes ferè omnium nationum Medicinæ proceres qui ſcriptis orbi inclaruerunt, magnum hoc [illegible] in

hoc

affectum ſummis laudibus relinquerint commendatum.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Variolis ſerpentibus.

PUer quidam Variolis corripi cœpit, ex quibus nonnullæ percurrebant, ut miſerum corpuſculum intra duos dies ferè totum excoriatum reliquerint: Serpebant quippe, ac cutem tantum exanthemata hæc excoriabant. Contra quæ ſic orſus ſum. Primo, cum materia hæc plus juſto ſubtilis eſſet, eam obtundere conati ſumus; nec tantum eam, verum etiam hepatis & membrorum internorum malam qualitatem infrigendo, ne de novo altera gigneretur, ſed id refrigerantibus complebamus medicamentis, ut ſyrupo roſato de cich. ſimpl. de endiv. de violis, adjectis ſimilibus aquis exterius verò jecur ex ſantalino unguento illinebatur, ſed victus ad id multum faciebat, qui ad frigidum cum humiditate declinabat: quibus omnibus materia craſſior eſt reddita, & Variolæ craſſæ & amplæ apparere cœperunt. Prædictæ excoriationes quas nonnulli practici rubeas infectiones appellarunt, ſic à nobis tractatæ ſunt. Primo à propinato ſyrup. viol. ſolutivo lactucæ aquæ permixto, quo optime egeſſit, ſequenti lavacro eas lavari fecimus, ac poſtea panno lineo abſtergi, & pulvere infradicendo aſpergi. Habet autem lavacrum ſic.

℞. Roſ. rub. ſicc. myrtill. fol. lentiſc. ſumitat. querc. tamariſc. an. M. i. fiat omnium decoctio quo decocto excoriatę partes laventur, & ut dixi, lineo panno abſterſæ ſequenti pulvere inſpergantur.

℞. Thur. maſtich. roſ. rub. ſarcocoll. an. part. æq. F. pulv. ſubtiliſſ. Ubi unguento uti neceſſum fuit albo camphorato, aliquando verò plumbeo uſi ſumus. *Amatus Luſitanus, curat.* 18. *cent.* 3.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Variolis.

PUer quidam quinque annos natus, Variolis laborabat cum alvi fluxu per totum morbi decurſum perſeverante, ſeptimo die multo gravior fuit alvi fluxus, febris intenſa, ſitis ingens. Variolæ depreſſæ, quarum elevatio ab alvi fluxus impediebatur reliquis remediis uſque ad id tempus parum conferentibus, ſequentem præſcribo julepum alvi fluxum & malignitatem reſpicientem.

℞. Rad. pentaphyll. & tormentill. an. ℥i. fol. ſcabioſ. pimpinell. an. M. i. ſcord. p. ſantal. citrin. dr. ii. coq. ad quart. tria, pro tribus doſibus bis in die ſumendis addendo unicuiq; doſi confect. de hyacinth. ℥ß. troch. viper. ℈ß. lapid. bezoard. gr. iii. Poſt primam exhibitionem alvi fluxus imminutus fuit, Variolæ tumefactę, & ſitis imminuta. In aliis Pueris quam plurimis eadem potio mire profuit ad ſedandum alvi fluxum, & variolas depreſſas tumefaciendas. Cui addebam aq. roſ. & naph. an. ℥ß. etiam citra alvi fluxum, in depreſſis Variolis mirum in modum contulit, & plerumque ſic componebam.

℞. Rad. tormentill. & pentaphyll. an. ℥i. fol. pimpinell. & ſcord. ana M i. ſantal. citrin. & raſ. ebor. an. ℥ii. coq. ad quart. iii. in colat. ℥iii. diſſolv. aq. naph. & roſ. an ℥ß. troch. viper ℈i. lapid. bezoard. gr. iii. F. potio, quæ grandioribus detur uno hauſtu bis in die, lac verò ſugentibus, ex cochleari frequenter. *Lazarus Riverius, obſerv.* 2. *cent.* 2.

℞. Aq. card. ben. ℥iii. aq. theriac. dr. iii. troch. viper. ℈i. lapid. bezoard. gr. vi. capiat horis veſpertinis. Cordi applicabantur pulli columbini, ac deinde linimentum ex theriaca, confect. alkerm. & ol. ſcorpion. *Matthiol.* In omnibus juſculi diſſolvebatur bezoard. mineral. ℈ß. hiſce Variolarum eruptio ita promota eſt, ut tandem à ſævo illo morbo æger penitus liberatus fuerit. *Lazarus Riverius.*

Vidi puerum quendam Variolis laborantem, cum ſignis laudabilibus, febris enim poſt exortum puſtularum remiſerat, reſpiratio libera erat, nullus alvi fluxus, tubercula eminentia ſatis, ſomnus mediocris, bene ſe habebat ad ea quę offerebantur, ſubitò tamen, & ſine manifeſta cauſa puſtulę ſeſe occultaverunt, morſque ſecuta eſt illarum occaſum, id ipſum vidi in pluribus aliis eodem morbo affligtis,

quibus omnibus mortem certiſſimàm portendi. *Petrus Pachequus*, *obſerv.* 25.

Quotquot Variolis aut Morbillis laborantes vidi, qui tenſione & meteoriſmo ventris, cum anxietate huc atque illuc agitabantur, tot intra paucos dies obire vidi, præcipue ſi dolor junctus fuerit. *Idem obſerv.* 62.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Variolis.

POſt eruptionem ſtatim maxima cura habenda eſt oculorum, narium, gutturis, & pulmonis: oculos itaque ſtatim in initio, & deinde quotidie auro puro leniter confricare prodeſt; id enim arcet ne in oculis erumpant exanthemata. Utile quoque eſt oculos ſæpe illinire ſequenti collyrio.

℞. Aq. plantag. roſ. & euphraſ. an. ℥ß. in quibus diſſolv. camphor. gr. ii. croci gr. i. F. collyrium. Nare ſi à puſtulis exanthematum occupentur, ſubinde acetum roſaceum odorandum naribus admoveatur. *Franciſcus Joel*, *ſect.* 5. *lib.* 9. *practic.*

Pro tuendis gulæ & gutturis partibus, exterius ſcutum croco interſutum & lacte muliebri intinctum apponimus, hoc enim poros aperiendo, venenum ab intimo gutturis exterius allicit. *Thomas Willis*, tractat. *De Febribus*, *cap.* 15.

Linguæ humanæ & ſalivæ in ſolitum uſum non ita pridem muliercula propalavit. Occupaverant Variolæ Epidemicæ univerſam faciem tenelli filii Clariſſimi in Urbe noſtra Viri, & oculis minitabantur exitium, fruſtra aliis tentatis, nutrix dolore infantis commota & commiſeratione, lingua propria oculus pueri lingebat, ſicque reſeratis oculis abſterſaque ſanie convaluit infans morti antea relictus, & publicis ex ſuggeſtu precibus expiatus. *Thomas Bartholinus*, *hiſtor.* 29. *cent.* 1.

Obſervavi hoc anno 1629. quo Variolæ hic populariter graſſantur, & multos infantes è medio tollunt, nonnullis quidam infantibus ante Variolarum eruptionem, aliis verò poſtquam eruperunt, & jam ſuppuratæ fuerunt, vermes ſpithamæ longitudine, & longiores ex inteſtinis ſpontè prorupiſſe, qui infantes omnes mortui ſunt. *Daniel Sennertus*, *practic. lib.* 3. *part.* 6. *ſect.* 1. *cap.* 6.

D. Turquetus apud *Petrum Aſſelinæum* referebat, *Eliſabetham Angliæ* Reginam, contractas Variolarum ſuppuratione maculas in ſeipſa deleviſſe, emulſione lactea ex ſem. canabino ſeparatis corticibus, cum aq. roſ. parata & cum goſſipio admota. *Georgius Hieron. Velſchius*, *obſervat.* 88.

SECTIO SECVNDA.

De Varis.

IOβ. Latinè Vari, tumores ſunt duri & parvi in faciei cute à craſſo ſucco progeniti. Oriuntur ut plurimùm ab humore alimentari poris cutis ſeſe inſinuante, cui aliquando humor excrementitius & atrabilarius admiſcetur.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Varis in facie.

PEractis convenientibus evacuationibus tam cum Pharmacis, quàm cum Phlebotomiis, abluens faciem ter vel quater in die hac aqua experta Præceptoris mei *Faventini*.

℞. Camphor. ʒii. ceruſſ. ablut. ʒi. cicer. rubr. ℔ß. interior. melon. ℔i. ovor. hirundin. numero 10. margarit. ʒii. ſem. bombac. ʒiii. ſalis commun. ʒii. ſucci limon. ℥ß. tartar. vini alb. ʒß. pulverizentur pulverizanda, & contundantur contundenda & infund. omnia ſimul in ℔x aquæ deſtillationis lapathi acuti per duos dies, tum deſtillentur in alembico, qua aqua deſtillata ſi utaris modo dicto, procul dubio ſanaberis ab hoc affectu, quod ſi tibi nimis moleſta ſit hæc compoſitio, aliud unguentum ad te mitto, quo multi qui per quinque annos & plures faciem puſtuloſam habebant, nec ullis remediis curari poterant, curati ſunt.

℞. Argenti vivi ſaliva extincti vel aceto vini fortiſſ. ʒii. vitriol alb. ʒii. ol. laurin. ℥ß. agi-

agitentur diu ſimul ut unguentum coeant, veſperi inungito, mane aqua furſur abluito, hoc unguento nuper Nobilem mulierem curavi, quæ per duos annos faciem puſtuloſam habebat, quæ nullis aliis remediis quam hoc curari potuit. *Petrus Foreſtus, obſerv. 7. lib. 5. obſervat. Chirurg.*

SECTIO TERTIA.

De Vena integra à pulmone rejecta.

NAvarchus *Amſtelredamenſis* qui diu in mari vixerat, contraxit ætate jam maturus ex perenni deſtillatione, tuſſim magis terra quàm mari moleſtam, qua per biennium flaccidos pulmones exagitante, defecit tandem viſcus hoc plus nimio laceſſitum: & effundit ex inopinato, non tantùm ſanguinem, ſed præterea duos inſignes venarum ramos: adæquantes ſingulos expanſæ manus magnitudinem. Prodibant autem ſeparati ab omni parenchymate, oſtendentes non minus diſtinctè extrema ſua lineamenta, ac ſi otioſus Anatomicus removiſſet circumpoſiti viſceris impedimentum, argumento certè evidenti totum pulmonem fuiſſe vitiatum; ac proinde haud mirum, excretis hiſce ſurculis effundiſſe ipſum ipſam cum ſanguine vitam: at verò mirabantur Medici, tantam parenchymatis diſſolutionem ſine prævio pure: quod ipſum quoque non minus forte mirabuntur poſteri: licet nec viſuri, nec lecturi ſimile exemplum in ullis Medicorum monumentis, ſed ut altiſſima flumina minimo labuntur ſono, ſic eveniunt homini ſubinde maxima infortunia ſine turbulentis præſagiis. *Nicolaus Tulpius, cap. 11. lib. 2.*

SECTIO QVARTA.

De Venæſectione Neroniana.

IN conſuetudinem venit præſertim inter *Germanos*, & hic quotidie à Noſtratibus uſurpatur, ut multi in utraque manu ſimul, aut in utroque brachio, venas ſibi incidi curent; idque ut plurimùm non ſine diſpendio valetudinis, ex duplicata enim venæſectione diverſis in membris inter ſe oppoſitis, uno eodemque tempore facta, maxima in corpore, præſertim in hepate fit ſanguinis & humorum agitatio; quod ſine periculo fieri non poteſt. Hanc Venæſectionem Neronianam appellare placuit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſ. 92. cent. 6.*

SECTIO QUINTA.

De Venæſectione.

VUlgò dicitur quoties duorum ſolennium remediorum uſus incidit neceſſarius, à venæ ſectione potius, quam purgatione eſt auſpicandum: an hoc verum? Mihi valde difficile videtur ſtatuere, quibus in morbis, quando & quomodo hoc ſit uſurpandum. Fortè hujus rei cognitio petenda erit ex *Galen cap. 4. lib. De Renum Affectibus*. Si (ait) Phlebotomia corpus evacuaveris, Catharticum venas, arterias, & inanes regiones inveniet non oppletas, ita facilè in totum corpus pervadet ad attrahendos ſuccos, & facilè educentur ob eorum tenuitatem & infuſionem. Si contra vaſa repleantur, ob plenitudinem in corpus medicamentum non deferetur, unde aut ſubſiſtent aut nil bene faciet. *Guil. Ballonius, Epid. & Ephem. lib. 1. pag. 76.*

Quæritur an ſomnus concedendus à phlebotomia? Obſervatum aliquando indulto ſomno poſt Phlebotomiam cuidam Illuſtri Domino non multò poſt mortem obrepiſſe: in ſomnum repentinæ tantæ calamitatis cauſa relata eſt; an non ea experientia eodem exemplo terrere nos debet; quoniam videmus paſſim Medicos gratificandi ægris gratia, Theorematum artis, ſuæ deſertores, nil perinde eſſe putare; an quis à ſecta vena dormiat, an non? At ſi vires ſint imbecillæ, verendum eſt, ne ſi ſomnus interdicatur, vigiliis frangantur magis. Verendum quoque eſt ne eodem ſomno intro revocati ſpiritus & ſanguis refrigeratis partibus extimis, grave aliquod periculum creent. Si in iis rebus morte infauſtoque aliorum eventu moniti, ne quid tale eveniat videamus. *Guil. Ballonius, Epid. & Ephem. lib. 1. pag. 70.*

SECTIO SEXTA.

Pro Veneficio & Veneno.

24. ADipis canis benè liquati & mundati ʒiv. adipis ursi ʒviii. caponis ʒxxiv. tres truncos visci colurni adhuc virentis, frustratim sectos & tusos dum humescant, contunde autem simul lignum, folia, baccas, misce omnia in phiala, quam soli novem septimanis cum exposueris, virentem balsamum extrahes, eoque veneficiatorum corpora, loca maximè dolentia & juncturas inungendo, certo experimento curabis. Hæc est descriptio medicamenti *Charricteri*. Notandum, in corylo non nasci viscum, nisi post annum centesimum: eumque Epilepticis, aliisque capitis Affectibus obnoxiis, querno longe utiliorem esse. *Henricus ab Heers, observ.* 8.

Celeberrima *Orvietani* antidotus, sumpto & in convulsiones usque ferociente veneno, ita omnes anxietates, & instantes Syncopes statim conculcat ac si nullum intro admissum virus foret. *Ioh. Helmontius tract. cui tit Butler.*

SECTIO SEPTIMA.

Pro Ventriculi attritione.

Galenus ponit hunc casum libr. *De Præcognitione*, qui contigit filio Regis, dicentibus aliis Medicis esse principium febris (Incurrebat enim statim à cibo assumpto in lentissimum frigus, cum maxima contractione pulsus, & coarctatione anhelitus) *Galenus* non esse febris principium asseruit. Rogante autem Patiente, quid esset, respondit, consuevit stomachus tuus conteri à cibo assumpto converso in phlegama ante excretionem. Petiit Patiens quid agendum esset? Respondit; Si esset alius, exhiberem vinum cum pipere, sed in vobis Principibus securissimis auxiliis consueverunt uti Medici. Sufficit ergo nardino unguento lanam intingere, & ori ventris applicare, pedibus calefactis recedentibus Medicis *Pitholaus* vinum Sabinum attulit, piper immisit, pedibus calefactis, apposita lana in oleo nardino infusa calida super os ventris, bibit æger, & statim sanatus est. Mihi licet sim nunc senio confectus, solùm bis in vita mea casus iste innotuit. Primò, fui vocatus ad Nobilem quendam, qui statim cum accessi, dixit mihi; Ego non vos vocavi, ut sperem sanitatem recuperare, sed ne videar omninò vitam negligere. Unus enim Avunculus meus ex tali ægritudine dies clausit extremos: Ego dans ei bonam spem salutis, volui suæ cœnæ interesse, ut omnia accidentia possem perpendere: statim cum cœnasset, totus frigidus ut glaties factus est, pulsus omnino contractus, ita ut vix sentiretur, cum tanta angustia, frequentia & compressione anhelitus, ut statim præfocari videretur: perseveravit in iisdem symptomatibus spatio trium vel quatuor horarum, deinde paulatim remissa sunt omnia, Ego verò memor loci allegati à *Galeno*, dixi, estote bono animo, spero enim, Deo favente, vos liberare ab hoc morbo. Mane sequenti feci pedes cum pannis calidis fricare, & fricationibus fortibus calefacere. Deinde lanam succidam carminatam decenter in oleo nardino calido infundere, & super stomach. applicare, superponendo pannos calidos; deinde dedi ei ʒi. pip. pulveriz. involuti in hostia madefacta in vino: postea dedi circa ʒiii. boni vini calidi, & illinc ad horam feci eum cibare, testis sit mihi Deus, quod nunquam postea minimam partem sensit illius passionis, licet antea plus quam per mensem ea ordinariè post omnem cibationem infestaretur. Mulierem etiam quandam simili morbo laborantem iisdem remediis statim sanavi. *Petrus Bayrus, practic. lib.* 11. *cap.* 9.

Fœmina quædam honestis Parentibus nata, cum frigidis cibis admodum assuevisset, iisque unicè delectaretur per multos dies, semper assumpto cibo, toto corpore horrere statim cœpit, imò instar glaciei reddi; idque maxima cum compressione thoracis, & difficili anhelitu per horas aliquot persistente: donec tandem membra calere rursus inciperent, recordatus casus, cujus *Galenus De Præcognitione* ad *Posthumum*, *cap.* 11. Itemque *Bayrus* in *Enchiridio*, *lib.* 11. *cap.* 9. meminit, locum marito,

viro

viro Literatiſſimo oſtendi qui non deſcribi modò, ſed omninò depingi conjugis morbum exclamavit; remedia ab illis relata ſingula, nimirum vinum cum pipere, & frictiones ſtatim uſurpat, ſed abſque ſucceſſu, ſequentibus diebus nihilominus eadem repetit, verùm fruſtraneo planè conatu: quod nimirum ventriculus habitualiter quaſi alteratus eſſet, ſuccedente poſt modum colica, atque hunc excipiente tremore primùm, mox pareſi, tandem tumore quoque nigenti faucium ex terno; & ita dejectis viribus moritur. *Philippus Salmuthus, obſerv. 9. cent. 2.*

SECTIO OCTAVA.

De Ventriculi Calculis.

CUm *Hornæ in ſuper. Auſtriæ*, Satuum Illuſtr. Medicus eſſem, vocabar ab Illuſtri, quadam Matrona ad mulieream mortuam, ut præeſſem apertioni Anatomicæ, ad explorandam incognitam diuturni morbi & mortis cauſam Conquerebatur illa de continuo ventriculi dolore, tumore, nauſea, & inappetentia. Fuit à nonnullis pro tympanitica, curata, alii exiſtimantes ipſam gravidam, à medicamentis omninò abſtinuerunt, aperto itaque abdomine & ventriculo, in fundo ejuſdem lapilli ſunt inventi, nullo, cohærentes vinculo, ſed pomi granati granorum inſtar ſeſe mutuo amplectentes, tam copioſi, ut binas volas manus implerent. *Wolfgangus Heſerus, Herc. Med. lib. 3. cap. 1.*

SECTIO NONA.

Pro Ventriculi dolore inſigni in febre acuta.

CUm nauſeabundus eſſet, vomitorium tale propinavi.

℞. Decocti hord. ℥ i v. ſacch. & ſyrup. acetoſ. ſimpl. an. ℥i. M. quod cum tepidè ebibiſſet primo crudos humores poſtea pituitam una cum bile evomuit, & dolor fuit aliquo modo ſublevatus quanquam idem circa precordia hæreret, & ad imum ventrem verge-

ret; ideo clyſter mollis injectus eſt: verum quanquam melius inde habere videretur, dolor tamen ex toto non fuit mitigatus, & ſic ad fotum emollientem anodynum & aliquo modo ventriculum roborantem confugimus.

℞. Fol. malv. viol. chamæm. ſummitat. aneth. an. M. i. flor. roſ. rub. Miß. coq. in aqua pro fotu, quo dolor plurimùm mitigabatur: interea ſumpto decocto flor. chamæm. in cereviſia, ructus multos cum emiſiſſet dolor ſedatus eſt. *Petrus Foreſtus, ob. 1. lib. 7. De febr. Symptomatis.*

Ad ventriculum dolentem ac frigidum.

℞. Zedoar. el galang. opt. an. ℥ii. bacc. lauri ℥i. incid. & parum contund. & coq. in vini rhenani ℔i. ad conſumptionem tertiæ partis, de colatura exhibeo pro vice cochlearia ij. vel iii. ſingulis tribus horis, & ſæpenumero in hoc caſu profuit, ad ſedandum dolorem alvo exiſtente clauſa, talem exhibeo bolum.

℞. Elect. diaphœnic. ℥iiiß. philon. roman. ℈ii. M. pro una doſi, ſedat dolorem ſomnum provocando, & ſuccos malos in ventriculo contentos, dolorem moventes, ſecum educit: ut ſæpius ſum experius, etiam cum commodo ægrorum, & fuit olim ſecretum *Ludovici de Leonibus*, præceptoris mei *Bononiæ*. Si verò unà cum dolore intolerabili alvus reſpondet ægroto ſequenti potione non ſine fructu uſus ſum.

℞. Decocti ſuperioris ex zedoar. & galang. ℥iiß. vel ℥iii. Philon roman. ℥ß. M. detur calide. *Io. Neſut, cent. 10. lib. 2. Conſil. Cratonis &c.*

Mulier quædam annos nata ſex ſupra 40. conquerebatur de æſtiſſimo dolore os ventriculi lancinante, ad quem levandum & abigendum paravi tale vomitorium.

℞. Aq. benedict. vini alb. an. ℥i. quibus dilutis & epotis, mox in vomitum multum ſolvitur, evomuitque viſcidam pituitam permultam, atque poſt vomitiones iſtas intra diei ſpatium ab ingenti hoc liberatur dolore. *Martinus Rulandus, cur. 65. cent. 2.*

Uxor mea puerpera conquerebatur mihi de gravi dolore quem ſenſit circa os ventriculi, à quo liberata ſtatim eſt hoc modo.

℞. Vini boni ℥viii. vitell. ovor. num. 2. coq. ut a. e. Coctum jus ſine pane exhauſit, ac poſtea in lecto affluenter ſudavi per duas horas, & à tam crudeli paſſione liberata fuit. Interea lanam oleo chamæm. calente imbutam orificio admovebam utiliter & ſalubriter. *Idem cent. 1 curat. 10.*

Injecto clyſtere primùm emolliente tum carminante & diſcutiente, poſtea admoveatur fotus ſequens regioni ſtomachi.

℞. Rad. cyper. galang. cal. arom. an. ℥i. fol menth. origan. puleg. majoran. hyſſop. ſalv. an. M. ʃ ſem aniſ. fœnic. carvi, dauci & bacc. lauri an. ℥ß. flor. camom. melil. anth. & lavend. an. p. i. Contund. & incid. includanturque duobus ſacculis, qui bulliant in vino generoſo, deinde expreſſi ventriculo & toti ventri alternatim admoveantur. Poſt fotum fiat illitus ex oleo rutaceo & anethino mixtis cum aqua vitæ, quibus addatur illi, quid ol. ſalv. aut cariophyll. chymicè extracti. Poſt inunctionem admoveatur emplaſtrum de baccis lauri, vel ejus loco cataplaſma ex melle & ſemine cumini. Interim dum hæc fiunt, ſi nauſea adſit, excitabitur vomitus blandiori vomitorio, aut catharticum exhibeatur pituitam evacuans. Julepus ſequens ad dolorem ſedandum, flatus diſcutiendos, pituitam detergendam & ventriculum roborandum efficaciſſimus eſt.

℞. Fol. abſinth. vulg. cent. min. & agrimon. an. M. ß. coq. ad ℥v. In colat. diſſol. ſacch. alb. ℥i. M. capiat manè per biduum, *Lazarus Riverius, Prax. lib. 9. cap 11.*

SECTIO DECIMA.

Pro Ventriculi imbecillitate.

PIperis grana ſeptem vel novem confracta non pulverizata ut ſic minus fauces urant, cum vino exhibita, ſubito refrigeratum ventriculum juvant: quod & zinziber facit. Nux moſchata comeſta concoctionem juvat, cujus pulver. cum aq. chamæm. deſtillata bibitus dolorem ventriculi mox ſedat, cariophylli comeſti idem faciunt. *Felix Platerus, practic tom. 2. cap. 5 pag. 444.*

Affinis quidam meus vir doctiſſimus ex febre quartana, qua per triennium laboravit, imbecillitate ventriculi contracta, juſſus à *D. Eraſto* mane gingiber crudum comedere, cum id majore etiam copia aſſumpſiſſet, quam fortaſſe edoctus erat: ab eo tempore ultra triginta annos ſingulis matutinis duas radices magnas gingib. paululum ſaltem maſticatas deglutivit; facitque adhuc, nequicquam ſubinde mali in ventriculo ſentiens, imò ad omnia munia graviter obeunda alacrior inde reddi ſolitus, quo tam multorum annorum hujus aromatis uſu, hoc ſibi adeo familiare fecit medicamentum, ut nec die uno, ſine noxa, ille carere amplius poſſit. *Idem, obſervat. lib 2. pag. 335.*

Magna inſurgit difficultas de ventriculo, frigido & hepate calido; quomodo nimirum frigidus poſſit calefieri, ne ſimul hepar inflammetur, ſi quidem quæ ventriculum calefaciunt eadem plerumque & hepar inflammant, huic autem malo *Galenus* prævenire ſtudens excogitavit compoſitionem quam nomine diatrion pipereon donavit. Hoc equidem medicamentum ſingulari vi præditum eſt calefacere ventriculum, ne ejus calor communicetur hepati. Nam cum conſtet ex tribus generibus piperis, quarum facultas calefaciendi in ſubſtantia tenui conſiſtit, exolvitur antequam ad hepar deveniat. Eſt itaque conveniens & calefaciendi & tollendi intemperiem ventriculi medicamentum. *Abrahamus Seylerus, conſil. 6. lib. 4. Conſil. Cratonis &c.*

SECTIO UNDECIMA.

Pro Ventriculi imbecillitate.

℞. TErebinthin. claræ ℥ii. maſtich. pulv. ℥ß. ſpec. arom. roſ. ℈ß. M. F. bolus detur horis duabus ante cibum, ad ſtomachum enim moderate calefaciendum & non exſiccandum, nullum ex internis valentius præſidium hoc uſurpari poteſt, pro eo roborando fiat hoc ceratum.

℞. Maſtich. ℥ß. cariophyll. cinnamnuc. moſch. zedoar. an. ℥i. ſpec. diamoſch. d. ℥ß. ol. maſtich. q. ſ. ad denſandos pulveres; ceræ & terebinth. q. ſ. F. ceratum

tum extend. ſuper alutam ad formam ſcuti, & ventriculi regioni admoveatur diuque geſtetur. *Ioh. Zecchius, conſult.* 21.

Duo vel tria grana maſtiches parum contuſa, & ex ovo ſorbili, vel ex vino, aut ex jure data, tribus ſaltem horis ante cibum mirifice conferunt in firmando ventriculo. Sed longe præſtantiores ſunt rotulæ quædam ex inventione noſtra, quæ & ventriculum roborandi & hepatis hypochondriorum vaſa obſtructa reſerandi, atque nutritionis viſcera omnia roborandi inſigni facultate pollent, ſunt autem hujuſmodi.

℞. Spec. aromat. roſat. diarrhod. abbat. ſpec. troch. de rhab. an. ℈i. limat. chalyb. præp. & in pulv. tenuiſſ. redactæ ℈ii. ſacch. albiſſ. in aq. ſcolopend. diſſolut. ℥iii. F. confectio in tabellis, quarum ℥i. detur mane quinque horis ante prandium. *Joh. Zecchius, conſult.* 22.

Maximè valet medicamentum mihi valde familiare quod ſequitur.

℞. Conſerv. roſ. antiq. ℥iii. nuc. moſch. ℥i. ſpec. diatrion. piper. arom. roſat. an. ℈ii. ſantal. omnium dr. m. lign. Aloes ℈i. mivæ, cydon. aromaticæ q. ſ. F. electuar. cujus vn. m. detur duabus horis ante prandium ſeptem diebus continuis. Quo tempore ceratum corio exceptum hic deſcribendum ſupra ventriculi regionem geſtabit.

℞. Maſtich. ℥ß. cariophyll. nuc. moſch. zedoar. lign. Aloes an. ℥ß. ſpec. diambr. ℈i. ol. maſtich. vn. ß. terebinth. q. ſ. F. ceratum pro ſtomacho. *Ioh. Zecchius, conſult.* 5.

SECTIO DUODECIMA.

Pro Ventris doloribus à flatibus in gravida.

QUando prægnanti accidit dolor imi ventris & renum, ita ut de abortu hæſitet, ſcinde panem magnum ſecundum latus, & calefac unam medietat. ad ignem, & eam partem quæ eſt ex latere medullæ, infunde, in malvat. vel optimo vino calido; deinde aſperge pulverem caryoph. & calidum liga ſupra umbilicum, ſtatimque dolor ventris ceſſabit. *Petrus Bayrus, pract. lib.* 15. *cap.* 7.

Umbilico ſaccum ordinavimus ex milio, cumino, anetho, fœnic. pauxillo aquæ vitæ aſperſo, nec non permutationis gratia emplaſtrum. *Roderici à Caſtro lib.* 3. *De morb mulier. cap.* 12. *quod*,

℞. Vitell. ovor. num. 6 fortiter agitentur & adde pulv. aniſ. cumin. fœnic. an. ℥i. cum ol. laurino F. ad ignem placenta mollis quæ umbilico applicetur. *Gregorius Horſtius, obſerv.* 27. *lib.* 5.

SECTIO DECIMA TERTIA.

Pro Ventris torminibus.

VIr quidam gravibus ventris torminibus vexabatur, quæ ſolo hoc topico remedio ſopivi.

℞. Farin. avenac. ſbi. decoxi in aceto forti q. ſ. ad formam pultis, quam ventri imponebam ex qua ſtatim doloris mitigationem perſenſit, & liber ab hoc malo evaſit. Poteſt etiam farina cum lacte recenti coqui. *Martinus Rulandus, curat.* 16 *cent.* 1.

℞. Rutæ M. iii. decoq. in aceto quæ ſaculo indita ventri adhibebatur, qua ſoporatus eſt dolor. *Martinus Rulandus, cent.* 2. *curat.* 59.

SECTIO DECIMA QUARTA.

Pro Venere languida.

MUlier prolis cupidiſſima, ſed appetentia Veneris nullo modo laceſſita, à me petiit, ut ſtimulos Venereos in ſe emortuos (ut dicebat) accenderem: quod feci ſequenti optiata.

℞. Conſerv. rad. eryng. & ſatyrionis maris an. ℥i. cortic. aurant. melle conditor. ℥vi. nucem juglandem conditam num. 1. Confect. Alkerm. ℥ß. Ambr. griſ. formic. volant: an. ℈i. Moſch. gr. vi. cum ſyrup. conſervationis corticis citri. F. opiata, de qua capiat ante levem cœnam ad molem parvæ caſtaneæ, ſuperbibendo parùm vini Hippocratici. Illa confeſſa eſt ſe miram percepiſſe voluptatem poſt uſum opiatæ noſtræ. Nihil autem efficacius inveni-

venitur quàm litus regionis uteri ex oleo de formicis volantibus, quod sic fit.

24. Formicar. volantium ℥ii. infundantur diebus caniculatibus in oleo ad solem fervidum per 40. dies. *Petrus Pachequus, observ. 19.*

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Vermibus.

VIde supra *lib. 10. sect. 22. De lumbricis.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Vermibus.

PUer quidam trium annorum vermibus laborabat, febriebat, caput dolebat, tremebat, nares scalpebat, in os digitos immittebat; hunc Deo auxiliante, ita sanitati restitui.

24. Farin. lupin. amaror. Aloes an. ℥iii. succi absinth. ℥ii. commista omnia benè extendebantur supra petiam, & applicabantur umbilico, post applicationem emplastri, exhibui sequentem haustulum.

24. Diaturbith. cum rheo ℥ß. seri lactis ℥i. F. potus quem cum calide exhausisset manè jejuno stomacho, vermes omnes per secessum emisit, & laus Deo convaluit, pro siti sedanda per tres dies durante, bibit aquam fontanam in cujus ℔iii. infundebatur per noctem ℥i. cæparum incisarum, quæ in abigendis vermibus maxime proficiebant. *Martinus Rulandus, curat. 21. cent. 2.*

Exhibuimus hier. pic. *Galen.* ℥ii. quo remedio plus quam viginti vermes excrevit. Iterum hoc dedimus Medicamentum.

24. Spec. hier. ℥i. sem. santonic. pulver. scor. cent. min. coralin. an. ℥i. cum sacch. F. boli, sumpsit quotidie ℥i. & plusquam quingentos vermes excrevit. *Rodericus à Fonseca.*

Puerum vidimus qui septimum agens annum triduò ex nimia lumbricorum vi ferè mortuus jacuit, solo potu ex gramine aceto & saccharo vivens. Quarto autem die cum Medicamentum ex Aloe, Myrrha & croco ei propinaretur, duo de quinquaginta, supra centum, vermibus alvo depositis, statim convaluit. *Antonius Benevenius, cap. 85. lib. De mirandis morborum & sanationum causis.*

Nota & mihi mulier fuit supra quadraginta annos nata, quæ gravissimis ventriculi doloribus & nausea subinde correpta (plus minus) vermes excrevit. *Rembertus Dodonæus*, annotat. ad *cap.* 85 Libri *Benevenii. De mirandis morborum causis, &c.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Vermibus.

PRo Adultis sæpe hoc pulvere sumus.

24. Sem. santonic. ℥i. fol. sen. ℥ß. cent. min. ℥iii. rhei opt. ℥i. C. cervi usti, rad. dictamn. sem. lupin. an. ℥i. semcinæ ℈iv. fol. Athanasiæ, (*i. e.* tanaceti) dr i. F. pulvis: dosis in adultis dr. m. cum aq. gram. vel acetos. manè & hora tertia pomedriana.

Pulvis pro pueris.

24. Sem. cinæ, corallin. an. dr. ß. rhei el. dr. ß. F. pulvis dosis ℈ m. vel ℈i. pro ætate pueri cũ iure pulli vel aq. acet. & quoniam pueri ob amarorem medicamenta fastidire solent, facio tales placentulas.

24. Sem. cinæ ℥ii. C. cervi usti dr. i. sacch. alb. in aq. absinth. solut. ℥iii. F. confectio in placentas. Sequenti unguento inunge Umbilicum.

24. Ol. petrosel. nigr. ℥. m. ceræ novæ dr. i. m. M. F. unguentum, Adiunge sequens emplastrum quo sæpissime in pueris utor.

24. Pulv. lumbric. dr. i. colocynthid. absinth petrol. nigr. Aloes hepatic. an. dr. i. Myrrh. ℈. m. ol. absinth. fell. taurin. an. q. s. F. Emplastrum s. a. de quo accipe pro una vice dr. vi. vel. ℥i. extendantur supra corium & applicetur ventri. *Joh. Nevius, consil. 25. lib. 3. consil. Cratonis &c.*

Pro vermibus in adolescente octodecim annorum summa cum laude exhibui cochlear. i. succi granat. & cochlearis dimidium olei olivar. simul commixta, eo (dictu mi-

mirum) quinque ſedes habuit, multoſque vermes ſimul dejecit Nobilis quidam *Gallus* hoc arcano utebatur, dicebatque Reginam *Galliæ* ſolitam eſſe hoc remedio uti in pueris ſuis. *Elidæus* præceptor meus pueris dabat pulverem corallin. rhab. el. an. ℈i. cum aq. gram. ſyr. viol. exiguo adjecto. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 27. *lib.* 21. *De Menſenterii & inteſtinorum affectibus*.

Confectio illa quæ diacarthamum dicitur potentiſſimum eſt remedium datum pueris ad vermes dejiciendos & ad pituitam vel chylum corruptum ex quo generantur & nutriuntur, ſed in exigua quantitate, quia fortiter ſolvit. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 33. *lib.* 21.

Puerpera quædam febre maligna laborans & ventris torminibus, una cum fluxu vermes teretes dejecit, huic pulverem hunc ſequentem cum cereviſia exhibui.

℞. Pulv. c. cervi uſti ʒß. ſem. portulac & zedoar. an. ℈ß. M. ſtatim à pulvere exhibito, dolor ventris, qui vehementiſſimus erat, illico mitigatus eſt, & quinque vermibus ejectis, una cum excrementis liquidis, ſana evaſit, febre & fluxu deſinentibus. *Idem. obſerv.* 34. *lib.* 21.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Vermibus.

INfans quidam duorum annorum vermibus laborabat, poſt alia remedia tandem pulverem c. cervi uſti, paſſulis exacinatis impoſitum continuò devorabat: atque ita dulcedine paſſularum allecti vermes, hoc ſolo remedio, dictu mirum, continuato, ultra centum vermes per alvum dejecit; & ventre inuncto oleo cotoneor. & abſinth. pulv. c. cervi uſti immixto, & exigua cera adjecta; à vermibus modo vivis, modo mortuis exeuntibus, tum à fluxu alvi & febre liberatus eſt, & magno cum noſtro honore perfectè convaluit. In omnibus vermibus ſive latis, ſive rotundis (præcipue etiam ubi fluxus ventris adeſt) pro comperto habemus, nullum præſtantius remedium eſſe quàm c. cervi uſtum, vi quadam occulta, pueris tum infantibus ac adultis exhibitum, memini enim quod ſoror mea cum adhuc juvencula exiſtens vermiculatione laboraret, exhibito hoc ſolo medicamento ſimpliciſſimo, neſcio quot vermes ultro ex ano ejecerit qui decidebant in terram vivi & ſic curata fuit. *Petrus Foreſtus*, *obſerv. trigeſimoquinto & ſchol. libr. vigeſimoprimo*.

Sal deglutitum aſcendentes vermes ad ſtomachum deorſum pellit. *Idem ſchol. obſ.* 36. *l.* 21.

Adoleſcens quidam vermibus laborans purgatus primum fuit infuſo rahab. deinde juſſit ut noctu applicaret emplaſtrum paratum ex farinæ ſiliginis ſcutella in pinſita cum felle bovis, addendo cochlear. pulv. abſinth. & duo cochlearia olei abſinth. cum pauco aceto; geſtat noctu ſupra umbilicum. Si vermes prodeant, continuet adhuc aliquan. diu, ut & alii exeant pilulis ſequentibus frequenter utatur.

℞. Aloes ʒiß. rad. gentian. ʒß. diagrid. ℈ß. cum ſucco abſinth. F. pilulæ, capiat ʒß. pro vice. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 3. *pag.* 884.

℞. Sem. contra ℈i. paſſul. liquir. conſerv. viol. an. ʒii. obſinth. rom. pß. F. decoctio in colat. ʒiv. infund. rhei. ʒi. corallin. gr. v. in expreſſ. diſſolv. rhei ℈ß. F. potio. *Guil Ballonius*, *conſil.* 30. *l.* 1.

In febribus ubi maxima adeſt pravitas qualitas occulta & venenata, aut copia vermium, ſæpè aquam ex citrio malo deſtillatam utiliſſimam inveni, deſtillatur per balneum M. prius citrio malo in minutiſſimas partes redato: hoc facto, ponitur totum malum citrium ad deſtillandum, nempe cortex, pulpa, ſemina & aciditas ſimul confuſa habebimus, aquam pretioſiſſimam omni hyacinth. confectione nobiliorem, doſis ſit hora ante cibum, ab ʒii. ad ʒiv. v. atque etiam vivermes necat, putredini reſiſtit, cor mirificè tuetur, & vires fovet, poteſt vel ſola, vel cum jure, aut aliis aquis miſceri. *Dominicus Panarolus obſerv.* 3. *Pentecoſte* 5.

Pro vermibus inter omnia mihi potior eſt mercurius d. quo in hac civitate mirabilia præſtiti in pluribus ægrotis, ita ut nullo alio nunc vocetur nomine niſi pulvis meus, eò quod primus in ea celebraverim & paraverim. Nunquam vim in-

ſert

fert corpori pulvis iſte, licet duplo major doſis illius exhibeatur; ita ut fateri ſim coactus ex operibus, verum eſſe quod ſcribit *Hartmannus*, Mercurium dulcem plus purgare in parva doſi in corpore valde cacochymo, quàm magna doſis in alio minimè cacochymo. Novies enim à me, ſpatio 12. dierum ſæpe exhibito, longè magis eodem corpore ventrem movebant 12. grana prima vice, quàm 24. ultima vice ſumpta. Utendi ratio in morbis in quibus vermes dejiciuntur, aut ſubire creduntur, ſicut & in aliis, cùm in parva quantitate purgandum, hæc eſt. Jubeo pro adultis duodecim grana, aut quatuordecim ad ſummum, miſceri cum tribus, aut quatuor, aut ſex granis ſcammonii vapore ſulph præparati, quæ ſyrupo ad rem accomodato excepta, vel in forma morſuli, vel pilulæ, vel forma liquida, aucta doſi ſyrup. ex cochleari ſumuntur: ſorbendo juſculum poſt duas horas, non expectata ventris dejectione, ut in aliis purgantibus, propter mercurii volatilitatem, qui ſumpto juſculo deprimitur inferiora potens. Minori doſi datur infantibus & pueris, ad 6. vel 8 gr. ſcil. mercurii d. & 3. ſcammonii præparati: quamvis multoties aſcenderim ad 12. gr. hujus mercurii in parvulis ſine ullo incommodo. Vocatus à quibuſdam mulieribus ad juvenem quindecim annorum ad extremum vitæ ſubitò redactum inviſerem, intrans cubiculum inveni quaſdam ex iis flocculum lanæ bene carptæ naribus & ori admoventes alias verò candela cerea accenſa periculum facientes, an adhuc ſpiritum duceret. Accedens propriùs ad ægrotantem, etiamſi pulſu careret, agnovi tamen nondum eſſe mortuum: percontans igitur quod rei eſſet, & quonam morbo laboraſſet, reſponderunt, Nullo. Hoc reſponſo, arbitratus ſum juvenem in hoc vitæ diſcrimen redactum eſſe à vermibus: nam de veneno nulla erat ſuſpicio. Ideò juſſi Pharmacopœo, ut nulla facta mora mercurii d. gr. xii. & diagrid. gr. iv. ex cuſpide cochlearis, cum aqua portulacæ aut ptiſana, in guttur ſubitò immitteret, ita ut liquor vapores pulv. Cùm autem nullum deglutiendi motum haberet ægrotans, retulit mihi Pharmacopœus totum ſupra linguam remanſiſſe pulverem. Imperavi itaque, ut argentum vivum ipſi magnitudine propinaret ex cochleari cum lacte, ne à mulierculis videretur, apud quas pro veneno habebatur, aſſerens hydrargyrum viam ad ſtomachum inventurum, etiamſi nullus fieret motus deglutiendi. Quo optimè peracto à Pharmacopœo, mirandum! poſtridie aſſumpto hydrargyro, vidi ægrotum deambulantem juxta domum ſuam. Cujus rei novitate attonitus petivi ab eo quid à diſceſſu meo accidiſſet. Reſpondit ſe ab hydrargyro ſumpto quinque aut ſex vermes per os ejeciſſe, & ita periculum mortis evaſiſſe. *Nicolaus Ceſneau, obſerv. lib. 3. cap. 8. obſerv. 1.*

Tyro Pharmacopæus ſeptemdecim annorum obambulans, & arti ſuæ incumbens, de repente mania quadam corripitur, obmurmurans, nec ſeipſum nec alios agnoſcens, ad interrogata nihil reſpondens, manumque dextram ſiniſtro hypochondrio frequenter admovens, tanquam aliquid ablaturus. Vocati duo Medici, quorum unus eram, maximè laborabant in dignoſcenda horum ſymptomatum cauſa. Primus, propter motus inordinatos corporis, epilepſiam eſſe credebat. Ego verò minimè; ſed è duobus unum affirmavi; aut juvenem eſſe faſcinatum, aut vermibus horum omnium cauſam eſſe referendam: nos quidem contra faſcinationes non valere, contra autem vermes aliquid poſſe: ideo potenti ad hoc utendum eſſe remedio, quod uno hauſtu & inopinanter deglutiri poſſet, propter ægrotantis incontinentiam, ad quod nullum magis eſſe idoneum mercurio dulci cum ſcammonio, doſi ſatis valida, ut citò agere poſſit. Socio igitur ęgroto imperavi, ut 14. gr. mecur. d. ſumeret, cum 6. gr. ſcammonii vapore ſulph. caſtigati, in cuſpide cochlearis argentei impoſita, cum aqua portulacæ, dum ægrotus jacens os ad clamandum aperiret, in fundum gutturis ejus cum impetu immitteret: quod optimè præſtitit, reique poſtea eventum expectaturi diſceſſimus. Horis duabus elapſi redii ſolus, de his quæ acciderant ſollicitus, invenique ægrotantem ad ignem ſedentem, mentis compotem, actorumque omnium immemorem; Interrogatus à me, in medicamen-

to

to quod ſumpſerat venter ſubductus eſſet, reſpondit, Minimè. Expectandum, dixi, non enim otioſum erit medicamentum, ut contigit: de nocte quippe ſexies aut circiter venter ſubductus eſt cum 36. vermibus, omninoque ſanus ab eo tempore permanſit. Mirabar ego antidoti vires, nulla facta dejectione, nulliſque vermibus ejectis, omnia ſymptomata quieviſſe, hoc autem in merc. d. laudem. *Idem, obſerv.* 3.

Rogatus à quodam Chirurgo ut ruſticum inviſerem pleuritide, ut ipſe putabat, laborantem, accedens ad ægrotum ſtatim affirmavi ex pulſu, morbum non eſſe pleuritidem. Inſpectoque partis dolentis ſitu, viſus eſt mihi potius infra, quàm ſupra ſeptum tranſverſum poſitus pulviſque multùm credens, qui durus non erat, aſſervi per jocum. Tales pleuritides medicamento purgante ſanari; pignoreque certare volebam, aut vermes ſubeſſe, aut ſaltem corruptorum humorum non parvam copiam, ſumptoque poſtera die purgante medicamento 40. vermes ejecit, & ſanatus eſt. *Idem l. 2. cap. 3. obſ. 2.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Verrucis.

VErrucæ ſunt tubercula ex cute inſtar monticulorum pronata: abſque dolore, ſubdura & ſcabra: à variis quas obtinent, formis diverſas ſortiuntur appellationes; aliæ enim ſunt ſeſſiles Græcè μυρμηκίαι dictæ, quæ humiles ſunt infra latæ, & radices alte infixas habent; dolore etiam affligunt: aliæ rurſus ſunt penſiles ἀκροχορδόνες Græcis appellatæ, quæ parte quidem ſumma latiores ſunt, ima verò verſus cutem, tenuiores, qua quaſi pediculo innituntur; thymia denique vocantur, quæ colorem thymi repræſentant, ad cutem etiam ſunt tenues, in ſummo autem latæ duræ, & aſperæ, penſilibus minores; oriuntur autem omnes vel à materia craſſa melancholica & pituitoſa, vel ex ſucco cuti & cuticulæ alendæ deſtinato.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Verrucis.

PAter meus cum juvenis manus verrucis repletas haberet, ei conſultum fuit à *Spiringio* Medico, ut omni die ſale & aceto eas fricaret; quo remedio ſanatus fuit, noſtra ætate quidam ſucco calendulæ ſolo inuncto ſanati ſunt. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 10. *lib.* 4. *Obſerv. Chirurg.*

Ad verrucas, myrmecias & acrochordonas tollendas ſæpe feliciter uſus ſum ſucco tithymali. Præterea raphanum excavato, ſale impleto, operculo occluſo in catino per noctem ſervato, ſalem in liquorem verſum invenies: eo verrucas confricato, & panno in eodem liquore tincto ſuperligato, poſtea decident: eſt hoc ſecretum *Alexii Pedemontani*. Ad verrucas etiam valet radix chelidoniæ cum axungia trita & admota, eas enim abſumit & tollit, agrimonia quoque cum forti aceto emplaſtrata verrucas tollere dicitur. *Idem, obſerv.* 11. *lib.* 4. *obſerv Chirurg.*

℞. Limac. rubr. q. v. ponantur in vaſe plumbeo aſperſo ſale, & ſic maneant per quatuor dies, abjectis limaciis, ter, quaterve in die cum liquore illarum liniantur verrucæ. *Idem, ſchol. obſervat.* 11. *libr.* 4.

Verrucas nobilis cujuſdam puellæ totas manus occupantes, ſola ſanguinis tauri iam mactati calidi illitione ſublatas vidi. Idem etiam ſanguinem cervinum quidam præſtare referunt. *Philippus Salmuthus, obſerv.* 27. *cent.* 2.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Verrucis.

UT ſubitò verrucæ omnes manuum curentur, lotio tantum eorum inſtituenda eſt, ex aqua communi in qua ſal armoniacum ſolutum fuerit; quod à *D. Videl.* Medico *Delphin.* qui millies expertus eſt cum feliciſſimo ſucceſſu, acceptum teneo. Nuper famulum *Dom.* legati *Hollandiæ* curavi, qui innumeris verrucis à duodecim annis ſcatebat, nec ab ullo curari potuerat: curatus autem

fuit ſola aqua cum ſale armoniaco ſæpe fricando ut dictum eſt. *Petrus Borrellus, obſerv. 46. cent.*

Quidam patiebatur multas verrucas in digitis manuum, quas curavit meo conſilio, illitu lactis ficulnei quater aut quinquies adhibiti. Idem præſtitit idque multò efficacius ſpiritus ſulph. per campan. per aliquot dies admotus in ruſtico quodam. *Simon Iacoz. obſerv.* 17.

Intra ſeptem vel octo dies, curantur, verrucæ portulaca contuſa; ea pars confricatur, deinde inſtar cataplaſmatis admovetur, iterando bis in die. *Samuel Formius, obſerv.* 34.

Eſto pomum tranſciſſum cujus pulpa interna ſit affricta verrucis, donec intepuerit, & religatis medietatibus per filum, donec pomum putruerit, tum enim videbit verrucas attactas diſparviſſe: ſimulatque vita pomi ultima perit, cui verrucarum impreſſio fuit conglutinata, perit etiam verrucarum vita ultima. *Joh. Helmontius, tractat. cui tit. Magnum oportet.*

Verrucæ atque ſtigmata à perturbatione prægnantis fœtui inducta; attactu cadaveris ſenſim ac ſponte mortui, donec pars intimè refrixerit: ſponte evaneſcunt. *Joh. Helmont. tract. cui tit. Tumulus peſtis.*

Remedia verrucarum multa à Practicis hinc inde commendantur. Ex vegetabilibus, *Chalmeteus* ſcrofulariam, *Fallopius* folia ſalicis aut ſuccum eorum, *Dioſcorides* piſa & ciceres, *Platerus* heliotropium, *Hartmannus* aquam ſupranatantem truncis quercuum bipenni detruncatarum. Alii cichorium verrucarium, lac tithymali, radices dracunculi, irides, ari, cyclaminis, chelidonii, folia ſabinæ. rutæ, millefolii; aquam è ſarmentis vitium, ſuccum porri, cæparum, verbaſci, portulacæ, mali punici; ſemen nigellæ, ſquillam, & neſcio quæ commendat. Ex animalibus, caput anguillæ, lacertæ; ſanguinem menſtruum; ſtercus caprinum, ovium, canis; fel tauri, lucii; pinguedinem ardeæ, talpæ &c. laudant. Ex foſſilibus denique & mineralibus, alumen, nitrum, calcem vivum, vitriolum, arſenicum, æruginem æris, & ſexcenta alia prædicant. Verùm pauca ex his famam ſuſtinent. Mihi longo uſu compertum eſt, emplaſtrum ex galbano & ſale ammoniaco, quod ſic componitur.

℞. Galban. aceto ſquillit. ſoluti ℥i. ſal. ammoniac. ʒi. picis navalis ʒß emplo diachyl. magn. ʒiii. M. F. magdaleon. Hoc emplaſtro verrucas & clavos in multis curavi. Si remiſſius agit, doſin ſalis ammoniaci augeo. Fœminæ cuidam cujus manus utraque plurimis ultra centum verrucis mirè deformabatur, linimentum ſequens, quod commodius erat, præſcripſi.

℞. Rad. dracunculi, ari, cyclamin. irid. an. ʒiii. fol. ſabinæ ʒß. ſem. heliotrop. ʒii. ſal. ammoniac. ʒii. oxymel. ſcill. q. ſ. M. F. Unguentum, quo ſingulæ verrucæ mane & veſperi inungantur. Exaruere quidem & deciderunt nonnullæ; ſed paulò poſt aliquæ denuò excreverunt, nonnullibi & novæ eruperunt; quare fortiori runcina extirpandas duxi.

℞. Mell. roſ. ʒii ſpir. vitriol. ʒiii. M. pro linimento, quocum verrucæ aliquandiu illitæ fuiſſent, ſenſim nigreſcere, corrugari, tandemque penitus excidere viſæ ſunt. *Baldaſſar Timæus. Caſ. vigeſiemoquinto lib. 6.*

SUBSECTIO TERTIA,

Pro Verrucis in virga & locis ſecretis ex lue gallica.

POſt univerſales purgationes, diſſolvo parum ſublimati in aq. plantag. cum exiguo aluminis, & pulma verrucas illino, quibus exſiccantur, & cum cruſta decidunt. Chirurgi in noſocomio *Delphenſis* in *Gallica* lue verrucas tollunt, inungentes unguento morbi gallici, quo ſi non deſinunt, etiam utuntur ſublimato & alumine cum aqu. plantag. (quo remedio & nos uti conſuevimus, antequam illi eo uterentur) donec decidant & perfectè curentur. *Isbrandus* Chirurgus *Delphenſis* hac aqua egregia utitur ad condylomata, verrucas thymos ani, virgæ & membrorum muliebrium conſumenda & auferenda in lue gallica.

℞. Aq. plantag. ℔ß. ſublimati ℈ iv. alumin. ʒß. pulverizentur in aqua penna intincta

cta vel petia lini verrucæ tangantur: hac aqua nos feliciſſime uſi ſumus. *Nicolaus Maſſa*, *cap.* 5. De cura ulcerum morbi *Neapolitani*, deſcribit modum faciendi aquam ſeparationis auri ab argento, qua utitur in verrucis hoc modo:

℞. Vitriol. roman. ℔ii. alumin. roch. ℥vi. (fortè ℥vi.) ſalis nitri ℔i. pone in cucurbitam curvam, vel ſi vis pone in rectam cum capello ſuo recipiente ad ignem fornacis, & habebis aquam cum qua ſeparatur aurum ab argento, & cum qua fit pulvis angelicus quæ aqua eſt mirabilis ad removendas verrucas in quacunque parte, & maximè in ano & vulva; cauterizat etiam iſta aqua ulcera maligna ambulativa ubicunque etiam fuerint, ut in gutture, & prohibet progreſſum ulcerum virgæ & vulvæ. Sed cum eſt nimis acuta, oportet lymphare ipſam cum aqua roſac. at ea (inquit *Maſſa*) ſæpe ſanavi ulcera mala gutturis, tangendo bis in die cum aqua dicta, cum medietate aq. roſ. admixta, & eſt de ſecretis noſtris. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 11. *lib.* 4. *Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Verruca Gallica in mucrone linguæ enata.

ÆGer multis preſſus anguſtiis, Medicos, pacta liberali mercede, rogat, ut pro ſui ſalute veterum ac juniorum monumenta revolvant: ego ſtipendii compendio adductus, amicos, *i. e.* libros, tota nocte conſului. Multas pro tanto malo remediorum myriadas inveni. Octiduo tentavi omnia fruſtra. Ultimò adii *Lacunam*, *lib.* 2. *in Dioſcor. cap.* 17. qui pro Verrucis curandis nullum aliud præſidium utilius eſſe inculcat, quam chelidonii maj. folia piſta cataplaſmatis forma ſuper verrucoſam partem impone. Ad ægrum lætabundus accedo, remedium experturus, & emplastrum exertæ linguæ appono lineo panno involutum, & in medio linguæ triplicato filo ligo, non petranſierant dies duo quando, verruca omnino contabuit, ita uti illico exciderit. Hoc exemplo edoctus plures in volis manuum & plantis pedum renatas, quæ miſerrimè ægros excruciaverant, radicibus hoc facili & certiſſimo auxilio extirpavi. *Zacutus Luſitanus*, *obſerv.* 79. *lib.* 1. *prax. admirand.*

SECTIO XVII.

De Vertigine.

Σκότωμα & σκοτοδινος, Latine Vertigo eſt exagitatio & præternaturalis commotio ſpirituum animalium in ventriculis potiſſimùm anterioribus cerebri, qua omnia circumagi videntur. Hujus cauſa proxima eſt tenuis vapor aut flatulentus ſpiritus in cerebri ventriculos irrepens, qui in plexu choroide ſpiritus animales & humores exagitans & variè impellens, turbulentos ſenſus motuſque reddit. Excitatur autem hujuſmodi vapor non aſſiduo ſed per intervalla & periodos. Crudus verò & vitioſus humor in quo calor imbecillis talem excitat vaporem, interdum in ipſo cerebro, ſæpius in ſubjectis partibus veluti ventriculo, hepate, liene, & matrice continetur. Cauſæ procatarcticæ ſunt diuturna & celeris corporis totius circumgyratio, rerum externarum circumrotatarum, & aquarum vorticum continuus aſpectus ab alto, immodica exercitatio, ſolis æſtus, balnei calor vehemens; dignoſcitur, quod omnia in girum circumagi videntur, aliquando etiam & viſus obſcuratur, quandoque & ſibilus vel tinnitus in auribus precipitur, ſæpe etiam laborans corruit, niſi propinquis nitatur adminiculis.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Vertigine.

HOc vinum cuidam ſeni ita profuit, ut poſtea nunquam amplius de vertigine, admodum conqueretur.

℞. Senn. ℥ii. turbinth. ℥ß. agar. ℥iii. zinzib. ℥i. piper. ℥ß. ſem. coriandr. ℥i. abſinth. ℥ii. ſummitat. cent. min. majoran. an. dr. i. infund. in menſura j. vini, bibat diebus aliquot. Vixit diu poſtea incolumis. *Felix Platerus*, *obſerv. lib.* 1. *pag.* 10.

Pilulæ

Pilulæ nunc deſcribendæ ex intervallis frequentibus devorentur, quippe quæ efficaciſſimæ ſunt ad affectum hunc demendum, ſimulque ad caput & omnes ſenſus confirmandum.

℞. Agar. el. ʒii. colocynth. ʒiß. myrobal. cheb. ʒi. ſem. major. rutæ, pœon. an. ℈i. zinziber. aſar. piper. ana ℈i. nuch. moſchat. cubeb. cariophyllor. xyloaloes, maſtich. cardamom. ſpic. nard. an. ʒß. hellebor. ℈iii. ſal. gemm. nitri, an. gr. v. Aloes hepat. pondus duplum. F. pilulæ cum benedicta, quarum ʒi. bis terque in menſe, vel ℈i. tertio quoque die exhibeantur. *Joh. Zecchius, conſult. 96.*

Inter alia placeret mihi aliquando uſus ſequentis Electuarii, quod quidam *Hippocratis* Theriacen vocant. Ego non ſemel ejus uſu ſimiles, & eo graviores morbos curavi.

℞. Succi abſinth. ſucc. marrhub. ſucci ſtæch. maſtich. rhei, chamædr. chamæpit. an. ʒiii. hyſſop. ʒi. agar. boni, ad pondus omnium, pulverizentur omnia ſubtiliſſimè, & excipiantur melle cocto; detur manè à dr. ii. ad dr. vi. in decocto ſtœchad. Hujus loci ſi placet.

℞. Theriac. bonæ antiq. vel mithridat. conſerv. flor. beton. vel ſalviæ, vel anthos an. partem j. conſerv. roſar. part. ii. cum melle anthoſato. F. Electuarium. *Reinerus Solenander, conſil. 2. ſect. 1.*

Præmiſſis venæ ſectione & purgatione, mihi placet per triginta dies ſarſæ & ligni decoctum cum cichoraceis paratum ſumat *Hier. Mercurialis, conſult. 3. tom. 1.*

Præ ceteris oleum buxi ſicut in Epilepſia ita in vertigine optimum judicatur remedium intus & extra, inungendo eo quotidie pulſus & carpum, & plantas pedum: intus verò in hunc modum.

℞. Conſerv. flor. roriſmar. ʒiii. ol. buxi nuc. moſch. menth. chymico modo extract. an. ʒß. M. cum ſyrup. cort. citri, F. Electuar. cujus ſumat mane dr. ß. Eſt remedium præſtantiſſimum corroborans ventriculum & cor. Quinimò ſi per os gutæ viii. aut x. olei buxi cum ʒiij. aq. pœon. exhibeantur, nullum ſentiret hoc, mea ſententia, præſtantius auxilium. *Rodericus à Fonſeca tom. 1. conſult. 16.*

Conſerva flor. calendulæ à nonnullis tanquam ſpecificum vertiginis maximè commendatur. *Lazarus Riverius, prax. Medic. lib. 1. c. 9.*

In Vertigine, præmiſſis univerſalibus, ſpecificus eſt pulvis ex cinnabrio nativo confectus, cujus deſcriptionem habet *Quercet. libr. De capit. Affect.* ſtercus pavonis abſque omni præparatione in forma pulveris cum ſacch. mixtum & exhibitum ad. ʒi. vel ʒ. m. vertiginem etiam inveteratam curat. *Idem epidem. Ioh. Hartmannus*, pract. Chimiatr. *pag. 91.*

Decoctum radicum primulæ veris in zythogalo, aliove idoneo vehiculo ſumptum ſingulare eſt & præſentiſſimum remedium ad vertiginem. *D Hulſe*, referente *Ioh. Raio* Catalogo Plantarum *Angliæ.*

SECTIO VIGESIMA OCTAVA.

Pro Veſicatorii doloribus.

QUidam comate laborans, & ab eo emerſus conquerebatur mirum in modum de dolore à veſicatorio excitato. Sed cum nullo anodyno potuiſſem illum ſanare, Domina *Ranchina* uxoris meæ ſoror ſolo hydrelæo leniit. Ego mulierculam veſicatorii igne excarnificatam beavi ſic: & omnes alias quæ in tale tædium inciderunt.

℞. Cortic. ſecundi & viridis rami ſambuci cultello deraſi M. j. coq. in oleo dulci cum pauca aqua ad conſumptionem aquæ. Colaturæ adde ceræ parùm. F. Unguentum, quo dolores omnes à veſicatorio excitatos demulcebam. Divinum mehercule eſt. *Petrus Pachequus, obſerv. 12.*

SECTIO DECIMA NONA.

Pro Veſpe ictu.

CUm veſpa manui meæ aculeum fixiſſet, dolor adeò ſævus exortus eſt, ut impar eſſem ad ferendum malum. Admota theriaca, in momento cruciatus ceſſavit; ſed cùm poſt tres horas theriacam illam admotam abjeciſſem, rediit dolor crudeliſſimus ut antea, qui ſopitus eſt

eodem

eodem remedio parti per integrum diem admoto. *Petrus Pachequus, obſ. 6.*

SECTIO VIGESIMA.

De Veſicæ ulcere.

Ἕλκωσις τῆς κύστεως, ulcus veſicæ, eſt ſolutio continui in muſculoſa, ut plurimùm veſicæ cervice, aliquando etiam ſed rariſſimè in ejuſdem membraneo corpore. Oritur ab humoribus acribus, calculo aſperſo, pure è locis, ſuperioribus tranſmiſſo, ab inflammatione etiam & abſceſſu malè curato; ab aſſumptis denique cantharidibus. Signa ulceris veſicæ ſunt vehemens circa pubem dolor, urinæ difficultas ſuberuenta & purulenta urina, furfurum aut ſquammularum cum urina excretio, & teneſmus *vid.* 81. *aphor. ſect.* 4 in ulcere virgæ: ſanguinis & pus etiam profuit ſed ante urinam aut ſine urina, & inter meiendum in ejus meatu dolor percipitur. Capacitatem veſicæ ulcus ſi obſideat dolor continuus per totum infimum ventrem perſentiſcitur, ſi verò in cervice conſiſtat, circa pubem, & tempore tantum excretionis, dolor ſe prodit.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Veſicæ ulcere.

MAximè hic prodeſt corpore decenter purgato, lactis potus; neque ſcio (inquit *Ætius*) an poſt ullum aliud remedium ſecundo ſaltem loco id ſit habendum: nam & aſperitates lenit, & ulcerationes eluit. Trochiſcum etiam unum *Gordonii* ſine opio, modo in lacte caprino diſſolutum modo in decocto hordei per ſyringam injecimus. Poteſt etiam diſtemperari unus ponderis ʒii cum lacte & ita exhiberi: Valet in ulcere renum & veſicæ. Sed magis conducunt trochiſci injecti in veſicam, quam per os ſumpti, quod ab ore ad veſicam longam ſit via. Accipiat per os hunc bolum.

℞. Caſſ. rec. extract. ʒi. pulv. trohiſc. alkikeng. ℈i. F. bolus. Valde hic conveniunt trochiſci alkekengi; & ideo ut ʒi. aliquando caperet cum lacte ovillo, juſſi. Capiebat etiam has pilulas.

℞. Terebint. venetæ claræ lotæ in equiſeti ʒii. liquir. pulv. ʒi. ſucci liquirit. ʒß. F. pilulæ inſtar cicer. dentur iii. pro vice. *Petrus Foreſtus Obſ. 29. lib. 25. De Veſicæ morbis.*

SECTIO VIGESIMAPRIMA.

Pro Veſicæ, Utericoli orificiis & hæmorrhoidum ſummo dolore.

HOc unguento partes dolentes tum Veſicæ, tum uteri orificii, ut & podicis, blandè illiniat penicillo intincto in eo.

℞. Succi hyoſcyam. ʒii. mucilag. ſem. lini, pſyllii extract. cum aqu. plantag. an. ʒß. crem. lactis ʒii. ol. amygd. d. rec. ʒß. coq. ad conſumptionem ſuccorum, adde opii ʒß. bene diſſoluti in lacte ceræ albæ q. ſ. F. linimentum. Suffitum quandoque admittat in ſella perforata ex decocto fol. verbaſci & hyoſcyam. ſuſcitatum; bibat noctu cubitum itura hauſtum lact. caprini addito ſacch. penidii parum; in quo lacte radices conſolid. maj. parum ebullierint. Poſtquam per biduum illud biberit, tertia nocte adiiciat lacte ſic præparato pulv. ſeq. dr. i.

℞. Troch. alKiKengi cum opio vn. iß. ſacch. penid. vn. ii. F. pulvis. Vino bibendo, cum eo carere non poſſit, ſaccharum permiſceat, ut dulce fiat, minuſque accendat: vel ſyrup. violaceum, aut julepum violaceum, quod non ſolum gratiam vino addit, ſed etiam vires illius infringit. Vbi dolor remittere incipit, excipiat fumum, ex pulvere ſequenti carbonibus injecto excitatum partibus inferioribus.

℞. Thuris, maſtich. ladan. ſtyrac. benjoin carabes, an. part. æquales: à ſalſis & acribus ſibi temperet. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pag. 484.*

SECTIO VIGESIMASECUNDA.

Pro Vicibus ad eos, qui flagris caſi ſunt.

QVidam inungunt loca percuſſa flagellis cum oleo roſac. mixto cum pulv. boli arm. nam mitigat dolorem, &

lo-

& locum affectum ab inflammatione arcet. tranſactis tribus diebus aut quatuor, inungantur oleo irino vel ſambucino calido: & poſtea in proceſſu ſequenti.

℞. Reſin. ℥iii. ceræ ℥iß. pone ad ignem, & liquefactis adde terebinth. dr. m. (potius vn. m.) olei com. ℔i. fœnugræc. thur. an. dr. ii. bulliant aliquantulum. Deinde cola, & cum eo manè & veſperi ante cibum inung. *Petrus Foreſtus, ſchol. obſerv.* 31. *lib.* 6. *Obſerv. Chirurg.*

Pellis ovis recens excoriatę calens adhuc circumdata, quolibet efficacius, die una & nocte perſanat. *Idem, ſchol., obſerv.* 4. *lib.* 5. *Obſerv. Chirurg.*

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

Pro Vigiliis & ſudoribus diaphoreticis.

CUm alvi adſtrictio concurrat, præ omnibus adnitendum, ut alvus reſpondeat, alias fruſtra vel optima auxilia adhibentur. Commodus remedium applicari non poteſt clyſtere ex juſculo caponis cum ſaccharo craſſo confecto. Hoc non ſolum alvum ſolvit; ſed etiam corporis vires reſtaurat, quod & paſſulę lotæ ante cibum ſumptæ præſtant. Balneum aquæ dulcis, ſi aliquid roſ. rubr. & flor. nymphææ injectum fuerit, ſomnum conciliat, dolorem demulcet, ſudorem inhibet, & appetitum promovet: conciliat quoque ſomnum medulla cervi recens, ſi tempora inungantur ad noctem; confert hic pulvis mirificè non ſolum ad ſomnum inducendum, verum etiam vires reſtaurat, ſomnia horribilia arcet, atque ſudorem inhibet.

℞. Smaragd. hyacinth. margarit. corall. bol. armen. ſcob. ebor. an. q. ſ. in pollinem redigantur, ad noctem ſub ingreſſum lecti quantum media teſta nucis porticæ capit propinatur. Quod ſi ſudor non cedat fiat inunctio dorſi ex lacte mulieris butyro & ol. viol. cui etiam roſac. addi poteſt cum mucilagine pſylli ab opiatis abſtinendum. *Abraham Seylerus, epiſt.* 5. *lib.* 6. *conſil. & epiſt. Cratonis, &c.*

Cuidam militum duci aſſiduis vigiliis affecto brevi σὺν Θεῷ medebar ita.

℞. Fol. biſmalv. chamæm. an M. iii. coq. in ſ. q. aquæ, cujus decoctione veſperi cubitum iturus per horæ quadrantem crura impoſita abluebat, ac poſtea lectum ingreſſus confeſtim ſomno ſe dedebat, ἀγρυπνίαν præternaturali depulſa. *Martinus Rulandus, curat.* 4. *cent.* 6.

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

Pro Viperæ morſu in pede.

TRibus interpoſitis à punctura horis puellam demorſam (quæ tredicim erat annorum) ad me deferunt, nulla interpoſita mora, per Chirurgum præſentem, locum punctum vulnuſculis profundioribus per ambitum ſcarificare jubeo, & cucurbitulas multa ignitas flamma admovere: quibus ſanguinis ater & virulentus latitans abundè fuit extractus ſed & univerſam tibiam levioribus vulnuſculis ſcarificari quoque juſſi ſanguinemque tamdiu ex illis fluere, quoad ſua ſponte cohibitus fuit (nam erat tibia tum temporis multis & variis maculis lividis & rubris variegata) tunc verò ex illis ac acribus cepis optimè piſtis, theriaca adjecta confectum emplaſtrum loco demorſo admoveri curavi, & in potu illi theriac. ℥iii. meratioris vini ℥v. diſſolutas propinavimus. Poſt hæc verò quatuor interpoſitis horis, panatellam ex aliis confectam in victu obtulimus; à ſomnoque abſtineret, quantum poſſibile eſſet, monuimus; ſequenti vero die puellam tremoribus corripi deprehendi, minoribus tamen; (cœperant enim jam fumi venenoſi cor petentes minui; ad infimaſque partes retrahi) tunc jejuno ſtomacho ſucci fol. fraxini ℥iv. in potu dedimus. eſt enim Medicamentum hoc omnia antidota in hoc caſu excedens; emplaſtrum porrò dictum è novo paratum, iterum loco per tres ſequentes admotum fuit dies, in quibus quoque & aliis ſequentibus prædictum fraxini ſuccum ebibit. *Amatus Luſitanus, cent.* 1. *cur.* 1.

Ratio, veterum auctoritas, & quotidiana experientia me docuerunt nullum eſſe præſtantius præſidium ad mitigandos dolores ex morſu viperæ, ſimulque ad extrahendum venenum, animalibus per dorſum diſciſſis, actuque calentibus parti vulne-

vulneratæ applicatis, quæ cum refrixerunt amoveantur, & alia ut Gallinæ, Galli, aut Columbę iterum atque iterum applicentur. *Joh. Zecchius, consult.* 33.

Quàm primùm quis à vipera morsus fuerit, celerrimè ad locum affectum ferrum candens tam prope admoveatur quàm sufferre poterit patiens, ita enim vi ignis extrahetur venenum, quod ut oculati testes mihi retulerunt, aliquando instar cerulęæ maculæ ferro adhærebit. *D. Robertus Boyle* tractat. *De utilitate Philosophię naturalis, part.* 2. *sect.* 2.

SECTIO VIGESIMA QUINTA.

Pro Visionis debilitate.

℞. Macis ʒi. euphras. ʒiv. M. F. pulvis subtilis de quo cochl. medium semper ante cibum deglutiatur; vidi homines & decrepitos ferè ad cæcitatem perductos, hoc pulvere integræ visioni restitutos. Item odor majoranæ frequens magnum est secretum *Bartholom. Montagnana consil.* 58.

In cibo 2. mensibus utatur isto pulvere.

℞. Betonic. origan. chamedr. rutæ, saxifrag. levistic. puleg euphras. an. M. i. anisi, fœnic. cinnam. siler. mont. an. ʒi. calamaram. galang. an. ʒß. sacch. ℔ß. M. F. pulvis. *Joh. Crato consil.* 37. *lib.* 6.

Collyrium quoddam mihi probatum hic describam; cujus quidem usu frequenti, non solùm oculorum partes omnes mirificè roborantur verùm etiam spiritus visori limpidi redduntur; quod collyrium *Hollerus* Medicus *Parisiensis* Celeberrimus à vetustis quibusdam Medicinæ auctoribus accepit, hoc enim scribunt visum cæco novem annorum restituisse est autem hujusmodi.

℞. Succ. apii, fœnic. verben. chamædr. pimpinell. cariophillar. salv. chelidon. rutæ, centinod. morsus gallin. cariophyllar. farinæ volatilis an. ʒi. piper. crassiuscule triti, nuc. mosch. lign. aloes, an. ʒ. iii. omnia immergantur in urina pueri incorrupti, & sexta parte vini malvatici bulliant brevi tempore, tum exprime & percola, & repone vase vitreo bene obturato: hora somni singulas guttas singulis oculis instilla. Dum vindemiarum tempore mustum efferveseit flores, euphrasiæ injiciantur vinumque repurgatum asservetur, quod in mensa epotum singulari est remedio *Joh. Zecchius, cons.* 95.

Euphrasię pulvis sorbili ovo inspergitur, aut inde sal. oxydorsicum paratur.

℞. Salis commun. ʒi. euphras. sicc. ʒii. macis, cinnam. an. ʒi. M. *Joh. Hollerius, lib.* 1. *De Morb. intern. cap.* 20.

SECTIO VIGESIMA SEXTA.

Pro Visionis debilitate ob maculam.

Cauterium ad aliquot dies sincipite gestarum summopere laudo cucurbitulas modo siccas, modo humidas, frictiones, ligaturasque partium extremarum proficuas admodum esse posse fateor, quantum attinet ad topica, quę detergentia, & discussoria esse debent. Primò probo aquam fragorum instillatam. Secundo sanguinem galli antiqui eodem modo usurpatum, sed collyrium quod ab ovis induratis, ac secundum cavitatem vitelli, pulv. sacc. viridis æris, & aloes lotorum repletis, ac in loco humido appensis, stillat, tanquam efficax Medicamentum usu experientiaque mihi non semel comprobatum propono. Sicuti & aqua pannis quę sic paratur: conficiatur panis ex farina frumentacea cum pulvere simplicium ocularium, tantillo calcanth. mulsa exceptis, deinde hic panis statim ex clibano extractus, reponatur inter duo vasa stanea bene occlusa, ibique detineatur, quousque frigescat. Post colligatur aqua, ex vaporibus ab eodem pane emissis, exorta: quæ in oculos instillata mirificè valet ad usum dictum; utilis etiam est aqua salis ammoniaci. Sed inter cætera probo, ut canna fœniculi in orto de nodo ad nodum perforetur, & foramen pulvere sacchar. & croci repleatur (vel sale minerali, saccharo, & pulvere euphrasiæ) deinde cera occludatur, per noctem detineatur, ac manè liquor extrahatur, verum ante horum omnium usum maximè proderit, si oculi foveantur spongia molli madefacta in decocto alth. mal. fœnic. semin. lini ac hujusmodi aliorum emollientium.

tium. *Jul. Cæs. Claud. consil.* 11. & 136.

SECTIO VIGESIMA SEPTIMA.

Pro Visus debilitate.

EX jecore cujusdam piscículi vulgari lingua à nostris dicti *Aelpuyck*, liquor quidam defluit, experimento certo obscuritati visus admodum commodus & utilis: capitur hic piscis probe *Delphensem* urbem in aquis *Veenlandiæ* Ejus liquore cilia tantùm inungantur, & lacrymæ ex oculo exhibunt, is qui visum obscurum habet, miraculi instar illicò lucidum & luminosum recuperabit. Hoc arcano felicissimè in multis usus sum. *Petrus Forestus, observ.* 35. *lib.* 11. *De Morbis oculorum, &c.*

Omninò existimo vitreorum conspicillorum usum convenientem oculis plurimùm commodare, tantùm abest ut detrimenti aut noxa quid iisdem adferat; & quidem hoc duplici de causa, quoniam nimirum, primò similitudine quadam substantiæ oculos reficiunt; & in statu suo conservant. Et præterea, quia radios, quibus visio perficitur, dispergi non ita subitò sinunt; oculus certè, quoad primarium visionis organum, humorum crystallinum aqueæ naturæ est, atque ideò rebus aqueis & diaphanis, veluti aqua clara, vitro crystallo, speculis, & per consequens etiam conspicillis naturaliter gaudet; unde non immeritò in decantatissimis scholæ *Salernitanæ* versiculis, hic etiam legitur. *Fons, speculum, gramen, hæc dant oculis relevamen, & Aristotiles* testante *Mesue* magno illi *Alexandro* consuluit ut sæpe speculum tersum, directum, ac diu intueretur; hac enim ratione visum sese corroboraturum, & oculi defatigationem remoturum esse. *Petrus Monavius, Epist.* 33 ad *Andr. Dudithium, lib.* 5. *Epist. & consil. Cratonis, &c.*

Perspicillis uti cœpiante aliquot mensis ad candelæ lumen, quoties minutulæ literæ legendæ essent, nunc etiam magnos characteres vix sine iis lego, ac quod dolentius est, jam de die etiam sæpe adhibere ea cogor, itaque de quo ante dubitabam, & ex te quærebam, nunc meo periculo edoctus, didici rectius facere eos qui non nisi necessariò ad eorum usum descendunt, tanta tam parvo temporis intervallo mutatio, miraculi instar mihi visa est. *Andræas Dudithius, Epist.* 22. *Ad Monavium, lib.* 6. *Epist. & consil. Craton. &c.*

Nobilis quidam à multis annis assuefactus singulis matutinis diebus abluere faciem & oculos aqua frigidissima: hinc paulatim debilitatus & obfuscatus est visus. *Guil. Fabritius Hildanus obs.* 27. *cent.* 1.

Hepar mustelæ piscis recenter exemptum & vino ablutum suspendatur in vitro, ut nec fundum nec latera attingat, soliisque ad radios vase clauso resolvantur; hoc tantum foris inungi debent palpebræ & cilia, & miraculosè visum tenebricosum restituet. *Joh. Heurnius, ad cap.* 5. *lib.* 5. pathol. *Joh. Fernelii.*

Ad oculorum observationem magno successu utebatur *Bonifacius* aqua hac cærulea ipsi summè secreta

℞ Aq. rosar. ℥i. sal. armoniac. ℈i. sacch. cand. ℥i. vitriol. a lb. ℥ß. album. ovor. vn. ß. M. probe agitando in pelvi aurichalcea. *Jeremias Marcus, observ.* 25.

Experimentum à Magistro *Michaele Scoto*, expertum ad caliginem, & pannum oculi. Accipiatur bona theriaca, & cum bono vino albo distemperetur, & pluries in die oculis imponatur: & hoc per plures dies fiat, quia mirabiliter valet. *Arnoldus de Villanova. Practic. Med. lib.* 1. *cap.* 16.

SECTIO VIGESIMA OCTAVA.

De Ulcere.

ΕΛκος ulcus est continui solutio cum imminuta magnitudine, in parte molli à materia erodente exorta ex qua ut plurimùm non sanguis, sed aut sanies, sive ἰχὼρ aut pus, aut sordes profluunt, cum variis affectæ partis dispositionibus præternaturalibus: Antecedens ulceris causa, est corporis impuritas atque cacochymia, aut ex improbo victu, aut ex viscerum prava affectione contracta conjuncta est, humor quicunque acris & erodendi vi præditus in affecta parte consistens ac hæ-

hærens. Cauſæ externæ ſunt, Medicamenta cauſtica, morſus & contactus venenatorum animalium, combuſtio ab igne, aqua, oleo, aliiſque fervidis ſuccis, & contagium, ut in lue venerea; Ulcerum differentiæ plurimæ ſunt, aliud eſt rectum, æquale, recens, magnum & ſummum; aliud obliquum, inæquale, inveteratum, parvum & profundum: aliud rurſus ſimplex, aliud compoſitum, compoſitum verò, eſt intemperatum, rheumaticum, apoſtematoſum, putridum, ſordidum, virulentum, verminoſum, cavernoſum, & fiſtuloſum, calloſum, ſupercreſcens, dolorificum, & malignum.

SVBSECTIO PRIMA.

Pro Vlcere.

PRoponam hic Medicamentum polychreſtum ad omnia ulcera ſananda etiam compoſita, & eſt unguentum mirabile dictum, quia mirabilia præſtat, confectio talis eſt.

℞. Lithargyr. auri ℥ii. ol. roſ. ℔i. ponantur ad ignem in vaſe vitreo, & bulliant eo uſque quo ſi mittatur intus calamus comburatur, adde ceræ novæ ℥iii. ſtyrac. liquid. ℥i. mell. ℥iß. bulliant & incorporentur optimè; poſtea extrahatur ab igne adde pulv. thuris myrrh. præcipitati, ol. terebinth. ceræ, reſin. pini, an. ℥i. M optimè. Hoc unguentum exſiccans eſt, & abſtergens, & malignitatem extinguit ob præcipitatum. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult.* 17.

Pro ulcere calido in tibia.

Corpore decenter purgato, ulcus lavari mandavimus cum aqua plantag. roſ. & ſimilibus. Deinde unguentum commodè deſiccativum & incarnativum etiam refrigerans in tibiis maximè expertum præſcripſimus.

℞. Ceruſſ. ℥i. lythargyr. ℥i. maſtich. corall. rub. roſ. ſang. drac. camphor. an. ℥i. unguenti popul. quar. ß. ol. roſ. viol. aqu. ſolani & plantag. q. ſ. lapid. calamin. & oſſis ſæpiæ an. parum. F. Unguentum. *Petrus Foreſtus, obſerv. 5. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Quidam in ulceribus parvis excoriantibus cutem & carnem tibiæ cujuſdam, prius appoſuit emplaſtrum ex ceruſſa lithargyro auri, myrrha & oleo roſ. coctis ad duritiem convenientem; ſed interim ſucco ſenecionis excoriationes, tum ulcera lavabat, deinde pulvere ariſtol. long. & baccarum lauri inſperſo: hinc pannum lineum in ſucco ſenecionis madefactum circa tibiam excoriatam volvebat, ſuperinductis faſciis à talo ad genu uſque; & ita tibia excoriata ab omnibus ulceribus ſana evaſit. *Idem, obſervat 4. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Pro ulcere verminoſo.

Unguentum hoc in ulceribus ad vermes deſcriptum à *Bertapalia* adhibuimus.

℞. Olei amygdal. amar. ſucc. arant. acidor. vini malvatici, an. ℥ß. pulv. colocynth. cent. min an. ℥ii. cerę, q. ſ. F unguentum. *Petrus Foreſtus, obſervat. 10. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Pro ulcere cum oſſis corruptione.

Chirurgus ut ſquammę exſiccarentur, & exciderent oſſium cortices, & ut bona caro renaſceretur, commodè hoc ſequenti pulvere uſus eſt.

℞. Ariſtol. rot. ireos, Aloes combuſtæ, rad. peucedan. ſcoriæ æris, cortic. pini. an. part. æq. F. pulvis adjectum eſt deinde mel. ut fieret emplaſtrum. *Petrus Foreſtus, obſ. 11. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Vlcere.

IN ulcere ſimplici utor ego hoc ung. quod de Tutia Magiſtrale appello, & omnium optimum eſt quæ ego viderim.

℞. Ol. roſ. omphac. an. ℥vi. ol. myrtin. unguenti popul. an. ℥iii. fol. plantag. ſolan. hortenſ. an. M. ii. inciſis herbis, omnia miſceantur per octo dies, & quotidie agitentur: hoc facto, colentur, & colaturæ adde ceræ ℥iv. miſce ſuper ignem, donec liqueſcant, poſtea baculo miſce, & cum tepidum eſt, adde litharg. auri vel arg. ℥vi. ceruſſ. ℥ii. tutiæ, præp. ℥ii. plumb uſt. ℥iß. ducantur in mortario plumbeo per duas horas. *Gabriel Fallopius, cap. 13 lib. De ulceribus.*

Novi qui in omnibus ulceribus braſſica utantur, & bonis ægrorum rebus: nam vetus *Roma* (inquit *Plinius*) annis ſexcentis hac Medic- uſa eſt, & *Chryſippus* volumen illi dicavit, per ſingula membra homini digeſtum, mihi certè ejus vis uſu conſtat. *Joh. Heurnius*, *lib.* 1. *method. ad parxim.*

Carpus utebatur unguento ex lithargyro cocto, hoc modo.

℞. Lithargyr. auri & argenti an. ℥vi. ol. commun. ℔iv. M. pone ad ignem & fiat unguentum, Sic qui magnum ulcus habebat, quod exſiccari non poterat, hoc ſequenti Medicamento exſiccatum eſt.

℞. Argenti ſublimati auripigm. ſalis armoniaci, ſalis commun an. ℥j. aquæ currentis ℔i bulliant ſimul omnia uſq; ad duarum partium conſumptionem & uſui reſervetur. *Petrus Foreſtus*, *obſervat.* 12. *lib.* 7. *Obſ. Chirurg.*

Pro ulcere virulento corroſivo & ambulativo.

Chirurgus quidam hac lotione commodè utebatur.

℞. Myrobal. citrin. ℥ß. myrtill. roſar. an. M. ß. ſantal. omnium an. ℥iß. aqu. roſ. ℥iv. aq. plantag. ℥viii. bulliant omnia ſimul ad tertiæ partis conſumptionem. Idem hoc pulvere ad cicatricem inducendam utebatur.

℞. Bol. armen. ℥ß. alumin. ℥ii. balauſt. myrtill. myroball. citrin. an. ℥iß. M. F. pulvis, hocetiam unguento prohibente ulceris deambulationem utebatur.

℞. Tutiæ præp. plumbi uſti, antimon. an. ℥ii. pulveriza ſubtiliſſimè, & cum oleo myrtino F. unguentum. *Carpus* hoc utebatur pro exſiccando ulcere.

℞. Ariſtol. long. rot. cent. min. an. M. ß. caud. equin. M. j. cort. thur. ℥i. vini nigri ℔x. mell. ℔ß. bulliant ad conſumptionem duarum partium, & coletur.

Quidam cum ulceratam haberet tibiam ulcere virulento & corroſivo; pulverem cranii humani aduſti inſpergebat, & ſupra dictum pulverem linamenta ſicca apponebat, & ita curatus eſt: unguent. hoc valde eſt expertum mundificans & conſolidans omnia ulcera corroſiva, ambulativa, & difficilis conſolidationis.

℞. Succor. depurator. pentaphyll. pilofell. conſolid. minor. buglæ, abſint. an. ℥i. ſucc. caud. equin. virgæ paſtoris, an. ℥ii. ſucc. plantag. ℥v. ol. roſ. ℥iv. ceræ ℥iii. mell. roſac. ℥iiß. terebinth. ℥ii. vel q. ſ. ceruſſ. lotæ in aqua plantag. lithargyr. auri, tutiæ præp. plumbi uſti & loti, ſpodii, balauſt an. ℥ß. ſang. drac. ſarcocoll. nutrit. in aq. plantag. myrrh. thuris, aloes, roſ. ſicc. ciner. ſarmentor. vitis an. ℥iii. F. Unguentum.

Hæc aq. mirabilis habetur in exſiccatione ulcerum virulentorum.

℞. Succi portulac. plantag. ſucci uvarum non maturarum an. pintam. i. album ovorum num. 8. alumin. crudi ℔i. optimè pulveriz. & extrahatur aqua per alembicum, *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 13. *lib.* 7. *Obſ. Chirurg.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Ulcere.

Iodocus Chirurgus ad ulcera ſordida & putrida, & ad gangrænas, hoc unguento abſterſivo utebatur.

℞. Micam panis ſiliginei, & tempera eam in aceto vini ad horas ſex, poſtea eam contunde, & adde mell. roſ. & ſalis, q. ſ. extend. ſuper licinia, poſtea ſuperpone pulmaceolum infuſum in aceto & aqua, ita ut comprehendat totum ulcus, interim non omittendo defenſivum circa partes vicinas. Sed & nos unguento mundificativo mirabili ad ulcera putrida ſine corroſione commodè utimur.

℞. Succ. depurator. apii, abſinth. betonan. ℥i. ſuc. plantag. ℥iv. ſucc. agrimon. ℥ii. mell. roſat. colat. ℥. iv. bulliant omnia ſimul leviter ſemper movendo uſque ad conſumptionem quaſi ſuccorum, deponendo ſpumam, deinde removeatur ab igne, & incorporetur cum eo pulvis ſequens ad mellis ſpiſſitudinem.

℞. Gallar. quærcus ℈iß. myrrh. el. ℈ii. thur. maſtich. aloes ſuccotr ſang. drac. ſarcocoll. an. ℈i. pſidiæ, roſ. rub. balauſt. ciner. ſarmentor. vitis, an. ℥i. F. pulvis ſubtiliſſimus. Aliud unguentum mundificativum mirabile in ulceribus ſordidis & fraudulentis.

℞. Suc-

℞. Succi folior. lilii ℥iv. aceti ℥i. mell. ℥ß. M. & coque in vaſe æneo ad perfectionem: aliqui addunt ſucc. abſinth. apii, & plantag. q. ſ. & mirabiliter operatur. *Idem, obſerv. 14. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Pro ulcere profundo & cavernoſo in mulieris cujuſdam coxa.

Cum eam ſæpe purgaſſemus, ad decoctum ligni guajaci devenimus ipſis ulceribus abſterſis cum injectionibus & lotionibus ex lixivio, melle roſato, & alumine factis: aqua maris hic egregiè confert, ut & aqua aluminoſa, quæ in hoc affectu præſtantiſſima eſt.

Pro putrefactione circa labia, & ut etiam ulcera ampliarentur, aliquando precipitatum imponere mandavimus: deinde ablata eſchara, ad majorem mundificationem, etiam unguento. Ægyptiaco cum decocto hordei, & mellis modico abluimus, ulceribus ſatis abſterſis, & per tres dies hac lotione ulcera ablui juſſimus.

℞. Aquæ hord ℔ß. mell. roſ. ℥iii. M. deinde ad incarnationem Chirurgus devenit hoc ſequenti unguento, quod eſt *Io. de Vigo.*

℞. Terebinth. claræ ℥ii. mell. roſ. ℥i. ſar. cocol. ℥iii. glutin. piſcium, tragacanth. an. ℥i. antimon. plumb. uſti, an. ℥iß. ſucc. centaur. ℥ii. vel ejus loco pulv. ℥iii. farin. hord cribrati ℥iß croci ℈i. bulliat terebinthina cum melle roſ. parum deinde omnia ſimul miſce in hoc caſu eſt mirabilis incarnationis, iterum ab initio etiam in circuitu aliquod defenſivum appoſitum eſt, poſtea unguentum de minio ſuper linteum admotum eſt, & ita cicatrizatum eſt hoc ulcus, ſequens etiam Medicamentum quod in frequenti uſu eſt apud Chirurgos, miram vim habet in glutinandis ſeu incarnandis ejuſmodi ulceribus.

℞. Aq. decoct. hord. ℔i. mell. roſ. ℥iii. ſarcocoll. ℥iii. myrrh. thur. an. ℥i. vini odorifer. ℥vi. coq. omnia ſimul uſque ad tertiæ partis conſumptionem, interdum poteſt addi aliquid aloes poſt glutinantis Medicamenti impoſitionem, ſola ſpongia nova mulſo imbuta circumponenda eſt quam fieri poteſt molliſſima, ejus autem deligatura à ſinus fundo incipiat, & ejus ore finiat; faſciarum verò ſpiræ ſinus profundum ſine dolore arctent, ac paulatim uſque ad os ejus relaxentur: ſpongia ideo circumdatur & alligatur ut exſiccet, manantemque è ſinu ſaniem excipiat, alioqui partem eroderet; ſit mulſo imbuta, ut detergeat, mollis ne aſperitate lædat; nova verò, ut deſiccet. *Petrus Foreſtus, obſ. 15. & ſchol. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Ulcere.

PRo ulcere fiſtuloſo.

Mirificè prodeſt in antiquis fiſtulis & admodùm calloſis hæc injectio.

℞. Unguenti Ægyptiac. ℥ß. ſublimati ℥ß. lixivii ℥iv. aq. roſ. ℥ii. arſenic. ℈i. aq. plantag. ℥iv bulliant uſque ad conſumptionem tertiæ partis injecto Medicam. fiſtulæ os linamento concerpto claudendum eſt, ne id refluat niſi enim aliquandiu maneat nullum affectum effatu dignum præſtare poterit: quæ ex arſenico illinuntur penicilla, neminem unquam fefellerunt, ut præter experientiam quotidianam recentiorum ferè omnium ſcripta teſtantur *Petrus Foreſtus, obſerv. 16. lib. 7. Obſerv. Chirurg.*

Pro ulceribus tibiarum.

Quidam hoc cerato de plumbo, quo uti ſolebat *Angelus de Parma*, curatus eſt.

℞. Antimon. ceruſſ. lotæ, an. ℥ß. plumb. uſti, lithargyr. terebinth. an. ℥i. ol. roſac. completi ℥ii ceræ alb. ℥iß. ceræ in oleo liquefactæ addatur terebinth. Deinde pulveres, & F. unguentum. Hoc etiam egregiè probatum eſt ad ulcera tibiarum oſtracoſa.

℞. Ceræ, reſin. an. ℥i. ſævi caſtrati ℥ii. picis naval. ol. an. ℥iii. maſtic. thur. an. ℥iii. lithargyr. ℥iß. ceruſſ. ℥ß coq ſimul oleum, reſina, ſævum & cera, uſque ad bonam glutinoſitatem; poſtea addantur reliqua. De tertio autem die in tertium ulcu, debet lavari vino calido. Hæc etiam tela quæ ad *Galenum* refertur, competit ulceribus tibiarum.

℞. Ol. roſ. ℥xii. ceruſſ. ℥iii. lithargyr. ℥ivß. thur. maſtich. an. ℥ß. ſang. drac. ℥ß. myrrh. ſarcocoll. an. ℥ii. coq. parum, uſque ad rubedinem, & extrahatur ab igne,

igne, & imponatur tela antiqua ex lino. *Idem obſ. 18. lib. 7.*

Pro ulceribus *Chironiis ex Galeno.*

℞. Ceræ ℔i. ceruſſ. vn. viii. ol. roſac. ℔i. ſal. ammoniac. vn. iii. ſquamm æris vn. ii. thur. alumin. ærugin. malicor. calcis vivæ, an. vn. i. quæ liquari debent liquata & frigefacta aridis vino tritis admiſceto, & placidiore igne decoquito. *Petrus Foreſtus ſchol. obſervat. 12. lib. 7. Obſ. Chirurg.*

Pro ulcere ſordido putri virulento depaſcente in brachio cujuſdam mulieris cum oſſis carie.

Poſt ritè purgatum corpus, & exhibitum decoctum ligni ſancti, ulcus quotidie per tonſorẽ abſtergi poſt ſudorem prę-cipio decocto primo ligni & linteolis exſiccari; tum os corruptum eradi, donec aliquid cruoris vel humiditatis appareret: poſtea illini tribus aut quatuor guttis balſami ſulphuris, tandem applicari emplaſtrum meum diaſulphuris jubeo; quibus omnibus caro in oſſe latè denudato procreata, & ulcus ad conſolidationem perductum fuit in quadraginta diebus.

Emplaſtrum diaſulph. ita fit.

℞. Ol. ſulph. vn. iii. ceræ ℥ß. colophon. ℥iii. myrrh. ad pondus omnium, cera, colophonia oleoque liquefactis ſimul, & benè commixtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè trita; paulatim igneque lento coquantur, ſpatha ſemper agitando, donec benè permixta fuerint. Poſtea nimirum poſt quartam horæ partem, ab igne deponantur, & paulatim frigeſcant, & habebis emplaſtrum præſtantiſſimum, certum & infallibile in curandis omnis generis ulceribus & vulneribus quibuſcunque. *Martinus Rulandus curat. 63. cent. 1.*

Corpore purgato ulcera diebus alternis ſemel lavabantur manè & per ſe ſiccabantur, ſequenti aqua noſtra.

℞. Aq. plantag. ℔i. aq. roſ. ℔ß. fl. malorum arantior. vn. iii. argenti vivi ſublimati & pulv. vn. ß. M. coq. omnia lento igne per quartam horæ partem. Deinde removentur ab igne, & cum deferbuerint, in phialam vel tritum imponuntur pro uſu, & ſic mulierem quandam cujus totum corpus ulceroſum erat, brevi tempore curavimus *Mart. Ruland. curat. 19. cent. 5.*

Fœdiſſima cruris ulcera curavit Illuſtr. Comitiſſa quædam in *Moravia*, cum decocto fol. quercus, cui addidit parum alumin. myrrh. & thuris, quo decocto eluit ulcus, folia verò decocta calidè emplaſtri loco applicavit ter in die renovando. Sic leviſſima ſubinde, & vulgaria videntur, plurimum juvant. *Vvolfgangus Haſerus, lib. 4. Herc. Medic. cap. 2.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Ulcere in dorſo ſinuoſo, profundo & ſordido.

POſt univerſalia ad detergendum & mundificandum ulcus, his uſus ſum auxiliis.

℞. Decoct. hord. integr. ℔ii. mell. roſat. colat. ℥iv. M. F. injectio intra ulcus per ſiphonem rectum: abſque mordicatione detergit & eluit ulceris ichores. Verùm quum & craſſa ſanies ſordida multa ineſſet, hoc alterno fortiore mundificativo uſi ſumus, nempe egyptiaco unguento præfato decocto admixto, adjectis aq. vitæ ℥ii. interdum & poſt dies aliquot ubi hoc ſecundo decocto uſi eſſemus, nec ſatis pro voto deterſio procederet, hac injectione nobili & efficaci utendum cenſuimus.

℞. Ligni ſancti ſubtiliſſ. pulverati, cortic. ejuſd. an. ℥ii. ariſtol. long. cent. min ab. ſinth. agrimo. caud. equin. fol. oleæ, myrti, pimpinell. conſolid. maj. an M. i. cortic. thurr. myrrh. ſarcocoll. an. ℥ß. vini rubr. odorif. ℔iii. mell. deſpumat. ℥iv. fiat omnium decoctio; ex cuius colatura fiat injectio intra ulcus, addendo hora injectionis aq. vitæ el. ℥i. pro qualibet vice. Vbi animadverſione dignum & obſervatione viſum eſt, aquam vitæ cum præfato decocto potentiſſimam eſſe & efficaciſſimam in detergendis ſordidis ulceribus ſine morſu, iiſdemque exſiccandis & ad glutinationem promovendis, quia ſi cum præfato decocto adjiciantur aq. vitæ el. ℔ii. & in alembico vitreo in B. M. deſtillentur, mirabilem inde elici liquorem ad ulcera ſordida & cavata tum detergenda tum glutinanda quod crebro experimento nobis exploratum eſt mira namque profectò aquæ vitæ vis eſt in detergendis ulceribus & glutinandis; præſertim nervoſararum partium, ut diuturna ob-

obſervatione nobis eſt comprobatum, ut qua nihil eſt præſtantius. Cùm carnem in hoc ulcere regenerare revellemus, altera injectione uſi fuimus, cujus eſt vis, & modicè detergere, & carne cavitatem implere, unde ſarcotica dici meritò poteſt.

℞. Fol. plantag. M. ii. agrimon. herbæ Roberti, pentaphyll an. M i. ſummitat. abſinth. numero 3; utriuſque conſolid. caud. equin ceterach. hvperic. an. M. ß. beton. M. i. F. decoctio in aqu. in fine adde vini rubr. aſtring. ℔ii. roſ. rub. fol. myrti, an. p. ii. hord integr. p. ii. de colatura cape ℔iv. quibus adde farinæ fabar. ℥i. farinæ orobi ℥ß. thuris, maſtich. ſarcocoll. reſin. pini, an. ℥i myrrh. ariſtol. rot. an. ℥vi. irid. flor. ℥ß. mell. roſa colat. ℥iii. M. & ex hoc liquore F. injectio intra ulcus hoc ſequenti unguento, poſt injectionem, intra ulcus cum turundis, ſpleniis ac licinis commodè utebamur.

℞. Succ. plantag. ℥iv. ſucc. agrimon. ℥ii. ſucc. abſinth. ℥i. vini rubr. ℥iv. ol. roſ. omphac. ℔i. coq. ſimul ad vini & ſuccorum conſumptionem, in fine addendo farin. fabar. ℥iiß. farin. orob. ℥iß. thuris, maſtich. ſarcocoll. reſin. pini, an. ℥i. myrrh el. irid. flor. & ariſtol. rot. an. ℥ß. terebinth. in vino albo lotæ vn. iii. mell. deſpumat. ℥iv. ceræ quod ſatis eſt, F. unguentum. Pulvere item ſarcotico hoc poſt completam ulceris deterſionem intra ulcus uſi feliciter ſumus.

℞. Aloes el. ℥ii. thur. & cortic. ejuſdem, myrrh. ſarcocoll. an. ℥i. rad. irid. flor. ℈iv. F. omnium pulvis tenuiſſimus admovendus cavo ulceri ad impletionem cavitatis. Sed ſequenti unguento celerrima omnium eſt perfecta mundificatio; miram namque in detergendis ab ichoribus & ſorde ulceribus vim habet.

℞. Succi apii ℔ß. (mirabile eſt in deter. gendis ulceribus) mell. el. ℥iv. farin. hord. ℥ii. farin. orobi ℥. m. myrrh. el. ℥ii. terebinth. ℥i. m. coq. omnia ſimul ut fiat unguentum quo turundæ & licinia imbuantur, & in ulceris cavitatem indantur; optime ulcera & citra morſum purgat. Ad carnem implendum ulcus hoc ſumus emplaſtro uſi.

℞. Lithargyr. auri ℥vi. ol. roſ. omphac. ℔i. m. acet. roſac. ℔ß. m. coq. ſimul lento igne, perpetuò cum baculo agitando, donec acquirat colorem nigrum ad bituminis & cerati conſiſtentiam ut F. magdaleon, ex quo fiat emplaſtrum ſupra ulcus apponendum, in fine verò curationis emplaſtro diachalciteos cum diapompholig. uſi ſumus; & ſic tandem curatum eſt fiſtuloſum hoc ulcus citra ſectionem. *Franciſcus valeriola, obſerv. 1. lib. 5.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Ulcere.

ULcus in pede fœminam quandam affligebat, & licet quandoque ſanaretur, certis temporibus remeabat, erat enim illi hæreditarium malum. Hoc remedium præ cæteris laudabat, quod ei profuit.

℞. Lithargyr. ℥ii. ceruſſ. ℥iii. pulverizata laventur aqua roſac. & ſiccentur, adde tutiæ præp. pompholig. alb. an. ℥i. m. plumbi uſti & loti ℥ii. F. pulvis tenuiſſ. Excipiatur infuſione gummi tragacanth. facta in aq. roſ. add. ſævi capr. ℥ii. vel paulò plus, ut F. inſtar emplaſtri, addendo camphor. ℈i. *Felix Platerus, obſervat. libr. 2. pagina 561.*

Ex glabritie ſciemus virulentam & malignam qualitatem invaſiſſe partem ulcere detentam, unde ferinum ulcus ſuboleſcit. Propterea Chirurgis illud ſtudium ſemper adſit, ut partem firmet, & totius cacochymiam caſtigent. Utantur ſæpè è purgatione decocto ſarſæ, & chinæ & ligni Indici, & ulceribus talia topica adferant, quæ unà partis calidum nativum recreent, ac intemperiem flectant. *Joh. Heurnius, ad aphor. 4. ſect. 6.*

In contumacibus ulceribus, mirum in modum ſolatio eſſe ſolent remedia revellentia ſuccos à parte vulnerata. Hinc eſt quod ita juvent vulnerariæ potiones, nam urinas movent, unaque ichoroſam materiam, quæ quotidie in partem ulceratam ferri ſolebat, excludunt. Inde etiam decoctiones rad. chinæ & ſarſæ juvant; nam talem materiam ſudoribus & vaporibus evacuant ac revellunt. Hoc itaque dicere velle videtur *Hippocr.* hic, quia à talibus ulceribus periculum eſt, ut oſſa

affligentur, vos cavete ne in longum tempus trahatur eorum ſanatio, & ne inveteraſcant. *Idem, ad aphor. 45. ſect. 6. Pro ulcere ſordido.*

Imponatur ſequens mundificativum.

℞. Mell. roſac. ℥i. terebinth. non lotæ ℥ß. pulv. rad. ariſtol. rot. myrrh. aloes, thur. an. ℥iß. M. in mortario, addendo croci ℈i. vitellum unius ovi, ad ſedandos dolores, ſi ſupervenerint. Vel,

℞. Pulv. rad gentian irid. flor. lign. guajac. farin. lupin. an. ℥ii. ſummit. cent. min. hyperic. & ſcord. an. ℥i terebinth non lotæ ℥ß. mell. roſac. q. ſ. F. S. A unguentum. Mercurium precipitatum præſtantiſimum eſſe medicamentum in omnibus ulteribus indies experior: inſperſo ipſum per ſe, vel hoc modo in forma unguenti filamentis impono.

℞. Mercur. præcipitati rectificati & aq. roſac & plantag. loti ℥ii. unguenti roſati ℥i. ceræ ℥i. M. diligenter in vaſe vitreo, ſpatula lignea. *Guil. Fabritius Hildanus, cap. 27. lib. De Meliceria.*

Ad ulcerum mundationem ac conſolidationem ſæpius cum admiratione conſideravi balſami ſulphur. terebinth. anifati, &c. effectum laudabilem, multiſque incredibilem, ſi ejus aliquid ulceri inſtilletur aut illinatur, mox enim novi puris generatio ita fuit inde diminuta, ut non rarò hujus unius balſami ope intra paucos dies plenè curata fuerint in mammis & alibi excitata poſt inflammationes apoſtemata notabilia. *Franciſcus Sylvius, lib. 1. c. 40. paragr. 61.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Ulcere.

ULcera multa & maxima in multis corporis humani partibus, ſequenti emplaſtro ad curam perfectam deducta ſæpiſſimè vidi.

℞. Maſtich. ℥i. terebinth. venet. ℥iii. ceræ flavæ ℥iv. liqueſcant in terrea olla, primò cera cum terebinthina, poſtea removeantur, & in aqua tepida diu laventur, & malaxentur, dumque malaxantur pulvis maſtiches cum iis incorporetur, & in magdaleonis redigantur. Sequentia etiam emplaſtra miros produxerunt effectus.

℞. Betön. agrimon. verben. pimpinell. an. M. i. ceræ terebinth. reſin. an. ℔i. maſtich. ℥i. vini alb. opt. ℔iii. coq. ad conſumtionem tertiæ partis, & cola, coques autem herbas ſolas, & poſt conſumptionem tertiæ partis, adde reliqua; rurſuſque parum ea coques, deinde emplaſtrum à vino ſeparabis. Nicotianæ decoctione etiam ſola in oleo cum ceræ q. ſ. F. optimum emplaſtrum ad idem. *Petrus Borellus, obſerv. 16. cent. 1.*

Pro ulceribus ſerpentibus oris labiorum gingivarum, & faucium.

℞. Ærugin. æris ℥i. auri pigmenti ℥iß. trita ſubtiliſſimè, coque in vini albi ℥iv. ad mediæ partis conſumptionem. Poſt refrigerationem adde aq. roſ. & ſolan. vel plantag. an. ℥iß. ut fiat aqua viridis pro illitione ulcerum. *Felix Platerus, lib. Obſerv. pagin. 607.*

Pro ulceribus oris & faucium venereis.

℞. Aq. plantag. ℔ii. unguenti Ægyptiac. ℥iv. M. pro lavatorio: quo ab ulceribus iſtis quam plurimi per me curati ſunt, & eſt mirabile. *Petrus Foreſtus, obſerv. 21. lib. 32. De Lue Venerea.*

Pro ulcerum hæmorrhagia.

Admove farinam tenuiſſimam molendinarum cum bolo, ſanguine drac. maxima hæc copia aſpergantur. *Joh. Heurnius, ad aphor. 21. ſect. 7.*

Neapolitanus quidam morbo *Gallico* leviori quum laboraret, ulcus in palato ad columellam excedens patiebatur, ex quo periculum erat, ne columella ipſa corroſa exeſave evaderet. Pro quibus abigēdis morbis, non ſemel (ut decet) purgato corpore, decoctum rad. farſæ pauco ſene paratum, optimo & parco inſtituto victus ordine, ebibendum tradidimus: quo rectè ſudabat & melius habebat. Cæterùm, pro ulcere ipſo ſanando aquam hanc deſcribendam paravimus, ex qua goſapii madefacta pilula intus indebatur, adaptabaturque, ita ut ne gutta ulla caderet. Aqua ita ſe habet.

℞. Aq. plantag. ℥ii. virid. æris ℥ß. M. ad igne parùm calefiat, & ut dixi per intervalla utatur. Eſt aqua hæc optima, & quæ à putrilagine ulcera expurgat & mundificat. Porrò aquam hanc quandoque magis mitem, quandoque verò potentiorem paramus, prout neceſſitas urget,

qui

cui & tuthiam præp. ad ℥iv. addimus. Sed hic prædicti usus est, & frequentes gargarismo sequenti gargarisabat.

℞. Sumach. balaust. summitat. rubi, fol. olivę, plantag. ros. an. M. i. thur. mast. sarcoc. an. ʒß. F. decoctio in aquæ ℔. iii. s. a. Colaturæ adde mell. rosac. colati ʒii. M. & ad ignem iterum parum bulliat, quo assiduo utatur. Per intervalla etiam lacte gargarizabat, quod summum remedium pro iis curandis ulceribus habetur; iis verò ita rectè valuit, ut intra viginti dies pristinam sanitatem adeptus sit. *Amatus Lusitanus, curat. 85. cent. 6.*

Pro ulceratis tibiis.

Vidi quendam, qui in tantum habebat tibias ulceratas, quod ossa apparebant discooperta. Omnia bona in hac ægritudine consumpserat, nec poterat aliquod utile remedium reperire. Cui quidam extraneus superveniens dixit, vade & accipe carduum benedictum viridem in bona quantitate, & pista ipsum bene; postea fac decoqui in bono vino; deinde axungiam porci liquefactam adde; iterum simul bulliant: Postea admisce farinæ tritici q. s. ut. f. in modum unguenti liquidi, & de hoc unguento unge bis quolibet die. Hoc fecit, & brevi liberatus est. *Arnoldus de Villanova, practic. lib. 2. cap. 44.*

Pro ulceribus & vulneribus.

Multum commodi affert in his affectibus lapis medicamentosus seu salutis, qui ita paratur.

℞. Vitrioli viridis ℔i. vitriol. alb. vn. m. alumin. ℔iß. anatron, sal. communis, an. ʒiii. sal. tartar. sal. absinth. artemis. eichor. perficar. plantag. an ʒ. m. Ponantur in olla vitreata, affunde modicum aceti ros. coq. igne carbonum lento, sæpius agitando. Ubi incipit spissescere, add. cerus. *Venet.* ℔. m. bol. armen. ʒiv. M. diligenter omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem massa concreverit, qui postea fracta olla eximendus, & ad suos usus reservandus. Si gummata, myrrham videlicet & thus, addere voles, instituatur coctio lenta, ne comburantur & vis illorum igne evanescat. Alii brevius ita conficiunt.

℞. Vitrioli ℔i. nitri ℔ß. cerus. alumin. boli armen. an. ʒiv. ammoniac. ʒii. Omnia bene pulverisant, cerussam vero & bolum in marmore priùs terrantur, ac aceto communi ad supereminentiam duorum digitorum affuso coquunt leniter in olla satis capaci, donec redigantur omnia in lapidem durum. Aliter ita fit.

℞. Alum. ʒiv. vitriol *Vngar.* ʒii vitriol. alb. tartar. borac. mastich. thur. sal. armoniac. an. vn. i. cerus. vn. vi. boli armen. veri vn iii. crasso modo contusa coq. in olla vitreata capaci cum aceto fortissimo igne lento usque ad consistentiam seu duritiem lapidis.

Hujus lapidis virtutes ferè sunt innumerabiles. In partibus corporis exterioribus omnia ulcera subito tollit: laventur manè & serò, & linteolum madidum superimponatur. Deficcat vulnera & ulcera aphrodisia vetera, omnes ulcerum defluxiones tollit, mundificat & confortat partem affectam, dentes confirmat, & gingivas à putredine conservat. Oculorum lachrymas restringit, rubedinem & oculorum dolores & caliginem tollit. Contra erysipelas, scabiem serpigines, tineam, cancrum: oris & gutturis ulcera, ambusta omnis generis, &c. optimè valet. Utendi modus est, ut una unica lapidis liquescat in ℔i. aquæ fluviatilis, vel pluvialis, vel aquæ alicujus destillatæ appropriatæ, non fontanæ, dissoluta. Post filtrationem & fæcum abjectionem aqua clara utimur. *Osvvaldus Crollius, Basilic. Chymic. pag. m. 383.*

Non possum te non admovere, ne omnia, quæ lapide medicamentoso scribit *Crollius*, veluti oracula esse tibi persuadeas Nonnunquam enim Theoricus *Icari* pennis multa scribit, & astra extollit, quæ cum Solem, videlicet Experientiam (quæ verum à falso distinguit) attingunt, liquescunt, & in nihilum abeunt, Si ingredientia hujus lapidis diligenter examines, non solum calidum & siccum, sed & insigni acrimonia prædictum esse reperies. Quomodo igitur vires ipsius innumerabiles, ut scribit *Crollius*; esse possint, & tot in affectibus sine damno ægri tutò applicari, nondum video. Cave ne periculum facias in ulceribus partium nervosarum dolore item & inflammatione ob. sessis, præcipuè in corporibus delicatulis, biliosis & cacochymicis: dolorem enim, inflam-

inflammationem, vigilias, inquietudines, aliaque peſſima ſymptomata protinus ſupervenire videbis. Cave præteræa, ne medicamentum hocce in cancro aut ulceribus cancroſis, ſive mammillarum aut oris, ſive in quacunque corporis parte is fuerit, applices: videbis enim protinus malum ingraveſcere, & in pejus abire. Cave denique, ne in ophthalmia uſurpetur hic lapis. Fac obſecro periculum tale. Aſperge aquam, in qua iſte lapis diſſolutus fuerit, in laminam ferream exacte politam, & relinque illam per horas aliquot, & videbis ubicunque aqua illa aſperſa fuit, non ſolum maculas nigras, verum etiam nonnihil de ſubſtantia ferri ablatum eſſe. Hæc ſi in ferro fiunt, quid in cornea membrana politiſſima fiet? *Guil. Fabric. Hudanus, cent. 5. obſerv. 91.*

SECTIO VIGESIMA NONA.

Pro Vmbilici apoſtemate & acutiſſimo dolore.

LOcum affectum juſſi mane & veſperi perungi balſamo ſulphur. & poſt unctionem ſuperimponi malvas in lacte caprino coctas: his abſceſſus maturari velociter cœpit, ad ſuppurationem pervenit ac diſruptus eſt. Poſt diſruptionem autem mane ac veſperi utebatur balneo decoctionis piſorum, & poſt egreſſum inungi ſemper jubebam umbilicum balſamo prædicto, turundamque eodem oleo tinctam imponi, atque his tribus prædictis ſolis, intra duodecim dies ex toto ulcus perfectè curatum fuit. *Martinus Rulandus, curat. 39. cent. 1.*

SECTIO TRIGESIMA.

Pro Umbilici prominentia à partu.

℞. COrticem viridem ſambuc. & quod ſub exteriore cortice eſt ſcabe, donec colligas M. i. injice ſacculo, & in lacte coque, & impone ventri mulieris, malumque evaneſcet. *Ioh. Crato conſil. 40. lib. 5.*

SECTIO TRIGESIMA PRIMA.

De Vomitu.

VOmitus (Græcè ἔμετος in ἐμῶ vomo) eſt eorum, quæ in ventriculi capacitate continentur, violenta per os rejectio: Oritur vel vitio ventriculi, quod inflammatus, excoriatus, aut exulceratus ſit; vel ob materiam qualemcunque qualitate ſua eundem irritantem, que irritando ad vomitum incitant, ſunt copioſior ingeſtus cibus, idem corruptus putreſcenſque humores ſeroſi, pituitoſi, biliosi, atrabiliarii, vel aliunde in ventriculum confluentes, puta à capite, à tenui inteſtino, ob vitioſam in eo humorum efferveſcentiam; vel ibidem geniti; pus item pancreatis, aut alterius partis vicinæ inflammationem aut ulcus conſequens; & ſanguis ex ventriculi aut inteſtinorum vaſis ruptis eroſiſque effluens, aut ex ſuppreſſis menſtruis ad ventriculum translatus. In vehementi etiam tuſſi, ob accedentem potentem muſculorum abdominis contractionem, vomitus ſæpius contingit; in ileo rurſus ab inverſo inteſtinorum motu periſtaltico in conſenſum trahitur, & ad vomitum adigitur ventriculis. Vomitum ſubinde præcedere ſolet nauſea, quæ nil aliud eſt quam inane vomendi deſiderium, quo nihil ejicitur, ſæpe tamen ſponte nulloque conatu aqua pellucida profluit ab ore.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Vomitu.

SArter quidam longo tempore vomebat quæcunq; comedebat ac bibebat: cujus vomitum ſiſtebam potione ſequenti.

℞. Vini malvatici ℥vi. ol. vitriol. gt. vi. diluantur bene. Ex diluto hoc capiebat quotidie mane jejuno ſtomacho ʒi. quo vomitus conſiſtit cibum potumque retinuit, ac recte valere cœpit. *Martinus Ruland. curat. 12. cent. 1.*

℞. Abſinth. M. vi. vini ℔iii. aceti ℔i. coquantur. Hoc decocto per linteum expreſſum ſovebatur duos aut tres dies ſtomachus,

machus, multumque conferebat ventriculo reſtaurando, & roborando. *Idem. curat.* 23. *cent.* 2.

Cucurbitulam unam atque alteram fundo ventriculi ſine ferro applicabis, & ipſi ventriculo ſequens emplaſtrum.

℞. Ol. Maſtich. cydon. an. ℥ß. cruſtæ panis aſſati, & in aceto forti per horas duas infuſi ℥ii. ſpodii, maſtich. menth. corall. rubr. ſantal. alb. & rubr. an. ℥i. farin. hord. q. ſ. ad ſubigendum, & F. emplaſtrum. Ligaturas dolorificas brachiis ac pedibus admovebis. Quod ſi nec illis remediis vomitus coerceri poterit, conſulo, ut æger pedes ſuos in aquam frigidam ſubitò ponat. Cum cibariis ſequentem pulverem offerendum cenſeo.

℞. Cortic. citri, ligni Aloes, ſem. coriandr. præp. portulac. ſantal. citrin. maſtich. an. ℥ii. M. F. pulvis. Quod ſi ille pulvis non proderit, exhibebis ſequentem pulviſculum.

℞. Pulver. lign. Aloes ℥ii. reſervetur uſui, &,

℞. Syrup. acetoſ. citri ℥iß. de quo ſumat ligulam unam, cui addes pulv. ligni Aloes parum, & ægroto propinabis. Ego enim pulviſculum illum in tali caſu non ſine fructu exhibitum fuiſſe novi. *Ioh. Nævius, conſil.* 11. *lib.* 2. *conſil. Cratonis. &c.*

Vomitus moleſtiſſimus in febre maligna leviſſimo remedio meo conſilio ita ſublatus eſt.

℞. Sal. abſinth. ℈i. ſucci limon. rec. cochlear. unum; mixta fuerunt in ipſo cochleari & exhibita. Statim vomitus ſedatus eſt, neque deinceps vomitu quicquam rejecit. *Lazarus Riverus, cent.* 1. *obſerv.* 15.

Mulier quædam vomitu ingenti choleram morbum referente laborans curata fuit in momento hauſto aquæ cyatho ſpiritu vitrioli ſatis inſignem aciditatem adepto. Alia Mulier Lipothymiam & alia gravia ſimptomata ex utero patiens eodem ſpiritu aquæ mixto ſanata eſt. *Lazarus Riverius, obſ.* 46. *&* 47. *cent.* 4.

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Vomitu.

PRo evacuatione materiæ quæ in ventriculo continetur, maximè laudo, hieram ſimplicem *Galeni* cum caſſia ſic.

℞. Caſſ. ℥ß. ſpec. hier. ſimpl. ℥i. cum ſacch. F. boli.

Ad roborandum ventriculum aſſumat mane jejuno ventriculo ℥i. aq. vitæ noſtræ juniperinæ, aliquando etiam cochl. i. aquæ noſtræ theriacalis. In eandem etiam intentionem convenit exhibere ſal. abſinth. & menth. ad gr. iii. vel v. in vino infuſa: item oleum cinnam. & nuch. moſch. ſi cum vino aliquot eorum guttæ ſumantur. Extra verò roborandus ventriculus emplaſtro de cruſta panis. Præterea ſumantur tria linteola, madefiant in ſucco menthæ, deinde exprimantur, & albumine ovi illinantur, & aſpergantur pulvere thuris; ponantur illorum alterum calefactum, ſupra ſtomachum duo reliqua apponatur carpo, & adligentur. Solent enim vomitum ſiſtere. *Rodericus à Fonſeca, conſul.* 74. *tom.* 2.

Nauſeam citiſſimè ſolvit comeſta zedoaria vel ejus extractum. Eam à ſumpto medicamento provenientem arcet panis toſtus pulvere carioph. & aceto aſperſus, ori vel naribus admotus, itemque cepa prę morſa. Vomitus enormes ſiſtit aqua menthæ ad ℥ii. ſemel atque iterum ſumpta. Emplaſtrum theriacæ ventriculo impoſitum. Succus cydonior. crudus miraculosè vomitum ſiſtit, ſi cochl. i. vel alterum propinetur. Sæpe vomitus vomitu curandus eſt. Durantibus itaque vomitibus, & quidem ſingulis diebus recurrentibus, aquæ benedictæ uſus imprimis auxilium affert confortato deinceps ventriculo. Laudanum opiatum etiam egregiè valet, ubi reliqua omnia parum efficiunt. *Ioh. Hartmannus*, pract. Chymiatr. *pag.* 177.

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Vomitione nigerrima.

INſtar attramenti Scriptorii nigram Virquidam materiam admodum copioſam

sam evomuit, idque repetitis vicibus, summè interim debilis, prostratisque viribus. Sequentem potionem ei exhibui.

℞. Mummiæ ℈ii. syrup. de ros. rubr. sicc. ℥i. aqu. plantag. ℥iß. M. bibat una vice. Sequenti die similem materiam nigerrimam denuò evomuit, & de cordis dolore admodum conquerebatur. Exhibui tunc hanc potionem.

℞. Rhei pulv. ℈iv. syrup. ros. solut. simpl. ℥ii. aqu. plantag q. s. F. potio. Dejecit ternas sedes æquè nigras. Postea cœpit melius habere. Biduo post sedes naturales redierunt, nec dum amplius hæc materia apparebat. Jussi ut per vices conserva ros. bonaque victus ratione uteretur. *Felix Platerus, observ. lib. 2. pag.* 800.

Ante decennium Nobilem quendam Cardialgia quædam subitò invasit, adeo ut animo deficeret, quàm secutus est vomitus sanguinis concreti copiosi, & dejectio ejusdem, sed picis instar nigri, unde valde debilitatus, sed mox ad se rediit: Post triennium idem illi accidit, iter diebus æstivis calidioribus facienti, nam subito febrili paroxysmo correptus in syncopen incidit, sanguineque supra infraque, uti prius excrevit. Altero triennio interjecto, eadem sanguinis excretio illum iterum invasit: ac postremum, hoc anno 1611. mense *Iulio*, quo ad me consilii causa venit, eundem paroxysmum est passus. Pallebat admodum alioquin tunc de nullo alio affectu conquestus.

Exposui illis à venis meseraicis, ob illuviem in illis contentam, tetri sanguinis, reseratis hoc accidere, occurrendumque maturè, periculosum enim esse, quod aliorum exemplis comprobavi. Ordinavi ut singulis mensibus sequenti purgatione uteretur.

℞. Rhab. ℈iv. myrobal. citrin. ℥i. pulver. irrorentur vino rubro donec molescant postea adde syr. ros. solut. simpl. ℥iß. plantag. q. s. F. potio diligenter prius expresso rhab. & mirobal. cum aqu. plantag. Utatur per vices hac mistura.

℞. Conserv. ros. ℥ii. conserv. flor. cichor. flor. tamaricis, bugloss. borrag. cort. citr. condit. an. ℥i. rad. cichor. condit. ℥vi. troch. de rheo, ℥ß. ras. ebor. ℈i. corall. rubr. ℥i. ciner. pell. ventriculi & intestinor. gallinæ ℈i. spec. diatrionsant. ℥ß. cum syrup. de quinque rad. F. mistura capiat bolum superbibendo aq. plantag. cum pauco vino

Pulvere sequenti utatur octiduo semel, & si paroxysmus superveniat, bis vel ter.

℞. Succin puri ℥i. corall. rubr. ℥iß. balaust. ℥ß. sem. hyoscyam. alb. ℥i. sem. plantag. ℥ß. F. pulvis, adde sacch. rosar. tab. æqualem portionem capiat per se, vel cum vino rubro, aut lacte ut tulato. Ad hæmorrhoidum provocationem quàm ego utilissimam censerem, ad diversionem & evacuationem illuviei illius, in venis meseraicis colligi solitam, jussi ut sanguisugas podicis, per canalem, ut artis est, applicaret, sperare me si hac ratione hunc fluxum sibi familiarem redderet, posse præter naturales illas sanguinis excretiones sic impediri. Uti & factum sicut prædixeram, *Felix Platerus, observ. lib. 3. pag. 697.*

Quidam evomuit ℔vii. sanguinis nigerrimi: & per secessum dejecit multis vicibus sanguinem nigrum ut pix liquefacta, ad ℔x. altera nocte per os rursus ℔v. nonnihil tamen plus colore accedenti ad sanguinem; tamen vivescens erat, odorem præ se ferens subacidum, & per anum profudit ℔vi. sanguinis coagulati nigri nullum habentis odorem; tertio die habebat nigras fæces malè olentes, quarto die nigerrima egessit excrementa, non tamen referentia colorem picis, illo die ordinatus clister ex jusculo pulli, vitell. ovor. & saccharo. Aliis diebus præteritis nutritus æger vitellis ovor. & pane loto, infuso ante in vino odorato, factum etiam epithema cordi, jussus quiescere in lecto, & ab omnibus negotiis abstineret: qui postea advocatis aliis, id est mutatis Medicis, mortuus est. *Reinerus Solenander, consil. 15. sect. 5.*

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Vomitu sanguinis.

UTatur sequenti remedio tanquam præstantissimo.

℞. Camphor. ℈ß. poscæ vel aq. plantag. ℥iii. bibat ubi fluor sanguinis supervenit, fluxum enim inhibet & obstructiones tollit.

luit. *Guil. Rondeletius, conſil. 68. lib. 6. conſil. Cratonis &c.*

℞. Aqu. urtic. vn. vi. ſpirit. vitriol. q. ſ. ad acetoſitatem ſatis largam, probè diluantur, & ſatis frigidè potentur; poſt hanc ebibitam potionem ſimul ventriculo applicetur panis toſtus cum pulvere cariophyll. aſperſus & in vino malvatico & aceto madefactus, vel fiat pulticula ex medulla panis ſecalini & vino rubello ſtyptico & aceto fortiſſimo calidè inducenda toti ventriculo & orificio ejus, manè & veſperi renovanda. Hac ratione ſubitò ſiſtitur vomitus cruentus. *Ioh. Hartmanus, pract. Chimiatr. pag.* 178.

Vomitus cruentus curabitur conglutinatis denuo vaſis per miſturam ſequentem, in aliis quoque ſanguinis excretionibus utilem.

℞. Aq. plantag. vn. ii. aq. cinnam. ℥vi. aceti ſtillat. vn. ß. corall. rub. præp. ʒß. ſang. drac. ℈ß. laudan. opiat gr. ii. ſyrup. myrtin. vn. i. M. hæc miſtura cochleatim ſæpius aſſumpta curabit pleraſque vaſorum rupturas, & ſupra multorum expectationem ſanguinis effluxum brevi tollet. *Franciſcus Sylvius, lib.* 1. *Prax. Medic. cap.* 9 *paragraph.* 20.

Quidam ruſticus vomitu ſanguinis laborabat, qui nullis remediis per multos dies uſurpatis ſedari potuerat. Medicus cupiens ſanguinem in ventriculo collectum educere per vomitum, qui graviter ægrotantem infeſtabat, & oppreſſionem inſignem in ea parte efficiebat præſcripſit ol. amygd. d. vn. ii. quibus vomitus excitatus eſt, vomuitque ſanguinem concretum, ſimulque hirudinem unam ſeſe in terra commoventem. Hæc erat cauſa ignota & rara vomitus ſanguinis, retulit poſtea æger ſe in rivulo aquam bibiſſe cum qua ſimul hirudinem hauſerat. *Lazarus Riverius, obſerv.* 26. *cent.* 4.

Venæſectio ſtatim celebranda eſt parca manu, & repetitis vicibus, ut major fiat revulſio; idque ex baſilica cubiti dextri, ſi à jecore, vel ſiniſtri, ſi à liene malum exoriri videatur vel ex vena malleoli, ſi ex menſium ſuppreſſione profluxerit. Fiant fricationes & ligaturæ partium extremarum. Clyſteres detergentes injiciantur. Applicentur cucurbitulæ natibus, cruribus & lumbis, imò & hypochondrii, ut ſanguis retineatur. Oxycrati cyathus adhibeatur, ſi ſanguinis concreti ſuſpicio fuerit: eo enim facilè diſſolvitur ſanguis, & à ventriculi venis propellitur eædemque conſtringuntur. Eodem oxycrato ventriculi regio foveatur ſubfrigidè Abſente vomitu, ut venæ conſtringantur ſequentia, uſurpanda.

℞. Album. ovi num. i. aq. roſ. & aceti an. ʒi. m. Agitentur fortiter deinde adde amyli ʒii. M. utatur æger ex cochleari. Vel,

℞. Corall. præp. terr. ſigill. bol. armen. lapid. hæmatit. & troch de carabe an. ʒi. aq. plantag. & ſyrup. myrt an. vn. ii. M. utatur ut ſupra. Vel prædicto pulvere utatur cum juſculis.

℞. Succ. plantag. vn. iv. exhibeatur actu frigidus mane & ſerò. Teſtatur *Galenus*, hoc ſucco nihil æquè præſtantius eſſe ad quodlibet ſanguinis profluvium cohibendum, ſuccus portulacæ & poligoni cum ſaccharo ſumptus ad idem eſt efficax.

℞. Aq. plantag. & portulac. an. vn. i. m. ſyrup. myrtin. vn. m. ſyrup. de papav. ʒii. vel iii. ſal prunell. dr. M. F. julep. frequenter iterandus.

℞. Conſerv. roſ. antiq. & rad. ſymphit. an. vn. i. cydoniat. vn. m. myrobal. condit. num. i. troch. de carabe & terra *Lemnia.* an. dr. ii. corall. præp. & croci martis an. dr. i. cum ſyrup. de roſ. ſicc. F. opiata, qua utatur frequenter Trochiſci de carabe non ſolùm aſtringunt, ſed etiam ſanguinem concretum diſſolvunt: ideo frequenter uſurpandi. Syr. corall. utiliter etiam uſurpari poterit, ſed multo utiliùs eorum tinctura cum ſucco limonum rec. parata, Ubi magno impetu ſanguis excernitur, nec prędictis remediis illius vomitus ſedatur, ut mortis periculum immineat ad narcotica veniendum eſt, vel aſſumpta, vel per clyſter. injecta. Exteriùs verò inungatur regio ventriculi oleo roſ. & myrtino in aceto lotis. vel unguento ſequenti.

℞. Succi plantag. & centinod. an. vn. i. m. aceti roſ. vn. i. ol. omphag. vn. vj. Bulliant ad ſuccorum conſumptionem, deinde adde ſang. dracon. maſtich. cortic. granat. & myrtill. an. dr. ii. camphor. ℈i. ceræ rubr. q. ſ. F. unguentum. Pro potu utatur aqua ferrata cum ſyrup. cydon. & ſpir. vitrioli.

Iuſ-

fuscula etiam cum aqua ferrata decoquantur. Foveantur hypochondria lumbi subfrigidè decocto plantagin. & portulacæ facto in oxycrato. Manas demittantur in aquam frigidam: sic enim omnis vomitus sedatur. Postea unguentum refrigerans *Gal.* in aceto lotum dictis partibus illinatur; celebrata sufficienter phlebotomia ad causæ sublationem & integram morbi solutionem; purgatio blanda & frequens instituenda est, qua sanguis à serosis & biliosis humoribus hunc affectum producentibus repurgatur. Debent autem fieri ex rhab. myrobal. tamarind. & triphera *Persica*, quæ medicamenta purgando astringunt, & humores nullo modo exagitant, ut inde non metuenda sit vomitus sanguinis concitatio. *Lazarus Riverius*, *Practic. lib. 9. cap. 8.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Vomitu stercoris.

AD vomitum stercoris quidam capiebat omni die jusculum malvæ, & convaluit cum alia remedia non juvarent. *Reinerus Solenander*, *consil.* 15. *sect.* 5.

SECTIO TRIGESIMA SECUNDA.

De Unicornu Groenlandico.

MErcatores nostri *Islandiam* & *Groenlandiam* navigantes, invenerunt quod in *India* & Oriente toto veteres tantopere deprædicarunt, Unicornu nempe marinum, seu balænam *Narval* Islandis dictam in superiore maxilla dentem unicum habet longum crassumque recta protensum, gyris intortum, & striatis flexibus ex majore radice ad summum acumen desinentibus, hic est dens quem pro unicornu vero antea omnes venditarunt; & ex animali terrestri deciduum crediderunt, affirmare non dubito, ex balenæ dente desumpta fuisse Unicornua quotquot hactenus hoc titulo prodierunt; vidi integra Unicornua in thesauris, *Vitraiecti*, in fano *S. Dionisii* alibique, sed tam similia huic balenæ denti, ut ovum ovo, exhibitus pulvis ejus à ℈i. ad ʒß. in aq. Card. bened. vel sambuc. vel cerevisia, etiam invitis insuetisque sudorem copiosius exprimit; dedi quam plurimis febricitantibus, rarò sine optato successu, ut in usum pauperum hujus Unicornu frustula non pauca consumpserim. Experti sunt quoque eandem vim in ægris suis Medici consummatissimi *De Vvormius* & *Mothius*, ut candide mihi confessi sunt. Neque solum exhibitus pulvis profuit, sed collo appensa frustula amuleti vicem sustinuerunt; rogatus transmisi frustulum Cl. Viro *Alberto Kypero* Professori *Leydensi* amico meo, qui 1655. Magno successu in formam pulveris redactum cum aqua convenienti exhibuit ægrotis lue pestifera, quæ totum *Belgium* depopulabatur, correptis ut aut illico convaluerint, qui principis obstiteret, aut leviora experti symptomata morbum facilius tolerarint, aut certum exitium in aliquot die distulerint. *Thomas Bartholinus*, *histor. 4. cent. 4.*

SECTIO TRIGESIMA TERTIA.

De Urinæ difficultate & suppressione.

VIde supra *lib. 3. sect 3. De calculo*, & *lib. 9. sect. 12. De Ischuria.*

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Urinæ suppressione ex calculo renum.

PEr tres quatuorve dies lotium non reddiderat mulier quædam renum calculo laborans; cum hæc remedia sequentia adhibuissem miraculi instar urinam reddidit & curata fuit.

℞. Parietar. virid. M. iv. cum butyro fricta pectini cataplasmatis instar calidè imponatur.

℞. Cheræfol. malv. parietar. an. M. i. sem. alth. malv. ʒiß. cicer. rub. ʒii. sem. quatuor frigid. maj. an. ʒi. hord. mund. p. i. sebest. rec. num. ix. caric. num. v. liquir. rasʒß. coq. in ℔iii. aquæ ad consumptionem medietatis: colaturam continuò bibens, his remediis curata fuit. Mulier quædam gravida quæ in octavo mense adeo calculo fuit affecta, ut mingere non potuerit; his autem remediis non tantum lotium reddidit, sed & calculos duos ad pi-

mæ-

magnitudinem, neque fœtui obfuerant remedia, nam nono menſe abſoluto feliciter perperit. *Petrus Foreſtus, obſervat.* 24. *De renum morbis.*

Cuidam mercatori urinæ retentione laboranti ex calculo ureterem obſtruente, hoc decoctum ſequens exhibui, quod licet ſecretum ſit & arcanum, ut vocant, nunc quidem reticere nolo ob communem ægrotantium utilitatem, tale igitur eſt.

℞. Sem. malv. alth. an. ℥iii. cicer. rubr ℥iii. ſem. quatuor frigid. maj. an ℥ii. hord. mund. ℥ii. caric. pinguium num. ix. febeſt. num. vii. liquir. raſ. ℥vi. F. decoctio in ℔ iv. aq. pluvial. ad medietat. conſumptionem, colatura uſui reſervetur, qua continuo utens calculum ſemper excrevit, & urina copioſiſſime effluxit eſt hoc decoctum lubricans ſimul & emolliens, & urinam provocans, hoc modo alii ſimili caſu laborantes in hunc modum ſemper curati fuere, primo injecto clyſtere emolliente deinde fomentis, & linimentis emollientibus, dolorem ſedantibus & renem ac ureterem relaxantibus, poſtea decoct. noſtro cum ficubus, cicere & aliis, ultimo purgatione ex caſſia adhibita. *Petrus Foreſtus obſervat. 29. lib. 24.*

SUBSECTIO SECVNDA.

Pro Urinæ retentione.

RUſticus quidam decem diebus urinæ ſuppreſſione laborabat, pro illo conſultus, hoc Medicamentum præſcribo.

℞. Rad. fœnic. liquir. raſ. an. ℥ß. parietar. malv. viol. agrimon. ſummitat. ribes nigræ, an. M. i. ſem. aniſ. ℥i. m. uvar. paſſar. exacin. p. j. fol. ſen. ℥i. gr. alkikengi, n. ℈. F. decoctio in ℔iii. ſeri lactis ad medietatem, bis in die ſumebat ex hoc decocto, regionem veſicæ tum pectinem inungebat ol. amygdal. d. poſtea adjecto olei ſcorpion. etiam impoſito hoc cataplaſmate.

℞. Parietar. malv. chærefol. florum chamæm. an. M. i. cumin. pulv. ℥i. Rad. alth. vn. i. m. coq. in exigua aqua ad mollitudinem, piſtentur addendo butyr. rec. vn. ii. ol. ſcorpion. vn. i. M. ex decocto, cum ſumpſiſſet, alvus ei ſoluta eſt, & cataplaſmate continuò impoſito, tandem minxit lotium copioſum. Multa ſunt quæ lotium provocant; ſed præcipuè folia ribes nigræ, licet aliquando vehemens ſit, ut ſanguinem ſimul cum lotio educat, ut in hoc ruſtico evenit. *Petrus Foreſtus, Obſ. 18. & ſchol. lib. 25.*

Pro urinæ difficultate cum dolore circa pubem in muliere quinto die partus. Cum fruſtra multa remedio eſſent tentata accitus fui: hoc ſequens cataplaſma pectini appoſito, incantamenti inſtar, cum eandem pro deplorata haberent, lotium liberè reddidit, & ab eo dolore, qui pubem exercebat, fuit liberata.

℞. Parietar. M. ii. chærefol. Mi. m. inciſa ad mollitudinem decoq. add. butyr. rec. vn ii. ol. ſcorpion. vn. i. m. calidè pectini applicetur, ita profuit, ut nullis aliis remediis opus fuerit, ſuſpicabar malum ex frigore contractum; ſola ſæpè parietaria cum oleo ſcorpion. inſtar emplaſtri pectini appoſita (quod experimentum præceptoris mei *Elidæi* erat) profuit, & me rarò fefellit, etiam ubi obſtructio eſſet ab humoribus craſſioribus, præcedente tamen clyſtere emolliente. *Idem obſerv. 8. lib. 25.*

Pro urinæ ſuppreſſione in puero.

℞. Parietar. oleo frixam, & eam calidam ad pectinem ſuperimpone vel inter anum & pudenda; urinam enim ciet. Vel cæpam excavatam accipe in quam infunde oleum anethinum vel commune, & ad cineres calidos, quoad tabeſcat, ſinito & piſtam calidam ſupra prædicta loca imponito; aliorum ac cæparum reſtis minutim cæſa, & oleo, frixa ac admota juvat; oleum lilinum idem præſtat ſed puer hic, quum multa eſſent tentata, ex oleo ſcorpion. inunctus multa minxit, & liber evaſit; radix mea oleo cocta, & pectini applicita, urinam pueris unicè provocat. *Amatus Luſitanus, curat. 10. cent. 4.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Urinæ ſuppreſſione.

SVbſequens emulſio in ſuppreſſione urinæ ultra ſeptimum diem ad miraculum uſque excrevit ſuas vires in muliere qua-

quadam, & est secretum *Divi Maximiliani*, excrevit calculos ultra mille & quingentos, & aliquot mensuras urinæ.

℞. Sem. viol. purpur. ʒß. cum aq. veronic. q. s. F. emulsio. *Carolus Oslevius Epist. antepenult. lib. 3. Epist. & consilio, Cratonis &c.*

Pro urinæ interceptione & difficultate, laudo ego hunc pulverem.

℞. Nucleor. Persic. ceraſor. an. ʒii. sem. dauci, siler. montan. ʒvi. sem. fœnic. d. anis. liquir. an. ʒß. artemis. ʒi. sacch. albiss. ad pondus omnium F. pulvis subtiliss. capiat cochl. i. in vino albo tenui, in eo casu maximè etiam laudo amygdalas amaras, vel iis meliores nucleos persicos comestos: item pulviſculum virgę aureæ vel artemis. vel calam. aromat quem velim cum vino albo tenui absorberi ʒi. vel ʒii. pondere, mirum quam sint ex usu hi pulveres, si in frequentem usum adhibeantur, vel simplices vel mixti. *Reinerus Solenander, consil* 18. *sect.* 1.

℞. Sem. raphan. geniſt. an. ʒiii. sem. bardan. ʒii. croci ℈ß. sacch. ʒiß. F. pulvis: detur una pars manè jejuno ventriculo ex vino albo, altera pars vesperi ante cibum. Inter ea quæ admoventur tria maximi valoris mihi magnoperè probantur. Primum sanguis vulpis calidus renibus illitus; alterum oleum scorpion. cum minima cantharidum in pulv. redactarum portiuncula pariter illitum: tertium est hoc.

℞. Succ. cepæ, petrosel. apii, fœnic. an. ʒiv. cum mica panis F. cataplasma pro renibus. *Ioh. Zecchius, consult.* 30.

℞. Aq. veronic. parietar. an. ʒii syrup de alth. ʒi. M. F. Julepus add. ol. succin. gt. v. exhibe dimidiam partem circa vesperam, alteram manè; repetatur hic clyster alternis diebus.

℞. Rad. malv. alth. an. ʒi. fol. malv. pariet. heder. terrestr. an. M. i. flor. chamæm. melil. an. p. i. sem. fœnic. anis. carvi an. ʒii. F. decoctio in colat. ℔i. dissolv. bened. laxat. ʒß. mell. viol. ʒi. ol. amygd. d. chamæm. an. ʒi. salis ℈ii. F. enema, cum iisdem, herbis aucta quantitate fiat infessus. *Ioh. Petrus Lotichius, observ.* 11. *cap.* 5. *lib.* 4.

℞. Parietar rec. M. iv. decoq. ad cataplasmatis consistentiam, adde ol. lil. alb. ʒii. ol. scorpion. ʒi. F. cataplasma, id linteo duplicato densè inductum calidè fumigi applicetur, cum admiratione illico lotium provocatum quoties admotum, quasi affixa cucurbitula sensit urinæ attractionem. *Augustinus Thonerus, observ.* 10. *lib.* 1.

SUBSECTIO QUARTA.

Pro Vrinæ suppressione.

HOc decoctum præscripsi.

℞. Rad. liquir. ʒi. passul. ʒiß. rad. ononid. vn. ß. cicer. rub. p. i. fol. malv. parietar. an. M. i. flor. chamæm. p. i. F. decoctio, dulcoretur addito sacch. & bibat, insessione quoque ex decocto malv. parietar. chamæm. tepide utatur, his factis urinam denuo reddidit & dolor circa vesicæ regionem quievit. *Felix Platerus, observ. lib.* 2. *pag.* 280.

Ad mictionem provocandam quæ mirè angebat, bibit juſculum sequens.

℞. Cicer. rubr. p. i. rad. asparag. petrosel. an. vn. i. sem. melon. vn. m. coq. addito butyro, bibat, sub vesperam copiosè minxit urinam, cessante iterum mictione dedi hanc potionem.

℞. Sem. nasturt. ʒß. aq. parietar. vn. i. Julepi viol. vn. m. bibat, & repetat. decoctum cicerum, quibus factis immensam denuò urinæ copiam ut prius minxit sine recidiva. *Felix Platerus, observ. lib.* 2. *pag.* 359.

Vir cuidam nobili certis temporibus circiter biduum vel triduum supprimebatur urina, adeo ut nullam reddere poterat; tuncque dolorem & in renibus gravem, & distendentem in vesica sentiebat, donec urina impetu quodam rursùm prosiliret, copiosa, eaque turbida, in qua subsidente, vel colata per pannum, pus & mucus bona quantitate deprehendebantur. Existimavi renum & præsertim dextri, in quo latere magis dolebat aliquam exulcerationem esse, à qua pus in renibus coacervatum mucumque urinæ in ureteres influxum tam diu impedire donec loco cederet, & cum urina eluerentur; metuebam etiam ne calculus quoque aliquis subsit, qui in renum substantia genitus, auctus diuque retentus, illic se

dem

dem fixerit: remediis meis usus rarius & mitius hoc affectu laboravit, inter quę hęc plerumq; profuerunt, quando paroxysmus ille eum invadebat, insessione in balneo utebatur, ex decocto relaxantium & anodinorum simplicium parato.

Bibebat de hoc diluto terebinth. una vice ad ʒiß. quod & si illi non saperet, quia tamen mictio inde mox sequebatur obtemperabat.

℞. Resin. laricęæ vel abietin. puriss. & limpidæ ʒß. vitell. unius, ovi, mell. ʒi. a. gitentur probè in mortario marmoreo, donec albescat & dissolvat lactis cremoris instar: postea adde vin. alb. opt. aq. parietar. & flor. fabar. an. ʒiß. syrup. limon. vel acetos. citri ʒi. agitentur denuò, ut amplius liquescat, servetur ad usum, ex terebinth. vera cypria pilulas parari curavi hoc pacto.

℞. Terebinth. veræ ʒß. sacch. cand. ʒii. syrup. de limon. q. s. F. massa, de qua capiat ʒi. pro vice hebdomadatim, vel si malit in pulvere uti, ejus ʒi. bibat cum vino: paroxysmo interdum adveniente bibit sequens decoctum, uti & alio tempore frequenter.

℞. Cicer. rubr. p i. maceratorum aliquandiu antequam decoquerentur, in aq. rad. fœnic. petrosel. & asparag. rec. vel turionum illius recentium cum pullularent, an. parum. F. decoctio, adde ol. amygd. d. rec. expr. ʒvi. salis tantillum pro uno hausto. Quando dolor immensus erat, ut nulla esset quies, egoque vocatus adessem, ad narcotica progressus, quibus prius non erat usus, cum & somnus obreperet, atque levamen sentiret, mirè laudabat; quę tamen non nisi necessitate urgente summa, illi exhibebam, per pilulas ejusmodi.

℞. Pulv. troch. alkikengi sine opio ʒii. opii ʒß. contriti diligentissimè cum ʒi. sacch. candi, cum syrup. de liquirit. F. massa. Detur pilula ℈i. pondere, vel paulo plus prout operabitur. Hisce potissimum remediis quæ abstergendo obstructiones solvebant, urinam promovebant, dolorem mulcebant, multos annos sublevatus fuit; donec thermas Cellenses adire volens, cum itineri accinctus esset, apoplexia subitò correptus expiravit. *Felix Plat., obs. l. 3. p.* 813.

Fotus admotus reni & ureteri, mox inunctio ex oleo Scorpionum & amygd. d. cum etiam cataplasma ex fæce decocti emollientis cum cepis coctis sub cineribus: eodemque tempore exhibitus julepus sequens.

℞. Succ. parietar. & fœnicul. marin. an. ʒiß succ. limon. & ol. amygd. d. rec. an. ʒi. M. F. Julepus, pro una dosi: intra horam ab assumpto julepo, copiosè minxit & liberatus est. Ad sigillum curationis sumpsit postridie mane bolum ex cassia, rheo, & cremore tartari. *Lazarus Riverius, obs. 29. cent. 2.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Vrinæ suppressione.

NObilis quidam diebus æstivis calidissimis *Lutetiæ Monspelium* veniens, multoque potu ad sitim extinguendam se ingurgitans, quatuor à reditu suo diebus incidit in omnimodam urinæ suppressionem. Usitatis remediis per triduum usurpatis nihil conferentibus, tandem ego vocor, & prædictorum relationem audiens, quæro num dolorem aliquem in lumbis aut pube æger perciperet, aut alias nephriticis affectibus obnoxius fuisset, ille se nullo dictarum partium dolore affici, neque unquam dolores nephriticos passum esse constanter affirmavit; quibus omnibus diligenter perpensis, censui hanc urinæ suppressionem à nullo renum aut vesicæ vitio dependere, sed potius ab obstructione venarum emulgentium, quam humorum multitudo pepererat. Siquidem *Gal. lib. 10. meth. c. 2.* duplicem obstructionis causam statuit, humorum scilicet multitudinem, & eorum crassitiem: ratione multitudinis vasa nimium repleta & distenta, non possunt sese contrahere ad expulsionem, quod manifestè apparet in vesica, quæ à diuturniore urinæ retentione prætermodum distenta, difficillimè interdum urinam excernit, propter contractionis defectum. Huic sententiæ inhærens, phlebotomiam proposui larga manu celebrandam, absolvendam venarum plenitudinem, cui cum acquievisset Medicus ordinarius, extracta fuit sanguinis ℔ i.

at vix hora elapſa à venæ ſectione, ſenſit æger profluentem urinam à renibus ad veſicam per ureteres, & ſe brevi eam redditurum profeſſus eſt; ac paulo poſt matulam petiit, quæ cum unica mictione repleretur, alia vaſa fuerunt afferenda, ita ut intra horæ ſpatium plures urinæ libras excreverit. Sicque omninò liberatus eſt, neque ſumere voluit purgans medicamentum quod in craſtinum ipſi fuerat præſcriptum. *Lazarus Riverius*, *obſerv.* 1. *cent.* 1.

Ioh. Dominicus Sala qui ætatem inter experimenta conſumpſerat, ſemel omni vitæ ſpatio ſe urinam quindecim diebus in viro ſuppreſſam vidiſſe monuit, venis ad pollicis amplitudinem intumeſcentibus, quæ fluente denuo urina inflatum naturalem rediere. Secus urinam ſupra quinque vel ſex dies nunquam meminerat retentam. *Ioh. Rhodius*, *obſervat.* 28. *cent.* 3.

Nicolaus Treviſanus Medicinæ Theoreticæ Profeſſor, jam ætate confectus à veſicæ calculo urinæ vexabatur ſuppreſſione. *Iacobi Zabarellæ* tum Profeſſoris Medici munere atque conſilio, cum lapidem nephriticum brachio aptaſſet; calculum excrevit: ne quicquam ex eo percepit incommodi, poſtquam ipſum perpetuò circumferret. Eandem ejus efficaciam *Ioh. And. Schorargus* celebris Medicus *Patavii* in agricola eſt expertus, qui urina retenta dum valde torqueretur, lapide iſto coxæ interiori admoto; ea protinus effluxit. *Ioh. Rhodius*, *Obſerv.* 30. *cent.* 3.

Lapis Nephriticus maximè laudatus ex nova *Hiſpania* defertur, praſſio lapidis ſimilis, qui ad viridem colorem lacte permixtum tendit, prefertur viridior: ejus præcipua laus eſt ad nephriticos dolores, tum ad calculum expellendum & arenulas. Nobilis mihi notus unum habet, cui nullum alium comparandum vidi; nam eum brachio geſtans, tanta arenularum quantitate liberatur, ut metuens ne noxia ſit tanta ejectio, interdum illum deponat, nullumque tum amplius calculum ejicit: ſed dolore premente, denuò eum geſtans, ſtatim levatur aut minuitur dolor, multarum arenularum, atque etiam calculorum expulſione. Ea etiam occulta facultate præditus eſt, ut ab ejuſmodi dolore præſervat renibus geſtatus, renum calorem mitigando. Duciſſa *Bejar* ter brevi temporis intervallo nephriticis doloribus afflicta, armillam ex eo lapide ſibi confecit, quàm perpetuo geſtat; ex illo tempore (quod decennium ſuperat) eo dolore nunquam vexata eſt. *Nicol. Monardes, lib. De ſimpl. Medicam. ex novo orbe delatis.*

SECTIO TRIGESIMA QVARTA.

De Vrinæ incontinentia.

URinæ incontinentia eſt ejuſdem propter Sphyncterem reſolutum, vel veſicam compreſſam, ſine acrimoniæ & doloris ſenſu, præter voluntatem emiſſio.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Vrinæ incontinentia.

VRina infantium (ut refert *Benedictus Vermenſis*) muribus elixis in cibo datis cohibetur. Ego hoc expertum novi à quibuſdam mulierculis *Delphenſibus*, quę pueris elixos mures commodè dederint. *Petr. For. ſchol. obſ.* 22 *lib.* 25. *De Veſicæ morbis*. Legatur *Obſ.* 22.

Malmundarium anno 1608. vocatus, hydropicam anum curaturus, immanem ex remota platea ejulatum audio, ſciſcitatus quid eſſet, ducor ad juvenem primiparam, cui inepta obſtetrix veſicam laceraverat, ut nc momento urinam contineret. Vnde iugi ſtillicidio excoriata primùm cutis labiorum pudendi, moxque tot ibi verrucæ ſed molles, natæ, ut putem nullius duas manuum volas capere; illas potuiſſet; utraque nates ad os fere eodem lotio exeſa. Iuſſi *Leodium* illam vehi cupidiſſimus curam illam tentandi reclamante Socero meo *Rytio* Medico Doctiſſimo: ut primùm operi me accinxi, informem illam & prægrandem verrucarum molem, magmate illo ex ſtibio crudo & ſublimato æqualiter mixtis, vnde butyrum antimonij deſtillant; densè oblevi: qua ſæpius derasa, die tandem tertio, labia pudoris altiſſimè ſepulta primùm ſe aperuere, & clunium pu-

putris caro exesa vel excisa spem boni successus fecit, ut primum diductis labiis Sphincterem vesicæ observare potui, siphonem argenteum concinnavi, cujus partem breviorem vesicæ immittebam, longiori autem, & quatuor latos digitos extanti lagenam alligabam. Hoc modo urina aliò derivata, ulceribus ad citatricem ductis, sana sibi visa, maritum, cum quo biennio non consueverat, decimo nono postquam *Leodium* venit die, ad se vocat, a quo, cum ipsam artem reponendi siphonem necessariò auferendum in amplexibus docuissem, iterum gravida fœlicius peperit: cæterum urinæ jugi stillicidio cum multa adhibuissem frustra, dimisi hoc uno lætam, quod omni dolore soluta molestam vitam ob lagenæ pondus commodius traheret. Tandem alia occasione *Malmundarium* revocatus, lætissimam offendi, unaque siphonem argenteum offerentem; jam inquit aliquot menses hujus adminiculo non egui, tibi fortè usui aliquando erit. Stupente me, quomodo urinæ illa incontinentia liberari potuisset, ostendit mihi sacculum collo appensum, in quo erat pulvis bufonis vivi in nova olla usti. Hoc à cingaro se edoctam; ab ejus usu nihilo secius urinam se continere, quam ante laceratione m. *Leodium* reversus, hoc secretum nunquam mihi lectum vel auditum in alio experiendum duxi. Appendi itaque collo Mercatoris cujusdam eadem incontinentia ob male sectum calculum, vexati, mirum dictu, etiam hic statim persanatus fuit. Aliam, periculum hujus faciendi occasionem quamvis curiosè quæsiverim, reperire non potui. *Henricus ab Heers obs.* 14. *lib.* 1.

SECTIO TRIGESIMAQUINTA.

De Uteri Cancro.

FRequentius generatur Cancer in uteri cervice, quamvis aliquando & ipsi substantiæ accidere potest. Alius est ulceratus, alius non. Non ulceratus est tumor durus, inæqualis, colore sublivido, venenosus, calidus, perpetuo dolore affligens. Ulceratus verò, est ulcus, quod præter dolorem, tumorem, ac inæqualitatem, labra habet prætumida, dura, & aspectu horrida, ex quo etiam concreta illuvies sordida & livida, interdum etiam subrubra & cruenta sanies emanat, tenuis, nigra & graviter olens. Oritur ex menstruo sanguine adusto, humoribusque calidis & torrefactis ad hæc loca confluentibus. Ex hac causa primò fit scirrhus qui si diu persistat & exuratur humor in cancrum degenerat, primò non ulceratum, postea ob majorem corruptionem & acrimoniam, etiam ulceratum.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Uteri Cancro.

SEquens injectio ulcerato Cancro maximè convenit.

℞. Herb. Roberti, verbasci, scabios. chelidon. min. aneth. sterc. human. an. aq. v. comburantur: de cinere accipiantur ℥ii. aq. solan. vn. vi. excepta in mortario plumbeo pistillo plumbeo agitentur; deinde in uterum injiciantur, Oleum ovorum frequenter ductum & agitatum in mortario plumbeo, donec spissius reddatur, & plumbi colorem contraxerit, efficacissimum est medicamentum. Cinis cancrorum fluviatilium lotus in aqua Solani, permixto pulvere ex plumbo vel antimonio, ulceratum Cancrum curare dicitur & creditur: quod si non curat saltem mitigat, exsiccat & depascentem cohibet. *Petrus Forestus schol. obs.* 47. *lib.* 28. *De Mulier. Morbis.*

Inter topica sequens cæteris præcellit.

℞. Ol. ex vitell. ovor. vn. ii succ. solani & veronic. vel sempervivi an. vn. ß. Mercur. crudi dr. ii. agitentur in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, donec crassitiem linimenti acquirant in uterum immittatur hoc linimentum cum turundis oblongis, vel candelis cereis linteolo obvolutis. Injectiones multò facilius immitti poterunt in hunc modum compositæ.

R. Aq. hord. lb. m. aq. solan. & plantag. an. vn. ii. aq. veronic. vn. i. trochis. alb. rhas. dr. ii. sacch. Satur. dr. i. F. injectio. Si dolor atrociter urgeat, ad vn. iv. injectionis, syrup. papav. ℥. i. Foveatur etiam pars affecta aqu. solani & plant. vel eorum decoctis: quibus

addi poterunt folia nymphææ, papav. alb. roſæ rubræ & camphora. Quod etiam decoctum iniici frequenter poterit in uterum, fietque multò efficacius, ſi in mortario plumbeo agitetur, vel ſacch. Saturni eidem permiſceatur. Inter ſpecifica commendantur ranæ lotæ & coctæ, & cataplaſmatis loco impoſitæ: vel earum decoctio per injectionem adhibita: tum etiam decoctum aut ſuccus Cancror. fluviatil. in uterum injectus; ſicuti & herba Roberti ſumpta vel admota.

Cogimur aliquando, propter immaniſſimum dolorem, ad narcotica recurrere, quæ in hoc affectu, propter intenſum humorum fervorem, minus nocent: & vidimus nos mulierem Cancro in mamma laborantem, quæ ſingulis noctibus; per quatuor menſes, laudan. gr. ii. vel iii. innoxiè & cum maximo ſolatio ſumebat. Si ex Cancro ulcerato multus ſanguis prodeat, ut ſæpe fit, iniiciatur in uterum ſuccus plantag. cum tantillo thuris. Sed ante omnia inſtituantur univerſales evacuationes *Lazarus Riverius*, *prax. med. l.* 15. *c.* 10.

SECTIO XXXVI.

Pro Uteri dolore intenſo ex frigore.

NIhil quicquam huic magis profuit, quàm caſtor. ℈ii. cum vini rhenani exiguo ſumpti. Alteri etiam mulieri cui cum dolore ventoſitas admixta erat, exhibui pulv. rad gentian. ℥i. cum vino generoſo. Nihil enim æquè dolori ſubvenit, ut rectè dixit *Benedictus Veronenſis*, quàm caſtoreum, ſi ex frigida cauſa fuerit, ſive potum, ſive illitum; ita & gentiana trita mirè prodeſt ex vino calefacto pota, ſi ex vento fuerit, nam & imminentem arcet dolorem. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 40. *lib.* 28.

SECTIO XXXVII.

Pro Uteri Ficis.

Gvainerius mulierem hoc morbo laborantem poſt univerſalia remedia ita curavit. Capiebat picem *Hiſpanicam* & pulverizabat in terreo vaſe, ſupra quàm laridum ignitum inflammatumq; guttatim ſtillare fecit, ut ſic pix liquefacta in formam unguenti coiret; eo oblinebat uteri hæmorrhoides & ficus, & ſic dolorem ſedabat. Modo etiam accipiebat butyrum rec. & in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo ad formam unguenti cogebat, coque mirabiliter dolorem ſedabat, & ubi ardor inſignis eſſet cum dolore, hoc unguento commodè utebatur.

℞. Unguenti popul. ℥iii croci ℥ii. opii ℥i vitellum unius ovi rec. incorporentur ſimul, & locus affectus inungatur: magnæ admiratione dolorem ſedat. Conſului ut noſtra Matrona iiſdem remediis uteretur. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 54. *libro* 20.

SECTIO XXXVIII.

De Uteri furore.

FUror Uterinus eſt ſpecies quædam maniæ ab intenſo & effrenato coeundi appetitu orta, qui mentem de ſua ſede dejicit, ita ut laborantes obſcœna & impudica verba paſſim effutiant, abjecta omni verecundia Venerem furioſè expetant, & ad eum viros invitent. Cauſa eſt feminis copia caliditas, & acrimonia in vaſis ſeminalibus immodicè turgens.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Uteri furore.

PHlebotomia ſæpius, prout vires ferre poterunt, celebranda eſt, ut tota humorum maſſa, & ipſe uterus refrigerentur, & ſanguis fervidus ab uteri venis revellatur. Poſtmodum purgatio inſtituenda eſt benignioribus compoſita, bilem aut melancholiam educentibus, prout alteruter humor redundaverit. Purgationi ſuccedent julepi præparantes humorem peccantem refrigerantes ſcilicet & leviter aperientes, per triduum uſurpandi. Mox purgans validius exhibendum erit ad humores illos penitus infixos evellendos, cui uſui conferre poterunt illa medicamenta purgantia, quæ in maniæ curatione fuere deſcripta, quæ per intervalla erunt repetenda.

Inte-

Iterata purgatione ad uterum, & universum corpus refrigerandum, humorisque fervorem temperandum, sequens balneum erit utilissimum, idque pluries in morbi decur fuerit repetendum.

R. Fol. lactuc. salic. nymphæ, viticis, portulac. umbilic. ven. an. fasc. i. flor. viol. nymphæ & ros. an. M. ii. coq. omnia pro balneo, quod ingrediatur tepide, sine sudore, bis in die longè à pastu.

Ad ulteriorem corporis refrigerationem serum lactis per multos dies exhibeatur. Proprietate specifica semen extinguunt sequentia.

R. Fol. nymph. salic. viticis, an. M. iv. fol. lactuc. portulac. umbil. vener. an. M. i. sem. quatuor frigid. mai. lactuc. & papav. alb. an. vn. ß. aneth. ℥ii. flor. nymph. & viol. an. M. i. contund. omnia recentia, & irrorentur succo limon. & destillentur in B. M. ac singulis aquæ libris adde camphoræ ℥i. Capiat vn. i. frequenter. Vel ex prædictis simplicibus fiat decoctio, & saccharo dulcoretur ad plures doses addendo camphoræ parum, vel fiat emulsio ex sem. frig. mai. lactuc. & papav. alb. extracta cum aqu. nymph. lactuc. & salicis, cum syrupo violaceo. Opiata in hunc modum præscribi poterit.

R. Conserv. flor. nymph. viol. & vrticis, an. ℥ß. Conserv. ros. vn. ß caulium lactuc. condit. vn. i. corall. & smaragd. præp. an. ℥i. cum syrup. viol. & nymph. F. Opiata.

In summa delirii vehementia somnum conciliantia utilissima sunt tam interna quam externa. In toto morbi decursu clysteres refrigerantes & blandè purgantes usurpandi sunt, cavendo ab acrioribus & vehementer purgantibus.

Injectiones etiam fieri possunt in uterum ex decoctis herbarum pro balneo aliisque remediis præscriptarum, quibus utiliter Sal Saturni addi poterit. Clysteres frequentes ex oxycrato ad hoc quoque conferre poterunt. Exterius linimenta refrigerantia, lumbis, pubi & perinæo admovenda sunt, ex ol. nymph. unguento rosac. vel albo refrigerante cum succis solani hyoscyami, nymphææ dissolutis, addendo parum camphoræ; tum lamina plumbea perforata supra renes continuo gestanda. Ratione causæ hujusmodi virgines viro juveni ac valido jungantur. *Lazarus Riverius, prax. medic. lib.* 15. *cap.* 5.

SECTIO XXXIX.

De Uteri Hydrope.

HYdros Uteri est ejusdem tumor præter naturam ex collectione seri, pituitæ, aut flatus, intra illius cavitatem, aut propriam substantiam & membranas, propter debilitatum calorem nativum & malam proprii alimenti coctionem. Una causa est uteri ipsius intemperies & debilitas ex partu laborioso, abortu frequenti, aut frigore externo, contracta: alia verò, est eadem quæ & hydropem universalem producit: aqua autem ex abdominis capacitate cæcam & inusitatam sibi viam parat in uterum. Plurimùm etiam facit ad hydropem uteri accersendum mensium diuturna supressio. Hujus morbi signa sunt, tumor imi ventris laxus & secundum uteri formam extensus, in ambulando gravitas & spirandi difficultas, & menses inordinati, pauci, pravi, aut eorum defectus, uteri oculi gracilitas & humiditas, mammarum mollities & lactis carentia, dolor imi ventris & lumborum, rigor ac sæpe febris.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Uteri Hydrope.

℞. FOl. sabin. matricar. puleg. sem. dauci an. p. i. rad. apii & rub. tinct. an. ℥i. bulliant in brodio pulli columb. S. A. cujus ℥vii. vel viij. propinetur jejuno ventriculo: præmissis cataricis, egregiè ita purgatur uterus. Hoc decoctum efficacissimum reddetur, si immediate prius una ex infrascriptis pilulis exhibeatur.

R. Castor. opt. mirrh. rubiæ tinct. an. ℥ß. croci ℈i. succ. limon. q. s. F. Pilulæ ix.

Ad summovendum verò uterinum tumorem, & humorem discutiendum, non ignobilem locum obtinet quod sequitur medicamentum.

2ℓ. Borac. mineral. ʒß. croci ϑß. cum ſucco ſabin. in formam boli reducantur, & bis in hebdomada devoretur. *Ioh. Zecchius conſult.* 30.

Ventoſitati Uteri mirabiliter prodeſt experimentum quod eſt à nuce moſchata.

2ℓ. Nucem moſchatam integram, ſeca in quatuor partes, & applicato rectà infundibulo ad orificium uteri, particulam nucis ſuper carbones projice ardentes, ut fumus rectà per canalem in ipſum uteri fundum quodammodo ferri poſſit; id ſemel atque iterum, imò tertia vice experire, ſi non proceſſerit ab initio, & tandem ventus intercluſus cum bombo, & motu totius corporis penitus cum impetu proſiliit, & mulier ſanatur. Hoc modo juvenem mulierem, curavi, & aliis omnia fruſtra tentantibus. *Ioh. Hartmannus, pract. Chym. p.* 279.

SECTIO XXXX.

Pro Uteri procidentia.

SUbtus ſuffumigabatur corio anguillæ ſalitæ exſiccatæ in furno, & pulverizatæ manè & ſerò, quod maximè à *Gentili* commendatur ad uteri præcipitationem, & ego feliciſſimo ſucceſſu uti ſoleo, etiam ad inteſtini recti foras prolapſum, Suffumigabatur quandoque ex pulv. lanæ arietis nigri, quod remedium à proprietate juvat. Inter cætera laudat *Mercatus* in hoc affectu lapidem magnetem ſupra umbilicum, & rationabile eſt remedium; ſed propter defectum non eſt factum. Fiebat quoque ſuffitus ex rebus fœtidis, ut ex pennis combuſtis, ex limatura plumbi, &c. Sed circa res fœtidas, & malè olentes illud perpetuò eſt obſervandum, ut nunquam his utamur, niſi res odoratas auribus admoveamus, nam res fœtidæ ſolent ſyncopen inducere, *Epiphanius Ferdinandus, hiſtor.* 39.

Cauterium actuale ignitum manu oſtentetur, ac ſimulet Medicus, vel Obſtetrix velle partem tangere, ita enim Natura retrahitur, & cum ea uterus ipſe, aut pars aliqua quæ extra propineat. Vel ſi mulier timidiuſcula ſit, vivi mures filo ligati cruribus repentè ſubmittantur. Retulit mihi Chirurgus quidam exercitatiſſimus, vulnus quendam in ventre accepiſſe, per quod inteſtina egrediebantur, quę ut reducerentur in ſuam ſedem, nullum aliud medicamentum profuiſſe quam candens fermentum magnum, quod coram Patiente manu geſtans vulneri applicaturum finxit, ejus rei ſubito terrore è veſtigio inteſtina in locum ſuum reducta fuere. *Rodericus à Caſtro lib.* 2. *De morb. mulier. cap.* 16.

SECTIO XXXXI.

De Uteri ſcirrho.

SCirrhus uteri ejuſdem tumor durus ac citra dolorem retinens, à craſſo terreſtri & fæculento humore procreatus: oritur ſæpe ex male curata inflammatione, ob nimium vel refrigerantium vel diſcutientium uſum, à ſanguine item melancholico, aut pituitoſo nondum exuſto in uteri aliqua parte collecto: ſigna ſcirrhi ſunt, tumor durus, tactuique renitens ſine dolore, ſi legitimus ſit; cum dolore ſi ſpurius, menſes initio ſuppreſſi aut diminuti, creſcente malo, magnus quandoque ſanguinis fluor, corporis gravitas & ad motum ineptitudo: ſi ſubſtantiam affligat, in dorſo & coxa dolorem excitabit; ſi verò ipſius cervicem, digiti contactu explorabitur: à mola diſcernitur; quod, menſes vel ſupprimuntur, vel ſi fluant, ordinem ſervant, in mola autem, ſi fluant, inordinariè fluunt, in mola etiam mammæ lacte turgent, in ſcirrho verò extenuantur.

SUBSECTIO UNICA.

Pro Uteri ſcirrho.

CUm robuſta eſſet, ſanguis ut extraheretur mandavi; exhibui etiam ſyrup. roſ. pallid. cum foliis ſenæ, adiecto pauxillo elect. de hiera, deinde appoſui emplaſtrum de mucilagin. & de melil. poſtea & emplaſtrum de amoniaco, ſed prius inunxi hoc linimento.

2ℓ. Mucilagin. ſem. lini fœnugręc. althææ malv. an ʒv. ſucci ireos ʒiii. pingued anatis gal-

gallin. anſerv. an. ℥vi. ol. cheirini ℥iß. bulliant. ad conſumptionem ſuccor. deinde adde croci ℥ß. cum ceræ F. unguentum: commendatur à *Nicolao*, his remediis hæc optimè habuit.

Ad partem emolliendam fiat hic fotus ex *Rondeletio*.

℞. Rad. lil. alb. biſmalv. cucum. agreſt. an. ℥iii. artemiſ. tertiam partem manipuli unius, ficuum paria xx. ſem. lini fœnugræc. an. ℥ii. flor. chamæm. viol. melilot. an. p. i. F. decoctio in aq. & oleo dulci, qua foveatur regio uteri; ex reſidentia piſta & tranſmiſſa fiat cataplaſma, quod applicetur poſt fotum, deinde utatur ſequenti unguento.

℞. Butyr. rec. axung. porcin. an. ℥i. pingued. gallin. anatis, anſer. an. ℥iß. ol. amygd. d. & lilior. an. ℥iii. mucilag. ſem. fœnugræc. extract. cum vino albo ℥i. terebinth. & ceræ q. ſ. F. unguentum quo utatur poſt uſum fotus; & poſt uſum unguenti rurſus redeat ad fotum, & iterum ad unguentum. His præſidiis aliquando uſus ſum commodè in vidua quadam, in qua durities erat totum ferè uterum occupans; ſequens quoque valde utile eſt.

℞. Opoponac. bdell. ammoniac. an. vn. i. ſtyrac. myrrh. an. ℥ß. propol. verę ℥i. rad. irid. ℥i. croci dr. ß. diſſolv. lachrymę in oleo lil. & amygd. d & vino malvatico, & depurentur; quibus adde terebinth. & ceræ parum F. unguentum. *Petrus Foreſtus*, *obſerv.* 45. *& ſchol lib.* 28. *De morbis mulierum*.

℞. Emplaſtr. de melilot. & de mucilag. an. ℥i. gummi ammoniac. in aceto ſolut. & traject. & iterum inſpiſſat. ℥ß. cum ol. lilior. F. emplaſtrum debitæ magnitudinis ſuper alutam extendendum & regioni uteri applicandum poſt inunctionem & quinto quoque die renovandum. *Lazarus Riverius*, *obſ.* 38. *cent.* 1.

Inter præſidia præcipua, quæ ad emolliendum ſcirrhum, priſcorum & juniorum ſagacitas adinvenit, chalybs eſt, cujus uſu lapidoſas durities promptè liquari vidimus: fœmina quædam ex menſtrui retentione malè habens in uteri regione tormina perſenſit, apparuit etiam in pubis regione tumor aliqualiter durus, & indolens, qui ab ovi magnitudine incipiens, ita quinquennio excrevit, ut cucurbitam rotundam magnam præſentaret, in cujus profundo, tactu murmur percipiebatur; expurgatum corpus ſæpiſſimè ſudorifica fotus, unguenta, cataplaſmata varia adhibita. Sed omnia hæc, etſi utilia, nullam commoditatem attulere; tandem ſolo chalybis uſu per duos menſes exhibiti omninò reſolutus eſt tumor. *Zacutus Luſitanus*, *obſ.* 88. *lib.* 2. *Prax. Medic. Admirand.*

SECTIO XXXXII.

Pro Uteri ſuffocatione.

INter alia exhibui flores nucum juglandium: eſt enim floris iſtius mira efficacia in ſedando ſtrangulato utero, & habet vim etiam evacuandi. Soleo autem dare ℥ii. cum brodio pulli, vel cum quavis aqua hiſterica. *Ioh. Scroterus* apud *Ioh. VVittichium*, *conſil.* 54.

In ſuffocatione uteri uti ſoleo ſequenti pulviſculo hyſterico, qui me nunquam feſellit.

℞. Fœcul. bryoniæ ℈ii. margar. præp. ℈i. caſtor. xxi. ol. ſtillat. rutæ, ſucc. alb. an. gt. v. M. F. pulvis, dividatur in tres partes æquales. Et repetitim, ſi opus fuerit, ori infundatur cum vino calido, in quo tantillum maceris & croci ebullierit. *Baldaſſar Timæus*, *caſ.* 17. *lib.* 4.

Atriplicis olidæ folia contuſa cum ſaccharo conſervam faciunt hyſtericis utiliſſimam. *D. Needham*, referente *Ioh. Rajo* Catalogo Plantarum *Angliæ*.

SECTIO XXXXIII.

Pro Uteri ulcere.

IN utero ſed præcipuè in ejus cervice & collo ſæpius contingunt ulcera, quæ pro parentibus agnoſcunt acres & erodentes humores, inflammationem, luem veneream, malignam gonorrhæam, partum difficilem, lochia poſt partum diu retenta, & ſecundinas corruptas: externæ cauſæ ſunt acria Medicamenta, violentus concubitus, caſus, percuſſio vulneratique, ſigna ſunt, dolor in ea parte acris & punctivus, ſanies & pus per intervalla ex ute-

ro per ſe, aut cum urina profluens, dolor ſincipitis, animi quandoque deliquium & febricula.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Uteri ulcere.

PRæmiſſis venæ ſectione & purgatione, & julepis bilem & acrimoniam contemperantibus, ad ardorem & intemperiem tollendam imperavi, ut ſuccum burſæ paſtoris & plantag. aliquando injiceret cum lacte muliebri, & exterius cum iiſdem ſuccis lavaret; vel cum panno lineo applicaret. *Valeſcus* utebatur aqua frigida: novi (inquit) aliquas mulieres quæ ſentientes ſe habere ejuſmodi ulcera lavabant ea cum aqua frigida, mundabant, deinde & cum pannis lineis exſiccabant, & in matricem mittebant frequenter, atque iiſdem præſidiis ſæpè mutatis hæc ipſa ſepius per ſe ad integram curationem ſufficiebant. Ablata intemperie ad detergentia devenimus, hoc optimum mihi videbatur quod ex ſero lactis conſtabat cum pauco ſaccharo: quod ut injiceretur jubebam ad ulceris deterſionem: poſtea etiam adjecto melle, & ſyrup. de roſis: aliquando etiam conſulvi, ut injiceretur decoctum lentium & plantag. & agrim. decoct. abſinth. niſi non convenit quando ulcus eſt ſordidum, deterſo ſatis ulcere aqua hordei & melle roſato, mandavi ut unguentum conficeretur ex tutiæ ablutæ & præpar. partibus duabus cadmiæ, litharg. argent. ſarcocoll. an. part. i. cum ol. roſ. vel aq. plantag. inungatur; demum deventum eſt ad unguenta partem reſiccantia, ut ad unguentum diapompholig. & de ceruſſa, & ſic egregie curata fuit. *Joh. Tiengius* Medicus *Amſtelrodamenſis* nobilem ſe matronam hoc modo ab ulcere uteri reſtituiſſe dicebat dabat de quarto in quartum diem ℥v. decocti ſenæ epithymi, roſ. rub. myrobal. ind. & clyſterem ſubinde in partem affectam injici mandabat ex aqua tepida decoction. ſenæ, epithym. fumar. flor. cham. roſ. cui terebinthinæ exigua, mel. roſac. & hordei farina injecta erant, deinde peſſos in uterum ſeu os uteri ponebat.

℞. Mell. roſac. ℥ß. farin. lupin. ſiligin. fœnugræc. farcocoll. an. ℥ß. F. peſſi ſi pruritus aut dolor adeſſet, iiſdem addebat ſemen papav. hyoſcyam. & camphoram. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 48. *lib.* 28. *De Morb. Mulier.*

Succus urticæ cum pueri urina miſtus abluendo injectus ulcer. uteri mirificè ſanat. *Felix Platerus, practic. tom.* 2. *cap.* 14. *pag.* 575.

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Uteri cervicis ulcere.

PRimò unguentum ſequens dolores ulceriſque cauſa præſcripſi, ut illud cum panno lineo diſcerpto uteri cervicis intruderet.

℞. Mucilag. ſem. pſyll. factæ cum aqu. roſ. ℥iii. vitell. ovi, num. 2. troch-alb. *Rhaſ.* cum opio butyr. rec. an. ℥m. F. inſtar unguenti deinde utatur hac injectione cum ſyringa.

℞. Aq. ſolan. plantag. roſ. an. ℥ii. opii, diſſolut. ℈i. alb. ovor num. 1. ol. roſac. ℥i. agitentur probè, lenimen ab hiſce & præſertim unguenta maximum ſenſit, quare illius uſum poſtea ſemper continuabat: poſt dies aliquot, diverſionis gratia, cum adeo copiosè ichor urens efflueret, dedi illi mannæ ℥iß. in juſculo, & quia mire eam augebat fluxus ille, idque præſertim peracto menſtruo fluore dedi ſequentem potionem noctu cubitum ituræ.

℞. Aq. plantag. & roſ. an. vn. i. ſyrup. de papav. ℥iii. trochiſc. alkikengi ſine opio & ſacchar. roſ. tabul. an. ℥ß. M. F. potio varia ſunt ſubinde exhibita purgantia. Cum rediret per vices ardor & cruciatus, qui tamen ſemper uſu unguenti ceſſabat, dedi ſeq. emulſionem ut aliquoties biberet.

℞. Emulſionis iv. ſemin. frigid. maj. fact. cum ac. roſ. & plantag. an. ℥vi. item injectionem novam ordinavi ſic.

℞. Troch. alb. rhaſ. cum opio ℥ß. mucilag. ſem. pſyll. cum aq. roſ. extract. ℥ii. infuſion. gummi tragac. ℥i. fact. cum aq. plantag. ℥ii. miſc. & injiciantur cum lacte: ſuffitum hunc quoque per infundibulum, injecto pulvere ſequenti ſuper carbo-

carbones excipiebat ſingulis matutinis, quem valde probat.

℞. Thur. maſtich. an. ʒi. F. pulvis pro ſuffitu.

Ad ſanationem ulceris hanc injectionem præſcripſi: nihilominus ſemper in uſu unguenti perſeverans, quod omnibus præſtabat.

℞. Rad. conſolid. ʒi rad. biſtort. ʒß. alth. ʒvi. fol. plantag. equiſeti, conſolid. *Sarac.* an. M. i. ſem. lini, ʒi. ſem. pſyllii. ʒii. hord. p. i. F. decoctio, in colat. ℔i. diſſolv. mell. roſat. ʒii. ſacch. rubr. ʒi. M. pro injectione purgato iterum corpore, uſa eſt per vices ſequenti pulvere.

℞. Oſſium dactyl. ʒii. pulv. equiſeti ʒi. corall. rubr ℈iß. ſacch roſ. tab. ʒiß. ſang. drac. dr. m. F pulvis tenuiſſ. horum uſu cœpit ita ſanari, ut in publicum prodire poſſet; verum poſt 3. menſes, iterum fluor licet minore quantitate admodum tamen acris rediit. Poſtquam per quatriduum purgata erat, hac uſa eſt inſuſſione,

℞. Rad. conſolid. herb. conſolid. alchymill. plantag. equiſet. heder. mal. chamæm. an. q. ſ. add. ſem. lini & gypſi uſti ſcutell. i. coq. in aq. pluviali, add. aq fabrorum extinctionis ferri: hac inſuſſione uſa eſt per menſem integrum ſemel in die ad duas horas; & quoties è balneo egrediebatur, ſuffitum hunc admittebat.

℞. Thur. maſtich an. dr. iii. benjoin. ſtyrac. calam. an. ʒm. ſuccini, dr. ii. F pulvis craſſus, pro ſuffitu, injiciebat interim continuò troch. alkikengi diſſolut cum lacte caprino, dolore urgente cum opio, poſtea ſine eo, & ſic tandem integrum reſtituta eſt. *Felix Platerus, obſerv. lib. 2. pagin.* 480.

SECTIO XXXXIV.

De Vulnere.

VUlnus) Græcè Τραῦμα in τιτρώσκω vulnero) eſt unitatis in parte molli à reſecante & acuta, cæſim vel punctim facta ſolutio. Cauſæ ſunt, omnia armorum genera, & dentes animalium. Vulnerum variæ ſunt differentiæ, una petitur ab ipſius vulneris natura, & ſic aliud eſt rectum, aliud obliquum, aliud magnum, aliud parvum, aliud profundum, aliud ſuperficiale, aliud in carne muſculoſa, aliud invenis aut arteriis, aliud in tendinibus & nervis, aliud in ligamentis & articulis, aliud ſine, & aliud cũ contuſione, alia rurſus differentia ſumitur à modo inflictionis ſecundum quam, vulnus aliud eſt cæſim illatum, aliud punctim inflictum, aliud per globum bombardicum illiſum, aliud dentibus aut aculeis inflictum. Tertia differentia ſumitur à parte affecta, & ſic aliud eſt partium internarum, ut cerebri, cordis, jecoris, lienis, ventriculi, inteſtinorum, uteri, veſicæ, &c. aliud externarum, ut capitis oculorum, naſi, brachiorum, thoracis, dorſi, ventris, &c. Quarta differentia petitur ab eventu, juxta quam aliud eſt ſecurum, & facilè curabile, quale eſt quod cuti & carni enſe infligitur, aliud rurſus malignum, curatuque difficile, ut quod nervis, ligamentis, & oſſibus infligatur; aliud denique lethale, ob nobilitatem & præſtantiam partis affectæ, vel quia ab armis intoxicatis infligitur, aut morſu animantium venenatorum.

SUBSECTIO PRIMA.

Pro Vulnere.

DEſcribam hic aquam paratu facillimam, qua vulnera ferè omnia ad miraculum ſanantur. Fit in hunc modum.

℞. Aq. vitæ opt. vini ter deſtillatæ ℔vi. hyperic. hyſſop. millefol an. M. ii. thur. myrrh. pulv an. vn. ℥ii. infund. per quatuor dies. Poſtea deſtillentur per balneum vel arenam, bene obturatis capello recipiente. Aquam deſtillatam ſerva in vaſe vitreo benè clauſo. Cum aqua hac poſt unionem perſuturam totum vulnus madefiat. Imò hæc aqua ter deſtillata cum infuſione prædictarum herbarum & pulverum per octo dies habet facultatem ſanandi omnia vulnera, infundendo illam, & ſuperimponendo linteum madidum in ea, & ſuperinfundendo pulveres.

℞. Thur. maſtich myrr. ſarcocoll. boli arm. ſang. drac. an. part. æqu. pulv. M. & ſupra ſuturam illam aquam madidam inſperge, & ſupra impone peſſulam oleo terebinth madidam, & liga; nec ſolvas, uſque ad quar-

quartum diem ; & quotidie ſemel vulnus ligatum fove, & madefac eadem aqua vitæ. Quarto die ſolve ligaturam reperies vulnus conglutinatum. Quod ſi non reperias, rurſus eadem facito, & per tres dies non ſolvas, madefaciendo vulnus quotidie ut ſupra; poſt tertium diem ſolve, & rurſus cura ut ſupra, uſque ad duos dies; nec multum ſollicitus ſis de diæta, quæ tamen ſit accurata. Do tibi ſecretum maximum facilè parabile, ad curanda fere omnia vulnera; quo ſi recte uti ſciveris, lucraberis multam pecuniam *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult. 9.*

Habet hoc oleum vim curandi omnia vulnera & ulcera. Ita fit.

℞. Olei commun. antiq. ℔x. reſin. pini, terebinth. ceræ, an. ℥ii. hyperic. roriſmar. roſ. milleſol. an. M. iß. croci ℥i. pingued. porci rec. ℥vi. bulliant in balneo M. quo oleo calidiſſimo quantum ferre poſſit æger, quidam omnia vulnera curabat. Ad ulcera quoque maxime confert. Aliud.

℞. Aq. vitæ opt. & generoſi vini pluries circulatæ, q. v. ponatur in boccia vitrea colli longioris: diligenter obturetur os, digeratur per viginti dies, ſub fimo equino calido, ita tamen, ut ſuperior pars ſit extra ſtercus aeri expoſita; apparebit poſt viginti dies aqua cærulea ſupra fæces, quæ erunt coloris albi: ſeparetur hæc aqua paulatim per inclinationem à fæcibus, & reponatur in vas vitreum bene obturatum ad uſum. Hæc eſt illa aqua qua (ni fallor) nuper quidam utitur *Venetiis*, ad curanda omnia vulnera ad admirationem uſque. Vocatur hæc aqua a nobis divina. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult. 16.*

Pro Vulnere Sclopeti in brachio.

Fiat digeſtio ex terebinth ovi luteo & oleo roſac. In eandem intentionem præ cæteris laudatur oleum catulorum, quod omnibus digeſtivis anteponendum eſt. Eſt enim huic oleo vis mirifica, tum ſedandi doloris, tum puris in ulcere maturandi. Si verò tale oleum non adſit, digeratur vulnus hoc digeſtivo.

℞. Ol. ſem. lini & lil. alb. an. vn. iii unguenti baſilici ℥i liquefiant ſimul, quo oleo calenti madefiant penicilla, & intromittantur. Suppurato vulnere, abſtergendum eſt & mundificandum ita.

℞. Terebinth. cum aq. roſ. lotæ ℥iv. ol. roſ. ℥i. mell. roſac. ℥iii. myrrh. aloes, maſtich. ariſtol. rot. an. ℥iß. farin. hord. ℥iii. M. quo abſtergetur ulcus & caro gignetur; Si ob longitudinem ſinus medicamentum non poſſit attingere omnes partes, per interjectiones abſtergendum erit ita.

℞. Aq. hord. ℔i v. agrimon. cent min. pimpinell. abſinth. an. M ß. rad. ariſtol. rot. ℥ß. F. decoctio ad ℔i. colat. add. aloes, hepat. ℥iv. mell. roſac. ℥ii. bulliant parum F. injectio intra ſinum. *Rodericus à Fonſeca, tom. 2. conſult. 2.*

SUBSECTIO SECUNDA.

Pro Vulnere.

PRo vulneribus maximus erit uſus linimenti vel balſami cujuſdam à nobis inventi, cujus ea vis eſt, ut concoquat, digerat, mundificet, & carnem etiam inducat; cujus certiſſimi in omni periculo faciendo uſus nunquam me pœnituit. Ejus deſcriptio talis eſt.

℞. Terebinth. claræ, & empl. de gummi elemi, an. ℥iß. pingued. caſtrat. ℥ii. pingued. porcin. antiq. ℥i. liquefiant ad ignem, & F. linimentum, quoad ignem liquefacto, gallinaceæ plumæ extrema vulnera leviter inungatur. Hujus balſami vis ſatis laudari nequit. Hoc etiam emplaſtrum optimum comperimus.

℞. Ol. roſat. viol. chamæm. an. ℥ii. axung. gallin. & medull. crur. vituli, an. ℥i. vermium terreſtr. vino nigro lotor. ℥ii. butyr. rec. ℥iß. mucilag. alth. ℔i. bulliant omnia ſimul uſque ad conſumptionem mucilag. Deinde colentur. Colaturæ adde lithargy. ſubtiliter tritur. ℥v. minii ℥vi. cum ceræ alb. q. ſ. F. ceratum, addendo terebinth. ℥iiß. maſtich. ℥i. F. ceratum. Omnibus recentibus vulneribus utile imprimis eſt: eo optime pus concoquitur & expurgatur, & caro demum inducitur. *Franciſcus Arcæus. De curand. Vulneribus lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 5.*

Pro Vulnere ſimplici in carne.

Statim huic candidum ovi (ut fieri ſolet) agi-

agitatum ſtupa canabina expertum admotum eſt: deinde ſuto vulnere, appoſitus eſt hic Pulvis rubr.

℞. Bol. armen. terr. ſigil. an. ʒvi. thur. maſtich. ſarcocoll. an. ʒiiß. myrrh. aloes, an. ʒiß. tragacanth. piſti, ſang. drac. an. ʒi. farin. hord. & fabar. an. dr. m. F. pulvis qui cum ovi candido liquore agitetur, donec in corpus unum coeat, quod glutinis inſtar lenteſcat, poſtea ſtupis lenibus excipiendum erit medicamentum, & ita vulneri admovendum. Supra quod & aliæ ſtupæ ſolo ovi albo imbutæ, & intra pannum lineum eodem madefactum liquore involutæ apponendæ ſunt. Sed & ſupra vulnus, nulla alia intercedente materia, pannus aliquis tenuis prædicto liquore imbutus admoveri debet, ne ſcilicet dum removentur ſtupæ, futuræ jam factæ fila abrumpant aut dilacerent. Loca etiam circumjacentia oleo roſac inuncta fuere. Primus hic apparatus uſque in quartum diem mutari non debet: quod ſi poſt quartum diem tranſactum, vulnus non coaluerit, vino aliquo ſtiptico calente abluendum eſt. Deinde ſtupæ prædicto vino imbutæ & expreſſæ ſuper ipſum vulnus apponendæ erunt, quas & quotidie mutare oportebit. Intra enim paucos dies hoc modo vulnus adglutinabimus & perſanabimus. Vinum omnis vulneris, qua vulnus eſt; optimum eſt medicamentum; ſiccat enim & adſtringit. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 23. *& ſchol. lib.* 6. *Obſerv. Chirurg.*

Pro Vulnere cavo.

Chirurgus quidam hoc medicamento ad vulnus carne implendum, & ad deperditam carnem generandam feliciter cum linamentis utebatur.

℞. Terebinth. ʒiii. ol. myrtin. ʒii. reſin. pini, colophon. an. ʒi. thur. ʒiß. ſang. drac. vn. i. ceræ parum. F. unguentum. Eſt unguentum quoddam, ſine quo eſſe nolo, vocatum, in generando carnem apprime Nobile, & tale eſt.

℞. Thur. myrrh. an. ʒii. ſang. drac. ʒ. m. picis græc. & navalis, an. ʒi. cent aur. vn. m. terebinth. reſin. pini, an. vn. m. ſævi vaccin. vn. m. ceræ vn. iß. ol. q. ſ. F. unguentum. *Idem obſerv.* 25. *& ſchol. lib.* 6. *Obſerv. Chir.*

Vulneribus carne repletis, cicatricem inducere ſolebat. *Ioh. Carpus* inſignis Cgirurgus modo cum unguento de ceruſſa, modo cum tetrapharmaco. Sed & hoc ſequens unguentum cicatricem inducit.

℞. Terebinth. ʒß. ol. roſ. myrtin. an. ʒi. ſævi caſtrat. ʒii. ceræ ʒiii. litharg. plumbi uſti, minii, ceruſſ. an. ʒiii. corall. rubr. ʒi. tutiæ præp. ʒii. F. unguentum. *Petrus Foreſtus, obſerv.* 26. *lib.* 6. *Obſerv. Chirurg.*

SUBSECTIO TERTIA.

Pro Vulnere.

IN contuſione cum vulnere facta à bombarda in crure, aut in alio loco, Chirurgus quidam loca contuſa inungebat oleo roſac. quo & *Carpus* uti ſolebat.

Inter alia etiam utebatur hoc unguento.

℞. Ol. roſac. ʒviii. ol. vitell. ovor. ʒii. vitri albiſſ. ſubtiliſſ. pulveriz. ʒii. ceræ albæ ʒiß. cortic. mediani ſambuci M. i. bulliant omnia S. A. & colentur. Huic non eſt par à principio, uſque ad repletionem carnis, & eſt mirabile in omni combuſtione ignis. Sed in contuſionibus prædictis. Hoc unguentum ſolum eſt utendum, quouſque mala qualitas ſit remota, deinde curantur ut aliæ contuſiones. *Foreſtus obſerv.* 27. *lib.* 6 *Obſerv. Chirurg.*

Pro Ulcere cum hæmorrhagia.

Chirurgus quidam ad ſanguinem à vulnere profluentem reſtringendum, commodè hoc reſtrictivo utebatur.

℞. Vitriol. roman. ℔i. aceti vini ℔ii., boli vn. i. adde, ſi velis, croci Martis, & minus fallet vn. i. M. Quidam hoc tempore ſolo croco Martis contenti ſunt. Hoc quod ſequitur, ut à quodam accipi, nunquam feſellit.

℞. Argenti ſublimat. ʒi. probe miſce cum unguento populeo, & utere. Alius hoc reſtrictivo in vulneribus nimium ſanguinem effundentibus utebatur. Uſneam ſeu muſcum arboris ſambuci in vulnere ponebat, & non extrahebat priuſquam vulnus pelleſceret; ſanguinem enim in vulnere reſtringit: quemadmodum vaſa ſpermatica vituli cum didymo ſi comburantur, & in Pulverem redigantur, mirabiliter ſanguinem ſtringunt, hoc pulvere utuntur *Judæi* dum puellos circumcidunt.

Alius Chirurg. inſignis hoc pul. utebatur

℞. Cal

℞. Calcis vivę, vitriol. alb. aloes, an. q. ſ. Sed & hic pulvis valet ad reſtringendum ſanguinem.

℞. Alumin. combuſt. cortic. granat. aloes, an. ℥i. vitriol. roman. ℥ß. ſang. drac. balauſt. an. ℈i. acacię ℈i fiat pulvis. *Petrus Foreſtus, obſer. 37. lib. 6. Obſerv. Chirurg.*

Pro vulnere in junctura humidum quid extillante.

Hoc unguentum contulit.

℞. Terebinth. lotę in aq. ſalv. ℥ß. mell. comun. vel roſac. ℥iii. farin. hord. ℥ii. aloes ſuccotrin. ℥iii. F. unguentum.

Chirurgus quidam hoc ſequenti utebatur unguento in ſimilibus acidentibus.

℞. Farin. fem. lini, farin. hord. orobi, an. part. ęqu. mell. q. ſ. ad incorporandas prædict. far. ſupra ignem ad ſpiſſitudinem pultis, deinde cum frigidum evaſerit, adde. pulv. thuris, myrrh. an. ℥ß. confice ad modum ung. His nervorum ac tendium vulnerib. ceſim acceptis expeditiſſimum apprimeque idoneum eſſe creditur quod ung. ex vermibus vulgò nuncupatur. Recipit autem cent. min. linguę canis lanceolatę (quę plantago eſt maj. ang uſtiolia) piloſell. conſolid. maj & min. an. M. i. verm tereſtr. ℔ß. ol. commun. ℔i. vini ℔iß. ſubigantur ſimul, & ita ſeptem diebus nutriantur ſeu fermentantur. Deinde illis adde ſævi arietis ℔i. picis nigr. reſin. an. quart. i. Gummi ammon. galb. opoponac. in ac. diſſol an ℥v. ſimul omnia moderato igne decoq. uſque ad vini & acet. conſumpt. & colentur. Vbi penè refrixerint; adde tereb. quart. ß. thur maſtich. ſarcocoll. an. ℥iii. croci ℥ii ſpatula agitentur in mortario, ut F. unguentum. Si nervus ſit nudatus, non applicabis acria medicamenta. Tunc præſtantiſſimum erit, calcem æſtatis tempore diebus caniculaaribus ſub Sole aqua ſalubri & dulciſſima ſæpius elotum, & exſiccatum, plurimo optimoque roſaceo admixtam opponere. Congruit etiam in hoc caſu unguentum diapompholig. ut & Emplaſtr. diachalcitid. *Petrus For. obſ 39. & ſch. l. 6 Obſ. Chir.*

SUBSECTIO QVARTA.

Pro Vulnere.

VVlneri turundam balſamo ſulphur' Imbutam manè ac veſperi applicabam, quę per agglutinationem & concretionem (quæ facultates peculiares ac mirificæ ſunt in hoc oleo) ſanabatur intra 4. dies. Sic cætera vulnera omnia etiam à tormentis bellicis & ſclopetis accepta, miraculosè curavimus. *Martinus Rulandus, curat. 88 cent. 9.*

Vulnera mane & veſperi vino mundifico: poſtea goſſipium aut linteolum in oleum hyperic. intinctum vulneri applico: atque hoc perfacili remedio vulnera citò certoque ſine majore negotio ſano. *Martinus Rulandus, curation. 6. cent. 3.*

In parte nervoſa vulnerata utendum eſt lenibus ac dolorem placantibus, neà dolore fluxio incumbat parti: quare pax ſit à validè refrigerantibus & ſtringentibus: potius calidis ſiccantibus curentur. Sæpè non ſine ſucceſſu author fui Chirurgis, ut in his uterentur oleo extuſo ex ſem. hyperici, cui immacerati fuerant flores hyperici. *Joh. Heurnius, ad aphor. 66. ſect. 5.*

Vidi domicellam quæ in humeri & ſcapulæ articulo vulnus acceperat. Nullus tumor apparebat, leniter inſaniebat, ac claudi januas ac feneſtras volebat, ne alicubi mors ingrederetur: obiit. Virum vidi, qui lapſu humeri carnem læſerat, nullus tumor, leniter inſaniebat, edere nolebat, verebatur enim ne cochlearia ac patinæ irreperent in ventriculum, obiit. *Joh. Heurnius, ad aphor. 65. ſect. 5.*

Succus urticæ cum urina pueri miſtus abluendo, vulnera citò & mirè ſanat. *Felix Platerus, practic. tom. 2. c. 17. pag. 109.*

Inter vulgus noſtrum celebre & decantatum eſt unguentum *Torchilli* Ruſticī *Cimbri*, quo feliciter ut untur in vulneribus recentibus & inveteratis, in nervorum reſolutione, & quam plurimis aliis affectibus, ut huc tanquam ad ſacram anchoram confugiant, quanquam ex lege artis confectum non ſit, contemnenda tamen neutiquam eſt plebei hominis experientia quandoque olitor eſt opportuna locutus. Ut ad plures unguentum perveniat, non gravabor ejus compoſitionem hic ſignare.

℞. Balſamitæ ſeu ſalviæ part. iii. mille. fol. part. iii. quæ colligantur exeunt menſe Majo, vel aliàs pro tempeſtatis varietate, minutim inciſa ſimul coquantur per horas duas in vaſe cum butyri Majalis ℔viii. colen-

colentur; & colatura iterum igni imponatur, admixtis sævi cervini ℔ii. & sævi hircini ℔i. ceræ ℔ß. m. resin. pini, quart. j. terebinth. ℔i. m. coq. omnia invicem donec dissoluta sint, deinde ab igne remotis, addendum tantum ærugin. minutim contusi, & viridi colore tingatur, immiscendæ quoque ol. spicæ ʒii. & ita omnia invicem permisceantur, & agitentur donec refrigescant. Aliud ejusdem unguentum ad membrorum dolores, fracturas ossium, luxationes, aliosque externos morbos, qui integra & illæsa cute molesti sunt, mirisà vulgo encomiis laudatur, cujus hæc est conficiendi ratio.

℞. Absinth marin. vir. quartar. vasis, cons. maj. tantundem; minutim concisa coq. per horas 2. in but. Majalis ℔x. & colentur Colatura super novum ignem reponatur dum sevi cervin. ℔ii. axung. taxi ℔i. cerę ℔ß tereb. ℔iiß. donec hæc liquescant. Deinde ab igne remotis, addantur olei juniper. ʒiv. & invicem agitentur donec refrigescant. *Th. Barth. hist. 25. cent. 6.*

Nuper patefactum est remedium sympatheticum, quod sanat eminus. Doctor. Theologus quidam retulit mihi, quod cum non posset assequi, subesse in chalcantho vim naturalem sanandi vulnus absens, si linteo cruento adspergeretur, ideoque reputasse opera Diaboli istam sanationem contingere: ex altera autem parte vidisse aliquot experientias à viris probis factas: itaque in re dubia & cum Conscientia se teciisse experientiam rei hoc modo. Insperfit pulverem optimi chalcanthi linteo cruento, cum protestatione expressa, se nolle quicquam experiri, aut sanatum iri, si vel minima esset pacti aut cacodœmonis operatio: se vidisse tamen vulnus solito citius sanatum, cruorem etiam statim sedatum: adoque deinde se credidisse causas naturales, quanquam nobis ignotas, operari in præfata sympathetica curatione. *Ioh. Helmontius, tractat. cui tit. Butler.*

SUBSECTIO QUINTA.

Pro Vulnere maximo, in bregmate ad cranium usq; sine fractura in Muliere gravida.

ILla protinus accepto vulnere in terram quasi mortua prostrata, cibum indigestum evomuit, sanguinem item per os, nares & aures, non solum primo die, sed etiam per dies aliquot ejecit, & loquelam amisit, ita ut postequam ipsam in lectum posuissent, cuncti nihil aliud quam mortem proximam expectarent: ut ad illam perveni abrasis crinibus maximum vulnus in bregmate dextro secundum longitudinem futurę rectę ductum ad cranium usque: quod tamen neque impressum inveni, febris, dolores totius capitis, vigiliæ, inquietudines, & syncopes aderant. Quotiesqunque item jusculum aliquod aut ptisanam sumeret, statim evomuit, aliaque signa, ex quibus cerebrum valde commotum & sanguinem extravasatum circa membranas cerebri effusum esse, conspiciebantur. Ego ut cerebrum sese evacuare posset, de perforatione cranii ad stantes amicos monui, qui licet, rationibus meis intellectis, facilè consentire videbatur, suaserunt tamen: imò obnoxè rogarunt, ut omnia alia remedia tentarem, priusquam ad hoc, quod ipsis tam grave atque periculosum videbatur pervenirem. Ego ne mihi imputaretur, parvi. Ossi itaque denudato, filamenta sicca, reliquo verò vulneri sequens digestivum imposui.

℞. Thereb. lotę in aq. beton. & salv. nuc. i. ol. rosac. & ol. nostri die debet an. ʒi. ol. de vitell. ovor. ʒi. gummi elemi dissolut. cum prædict. oleis & colat. ʒß. croci ℈i. vitell. ovor. nu. ii. M. F. un. Omnia deinde emplastro basilicone obtegantur. totum verò caput oleis sequ. inunxi

℞. Ol. nostr. de betonic. ʒi. ol. rosac. ʒii. M. eodem die quia alvus constricta, sub vesperam enema leniens exhibui, rejecto clystere, venam in cubito dextro pertudi, sanguinemque ad vn. iv. revulsionibus gratia extraxi. Cum verò ab initio morbi præ dolore non quievisset, post cænam per duas horas ipsi usque ad quatuor grana laudani exhibui. Ea nocte satis quiete dormivit: altero die iterum ossi (quod & tandiu faciendum est, donec carne tectum sit) filamenta sicca, reliquo verò vulneri digestivum præscriptum imposui, totumque caput oleis prædictis inunxi Interim autem dum contractebam vulnus, sequenti sacculo calido totum caput cooperiebam.

℞. Rad.

℞. Rad. caryophyllat. ℥ii. fol. & fl. beton. fl. chamæm. melilot. roſ. primul. veris ſummitat. roſmar. majoran. an. M. i. ſem. aniſ. vn. i. incid. & contund. Pro ſacculo interſuto & ejus magnitudinis, ut totam ferè capitis partem capillatam cooperire poſſit: eo vino rubro incocto, calidè applicetur. Sacculus iſte non ſolum vulnus ab injuria aeris defendit, verùm etiam caput roborat, ſanguinemque extra venatum diſſolvit, incidit, atque ut partim per poros cutis, partim per vias naturales effluere poſſit, efficit: eſtque mihi in vulneribus & contuſionibus capitis ſatis familiaris: non tamen ſtatim ab initio, ſed poſtquam univerſalia prius adhibita fuerint, eo utor. His adminiſtratis præſidiis, optimaque obſervata victus ratione; & alternis diebus adhibito enemate, febris, reliquaque ſymptomata circa quartum diem multum imminuta fuere. Vulnus quin etiam ad optimam digeſtionem ſeſe parabat, ita quidem ut ſeptimo die morbi nulla amplius adeſſet febris neque dolor: elapſo ſeptimo, ſolo oleo betonica totum caput inunxi, vulneri ſequens unguentum impoſui.

℞. Terebinth. lotæ in aq. ſalv. ℥ß. gummi elemi diſſolut. in ol. betonic. ℥ii. pulv. rad. caryophyllat. rad. irid. fl. ariſtol. rot. myrrh. thur. an. dr. m. cum ſ. q. mell. roſ. & vitell. ovi F. unguentum, qnod filamentis eſt imponendum. Omnia denique emplaſtro de betonic. obtengantur; & ſic tandem ſingulari Dei beneficio, feliciter curata fuit: & fructum uſque ad conſtitutum tempus geſtavit. *Guil. Fabritius Hildanus, obſ. 22. cent. 3.*

SUBSECTIO SEXTA.

Pro Vulnere.

NOn poſſum ſilentio involuere medicamentum quoddam præſtantiſſimum ad partium nervoſarum vulnera: cujus deſcriptionem ab *Hiſpano* quodam ſacerdote fide digniſſimo accepi, qui retulit in *Hiſpania* non licere hoc medicamentum componere, quod homines medicamenti viribus confiſi, facilè digladientur, inque arenam deſcendant. Eſt autem h. c.

℞. Olei vetuſtiſſ. ℥iv. terebinth. puræ ℥viii. frumenti integri ℥iß. Hyperic. ℥ii rad. Card. bened. & rad. valerian. an. ℥i. thur. pulver. vn. i. radices & herbæ craſſo modo contundantur, in olla ponantur, & tantum vini albi ſuperfundatur, ut omnia in vino mergantur: & per biduum facta infuſione, oleum & frumentum adiiciantur, & coq. omnia ad vini conſumptionem: mox facta forti expreſſione addatur terebinthina & thus: & iterum parum ſinantur bullire: ſerventurque in vaſe vitreo. Sanat vulnera, ut ajunt, ſpatio viginti quatuor horarum. Modus utendi talis eſt; abluto prius vulnere vino albo frigido, ſtatim inungitur totum vulnus oleo prædicto calente, quod ſi hoc fieri commodè neqeat, per ſiphonem intra vulnus, tanquam per clyſterem immittitur, & confeſtim labia vulneris ad mutuum contactum adducuntur, deligatura, ſutura, aut glutino: Deinde partes circumſtantes prædicto oleo ſimiliter inunguntur. Supra vero vulneris labia jam reducta, linteum imponitur, prædicto oleo madens, ſupra hoc aliud vino nigro expreſſum, mox alia lintea ſicca; deinde faſcia ſuperligatur. *Hieron. Fabritius ab Aquapendente Chirurg. part. 2. lib. 2. cap. 7.*

Pro vulnere ſub ala ad pulmones penetrant, injectiones primùm abſtergentes, poſtea ſiccantes & conſolidantes ſucceſivè in vulnus per ſyringam infundantur tepidè, corpore ità collocato ut rurſus efluere poſſint. Abſtergens injectio talis ſit.

℞. Seri lactis caprilli ℥viii. mell. roſ. ℥ii. ſucci api, chelidon. an. ℥i. ſarcocoll. infuſ. in lacte & ſolut. ℥iß. terebinth. cum vitell. ovi ſolut. ℥i. M. F. injecto abſtergens, interlapſo med. die, iniecto conſolidans adhibeatur ita.

℞. Lactis caprin. in quo igniti ſilices ſunt extincti ℔iß. diſſolv. ſucc. plantag. rad. conſolid. maj an. ℥i. ſarcocoll. infuſ. & ſolut. in lacte ℥iß. terebinth. ſolut. cum vitell. ovi ℥ii. M. F. injectio conſolidans. Si multùm puris emanet, abſtergente frequentius, ſin minus, conſolidante utatur. Bibat ſingulis diebus lac caprillum, & ſi pus remittat, ovillum ad ℥iv. pro vice, ſumendo manè in lecto cum ℥i. m. ſequenti pulveris.

℞. Rad. conſolid. maj. ℥ii. rad. alth. ℥i.

liquir.

liquir. dr. iii. sem. plantag. dr. i. sem. hyoscyam. ʒ. m. ocul. cancri ʒi. Gummi Arab. tragac. an. ʒ. m. sacchar. ros. tabul. vn. iv. M. F. pulvis. Injiciantur vulneri turundæ isto unguento tinctæ.

R. Terebinth. lotæ in aq. salv. vn. ß. mell. rosat. ʒiii. farin. hord. ʒiii. Aloes succotrin. ʒiii. M. F. unguentum. Paretur potus vulnerarius thoracicus in hunc modum.

R. Herbar. pyrol. veronic. alchymill. cariophyllat. caul. rubr. sanicul. utriusque an. M. i. ungul. caballin. M. i m. agrimon. pentaphyll. an. M m. rad consolid. maj. dr. iii. rad. bistort. dr. i. coq. in aq. font. ad ℔i. add. mel. ros. colat. vn. ii. syrup. jujub. vn. i. M. pro decocto traumatico. *Joh. Petrus Lotichius, observ. 6. cap. 8. lib. 6.*

SUBSECTIO SEPTIMA.

Pro Vulnere.

VUlneratus quidam in pectore cum globo sclopeti, sequenti potu curatus fuit.

R. Fol. artemis. consolid. maj: buglæ, ungul. caballin. hyssop. caul. rubr. an. M. i. vel ii. coq. in vino & aqua, addendo in fine mell. q. s. & F. potus.

Hæc potio sequens mirabilis, ad vulnera interna valere dicitur.

R. Agrimon. pimpinell. fol. oleæ, cent. min. stœch. Arab. salv. pilosel. consolid. utriusque arnogloss. cariophyllat. rubiæ tinct. pedis columbin. hormin. absinth. tanacet. heder. terrestr. fragar. buglos. gentian. betonic. verben. an. M. m. bulliant in tribus quartis vini ad quart. i. Postea adde mellis vn. viii. colentur in modum clareti. Alii conficiunt ex pirola, betonica, cariophyllat. consolidis, diaboli morsu, sanicula bugla, per vinca, in cerevisia, vino, aut aqua in duplici vase cum melle. Alia potio mirabilis, quæ dicitur fistulam curare, & ossa fracta de vulneribus projicere.

R. Valerian. caulium rubr. fragar. abrotan. tanacet. summitat. & rad. lapath. acut. tormentill. rub. tinct. plantag. lanceolatæ, cariophyllat. Card. bened. an. M. i. sem. fenic. apii., petrosell. an. vn. m sem. canab ℔ß. grosso modo pulverizata, coq. in ℔x. vini albi, usque ad consumptionem medietatis, additis ℔iii. mellis, F. Apozema, detur quolibet mane & sero ciathus. *Petrus Forestus, schol. observ. 17. lib. 5. Observ. Chirurg.*

Pluribus experimentis comprobatum audio mille folii virtutem ad vulnerum cohibitionem, indiesq; novis observationibus confirmari: referam solùm quod ab *Hollerio* in *Chirurg.* adnotatur. Cuidam decisus nasus erat, qua os in cartilaginem desinit. Rusticus propendentem partem alteri digitis conjunxit, herbam tusam & è vino nigro tritam, quod millefol. appellant, impegit, rudius omnia colligavit, unde celerrime restitit sanguis profluens, & vulnus pulcra cicatrice brevi coiit. *Jul. Cesar, Baricellus, hortul. genial. pag. 210.*

In ulmo arbore inveniuntur vesiculæ quædam, in quibus gummi latent ad instar lenti, & glutinosi humoris, ex quo culices generantur. Humorem hunc una cum culicibus colligit *Michael Sterpinus* insignis Chimicus mense *junio*, in phiala vitrea, qui glutinosus est instar argenti vivi, sed in vitrum conjectus rufescit Post plures dies colat, & infudit flores ac rad. Simphiti maj. concisas, recentes, maceratque in Sole per aliquot dies: tum aquositate in cineribus per destillationem abstracta ad dimidium, colat per filtrum, & conficit balsamum vulnerum, quod se in plurimis expertum, testatur consolidare vulnera recentia viginti quatuor horarum spatio, certissimo eventu. *Hieron Reusnerus, observ. 136.*

SECTIO XXXXV.

De Uvulæ elongatione.

VIde supra *lib. 3 sect. 49. De Columellæ inflammatione.*

SVBSECTIO UNICA.

Pro Uvulæ elongatione.

FIat rasio capitis super commissura sagittali, & applicetur ibidem ventosam habens orificium satis amplum & oblongum, & teneatur saltem per unam horam, vel mediam, ter vel quater in die reiterando ipsam; violenter etiam sursum attrahantur capilli ejus ita ut cutis capitis exfolietur à cranio suo per tale enim ingenium

statim

ſtatim vulvula mirabiliter ſublevatur. Vidi ipſum fieri & inſtanter profuit: ſed non debet fieri niſi in caſu arduo magnæ ſuffocationis. *Barthol. Montagnana, conſult.* 88.

℞. Gummi gutt. gr. viii. tartar. vitriol. gr. iv. ol. ſuccin. gt. iii. cum ſyrup. roſ. ſolut. F. pil. v. ante veſperam ſcarificatione cum cucurbitulis utebatur: & paulo poſt iſto gargariſmate uſus eſt.

℞. Aq. verben. plantag. equiſet. an. ℥iii. flor. roſ. rub. cortic. granat. p. i. ſem. cydon. ℥iß. ebulliant omnia ſimul in colat. diſſolv. diamor. dianuc. ſyrup. papav. mell. roſ. colat. an. ℥ß. vin. granat. ℥i. ſyrup. de granat. acid. ℥ß. ſal. prunell. ℥i. ſpirit. vitriol. q. ſ. ad grat aciditatem coletur denuo ut F. gargariſmus pelucidus.

Tale circa colum inducatur cataplaſma.

℞. Rad. alth. ℥i. fl. ſcabioſ. ſamb. roſ. rubr. melil. chamæm. an. M. i. ſem. alth. ℥iß. coq. in vini albi q. ſ. ad mollitudinem & piſtentur: adde farin. ſem. lini & fœnugræc. an. vn. m. Pulv. nidi hirund. vn. i. mellis roſac. vn. m. theriac. el. ℥i. ol. ſalv. ℈. m. ol. chamæm. amygd. d. rec an. q. ſ. M. pro cataplaſmate.

Contra Uvulæ elongationem hoc etiam propoſui.

℞. Rad. biſtort. irid. tormentill. gallar. immaturar. an. dr. ii. flor. roſ. rub ſcabioſ. an. dr. i. lap. calamin. præp. dr. i. m. alumin. uſti dr. ii. M. F. pulvis ſubtiliſſ. lingua ſpeculo oris depreſſa, cochleari parvulo ad id facto pulvis uvulæ admoveatur, imò ſi fieri poteſt undique inſuffletur. *Ioh. Petrus Lotichius, obſerv.* 1. *&* 2. *cap.* 5. *lib.* 2.

Ad faucium glandulas tumentes. *Ioh. Heurnius* hoc in ſecretis habuit.

℞. Argentinam coq. ex cereviſia, & fiat gargariſmus, notis ad *cap.* 9. *lib.* 2. *patholog. Ioh. Fernelii.*

SECTIO XXXXVI.

Pro Vulvæ ruptura ad anum.

COnjux Mercatoris cujuſdam corpore tenella & juvenis in primo partu adeò vehementer in tertium uſque diem laborabat, ut exeunte tandem fœtu ſpatium quod eſt inter anum & rimam pudendi rumperetur, anuſque & vulva unum continuumque fierent foramen. Conſultus per obſtetricem reſpondi. Rupturam hanc aliter vix conſolidari poſſe quàm per ſuturas adeoque Chirurgum admittendum, qui operationem hanc eo quem præſcripturus eſſem modo perficeret. Verùm reclamante puerpera, quæ mori potiùs, quàm tale quid pati, obſtinato animo propoſuerat maritus & parentes aliud remedium inſtanter flagitabant. Suaſi ut obſtetrix matricem vino calido, in quo butyrum maiale ebullierit, blandè diligenterque fomentaret & reponeret, poſtea rupturæ labia ſenſim adduceret & coniungeret, linteaque glutine infra deſcripto obducta & anſulis ſuis inſtructa utrinque ad latera vulneris ita apponeret, ut anſulæ ſibi invicem rectà reſponderent; deinde ſiccato glutine, linteiſque cuti jam tenaciter inhærentibus, anſulas ſeu fila mutuò colligaret, ut labia vulneris rectè firmiterque unirentur. Interea ut pedibus aliquantò elevatis, & ſupino corpore per dies octo vel novem in lecto quieſceret ægra, omniaque coctu difficilia, vel tuſſim aut ſternutationes proritantia devitaret, monui. Quo facto, iſthmus iſte intra dies quatuordecim adeo perfectè coaluit, ut quinque partus, quanquam minùs laborioſos ex eo tempore, ſine ruptura ſuſtinuerit.

Deſcriptio Glutinis.

℞. Pulv. rad. conſolid. mai. ℥ii. bol. armæ maſtich. ſanguin. dracon ſarcocoll. farin. volat. pomphol. an. ℥i. M. cum reſina pini & album. ovi an. q. ſ. pro glutine. *Baldaſſar Timæus, Caſ.* 31. *lib.* 4.

Finis Libri decimi octavi & ultimi.

Nomi-

Nomina Auctorum Practicorum ex quorum Operibus hoc Opus conflatum est.

A

Amatus Lusitanus. 354.
Arcæus Franciscus.
ab Aquapendente Hier. Fabr.
Augenius Horatius.
Acatia Martinus.
Aimar Ozias.

B

Bottonus Albertus.
Boetius Anselmus.
Benivenius Antonius.
Ballonius Guilelmus.
Baricellus Julius Cæsar.
Barbette Paulus.
Bayrus Petrus.
Borellus Petrus.
Boyle Robertus.
Bartholinus Thomas.
Brendelius Joh. Philippus.

C

Chomel Franciscus.
Cardanus Hieronymus.
Capivaccius Hieronimus.
Crato Johannes.
Cumanus Marcellus.
Cordæus Mauritius.
à Castro Rodericus.
Cheneau Nicolaus.
Cunninghame Robertus.

D

Duditius Andreas.
Deckers Fridericus.
Dunzellinus Hieronimus.
de Diemerbroech Isbrandus.
Donatus Marcellus.
Dodonæus Rembertus.

E

Estanove Petrus.
Erastus Thomas.

F

Ferdinandus Epiphanius.
Fallopius Gabriel.
Fabritius Guilelmus Hildanus.
——Hieronimus ab Aquapendente.
Fernelius Iohannes.
Fienus Iohannes.
Faber Ioh. Petrus.
à Fonte Lælius.
Foreslus Petrus.
à Fonseca Rodericus.
Formius Samuel.
Fontanus Nicolaus.
Ferrarius Omnibonus.

G

Gasserus Achilles.
Gallus Andreas.
Guarinonius Christophorus.
Glissonius Franciscus.
Glandorpius Matthias.
d GuildenKlee Balthasar Thimæus.

H

Hoffmannus Gasparus.
Horstius Gregorius.
ab Heers Henricus.
Heroldi Hieronimus.
Hollerius Iacobus.
Horstius Iacobus.
Hartmannus Iohannes.
Helmontius Iohannes.
Heurnius Iohannes.
Hodges Nathanael.
Heserus Vvolfgangus.
Hœchstetterus Philippus.

I

Ioel Franciſcus.
Iacoz Simeon.

L

Libarius Andreas.
Loſelius Iohannes.
Lotichius Ioh. Petrus.
Loſſius Fridericus.

M

Monabonus Apollonius.
Montagnana Bartholomæus.
Mercuriali Hieronimus.
Martius Jerèmias.
Montanus Ioh. Baptiſta.
Marſinus Iohannes.
Mercatus Ludovicus.
Matthiolus Petrus Andreas.
de Marchettis Petrus.
Monavius Petrus.

N

Nævius Caſparus.
—— Iohannes.

O

Occo Alphonſus.
Oslevius Carolus.

P

Paræus Ambroſius.
Pomaret Dionyſius.
Panarolus Dominicus.
Platerus Felix.
de Paduarus Henricus.
Petræus Henricus.

R

Romanus Guilelmus.
Rondeletius Guilelmus
Reuſnerus Hieronymus.
Reſerus Horatius.
Rhodius Johannes.
Rumlerus Ioh. Udalt.
Riverius Lazarus.
Rulandus Martinus.
Rompſius Conſtantinus.
Rouſſæus Balduinus.

S

Seyler Abrahamus.
Spigelius Adrianus.
Scheiderus Balthaſar.
Sylvaticus Benedictus.
Stieberus Bernardus.
Sennertus Daniel.
Sylvius Franciſcus.
Saxonia Hercules.
Sigiſmundus Iohannes.
Scaliger Iulius Cæſar.
Salmuthns Philippus.
Solenander Reinerus.

T

Thonerus Auguſtinus.
Tulpius Nicolaus.
Trincavellus Victor.

V

Valetius Antonius.
Valeriola Fridericus.
Velſchius Georg. Hieronymus.
Varandaus Iohannes.
de Villanova Arnoldus.

VV

Vvierius Iohannes.
Vvillis Thomas.
Vvittichius Iohannes.

Z

Zecchius Iohannes.
Zacutus Luſitanus.

INDEX SECTIONUM Hujus Operis.

INDEX LIBRI PRIMI.

Sectio.		*Pag.*
1.	PRo Abdominis Abſceſſu.	1
2.	Pro Abdominis muſculorum Inflammatione.	ibid.
3.	Pro Abdominis muſculorum ſcirrho.	2
4.	Pro Abdominis muſculorum tumore.	ibid.
5.	De Abortu.	ibid.
6.	De Abſceſſu ſpirituoſo.	7
7.	De Aceto.	ibid.
8.	De Achoribus.	ibid.
9.	De Ægylope.	9
10.	De Affectione hypocondriaca.	11
11.	De Albugine.	12
12.	De Alopecia.	13
13.	De Alvi adſtrictione.	15
14.	Pro Alvo conſtipata.	ibid.
15.	Pro Alvo duriore.	16
16.	De Alvi pertinaci obſtructione.	17
17.	Pro Alvi fluxu.	ibid.
18.	Pro Alvi colerico.	18
19.	Pro Alvi nimia profuſione à medicamento cathartico.	ibid.
20.	Ad Alvum ſiſtendum.	ibid.
21.	De Amauroſi.	ibid.
22.	De Ambuſtione.	23
23.	De Aneuriſmate.	26
24.	De Angina.	27
25.	Pro Ani abſceſſu & ulcere.	35
26.	Pro Ani fiſtula.	ibid.
27.	Pro Ani condilomatibus.	36
28.	Pro Ani intertigine.	ibid.
29.	Pro Ani procidentia.	ibid.
30.	Pro Ani prolapſu.	37
31.	De Aphthis.	ibid.
32.	De Apoplexia.	39
33.	Pro Apum ictu.	45
34.	De Apoſtemate circa genu, cujus purulenta materia per ſeceſſum excreta eſt.	46
35.	Pro Appetentia canina.	ibid.
36.	Pro Area.	47
37.	De Argento vivo ſine noxa deglutito.	ibid.
38.	Pro Aronis punctura.	48
39.	Pro Arſenici veneno.	ibid.
40.	Pro Arteria inciſa.	ibid.
41	De Arthritide.	49
42.	De Aſthmate.	63
43.	Pro Atrophia.	70
44.	De Auditus difficultate.	72
45.	De Auris dolore.	73
46.	De Auris ſibilo, ſonitu & tinnitu.	75
47.	Pro Aurium fluxu.	77

Libri Secundi.

Sectio.		*Pag.*
1.	DE Bubone.	77
2.	Pro Buſonibus in ventre genitis.	78

Libri Tertii.

Sectio.		*Pag.*
1.	DE Cachexia.	79
2.	Pro Cacochymia à morbo relicta.	81
3.	De Calculo.	ibid.
4.	Pro Caloris naturalis debilitate.	101
5.	De Calvitie.	ibid.
6.	De Cancro.	102
7.	De Canis rabidi morſu.	109
8.	Pro Canitie.	112
9.	De Cantharidum præparatione tutiſſima.	ibid.
10.	Pro Cantharidum veneno.	113
11.	Pro Capillorum caſu à relaxatione meatuum cutis.	ibid.
12.	Pro Capillorum defluvio.	ibid.
13.	Pro Capillorum in fronte proventu.	114
14.	Pro Capitis contuſione ex caſu.	ibid.
15.	Pro Capitum puerorum cruſtis.	ibid.

Sectio. Pag.
16. Pro Capitis & ventriculi debilitate. 114
17. De Capitis dolore. 115
18. Pro Capitis fluxione. 120
19. Pro Capitis gravedine & fluctuatione à pituitæ & ſeroſi humoris copia. ibid.
20. pro Capite tuberoſo. 121
21. De Carbunculo. ibid.
22. pro Cardialgia cum impedimento veluti bolo in faucibus. ibid.
23. De Carie Oſſium. 124
24. De Carie Gallica. 126
25. pro Carne ſuperflua. ibid.
26. De Carne lateris ablata & reſtituta. 127
27. De Carunculis in meatu urinario. ibid.
28. De Caro. 130
29. De Caſtorei mira vi. 132
30. De Caſu. ibid.
31. De Catalepſi. 134
32. De Cataracta. 136
33. De Catarrho. 137
34. pro Cephalea antiqua. 146
35. pro Cephalea bilioſa. ibid.
36. pro Cerebri commotione. 247
37. De Cerebri fungo. ibid.
38. pro Cerebri inflammatione, & ſphacelo. 148
39. De Cervi lachryma. ibid.
40. De Chalibis præparatione. 149
41. pro Chloroſi. ibid.
42. De Cholera morbo. 150
43. Pro Cicatrice in facie auferenda. 151
44. pro Cicutæ veneno. ibid.
45. De Cingulo Mercuriali. 153
46. pro Clavis pedum. 154
47. De quadam gravida clyſterum uſu nutrita. ibid.
48. De Cœliaco morbo. ibid.
49. De Colica. 156
50. De Columellæ inflammatione. 164
51. De Comate. 165
52. Pro Condiendo funere magnatum. 166
53. Pro Conditura corporis Nobilis Viri. 167
54. De Contuſione. ibid.
55. De Convulſione. 168
56. De Cordis Calculo. 172
57. Pro Cordis à verme in ventriculo proveniente. 174
58. De Cordis oſſe. ibid.
59. De Cordis palpitatione. 175
60. De Corde pilis referto. 177
61. De Corio humano. ibid.
62. Pro Cornea malè affecta à ſcoria chalybis. ibid.
63. pro Corneæ Cancro. 178
64. Pro Corneæ ruptura. ibid.
65. Pro Corneæ & Adnatæ ulceribus. ibid.
66. Pro Coryza. 179
67. De Coxendicis dolore & luxatione. ibid.

Sectio. Pag.
68. De Cranii depreſſione & fractura. 181
69. pro Cruribus exulceratis, &c. 183
70. pro Cruris ulcere inveterato & maligno. 184.
71. Pro Cruſtis caput pueri occupantibus. ibid.
72. pro Cutis externa excoriatione in Infantibus. ibid.

Libri Quarti.

Sectio. Pag.
1. DE Dentium affectibus. 185
2. Pro deglutitione depravata. 186
3. De Diabete. 195
4. De Diarrhœa. 198
5. pro digitorum in manibus contractione. 201
6. pro Dorſi dolore. 202
7. pro Dracunculis puerorum. ibid.
8. De Dyſenteria. 203
9. De Dyſpnœa. 211
10. De Dyſuria. 215

Libri Quinti.

Sectio. Pag.
1. AD Ebrietatem præcavendam. 216
2. De Ectropio. ibid.
3. De Empyemate. 217
4. De Epilepſia. 219
5. De Epinyctide. 228
6. De Epiphora. 229
7. De Eryſipelate. ibid.
8. pro Excreſcentia carnea in faucibus. 244
9. pro Excreſcentia carnea in ulcere. ibid.
10. De Excretione critica. 245
11. De Excretione pilorum. ibid.
12. De Exomphalo. ibid.

Libri Sexti.

Sectio. Pag.
1. DE Faciei vitiis. 246
2. Pro Fame ingenti ex verme cucurbitino. 249
3. De Favo. 250
4. pro Faucium ulcere. ibid.
5. De Febre continua. 251
6. De Febre intermittente. 265
7. De Febre hectica. 279
8. pro Febre alba in virgine. 283
9. pro Febre verminoſa cum alvi fluxu. ib.
10. pro Ficu cancroſo in oculi dextri Orbita. 285
11. pro Fiſſuris & rimis in volis manuum ex Lue Venerea. ibid.
12. De Fiſtula. ibid.

Sectio. Pag.
13. De Fistula lachrymali. 287
14. De Fluore alvi. 289
15. De Fluxu post abortum. 292
16. pro Fluxu hepatico. ibid.
17. pro Fluxu narium vehementi in febre. 293
18. De Fœtu mortuo. 294
19. De Fractura. 296
20. pro Fuci vulnere. 298
21. pro Fungorum veneno. ibid.
22. De Furunculo, 299

Libri Septimi.

Sectio. Pag.
1. DE Ganglio. 300
2. De Gangræna. 301
3. pro Genu tumido. 304
4. pro Gibboso. 305
5. pro Gingivis excrescentibus. ibid.
6. De Glaucomate. 306
7. De Gonagra. ibid.
8. De Gonorrhœa. 307
9. De Graviditate falsa. 309
10. pro Gulæ dolore ab osficulo illic hærente. ib.
11. pro Gummis & doloribus Gallicis. ibid.
12. pro Gutta rosacea. 310
13. pro Gutturis morbo Epidemico. 311

Libri Octavi.

Sectio. Pag.
1. DE Hæmoptoe. 311
1. De Hæmorrhagia Narium. 319
3. pro Hæmorrhagia ex dente avulso. 326
4. pro Hæmorrhagia ex vulnere. ibid.
5. De Hæmorrhoidum dolore & fluxu. ibid.
6. De Hemicrania. 334
7. De Hepatis morbis. ibid.
8. De Hernia. 345
9. De Herpete. 351
10. De Hordeolo. 353
11. De Hydrocephalo. 354
12. De Hydrope. 355
13. pro Hypocatharsi. 376
14. pro Hypochondrii dextri duritie. ibid.
15. pro Hypopia, seu Picre seu Cornea. ibid.
16. De Hysterico affectu. 377
17. pro Humeris tumore laxo. 383

Libri Noni.

Sectio. Pag.
1. DE ictero. 383
2. De Ileo. 388
3. pro Imbecillitate virium à nimia sanguinis profusione post partum. 392
4 pro Imbecillitate virium dignoscenda per oppressionem facta ab ea quæ per dissolutionem fit. ibidem
5. De Immictione. ibid
6. De Impetigine. 39
7. pro Impotentia ad Venerem. 39
8. De Inappetentia. 39.
9. pro intestini recti ulcere. 40
10. De Ischiade. ibid
11. De Ischuria. 404

Libri Decimi.

Sectio. Pag
1. PRo labiorum pustulis, decorticatione & fissuris. 406
2. pro Labro exulcerato & cancroso 407
3. pro Lacte deperdito. ibid.
4. pro Lactis exsiccatione. ibid.
5. pro Languentibus in Venere concessa. 408
6. De usu Laudani opiati. ibid.
7. De Lentigine. 409
8. De Lepra Araba & Græcorum. 410
9. De Lethargo. 413
10. pro Lichene. 415
11. De Lienis Affectibus. ibid.
12. De Lienteria. 419
13. De Linguę Calculo. ibid.
14. pro Linguæ & Laboriorum resolutione. 420
15. pro Linguæ vulnere. 422
16. De Lochiis per alvum expurgatis. ibid.
17 pro Lochiorum fluxu immodico. ibid.
18. De Lochiis suppressis. 423
19. pro Loquela amissa. ibid.
20. De Loquela absque Lingua. 424
21. De Lue Venerea. 425
21. De Lumbricis. 437
23. pro Lupia. 442

Libri Undecimi.

Sectio. Pag.
1. PRo Macilentis. 442
2. pro Maculis Infantium 1443
3. De Madarosi. bid.
4. pro Mammarum inflammatione. ibid.
5. pro Mammarum duritie & tumore. 444
6. De Mania. 445
7. pro Manus ictu & paralysi. 447
8 pro Marcore. 448
9. De Melancholia. ibid.
10. pro Memoria diminuta & abolita. 453
11. De Mensium fluxu immoderato. 455
12. De Mensium suppressione. 459
13. pro Mercurii sublimati veneno. 464
14. De Mesenterii abscessu. ibid.
15. De Mictione lactea. 465
16. De Mictione sanguinis. ibid.
17. pro Mictione puris ad vesica ulcerata. 468
18. pro Mictione purulenta ex ulcere penis. ibid.

19. De

Sectio. Pag.
19. De Mola. 469
20. De Morbillis. 470
21. Pro Morbis Chronicis. 472
22. De Morbis graviſſimis ex leviſſimis cauſis ortis. ibid.
23. De Morphea. ibid.
24. Pro Morſu humano. 476
25. De Mydriaſi. ibid.
26. Pro Myrmeciis. 474

Libri Duodecimi.

Sectio. *Pag.*
1. PRo Narium Cancro. 474
2. De quodam per nares videntes. 475
3. Pro Nattis. ibid.
4. De Nephritide. 476
5. Pro Nervi punctura acu in digito. 478
6. Pro Nocturnis caloribus. 478
7. De Nyctalopia. ibid.

Libri Decimitertii.

Sectio. *Pag.*
1. DE Obeſitate. 479
2. Pro Obeſitate. 480
3. Pro obſtructione venarum Meſeraicarum. 481
4. De Oculi cicatrice in pupilla. ibid.
5. Pro Oculi dolore. ibid.
6. Pro Oculorum hebetudine. ibid.
7. De Oculorum rubore & dolore. 482
8. Pro Oculi rubore & dolore. 483
9. Pro Oculi macula. 483
10. Pro Oculo perforato. ibid.
11. Pro Oculi tumore carneo. 484
12. Pro Oculi vulnere. ibid.
13. De Oedemate. 485
14. Pro Opii veneno. 486
15. De Ophthalmia. 487
16. De Oſſiculis & aliis rebus guttuzi infixis eximendis. 491
17. Pro Oſſis tutela. 492
18. De Ozæna. ibid.

Libri Decimiquarti.

Sectio. *Pag.*
1. PRo Palpebrarum ſcabie. 494
2. De panno. ibid.
3. Pro pupillis abſconditis & latentibus. 495
4. Pro papillarum fiſſuris. ibid.
5. De paralyſi. ibid.
6. Pro paraphimoſi. 504
7. Pro paraphimoſi Infantium. 505.
8. De paronychia. ibid.
9. Pro parotide è qua calculi exempti fuerint. 507
10. De partu difficili. ibid.
11. Pro pectoris abſceſſu. 513

Sectio. *Pag.*
12. Pro pectoris conquaſſatione ex nimio ponderе elevato. ibid.
13. Pro pectoris dolore. ibid.
14. De pectori vulnere admirando. ibid.
15. Pro penis ulcere. 514
16. De peripneomonia. ibid.
17. De pernionibus. 516
18. De pede ſponte deciduo. ibid.
19. De peſte. ibid.
20. De philtris. 539
21. De phlegmone. 541
22. De phlyctænis. 543
23. De phrenitide. ibid.
24. De phthyriaſi. 546
25. De phthiſi. 548
26. De phygethlo. 553
27. De phymate. ibid.
28. De pica. ibid.
29. Pro pilorum defluvio. 554
30. De pleuritide. ibid.
31. De podagra. 560
32. De pollicis vulnere. 567
33. Pro pollutione nocturna. 568
34. De polypo narium. ibid.
35. De porrigine. 569
36. De potu frigidi noxa. ibid.
37. Pro priapiſmo. 570
38. De pruritu uterino. ibid.
39. De pruritu totius corporis. ibid.
40. De plydrachiis. 571
41. De pterygio. ibid.
42. De pulmone præciſo. 572
43. De pulſuum obſervatione. ibid.
44. De pulſu tangendo. 574
45. Pro pupillæ ruptione. ibid.
46. Pro purgando corpore. ibid.
47. De purgatione ſolo odore medicamentorum. 575

Libri Decimiquinti.

Sectio. *Pag.*
1. DE Rachitide. 575
2. De Ranula. 579
3. De Raucedine. ibid.
4. Pro Renis dolore. 580
5. De Renum ulcere. ibid.
6. Pro Reſolutione crurum à læſo dorſo. 583
7. Pro Reſpirationis difficultate. ibid.
8. De Rhabarbari elogio & uſu. ibid.
9. De Rheumatiſmo. 584
10. Pro Rhyade. ibid.
11. De Roſmari penis viribus. ibid.
12. Pro Ructu. 585
13. De Ruminatione humana. ibid.

Libri Decimisexti.

Sectio. *Pag.*

1. DE Salacitate. 586
2. Pro Sanguine compescendo è venis sub lingua sectis. ibid.
3. De Sanguine fluxu ex poro. ibid.
4. De Sanguinis sputo. 587
5. De Scabie. 589
6. Pro Scapularum dolore. 592
7. De Scyrrho. ibid.
8. De Scorbuto. 594
9. Pro Scorpionis ictus. 598
10. De Scrophulis. ibid.
11. Pro Scroti gangræna. 599
12. De Secundina derelicta. ibid.
13. Pro Semine extinguendo. 605
14. Pro Serpenti ictu. ibid.
15. De Serpigine. ibid.
16. De Singultu. ibid.
17. Pro Siti intensa. 627
18. Pro Spasmis periodicis. 638
19. Pro Sphacelo. ibid.
20. De Sterilitate. ibid.
21. De Sternutatione. 613
22. Pro Stomachi ardore à ibid.
23. Pro Stomachi dolore. ibi
24. Pro Stomachi exulceratione. 614
25. Pro Stomachi imbecillitate. ibid.
26. De Stranguria. 615
27. De Strumis. 616
28. De Studendi modo. 618
29. Pro Sublimati veneno. ibid.
30. De Suffocatione uterina. 619
32. De Suffusione. 620
32. Pro Sugillatione. 622
33. De Sulphuris Balsamo. ibid.
34. De Surditate. 623
35. De Stupore mortali ab exhalatione musti recentis. 625
36. Pro Syncope. ibid.

Libri Decimiseptimi.

Sectio. *Pag.*

1. PRo Tabe. 626
2. Pro Tarantatis. ibid.
3. De Temperantia. 629
4. De Tenesmo. ibid.
5. De Termintho. 630
6. Pro Testium inflammatione. 631
7. Pro Testis scirrho. ibid.
8. De Thea. ibid.
9. De Theriaca. 632
10. Pro Thoracis abscessu & fistula. ibid.
11. De Tinea. 633
12. De Tonsillarum inflammatione. 634
13. Pro Torminibus Infantium. ibid.
14. Pro Tremore. ibid.
15. Pro Trichiasi. 635
16. De Tuberculis malignis. 636
17. De Tumore in genu ex quo aperta puris loco flatus egreditur. ibid.
18. Pro Tumore pedum. ibid.
19. Pro Tumore suppurato resolutione curato. ibid.
20. Pro Tumore ventoso. 638
21. De Tussi. ibid.

Libri Decimioctavi.

Sectio. *Pag.*

1. DE Variolis. 641
2. De Varis. 644
3. De Vena integra à pulmone rejecta. 645.
4. De Venæsectione Nerionana. ibid.
5. De Venæsectione. ibid.
6. Pro Veneficio & veneno. 646
7. Pro Ventriculi attritione. ibid.
8. De Ventriculi calculis. 647
9. Pro Ventriculi dolore insigni in febre. ibid.
10. De Ventriculi imbecillitate. 648
11. Pro Ventriculi imbecillitate. ibid.
12. Pro Ventris doloribus à flatibus in gravida 649.
13. Pro Ventris torminibus. ibid.
14. Pro Venere languida. ibid.
15. De Vermibus. 650
16. De Verrucis. 653
17. De Vertigine. 655
18. Pro Vesicatorii doloribus. 656
19. Pro Vespæ ictu. ibid.
20. De Vesicæ ulcere. 657
21. Pro Vesicæ Uteri & hæmorrhoidum summodo dolore. ibid.
22. Pro Victus ad eos qui flagris cæsi sunt. ibid.
23. Pro Vigiliis, & sudoribus diaphoreticis. 658
24. Pro Viperæ morsu. ibid.
25. Pro Visionis debilitate. 659
26. Pro Visionis debilitate ob maculam. ibid.
27. Pro Visus debilitate. 660
28. De Ulcere. ibid.
29. Pro Umbilici apostemate. 668
30. Pro Umbilici prominentia à partu. ibid.
31. De Vomitu. ibid.
32. De Unicornu Groenlandico. 672
33. De Urinæ difficultate, & suppressione. ibid.
34. De Urinæ incontinentia. 676
35. De Uteri Cancro. 677
36. Pro Uteri dolore intenso ex frigore. 678

Pro

Sectio		Pag.
37.	pro Uteri ficis.	ibid.
38.	De Uteri furore.	ibid.
39.	De Uteri hydrope.	679
40.	pro Uteri procidentia.	680
41.	De Uteri ſcirrho.	ibid.
42.	pro Uteri ſuffocatione.	681
43.	De Uteri ulcere.	ibid.
44.	De Vulnere.	682
45.	De Uvulæ elongatione.	683
46.	pro Vulvæ ruptura ad anum.	690

FINIS.

HIPPOCRATES CONTRACTUS

IN QUO

MAGNI HIPPOCRATIS MEDICORUM PRINCIPIS

OPERA OMNIA

In brevem Epitomen, ſumma diligentia redacta habentur.

STUDIO ET OPERA

THOMÆ BURNET

M. D. MEDICI REGII,

ET COLLEGII REGII MEDICORUM EDINBURGENSIUM SOCII.



VENETIIS, MDCCXXXIII.

APUD HIERONYMUM SAVIONI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

1733.

1753.

EDINBURGH THE SEVENTH DAY OF AUGUST. 1685.

FOraſmuch as there being an adreſſe made to the Lords of his Majeſties Privy Councill, By Mr. Thomas Burnet Doctor of Medicine, Phyſitian in ordinary to his moſt Sacred Majeſty, and Fellovv of the Royall Colledge of Phyſitians at Edinburgh, in Scotland, Deſiring that in regard he hath compoſed and cauſed Print a book Intituled *Hippocrates Contractus*, vvhich is approven by the ſaid Colledge, he might have the ordinary priviledge allovved to Authors and Compoſers of Books.

The ſaids Lords having Conſidered the foreſaid addreſſe, doe hereby give and grant the ſole priviledge and licence of printing of the ſaid book to the ſaid Doctor *Thomas Burnet*, or his order, for the ſpace of Nineteen years after the date hereof. Diſcharging all perſons vvhatſomever from Printing, reprinting, importing, vending or ſelling any of the ſaids books in this Kingdom, vvithout the ſpeciall licence of the ſaid Doctor, or his Aſſigneyes under the pain of Confiſcation thereof to his or their behoove, beſides being farther punished as the Conncill ſhall think fit. Extracted by me.

Colin Mekenzie.

Cls. Sti. Conſ.

APPROBATIO.

CUm Dominus THOMAS BURNETUS Medicinæ Doctor, & Medicus Regius ordinarius Regiique medicorum Collegii apud Edinburgum Socius, librum à ſe compoſitum, cui titulus, HIPPOCRATES CONTRACTUS, nobis perlegendum exhibuerit; atque in eo nihil ſit, quod bonis moribus repugnet, quin ipſa totius Hippocraticæ doctrinæ medulla in ipſo expreſſa ſit, multique proinde uſus, cum tyronibus, tum in praxi verſatiſſimis eſſe poterit, dignum eſſe cenſemus, qui typis impreſſus, in publicam lucem emittatur. In cujus rei fidem ſubſcriptiones noſtras manuales appoſuimus primo die Auguſti anno Domini 1685.

Robertus Sibbaldus Præſes R. M. C.

Robertus Trotterus Cenſor R. M. C.

Joannes Leirmontius Cenſor R. M. C.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

LIcet *Macrobio* (Lector *Benevole*) *in ſomnium* Scipionis *Libro*, Hippocratem *noſtrum tam falli quam fallere neſcium aperte pronuncianti, aſſentiri non poſſim, neque etiam uſquequaque placeat, cum multis, divino virum ingenio Ethnicum appellare, fatendum tamen ultro, ſummum fuiſſe Philoſophum, Summnm item Medicum, multorum bonorum nobis Authorem, rariſſimi doni virum, ſemper & ubique laudandum, ſatis pro dignitate nunquam. Quam fuerit acris ingenii, ſtupendæ eruditionis, ac judicii ſubacti, vel inde conjicere licet, quod ex parvis & vulgaribus initiis, in magnam artem medicinam provexerit, omneſque Anteceſſores ſuos longè ſuperarit, in hunc uſque diem à nullo hactenus ſuperatus, licet quam plurimi poſt eum æterna laude digni extiterint Medici. Genuina enim ejus ſcripta, quæ temporum injurias huc uſque evaſerunt, eruditis lectoribus ſummam ſemper pariunt admirationem, nec eſt quod vel ipſe Zoilus carpere poſſit, tam terſe, rotunde, eleganter, ac ſuccincte omnia proponit. Vera etiam ut plurimum dicere, qui in artis operibus probè verſatur, haud dubie affirmabit. Non mirum ergo quod illum tota dehinc poſteritas Medicorum Principem ſummo ſuo merito indigitaverit. Præ aliis quibuſcumque peritiſſimum fuiſſe magnum* Hippocratem *in prognoſi ſtabilienda, & præſagienda vita & morte, ſatis indicant aurei & prorſus admirandi prognoſticorum & coacarum prænotionum libri: Quam diligens etiam fuerit & curioſus obſervator omnium, quæ circa ægrotantes ſunt, rerum, libri Epidemiorum fuſe oſtendunt. Liber Aphoriſmorum tanto ingenio conſcriptus creditur, ut exiſtimarint veteres eum omnem vim ingenii humani ſuperare. In morborum curatione adeo fœlix, ut* Herculem *Alexicacum quis jure vocaverit, ferocium & ferarum ægritudinem depulſorem ac domitorem. Hanc ſuam ſuſpiciendam artem, in Græcis ſervandis, ſumma beuevolentia manifeſtam fecit, cum peſte à Barbaris in Græciam pervadente, demiſſis per loca convenientia ſuis diſcipulis, medelas indicavit, quibus qui uterentur, inſtantem peſtem ſecurè effugere poſſent: Pro qua gratia* Athenienſium *Senatus, honores divinos* Herculi (*ex quo oriundus*) *æquales, illi decrevit, & corona aurea mille coronatorum cohoneſtavit. Tanti viri fama & gloria permotus* Artaxerxes *Longimanus* Perſarum *Rex, illum per Hyſtanen Helleſponti præfectum, ad exercitum ſuum morbis Epidemicis laborantem curandum, maximis propoſitis muneribus, ac honoribus* Perſarum

Opti-

Optimatibus æqualibus, perhonorificè invitavit, sed ille sorte sua contentus, divitiarum, & honorum contemptor, nec regi regum (ita enim Artaxerxi seipsum vocare placuit) parere, nec Græcorum hostibus opitulari voluit. Dignus certe est Hippocrates qui omnium Medicorum manibus continuo teratur, cujus scriptis evolvendis non parvam Medici impendant operam. quem etiam nocturna versent manu, versentque diurna; lectio enim hic vel deciès repetita placebit.

Multis ab hinc annis quæ proficua magis, & utilia ex omnibus Hippocratis libris, gravesque omnes sententias in proprium usum excerpsi, ut peregre ægrorum causa, (quod quandoque fit) proficiscens. Hippocratem facile portatilem præ manibus semper haberem. Hunc parvæ molis librum quem mihi soli diu servaveram, forte conspiciens D. Robertus Sibbaldus *Eques auratus, Medicus doctissimus, Collegii Regii Medicorum* Edinburgensium *Præses dignissimus amicus meus plurimum colendus, ac raptim perlegens, author fuit & suasor ut in Philiatrorum gratiam illum publici juris facerem. Multa quidem me ab hoc consilio dissuadebant, quod nimirum socordiam foveret, & ab Hippocratis lectione utilissima retraheret, nec bene ferè ubique audiant aliorum operum abbreviatores, licet plurimi tales de republica literaria quam optime sint meriti, ut facile esset ostendere. His tamen non obstantibus, id mihi tandem passus sum persuaderi. Quod non solum perutilem futuram hanc Epitomen iis existimaverim, quibus quando lubet, ipsum fontem adire concessum (expertus loquor) sed & iis presertim qui* Hippocratem *domi habere, vel, nolunt, vel, ob rem domi angustam, vix possunt. Multos enim medicos reperire licet (non propterea laudandos) qui medicorum principem vix unquam viderunt, saltem nunquam legerunt; licet omnibus qui Medicinæ nomen dedere, tam familiaris, ac notus debeat hic author esse, quam cuique domus est sua. Hi forsan hoc perbrevi perlecto libello, ad Hippocratem diligenter evolvendum incitari poterunt. Hunc effectum si producat hic noster labor, nec operam noc oleum perdidi. Ubique ferè loca paralela ad marginem notavi. Græcum textum consulto omisi, ne fastidium lectoribus minus in ea liugua exercitaris, crearet, tum ut brevior essem. Speramus benignis oculis æquum lectorem, conatum hunc norum conspecturum, ac animum publicam utilitatem adjuvandi cupidissimum amice interpretaturum.* Vale.

MEdicinam revocavit in lucem HIPPOCRATES, *genitus in Insula Coo Æsculapio dicata. Is cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque (Ut Varro apud nos credit) jam templo cremato, Medicinam instituisse.* Plinius lib. 29. *Naturalis Historiæ*, cap. 1.

Ex Hippocratis vita per Soranum.

Obiit apud Larisseos, *ætatis* anno 90. *ut alii vero octogesimo quinto, alii centesimo quarto quidam etiam centesimo nono: Inter* Gyrtonem *&* Larissam *sepultus est. Et in hunc usque diem monumentum ostenditur, in quo multo tempore examen fuit, quod mel conficiebat, quo nutrices infantes superficiariis oris ulceribus (aphthas dicunt) laborantes, apud tumulum illinebant, & facile liberabant in multis imaginibus velato capite pingitur. Duos reliquit filios,* Thessalum *&* Draconem, *qui clarissimi fuisse perhibentur.*

Galenus lib. de Theriaca Pisonem, cap. 16.

Summis laudibus prosequor admirandum Hippocratem qui pestem illam ex Aethiopia, *ad* Græcos, *venientem, non alio presidio repulit, quam aerem purum faciendo, ne ab hominibus (qualis tunc erat) infectus hauriretur. Præcepit itaque, ut per totam civitatem ignis accenderetur, qui non solum è simplici materia constaret, sed bene olentes coronas & flores haberet: Talia siquidem ignibus alimenta subministrari consuluit, & ut unguenta quam pinguissima infunderent, & id genus alia bonum odorem fundentia, ut hoc pacto cives aerem purum inspirantes, ab imminenti lue tuti forent.*

HIPPOCRATES CONTRACTUS.

SECTIO PRIMA.

Hippocratis jus-jurandum, ΟΡΚΟΣ.

PEr Apollinem Medicum & Æſculapium, Hygiamque & Panaceam jure-jurando affirmo, me quantum viribus & judicio valuero, quod nunc juro, & ex Scripto ſpondeo plane obſervaturum; Præceptorem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, eique cum ad victum, tum etiam ad uſum neceſſaria, grato animo communicaturum. Ejuſque poſteros apud me eodem loco, quo germanos Fratres fore, eoſque ſi hanc artem addiſcere volent, abſque mercede & Syngrapha edocturum; Præceptionum quoque & auditionum totiuſque reliquæ diſciplinæ, cum meos & ejus qui me edocuit liberos, tum diſcipulos qui medico jure-jurando nomen fidemque dederint participes facturum, aliorum præterea neminem. Victus etiam rationem, quantum facultate & judicio conſequi potero, ægris utilem me præſcripturum, eoſque ab omni noxa & injuria vindicaturum; neque cujuſquam præcibus adductus, alicui medicamentum lethale propinabo, neque hujus rei Author ero; neque ſimili ratione mulieri peſſum ſubditium ad fœtum corrumpendum exhibebo: ſed caſtam & ab omni ſcelere puram, tum vitam, tum artem meam perpetuò preſtabo. Neque verò calculo laborantes ſecabo, ſed magiſtris ejus artis peritis id muneris concedam, in quamcumque autem domum ingreſſus fuero, ad ægrotantium ſalutem ingrediar, omnem injuriæ inferendæ & corruptelæ ſuſpicionem procul fugiens, tum vel maximè rerum venerearum cupiditatem, erga mulieres juxta ac viros, tum ingenuos, tum ſervos. Quæ verò inter curandum, aut etiam medicinam minime faciens, in communi hominum vita, vel videro, vel audiero, quæ minimè in vulgus efferri oporteat, ea arcana eſſe ratus, ſilebo. Hoc igitur jus-jurandum, ſi religiosè obſervavero, ac minimè irritum fecero, mihi liceat cum ſumma apud omnes exiſtimatione perpetuò vitam felicem degere, & artis uberrimum fructum percipere. Quod ſi illud violavero, contraria mihi contingant.

Hippocratis Lex, νομος.

OMnium artium Medicina nobiliſſima. Verum propter eorum

qui eam exercent ignorantiam, eorumque qui temerè de his judicant, omnibus artibus jam longe inferior habetur. Cujus erroris ista mihi potissimum esse causa videtur, quod soli arti medicæ nulla in Urbibus, præterquam ignominiæ, præfinita est pœna, quæ eos qui ex ea constant minimè attingit. Hi tragœdiarum actoribus maximè similes videntur, quemadmodum enim illi figuram quidem & habitum ac personam eorum quos referunt habent, illi ipsi autem verè non sunt: Sic & Medici fama quidem & nomine multi, re autem & opere valde pauci.

Quisquis medicinæ scientiam sibi verè comparare volet, eum his ducibus voti sui compotem fieri oportet, natura, doctrina, loco studiis apto, institutione à puero, industria & tempore: Imprimis igitur natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia. Si verò natura ad optima viam commonstret, artis doctrina paratur; quam ex institutione à puero, in loco ad disciplinam probe à natura accommodato, cum prudentia sibi comparare oportet. Ad hæc longi temporis industriam accedere necesse est, quo disciplina veluti gravidata, feliciter & bene crescendo maturos fructus efferat.

Hæc vero cum sacra sint, sacris hominibus demonstrantur, profanis vero nefas priusquam scientiæ sacris initiati fuerint.

Liber de Arte, περὶ τέχνης.

EOrum aliquid quæ nondum inventa sunt, invenire, quodque inveniisse quàm non inveniisse præstiterit, similiterque imperfecta ad finem deducere, id mihi videtur illius esse munus, qui intelligens existimari expetit. Qui verò ea quæ ab aliis sunt inventa, inhonestorum verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, sed à peritis inventa apud imperitos traducit, is sanè prudentiæ existimationem tueri velle non videtur, sed potius naturam suam, aut ignorantiam malitiosè prodere.

Medicina est quæ sane in totum à morbis ægros vindicat, morborumque vehementiam obtundit, neque iis qui à morbo victi sunt, manum admovet, cum id medicinam præstare non posse probe constet.

Qui verò ex morientium calamitatibus artem funditus delere conantur, miror quanam satis justa oratione elati, in morientium intemperantiam causam non rejiciunt, sed eorum qui medicinam exercent prudentiam accusant. Quasi medicorum sit, quæ non conveniant præscribere, in ægrorum autem facultate non sit aliquid contra imperata admittere. Atqui longe magis est rationi consentaneum, ægros non posse imperatis obsequi, quam medicos ea quæ minimè conveniunt imperare.

Ejusdem est scientiæ morborum causas nosse, & morbos ipsos omnibus medicamentis, quæ augescere morbum prohibent, curare posse. Medicus siquidem sufficerit ad cognoscendum, sufficiet etiam ad sanandum.

Si verò is, in quo morbus cognoscitur, superetur, ob id sanè quod serius medicum accessit, aut ob morbi celeritatem peribit.

In Medicina valent tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum qui à natura non infeliciter sunt comparati.

Si verò res non succedit Medico pro animi sententia, meo quidem judicio, in morbi vehementiam, non in artem ipsam culpa rejicienda est.

De Prisca Medicina.

περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς.

SUnt autem opifices alii quidem mali, alii verò multum præstantes: quod sanè minimè contingeret, si prorsus non existeret Ars medica, nihil-

nihilque in ea vel observatione, vel inventione constaret, omnesque illius ex æquo inexperti & ignari essent ægrotantiumque rebus fortuna præesset. At verò nunc aliter hæc se res habet: ut enim aliarum artium cunctarum opifices plurimum inter se differunt, tum manu, tum mente, sic etiam in Medica evenit arte.

In Medicina via inventa est, per quam præclara multa longo temporis spatio sunt inventa, & reliqua deinceps invenientur, si quis probe comparatus fuerit, ut ex inventorum cognitione ad ipsorum investigationem feratur.

Necessitate homines coacti artem medicam invenerunt, quod ægrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit. Nemo enim, mea quidem opinione, ad Medicinam investigandam animum applicaturus fuisset, si eadem victus ratio, & ægris & sanis accommodata esset.

Multa mala & varia ex plenitudine oriuntur, neque verò minus gravia ex inanitione, ut proinde in his maxima insit varietas, magnaque diligentia requiratur. Modum enim quadam conjectura colligere oportet. Modum autem ad quem ista referas, ut exactè cognoscas, nullum alium invenies præter corporis sensum. Quocirca istud adeo exacte cognoscere, ut leviter in utramque partem pecces, operosa res est. Quanquam equidem vehementer hunc Medicum laudarim qui parum peccet. At exacta certitudo rarò cernitur.

Medicorum plerique malorum navium gubernatorum mihi simillimi videntur; qui si tranquillo mari navem regunt, nemo eos peccare deprehendat, quod si eos vehemens ventus aut tempestas oppresserit, jam omnibus manifestè constat eorum imperitia & culpa fuisse perditam. Ad hunc sanè modum improbi plerique Medici dum leviter affectos curant, in quibus vel gravissimi errores commissi nihil periculi admittunt, (cum multi hujusmodi morbi ac longe frequentius quam graviores hominibus contingant) in iis quidem si delinquant, plebeios latent: ubi verò in magnum & vehementem ac periculosum morbum, inciderint, tum ipsorum ars & errores omnibus sunt conspicui. Horum enim cujusque vindices pœnæ præsto sunt, neque in longum differuntur. Ejusmodi naturas quæ celeriter ac vehementer suorum delictorum incommoda percipiunt, equidem reliquis imbecilliores esse censeo.

Rectè mihi videntur illi artem dignam judicasse, quæ ad Deum Authorem ex majorum institutis referretur. Nam neque sicco, neque humido, neque calido, neque frigido hominem lædi existimaverunt, neque horum aliquo ei opus esse. Sed quod in unoquoque potentius esset, & supra naturam humanam, adeo ut ab ea superari non posset, id lædere censuerunt, & tollere conati sunt. In Homine inest & amarum & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum & insipidum, aliaque sexcenta, quæ pro copia & viribus varias habent facultates.

De Medico, περὶ ἰητροῦ.

AD Medici authoritatem mihi pertinere videtur, ut perspiciat, quoad ejus natura feret, bene colorato & optime habito sit corpore. Putant enim plerique hominum, si qui minus feliciter corpus dispositum habeant, eos neque aliis rectè consulere posse.

Præterea ejus cultus mundus esto, vestis sit decora, & unguentis utatur benè olentibus citra omnem odoris suspicionem; istud enim jucundum esse ægrotantibus solet.

Eum quoque spectare oportet ut animi temperantiam excolat, non taciturnitate solum, verum etiam reliqua totius vitæ moderatione: Quod ad illi comparandam gloriam plurimum adfert adjumenti.

Bonis etiam ac honestis sit moribus,

bus, unaque gravitatem cum humanitate conjunctam habeat: promptitudo enim & facilitas medendi effusè oblata, ab ægris contemnitur, quamvis alioquin ſummæ benignitatis officium illud ſit. At conſiderandum quando his uti liceat; eadem enim apud eoſdem cum rara ſunt æſtimantur.

Quod ad geſtum attinet, vultu ſit ad prudentiam compoſito, non aſpero tamen, ne ſuperbus videatur & miſanthropus. Qui verò in riſum effuſus eſt & ſupra modum hilaris, moleſtus habetur, quod vel imprimis vitandum eſt: æquum item in omni vitæ conſuetudine ſe præſtare debet.

Turpiſſimum eſt per manus operam non aſſequi quod cupias.

[*Docet inſuper quomodo officina* **Medica** *inſtrui debeat, ubi ſe demittit* Hippoc. *ad Tyrocinia prima futuri Medici, imo plebeis Chirurgi: veteres enim externa in Medicina diſcipulos primum exercebant.*]

De Decenti Habitu.

περὶ εὐσχημοσύνης.

AD inceſſum eo ſemper ſint habitu, qui non tam ad ſuperfluam curioſitatem, quam ad optimam exiſtimationem, prudentiam & animi moderationem comparatur; minimè diffluentes aut ſuperflui: in hominum concurſibus graves, ad reſpondendum appoſiti, adverſus altercantes difficiles, in ſimilium familiaritatibus contrahendis proſpicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad reſpondendum arguti, & tolerantes, in occaſione prudenter captanda appoſiti, in victu frugales, & paucis contenti, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt, in medium proferunt, & facultate dicendi utuntur, ad gratiam comparati.

Ad hæc omnia præcipue dux eſt natura. Etenim ſi adfuerit his, qui artibus inſtructi ſunt, ad prædicta omnia aditus erit ampliſſimus.

Præclara res eſt, quæ ex opere quod quis didicit, proficiſcitur oratio: opinio maximè in Medicina in crimen vertitur his qui ea utuntur; in calamitatem verò, his qui ejus opera fruuntur.

Ἰητρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος.

Medicum urbanitatem quandam ſibi adjunctam habere convenit: Auſteritas enim tum ſanis tum ægris difficilem acceſſum præbet: obſervare autem eum maxime oportet ne multas corporis partes nudet, neque cum plebeiis de rebus multis, ſed tantum neceſſariis, confabuletur.

Quæcunque autem agat, nec perfunctorie nimis (περὶ ἔργως) nec curioſè (μετὰ φιλοτιμίας pompoſe) agat.

In ingreſſu meminiſſe convenit ſeſſionis, demiſſi habitus, amictus compoſiti, authoritatis, breviloquentiæ, ut nihil perturbate agas, aſſeſſuri, diligentiæ, contradictionis ad ea quæ occurrunt, conſtantiæ in teipſo ad tumultus ſupervenientes, in turbis caſtigandis ſeveritatis, denique promptitudinis ad miniſteria.

Crebro ægrum inviſe.

Medicus in promptu habeat linamenta concerpta, ſplenia, vincula, medicamenta tum ad vulnera, tum ad oculos comparata, inſtrumenta etiam, machinas & ferramenta; alter item ſit apparatus ſimplicior, quo ad manus operam utaris, ad peregrinationes accomodatus. Promptiſſimus autem eſt, qui via quadam & ratione comparatur. Malagmatum (*i. e. cataplaſmatum*) quoque genera ad ſingulos uſus præparata habeas, potiones item incidendi facultate præditas, cuique generi accommodatas. Ad manum etiam ſint quæ ad Medicamentorum purgationes faciunt, ex locis convenientibus deſumpta, eo quo decet modo pro ſuo quæque genere & magnitudine præparata, tum quæ ad vetuſtatem diligenter ſunt repoſita, tum quæ recentia pro temporis occaſione in uſum veniunt.

Reli-

Reliquaque ad eandem rationem, ut his adornatis, cum ad ægrotum ingreſſus fueris, nequaquam animo hæreas, cum ſingula habeas, ad id quod fieri debeat, accommodata.

Priuſquam ad ægrotum ingrediaris, fac cognitum habeas quid agendum ſit. Pleraque enim non ratiocinatione, ſed auxilio indigent; eventa igitur per experientiam cognita, prædicenda. Id enim gloriam adfert, & cognitu eſt facile.

Præceptiones. παραγγελίαι.

TEmpus dicendum eſt, in quo occaſio conſiſtit, occaſio autem, in qua tempus non multum. Medicatio in tempore fit, aliquando etiam occaſionem requirit. Ne pigeat ex plebeiis ſciſſitari, ſi quid ad curandi opportunitatem conferre videatur. Sic enim cenſeo artem univerſam commonſtratam fuiſſe, quod ſingula ex fine obſervata, & ad eadem aggregata fuerint.

Non oportet aſſeverare quod unum aliquod exhibitum remedium profuturum ſit.

Suadeo ut interdum gratis cures, ita ut memoris gratitudinis potiorem, quam præſentis exiſtimationis rationem habeas, quod ſi vel hoſpiti, vel egeno largiendi occaſio ſe offerat, his vel maximè ſuccurrendum eſt. Qui enim erga homines humanum ſe exhibuerit, is artis amore teneri cenſetur. Multi namque ægri cum ſciant ſe morbo minimè ſalutari teneri, etiam medici diligentia ſanitati reſtitutos eſſe celebrare gaudent.

Neque ſane indecorum fuerit, ſi Medicus in rei præſentis anguſtia circa ægrum verſatur, imperitiæ etiam tenebris circumfuſus, alios quoque accerſiri jubeat, quo communi conſilio quæ in rem ægri ſunt, diſquirantur, & illi ad præſidiorum facultatem operas ſuas conferant. Ubi enim aſſiduè urget affectio, morbuſque increſcit, plurima in animi anguſtia ad rem præſentem opportuna elabuntur. Tunc igitur confidenti animo eſſe oportet.

Hoc jurejurando affirmare audeam, Medicum ratione utentem, alterum nunquam invidiosè calumniaturum. Sic enim animi impotentiam probet. Verùm id promptius faciunt qui forenſem quæſtum ſectantur.

Ægri diuturnam appetentiam erigit indulgentia, quæ interdum morbum fovet.

SECTIO SECUNDA.

Continens σημειωτικὸν.

Liber Prænotionum.

προγνωστικὸν.

MEdicus ad providentiam ſibi comparandam omne ſtudium adhibeat. Cum namque præſenſerit & prædixerit apud ægrotos, tum præſentia, tum præterita, tum futura, quæque ægri omittunt, expoſuerit, res utique ægrotantium magis agnoſcere credetur, adeo ut majore cum fiducia ſeſe homines Medico committere audeant. Curandi verò rationem optimè molietur, ſi ex præſentibus affectionibus, futura prænoverit. Neque enim fieri poteſt, ut omnes ægroti ſanitatem aſſequantur, hoc namque longè præſtantius foret, quam futurorum conſecutionem prænoſcere. Si quid etiam divini τι θεῖον in morbis ineſt, hujus quoque providentiam ediſcere oportet.

Hac ratione meritò ſibi admirationem & boni medici exiſtimationem conciliaverit. Qui namque morbo ſuperiores eſſe poſſunt, eos utique longè rectius conſervaverit ex longo antea intervallo ad ſingula conſilium dirigens, tum etiam morituros, tum evaſuros, ubi prænoverit & prædixerit, extra culpam poſitus erit.

Signa ex facie.

In morbis autem acutis imprimis quidem ægroti facies conſideranda venit, ſitne benevolentium, præcipueque ſui ipſius ſimilis, ita enim opti-

optima erit. Quæ verò ſimili eſt contraria, periculi plena eſt. Qualis fuerit naſus acutus, oculi concavi, collapſa tempora, aures frigidæ & contractæ, imiſque ſuis fibris inverſæ, cutis circa frontem dura, intenta & arida, & totius faciei color pallidus aut niger, aut lividus, aut plumbeus. Si itaque ineunte morbo talis facies fuerit, neque adhuc ex aliis ſignis conjicere poteris, interrogare oportet, num vigilarit homo, an alvus profusè fluxerit, an inædia & fame laborarit. Quod ſi quid horum fateatur, minus periculi ſubeſſe putandum erit. Dijudicantur autem iſta die ac nocte, ſi ob eas cauſas ejuſmodi facies fuerit. At ſi nihil horum præceſſiſſe dixerit, neque intra dictum tempus ad dictum ſtatum redierit, in propinquo mortem eſſe ſciendum eſt.

Coac. 212. Facies Hippocratica.

Ex oculis.

Alia etiam ſigna conſideranda, tum ex univerſo corpore, tum ex oculis. Si namque lucem refugiunt, aut præter voluntatem illachrimant, aut pervertuntur, aut alter altero minor ſit, aut ejus albæ partes ſint rubræ, aut palpebræ lividæ, aut venulis nigris, ſi oculorum alba obſita fuerint, aut lippientium oculorum ſordes κνῖφος circa eorum aciem appareant; aut etiam aſſiduè mobiles, aut foras projecti, aut vehementer cavi fuerint, vel etiam ſqualida oculorum acies ſi ſit, & minimè lucida, aut ſi color totius faciei immutatus fuerit, hæc omnia mala perniciosaque exiſtimanda. Per ſomnum etiam an ex oculis aliquid ſubappareat ſpectare oportet; ubi namque non commiſſis palpebris ex albo quid ſubapparet, id ſi neque diarrhæa, neque medicamentum purgans expreſſerit, neque ita dormire conſueverit æger, pravum id ſignum eſt, & funeſtum valde.

Lethale quoque, labra reſoluta, pendentia, frigida & exalbida eſſe.

Ex decubitu.

At ægrum à Medico in latus dextrum aut ſiniſtrum recumbentem deprehendi oportet, manibuſque, & cervice ac cruribus paulum reductis, totoque corpore molliter poſito. Hic enim ferè ſani jacentis eſt habitus. Is autem habetur optimus decubitus, qui bene valentium ſimilis eſt. Supinum verò jacere, manibus, collo & cruribus, valde projectis, minus bonum. Quod ſi pronus ad pedes de lecto delabatur, magis formidandum. Quod ſi etiam denudatis pedibus deprehendatur, nec admodum calidis, manibuſque, collo, ac cruribus inæqualiter projectis & nudis, malum id eſt, inquietudinem enim ſignificat. Lethale quoque hianti ore aſſiduè dormire. At in ventrem jacere, ei qui per bonam valetudinem ita dormire minimè conſuevit, delirium, aut partium circa ventrem dolorem indicat. *Coac. 497.*

Ex ſtridore dentium.

In febribus autem dentibus ſtridere, ex quibus à puero minimè eſt conſuetum, inſaniam & mortem ſignificat, quod ſi etiam deliranti id accidat, exitiale admodum jam eſt.

Ex ulceribus. Coac. 491.

Ulcus quoque ſive ante morbum, ſive in morbo, natum ſit, noſſe oportet. Nam ſi periturus eſt æger, lividum, pallidum, & ſiccum ante mortem erit.

Ex manuum geſticulatione.

De manuum motione ita cenſeo: in febribus acutis, aut pulmonum inflammationibus; aut phrenitide, aut capitis doloribus, quibus ante faciem feruntur & aliquid fruſtra venantur, & feſtucas colligunt, aut floccos è veſtibus evellunt, & ex pariete paleas carpunt, ex his omnibus malum & mortem portendi.

Ex ſpiratione.

Spiratio crebra ſi fuerit, dolorem ſignificat, aut inflammationem in partibus diaphragmate ſuperioribus; quæ verò magna eſt reſpiratio & ex magno intervallo, delirium ſignificat. Frigidus autem ſpiritus, qui è naribus & ore efflatur, valde eſt funeſtus. Facilè verò ſpirare, valde magnum ad ſalutem momentum exiſtimandum, cum in omnibus morbis acutis, quibus febris conjuncta eſt, tum in his qui intra dies 40. judicantur.

Su-

Coac. 572. Sudores optimi quidem per omnes morbos acutos, qui diebus judicatoriis contingunt, & penitus febre liberant. Boni verò, quicunque toto corpore oriuntur, faciuntque ut æger morbum facilius ferre videatur. At qui nihil tale efficiunt, minimè sunt utiles. Pessimi autem frigidi, quique circa caput tantummodo, faciem & cervicem exoriuntur: ii namque cum acuta febre mortem, cum mitiore verò, morbi longitudinem prænunciant. Sudores boni sunt, qui guttatim, & cum exhalatione fiunt.

279. Hypochondria optima quidem quæ dolore vacant, mollia sunt & æqualia, tum dextra, tum siniſtra parte: incensa verò aut dolentia, aut intenta, aut inæqualiter affecta dextra parte ad siniſtram, hæc omnia animadvertenda sunt. Quod si etiam pulsus in hypochondriis insit, perturbationem, aut delirium indicat. Verum etiam eorum oculos intueri oportet, si namque oculi crebro moveantur, insania expectanda est.

280. Tumor vero in hypochondrio durus & dolens, pessimus quidem est, si totum occupet hypochondrium, si vero alterutra tantum pars obsessa fuerit, minus formidabilis erit tumor qui in siniſtra regione consistit. Significant autem hujusmodi tumores circa principia mortem brevi ad futuram: quod si neque intra 20. diem febris quiescat, neque tumor subsidat, ad suppurationem res vertitur. His autem primo circuitu etiam sanguinis è naribus fluxus contingit, valdeque juvat; verum eos interrogare oportet, num capite doleant, aut oculorum hebetudine teneantur; nam si quid horum adfuerit, eo sanguis repit. In juvenibus tamen, neque dum 35. annum attingentibus, sanguinis eruptio magis expectanda est. Tumores molles doloris expertes, digitisque cedentes, tardiores crises efficiunt, sed tamen minus illis verendi sunt. Quod si intra dies 60. neque febris esset, neque tumor subsidat, fore suppurationem hoc loco & reliquo ventre significat.

Ventris tumores minus abscedere nati sunt, quam qui in Hypochondriis oriuntur; minime verò qui infra umbilicum in pus vertuntur.

Suppurationum, quæ hinc proveniunt, ea observatio facienda est. Quæ foras vertuntur, optimæ sunt ubi parvæ sunt & quam maximè foras feruntur, & in acutum tendunt: pessimæ vero quæ magnæ sunt & latæ, minimèque in mucronem attolluntur; at quæ intro rumpuntur, optimæ, ubi nihil cum externa sede communicant, in sese contrahuntur, nullo dolore afficiunt, totaque regio externa unius coloris apparet.

Pus vero optimum est album, leve & æquale, & quam minimum graveolens. Huic autem contrarium pessimum.

Aqua inter cutem quæ ex acutis morbis oritur mala; nam neque febre liberat, vehementesque dolores excitat, & lethalis est. Oritur fere ex laterum inanitate & lumbis, partimque à jecore. Quibus igitur ex laterum inanitate & lumbis initia ducuntur, iis pedes intumescunt, & longa alvi profluvia detinent, quæ neque dolores ex laterum inanitate ac lumbis tollunt, neque ventrem molliorem efficiunt. At quibus à jecore hydrops ortum ducit, his tussis & tussiendi cupiditas inest, sed nihil effatu dignum expuunt, pedesque intumescunt, ac venter non nisi dura ægreque egerit, & circa alvum tumores fiunt, qui partim dextra, partim siniſtra parte oriuntur & desinunt. Coac. 452.

Caput, manus & pedes frigere, ventre & lateribus calentibus, malum denunciat; at corpus totum æqualiter calidum esse ac molle optimum. 492.

Ægrum quoque facile converti oportet, & cum sese attollit levem esse. Quod si gravis esse videatur, tum reliquo corpore, tum manibus & pedibus, in angusto spes est. 493.

Præ-

Coac. 493. Præter gravitatem verò ſi ungues & digiti liveſcant, mors confeſtim expectanda eſt. At omninò nigri tum digiti, tum pedes minus quam liventes pernicioſi ſunt. Sed alia ſigna conſideranda; ſi enim facilè malum ferre videatur & aliud quoddam ex ſalubribus ſignis adfuerit, morbus ad abſceſſum vergit, ita ut æger morbo quidem ſupereſſe, & partes corporis denigratæ decidere debeant.

494. Teſtes autem & pudenda ubi ſurſum contrahuntur, vehementes dolores, & mortis periculum denunciant.

Peſſimum eſt, ſi neque noctu, ne-
497. que interdiu dormiat, nam aut ob dolorem vigilia adeſt, aut delirii affuturi hæc nota eſt.

Alvi dejectio optima eſt, ſi mol-
601. lis eſt & conſiſtat, eoque tempore quo per ſanitatem dejici ſoleat, copia verò ciborum ingeſtorum rationi reſponderit. Quod ſi liquida fuerit dejectio, conſentaneum eſt, ipſam neque ſtridere, neque paucum, & crebrò excerni, frequens enim deſidendi labor ægrum fatigat, eique inſomniam adfert. Si ſæpe & multum alvus feratur, deliquii animi periculum erit. Craſſiorem fieri dejectionem oportet, morbo ad criſin eunte. Sit etiam ſubrufa, neque admodum graveolens. Expedit etiam lumbricos teretes una cum
116. excrementis alvi deſcendere, morbo ad criſin properante. Valde aquoſum aut album, aut pallidum, aut prærubrum, aut ſpumans dejici, hæc omnia calamitoſa ſunt. Præter hæc, malum eſt, quod exiguum, glutinoſum, candidum, ſubflavum & æquale exiſtit. His verò magis funeſta ſunt nigra aut pinguia, aut livida, aut æruginoſa, aut graveolentia. Dejectiones variæ majorem quam illæ diuturnitatis ſpem adferunt. Sed tamen non minus ſunt funeſtæ. Hujus modi ſunt, ſtrigmentoſæ, bilioſæ, cruentæ, porraceæ & nigræ, ſive ſecedant ſimul, ſive aliæ ab aliis ſegregatæ.

Flatum ſine ſonitu ac crepitu exire optimum. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire, quam iſtic revolvi. Et cum ita erumpit, aut dolere quid hominem ſignificat, aut delirare, niſi fortè ſponte ſua flatum ſic emittendum duxerit. Coac. 495.

Hypochondriorum dolores & tu- 211.
mores recentes quidem & ſine inflammatione, murmur ſolvit in ipſo Hypochondrio exortum, idque potiſſimum ſi cum ſtercore, urina & flatu prodierit; ſin minus ubi ipſum per ſe tranſmiſſum fuerit, juvat: idque magis ſi ad inferiores ſedes deſcenderit.

Urina optima eſt cum & alba fue- 525.
rit Hypoſtaſis & levis & æqualis per omne tempus quoad morbus judicatus fuerit: talis enim ad ſecuritatem & brevitatem morbi præclarè apparet. Sin talis urinæ intermiſſio quædam ſit ut modo pura reddatur, modo Hypoſtaſis alba & levis ſubſidat, diuturnior quidem eſt morbus, & minus res ægri in tuto ſunt. Sin ſubrubra reddatur urina cum Hypoſtaſi æquali & lævi, diuturnioris quidem morbi ea erit, quam illa jam memorata, ſed admodum ſalutaris: Quæ in urinis κριμώδεις farinæ craſſioris ſpeciem Hypoſtaſes referunt, pravæ ſunt; his multo pejores ſunt lamineæ πιτυρώδεις albæ verò & tenues admodum ſunt pernicioſæ; ſed his omnibus magis funeſtæ ſunt furfuraceæ. πιτυρώδεις nubeculæ quæ per urinas feruntur, albæ quidem bonæ ſunt, nigræ verò malæ. Quandiu autem fuerit urina rubra & tenuis, morbum adhuc pepaſmi expertem ſignificat. Quod ſi diu talis reddatur, periculum eſt ne vires ægri valere non poſſint, donec urina mitificata fuerit. Inter urinas funeſtiſſimæ ſunt graveolentes, aqueæ, nigræ, & craſſæ. Sed tum viris, tum mulieribus urinæ nigræ peſſimæ, pueris vero aqueæ. Quicunque tenues urinas ac crudas diu excernunt, ſiquidem alia ut convalituris ſigna appareant, his quidem in partibus diaphragmate inferioribus abſcef-

ſceſſum expectare oportet. Sed & pinguedines ſupra innatantes araneārum telas referentes, damnare oportet, colliquationem namque ſignificant. In urinis autem quæ nubeculas habent conſiderandum venit, an ſuperſtent, vel ſubſidant, & quoſnam habeant colores: quæ deorſum feruntur cum dictis coloribus bonæ cenſendæ & commendandæ, at quæ ſurſum feruntur, malæ & vituperandæ. Neque tibi imponat veſica quoquo modo affecta, ſi hujuſmodi urinas reddiderit, non enim totius corporis, ſed ipſius per ſe indicium eſt.

Coac. 556. Vomitus perquam utilis eſt, qui pituita & bile permixtus eſt, nec admodum craſſus nec multus. Nam meraciores pejores ſunt. Sin autem id quod vomitione excluditur porraceum ſit, aut lividum, aut nigrum, quamcunque horum colorum ſpeciem referat, in pravis habere oportet. Quod ſi omnes illos colores idem homo vomitione exhibeat, valde quidem id lethale eſt. Sed mortem in propinquo eſſe ſignificat lividus ille vomitus qui tetrum odorem ſpirat. Nam omnes ſubputridi & graveolentes odores in iis omnibus, quæ vomitu rejiciuntur, mali ſunt.

390. Expectoratum verò in omnibus morbis qui in pulmones & latera incidunt, citò & expeditè expectorari debet, ſputoque flavum valdè permixtum apparere; etenim ſi multo poſt morbi principium expectoretur aut flavum quid, aut rufum, aut quod multam tuſſim adferat, neque exquiſitè permixtum ſit, deterius eſt. Flavum ſi ſincerum fuerit, periculi plenum eſt. Quod album eſt, lentum & rotundum, inutile. Pravum etiam eſt pallidum admodum & ſpumans (& viride & æruginoſum) at ſi adeo ſincerum fuerit, ut etiam nigrum appareat, id illis deterius eſt. Malum etiam ſi nihil expectoretur, nec quicquam pulmo excludat, ſed plenus ferveat in gutture.

399. In omnibus pulmonis morbis gravedines & ſternutationes tum præire, tum ſubſequi, malum. Verum in aliis morbis alioquin funeſtiſſimis, ſternutationes juvant.

Expectoratum flavum non multo perfuſum ſanguine, quod peripneumonicis ineunte morbo, expectoratur, ad ſalutem apparet mirificeque prodeſt. Septimo verò die ac tardius, non adeo ſecurum. Sputa omnia mala ſunt quæ dolorem non ſedant, peſſima etiam nigra ut prius proditum eſt. At omnium quæ excreantur optima quæ dolorem ſedant. Horum verò locorum dolores, qui neque per ſputorum purgationes, neque alvi dejectionem, neque venæ ſectionem, aut medicamenta purgantia & victus rationem ſedantur, eos ad ſuppurationem tendere ſciendum eſt. Coac. 392. 391. 394.

Supputatorum quæcunque bilioſo adhuc expectorato ſuppurant, periculi plena ſunt, ſive illud bilioſum per ſe, ſive puri permixtum expectoretur: Et potiſſimum ſi illud ſuppuratum ceperit expectorari ab ejuſmodi ſputo, morbo ad ſeptimum diem progreſſo; atque eum qui talia expectorat, metus eſt interiturum 14. morbi die, niſi aliquod bonum ſignum intervenerit. In bonis ſignis hæc numerantur. Facilè morbum perferre, benè ſpirare, dolorem ſedatum eſſe, ſputum ſine difficultate rejicere, corpus æqualiter calidum aut molle videri, ſine ſiti eſſe, urinas, dejectiones, ſomnos & ſudores (laudabiliter fieri) ut ante definitum eſt, ſingula ſupervenire, bona exiſtimanda ſunt. His enim omnibus ſic contingentibus, fieri non poteſt ut homo moriatur. Quod ſi ex his quædam quidem contingant, quædam minus, non ultra 14. diem æger vitam producet. Contra autem ægrè morbum ſuſtinere, reſpirationem magnam & frequentem eſſe, dolorem minimè ſedari, expectoratum vix tuſſiendo educi, ardere ſiti, ipſumque corpus à calore inæqualiter affici, ventrem & latera vehementer calere, fronte, manibus & pedibus frigidis, urinas, 392. 393.

alvi

alvi excrementa, ſomnos & ſudores, unaquæque qualia deſcripta ſunt, mala eſſe noſſe convenit. Si quid enim ex his ſputo ſupervenerit, morietur æger, priuſquam ad diem 14. pervenerit, aut 9. aut 11. die.

Coac. 402. Reliquæ ſuppurationes magna ex parte rumpuntur, aliæ quidem 20. aliæ 30. aliæ etiam 40. aliquæ etiam ad 60. diem deveniunt. Suppurationis initium colliges ab eo die, quo primum æger febricitavit, aut etiam primum rigor prehendit, & ſi loco doloris pondus quoddam grave ſentiatur. Hæc enim ſunt ineuntis ſuppurati certiſſima ſigna. Quod ſi in altero tantum latere ſuppuratio fuerit; tum vertere, tum ediſcere ad hæc convenit, num dolor aliquis alterum latus detineat, & num altero calidius fuerit, atque ubi in latus ſanum decubuerit, interrogare, ſi quod ei pondus deſuper impendere videatur, ſic enim altero latere in quo pondus extiterit ſuppuratio eſt. Suppuratos his ſignis cognoſcere oportet, primum quidem ſi febris non demiſerit, ſed quæ interdiu quidem levior fuit, de nocte gravior evadat; tum verò ſudores incidunt multi
402. (circa collum & jugulum) & etiam tuſſis, tuſſiendique cupiditas iis oboritur, ſed tamen nihil tuſſiendo memorabile expectorant: quin etiam oculi fiunt concavi, ac genæ rubore perfuſæ apparent, & manuum ungues fiunt adunci, digiti verò maximeque ſummi ardore conflagrant, & in pedibus tumores fiunt, cibos minimè appetunt, & puſtulæ toto corpore oriuntur. Diuturnæ igitur (pectoris & pulmonis) ſuppurationes his indicantur ſignis, quibus multa fides habenda eſt.

402. Ex ſuppuratis illi maximè ſuperſunt quos eo ipſo die, quo rupta eſt vomica, febris dimiſit, & illico cibos appetunt, ac ſitis ſunt planè expertes, tum alvus pauca & figurata reddit, tum pus ipſum album eſt & læve & uniuſmodi, & pituitæ expers, tum & ſi abſque dolore & vehementiori tuſſi expectoretur: qui ita affecti ſunt optimè & celerrimè liberantur. Sed (à ſuppuiato) intereunt, quos (à rupta vomica) febris non dimiſit, aut ſi febricitandi finem feciſſe videantur, iterato incendio conflagrant, & ſiti ardent, nec ullo edendi amore tenentur, tum alvo ſunt profuſiore, pus autem viride & lividum expectoratur, aut pituitoſum & ſpumans. Si hæc inciderint, brevi intereunt. Sed quibus horum alia quidem apparent, alia verò non, ex iis quidam intereunt, alii verò in multo tempore ſuperſunt. *Coac 402*

Quibus verò in peripneumonicis 395.
morbis abſceſſus incidunt pone aures, & ſuppurant, aut ad infernas partes decumbit, & fiſtula excitatur, hi ſane ſuperſunt. Hujuſmodi abſceſſus fore intelliges hoc modo: ſi febris detineat, nec ulla doloris remiſſio adferatur, nec expectoratum convenienter feratur, nec bilioſa alvo ſecedant, nec facile alvus meracis feratur, nec verò urina profusè reddatur, cum multa hypoſtaſi, atque certa ſalutis ſpes ab aliis ſignis ſalutaribus affulgeat, tum commemoratos abſceſſus fore ſpes eſt.

Qui in crura decumbunt abſceſſus 396.
a peripneumonia vehementi & calamitoſa, præclarè quidem omnes ad ſalutem faciunt, ſed illi optimi qui in expectorati mutationem incidunt. Si verò tumor & dolor ſuboriatur, ſputo è flavo in pus verſo, & foras prodeunte, hoc modo tum ſecuriſſimè æger ſuperſtes futurus eſt; tum citiſſimè citra dolorem abſceſſus quieſcet. Quod ſi neque ſputum rectè excernatur, neque urina bona hypoſtaſi prædita ſit, periculum eſt ne articulo claudicet æger, aut ei multum negotii exhibeatur: Si verò diſpareant abſceſſus & intro recurrant, ſputo non prodeunte, & detinente febre, gravis morbi periculum, & delirii, & mortis ægro imminet.

Eorum verò qui à peripneumonia ſunt purulenti, ſeviores magis

in-

intereunt, at ex cæteris ſuppurationibus, juniores potius moriuntur.

Lumborum, & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, ſi illis relictis ſeptum tranſverſum invadant, exitiales admodum ſunt.

Cum ſuppurati utuntur, ſi purum pus fuerit & album, nec tetri odoris, convaleſcunt; at quibus ſubcruentum & cænoſum, moriuntur.

Veſicæ tum duræ, tum dolentes
Coac. 471. grave prorſus, & exitiale periculum minantur; maximè autem exitiales ſunt, quæ cum febre aſſidua fiunt. Nam & ipſarum veſicarum dolores ad mortem inferendam ſatis ſunt, neque alvi hoc tempore excernunt, niſi durum quiddam & coactum. Solvit autem purulenta micta urina album & leve habens ſedimentum. Quod ſi neque cum urina quicquam dolor remiſerit, neque mollior veſica reddatur, febriſque aſſidua fuerit, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum ſperandum eſt. Hoc autem morbo potiſſimum tentantur pueri à 7. anno ad 15.

Febres judicantur iiſdem numero diebus quibus & evadunt & moriuntur homines. Etenim febres mitiſſimæ & tutiſſimis ſignis conjunctæ, quarto die ceſſant, aut etiam celerius. Maximè verò malignæ & quæ cum ſignis calamitoſis exiſtunt, quarto die interficiunt, aut etiam prius. Primum ergo naturæ & morbi certamen ſic definitur, ſecundum ad ſeptimum diem producitur, tertium verò undecimo definitur die, quartum ad 14. producitur, quintum ad 17. ſextum ad 20. neque verò ad horum quicquam integris diebus exactè numerari poteſt.

Qui ex morbo evaſuri ſunt facilè ſpirant, dolore vacant, noctu dormiunt, aliaque ſecuriſſima ſigna habent. At perituri difficultate ſpirandi vexantur, delirant, vigilant, cæteraque peſſima ſigna habent.

Puerperis à partu criſes contingunt.

Capitis dolores vehementes & pertinaces cum febre conjuncti, ſi (funeſtum) aliquod ſignum acceſſerit, valdè pernicioſi exiſtunt. Si verò abſque ejuſmodi ſignis, 20. diem dolor exceſſerit, & febris detineat, narium profluvium, aut imis in partibus abſceſſum fore ſuſpicionem adfert. Verum dolore adhuc recenti, æque profluvium ſanguinis aut ſuppuratum ſperari poteſt, tum alias, tum ſi dolor circa tempora & frontem affuerit. At ſanguinis eruptio magis expectanda venit in his qui nondum 35. annum attigerunt in ſcnioribus ſuppuratio.

Auris dolor acutus cum febre con-
tinua & vehementi, formidabilis, Coac. 189.
periculum enim delirii & mortis ægro adfert: moriuntur autem ex hoc morbo juniores quidem homines 7. die aut etiam citius, ſeniores verò multo tardius. Nam & febres & deliria minus iis ſuboriuntur, aureſque eam ob cauſam ſuppuratio præoccupat. Sed in his ætatibus ſuccedentes morbi reverſiones plurimos interficiunt. Juniores verò priuſquam auris ſuppuret, intereunt. Si verò pus album ex aure manarit, tum juveni ſalutis ſpes affulget, ſi aliud quoddam ei bonum ſignum ſupervenerit.

Fauces exulceratæ cum febre grave aliquid portendunt, at ſi aliud aliquod ſignum adfuerit ex his quæ antea prava eſſe cenſuimus, ægrum in periculo verſari denunciandum eſt.

Angina graviſſima quidem eſt & 363.
celerrimè interimit, quæ neque in 364.
faucibus, neque in cervice quic- 365.
quam conſpicuum facit, plurimum verò dolorem exhibet & difficultatem ſpirandi, quæ erecta cervice obitur, inducit, hæc enim eodem etiam die, & 2, & 3, & 4 ſtrangulat. Quæ verò certæ (anginæ) parem doloris vim adferunt, ſed tamen intumeſcunt, & fauces rubore ſuffundunt, pernicioſæ quidem valdè ſunt, ſed diuturniores iis quas jam deſcripſimus, ſi ingens rubor

fuerit. At quibuſcunque una fauces, & cervix inſigniter rubent, hujuſmodi ſunt diuturniores. Maximèque nonnulli ex iis evadunt, ſi cervicem & pectus rubor detineat, neque ad interna eryſipelas revertatur. Quod ſi neque diebus criticis diſpareat eryſipelas, neque tuberculum ad externas partes prorumpat, nec pus expectorarit, facileque ac ſinè dolore habere videatur, mortem indicat, aut ruboris reverſionem; at ſecurius eſt tumorem, & ruborem ad externa converti. Quod ſi ad pulmonem ſe vertat, dementiam excitat, & ex his nonnulli ſuppurati plerumque evadunt.

De Febribus. Quibus febres ceſſant, neque apparentibus ſolutionis ſignis, neque diebus judicatoriis, iis recidiva expectanda eſt. In longa febre, ſalutariter tamen affecto ægro, ſi neque ob inflammationem aliquam, nec ob ullam aliam evidentem occaſionem dolor detinet, in hoc abſceſſus cum tumore aut dolore ad articulum aliquem expectandus, maximèque in inferioribus locis. Hujuſmodi abſceſſus magis contingere ſolent iis qui 30. annum non attigerunt, minimè ſenioribus.

Si quis in febre non lethali dixerit ſibi caput dolere, aut oculorum aciem caligine quadam perſtringi, & ſtomachi dolor acceſſerit, tum vomitio bilioſa aderit; ex iis autem quibus ineunte morbo caput dolere cepit, quarto morbi die magis premuntur, quam quinto; ſeptimo autem remiſſionem conſequuntur. At quibus 3. die dolet caput, hi maximè vexantur die quinto. 9. vero aut 11. liberantur. Quicunque vero quintum diem morbi agentes laborare ceperint, 14. die morbus judicabitur.

At verò quibus in febre caput dolet, & ſuffuſionis caliginoſæ loco hebeſcunt oculi, aut etiam ignes micant ex oculis: & cardialgiæ loco, dextra aut ſiniſtra hypochondriorum parte, diſtentio quædam percipitur doloris & inflammationis expers, his narium profluvium vomitionis loco, jam jam adfuturum ſpes eſt. Sed juvenibus potius illud expectandum eſt. Iis verò qui 30. annorum attingunt, & ſenioribus minus, ſed in his vomitiones expectandæ.

Puerulis convulſiones incidunt, ſi febris acuta fuerit, nec alvus feratur & ſomni ſunt expertes, & terreantur, & eiularint, tum etiam ſi colorem mutent, ac pallido vel livido, vel etiam rubro ſuffundantur. Hæ (convulſiones) facilè incidunt puerulis nuper natis ad 7. ætatis annum; at grandiores pueri & viri non adeo per febres convulſionibus prehenduntur, niſi vehementiſſimum & peſſimum quoddam ſignum ex his quæ in phrenitide fieri ſolent, affuerit. In Lybia, Delo, & Scythia præſcripta ſigna vera comperiuntur.

De Humoribus.

περὶ χυμῶν.

PEpaſmi tempore fiunt, & vel foras vel intro, aut alio fluunt quo decet.

Quæ ſocia ſunt atque vicina primum & maximè vitiantur.

Quæ ducenda ſunt, quo maximè vergunt, eo per loca convenientia ducere oportet. Quæ prodeunt copia minimè ſunt æſtimanda, ſed quamdiu prodeant, qualia oportet, & æger facilè ferat. *Aphor. 21. 23. Sect. 1.*

Si quæ pars ante morbum laborarit, ibi morbi ſedes erit, velut iis contigit qui in Perintho tuſſi & angina laborarunt.

Humores quibus anni temporibus efflorescunt, noſſe oportet, & quales in ſingulis morbos efficiant, & quaſnam in unoquoque morbo affectiones pariant.

Mutationes ex quibus ad quænam fiant conſiderandæ.

Ut ſe habet Terra arboribus, ita animantibus venter, alit, calefacit & refrigerat: Refrigerat quidem dum vacuatur, calefacit verò cum im-

impletur. Non ſecus ac ſtercorata Terra, hieme, calida eſt, ita etiam ventriculus.

Pro anni temporis varietate, ſimiles aut diſſimiles erunt morbi, qui hoc tempore oriuntur.

Aph. 5. ſect. 3. Ubi æſtas veri ſimilis extiterit, ſudores in febribus eæque faciles, neque peracutæ erunt, neque linguas vehementer aridas habebunt.

Cum verò ver hibernum fuerit, & extremæ hiemis frigora ſenſerit, hiberni etiam morbi fient, & tuſſes & pulmonum inflammationes & anginæ. Anni etiam tempora morborum reverſiones plerumque afferre ſolent, ſicut & ejuſmodi morbos facere.

Aphor 5. ſect. 3. Auſtri auditus gravitatem afferunt, oculis caliginem offundunt, capitis gravitatem inducunt, membrorum torporem ac languorem faciunt. Cum hic invaluerit, eiuſmodi in morbis contingunt, ulcera madentia, os præſertim, pudendum, aliaſque partes occupant.

Aphor. 5. ect. 3. Quod ſi Aquilonia fuerit tempeſtas tuſſes fiunt, faucium aſperitates, alvi duriores, urinæ difficultates, horrores, laterum & pectoris dolores. Hac prævalente, ejuſmodi morbi maximè expectandi ſunt.

Æſtas bilem gignit, ver ſanguinem & alia tempora, ut ſingulorum fert natura.

Aphor. 1. ect. 3. Mutationes potiſſimum morbos pariunt, & in anni temporibus magnæ mutationes.

Aphor. 2. ſt. 3.

Aphor. 3. ſt. 3. Naturarum aliæ ad æſtatem, aliæ ad hiemem, benè aut malè ſe habent, morbi alii ad alia anni tempora benè vel malè ſe habent; ætates quoque ad tempora & regiones, & victus genera & morborum conſtitutiones.

Aphor. 4. ſt. 3. Regiones ad anni tempora malè affectæ cuius temporis ſimilitudinem habent, eiuſmodi morbos pariunt. V. g. inæqualis calor & frigus, ſi eodem die contigerint, autumnales morbos in regione creabunt; & in reliquis anni temporibus eadem ratio ſervabitur.

Qui Sanguinem per ora venarum quæ in Ano ſunt, profundere ſolent, ii neque pleuritide, neque pulmonis inflammatione, neque Phagædæna, neque furunculis, neque terminthis corripiuntur, ac fortè ne lepra quidem, fortaſſis verò neque vitiliginibus. Intempeſtivè autem curati multi, non ita multo poſt hujuſmodi morbis correpti ſunt, & perniciosè idcirco habuerunt. Quod in reliquis abſceſſibus contingit, veluti fiſtulis, quæ aliorum medela ſunt. *Lib. 6. Epid. ſect. 3. Aph. 28.*

Impedimento eſt (Sanguinis miſſioni) iis qui cruenta expuunt, anni tempus, pleuritis, & bilis. *Lib. 6. Epid. ſect. 3. Aph. 31.*

Quibus ſub judicationis tempus, juxta aures exorta tubercula minimè ſuppurarint, iis ſubſidentibus, morbi reverſionem fieri contingit.

Quæ ſedare ſolent, cum poſteà apparent, ea ſi priùs fiant, liberant. *Aph. 28.*

De Criſibus.

περὶ κρισίων.

SI ſuborto ſudore, morbus ceſſet, & urina fulva, cum ſedimento albo conſpiciatur, iis eodem die febris revertitur, quæ quinto die ſine periculo judicatur.

Quibus in febre minime lethali, capitis dolor eſt, aliaque ſigna circumſiſtunt, in his bilis ſuperat. Qui primis diebus dolore vexati, 4. & 5. die magis urgentur, 7. die febre liberantur.

Febribus ardentibus ſi poſt ſeptimum diem morbus regius ſuccedat, ſudoris indicium eſt.

Judicationem faciunt copioſa mictio, ſudor, vomitus, alvi deiectiones, & Sanguinis ex naribus fluxio, menſium item fluxus.

Febre ardente finiente, ſi morbus regius ſuccedat, non ſolet ampliùs ſudare, neque alibi uſquam abſceſſum facere, ſed ſanus evadit.

Tertiana ut plurimum 7. circuitibus judicatur. *Aph. 59. Sect. 4.*

Quibus in moleſtis febribus, 7. 9. aut 14. die icterus oritur, bonum eſt, niſi dextra præcordia obduruerint, ſin minus, res in dubium venit. *Aph. 54. Sect. 4.*

Acuti morbi intra dies 14. ferè judicantur.

Sudores febricitanti ſi contingant, 3, 5, 7, 9, 11, 14, 21, & 30. die, hujuſmodi ſudores morbos judicant, qui verò non ſic contingunt, labores portendunt. *Aph. 36 Sect. 4.*

Urinarum concoctiones paulatim matureſcentes, ſi diebus judicatoriis concoctæ fuerint, morbum ſolvunt.

Urinas cum ulceribus conferre oportet. Ulcera namque ſi repurgando pus album rejiciant, celerem curationem denunciant, ſed ſi ad ſanioſos humores convertantur, maligna evadunt.

In febribus ſi urina mutationes habeat, temporis longitudinem indicat, ægrumque tum ad deteriora, tum in alteram partem neceſſariò commutari.

Si urinæ primis minimè ſimiles, ſed ex craſſis tenues evadant, & omnino tenues, eæ difficilem & minimè certam judicationem faciunt.

Quacunque corporis parte calor aut frigus ineſt, ibi morbus eſt; eique celeres in toto corpore mutationes contingunt. Quod ſi corpus perfrigeſcat, aut rurſus incaleſcat, colorque ſubinde mutetur, iſta morbi longitudinem portendunt. *Aph. 39. Sect. 4. Apho. 40. Sect. 4.*

Si febricitanti ſudor ſuccedat, neque febris deſinat, malo eſt, producitur enim morbus, & humiditatem ſignificat. Sano ſudor copioſus immodicè contingens morbum portendit, æſtate quidem minorem, frigore verò maiorem.

Quibus in alvi deiectione bilis atræ quid ſubeſt, ſi copioſiùs, maior eſt morbus, ſi parcius, minor.

In febribus ardentibus, ſi morbus regius & ſingultus quinto die contingat, lethalis eſt. Morborum reverſionibus tentantur, quibus in febricitatis vehementes vigiliæ, aut turbulenti ſomni adveniunt, aut corporis robur ſolvitur, aut ſingulorum membrorum doloris adſunt, & quibus febres non accedentibus ſolutionis ſignis, neque diebus judicatoriis quieſcunt.

Si judicatione facta, urina rubra ſubſidentiam rubram continens reddita fuerit, his febris reverſio eodem die contingit, ex eaque pauci ſervantur.

Quibus judicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppurantur, his ſolutis morbi reverſio pro recidivarum ratione, ſimili circuitu contingit.

Atra bile vexatis & phrenitide detentis, Sanguinis per venas ani profluvium bonum eſt.

Qui inter loquendum hæſitant ac balbutiunt, ut nec labris moderari queant, ſi hæc ceſſent, purulenti evadunt.

Vehementem in locis inferioribus dolorem ſurditas ſolvit, aut copioſus ex naribus Sanguis profluens.

Inſania magnum morbum conſuetudinem jam familiarem ſolvit.

Quibus in febribus ardentibus coxendicum dolor eſt, oculorum perverſio, aut cæcitas, aut teſtium tumores, aut mammarum elevatio, hæc febrem ſolvunt, aut etiam Sanguinis ex naribus profluvium.

Tremores in febribus delirium ſolvit.

Febri rigor ſuccedens febrem ſolvit, & ſudorem evocare ſolet. *Apho. 6. ſect. 4.*

Quibus in febribus aures obſurduerint his niſi febris ſolvatur, furorem contingere neceſſe eſt. Solvit autem Sanguis ex naribus effluens, aut alvus bilioſa effundens, aut dyſenteria, aut coxendicum, aut genuum dolor ſuccedens.

Quibus dolores derepente oriuntur, præcordia ſurſum attolluntur, ſi dolores vehementes ad notham coſtam contingant, his venæ ſectio & deorſum purgatio ſolutionem adfert.

In aqua intercute detentis, ſi aquo-

ſus

ſus humor per venas in alvum aut veſicam effluat, ſolutio contingit.

Si leucophlegmatia detento vehemens alvi profluvium ſuccedat, ſolutio contingit.

Qui alvi profluvio diutius cum tuſſi detinentur, non liberantur, niſi dolores vehementes ad pedes contigerint.

Capite dolore vehementer affecto, ſi pus per aures aut nares effluxerit, morbum ſolvit.

Quibus per ſanitatem derepente capitis dolores obveniunt, confeſtimque vox deficit ac ſtertunt, intra dies 7. pereunt, niſi febris prehenderit.

Aphor. 17. Sect. 6. Lippitudine laboranti, alvi profluvio detineri bonum.

Aph. 57. Sect. 4. Convulſione aut corporis diſtentione vexato, ſi febris ſuperveniat, morbnm ſolvit. Si febre detentum convulſio prehendat, febris eodem die, aut poſtero, aut 3. deſinit.

De Diebus Criticis.

περὶ κριτιμῶν.

ARtis magnam partem eſſe duco, poſſe quæ rectè ſcripta ſunt ſpeculari. Qui enim hæc noverit, iiſque utitur, is mihi in arte non multum falli videtur. Unamquamque ſanè tempeſtatem anni & morborum conditionem exacte addiſcere oportet, & quiſnam morbus bonus, quis periculo conjunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinam morbus longus ſit & lethalis, longus quinam ſalutaris, acutus quinam lethalis, vel ſalutaris. Ex quibus tum criticorum dierum ſeries contemplanda eſt, tum etiam prædicendi facultas ſuppetit. Præterea ex his, quibus, & quando, & quamnam victus rationem præſcribere oporteat, cognoſcere licèt.

Προῤῥητικον α.

6. EX creatio frequens & irrita, ſi quidem aliud quoddam ſignum affuerit, phrenitidem portendit. *Coac. 244.*

8. Deſipientiæ quæ jam admodum fractis & debilitatis viribus, ſuccedunt, peſſimæ ſunt, non ſecus ac Thraſynonti.

13. Albicans dejectio in phreniticis mala eſt. His ſi rigor contingat peſſimum. *91.*

14. In furioſa & vehementi mentis emotione, ſuccedentes tremores malignitatem denunciant. *93.*

16. Phrenitici parum bibunt, ex levibus ſtrepitibus facilè irritantur ac percelluntur, tremuli ſunt. *96.*

18. In febre ardente, ſi tinnitus aurium, cum viſus hebitudine fiant, & ad nares accedat gravitatis ſenſus, furioſa mentis emotio indicatur.

23. Vocis defectiones cum ſingultu & virium. *245.*

24. Exolutione, peſſimæ.

44. Ab homine moderato ferox & audax reſponſum, malum portendit.

38. Ubi alvus humeſcit, æger laſſitudine, capitis dolore, ſiti, vigiliis torquetur, obſcurè loquitur, & admodum eſt impotens, in his caſibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

52. Quæ perniciem minantur, ea ſi abſque ulla ſignificatione allevant, mortis periculum denunciant.

56. Ex Hypochondriorum doloribus, obortæ Febres malignæ ſunt.

58. Sudor in febribus acutis multus & copioſus damno eſt.

65. Ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non revocantur, malæ ſunt.

70. Dolor in pectore fixus cum torpore, malum denunciat, hi ſi ſuborta febre exæſtuent, celeriter moriuntur.

97. Lateris dolor cum bilioſis ſputis præter rationem evaneſcens, æ- *418.*

gros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

106. Lumborum & capitis ac oris ventriculi dolor, cum forti excreatione convulsionem suspectam facit.

107. Non nihil metuendus est cum crisi rigor.

Coac. 29. 110. In iis quibus rigores imminent, urina restitat, & in convulsoriis affectionibus.

Prædictorum Liber 2.

Προρρητικὸν β.

ANtequam morbus confiflat secura non est prædictio.

De Hydrop. Qui aqua intercutem detentus est, & servari volet, eum robustis visceribus & contentis viribus esse convenit, simulque suapte natura facilè concoquere, ac benè spirare, sine dolore esse, totumque corpus æqualiter calere, neque extremis partibus esse colliquefactum, præstat namque potiùs extrema tumefacta esse, etsi optimum est nihil horum adesse. Verum tum mollia, tum gracilia extrema esse oportet, ventrem contactu mollem. At neque tussim neque sitim adesse convenit, neque linguam, cum alias, tum ne à somno quidem, inarescere. Cibos autem suaviter assumere, ac ubi abunde comederit, nihil affligi. Ventrem quoque medicamentis celeriter moveri, alias verò mollia & figurata excernere. Urinam in transitu pro instituta victus ratione & vinorum mutatione, mutationem sentire. Defatigationem facilè sustinere, nec lassitudinem sentire. Si horum omnia vel plurima habeat, spes est ut evadat. In quo verò nihil horum inest, sed contraria adsint, parum relictum est spei.

De Tabe. Quem tabes malè habet, si probe levari volet, convenit sputum facilè tussi rejicere, esseque album & æquale, uniuscoloris, & sine pituita. Quod à capite defluit ad nares vertatur, neque febris prehendat, ut nec cibos impediat, neque sitim faciat. Alvus autem quotidie dejiciat, & quod secedit durum esto, & iis quæ assumuntur conveniens. Hominem quam minimè tenuem esse convenit. Pectus verò laudandum quadratum, & hispidum, cujusque cartilago exigua & admodum carnosa est. In quo namque hæc omnia inerunt, is maximè superstes futurus est. At qui nihil horum habuerit, exitio maximè est affinis.

Minimè evadunt tum virgines, tum mulieres, quibus ex menstruorum suppressione tabes contingit. Quod si ex his aliqua supersesse volet, cum multa laudabilia signa accedere, tum verò menses luculenter & manifestè comparere oportet. Alioqui nihil spei relictum est.

Ex Sanguinis eruptione maximè supersunt, quibus in dorso & pectore dolores adsunt melancholici, & ex Sanguinis eruptione dolore quodammodo levantur.

Inter Podagricos qui in senectute tophos aut callos in articulis induratos habent, aut laboriosè vitam tolerant, cum alvo sicca, humana arte hi sanari nequeunt. His succedentes dysenteriæ optimè medentur, quin & quæcunque aliæ colliquationes infernæ eos valdè juvant: Juvenis verò, cui nec dum circa articulos calli induruerunt, cuique victus ratio curæ est, ad laborem est impiger, alvumque habet vitæ instituto probè respondentem, is sanè prudentem nactus medicum sanus evadet.

Prægnantes ipsæ plerumque ad partum supersunt, fœtumque conservant, etiamsi per multos menses Sanguis & strigmenta per alvum secedant.

Mulieres parvæ grandioribus ad conceptum præstant, tenues crassis, candidæ rubris, nigræ liventibus: Præstant item quibus venæ extant, iis quibus minimè apparent.

Locus conceptui idoneus, quem uterum nominamus, sanus esse, & siccus & mollis debet, ac neque contractus, neque proclivis, neque ore

di-

distorto, aut compresso, aut diducto. Etenim quicquid horum contigerit, conceptum fieri impedit.

Ubi ulcus in utero sanatum est, locus iste lævior ac durior necessariò efficitur, & minus conceptui idoneus.

Qui diu pallidi faciem habent tumidam, eos certum est, aut capitis, aut viscerum dolore laborare, aut sedem internam quodammodo malè affectam esse.

Quibus lienes magni, iis gingivæ vitiantur, & os graveolet: Quibus autem lienes magni sunt, neque Sanguinis eruptiones contingunt, neque os graveolet, in tibiis ii mala ulcera habent, & nigras cicatrices.

Humerorum dolores qui ad manus tendunt, torporesque, & dolores exhibent, bilis atræ vomitione sanantur.

Coacæ Prænotiones.

Κοχχαι προγνωσεις.

Titulus Primus.

De Febribus.

QUi ex rigore perfrigent & una dolore tum capitis, tum cervicis impliciti, mox voce capti, parvo sudore madent, ut se collegerint, moriuntur.

4. Ex frigore cum adest metus & mæror præter occasionem, convulsione finis fit. (Nisi hæmorrhoidibus, varicibus, aut etiam menstruali profluvio, convulsionis causa tollatur.)

5. Ex frigore pestifera est urinæ suppressio. (ante rigorem præclaret apparet ischuria, & in bonis habetur, sed non è converso; non enim signa critica & causæ criticæ retro commeant ad significandum.) *Prorrh.* 51.

6. In rigore familiares non agnoscere, malum, oblivio item mala. *Prorrh.* 64.

7. Posteriorum partium frigus est convulsificum. 67.

10. Qui crebrò & tenuiter exudant ἐτιδρῶντες, ac subinde rigent, ii perniciosè habent, ac tandem sub mortem supputati, & alvum turbatam habere deprehenduntur.

8. Crebri ex lumbis vel dorso horrores, cum cita caloris vicissitudine, calamitosi, nam acerbissima urinæ suppressio denunciatur: Atque his exudare pestiferum. (Ex eo quod deductum alimentum elabatur; signum enim est Empyematis cum summa virium infirmitate conjuncti.) 75.

14. Rigores multi cum torpore malignum denunciant. (Ob summam humorum inæqualitatem, quæ valdè exitiales morbos parit.)

15. Rigores qui in sextum diem incidunt, difficile judicium, adferunt.

[Permagni interest quo die, quave periodo, quid fiat in ægris, atque appareat. Ut enim quæ fiunt omnia, quæque apparent diebus criticis, firmiora sunt, quam quæ in alia incidunt morbi tempora: Sic ea quæ speciem boni præ se ferunt, debent haberi suspecta si loco non fiant. Quemadmodum & ea quæ mala esse putantur, mirificos adferunt sanitatis fructus, si ante significata criseos lege veniant, aut illis diebus quibus certamen naturæ & morbi est in procinctu.] *Duretus.*

17. Dolores horriferi cum suspirioso anhelitu, signa sunt tabis.

20. Qui subindè rigore prehenduntur, & sub noctem aliquando gravius habent, pervigiles, in somnis nugantes ac delirantes, interdum sese lotio perfundentes, in convulsionem ii tendunt. *Prorrh.* 102.

21. Qui crebrò cientur in acutis rigores pestiferi. (Quod sint κρίσιμα μὴ κρίνοντα. Indicant aut interni visceris suppurationem, aut frustra tentatam crisim, aut denique nativum calorem extingui.)

23. Rigor cum posteriorum partium distentione mortem adfert.

24. Si cui cum perhorruerit, atque *Prorrh.* 149.

ſudarit critice, rurſus poſtridie horror ſine cauſa ingruerit, ac tum à pepaſmo ſomni ſit expers, huic eventuram arbitror hæmorrhagiam.

Duretus. [Huc ſpectat hæc difficillima prognoſis, ut intelligamus, non raro varias eſſe morborum criſes, quæ ad ſalutem varie ſuſcipiuntur, pro variò humoris motu, naturæ impulſu, & partium obſeſſarum conditione: Quæ omnes ſæpe numero denunciantur una eademque concuſſione, cujuſmodi in rigore cernitur. Eſt conſentaneum, ut ſua cujuſque foci ſit propria evacuatio, capitis per hæmorrhagiam, venarum per liberalem ſudorem, uteri per menſtruale profluvium, omnis ſpes Medici, & cœptæ curationis fiducia, in ſola evacuatione ſemper ſtetit.]

Prorrh. 25. Quæ cum rigore ſiſtuntur urinæ, ſunt pravæ & convulſificæ, idque cum alias, tum ſi cui jam ſoporato ſiſtantur, ac tum præterea parotidas fore ſperabile.

27. Quæ ex rigore incidunt aphoniæ, tremore ſolvuntur; ſed & ſupervenientes crebrò rigores, ſuccedentes tremores judicant.

28. Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores ſentiunt, pleni ſunt periculi: Cruenta his urina prava.

110. 29. Quibus rigor, urina ſubſiſtit.

56. 31. Ex hypochondriorum dolore obortæ febres, malignæ ſunt: In his ſopor profundus ac altus peſſimus.

32. Qui in febre non intermittente tenuiter & crebrò exudant, cum hypochondrii tenſione, ii ut plurimum malignè habent. Atque in his dolores ad acromium ac jugulum affixi pravi ſunt.

Duretus. [Ex ſudatiuncula, nulla criſis bona ſperabilis; quia nihil paucum criticum. Eſt autem ſudatiuncula capitis & cervicis, aut ſudor exiguus quo fit ſubroſcidum totum corpus: Unde vel oppreſſio partium, vel ſumma infirmitas ſignificatur, per quam exudat ſuccus alibilis, qui aſſimilatione privatur.]

34. In febre ἀγρυπνίαι, defectiones ſermonis malum.

36. Si quis cum febre laborioſa perhorruerit, nonnihil criticè exudarit, indeque ardenter febricitarit, malum, idque cum alias, tum ſi in hoc negotio Sanguis ſtillarit.

40. Qui ex rigoribus, parvis ſudoribus refrigeſcunt, malum.

42. Qui exiguo ſudore madent cum febre, in metu ſunt mortis.

43. Quibus cum bilioſa dejectione, premitur morſu pectus (*i. e.* orificium ventriculi) amareſcitque os, malum.

45. Si quis in laborioſa febre, ſingultiat, vel catoche detineatur, morbo laborat peſſimo.

47. Si quis ea faciat, quorum ſit inſolens, ut ſi appellat animum ad inſueta, aut contra, graviſſimum habet malum, ac tum delirium adeſt.

48. Quæ cum pravis ſignis miteſcunt, & quæ cum bonis non remittunt, moleſta ſunt & difficilia. *Prorrh.* 52.

Duretus. [Quemadmodum non minùs ſua debet habere bona ſuſpecta, qui repentè factus eſt coloratior & ſpecioſior; quam mala vereri, qui contrà conſuetudinem multum emacruit, & colorem decoremque amiſit: Ita nemo eſt omnium qui de ſeipſo poſſit videri ſecurus, ſi antè vigil, nunc ſoporetur, ſi antè ſitibundus, nunc παρακλύσεις, ſuperſtite cauſa ſitifera, ſitis ſit expers. Pluris eſſe debet unum pravum ſignum morbi alicujus, aut partis obſeſſæ proprium, quam decem bona communia.

51. In homine moderato, ferox & audax reſponſio, & vox acuta, malum: Hypochondria iis intro ſurſum trahuntur. *Prorrh.* 44. 45.

52. Qui ex ſudoribus perfrigerantur, ac celeriter recaleſcunt, malè habere judicantur. 66.

54. Qui abs re nec ulla exhauſti ratione, languent infirmi, mortiferè laborant. 40.

55. Diuturna in febre nauſebunda pro-

proritatio, ſcreatu ſiniens, malum portendit.

57. Perpuſillæ Sanguinis è naribus ſtillæ, damno ſunt.

Duretus. [Niſi hæmorrhagiæ liberalioris opinionem faciant, ut ſæpè faciunt, quando cum urinæ pepaſmo in quartum diem incidunt, apparentque ad hæmorrhagiam ſeptimo die futuram: Secus enim malignos vel multos humores naturæ dominatu regi non poſſe, aut infirmitatem ſummam ipſiùs naturæ denunciant. Sunt verò ſiniſtri judicii in qualitate bona Sanguinis, at mortiferæ in mala, qualis in Philiſco ſtillatim manavit.]

Prorrh. 57. 58. Omnino malum denunciat, quæ in febre acuta immeritò παρὰλογως præter rationem ſitis extincta eſt.

59. Qui ad manus contactum reſiliunt, malo ſunt loco.

Feſius. [In ægris iſtud diligenter eſt obſervandum: Aliquando enim ubi manus in carpum mittitur, quodammodo reſiliunt, & cum intremiſcentia revelli videntur, aut interdum ad pulſum aſſilire & leviter aſſurgere. Ἀναπηδῶντες πρὸς χεῖρα, dicuntur quibus pulſus velut reſilit, aut quaſi tremibundus ſubſultat, & ad manum apparet exiguus tremor. Fit hoc nervis & fibris febris incendio exſiccatis, motrice facultate infirma, viriumque languore concurrente. Convulſionem ergo, delirium, aut phrenitidem prædicit, nec leviter ſuſpectum eſſe debet.]

Prorrh. 54. 65. In febribus vehementes mentis emotiones ἔκστασεις cum ſilentio, in eo qui voce non eſt captus, perniciem minantur.

Aph. 22. ſect. 4. 68. Febrium initio, ſi atra bilis ſurſum aut deorſum prodeat, lethale eſt.

Duretus. [Excretionum quæ in vitio ſunt, quæque dominatu morbi ſuſcipiuntur & fiunt, nulla eſt omnino tam mortifera, quam bilis atræ. Eſt enim atra bilis peſſimum excrementum, quod feritate indomabili cæteris omnibus antecellit, triaque illa ſecum habet conjuncta, quæ vim naturæ adferunt, quæque illius præſidia maximè labefactant. Γὰρ δριμὺ, τὸ δικβρωτικὸν, καὶ τὸ ὀξῶδες. i. acre, erodens, acidum.]

72. Quibus jam morbo fractis, videndi vis audiendique perit, aut etiam labiorum, palpebrarum, vel narium perverſio cernitur, mors inſtat.

74. In febribus acriſiæ, diuturnitatis quidem ſunt cauſæ, non tamen funeſtæ.

78. Quibus poſtridie quam invaſit, exacerbatio febris eſt, malè res eunt. At ſi perendiè mitius, quarto iniquius exerceantur, graviſſimum habent malum.

80. Febres ſi alio die quam judicatorio deſierint, recidivam metuere oportet.

83. Qui cum feroci perturbatione ſomno excuſſi, è poteſtate ſui exeunt, graviſſimum habent malum, & convulſificum: Idque cum alias, tum ſi prorumpant ſudores.

Duretus. [Ut rerum omnium quæ naturæ ad perfruendum tributæ ſunt, nihil eſt melius, nihil amicius, nihil denique magis conſociale, quam illa quies, quæ dono Divum gratiſſima ſerpit: Ita nihil, æquè peſtiferum quam moleſta vigilia: Quemadmodum enim ſomnus ægrotum reficit, & recreat ſpiritum inſtauratione, ciborum coctione, & morbificorum humorum pepaſmo, unde phrenitis manſueſcit: Sic admirabile eſt quantam principiis trium facultatum labem adferat, quantum naturæ præſidia labefactet, quantiſque damnis ipſos ægrotos oneret, ſi quid vel in cauſis ſomniferis vel in ſomni ipſius neceſſitate peccetur.]

Prorrh. 5. 90. Quæ in phrenitide memorantur inſomnia, bonum denunciant. (Non turbulenta & tumultuoſa, ſed placida & tranquilla.)

97. In intenſa phrenitide, tremores lethales.

98. Quæ circa res neceſſarias verſantur Deliria, peſſima, indeque ſi ingraveſcant, mortifera.

114. Quibus per febres aſſiduas puſtulæ toto corpore ſuboriuntur, mortiferum illud eſt; niſi purulento abſceſſu, qui hic potiſſimum ad aures erumpit, periculo defungantur.

115. In febre acuta, exteriora perfrigerari, interiora verò ſic uri, ut etiam ſitim faciant, exitium portendit.

116. Febres continuæ tertio quoque die ingraveſcentes, ſupra modum periculoſæ.

127. Qui diuturno defuncti morbo, ex animi Sententia cibum capiunt, neque proficiunt, graviſſimè relabuntur.

128. Si venæ temporum in febribus pulſent, & facies benè habita fuerit, abſque hypochondrii mollitie, diuturnus erit morbus, qui non ſine liberali Sanguinis è naribus profuſione, aut ſingultu, aut convulſione, aut coxendicum dolore deſinet.

129. Alvus in febre ardente affatim prorumpens, mortis periculum adfert.

133. Sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die obveniens malò eſt, niſi aliud quidpiam benè ceciderit. Quod ſi die quinto contingat, minus adfert periculi.

137. De febre ardente laborantibus dies 14. aut allevando, aut perimendo decernunt.

142. Si cui febricitanti rubor in facie luceat, unaque capitis dolor prægrandis, & venarum emicet pulſus, ferè profluvium Sanguinis è naribus inde venit. Quibus autem faſtidia ſtomachi, cordis morſus, & crebræ ſalivæ, in procinctu vomitio eſt: Quibus autem ructus adſunt, flatus ventris, ſonitus cum inflatione, iis alvus exturbatur.

Duretus. (Magna expectatio eſt hæmorrhagiæ criticæ in morbis acutis, quam ſi neque Medicus prævidere, neque prævisam, cum in propinquo eſt, velut digito indicare poteſt, vix videtur ſummam vituperationem poſſe vitare.)

144. Quibus autem ſæpiùs recidivæ contingunt, ſi ſextum menſem ſuperaverint, in tabem coxariam ferè incidunt.

149. Febricitate incipientibus Sanguinis è naribus ſtillicidia cum ſternutatione accedentia, ſiquidem urina quarto die hypoſtaſim habeat albam, vacationem morbi ſeptimo fore oſtendunt.

156. Quæ in febrem cadit convulſio, ſi eodem die, quieſcat, benè eſt.

Titulus ſecundus.

De Cephalalgia.

161. QUi capitis doloribus & aurium tinnitibus, citra febrem, aut tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, manuumque ſtupore tentantur, in iis aut apoplexiam aut epilepſiam, vel etiam lethargum ſperare convenit.

169 In cephalalgia æruginoſi vomitus cum ſurditate & ſomni vacuitate, inſaniam brevi denunciant. *Prorrh. 10.*

170. Quibus capitis & cervicis dolor, ac totius corporis infirmitas quædam cum tremore adeſt, ab his hæmorrhagia liberat. 152.

172. Cephalalgiam tollit pus è naribus effluens, aut ſputa craſſa & inodora: Liberat quoque & ulcerum eruptio, nonnunquam & ſomnus, & alvi fluxus.

174. Cephalalgia veternoſa cum gravitate ferè convulſifica eſt.

176. Cephalalgici ſurdaſtri, qui manibus contremiſcunt, cervice dolent, nigra & aſpera meiunt, ac nigra quoque vomunt, planè ſunt deſperati. 95.

177. Quibus cum ſudatiuncula caput dolet, alvo ſuppreſſa, convulſione tentantur.

Titulus tertius.

De Caro & Comate.

182. COmate, laſſitudine, ac ſurditate tentatos, alvus

erumpens, & ad crisim rubra demittens juvat.

183. Comatosi, fastidiosi, unaque dolenter hypochondriaci, sæpe & parum vomentes, aurium abscessus habent.

187. Cerebro siderato, alii quidem tertio die, alii autem septimo vitam finiunt, quibus elapsis periculo defunguntur; sin autem incisione facta, os dissociatum cernitur, sine dubio moriuntur.

188. Cephalalgicis ex calvariæ posticæ fractura, si crassior è nare Sanguis rivulosè prorumpat, grave malum denunciat.

Duretus (Ictus illatus non minus ossi crassissimo calamitosus est, quam mitior ictus temporibus atque fronti. Accedit, quod Sanguis niger proruptus & spaceliſmi metum adfert, & cerebro crudorem & vivacitatis extinctionem inducit.)

Titulus quartus.

De Aurium affectibus.

189. AUrium dolor intensus cum febre acuta, cumque sinistro quopiam signo, juvenes quidem septimo die, aut etiam celerius, cum delirio interimit: Nisi liberale sit expuratum ex aure, aut ex naribus hæmorrhagia, aut aliud quoddam laudabile signum extiterit. Seniores autem & serius & rarius tollit; nam in his aures ante suppurant, & delirium minus infestat, sed tamen plerisque horum morbus revertit, & sic moriuntur.

Prorrh. 33. 190. In acutis & turbulentis (*i. e.* cum delirio) morbis obveniens surditas, malo est. Quin & in longis morbis malum portendit: Ac in his ad coxendicis labores convehit.

191. In febre surditas alvum sistit.

Duretus (Hujus surditatis causa in meatus auditorii oppilatione consistit, superioris verò in exolutione partis illius cerebri, unde vis audiendi manat. Proptereaque ut illa per se insanabilis est, ita morbi acuti turbulentique consectaria desperationem salutis ostendit.)

193. In acutis morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

(Quod nec judicatorii sint nec judicantes, & nobilissimæ partis exolutio ostenditur ab exolventis causæ perennitate.) Duretus

194. In calidis febribus sonori aurium flatus cum visus hebetudine & narium gravitate, Sanguine non prorumpente, è potestate mentis abducunt. Prorrh. 18. 147.

195. Quibus aures obsurduerint, cum capitis gravitate, hypochondrii tensione, & splendoris offensione, Sanguis è naribus prorumpit.

197. Egregie surdi, dum aliquid apprehendunt tremuli, lingua etiam capti & exoluti ὑσθροι gravissimum habent malum.

Titulus quintus.

De Parotidibus.

199. QUæ cum dolore assurgunt ad aures (parotides) perniciem minantur.

200. In febribus ex prægresso dolore (secundum Duretum exacto jam morbo) rubores ad aures subnascentes (parotides Dureto) signa sunt erysipelatis in facie nascituri, quin & convulsiones cum aphonia & exolutione, ad hæc consequi par est.

[Morborum naturam & causas tenere, est hoc sane aliquid, vel potiùs multum; at successiones morborum quo se illi vertant, veluti è speculo prævidere, profecto est artificis fulgore suo urentis, arteſque infrà se positas prægravantis.] Duretus

202. Parotides pravæ sunt Paraplecticis.

203. Parotides (in acutis) suppurati expertes, funestæ, sed forsan his alvi feruntur.

204. Parotides emolliunt tussiculæ cum ptyelismo orsæ. Prorrh. 167.

205.

205. In parotidibus urinæ citò & pauliſper mitificatæ, (*i. e.* modo pepaſmi particeps modo expertes) peſtiferæ; & quæ hujuſmodi eſt refrigeratio, peſſima.

Duret. [Quia viciſſitudo eſt magiſterii inter naturam & morbum, qui ut vires acquirit eundo, ſic naturæ fatiſcentis præſidia labefactat.]

206 In Diuturnis (Dureto acutis) morbis ſuppurati ad aures tumores, niſi pus admodum album, ac ſine odore reddant, interimunt, potiſſimum verò mulieres.

Duret. [Erit profecto catholicum hoc theorema quod unde ſalus vitæ ſperabilis, inde ſalutis deſperatio eſſe debet, ſi id meritò naturæ non fiat.]

207. Inter acutos parotides potiſſimum in cauſis aſſurgunt, ac tum ſi febrem lege critica non expellant, nec ipſæ coquantur, nec Sanguis fundatur è naribus, nec verò urinæ craſſam excipiant hypoſtaſim, moriuntur: Sed abſceſſus ejuſmodi non rarò ante reſidunt. Ἄτιμως ſcilicet, καὶ ἀκρίτως.

Prorrh. 141. 208. Si ad ſurditatem atque torporem ſubſtillum acceſſerit narium, aliquid ſiniſtri præ ſe fert.

159. 209. Ex ſurditate tubercula ad aures exoriri conſentaneum eſt.

210. Surditatem ex febribus natam ſolvit profluvium Sanguinis è naribus, alvique commotio.

Titulus Sextus.

De Facie.

Lib. de Diebus criticis. 211. FAcies è tumeſcente reſidens, vox item blandior & mollior, tum Spiritus rarior atque facilior, remiſſionem poſtridianam fore denunciant.

Progno. 212. Facies cadaveroſa mortifera. Sed ea minùs tamen quæ ob vigilias, inædiam, aut ventris ſolutionem ejuſmodi eſt. Atque talis corruptio his de cauſis orta, uno die finitur.

Prorrh. 49. 213. Egregie colorata facies & tetrica (vultuoſa) in morbo acuto, peſtifera, inſuper frons contracta phrenitidem denunciat.

214. Benè colorata facies cum ſudoribus diffluentibus, abſque febre, fæces vetuſtas ſubſiſtere, aut irregularem diætam teſtantur.

Titulus ſeptimus.

De Oculorum Affectibus.

219. IN febre ortus oculorum rubor, diuturnam ventris afflictionem denunciat.

220. Erumpentes circa Oculos eminentiæ, dum refectioni opera datur (ſeu ex morbo ægri recreantur) alvum prorupturam oſtendunt.

222. Lippitudine affecto ſuborta febris ſolutionem affert, ſin minus cæcitatis, aut mortis, aut utriuſque periculum eſt.

223. Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perſeverat, cæcitatis metus impendet.

224 Lippitudine laborantem ſponte alvus profluens juvat. *Prorrh.* 113.

226. Oculorum hebetudo ἀμαύρωσις cum animi defectione etiam convulſionem denunciat. Spiritu animali diſſipato & nervorum principio læſo.

Titulus octavus.

De lingua, & reliquis oris partibus.

229. LIngua circa initia quidem rigidiuſcula, in eodem verò colore perſeverans, procedente verò tempore, ubi exaſperatur, liveſcit, & fit hiulca, ſeu finditur, mortifera. At verò quæ multum nigreſcit, intra 14. diem criſim (ſiniſtri judicii) fore oſtendit. Calamitoſiſſima eſt nigra & ex virore palleſcens.

230. Lingua ad medianam lineam velut alba ſaliva obducta, febris remiſſionem indicat, idque eodem die, ſi quod ſuperinducitur craſſum eſt: Sin autem tenuius, poſtridie, quod ſi adhuc tenuius, perendie. Eadem *Lib. de diebus criticis.*

pla-

plane oſtendunt quæ ſuut eiuſmodi in extima lingua, ſed non ita certò.

231. Lingua tremula cum narium rubore, & liquida alvo, ſi nulla de pulmonibus ſignificatio ſit, grave malum denunciat, citaſque purgationes pernicioſas indicat.

Duret. [Ut lingua omnis contrà naturam tremula eſt multum terrifica, ſic eadem facit, ut Medicus toto corpore perhorreſcat, quando ipſa contremiſcit cum conditionibus in hac prognoſi contentis.]

234. 235. Linguæ aſperæ multumque ſiccæ, phreniticæ. Peſtiferum eſt dentes exareſcere.

236. Dentis ſphaceliſmus abſceſſum ad gingivas enatum ſolvit.

Titulus Nonus.

De Voce.

246. DEliria pauliſper ferocia, mox erunt immania. Prorrh. 91.

247. Quibus cum febre vox hæret, poſt acriſiam, tremuli moriuntur. (Et comatoſi.)

249. Qui ex dolore (*i. e.* acerbiſſima convulſione intercoſtalium muſculorum) voce ſunt capti, crudeliter moriuntur.

254. Si quis voce captus è poteſtate mentis exeat, morti eſt proximus.

255. Quæ à rigore incidunt aphoniæ, funeſtæ. Sunt hi nonnihil Cephalalgici.

Titulus Decimus.

De Reſpiratione.

260. REſpiratio frequens & parva, inflammationem & laborem denunciat partium ſpirabilium, at verò magna, & rara, dementiam aut convulſionem. Et frigidus quidem Spiritus lethalis eſt. Lethalis eſt etiam æſtuoſus & fuliginoſus, minus tamen quam frigidus. Tum magnus foras efflatus, intrò parvus, & contrà, foras parvus, intrò magnus, peſſimus eſt, & morti proximus. Quin etiam tarda, velox, obſcura duplex intrò revocatio, qualis cernitur in iis qui ſuper inſpirant.

Titulus Undecimus.

De Cervice.

268. FAucium dolor prægrandis parotidas & convulſiones facit, item cervicis & dorſi acerbos dolores.

270. Cervicis & cubiti dolor eſt convulſificus. Id autem à facie (à capite) naſci ſolet.

273. Cervicis dolor cum in febre omni terrificus, tum verò peſtiferus iis qui ſunt in metu inſaniæ. Prorrh. 73.

276. Fauces exulceratæ in febre, cum alio ſigno difficili, periculoſum.

277. In febribus ſtrangulari repentè, nec deglutire poſſe, ſine tumore, malum.

Titulus Duodecimus.

De Hypochondriis.

281. TUmores hypochondriorum recens obortos *inflammationis* expertes, & inde *dolores* natos, ſolvit borborygmus *ſub* hypochondrio fremens, maximè ſi aut ipſe per ſe ſecedat, aut cum urinis & deiectionibus; quin juvat is ipſe, ſi modo deſcendit.

283. Stomachi dolor, & pulſus hypochondriorum febre extincta, malum denunciant, idque cum alias, tum in ſudatiuncula.

284. Quæ cadunt in hypochondria cum dolorifica mala, cum alias prava ſunt, tum verò ſi faciunt profuſiores alvos; peiora autem quæ brevi naſcuntur; tum quæ aſſurgunt ex his parotides multum terrificæ, ut cætera expurata.

285. A cardialgia com torminibus ventris feræ (lumbrici) prorumpunt.

286.

286. Dolorificum cordis malum (*i. e.* cardialgia cum ſyncope cordis) ætate jam grandi, crebro revertens, repentinam mortem oſtendit.

291. In dolore hypochoudriorum cum borborygmo, lumborum ſuperveniens dolor in febribus, alvos profuſiores facit, niſi flatus erumpat, aut copia urinæ feratur.

Prorrh. 158. 292. In diuturno hypochondrii meteoriſmo, & alvo graveolente, abſceſſus qui ad aurem aſſurgit, necat.

295. Hypochondriorum, cordis, hepatis, partiumque circumpoſitarum dolores excluſo Sanguine, (ſecundum Foeſium cruenta alvi deiectione) periculo defunguntur, non excluſo pereunt.

297. Hypochondriorum dolores in febre, ægro fari nequeunte, ſi abſque ſudore ſolvantur, malum indicant. His dolores ad *Iſchia* decumbunt.

287. 301. A ſuppreſſione alvi meteoriſmus hypochondriorum, gravis, maximè verò iis, qui ab inveteratione tabeſcunt, & quibus alvi profusè feruntur.

Aph. 11. *Sect.* 4. 304. Supra umbilicum labor ac lumborum dolor, qui remediis non cedit, in hydropem ſiccum deſinit.

Titulus 13.

De Dorſi & Lumborum affectibus.

306. LUmborum dolores Sanguinis profluvium excitant.

307. Quæ ex lumborum dolore cientur hæmorrhagiæ, largæ.

308. Quibus ex dolore lumborum anadrome fit ad caput, torpidæ manus, cardialgiæ, aurium flatus ſonori, hæmorrhagiæ largæ, tum alvi profusè feruntur, ac mentes perturbatæ ut plurimum.

Duret. [Sanè lumborum excurſus caput replet, ex eaque repletione, ſymptomatum capitis omnium paraphoricorum, cataphoricorum, cephalalgicorum, & catarrhoicorum principia cauſæque ducuntur.]

309. Quæ ex dorſi dolore, principia morborum ducuntur, difficilia ſunt.

310. In dolore lumborum præ-grandi, & larga deiectione, ab helleboro vomere ſpumantia multa, prodeſt.

311. Spinæ diſtortionem cum ſpirandi difficultate, Sanguinis fluxus liberat.

314. Ex dolorifici lumborum mali aſcenſu, oculorum perverſio malum. *Prorrh.* 69.

[Omnis afflictio cerebri alterati, quæ propagationem habet εἰς τὰ περικότα, *i. e.* propagines, metum adferre ſolet, interitus, ſi febris adeſt acuta.] *Duret.*

315. Dolor in pectore fixus cum torpore ſuborta febre, malum indicat, iique celeriter mortem oppetunt. *Prorrh.* 70.

[Inter Medicinæ leges quæ ſanciuntur de acutorum morborum natura, deque illorum cauſis, atque ſymptomatis, nullæ ſunt magis Medico neceſſariæ ad benè medendum, quam illæ quæ ex inſolentium rerum obſervatione naſcuntur. Quid enim minus eſt febris acutæ quam torpor, oblivio, coma? Sunt quidem hæc omnia, crudi humoris flatulentique ſpiritus ἔκγονα, non autem Sanguinis multa bile perfuſi, qui regnare dicitur in febre acuta, propterea que non ſine cauſa videntur mortifera, quatenus longiſſimè abſunt à febre acuta. Omnia enim quæ fiunt, quæque apparent contrà naturam morbi, & ægri, terrifica eſſe debent, ac ſæpè mortem ſubeſſe teſtantur.] *Duretus*

325. Quibus lumborum & lateris dolor caret evidenti cauſa, icterici fiunt.

Titulus 14.

De Hæmorrhagia.

326. QUæ diebus criticis ex hæmorrhagia incidit perfrigeratia eximia, peſſima.

rorrh. 327. Sanguinem è diverſo fluere, malum eſt, ut in liene magno, è dextris, & ſimiliter in hypochondriis.

rorrh. 328. Qui ex vulnere ſubinde rigentes (vel leviter ſudantes) Sanguinem profundunt, graviſſimum habent malum, ac inter loquendum derepentè moriuntur.

329. Quibus 5. die larga eſt hæmorrhagia, 6. rigor, 7. perfrigeratio, rurſuſque prægrandis ardor, iis in vitio ſunt alvi.

330. Ab hæmorrhagia nigrorum dejectio, malum: Peſtiferum eſt etiam prærubris & æruginoſis ferri alvum. Quibus huiuſmodi hæmorrhagiæ die quarto contingunt, tandem comate, & convulſione conflictati moriuntur, nigris prodeuntibus, & alvo inflata.

331. Quæ poſt (exiguam) hæmorrhagiam & nigrorum dejectionem, in acutis ſurditas venit, malum: Ibi dejectio Sanguinis mortifera eſt, ſurditas autem ſolvit.

335. Quæ circa initia profuſæ ſunt hæmorrhagiæ, dum vires recolligunt, (ſeu in refectione) alvos profusè cient.

336. Profuſa narium hæmorrhagia vi ſuppreſſa, interdum adducit convulſionem, ſanat autem phlebotomia.

rorrh. 337. Undecimum diem agentibus, ſubſtilla Sanguinis mala ſunt, idque cum alias, tum ſi bis ſiat & redeat.

Duretus [Res malè geſtæ acceſſionem calamitatis adferunt, faciuntque ut ægri pejore ſint loco, ſi rerum ipſarum malè geſtarum cauſa ſit & occaſio, naturæ irrita, & inanis contentio, quando certamen ipſius & morbi eſt in procinctu. Præſtat enim naturam quieſcere, quam aliquid fruſtra moliri: Ob eam ſanè cauſam, quod omnis irrita proritatio, morbum alioqui ſanabilem, ex eventu reddit inſanabilem, aut ſiniſtri judicii.]

338. Si largo Sanguinis profluvio ſupervenerit convulſio, aut ſingultus, mortiferum.

339. In his qui ad 7. annum progreſſi ſunt cum coloris fædatione, inter ambulandum ſpiratio coacervata, & terræ appetentia, Sanguinis corruptionem & excolutionem ſignificat.

[Hæc prognoſis apperit ἔκκρισιν vacuandi purgando, & Sanguinem detrahendo.] *Duretus.*

340. Quæ in diuturnis exigua apparent Sanguinis è naribus effluvia, mortifera. (Subſtillum Sanguinis eò peius res ire denunciat, quo ſæpiùs redit.] *Duretus*

341. Quæ ab initio cientur vertigines, hæmorrhagia exolvuntur.

[Inter commoda hæmorrhagiæ non in poſtremis, illud eſt, quod τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα prohibet eſſe mortifera, aut certè ſiniſtri judicii. Hæmorrhagiæ multæ difficilia multa diſſolvunt.]

345. Qui ſtatis temporibus Sanguinem profundunt, ſi loco non profuderint, epileptici moriuntur. *Prorrh.* 131.

Titulus 15.

De Palpitatione, Tremore, & Convulſione.

347. QUi toto palpitant corpore, etiamne vitam finiunt voce capti? *Prorrh.* 30.

348. Omnes qui tremuli convelluntur, ſudatiunculam habent obnoxiam recidivæ; atque iis rigore ſuperveniente fit criſis: Supervenit autem ventris ardore laceſſitis. Hic ſomni arctiores, ſunt convulſifici, gravitaſque frontis, & mictio ipſa difficilis.

349. Quæ cadunt in hyſtericas ſine febre (potiùs quam non conſuetæ) convulſiones, faciles. *119.*

Prorrh. 162. 353. Quæ tremulis & anxiis parvæ aſſurgunt parotides, convulſionem denunciant, cum in vitio eſt alvus.

506. *Apho.* 2. *ſect.* 5. 355. Convulſio vulneri ſuperveniens funeſta.

356. Convulſio febri ſuccedens periculum denunciat, minimum verò pueris.

257. Qui ſeptem annis provectiores ſunt, convulſione non tentantur in febre, ſin autem deſperati.

358. Convulſionem ſanat exorta febris acuta quæ priùs non fuit, quod ſi priùs fuerit, exacerbata: Quin etiam prodeſt, urinam fluere albumineam, ſeu vitream (ὑαλοειδῆ) alvum ferri & ſomnos inire.

Prorrh. 267. 359. In convulſione diu obmuteſcere, malum, at verò parumper, aut linguæ apoplexiam, aut brachii partiumque dextra ſitarum denunciat. Exolvitur autem urinis repente multis & cumulatè proruptis.

362. Quæ ſpeciem febris & opiſthotoni præ ſe ferunt, urinæ genitales exolvunt.

Titulus 16.

De Angina.

366. ERyſipelas (cynanchica) intus foras converti, utile, at foris intrò, mortiferum. Intrò autem convertitur cum rubore evaneſcente, pectus gravatur, ac difficilius ſpirat æger.

Aph. 10. *ſect.* 5. 367. Quibus cynanche ad pulmonem inflectitur, alii quidem intereunt 7. diebus, alii cum evaſerint, purulenti fiunt, nulla expurgatione pituitoſa ſurſum facta.

368. Quibus à forti ſtrangulatu repente (*i. e.* ſponte ſua) ſtercus excernitur, deſperatio eſt.

371. Inter anguinoſos, qui cocta citò non expuunt, deſperati.

Duretus [Eſt πεπανσις, πέψις τῶν παρὰ φύσιν. Rerum è natura egreſſarum concoctio. Ut enim vera πέψις, *i. e.* coctio verè dicta eſt τῶν εἰσιόντων, *i. e.* rerum ingredientum, ſic ὁ ὠμότης μὸς ſeu mitificatio, eſt τῶν ἐξιόντων *i. e.* exeuntium. Utriuſque cauſa effectrix eſt partium ſolidarum vitale principium, & vivifica vis quæ manat à corde.]

372. In Angina qui abs re prorepunt ad caput dolores cum febre, ſunt deſperatæ ſalutis.

375. In angina laborantibus abſque ratione (ἀλόγως) gracileſcentibus faucibus, dolor prægrandis ad pectus aut alvum progreſſus, purulentas dejectiones facit, ſi quidem aliter non exolvatur (alioqui tale quid ſolutionem præ ſe fert.)

377. Ex angina ſputa glutinoſa, craſſa, multum alba, vi expreſſa, malum. Atque omnis pepaſmus hujuſmodi malus. Purgatio multa deorſum, tales paraplectico modo necat.

378. Sputa ex angina ſubarida, crebra, cum tuſſi & lateris dolore educta, mortifera. Quin etiam quæ inter potandum per tuſſim rejiciuntur, quæque difficulter diglutiuntur, malum portendunt.

Titulus 17.

De Pleuritide & Peripneumonia.

379. INter pleuriticos quibus initio variæ (πετεσῶ Dureto) ſunt expuitiones (Foeſio πεπυοι, *i. e.* purulentæ) ii tertio moriuntur, aut 5. quos ſi evaſerint, nec dum multo illis ſit melius, 7. aut 9. aut 11. incipiunt ſuppurari.

381. Siccæ pleuritides, & ſputi expertes, graviſſimæ. Terrificæ autem in quibus dolorifica ſurſum ſunt mala.

[In magna pleuritide ſalutis deſperatio eſſe ſolet, ſi nihil fiat, nihil appareat, quod ſyſtrophicæ inflammationis laxitatem adferat, unde remiſſio ſit graviſſimorum ſymptomatum, quæ ab ea inflammatione dum viget, naſcuntur. Syſtrophicæ inflammationis laxitatem adferunt, fomentum, detractio Sanguinis, & libe- *Duretus*

liberalis ac libera ſputi expurgatio, per quam ipſa pleuritis non rarò αὐτόματως quieſcit.]

382. Pleuritides graviores quæ ſine divulſionibus, quam quæ cum divulſionibus contingunt.

Duretus. [Σπασματα indicant vehementem thoracis motum, validamque facultatis animalis in expectorando ſputo contentionem.]

383. Quibus pleuriticis circa initia lingua bile ſuffuſa eſt, ſeptimo judicantur: Quibus autem tertio aut 4. ad circiter 9.

386. Pleuriticis, dolores & alvum emolliri utile eſt, ſputa colorari, nullos in pectore ſtrepitus fieri, urinam rectè procedere: Eorum contraria difficilia ſunt, & ſputum dulceſcere.

387. Pleuritides bilioſæ ſimul & Sanguineæ, ut plurimum 9. aut 11. judicantur, ac ferè ſaluti concedunt. Quibus autem pleuriticis, initio quidem dolores ſunt mites, quinto aut ſexto die ingraveſcunt, ferè ad 12. perveniunt, raroque ſervantur. Periclitantur autem potiſſimum 7. aut 12. quod ſi bis 7. evaſerint, periculo defunguntur.

Duretus. [Sputum rubrum ſimul & flavum promoveri debet, iis quæ expurgationem juvant, molliendo, leniendo & ſputum ciendo, non autem Sanguinis detractione, retrahi & impediri, quod uſu venire videmus non ſine mærore & nemeſi, ab iſtis pragmaticis vulgo dictis, qui omnem pleuritidis curationem exigunt in Sanguinis detractione ſæpiùs iterata, quamdiu pleuriticus hujuſmodi ſputa expurgat cum ſpe ſalutis prædivite. O homines reipublicæ calamitoſos, atque funeſtos! Ipſam pleuritidem, quæ ſua ſponte nullius operis indigens, cum tali ſputo quieſceret, ex eventu reddunt mortiferam.]

388. Quibuſcunque pleuriticis multum in pectore ſputum perſtrepit, unaque facies plena mæroris, & oculus icteritius & caliginoſus, moriuntur.

[Firmiora ſunt argumenta diſceſſionis vitæ aut morbi, quæ ducuntur è ſignis, quam è ſymptomatis.] Duretus.

389. Qui è pleuriticis facti ſunt purulenti, 40. diebus à rupta vomica expurgantur.

[Sanè in pleuritide, & peripneumonia ſputum flavo exactè permixtum, quodque citam & facilem habet anacatharſin, recreat medicum, & conſolatur ſpe certa ſalutis: Ac tum juvat Medicum ſpei plenum videre, celerem multum atque fidelem, alacriter, & vultu ſereno, Medicinam pleuritico facientem.] Duretus ad 390.

[Hippocrates Author eſt auſpicandam curationem à Sanguinis detractione, quotieſcunque duorum remediorum ſolemnium, purgationis dico & phlebotomiæ, neceſſarius uſus incidit.] Duretus ad 394.

397. Peripneumonia pleuritidi ſuccedens, tutior eſt primigenia (potiùs gravior.)

389. Exteriora & denſa corpora celerius à pleuritide & peripneumonia intereunt, quam quæ in otio conflictantur.

399. In morbis pulmonis coryzas, (id eſt catarrhos ferinos) & ſternutamenta præceſſiſſe, aut conſequi, calamitoſum. In reliquis verò morbis (maxime exitialibus) adjumentum adferunt ſternutamenta.

400. In pulmonis inflammationibus, ſi lingua tota alba fiat, ac aſpera, ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte id appareret, inflammatio affligit. Et quibus ad unam claviculam dolor fit, his ſuperna pulmonis ala una ægrotat: Quibus verò ad ambas claviculas dolor extenditur, ambæ ſupernæ pulmonis alæ ægrotant. Quibus ad mediam coſtam, media. Quibus ad diſcriminationem (i. e. Ad ſeptum tranſverſum) inferna.

[Magna ſæpè incidit ſignorum controverſia, cum alia Medicum ſpe Duretus ad 402.

consolantur salutis, alia verò metu exterrent interitus. Ac tum difficillima est tecmarseos ineundæ ratio, ad prædicendum certò quid eventurum sit. Sed ea sic ineunda ex Doctrina *Hippocratis*, ac primum τεκμήρια, *i. e.* signa syllogistica plus conferre ad tecmarsin, quam τὰ εἰκότα *i.e.* verisimilia. Deinde τὰ ὁμοειδῆ *i.e.* quæ sunt ejusdem speciei, & inter se consocialia, majorem habere vim, quam ἑτερογενῆ, *i. e.* dissentanea, quæ sunt alteriùs speciei. Postremò certa comparatur τεκμαίρεσις, ad vitæ quidem præsagium, si cum remissione τῶν πλθογνωμονικῶν, appareant commoda epiphænomena, ut in pleuritide mitescente, sputum flavo permixtum citò & copiosè editum: Interitus autem, si pathognomonica signa prægrandia, nimis opprimendo accessionem adjungant eorum, quæ à propagatione morbi epigenomena nominantur; indeque faciant epiphænomena prava, quæ principatum obtinent in prædicendo de morbis acutis.]

403. Qui futuri sunt purulenti, primum quidem expuunt salsa, mox dulciora.

404. Quibus in pulmone tubercula φύματα fiunt, (empyema Dureto) ii 40. diebus à ruptione pus expurgant, quos si superent, ut plurimum tabidi fiunt.

405. In lateris dolore, substillum Sanguinis è naribus grave malum.

406. Quibus purulentis mitiora sunt omnia, si posteà pus edunt fædi odoris, iis recidiva mortifera.

408. Quicunque spumantem expuunt Sanguinem, dextroque laborant hypochondrio, à jecore spuunt. Multique intereunt.

409. Quibus concutiendo, pus editur cænosum & fædi odoris, ut plurimum moriuntur.

410. Quibus à pure coloratur specillum μιλτῶδες tanquam ab igne, maximam illi partem intereunt.

414. Raucitas cum tussi & alvo liquida, pus educit.

415. Quibus in peripneumonia, urinæ circa initia crassæ, mox ante 4. diem tenues fiunt, mortiferum.

417. Pectora rubris maculis superspersa, talibus mortem subesse testantur.

419. Quæ ob puris intrò collectionem, febres intermittunt, in his magna ex parte ægri tenuibus sudoribus diffluunt.

422. Qui perhorrescunt crebrò, ad suppurationem deveniunt, quin etiam febris talium, ipsos ad suppurationem ducit.

427. Sanguinem expuentes juvat esse febris expertes, ac tussire leviter atque dolere; ipsum verò sputum ad dies bis 7. crassescere (malè tenuari) sed febricitare multum, itemque tussire, atque dolere, tum Sanguinem subinde novum expuere, calamitosum.

428. Quibus intumuit latus, atque incaluit, si cum in oppositam partem decumbunt, grave quippiam suspensum esse videatur, pus ab una parte collectum est.

429. Empyicis à pulmone pus duci per alvum, lethale.

430. Vulnere in thoracem accepto, si quidem externa vulneris pars sanitatem receperit, interna verò nequaquam, suppurationis periculum impendet, & quibus tenera est intus cicatrix, disrumpitur facilè.

Titulus 18.

De Phthisi.

433. QUi Sanguinem vomunt (*i.e.* pleno ore profundunt) spumantem, omnique dolore carent sub diaphragmate, à pulmone vomunt. Et quibus in ipso rupta est magna vena, & multum illi vomunt, & periculosè admodum: Quibus verò minor, minus rejiciunt, & securiores sunt. *Apho. 1 Sect. 5.*

434. Ephthisicis quibus ad ignem sputum olet graviter, ac tum capilli fluunt è capite, moriuntur. *Aph. 1 Sect. 5.*

435.

435. Tabidis in aquam marinam expuentibus, si pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in æneo vase.

Apho. 12. Sect. 5. 436. E phthisicis quibus defluunt capilli è capite, pereunt à diarrhæa, & quibus phthisicis diarrhæa incidit, moriuntur.

437. Quæ phthisicis accidit sputorum suppressio, dementiam infert nugacem. His hæmorrhoidem spes est apparituram.

438. In metu sunt maximo phthises, quæ ex ruptione venarum crassarum, & à catarrho è capite contingunt.

Aphor. 9 Sect. 5. 439. Inter ætates illæ demum ostentant periculum phthisis, quæ sunt ab anno 18. ad 35.

442. Hypochondriorum meteorismus, cum cæteros malè habet, tum verò eos pessimè, quos phthisis exercet.

433. Qui ex longa phthisi consumpti sunt, & desperati, nonnullis antè finem vitæ rigor cietur.

Titulus 19.

De Hepaticis.

447. IN Hepatico mala est colliquatio cum raucitate, idque cum alias, tum si tussicula sit.

448. Circa hepar dolentes, cardialgici, veternosi, perhorrescentes, alvo turbata, macri, ciborum fastidiosi, sudatiunculis crebri, purulenta per alvum profundunt (& ita moriuntur.)

Aph. 40. Sect. 6. & 12. Sect. 7. 449. Quibus jecur derepentè vehementer dolet, iis febris succedens remedio est.

451. Quibus inusto hepate, velut amurca prodit, funestum.

Titulus 20.

De Hydrope.

453. IN sicco Hydrope stranguria prava est, ac prava quoque urina quæ hypostasin habet exiguam.

455. In biliosis alvus turbata, quæ pauca exhibet similia genituræ, atque mucosa, doloremque ad imum ventrem inferentia, nec urinæ faciles in meiendo, ex talibus desinunt in Hydropem.

456. Si cui aquoso, cum febre urina pauca sit, atque turbida, pernicioſum.

457. Ineunte Hydrope, si aquosa incidat diarrhæa cruditatis expers, morbum solvit.

458. Denunciato jam sicco Hydrope, si tormina sint, circa tenue intestinum, ingens malum.

459. Quæ ex Hydropicis veniunt epilepsiæ, mortiferæ.

460. Hydrops qui Medicinæ concedit, ac revenit, desperatus.

461. Qui secundum venas Hydropici sunt (*i. e.* leucophlegmatici) prorupta in alvum aqua (indeque diarrhæa suborta) sanantur.

Titulus 21.

De Dysenteria.

462. DYsenteria quæ intempestivè sistitur, abscessum facit, vel in lateribus, vel visceribus, aut in articulis: Ac forte quidem biliosa in articulis, Sanguinea verò in lateribus & visceribus abscessum facit.

463. Dysenteria laborantibus vomitio biliosa initio, grave malum.

464. Quibus è Dysenteria sæva itur ad puriformia, qui superstat humor multum albus erit, & multus.

465. Dejectiones Dysentericæ, quæ rubris, limosis, cumulatè ducuntur, si cum facie rutila & saturo rubore suffusa quiescant, insania est in metu.

466. Dysenteria lienosis non longa quidem, utilis: Longa verò pestifera. Nam quiescente illa, si vel Hydropes veniant, vel etiam lienteria, mortiferum.

Titulus 22.

De Lienteria.

467. IN Lientericis, cum feris alvinis, dolores ex inteſtinorum cruciatu ſoluti, articulorum partes attollunt, ac ex hujuſmodi tenues ſquammæ cum rubore & puſtulis fiunt: Ii poſt multos ac tenues ſudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubeſcunt.

468. Quos longa exercet Lienteria cum feris (*i. e.* aſcaridibus, alii ſæviſſimis ulceribus) torminibus & doloribus, cum hæc quieverint, intumeſcunt. His ſuperrigere malo eſt.

469. Lienterica, quæ cum ſpiratione difficili, & lateris vellicatione conjuncta ſunt, tranſeunt in Phthiſin.

470. Ileoſis vomere & obſurdeſcere malo eſt.

Titulus 23.

De morbis Veſicæ.

472. CAlculoſi ea figura ſiti, ut ne calculus procidat in urinæ ductum, facilius illi meiunt.

[Temeraria eſt omnis Medicina, *Duretus.* peſtifera & ſæpè mortifera, quæ frangendo veſicæ calculo adhibetur. Cui profuerit, vidi adhuc neminem: permultos autem, quibus exitio illa fuit. Sed unicum illud remedium calculoſi, quod in ſectione poſitum eſt, tam præceps eſt, ut ſæpè in incerto ſit Medico, quid agendum; ægro flagitante & implorante auxilium.]

473. At quibus tuberculum eſt circa veſicam, quod exhibet Dyſuriam, quovis illi modo ſint collocati, torquentur: Sanatio hujus fit pure prorupto.

474. Quibus urina clam illabitur ad pudendum, exolvuntur deſperati.

475. Stranguriæ ileus ſuperveniens ſeptimo die perimit, niſi oborta febre, urina fluxerit cumulatè.

Titulus 24.

De Apoplexia, paralyſi & paraplegia.

476. TOrpores & ſtupores præter conſuetudinem evenientes futura denunciant apoplectica.

477. Qui à vulnere (præſertim capitis) ſunt impotentes corporis (*i. e.* in movendo pigres, & hebetes in ſentiendo) exorta febre rigoris experte, ſervantur: Non exorta verò fiunt apoplectici, partim dextra, partim ſiniſtra.

478. Quæ apoplecticis veniunt hæmorrhoides, ſalutares, refrigerationes verò & torpores malum denunciant.

479. In apoplecticis ex magna ſpirandi moleſtia ſubortus ſudor, mortem adfert. In his rurſus, ſi febris accedat ſolutio contingit.

[Ultima pars hujus prognoſeos *Duretus.* non eſt *Hippocraticæ* veritatis.]

480. Apoplexia repentè oborta, ſolubilis, adveniente febre lenta, mortifera eſt.

[Fruſtra ciendo humorem morbi- *Duretus.* ficum, quicquid enim humorem ciet, neque diſſipat, neque exhaurit, oppreſſionem infert majorem, & gravioribus malis auget ægrotum.]

Titulus 25.

De Melancholia & Mania.

483. QUibus (Melancholicis) à metu febris vacuo (vel cum refrigeratione) ad furorem egreſſio eſt, id febres cum ſudoribus & ſomni arctiores nec turbulenti exolvunt.

486. Quæ cum ſilentio ſunt mentis emotiones (ἔκστασις) inquietæ, oculos circum agentes, ac ſpiritum ſublime intrò vel foras ducentes, mortiferæ; ſed tamen diuturnas inferunt paraplegias, quin etiam furioſi evadunt hoc modo affecti. Quibus autem alvo turbata exacerbatio eſt, iis ferè ſub criſin nigra ducuntur.

Titulus 27.

De Phymate & Phlebotomia.

491. DOlores qui latus invadunt in febribus (meliùs ſine febribus) æqualiterque ibi ſine ſignis ſubſiſtunt, phlebotomia offendit. Ac ſi quem teneat cibi faſtidium, & ſi quis habeat tumidum hypochondrium; tum quibus perfrigeratio eſt cum torpore, non ſine febre, Sanguinem detraxiſſe nocet. Nam cum ſibi mitius eſſe putant, intereunt.

Titulus 28.

De Prognoſtico omnibus totius corporis morbis communi.

HUnc titulum ſupra pete in libro prognoſticorum, ex quo totus deſumitur.

Titulus 29.

De Pertuſionibus Capitis.

498. QUibuſcunque tempora præciduntur, convulſio incidit è diverſo partis præciſæ.

499. Quibus concuſſum eſt cerebrum, doluitque percuſſis aut lapſis, continuò voce capti, nec vident, nec audiunt, ac ferè moriuntur.

500. Quibus cerebrum vulneratur, iis ut plurimum febris & bilis vomitio incidit, & corporis apoplexia. Tales autem ſunt deſperati.

501. Oſſium capitis fracturæ cognitu difficillimæ quæ circa futuras fiunt. Fiunt autem potiſſimum gravibus ac rotundis telis, tum ex adverſo illatis, non ex plano. At oſſa de quibus fiſſa ſunt nec ne ambigitur, ſic diſcernas, ſi utraque bucca mandendum exhibueris caulem aſphodeli, vel ferulam, atque animum advertere juſſeris, num ipſi os aliquod ſtrepere videatur; confracta namque ſtrepere videntur. Sed procedente tempore fiſſa quidem (ὀστᾶ ῥωγικά; Dureto rima occulta) ſeptimo die, tum 14, tum alias quoque ſui ſignificationem edunt. Nam & caro (*i.e.* pericranium) ab oſſe abſcedit, aut os liveſcit; dolores item ichorum diffluentium excitantur, eaque jam remediis ægrè cedunt.

Titulus 30.

De Vulneribus & Fiſtulis.

502. QUibus omentum procidit, ut putreſcat neceſſe eſt. *Aph. 58. ſect. 6.*

503. Si quod præciſum fuerit tenuium inteſtinorum, non coaleſcit. *Aph. 24. ſect. 6.*

504. Præciſus nervus, aut quod in gena eſt tenue, aut præputium, non coaleſcit. *Aph. 19. Sect. 5.*

505. Si quando in corpore vel os exectum fuerit, vel cartilago, nunquam augetur.

507. Bilis vomitus vulneri ſuccedens, malum denunciat, præcipue in capitis vulneribus.

508. Nervi quicunque craſſi (*i.e.* inſignes) vulnus accipiunt, ut plurimum claudos reddunt: Maximè ſi obliquum vulnus fuerit, ac in muſculorum capitibus, præſertim femorum.

509. Interit autem potiſſimum è vulneribus, ſi cui vulneratum ſit cerebrum, aut ſpinalis medulla, aut jecur, aut diaphragma, aut cor, aut veſica, aut quædam grandis vena. Moriuntur etiam ſi in arteriam (aſperam ſcil.) & pulmonem inſignes valdè plagæ inflictæ ſunt, adeò ut pulmone ſaucio minor ſit expiratio per os, quam illac excidit, ubi eſt ipſa pertuſio. Intereunt verò quibus nervi interiores, ſive tenuis aliquis ſive craſſus vulnus acceperint, ſi plaga tranſverſa fuerit & magna: Quod ſi parva & recta, nonnulli periculo eximuntur. Sed illi perraro intereunt, qui ſauciantur, ubi nulla eſt corporis partium prædictarum, vel abſint ab iis longiſſime. *Aph. 28. ſect. 6.*

511. Ex fiſtulis moleſtiſſimæ ſunt, quæ in partibus cartilagineis & car-

ne vacuis enaſcuntur, ibique ſunt cavæ & cuniculoſæ (longè excurrentes) ac ſanie diffluunt continenter, tum verò caruncula ipſarum adnaſcitur orificio. Sed illæ facilius ſaneſcunt, quæ in partibus mollibus & carneis, nervoque carentibus oriuntur.

Titulus 31.

De morbis Mulierum.

513. IN Muliebribus, quæ antè
536. partum aquoſa prodeunt, malum denunciant.

514. Ora aphthoſa in gravidis, bono non ſunt: Ac forte etiam alvi humectantur.

515. Ex ilibus ad tenue inteſtinum migrantes dolores in morbis longis, ex aborſu, neque admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

416. Quæ ex partu & abortu copioſa celeriter cum impetu feruntur, ſi ſubſiſtant, moleſtiam exhibent. His rigor inimicus eſt, & alvi perturbatio, præcipue verò ſi laborent ex hypochondrio.

519. Quæ cum ſuſpirio foras effertur ſpiratio, & colliquatio præter rationem, gravidis abortum denunciant.

522. Salutare eſt muliebria non cohiberi: Nam inde veniunt epilepſiæ: Quibuſdam autem ventris longa profluvia; nonnullis etiam hæmorrhoides.

523. Quæ pariunt facilè, rigore ſubinde priùs correptæ, iis à partu reliqua difficillima.

528. Uterinæ duritates in alvo admodum dolorificæ, crudeliter atque citò perniciosæ.

531. Convulſionem ſolvunt muliebria (*i.e.* menſtrua) quæ primum aut ſtatim apparent, atque id ſine febre.

517. Prorrh. 103. 534. Quæ cum ſopore & gravitate incidunt cephalalgiæ gravidis, peſſime ipſas habent. His autem fortaſſe profuerint quippiam convulſionis adeſſe.

538. Antè partus ſubinde rigere, & citra dolorem parere, periculum indicat.

541. Horrore ſubinde tentatis, laſſitudine & capitis gravitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt.

551. Sterilibus vomitio Sanguinis ad concipiendum prodeſt.

552. Oculorum caligines crebris apparentibus menſibus ſolvuntur.

554. Quæ fiunt hyſtericis febre vacuis convulſiones, faciles: Sicuti Dorcadi.

555. Quibus à rigore febris eſt laborioſa, promoventur muliebria. His dolens cervix hæmorrhagiam ciet.

Titulus 32.

De Vomitibus.

556. MOrtem adfert ruber vo- Prorrh. 79.
mitus, maximèque ſi ægrè vomatur.

558. Vomitiones exiguæ bilioſæ, malum denunciant; tum verò præcipuè, ſi pervigilio conflictentur ægri.

565. Ex ſinceris vomitibus ſingultus malus eſt; mala quoque convulſio. Quin etiam idem exiſtimandum eſt in immodicis purgationibus, quas inferunt pharmaciæ.

566. Qui vomituri ſunt, priùs illi ſalivant.

568. In omni ſuperflua purgatione, frigus cum ſudore exitiale. Tum qui ſubinde vomunt & ſiticuloſi ſunt, male habent. Qui verò anxietate laborant cum lumborum dolore, iis alvus humectatur.

Titulus 33.

De Sudoribus.

574. QUi una cum febre incidit ſudor, ſi eſt acuta, malus.

[Re-

[Reliqua huc pertinentia ex libro prognoſtico, petenda.]

Titulus 34.

De Urinis.

575. CItam dimiſſionem febris oſtendit urina, quæ ex confuſa quippiam pingue oſtentans aqueſcit. Quæ autem ſubrubra eſt, habetque ſubrubram hypoſtaſin & lævem, ſiquidem antè ſeptimum diem (*i. e.* quarto) fuit hujuſmodi, ſeptimo die ſolutionem fore deſignat. Sin autem poſt 7, tardiorem aut plane diuturnam. Et quæ quarto die ſubrubram nubeculam capit, ſeptimo die liberat, ſi cætera convenienter ſint conſtituta. Tenuis autem & bilioſa, ac ne vix quidem exiguam habens hypoſtaſin, tum quæ in melius, modo in pejus mutatur, temporis diuturnitatem poſtulat. Quod ſi iſta diutius perſeverat, aut ad criſin diuturnitas temporis requiratur, periculo non vacat.

576. Aquoſa verò & alba in diuturnis morbis perſeverans, difficilem & non ſecuram judicationem facit. [Quia in ea cruditatis ſumma ſunt omnia, ita ut vix ſperabilis ſit pepaſmus.]

577. At verò nebulæ in urinis albæ quidem & verſus fundum, utiles; rubræ autem & nigræ, lividæ item, difficiles.

578. In acutis morbis periculum denunciat urina bilioſa non ſubrubra, & quæ craſſius commolitam farinam refert, albas habens hypoſtaſes, & quæ colore ac hypoſtaſi variat, & maximè in rheumatiſmis è capite. Perniciem etiam præ ſe fert, quæ ex nigra, in bilioſam tenuem tranſit, & quæ ſedimentum habet divulſum.

579. Urinæ derepente præter rationem parum concoctæ, vitioſæ ſunt. Atque omnino quicquid præter rationem coctum eſt in acuto, malum eſt. Prava autem & illa, quæ ab his præ rubra, virulenti quippiam efflorescentis continet. Quæ autem alba funditur & pellucida, mali eſt ominis, præcipue in phreniticis apparens. Prava eſt item quæ mox à potu effluit, maximeque pleuriticis & peripneumonicis. Mala eſt etiam quæ antè rigorem oleoſa redditur. Malum eſt etiam in acutis cum vireſcentes urinæ ſunt, nec in ſuperficie tenus. [Vel nec in colore perſiſtunt.]

580. Peſtifera autem eſt inter urinas, quæ & hypoſtaſin habet nigram, & ipſa quoque eſt nigra. Sed pueris peſtifera eſt magis aquoſa. Pernicioſa eſt omnis urina quæ clam emittitur. Peripneumonicis pernicioſa eſt, quæ initiò coctionem habet, verum poſt quartum diem, tenuis evadit.

581. Pleuriticis urina cruenta, obſcura cum varia hypoſtaſi, & indiſcreta, ut plurimum intra dies 14. mortem adfert. Sed illud confeſtim mortiferum eſt in pleuriticis urinam reddi porraceam cum nigra hypoſtaſi aut furfuracea.

582. Quæ emittitur urina habens pinguem hypoſtaſin, febrem denunciat. (Abire ſecundum Duretum) cruenta verò circa initia reddita, morbi eſt longi, at perturbata cum ſudore, recidivæ; ſicut & alba qualis eſt jumentorum, cephalalgiæ, pelliculoſa autem, convulſionis: Quæ verò ſputiformes habent hypoſtaſes, aut limoſas, rigorem denunciant. Quæ aranearum telis ſimilia quædam habet, colliquationem; quæ in erraticis febribus ſunt nigræ nubeculæ, quartanas denunciant. Decolores autem quæ nigra oſtentant enæoremata, idque cum vigiliis & perturbata mente, phreniticæ: Cinereæ (vel potiùs lixivio ſimiles) cum dyſpnæa ſunt hydropificæ.

583. Urina aquoſa vel conturbata friabili aſperitate, liquidam fore alvum denunciat. Quæ verò admodum tenuis ſpiſſa evadit, fortaſſe eruptu rum ſudorem indicat; jam autem erupiſſe, quæ ſpumam in ſe ipſam inſidentem habet.

585. Urina quæ utilem habet hypoſtaſin, & mox non habet, laborem & mutationem oſtendit: Quæ autem perturbata, hypoſtaſin habet, reſidens, rigorem circa criſin denunciat, fortaſſe etiam tranſitum in tertianam aut quartanam.

586. In pleuriticis, urina ſubrubra, quæ hypoſtaſin habet levem, ſecuram criſin denunciat. Subviridis autem (vel aliquantulum pallida) & florida cui eſt alba hypoſtaſis, citam quoque criſin oſtendit. Sed admodum rubra & florida, quæ viridem (pallidam) habet hypoſtaſin, lævem, exactam, longi & valdè turbulenti eſt morbi, in alium tranſeuntis, non tamen funeſti. Aquoſa verò & alba quæ ſimilem craſſioris farinæ hypoſtaſin rubram habet, dolorem & periculum denunciat: At quæ viridis (pallida rubram & inſtar craſſioris farinæ hypoſtaſin habet, longi, & periculoſi eſt morbi.

Prorrh. 120. 588. Veſica intercepta quippiam habet convulſificum, idque cum alias, tum ſi acceſſerit cephalalgia; quæ in his torpide exolvuntur, difficilia ſunt, non tamen mortifera. Ac forte etiam aliquantulum decipiunt.

589. Renum repentè dolor obortus, cum urina ſuppreſſa, lapillos, aut craſſam urinam meiendo reddendam oſtendit.

592. In bilioſis (Duretus in Ileoſis) urina intercepta citam mortem adfert.

593. Urina in febre denſitatem habens divulſam, morbi reverſionem, aut ſudorem portendit.

594. In longis febribus, exiguis & erraticis, urinæ tenues meiendo emiſſæ, lienoſæ.

595. In febre interdum varias reddi urinas, longi eſt morbi.

597. Quibus urinæ paucæ & grumoſæ, febre non carentibus, tenuium copia ex his emiſſa prodeſt. Tales autem emittuntur ab initio, vel citò habent hypoſtaſin.

598. Quibus urina citò hypoſtaſin habet, celeriter illi judicantur.

599. Epilepticis, urinæ præter morem tenues & crudæ, ſi repletio nulla adſit, de inſtanti caſu admonent. Idque cum alias, tum ſi ad acromium, cervicem aut dorſum, dolor & tenſio urget. Vel corporis obrepit ſtupor, vel perturbata inſomnia obverſantur.

600. Quæ parva copia apparent, veluti ſtillæ Sanguinis, urinæ, vomitiones, & dejectiones, malum denunciant: Peſſimum verò ſi exiguis intervallis ſeſe conſequantur.

Titulus 35.

De Dejectionibus.

603. UBi alvus modicè intercepta, nigra ſtercoribus caprarum ſimilia, nec niſi coacta demittit, hoc caſu naſus erumpens, malo eſt.

604. Glutinoſa, ſincera & alba dejectio, prava eſt: Prava item quæ multum eſt fermentata, & aliquantulum pituitoſa: Prava etiam cum ex his quæ concreta feruntur, quod ſubſidet, aliquantulum liveſcit, purulentum ac bilioſum eſt.

605. Sanguis ſplendidus alvo per feceſſum rejectus, malo eſt, præſertim ſi dolor aliquis adſit.

606. Spumans dejectio eximiè bilioſa (aut circumfuſa bile) prava: Tum inde fiunt icterici.

608. Prava eſt purulenta & Sanguinis atri dejectio, cum febre & alias. Prava quoque varia & abundè colorata dejectio, & tanto pejor, quo colore formidanda magis, ſecus in pharmacia; tum namque periculo vacat, copia non exuperans. *Aph. 21. ſect. 4.*

[Nulla quæ ſua ſponte movetur Sanguinis atri dejectio, in bonis ducenda; ſemper omnino peſtifera eſt ac cita morte non rarò funeſta. Nam qui à morbo emacruerunt, cum nigra dejecerint, poſtridie moriuntur. Sed mirum illud, ac pene dixerim miraculo apponendum, quod hæmorrhoicus ater Sanguis tot commodis *Duretus Aph. 23. Sect. 4.*

beat

beat ægrotum, & idem dejectus augeat multis damnis, tantumque periculo vitæ adjiciat, ut cita inde mors veniat. Tum illud etiam ſubit mirari, quod nigra dejectio ſponte ducta, periculo & maleficio eſt apponenda; ſperabili autem ſaluti ac beneficio, quam movet pharmacia convenienter præſcripta.]

611. Liquida dejectio in ſopore & torpore detentis, peſſima eſſe ſolet. Lethale etiam eſt, multum Sanguinem grumoſum ex alvo effluere, itemque candidum & liquidum excrementum cum alvi tumore.

615. Exactè candicans dejectio in febre, non eſt judicii fauſti.

616. Alvus perturbata, ut pauca ſæpiſſimè ſubducat, diſtendit buccas, rubores etiam faciei delet.

617. Stercoracea cum tenſione dejectio, laborem alvi denunciat, at pituitoſa facta protinus cum oris ventriculi dolore, dyſenteriam fortè & lumborum dolorem. His diſtenta alvus, quæ coacta & ægrè liquida reddit, ocyuſque intumeſcit, habet aliquid convulſorium, iiſdem novus ſubinde rigor, periculum creat.

618. Qui nigra egerunt, ii tenuibus & frigidis ſudoribus diffluunt. (Qui ſunt mortis rudimenta.)

619. Alvus initio perturbata cum paucis urinis, labentibus inde diebus facta ſiccior, cum urinis tenuibus (crudis) & copioſis, abſceſſum in articulos prævidendum exhibet. (Si frigida cauſa eſt, calida aures petit.)

620. Frequentes deſidendi labores, rigores adferunt: Et quibus alvi excrementum vitioſum eſt, id maximam moleſtiam exhibet, ſi quarto die initium fecerit.

621. Frequentes & ex parvis intervallis deſidendi labores, aliquantulum viſcida excernentes, cum paucis ſtercoraceis, hypochondrii & lateris dolore, icterum prænunciant. Animadvertendum autem, num ex iſtorum ſuppreſſione, ii cum virore palleſcant. Eos verò etiam exiſtimo Sanguinem profundere: Hos quoque lumborum dolores affligunt, & his Sanguinem profundentibus, Sanguis ſplendidus prodit. Cum ſopore & capitis dolore ſubinde incaleſcere, perniciem denunciat.

625. Squalida cutis malè affectæ alvi index eſt. In his prærubræ caruncułæ purulentæ ferè ex alvo prodeunt.

627. Bilioſas alvi dejectiones ſurditas, & ſurditatem bilioſa alvi dejectio ſedat. *Aph. 28. & 60. Sect. 4.*

[629. Virium exolutio dolorem ſolvens, alvum maximè humectam reddit.

630. Quæ circa ſedem cum dolore ſuppurant, alvum conturbant.

631. Exitialis eſt dejectio pinguis & nigra, ac livida cum odoris gravitate, item bilioſa ſimile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti florulentos Sanguinis grumos, & infantium egeſtionem odore referens, ac varia, eademque diu perſeverans; talis etiam fuerit cruenta, ſtrigmentoſa, bilioſa, nigra, viridis, & ſimul & per vices excreta. Exitioſa quoque quæcunque prodeundo ſenſum ægri fallit.

638. Si cui, poſt diuturnum alvi profluvium, bilioſa vomenti & cibos averſanti, ſudor effluit multus, repente interimit.

639. Ab aſſumpto medicamento, ſi tum in ipſo purgationis fluxu, tum poſteà, Sanguis liquidus confeſtim exit, malum.

645. Lingua tremula, nonnullis ſignum eſt alvi prorupturæ.

647. In humecta alvo, perfrigeratio cum ſudore, mala.

648. Qui è gingivis, alvo liquida, Sanguis effluit, lethalis.

649. Dejectio pura cum ſudore, febrem exolvit.

SECTIO TERTIA.

Τὰ φυσικὰ καὶ ἀντιλογικά.

De Natura Hominis.

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

SI unum eſſet homo, nunquam doleret, non enim quicquam eſſet ex quo doleret, ſi unum exiſteret. Quin etiam ſi doleret, neceſſarium foret, etiam huic unicum tantum remedium eſſe. At nunc plura ſunt, ſiquidem multa inſunt in corpore, quæ cum mutuò inter ſe præter naturam caleſcunt & refrigerantur, ſiccanturque & humectantur, morbos
C pariunt. Ita ut plurimæ morborum ideæ ſunt, unde & varia eorum
• dela.

Corpus hominis continet in ſe Sanguinem, pituitam, & geminam bilem, nimirum flavam & nigram, ex quibus corporis ipſius natura conſtat; & per quæ ægrotat ac ſanum eſt. Sanitate tum maximè fruitur, quando hæc inter ſe moderatè affecta fuerint temperie, facultate, & copia, & maximè ſi optimè mixta fuerint. Ægrotat verò vehementer, quoties horum aliquod, aut parcius, aut copioſius fuerit, aut etiam à cæteris divortium fecerit in corpore, neque cum reliquis cunctis commixtum fuerit.

In immodicis purgationibus, ſola vacuata bile, nullus unquam mortuus eſt. Verum epoto medicamento quod bilem ducat, primum ſanè quis bilem vomitione refundet, mox etiam pituitam, deinde quoque atram bilem, idque per vim, ſub mortem verò etiam Sanguinem purum evomet.

Per hiemem augetur in homine pituita, at vere Sanguis increſcit, æſtate bilis, autumno verò atra bilis.

Cum hæc ita ſe habeant, par eſt, morbos qui augentur hieme, æſtate finiri: Et qui æſtate augentur, hieme deſinere; niſi intra certum dierum circuitum ſolvantur; quicunque autem morbi vere fiunt, horum diſceſſum, autumno expectare oportet. Quicunque verò autumnales morbi ſunt, horum diſceſſum, neceſſe eſt vere fieri. Quod ſi quis morbus hæc tempora tranſgreſſus fuerit, eum annuum fore ſcito.

Hæc quoque noſſe oportet, quod morbos quos repletio parit, ſanat evacuatio, & qui ex evacuatione oriuntur, repletione curantur, & qui ex immoderato labore fiunt, eos quies ſanat, quique ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. *Aph. 22 ſect. 2. De Flatibus.*

Omnino Medicum ſua prudentia obviam ire convenit morbis inſtantibus, & naturis, & anni temporibus, & ætatibus, contentaque ſolvere, & ſoluta intendere.

Ubi complures uno morbo, eadem tempeſtate, vexantur, in id, quod maximè commune eſt, quoque omnes utimur, potiſſimum rejicienda cauſa eſt: Id autem eſt quod inſpirando trahimus.

In Dorſi & coxendicum doloribus, ex malleolis externis venæ ſectiones fieri debent, in lumborum verò & teſtium doloribus, ex malleolis internis. *Lib. de Offium natura.*

Probe noſſe convenit hominem prima ætate in omni vita eſſe calidiſſimum, poſtrema verò frigidiſſimum.

De Genitura.

περὶ γονῆς.

GEnituram ex toto corpore, & ex ſolidis, & mollibus partibus, & ex univerſo totius corporis humido, ſecerni aſſevero. Cujus rei iſtud eſt argumentum, quod ubi rem veneream exercemus, tantillo emiſſo imbecilles evadimus. Semen verò è corpore etiam emittit mulier.

In venere exercenda longe minorem, quam vir, voluptatem mulier percipit, vir verò etiam diuturniorem.

Qui juxta aures ſectionem experti ſunt,

ſunt, ii venerem quidem exercent, verum ſemen paucum, imbecillum, & infæcundum emittunt. Maxima ſiquidem ſeminis pars, è capite ſecundum aures in ſpinalem medullam fertur.

Humidi 4. ſunt ſpecies, Sanguis, bilis, aqua & pituita.

Sic autem ſe res habent mulierum, ſi quidem cum viris rem habeant, magis ſanæ ſunt: Sin contra, minus benè habent. Nam & coitu uteri humidiores evadunt, qui ſi plus æquo ſicceſcant, vehementer contrahuntur, ſicque contracti, corpori dolorem afferunt, coitus etiam Sanguinem excalefaciens, & humectans cauſa eſt, ut menſes facilius profluant, quibus minimè prodeuntibus, morbis obnoxiæ mulieres redduntur.

De Natura Pueri.

περὶ φύσιος παιδίου.

SI genitura ab utroque parente profecta, in mulieris utero permanſerit, primum quidem ſimul permiſcetur, condenſatur, & calore incraſſeſcit, deinde ſpiritum concipit, tum quia loco calido exiſtit, tum quia mater ſpirat. Ubi ſpiritu repleta fuerit, viam ipſe ſibi foras facit, qua per mediam genituram exeat; ubi verò via facta, ſpiritus ille calidus foras erupit, alium rurſus frigidum à matre ad ſe attrahit, idque toto tempore perſeverat.

Ubi genitura tota incaluit, & flatu intumuit, ei exteriore parte membrana circumducitur, per quam ad mediam genituram intrò & foras ſpiritui tranſitus fit. Equidem genituram 6. diebus in utero retentam & foras prolapſam ipſe vidi, & qualis tunc meo judicio viſa eſt, ex eò reliquorum conjecturam facio. Quanam autem ratione iſtud viderim, enarrabo. Mulieri nobis familiari, perelegans erat fidicina, quæ cum viris converſabatur, & quam minimè decebat gravidam eſſe, ne viliore loco haberetur. Hæc audierat quæ mulieres inter ſe narrant, ſi quando mulier conceptura ſit, genituram intus manere, neque foras egredi. Quibus auditis & intellectis, ea ſemper in animo habuit: Cumque aliquando genituram non exire percepiſſet, rem ad Dominam detulit, quæ ad me etiam pervenit: Quo audito, ipſa ut in terram deſiliret, juſſi. Quod cum jam ſepties feciſſet, genitura in terram cum ſonitu defluxit. Quam illa videns non ſine admiratione ſpectavit, ego verò qualis erat referam: Ut ſi quis ovo crudo externam teſtam undique auferat, in quo, interiore membrana contentus humor pelluceat; ad hunc fere modum ſe habebat ille liquor, præterea que ruber erat & rotundus.

Conſpiciebantur autem fibræ albæ & tenues, in membrana, cum ſanie craſſa, & rubra contentæ, & ipſa membrana exteriore parte cruore, adinſtar ſugillatorum ſuffuſa erat: In cujus medio tenue quiddam extabat, quod mihi umbilicus eſſe videbatur, & per illum primum reſpiraſſe, ex eoque protendebatur membrana tota genituram complectens.

Cum genitura in membrana continetur, ſpirationem intrò & foras habet, & Sanguine, à Matre in uterum delapſo, incrementum accipit.

Caro dum increſcit à ſpiritu diſcernitur, in eaque ſimile quodque, ad id quod ſibi ſimile, fertur, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum; ferturque unumquodque in proprium locum, ad id cum quo cognationem habet, & ex quo etiam ortum eſt.

Membrorum diſtinctio in fœmina fit 42. diebus in maſculo verò 30. quod longiſſimum. Ut plurimum enim intrà hoc tempus, vel paulo minus, vel majus iſta diſtingui contingit. Nam & purgatio à partu fit iis, quæ fœminam ſuſceperunt, 42. diebus, quæ verò maſculum, 30. Purgationes autem à partu ea de cauſa mulieribus con-

contingunt, quod primo tempore ad 42. dies in fœmina, in maſculo verò ad dies 30. pauciſſimus Sanguis in Pueri alimentum cedit, ex eo verò ad partum uſque tempore, copioſior; ac ſanè purgationem in partus purgamentis reddit, & foras exire pro dierum ratione oportet.

Poſtquam ſingulis diebus, toto quo diximus tempore, purgatio foras procedit, primò quidem quantum hemina attica una & dimidia, vel paulo plus aut minus pro ejus ratione, dum ceſſet. Prodit autem velut à victima Sanguis, ſi benè habeat & benè habitura ſit mulier, citòque concreſcit.

Niſi à partus purgamentis mulier repurgetur, magno morbo tentabitur, vitæque periculum incurret, niſi quis celeri adhibita curatione, convenientem purgationem promoveat.

Partus purgamenta primis diebus plurima prodeunt, deinde ſenſim imminuuntur, donec deſinant.

Ad maſculi motum trium menſium tempus conceditur, fœminæ verò, quatuor. Sic enim ut plurimum contingit. Etſi etiam quidam Pueri antè hoc tempus moventur. Primum autem mas movetur, quod fæmella ſit robuſtior. Cum autem fætus movetur, tunc ſanè lac de ſe ſignificationem Matri exhibet.

Pecora cum uterum gerunt, niſi morbo aliquo laborent, potu ciboque pinguiora evadunt; itidemque mulier, ex eo quod uterus fætu intumeſcens, fætæ ventrem comprimat, qua compreſſione, quod in cibo & potu pinguiſſimum eſt, foras in omentum & carnem profilit.

Arbores quæ ex aliorum inoculatione proveniunt, eæ non illarum ſimilem, in quas inſitæ ſunt, fructum ferunt. Quod hoc modo contingit. Primo quidem oculus germinare incipit, cum alimentum habeat primum quidem ab arbore à qua avulſus eſt; tum verò ab ea in quam inſitus eſt. Ubi pullularit, tenues ex ſe radices in arborem demittit, primumque arboris humore, in quam inſitus eſt, fruitur, deinde temporis ſpatio radices in terram demittit, per eam in quam inſitus eſt, & attracto à terra humore fruitur, indeque alimentum ſumit. Ut proinde mirum minimè videri debeat, ſi inſitæ arbores alios fructus proferant, cum è terra vivant.

Puer ubi in utero exiſtit, manibus ad genas adhæret, caputque pedibus proximum habet, neque certò dignoſcere queas etiamſi Puerum in utero videas; utrum caput ſurſum an deorſum vergat.

Quando mulieri partus inſtat, tum ſe movente Puero, & manibus ac pedibus ſe jactante, membranam quandam abrumpi contingit. Qua rupta, cæteræ imbecilliores fiunt, primumque rumpuntur quæ illam contingunt, deinde poſtrema. Ruptis autem membranis, fætus vinculo exolvitur, & agitatus foras prodit. Cum verò Puer prodit, utero dilatato, qui mollis eſt, vi ſibi viam aperit, & in caput fertur, ſi ſecundum naturam exierit.

Quamdiu autem in uteris manet (fætus) validior ſemper evadit, dum membranas decimo menſe perrumpat, quando Matri partus inſtat. Quod ſi vis quædam Puero contingat, etiam antè præfinitum tempus foras prodit: Quin etiam ſi alimento à Matre priùs deſtituatur, ſic quoque antè tempus partio ingruit. At verò ſi quæ ultra decem menſes utero geſtare ſibi viſæ ſunt (quod jam ſæpe audivi) ſibi ipſis imponunt. Cur autem non longiore quam 10. menſium ſpatio, fætum utero geſtari contingat, referam. Poſt exactos 10. menſes, ubi fætus grandior eſt, alimentum & incrementum, quod à matre demittitur, non ampliùs puero ſufficere poteſt: Quod in Sanguine enim dulciſſimum eſt, ad ſe attrahit, ſimulque aliquantula lactis portione fruitur.

Quæ cum ipſi pauciora ſint, puerque jam plenior factus, plus alimenti

quam

quam adſit, requirat, ipſe ſe jactans, membranas diſrumpit.

Procreatur avis ex ovi luteo, alimentum verò & incrementum, quod in ovo eſt candidum. Quod omnibus qui animum adverterint conſpicuum eſſe poteſt. Cum autem alimentum ex ovo pullo deficit, neque ſatis ei ſuppetit unde vivat, copioſius alimentum poſtulans, vehementer movetur in ovo, & membranæ circumcirca diſrumpuntur. Et ubi avis pullum vehementer moveri ſenſerit, putamen tundendo excavans, ipſum excludit. Atque hæc intrà dies 20. contingere ſolent, idque ita ſe habere manifeſtum eſt. Nam ubi volucris ovi teſtam contundendo excavarit, nihil penitus humoris quod alicujus ſit momenti in ea ineſt, quod totus in pullum abſumptus ſit.

Si quis ova 20. aut plura gallinis duabus aut pluribus, ut excludantur, ſupponat, & ſingulis diebus à ſecundo exorſus, ad ultimum uſque quo ovi putamen detrahetur, ſubtrahat, frangat, & diligenter inſpiciat, is eo, quo dixi, modo, omnia ſe habere deprehendet; ſi modo avis naturam cum humana conferre licet. Ex umbilico enim membranas portendi, aliaque omnia quæ de Puero dicta ſunt, eodem prorſus ſe habere modo, in ovo gallinaceo comperies.

De Carnibus ſeu de Principiis.

Περὶ σαρκῶν vel ἀρχῶν.

QUod calidum vocamus, id mihi immortale eſſe videtur, cunctaque intelligere, videre, & audire, ſentireque omnia, tum præſentia tum futura: Duæ ſunt à corde venæ cavæ & hæc quidem arteria, illa vero vena cava nominatur. Arteria calidi plus continet quam vena cava, & ſpiritus penus eſt.

Puer dum in utero eſt, compreſſis labris ex Matris utero, tum alimentum ſugit, tum etiam ſpiritum, qui in Puero calidiſſimus eſt, Matre reſpirante, in cor attrahit. Quod ſi quis roget, unde quis hoc ſciat, quod Puer in utero trahat & ſugat: Huic ita reſpondendum, pueri naſcuntur ſtercus in inteſtinis habentes, & quam primum nati fuerint, tum homines, tum pecora, ilico alvum deponunt; atqui nullum haberent ſtercus, niſi in utero ſuxiſſent, imo neque mammam ilico ut natum eſt animal ſugere noſſet, ſi non in utero ſuxiſſet.

Hominibus pleriſque quarto ſeptenario annorum duo dentes enaſcuntur, qui moderatores nominantur (σωφρονιστῆρες.)

Genitura intra 7. dies habet quæcunque ex corpore ei accedere neceſſe eſt; ut multoties vidi. Ea enim in aquam conjecta, ſi acuratius inſpexeris, membra omnia habere deprehendes, & oculorum regiones, & aures & brachia; quin & manuum digiti, & crura, & pedes, & pedum digiti, & pudendum, & reliquum totum corpus in conſpicuo eſt.

Mulier ubi concepit, ſtatim inhorreſcit, & incaleſcit, ac dentibus ſtridet, & articulum reliquumque corpus convulſio prehendit, & uterum torpor.

Puer 7. menſe natus, certa ratione in lucem prodit & vitalis eſt. Octavo autem menſe natus nullus unquam vixit. Novem autem menſium & decem dierum fœtus editus, & vitalis eſt, numerumque ad hebdomadas exactè reſpondentem habet. Quatuor nempe decades hebdomadarum dies ſunt 280. hebdomadarum autem decuriam dies 70. conſtituunt. At 7. menſe editus partus, tres hebdomadarum decurias obtinet, quæ faciunt dies 210. forte quis mirabitur fœtum 7. menſe naſci, atque id quidem certè & ſæpius vidi. Quod ſi quis volet, id facile deprehendet, obſtetrices quæ parturientibus præſunt adeundo, & percontando.

De Septimestri Partu.

Περὶ ἑπτομήνου.

SEptimestres nascuntur diebus centum & octoginta duobus, & insuper addita quadam diei particula.

Ex his qui septimo mense nati sunt, supersunt quidam, licet ex multis pauci.

Mulieribus de partu fides habenda est; quæ semper proferunt & affirmant, 7. mense, & 8, & 9, & 10, & 11, partus in lucem prodire, & ex his octavo mense natos minimè supereſſe.

Pueris ubi 7. menses attigerunt, tum alia eximia in corporibus fiunt, tum eò tempore dentes apparere incipiunt.

De Octimestri Partu.

Περὶ ὀκταμήνου.

QUod ad partum qui octavo mense editur, attinet, fieri non posse assevero, ut duas continenter consequentes afflictiones Pueri perferant. Ideoque eos qui octavo mense nascuntur, minimè supereſſe. Hic etenim accidit, ut ea quæ in utero est, & ea quæ in partu fit afflictione, consequenter laborent. Propterea eorum qui octavo mense eduntur, nullus est superstes. Decimestres nuncupatos 7. dierum quadragenariis potissimum, in lucem edi sentio. Perfectissimus fætus est primis quadraginta diebus.

De Superfætatione.

Περὶ ἐπικυήσιος.

CUm fætus mortuus fuerit, tum aliis signis conjicere licet, tum etiam jubere oportet, ut modo quidem dextrum in latus jaceat, modo etiam in sinistrum convertatur; dilabitur enim fætus in utero, quocunque se vertat mulier, velut saxum, aut aliud quidpiam, si mortuus fuerit, & pectinem frigidum mulier habet.

Si parturienti, antè fætum multus sanguinolentus citra dolorem fluxus contingat, periculum est, ne fætus mortuus exeat, aut minimè vitalis edatur.

Mulier prægnans si venerem non exerceat, partu faciliùs liberabitur.

Prægnantem mulierem vel oculi retracti & caviores redditi tibi indicabunt, & oculorum candidum albedinem nativam non habens, sed lividius.

Prægnantibus si terra aut carbones in cibum expetuntur, eaque edant, in fætus capite, ubi in lucem editus fuerit, horum signum apparet.

Mulier quæ præter naturam crassa & pinguis evasit, & pituita repleta, eò tempore non concipit, quæ verò sua natura talis est, horum gratia concipiet, nisi aliud quid impediat.

Quæ citò concipiebat, si concipere desinat, bis in anno manuum & crurum venam sibi secari jubeat.

Si cui dolores in coxendice, aut in capite, aut in manibus, aut aliqua alia corporis parte fuerint, cum verò prægnans est, desinunt, conceptu autem ab utero exoluto, rursum insunt, odorata & bibere, & ad uteri os apponere conducit.

Lib. περὶ ἀφορῶν.

Si noscat mulier se genituram suscepisse, tunc ne virum adeat, sed quiescat: Id autem cognoscet, si quidem vir se semen emisisse dicat, mulier verò præ siccitate ignoret. Sin uterus genituram ad pudenda remiserit, & mulier humecta evadat, rursus cum viro concumbat, quoad concipiat.

Lib. περὶ ἀφορῶν.

Mulier quæ concipit quidem, fætus autem bimestres perdit, eo exacto tempore, neque priùs neque poste-

ſteriùs, idque bis aut ter illi contigit, quin etiam ſi trimeſtres, aut quadrimeſtres, aut etiam majores fœtus ad eundem iſtum modum perdat, his uteri in majorem amplitudinem non ampliùs increſcunt.

Lib. περὶ ἀφορῶν.

Vernum tempus ad conceptum maximè accomodatum.

Virgini, ſi menſes ſuo tempore non appareant, multum & febricitat, & dolet, ſitit, eſurit, vomit, inſania vexatur, & rurſus ad mentem venit.

De Dentitione.

Περὶ ὀδοντοφυΐας.

EX lactentibus qui urinam multam reddunt, minimè per annum durant.

Quibus alvus multum fertur, ſi benè concoquunt, ii melius habent.

Quibus cum dentes erumpunt, alvus crebrius demittit, minus convulſione tentantur, quam quibus ſic rarò alvus ſubducitur.

Quibus in dentitione febris acuta accedit, ii rarò convulſionibus tentantur: Qui cum dentitione benè habito corpore permanent, gravi ſomno premuntur, periculum eſt ne eos convulſio prehendat.

Quibus hieme dentes erumpunt, ſi cætera ſimiliter ſe habeant, ii melius degunt.

Non omnes dentibus erumpentibus convulſione tentati, moriuntur, plerique etiam ſervantur.

Qui cum tuſſi dentiunt, iis tardius dentes erumpunt, in ipſa autem punctione, magis extenuantur.

De Corde.

Περὶ καρδίης.

HUmiditatem cor tantam habet quanta maximè ad æſtuantis medelam ſatis ſit.

Cor muſculus eſt validus admodum, duos diſcretos habens in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo inter ſe ſunt ſimiles.

Mens humana in ſiniſtro ventriculo à natura inſita eſt. Et reliquæ animæ imperat.

De Glandulis.

Περὶ ἀδένων.

CErebrum ipſum quaſi Glandula eſt. De capite fluxiones velut ſecretione contingunt, per aures ſecundum naturam, per oculos, per nares, tres numero. Aliæ per palatum in fauces, in gulam, aliæ per venas in ſpinalem medullam, in Sanguinem, omnes numero ſeptem; eæ ſi diſcedunt, cerebri purgamenta ſunt, & niſi diſcedant; ipſi morbum creant, non ſecus ac reliquo corpori, ſi intrò & minimè foras diſceſſerint.

De Oſſium Natura.

Περὶ ὀστέων φύσιος.

DAnda eſt opera, ut quam maximè procul à locis in quibus dolores fieri, & Sanguis colligi ſolet, venæ ſectiones faciamus. Ad hunc enim modum continget minimè magna repentè mutatio, & translata conſuetudine efficiet, ut ne ampliùs ad eundem locum coeat. Oſſa corpori firmitatem, rectitudinem, ac formam præbent, nervi verò flexionem, contractionem & diſtentionem; carnes autem, & cutis omnium colligationem ac connexionem. Venæ per corpus diffuſæ, ſpiritum, fluxionem & motum exhibent, ab una multas propagines emittentes. Atque hæc una unde exordium ſumat, & ubi deſinat, non ſatis mihi compertum eſt; circulo enim facto principium non invenias.

De

De Aere locis & Aquis.

Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων.

QUi artem Medicam recta inveſtigatione conſequi volet, is primum quidem anni tempora in conſiderationem adhibere debet, quid horum quodque poſſit. Deinde verò ventos tum calidos, tum frigidos, præcipuè quidem eos, qui omnibus ſunt communes, ac deinceps eos qui cuique regioni ſunt familiares. Quin etiam aquarum facultates animo reputare oportet. Quemadmodum enim guſtu & pondere, ita & facultate, ſingulæ plurimum differunt. Terra etiam ipſa inſpicienda, nuda ne ſit, & aquis careat, an denſa & irrigua, & an cavo loco ſita ſit & æſtuoſo, an verò ſublimi & frigido. Hominum quoque victus ratio, quanam maximè delectentur, inſpicienda, an potui, & cibis & otio dediti, an exercitationibus & laboribus gaudeant, & an edaces ſint, & à potu ſibi temperent, & ex his ſingula reputare oportet. Hæc enim, præcipue quidem omnia, aut certè plurima probè qui agnoverit, cum ad urbem ſibi ignotam pervenerit, eum neque morbi regioni familiares, neque communium quæ ſit natura, latere poterit, ut neque in eorum curatione hæſitare aut aberrare poſſit.

Qui verò iſta rectè cognoverit, is cujuſque temporis impendentis, & anni ſtatum prædicere poterit, & quinam morbi tam æſtate, quam hieme in Urbe communiter ſint graſſaturi, tum etiam quinam cuique privatim ex victus mutatione impendere debeant.

Ad artem Medicam Aſtonomia plurimum confert.

Hieme frigida Homines capita humida & pituita redundantia habere æquum eſt, & pituita ex capite defluente, eorum alvos crebrò exturbari, eoſque ut plurimum habitu corporis eſſe debiliore, ac neque probè edere nec bibere poſſe.

Quibus autem capita debilia fuerint, ii nunquam egregii potores erunt, quod eos crapula magis vexet.

Calidæ ſunt aquæ, ubi aut ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum: Hæc enim omnia caloris vi proveniunt.

Optimæ ſunt aquæ quæ ex profundiſſimis fontibus proveniunt, maximè verò commendantur, quarum fontes ad ſolis exortus præſertimque æſtivos decurrunt; limpidiores enim, & boni odoris, & leves eſſe neceſſe eſt.

Qui ſanus eſt ac valet, is nullo habito diſcrimine, ſemper aquam quæ adeſt, bibat.

At verò de aquis ſalſis, propter imperitiam falluntur quidam, quod alvum ſolvere exiſtimentur, cum maximè alvi dejectionibus repugnent.

Aquæ ex imbribus collectæ leviſſimæ & dulciſſimæ ſunt, tenuiſſimæ, & limpidiſſimæ. Sol enim quod imprimis in aqua eſt tenuiſſimum & leviſſimum, ſurſum educit & rapit. Quin etiam ex ipſis hominibus tenuiſſimum ac leviſſimum humorem educit; cujus rei maximum eſt indicium, cum homo veſtibus indutus in ſole ambulaverit, aut ſederit, quaſcunque enim corporis partes ſol aſpicit, hæ nullum ſudorem emittunt. Sol enim quicquid ſudoris comparet, ad ſe rapit, quæ verò veſte conteguntur, hæ exudant, cum verò ad umbram pervenerit, tum corpus æqualiter ſudore diſtluit.

Pravæ omnes aquæ quæ ex nive & glacie fiunt. Ubi enim ſemel concreverint, non ampliùs ad priſtinam naturam redeunt. Sed quod in his eſt ſplendidum & leve & dulce excernitur & evaneſcit; remanet verò quod turbidiſſimum & ponderoſiſſimum. Quod hac ratione deprehendas, ſi enim hiemis tempore vaſculum, certa aquæ menſura affuſa, ſub dio exponere voles, uti maximè congeletur, deindè poſtridiè in locum calidum

dela-

delatum, ubi glacies maximè liquescat, cum soluta fuerit, iterum aquam metiaris, aquam multo pauciorem reperias.

De annis hoc modo consideratione adhibita quis statuat, qualisnam annus futurus sit, numne salubris, an morbosus. Siquidem secundum rationem, in siderum ortu & occasu signa appareant, si per autumnum pluat, & hiems sit moderata, neq; admodum blanda, neque prætermodum frigida, & vere ac æstate aquæ tempestivæ eveniant, sic annum saluberrimum esse, consentaneum est.

Quod si hiems sicca fuerit & aquilonia, ver verò pluvium & austrinum, æstatem febribus abundare, & lippitudines inducere necesse est. Ubi enim ab imbribus vernis, & ab austro terra humectata fuerit, & plenior æstus derepente supervenerit, tum à terra madida & calida existente, tum à sole adurente, ardorem conduplicari necesse est, hominum ventribus minimè consistentibus, neque resiccato cerebro. Neque enim ubi ver tale extiterit, fieri potest, quin corpus & caro nimio humore diffluant, ita ut omnibus, ac maximè pituitosis, acutissimæ febres immineant. Mulieribus verò & naturis maximè humidis, dysenterias contingere par est. Ac siquidem sub caniculæ exortum aqua & Hyberna tempestas supervenerit, ' etesiæque spiraverint, quietis spes est, autumnumque salubrem fore. Alioqui periculum est ne Pueri & mulieres moriantur, minimè verò senes, aut ne qui evaserint in quartanas tandem incidant, & ex quartanis in aquam intercutem.

At si hiems quidem austrina, pluviosa & placida fuerit; ver verò aquilonium, siccum & tempestuosum, primum quidem mulieris prægnantes, quibus partus in ver imminet, abortionem facturas est verisimile, quæ verò pepererint, adeo imbecillos ac morbosos fœtus parituras, ut aut statim pereant, aut tenues, debiles & valetudinarii vivant. Atque hæc quidem mulieribus; reliquis verò, dysenterias & lippitudines siccas, nonnullisque defluxiones à capite in pulmonem.

Si verò æstas pluviosa fuerit & austrina, & autumnus similiter, morbosam esse hiemem necesse est, iisque qui pituita abundant, & 40. annum excesserunt, febres ardentes contingere æquum est; biliosis verò, pleuritides & pulmonum inflammationes.

At sicca & aquilonia fuerit, autumnus verò pluvius & austrinus, sub hiemem, capitis dolores, & cerebri siderationes fieri par est, ac præterea raucedines, gravedines, & tusses, & nonnullis quoque tabes. *Apho. sect. 3.*

Quod si aquilonius & siccus fuerit autumnus, ac neque sub arcturum pluviosus, pituitosis, quidem, naturaque humidis, & mulieribus confert, biliosis verò hoc maximè adversum. Admodum enim resiccantur, iisque lippitudines aridæ contingunt, & febres acutæ ac diuturnæ, quibusdam etiam melancholiæ. In bile namque quicquid est humidissimum & aquosissimum consumitur, quod verò crassissimum & accerrimum remanet, quod in Sanguine eadem quoque ratione accidit, unde ii morbi illis contingunt. Pituitosis verò, hæc omnia auxilio sunt. *Aph. 14. sect. 3.*

Præcipuè maximæ anni temporum mutationes observandæ sunt, ut neque Medicamentum purgans lubenter exhibeamus, neq; partes circa ventrem uramus, aut secemus, ante dies 10. aut etiam plures, sufficiunt tamen 10 at maximi periculi plena sunt ambo solstitia, præcipuè æstivum, periculosissima etiam ambo æquinoctia existimantur, maximè verò autumnale. Siderum quoque ortus observandi, præcipuè caniculæ, deinde Arcturi, & Vergiliarum occasus. His enim potissimum

diebus, morbi judicationem ſubeunt, & alii quidem perimunt, alii verò deſinunt, aliique omnes in alium ſtatum tranſeunt.

(Oriuntur Vergiliæ ſeu Pleiades circa finem Aprilis, & occidunt ſub initium Novembris, Arcturus oritur menſe Septembri. Hiems durat à Plejadum occaſu uſque ad æquinoctium vernum, ver à verno æquinoctio ad Plejadum uſque exortum. Æſtas verò à Plejadum ortu, ad ortum Arcturi. Autumnus deniq; ab ortu Arcturi ad Plejadum occaſum.)

De macrocephalis circa Mæotidem paludem degentibus, quemadmodum ſe habeant, mihi dicendum eſt. Initio quidem hominum inſtitutum longitudinis capitis cauſa fuiſſe videtur. Nunc verò natura etiam ad inſtitutum accedit. Longiſſima enim habentes capita generoſiſſimos exiſtimant. Hujuſmodi eſt inſtitutum. Cum primum editus eſt infans, caput ejus adhuc tenellum & molle manibus effingunt, & in longitudinem adoleſcere cogunt, vinculis & idoneis artibus adhibitis, quibus capitis rotunditas vitietur, & longitudo augeatur. Hoc inſtitutum primum hujuſmodi naturæ dedit initium. Succeſſu verò temporis in naturam abiit; ut proinde inſtituto nil ampliùs opis eſſet. Semen enim genitale ex omnibus corporis partibus provenit, ex ſanis quidem ſanum, & ex morboſis morboſum. Si igitur ex calvis calvi gignuntur, & ex diſtortis ut plurimum diſtorti, quid prohibet, cur non etiam ex macrocephalo, macrocephalus gignatur.

Cur Aſiatici Europæis minus bellicoſi exiſtant, & moribus ſint lenioribus, anni tempeſtates in cauſa ſunt, quæ non magnas, tum ad calorem, tum ad frigus, permutationes faciunt, verum ſimiles permanent: Unde neque mens ſtupore permanet: Unde neque corpus vehementer à ſuo ſtatu dimovetur. Ex quibus ira exaſperari, ac prudentiæ & caloris compotes fieri magis æquum eſt, quam ſi eodem ſemper ſtatu permaneant: Mutationes enim inter omnia, Hominis mentem ſemper excitant, neque ſinunt quieſcere. Quas ob cauſas mihi Aſiaticorum genus omni ope deſtitutum videtur; quibus præterea eorum inſtituta accedere debent. Multo enim maxima Aſiæ pars regum Imperio regitur. Qui verò ſui poteſtatem non habent, neque ſui juris ſunt, ſed Dominis ſubditi, ii rerum bellicarum nullam curam habent, ſed ut ne bellicoſi videantur.

Scythæ Carnibus coctis veſcuntur, & lacte equino in potu utuntur. Et hippaco (ἱππάκη) *i. e.* caſeo equino victitant. Plerique Scythæ eunuchi fiunt, & evirati, & effæminati evadunt, ex eò quod ex defluxione ob diuturnas equitationes laborantes, & circa coxendicem claudicantes, ſibi ipſis medentur, utramque venam poſt aures incidendo. Hac enim curatione ſeipſos perdunt; juxta aures quippe venæ ſunt, quæ inciſæ ſterilitatem inducunt.

De Flatibus.

Περὶ φυσῶν.

MEdicus non niſi quæ periculo ſunt proxima intuetur, & quæ ſunt ingrata contrectat, atq; ex aliorum calamitatibus ſibi dolorem conciliat.

Ægrotantes verò artis opera, maximis malis, morbis, laboribus, dolore, & morte, vindicantur. His enim omnibus Medicina manifeſtam medelam adhibere deprehenditur.

Hujus artis vilia noſſe difficile, ſeria verò facile, ac vilia quidem ipſis Medicis, vulgo autem minimè ſunt cognita, cum mentis non corporis opera exiſtant. Obſcuriſſimos & maximè difficiles morbos opinio magis quam ars judicat. Etſi in his plurimum imperitiæ peritia præſtat.

Indign
prorſus
Hippocr
Sentētia

Qui morbi cauſam cognoverit, is uti-

utique ex his quæ in corpore insunt, adepta per contraria morborum cognitione, facilè poterit quæ conferunt offerre. Ipsa enim ars Medica maximè à natura inest.

natu- Homi- Plenitudinem evacuatio sanat, evacuationem plenitudo, laborem otium, & otium labor. Atque ut uno verbo dicam, contrariorum contraria sunt remedia.

Medicina additio est & substractio, eorum quidem quæ exuperant, Substractio, eorum verò quæ deficiunt, additio. Qui verò istud optimè facit, is optimus Medicus existimandus est, quique plurimum abest ab eo præstando, is plurimum in arte Medica deficere censetur.

Hominum & reliquorum animantium corpora triplici alimento nutriuntur, cibo, potu & spiritu.

Tanta corporibus omnibus spiritus inest necessitas, ut si quis aliis omnibus, & cibis & potionibus abstineat, duos tamen, & tres, vel plures dies possit vitam ducere. At si quis spiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte, homini pereundum sit; adeò necessarius est usus spiritus in corpore.

De Morbo Sacro.

Περὶ ἱερῆς νούσου.

MOrbus hic nihil habet aliis morbis divinius aut sacratius, sed eandem, ex qua reliqui morbi oriuntur, naturam sortitus est. Homines verò ex imperitia, & admiratione ei naturam quandam & causam divinam inesse censuerunt, quod nulla in re reliquorum morborum similis esset.

Hic morbus pituitosis contingit, biliosis verò minimè. Ac originis initium sumit, cum adhuc fœtus in utero existit.

Quibus in puerili ætate ulcera in caput, in aures, & reliquum corpus erumpunt, si salivosi mucosique extiterint, ii procedente quidem ætate facillimè degent. Tunc enim pituita, quam in utero repurgari oportuerat, emittitur & purgatur; quique sic purgati fuerint, ferè hoc morbo comitiali minimè corripiuntur. Qui verò puri fuerint, ut neque ulcus ullum habuerint, neque mucus, aut saliva ulla prodierit, periculum est, ne ii hoc morbo corripiantur.

Oves, & præsertim capræ frequentissimè hoc morbo prehenduntur.

Cum inveteraverit morbus, ampliùs curari non potest.

Quibus morbus jam in consuetudinem venit, ii se correptum iri præsentiunt, & hominum conspectum fugiunt, domumque, si propè sit, se conferunt, sin minus, in solitudinem, quo quam pauciſſimi eos cadentes videant, statimque se contegunt, propter affectionis verecundiam, & non (ut plerique existimant) propter numinis metum.

Oportet Medicum non augere morbum, sed properanter profligare, id quod cuique morbo est maximè adversum, non amicum aut familiare exhibendo.

SECTIO QUARTA.

Continens τὰ διαιτητικά.

De Salubri Victus ratione.

Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς.

GRassi qui tenues fieri cupiunt, it jejuni omnes exercitationes subire, & adhuc ex labore anhelantes, nec dum refrigerati, cibos aggredi debent, priusque vinum bibere dilutum non admodum frigidum. Quin & semel cibus capiendus, & duriter cubandum.

Sex Hibernis mensibus vomitus ciendus, quod tempus hoc æstivo plus pituitæ gignat, & morbi circa caput & regionem eam, quæ est supra septum transversum, excitantur. At ubi æstas viguerit, infusis utendum.

Hæc enim anni tempeſtas æſtuoſa eſt, & corpus bile magis abundat, gravitates etiam lumbos & genua infeſtant, calores oboriuntur, & venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerandum, & quæ ſurſum attolluntur, deorſum ex iſtis locis deducenda.

Obæſi ac minimè tenues jejuni vomant. Graciliores autem, & imbecilliores, à cibis vomitum cieant.

Qui ſingulis menſibus bis vomere conſuevit, hunc præſtat duobus ex ordine diebus vomitum ciere, quam 15. die.

Qui poſtridie cibos eructant, & quibus præcordia, nimirum cibis non concoctis, attolluntur, iis longior ſomnus confert.

LIBER PRIMUS.

De Victus Ratione.

Περὶ διαίτης τὸ πρῶτον.

NUllus eorum qui antè nos ſcripſerunt, reprehendendus, quod omnia invenire non potuerint, quin potius laudandi omnes, quod quædam inveſtigatione aggreſſi ſunt.

Si inventus fuerit cujuſque naturæ conveniens cibi modus, & laborum numerus, qui neque ſupra, neque infrà, modum excedat, ſanitas ſanè hominibus exactè inventa fuerit.

Non enim morbi derepente hominibus contingunt, ſed paulatim collecti, acervatim ſe produnt.

Omnia tum animantia, tum homo ipſe, ex duobus facultate quidem diverſis, uſu verò conſentientibus, conſtant, igne inquam, & aqua.

Quæ duo ſimul juncta, tum aliis omnibus, tum ſibi invicem ſatis ſunt: Utrumque verò ſeorſim, neque ſibi ipſi, neque cuiquam alteri ſatis eſſe poteſt. Horum utrumque hanc obtinet facultatem. Ignis ſi quidem omnia ſemper movere, aqua verò omnia ſemper nutrire poteſt.

Irrepit in hominem animus (ψυχὴ) ignis & aquæ temperationem ſortitus, corporis humani portionem.

Ars Medica ab eo quod moleſtum eſt, liberat, & id, ex quo quis ægrotat, auferendo, ſanitatem reddit: Idem & natura per ſe facere novit.

LIBER SECUNDUS.

De Victus Ratione.

Περὶ διαίτης τὸ δεύτερον.

INſulæ continenti vicinæ, rigidiores habent hiemes, marinæ verò tepidiores, propterea quod nives, & glacies in continenti perdurant, & ventos frigidos ad vicinas inſulas mittunt: In his verò, quæ in alto ſitæ ſunt, per hiemem non perdurant.

Venti omnes natura quidem refrigerant & humectant, verum ex regionum & locorum ſitu, per quæ ad regiones quaſque obveniunt, inter ſe differunt, & frigidiores, calidiores, & humidiores, ſicciores, morboſiores, & ſalubriores exiſtunt.

Hordeum natura quidem frigidum & ſiccum. Ineſt & quiddam quod purget, ex palearum ſucco.

Lac ovillum alvum ſiſtit, caprinum verò magis alvum ſubducit, bubulum minus, equinum & aſininum per alvum magis demittitur.

Triticum hordeo valentius eſt, & magis nutrit, minus autem alvum ſubducit, tum ipſum, tum ſuccus.

Panis ex farina integra nec excuſſa, ſiccat & alvum ſubducit, purus verò, plus quidem nutrit, minùs autem alvum dejicit.

Ex panibus autem, fermentatus quidem levis eſt, & per alvum ſecedit. At non fermentatus, minus quidem alvum dejicit, plus verò nutrit.

Eabæ

Fabæ alimentum quoddam alvum sistens & flatuosum exhibent, pisa minus quidem inflant, magis alvum dejiciunt. Cicer album alvum & urinam movet, & nutrit. Lentes æstuosæ sunt, & turbant, & neque alvum dejiciunt, neque sistunt. Lini semen in cibo sumptum alvum sistit, & aliquantulum refrigerat.

Carnes bubulæ validæ sunt, & alvum sistunt, nec facilè in ventriculis concoquuntur, quoniam crassi & multi Sanguinis est hoc animal. Caprinæ carnes his leviores sunt, & magis alvum dejiciunt. Suillæ his quidem magis corpus roborant, & abunde alvum dejiciunt. Agninæ ovillis sunt leviores, & hædinæ caprinis, quia exangues magis & humidæ. Vitulinæ carnes ad bubulas eodem se habent modo: At porcellorum carnes suillis sunt graviores. Hoc enim animal naturâ carnosum & exangue, quamdiu tenellum est, superabundantem habet humiditatem. Sylvestris suis caro siccat, robur affert, & alvum dejicit; Cervi verò, siccat & minus alvum dejicit, magis autem urinam provocat. Leporina sicca est, & alvum moratur, urinam tamen quodammodo ciet.

Omnia ferè volucrum genera quadrupedibus sicciora existunt; nam quæ vesicam non habent, neque urinam reddunt, neque salivam fundunt, prorsus sicca sunt. Palumbis caro siccissima, deinde columbæ, 3. loco perdicis & galli, ac turturis, anseris verò maximè humida. Anatis carnes, & reliquarum avium quæ in paludibus, aut aquis degunt, omnes humidæ existunt.

Ex piscibus leves sunt saxatiles ferè omnes, velut turdus, gobio.

Vinum calidum & siccum, habet & purgans quiddam à materia. Vina nigra & austera sicciora sunt, neque per alvum secedunt, neque urinam movent, sed corporis humiditatem absumendo, siccant & caliditatem inferunt. Dulcia nigra humidiora sunt, calefaciunt autem & inflant, cum humiditatem inducunt. Alba verò & austera calefaciunt, magis autem urinam movent, quam alvum dejiciunt. Vina recentia alvum magis movent, quod musto sint propiora, & nutriunt, item odora magis quam inodora ejusdem ætatis, quia facilius concoquuntur, & crassa quam tenuia. At tenuia dulcia, urinam magis & alvum movent, corpusque humectant, & Sanguinem inbecillum reddunt, cum adversarium corpori Sanguinem augeant. Mustum flatum movet, & subducit, turbationemque in ventre, suo fervore excitat, alvumque dejicit. Vina acida refrigerant, extenuant & humectant. Sapa calefacit, humectat & subducit.

Allium calidum, urinam & alvum movet, oculis minimè bonum. Nasturtium calidum est, & carnem liquefacit, pituitam albam sistit, proindeque stranguriam infert. Sinapi calidum est, & alvum dejicit, sed & hoc urinæ difficultatem parit. Apium urinam magis quam alvum movet, radices etiam magis quam ipsum, alvum movent.

Ruta urinam magis quam alvum movet, & præpota adversus venena valet.

Asparagus siccus est & alvum sistit. Salvia sicca est & alvum sistit.

Solanum refrigerat, & in somnis, veneris ludibria prohibet.

Mentha calefacit & urinam ciet, vomitionemque sistit, ac si quis eam sæpè comedat, ejus genitale semen ita colliquefacit, ut effluat, & arrigere prohibet, corpusque imbecillum reddit.

Brassica calefacit, per alvum secedit, & bilioſa educit.

Betæ succus quidem alvum dejicit, olus autem ipsum cibo sumptum, sistit. Radices verò alvum magis movent.

Raptum æstuosum est, humectat autem, & corpus conturbat, non tamen per alvum secedit, verum urinæ difficultatem adfert.

Mora calefaciunt & humectant, per alvumque ſecedunt. Pyra matura alvum dejiciunt, cruda vero ſiſtunt.

Veneris uſus extenuat, humectat & calefacit.

Alvum coactam vomitio ſolvit, & plus æquo fluidam ſiſtit, illam quidem humectando, hanc vero ſiccando.

Otium humectat & corpus imbecillum reddit. Quieſcens enim animus, corporis humidum minimè abſumit: labor ſiccat, corpuſque validum efficit.

Semel die ſumptus cibus extenuat & ſiccat, alvumque ſiſtit, quoniam animi calore, ventris & carnis humidum abſumitur.

LIBER TERTIUS.

De Victus Ratione.

Περὶ διαιτῆς τὸ τρίτον.

ANnum plerique in quatuor partes omnibus notas dividunt, hiemem, ver, æſtatem, & autumnum: Ac hiemem quidem à vergiliarum occaſu ad æquinoctium vernum; ver autem ab æquinoctio ad vergiliarum exortum; æſtatem à vergiliarum ortu ad arcturi exortum: Autumnum verò ab arcturo ad vergiliarum occaſum.

Vomitionibus poſt cibos cujuſvis generis, humidiores ter in menſe utantur, ſicciores verò bis.

A cœna minimè deambulandum, ſed tantum ſtandum. Mane verò deambulationibus utendum. Soles vitandi, & frigora, tum matutina, tum veſpertina, quæcunque à fluminibus, aut ſtagnis, aut nivibus ſpirant.

Cum inteſtinum humiditatem non habeat, ſtercus ambiens intumeſcit, viaſque obſtruit, & dolorem parit, calor prehendit, & quicquid biberit aut comederit, evomit, tandem etiam ſtercus vomitione rejicit: Quo cum pervenerit, minimè hic vivere poteſt.

De Inſomniis.

Περὶ ἐνυπνίων.

QUi de his, quæ per ſomnos contingunt, rectè conjectaverit, is ea per omnia magnam habere vim comperiet. Quiſquis igitur rectè iſta dijudicat, is non minimam Sapientiæ partem aſſequitur.

Oportet manus admoventem, Deorum opem advocare.

Quæ inſomnia, de diurnis actionibus mens humana veſperi ſub noctem in ſomnis affert, & eodem modo reddit, quo per diem in re juſta, geſta, aut conſulta ſunt, ea bona, & ſanitatem portendere exiſtimanda ſunt; propterea quod animus neque plenitudine ulla, neque evacuatione, neque alia re quavis extrinſecus irruente, ſuperatus, in diurnis conſiliis perſeverat. At inſomnia quæ diurnis conſiliis adverſantur, perturbationem in corpore denunciant. Sol, Luna, Cœlum, Stellæ, pura quæque & ſuo motu agitata, in ſomnis viſa, bona ſunt. Sanitatem enim corporis, omniumque ejus partium ſignificant. Quod ſi quid contra contingat, aliquem corporis morbum portendit. Aſtris quidem exterior corporis ambitus reſpondet, Soli Medius, Lunæ verò, qui ad cavitates ſpectat. Si quod igitur iſtorum ſiderum extingui, aut lædi, aut evaneſcere, aut curſum ſuſtinere (alii à curſu deflectere) videatur, in illa parte morbum eventurum indicat.

Quod ſi in ſtagno, aut mari, aut fluminibus quis natare videatur, bonum non eſt, cum humiditatis exuperantiam indicet. Huic autem victus ratio ſicca, & labores conferunt. At febricitanti bonum eſt, quoniam calor ab humoribus extinguitur.

Mortuos nitidos & candidatos videre bonum eſt, bonum quoque quid purum ab ipſis ſumere. Quod ſi contra

tra quis nudos, aut atratos, aut ſordidos, aut aliquid accipientes, vel ædibus exportantes videat, minimè eſt accommodatum; morbum enim indicat.

Per ſomnum, ſi quis ſolitos cibos, aut potus ſibi edere videatur, alimenti inopiam, animique abjectionem indicat.

Fluviorum tranſitus, hoſtes armati, monſtra difformia, morbum, aut furorem præſagiunt.

De Alimento.

περὶ τροφῆς.

IN alimentorum genere, id quod alit, alimentum eſt, quod alimento eſt proximum, & quod alimentum eſt futurum.

Alimentum in pilos, in ungues, & in extimam ſuperficiem ab internis partibus pervenit, rurſuſque ab externis partibus extimaque ſuperficie ad interna redit.

Confluxio una, conſpiratio una, conſentientia omnia.

Venarum origo tanquam radix, hepar eſt, & arteriarum cor. Ex his per omnia Sanguis, & Spiritus pervagatur, calorque per hæc permeat.

Medulla oſſis alimentum, ideò callor firmatur.

Facultas omnia auget, & alit, ac propagat.

De Ratione Victus in Morbis acutis.

περὶ διαίτης ἐξέων.

MAximè cum Medicum probaverim, qui in morbis acutis longè melius cæteris ſe gerat. Sunt autem hi, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, febris ardens, & quicunque alii morbi ad hos conſequuntur, quorum febres omninò continuæ interficiunt.

Eadem omnia videntur plebeis dicere Medici tum meliores, tum deteriores.

Ptiſana rectè videtur omnibus frumentaceis eduliis præferri in morbis acutis, eoſque qui eam prætulerunt laudo. Nam & lentorem habet lævem, continuum, & ſuavem, ac lubricum, mediocriter humeſcentem, ſitim minimè inferentem, & ſi quid elui indiget, probè abluentem, neque adſtringit, neque malam turbationem adfert, neque in ventre intumeſcit, nempe inter coquendum quoad maximè fieri potuit, intumuit.

Si lateris dolore continuò, neque ad calida fomenta remittente, ſputoque minimè prodeunte, verum citra concoctionem, extremè glutinoſo reddito, niſi quis dolorem, vel ventre emollito, vel ſecta vena ſolverit, aut utrum horum conducere videbitur, exhibuerit, ptiſanam autem ita affectis dederit, præcipites eos in mortem adducit. Has igitur ob cauſas, aliaſque hujuſmodi, qui tota utuntur ptiſana 7. die, aut citiùs, moriuntur, alii quidem mente perculſi, alii verò ab orthopnæia ſtertore ſuffocati.

Lateris dolorem ſive per exordia, ſive poſteà incidat, fomentis calidis tentare diſſolvere, abſurdum non eſt. Quorum quidem optimum eſt, aqua calida, in utre vel veſica, vaſe æneo, aut teſtaceo adhibita. Verum molle quippiam lateri, quo lenior fotus fiat, ſupponere oportet; utiliter admovetur ſpongia mollis & magna ex aqua calida expreſſa, ſomentumque linteo involvendum, ut longiore tempore ſufficiat & perduret. Hordeum item & eruum, in aceto ita temperato, ut paulo acidius ſit, quam quis bibere queat, macerata & fervefacta, ſacculis conſuta apponere oportet; furfureſque eodem modo. Ad ſiccum autem fomentum, ſales milium torrefactum in ſacculis laneis, maximè accommodantur. Quod ſi ad calida fomenta dolor non remittat, non multo tempore

calefacere convenit, quod in pulmonem exsiccet, & pus intrà thoracem colligat.

Venæ sectio non æque dolorem solvit, nisi dolor ad jugulum pertingat; tunc ex interna cubiti vena, quam citissimè copiosum Sanguinem detrahere convenit, eo usque dum multo rubicundior, aut pro puro & rubro, lividus effluat. Utrumque enim usu venit. Si verò eas, quæ sunt sub septo transverso, partes dolor affligat, nullamque ad jugulum de se significationem præbeat, alvum veratro nigro, aut peplio emollire oportet.

Ptisanam quidem, ubi epotum est medicamentum, insuper sorbendam statim dare oportet, neque admodum minore quam consuetum est quantitate.

Sed rationi consentaneum est, media in purgatione, sorbitionem non exhibere.

Multo gravius ferunt insuetam cibi abstinentiam, qui parte superiore ventris sunt bilioſi. (πικρόχολοι τὰ ἄνω.)

Maximæ mutationes morbos potissimum pariunt.

Non ita peritos Medicos video, ut virium infirmitates in morbis dignoscant, quæ vel ex vasorum inanitione perficiuntur, vel ob aliud quoddam irritamentum, quæque ob dolorem, & morbi vehementiam, quamvis hæc cognita aut ignorata salutem aut mortem afferunt. Majus siquidem malum est, si ob dolorem, aut morbi vehementiam debilitato, quis potum, aut sorbitionem copiosiorem, aut cibum exhibeat, ob vasorum inanitionem debilem esse ratus.

Indecorum autem est, probroque vertitur, si quis ex vasorum inanitione ægrè habentem non agnoscat & victus ratione opprimat.

Aceti aciditas bilioſis naturis magis confert, quam Melancholicis: Amara enim dissolvuntur, & in pituitam transeunt, dum ab ipso in sublime attolluntur. Nigra verò fermentantur, in sublime attolluntur, & multis partibus augentur: Acetum namque nigra sursum educit. Mulieribus quam viris acetum longe magis est adversum, nempe cum uterum dolore afficiat.

In morbis acutis Sanguinem detrahes, si vehemens fuerit morbus, & qui ægrotant ætate florenti fuerint, & virium robore valuerunt.

Si angina, aut aliquis aliùs lateris morbus ægrum divexarit, Medicamentis quæ delinguntur repurgato; sin verò detracto copioso Sanguine æger debilior videatur, infusum alvi per clysterem tertio quoque die exhibebis, donec in tuto æger fuerit, & fame opus habeat.

Pulmonum & laterum inflammationibus hæc instituenda curatio. Si quidem dolor sursum ad jugulum tendat, vel ad mammam & brachium, internam brachii venam secare oportet, ea parte qua dolor affligit, & Sanguinem detrahere pro corporis habitu, anni tempore, ætate & colore, plusque & cum majori fiducia, si dolor acutus fuerit, ad animi usque deliquium ducere, posteà clysma injicere.

Allium optimè editur ei, qui se ad compotationem comparare volet, aut jam ebrius est.

Suillæ carnium optimæ sunt, præstantissimæ verò, quæ neque vehementer pingues, neque contra vehementer graciles, neque veteris victimæ ætatem assecutæ, edendæque sine pelle & subfrigidæ.

Si cui Sanguinem detrahere confert, alvum firmam reddere oportet.

Potionem hydrope laboranti ita concinnabis, si cantharidum trium, ablato cujusque capite, pedibus & alis, corpora, in tribus aquæ cyathis contrita, exhibueris.

Ubi verò ex epoto Medicamento laborarit, calida perfundatur, ex oleo tamen priùs inunctus, jejunus bibat, edatque panes calidos ex oleo.

Ora

Ora venarum in ano Sanguinem fundere ſolita, (hæmorrhoidas vocant) intruſo in acum aquam craſſiſſimo & maximo lanæ ſuccidæ filo, deligabis.

Securior enim evadit hæc curatio.

Deinde compreſſas Medicamento putrefacies, neque perfundes donec deciderint, unamque perpetuò relinques.

De Locis in Homine.

Περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον.

QUicunque à ventris morbus oritur, is levior eſt, quam qui à nervis, diffluit enim una cum humore in venis contento, neque quieſcit.

Ars Medica ut citò addiſcatur fieri nequit, propterea quod in ea firma aliqua doctrina tradi non poteſt.

Qui artis Medicæ cognitionem habet, is minimum ex Fortuna pendet, ſed & citra fortunam, & cum fortuna, rectè eam adminiſtrabit. Firma enim eſt ars tota Medica, ejuſque præceptiones ex quibus conſtat, pulcherrimæ, fortuna minimum indigere videntur.

Si in medullam fluxio contingat, tabes occulta, ac inconſpicua oboritur.

Cum ambo latera dolent; peripneumonia eſt, cum alterum tantum pleuritis.

Qui ex pulmonis inflammatione, aut morbo laterali pus intro colligunt, minime moriuntur, ſed convaleſcunt.

SECTIO QUINTA.

Continens Θεραπευτικὰ.

De Morbis. Lib. I.

Περὶ νούσων. α.

QUi de morborum curatione, tum ſcitè interrogare, tum ad quæſita reſpondere volet, & commode objecta refutare, hæc ſecum reputare convenit. Primum quidem ex quibus morbi omnibus hominibus oriuntur: Deinde verò, qui morbi, cum neceſſarias cauſas habent, aut longi ſunt, aut breves, aut lethales, aut minimè lethales, num pars aliqua corporis mutila reddatur, nec ne. Et qui ubi exorti ſunt, eventa habent dubia, aut mala, aut bona, & ex quibus in quoſnam tranſitiones fiant, quæque Medicis, in ægrorum curatione proſperè ſuccedunt, & quæ ægrotantibus in morbis mala aut bona contingunt, quæque intempeſtivè dicuntur, aut fiunt à Medico erga ægrum, aut ab ægro erga Medicum, quæ etiam in arte exactè fiunt, aut dicuntur, & quæ in ea recta vel non recta, &c.

Moritur, ſi quis vulneratum habet cerebrum, aut ſpinalem medullam, aut jecur, aut ſeptum tranſverſum, aut veſicam, aut venam aliquam multum Sanguinem effundentem, aut cor: Ex vulnere autem minimè mori contingit, ſi his partibus vulnus acceptum non fuerit, ſed ab his quam longiſſime abſit. Coac. 509.

Hi morbi ex neceſſitate, cum adſunt, mortem adferunt, tabes, hydrops, mulierem utero gerentem, ſi pulmonis inflammatio, febris ardens, pleuritis, aut phrenitis prehendat, aut ſi eryſipelas in utero oriatur.

Hi verò morbi dubium habent vitæ exitum, peripneumonia, febris ardens, phrenitis, pleuritis, angina, uva, hepaticus & ſplenicus affectus, nephritis, dyſenteria, in muliere Sanguinis fluor.

Iſti

Iſti verò minimè lethales, niſi quid ipſis accedat, diuturnæ in articulos fluxiones (κατάρρακτα dictæ), melancholia, podagra, coxendicum affectus, teneſmus, quartana, tertiana, ſtranguria, opthalmia, lepra, impetigo, arthritis.

Ferè in morbis & vulneribus, ubi mala malis ex cauſis neceſſariis ſuccedunt, cum iſta contingunt, in Medicum cauſam conferunt, neque talia ex neceſſitate fieri agnoſcunt. Et ſi ad febricitantem aut vulneratum ingreſſus, & oblatum quam primùm remedium non juvet, ſed poſtridiè æger pejus habeat, in Medicum culpam rejiciunt; quod ſi proſit, id tamen non perindè laudant, cum id ei contingere oportere exiſtimant.

Suppuratus fit, ſi pituita ex capite ad pulmonem deſtillet, ac primum quidem ut plurimum latenter defluit, tuſſemque tenuem exhibet, ſputumque paulo amarius ſolito exiſtit, calorque tenuis adeſt. Temporis autem progreſſu, exaſperatur pulmo, & intus exulceratur à pituita inhærente ac putreſcente, ponduſque in pectore, & dolorem acutum ante & retrò exhibet, corpus vehementer incaleſcit, & pulmo à calore trahit ad ſe pituitam ex toto corpore, & maximè à capite: Caput verò calefactum ex corpore, & hanc putreſcentem ſubcraſſam expuit. Quanto enim longius tempus proceſſerit, tanto ſincerum magis pus expuit, & febres acutiores fiunt, tuſſiſque crebra, & vehemens, inædia vexat, & tandem alvus infernè turbatur. Cum eò pervenit, perit.

Cerebri ſphaceliſmus, ſeu corruptio. Si cerebrum corruptum fuerit, dolor ex capite ſpinam occupat, & ad cor animi deliquium procedit, & ſudor eſt, & ſomni expers eſt, & ex naribus Sanguis fluit; ſæpe etiam Sanguinem vomit; non audit, & de repentè privatur voce.

De Morbis. Liber 2.

Περὶ νούσων. β.

QUod ſi in cerebro venæ ſuperevomuerint (ſupervomunt autem ubi bilis & pituita venas ſubierit) caput dolor, tenebricoſa vertigo, & gravitas occupat: Dolor quidem, ex Sanguinis nimia caliditate, vertigo verò tenebricoſa cum Sanguis conferta copia ad faciem proceſſerit; gravitas autem cum Sanguis turbidior & morboſior, in capite majore fit copia, quam intrinſecus. Aures etiam ſonitum percipiunt, & nihil audiunt. Et ſi manus, caput, aut alia corporis pars ita affecta ſecetur, Sanguis ater & turbidus, ac morboſus effluit.

Si venulæ copiam Sanguinis circa cerebrum ſuperevomuerint, & cerebrum calefecerint, febris ac dolor vehemens ad tempora, ſinciput, & poſteriorem capitis partem detinet, aures tinniunt, flatibus implentur, nihil audit, æſtuat, & præ dolore ſe ipſe incontinenter jactat, hic quinto aut ſexto die moritur. Cum ſic habuerit, caput calefacito. Si per aures aut nares aqua proruperit, periculum effugit.

Alius morbus. Si venæ in caput ſuperevomuerint, dolor levis (alii gravis) totum caput detinet, & ad cervicem pertingit, interdumque ad alias capitis partes tranſmittit, deinde ubi ſurrexerit, eum tenebricoſa vertigo occupat, febris non prehendit.

Cum ſic habuerit, deraſo capite, niſi calefactoriis ceſſarit, à capite frontem qua capillus deſinit, ſcindito, ſectam autem deducito, ubi Sanguis defluxerit, tenuiſſimo ſale conſpergito. Poſteà verò quam Sanguis defluxerit, totam ſectionem duplici filo involutam componito, deinde ſplenium cera & pice illitum, ulceri, inferiore parte imponito, lana ſuccida appoſita, deligato, & finito ad dies ſeptem, niſi dolor detineat, qui

qui ſi detineat, ſolvito. Aquam autem, in qua farina hordei craſſior macerata fuerit, quoad convaluerit, ei bibendam exhibeto, ptiſanæ verò ſuccum ſorbendum, aquam etiam ſuperbidendam dato.

Lib. περὶ παθῶν.

Si tertiana febris detineat, ſi quidem poſt tres acceſſiones, quarta prehendat, medicamentum deorſum purgans propinato. Quod ſi medicamento tibi minimè indigere videatur, pentaphylli radices, acetabuli quantitate, in aqua tritas bibendas dato.

Tabes dorſalis ex ſpinali medulla oritur, præcipue verò recentes ſponſos & libidinoſos corripit, febris ſunt expertes, bene comedunt, & colliquantur. Quod ſi ita affectum perconteris, aſſeret ſibi videri, ex ſuperioribus partibus à capite velut formicas in ſpinam demitti, cumque urinam aut ſtercus reddit, ſemen genitale copioſum & liquidum ei prodit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum uxore dormiat nec ne, veneris ludibria patitur. Cumque alias, tum præcipuè per locum arduum iter fecerit, aut cucurrerit, anheloſus & imbecillis evadit. Caput gravatur, & aures ſonant. Hic temporis progreſſu vehementibus febribus correptus, perit ex lipyria febre. Purgato ſurſum & deorſum corpore, lac bubulum per quadraginta dies bibendum exhibeto.

Hydrops pulmonis. Si hydrops in pulmone fiat, febris & tuſſis tenet, & acervatim reſpirat, & pedes tument, & ungues contrahuntur, & patitur talia, qualia is qui ſuppuratus eſt, ſed debilius ac diuturnius. Et ſi quid infundas, aut fomentum, aut ſuffitum exhibeas, pus non ſequitur, atque ex hoc ſanè cognoveris, non pus, ſed aquam intus eſſe. Et ſi multo tempore, aure ad latera adhibita, audire tentaveris, ebullit intrinſecus velut acetum: Et hæc quidem aliquamdiu patitur, poſteà erumpit ad alvum, & ſtatim ſanus eſſe ſibi videtur, ac à morbo liberatus. Verum progreſſu temporis alvus incenditur, eademque illa patitur, & adhuc amplius. Aliqui etiam intumeſcunt ventre, ſcroto, ac facie.

De Morbis. Lib. 3.

Περὶ νοσων, γ.

ORiuntur volvuli ex incaleſcente ventre ſuperiore, inferiore verò refrigerato. Reſiccatur enim inteſtinum & conſtipatur ex inflammatione, ita ut neque flatum, neque alimenta traſmittat, ſed venter durus ſit, & vomat interdum, imprimis quidem pituitoſa, deinde verò bilioſa, tandem etiam ſtercus, ſitis & dolor maximè circa præcordia detinet, totus etiam venter dolet & inflatur, ſeſe jactat, febres invadunt. His ea curatio inſtituenda eſt. Venter ſuperior quam citiſſimè purgandus, Sanguis ex capite, & cubitis detrahendus, ut alvus ſuperior caleſcere deſinat.

Partes ſuprà ſeptum tranſverſum, excepto corde, refrigerandæ. Inferiores autem partes, homine in aquæ calidæ ſolio collocato, & oleo ſemper illito, calefaciendæ, & calefacientia humida admovenda. Collyrium ex ſolo melle decem digitorum longitudinis, ſumma ejus parte felle taurino illitum, bis aut ter ſubjiciendum, ut exuſta omnia circa rectum inteſtinum ſtercora educas. Quod ſi ſic ſucceſſerit, poſteà infuſum per clyſterem injiciendum. Sin minus, folle fabrili indito, ut ventrem flatus immittendus, ut tum ventrem, tum inteſtinum contractum diſtendas. Deinde extracto folle, infuſum per clyſterem injiciendum.

Peripneumonia talia facit. Febris acuta tenet, ſpiritum frequentem, ac calidum reſpirat, anxietas adeſt, & impotentia, & jactatio, dolor ſub ſcapulis, & ad claviculam & mam-

mammam, & in pectore gravitas, quandoque etiam delirium. Quidam dolorem non sentiunt, donec tussire incœperint. Verum hic morbus diuturnior ac difficilior illo est. Salivam tenuem ac spumosam primum spuit. Lingua flava est, verum progressu temporis nigrescit. Si in principio nigrescat, citius morbus finitur: Sin posterius, tardius. Tandem verò etiam rumpitur lingua, & si digitum apponas, inhæret: Hæc patitur homo minimum diebus 14. ad summum uno & viginti: Et per hoc tempus tussit vehementer, simulque cum tussi, primum quidem copiosum & spumosum sputum expuit, 7. verò, & 8. die, cum febris in vigore fuerit, humidaque peripneumonia sit, crassius procedit, sin minus, non. nono & decimo aliquantum cum virore pallescens, & subcruentum. Duodecimo ad 14. usque copiosum, & purulentum. Atque hæc fiunt, quibus naturæ & corporis affectiones humidæ sunt, & morbus vehementior est.

At quibus natura, & morbi conditio sicca est, hi minus conflictantur. Si quidem igitur decimo quarto die resiccatus fuerit, neque purulentum ampliùs tussi rejecerit, sanus est. Sin minus, ad decimum octavum, aut vigesimum primum diem animadverte, & si tunc sputum illud quieverit, evadit. Sin minus, an dulcius sputum fuerit interroga, quod si affirmaverit, pulmonem purulentum esse scito, morbumque annuum fore, si non quadraginta diebus pus sursum eduxerit. At si ingratum sputum esse dixerit, hic morbi status lethalis est. Verum primis potissimum diebus istud in his est conspicuum. Si igitur de his affectibus, aliquid abfuerit, nosse oportet, quænam ægro sint necessaria, & quænam Medico aggredienda sint. Quod si pauca ex his signis habeat, non est quod deripiatur, cum hæc pulmonis inflammatio levis sit, & minimè lethalis.

Cum pleuritis corripit, hæc contingunt, dolor latus occupat, febris & horror detinet, crebrà est spiratio, spiritus non nisi erecta cervice trahitur, subbilosa, colore mali punici putamen referentia, per tussim rejicit, nisi quid intus ruptum fuerit. Quod si sic, etiam Sanguinem post ruptiones. Cruenta pleuritis est, in qua subcruenta expuit. Bilosa quidem mitior est, nisi ægro ruptum quid intus fuerit, alioqui gravior quidem, sed non adeo lethalis. Cruenta autem vehemens, & gravis, & lethalis.

Si pleuritis in empyema transeat, & ad latera sui significationem exhibeat, secato aut inurito. At si neque pus expuatur, neque de se in costis significationem præbeat, jejunum, post copiosæ calidæ balneum, & minimè potum, in sella firma collocato, cumque alter eum ex humeris apprehenderit, tum ipse eum concutito, aurem costis admovens, ut noscas quanam ex parte, sui significationem præbeat. Votum autem est, ut id ad sinistra magis contingat, quod inustio aut sectio in dextris mortem magis afferat. Quo enim dextra valentiora sunt, eo in ipsis vehementiores morbi apparere solent. Quod si propter crassitudinem, humor non fluctuet, neque strepitus edatur in pectore, crebrum autem spiritum trahat, pedes intumescant, & tussicula quædam vexet, ne decipiaris videto, sed scito thoracem pure plenum esse. Linteo itaque tenui, in rubrica liquida admodum trita & tepida, intincto, thoracem in orbem obtegito, quaque parte primum resiccatum fuerit, ea sectionem aut ustionem facere oportet, ut quam proximè ad septum transversum accedas, ea tamen adhibita cautione ne ipsum attingas. Multi autem simul illinunt, ne partes quæ primum illinuntur, resiccentur. Post sectionem aut ustionem, penicillo ex lino crudo utere, & paulatim pus emittito.

De

De Morbis. Lib. 4.

Περὶ νούσων τὸ τέταρτον.

HAbet tum mulier, tum vir in corpore quatuor humidi formas, ex quibus morbi oriuntur. Hæ verò sunt, pituita, Sanguis, bilis & aqua.

Sanguinis fons est cor, pituitæ caput, aquæ lien, bilis locus in jecore.

Caput velut cucurbitula corpori incumbens, ex ventriculo pituitam attrahit.

Caput & lien morbis maximè sunt obnoxia.

Lumbricos latos, in puero dum adhuc in utero est, gigni affero; neque enim ubi semel uterum egressus est, tanto tempore stercus in alvo manet, ut ex eo putrefacto & diutius permanente, tantæ magnitudinis animal in ea concrescere possit. Qui enim sanus futurus est, histernum stercus semper quotidiè per alvum demittit.

Qui latum lumbricum habet, is quale quid cucumeris semen, subinde cum stercore per alvum egerit, idque lumbrici partum esse quidam affirmant; sed malè, non enim ab uno animali tot pulli nasci possunt. Lumbricus hic non parit, sed circumcirca abrumpitur.

Calculus in vesica quinque habet signa, cum urinam reddere vult, dolore affligitur, & urina paulatim, velut urinæ stillicidio laborantibus, effluit, interdumque subcruenta est, utpote vesica à calculo exulcerata, & vesica inflammatione vexatur. Verum id non apparet, indicio tamen est summa præputii pars, interdum arenosa per urinam reddit, interdum verò duos, aut plures calculos.

De Affectionibus.

Περὶ παθῶν.

MOrbi omnes hominibus ex bile & pituita oriuntur.

In dentium doloribus, si quidem dens erosus fuerit & mobilis, eximendus. Quod si neque erosus fuerit, neque moveatur, sed dolorem inferat, ustione resiccandus. Prosunt etiam quæ commanducantur.

Si polypus in naso innascatur, eximitur laqueo ad os pertractus.

Morbus lateralis, pulmonum inflammatio, febris ardens & phrenitis, hi quidem acuti vocantur, & fiunt maximè quidem & vehementissimi hieme. Oriuntur etiam æstate, sed minus & leviores.

Pleuritis est, cum febris detinet, lateris dolor, spiratio difficilis, & tussis. Sputum per initia quidem aliquantum bilioſum expuit, ubi verò 5. & 6. diem attigerit, etiam aliquantum purulentum.

In phrenitide, confert caput multa calida lavare.

Ex omnibus fere morbis, acuti præcipue, & interficiunt, & maximos labores excitant; iique plurima observatione, & accuratissima curatione indigent; neque ab eo qui curat, malum aliquod inferri debet, satis enim sunt quæ à morbis adsunt; verum ut boni aliquid præstet, pro viribus curandum est. Quod si cum probè quidem curet Medicus, morbi magnitudine superetur æger, hæc Medici culpa non est.

In doloribus qui infrà umbilicum contingunt, alvus molli infuso est abluenda, quod si non sedentur, medicamentum deorsum purgans exhibendum.

Si quartana prehenderit, si quidem impurgatus fuerit, primum quidem caput purgandum, & tribus aut 4. interjectis diebus, sub ipsam accessionem medicamentum sursum purgans exhibendum, rursus aliquo intervallo

lo interjectio, aliud medicamentum deorsum purgans in ipsa accessione dandum.

Qui magnum habent lienem, & bilioſi sunt, malè colorati evadunt, prava ulcera contrahunt, osgraviter olet, graciles sunt, lien durus est, semperque æqualis magnitudinis, neque ciborum reliquiæ per alvum demittuntur.

In morbis ubi alter alteri succedit, is plerumque interficit; corpus enim ex præsenti morbo imbecillum redditum, si alter morbus accesserit, ex imbecillitate priùs perit, quam alter qui posterior accessit morbus desinat.

Coxendicum morbus quum fit, dolor corripit coxæ juncturam, & summam nates: Tandem etiam per totum crus dolor vagatur. Huic confert mollire, in quacunque tandem cruris parte dolor hæserit, per balnea & tepefactoria, ac fomenta; & alvum subducere. Ubi verò quieverit dolor, & pharmacum dandum est infrà purgans, & posteà bibat lac asininum coctum. Si verò in unum aliquem locum incubuerit dolor, & constiterit, & medicamentis non fuerit exactus, urito quocunque loco fuerit dolor; urito autem lino crudo.

Pedum dolor, his omnibus qui circa articulos contingunt, violentior quidem existit, & maximè diuturnus, quique ægerrimè solvitur.

Cum verò ad ægrotum perveneris, quænam patiatur, & quanam ex causa interrogandum, & ex quot jam diebus, an etiam venter demittat, ac quanam victus ratione utatur.

Eos qui vulnera acceperunt fame conficito, & quæ insunt, ex alvo per infusum subducito.

Pinguia inflammatis minimè conferunt, neque sordidis, neque putrescentibus. Verum ad inflammata frigida conferunt, ad sordida verò, & putrescentia, acria & quæ morsum quendam excitando purgant. Cum verò carnem generare voles, pinguia & calida magis conferunt. Ab his enim caro succrescit. Cum cibos aut potiones addere vel detrahere cœperis, paulatim, & additiones & detractiones faciendæ.

Singula edulia quæ juvent, & noceant habent.

Cibi, qui aut flatum, aut odorem, aut morsum, aut repletionem excitant, aut tormina, ab hujusmodi liberat vinum merum superbibitum.

De Internis Affectionibus.

Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

QUi phthisi laborat hæc patitur. Febris lenta initio invadit, & rigor & pectoris ac dorsi dolor, interdum verò vehemens tussis urget, & sputum copiosum, liquidum, & salsum expuit.

Et hæc quidem per morbi exordia contingunt: In progressu verò totum corpus extenuatur, exceptis cruribus, hæc autem intumescunt, & pedes ungueſque contrahuntur, ab humeris extenuatur & debilitatur, fauces sono implentur, & velut per arundinem sibilum reddunt, sitis vehemens per totum morbum vexat, & movendi impotentia multa corpus occupat. Hic ubi ad hunc habuerit modum, intrà annum mala tabe perit.

Hydrops pectoris gignitur, ubi tubercula in pulmone exorta fuerint. Et aqua repleta in pectus eruperint: Hydropem quandoque oriri ita mihi argumento sunt Boves, Oves & Sues; in his enim fere quadrupedibus, pulmonis tubercula oriuntur, quæ aquam continent, sectione namque facta, citissimè cognoveris, effluet enim aqua.

Talia autem, multo magis etiam in homine, quam pecoribus fieri videntur, quanto morbosa magis victus ratione utimur. Plerique verò exortis tuberculis purulenti etiam extiterunt. Hæc igitur per morbi initia (iis) contingunt. Tussis sicca &

fauces ſtridulam quandam aſperitatem habere videntur, rigor & febris, erectæque cervicis reſpiratio (ὄρθωσις) contingit, corpus, & pedes intumeſcunt, ungues contrahuntur, interdum ad latus intumeſcit, & qua parte ſecandum ſit, indicat. Quod ſi non indicet, multa calida lotum, humeris comprehenſum concutito, deinde quonam latere magis fluctuet, auſcultato.

Quod cum intellexeris, tertiam ab ultima coſtam, ad os uſque ſecato, deinde terebra (τρυπάνῳ) acuta ulterius perforato, cumque perforata fuerit, paucam aquam educito, qua educta, penicillum ex lino crudo in vulnus immittito, & mollem ſpongiam ſuperapponito, deinde ne penicillus decidat, deligato. Per 12. autem dies, ſemel in die aqua educenda: Poſt 12. verò diem, 13. die, tota aqua educenda. Et de cætero, ſi ſuſcitetur aqua emittenda, venterque cibis ſiccis reſiccandus.

Lienis morbus quidam. Venter inflatur, poſteà verò lien intumeſcit, durus eſt, eique dolores acuti contingunt; color autem immutatur & niger cernitur, pallidus, & qui malicorium forma referat, ex aure & gingivis, gravis odor exhalat, eæque à dentibus diſceſſionem faciunt, & in tibiis ulcera, qualia puſtulæ nocturnæ erumpunt, membra extenuantur, neque ſtercus per alvum demittitur.

Convolvulus Sanguineus (ἕλκος αἱματίτης.) Ex ore malus odor expirat, à dentibus gingivæ abſcedunt, & ex naribus Sanguis effluit, interdum verò ex cruribus ulcera erumpunt, & hæc quidem ſaneſcunt, alia verò exoriuntur, color niger eſt, cutis tenuis, ad deambulationem & exercitationem (non) alacriter ſe habet.

De Natura Muliebri.

Περὶ γυναικείης φύσιος.

SI ex partu minimè purgata fuerit, venter & crura intumeſcunt, rigor & dolor imum ventrem & lumbos occupat. Quandoque etiam ad viſcera progreditur, & animo deficit. His per morbi exordia afficitur, procedente verò tempore, cavæ faciei partes multum rubeſcunt. Cum ita habuerit, poſt fomentum uteris admotum, cyclaminum in ſubditio apponitur.

Cum fluor albus ſubortus fuerit, urina qualis aſini apparet, & dolor imum ventrem, lumbos ac laterum inanitates (κενεῶνες) detinet, crura ac manus intumeſcunt, oculorum cava elevantur; & oculi humeſcunt, color auriginoſus & albus redditur, cumque deambulat, anhelatione corripitur.

In uteri ſtrangulatu, graveolentia omnia in ſuffitu naribus adhibenda, bitumen ſcilicet, ſulphur, cornu, lucernæ funiculus, vituli marini adeps, caſtoreum, pudendis verò odorata.

Cum mulieri uteri duri evadunt, & ad pudenda prominent, inguinaque indurantur, & ardor in pudendis ineſt, cancri initia ſuſpecta ſunt.

Olivas albas priuſquam oleum inſit in tenues partes diſſectas ſiccato, deinde tuſas & cribratas in vinum injectas, bibendas exhibeto. Hoc & menſes detrahit, & ſecundas ejicit. Dictamnum creticum oboli pondere, ex aqua potui exhibeto. Quo epoto, ſi ſecundas ejicere non potes, ſambuci ſuccum coctum pro fotu injicito, & cantharidem ſubter apponito. Hoc etiam fætum expellit.

Si uteri ad cor irruentes ſtrangularint, viticis & pæoniæ ſemen ex vino bibendum dato.

Si cum jam movetur fætus, corrumpatur & ſuffocetur, venter imus intumeſcit, & ad contactum velut ex ulcere dolet, febris, & dentium

fre-

fremitus eam prehendit, dolorque gravis & vehemens, ipsa pudenda, imum ventrem, coxendices, laterum inanitates & lumbos detinet.

De Morbis Mulierum. Lib. I.

Περὶ Γυναικείων πρότον.

MUlier quæ nunquam peperit, majore cum molestia, & celerius afficitur, ex mensibus profluentibus, quam quæ partum experta est.

Ubi enim peperit, venulæ ei ad mensium descensum insunt ampliores.

Mulierem rariore & molliore carne esse quam virum censeo.

Si intra trimestre spatium mulieri menses non prodeant, in suffocationem subinde incidet, febrisque, ac horror, & lumborum dolor sæpè invadet.

Intrà verò quadrimestre spatium, nisi progressi menses prioribus viam fecerint, etiam tunc trimestres omnes afflictiones eam magis affligent, maximèque pro tempore menses decurrere consueverunt, postea minus.

Plerumque verò doloris expers videtur.

Erunt autem in quartis mensibus etiam hæc signa, urinam copiosam, & crassam subinde reddet, ei venter indurescet, majorque erit quam anteà, dentium stridor aderit, ciborum fastidium, & insomnia. Si verò curetur, etiam in his sana evadit.

Intra quintum mensem, nisi ei copiosi menses descenderint, dolor adhuc fortior accidit.

Sexto verò mense, jam incurabilis erit, & juxta quidem priora signa magis affligetur.

Deinde ad ea etiam hæc aderunt, anxia erit, & subinde seipsam jactabit, & animo deficiet, & pituitam vomet, & vehemens sitis eam corripiet, incenso nimirum ventre, ab uteris Sanguine redundantibus, & ad contactum, maximèque circa pubem, dolebit, subindeque acute febricitabit, uteri frequenter murmur edent, neque pro more venter dejiciet, neque vesica urinam percolabit, spinæ & totius dorsi dolore vexabitur: Nonnullis etiam lingua frænatur, vox deficit, animi deliquium adest, stomachus mordetur, urina mingitur rubra, dolet universum corpus, potissimum cervix, spina, lumbi, & inguina. Cumque eo devenerit, tum venter attollitur, tum crura, & tibiæ, ac pedes, plus æquo intumescunt, & mors instat.

Mulieribus nonnullis, cum copiosi menses duorum mensium spatio in uteris extiterint, ubi intercepti fuerint, ad pulmonem feruntur, eademque omnia his contingunt, quæ in tabe dicta sunt, neque inde superesse possunt.

Infæcunda erit mulier etiamsi meliuscule habeat, si magna in uteris orta ulcera fuerint, quamvis curentur, propter cicatrices.

Prodeunt menses crassiores & copiosiores in intermediis diebus, pauciores verò, & tenuiores cum incipiunt vel desinunt.

In omni autem muliere si sana sit, euntes menses moderata quantitate prodeunt ad duarum Atticarum heminarum mensuram, aut paulo plures aut pauciores, idque ad biduum vel triduum. Longius, autem tempus, aut brevius, morbum aut sterilitatem portendit.

[Hemina attica continet uncias IX.]

Quod si quæ à viro emittuntur non sint ei manifesta, cruribus distentis & alternatim positis quiescat.

Concipiendi facultatem habet ea, quæ neque humiditate redundat, neque etiam exarescit, nisi horum aliquid ex prisca natura insit.

Ad virum autem eam accedere oportet, curatione recepta, desinentibus aut incipientibus mensibus, præstiterit tamen ubi desierint.

Sunt

Sunt quæ si acre quiddam, aut amarum præter consuetudinem ederint, aut biberint, fœtus perdunt, cum adhuc tenellus puellus intus existat.

Ubi uterum gestat mulier tota pallida redditur, quoniam qui in ea purus est Sanguis, semper quotidiè è corpore aliquantulùm stillat, & ad fœtum fertur, eique in alimentum cedit.

In omnibus morbis, in quibus fotus conducit, præstiterit post fotum, pingui aliquo perungi.

Si lac deficiat, porra trita & aqua macerata, potui exhibeto, calida lavet, & in cibo, porra & brassicam comedat, quin & fœniculi, necnon radicis illius decoctum propinato, & hordeum decorticatum, unà cum butyro coctum, & refrigeratum potui exhibeto.

Molæ conceptus hæc est causa, ubi copiosi menses extiterint & paucum, ac morbosum semen conceperint, & minimè genuinus conceptus gignitur, & venter tanquam utero gerentis impletur: Nihil autem in ventre movetur, neque lac in mammis innascitur, pectus verò turgescit. Hæc igitur biennium sæpe etiam triennium sic affecta est. Et si quidem una caro nascatur mulier perit, neque enim superesse potest. Sin verò multæ, copiosus ei Sanguis, & carnosus per pudendum erumpit, quod si id moderatè fiat, servatur, alioqui profluvio correpta perit.

Quod si prægnans diutiùs immoretur, & parere non possit, sed pluribus diebus partus doloribus discrucietur, sit autem juvenis & ætate florens, multoque Sanguine redundet, venas in malleolis secare oportet, & virium habita ratione Sanguinem detrahere.

Ad fœtum excludendum, mulierem ex axillis comprehensam vehementer concutito.

De iis quæ uterum non gerunt.

Περὶ ἀφόρων.

SI uterorum os à pudendo aversum fuerit, non concipiunt.

Si uteri lubrici fuerint (id quibusdam natura contingit, & si innata ulcera magnas cicatrices intus reliquerint) mulier utero non concipit, semen enim foras elabi sinunt.

Si nosse velis an mulier conceptui sit idonea, butyrum, & lac mulieris puerum lactantis, potui exhibeto, & si eructaverit concipiet, sin minus, minimè.

Allium caput unicum habens, capite depurgato & derasо, in uterum subdito, & postridiè spectato, num odor ad os perveniat, quod si sic, concipiet, sin minus minimè.

Si mulier nosse velit, an conceptura sit, anisum ex aqua quam tenuissimè tritum bibat, & dormiat, quod si quidem pruritus circa umbilicum eam corripiat, concipiet, sin minus, minimè.

Quæ utero gerentes maculam in facie velut ex solis adustione (σφαγὴν vocant) habent, eæ fœmellam gestant. Quæ verò benè coloratæ permanent, marem plerumque.

Si papillæ sursum conversæ fuerint, marem gestant, si deorsum fœminam.

Latæ fœminas, parvæ verò, & concluſæ mares procreare videntur.

Ad conceptum summè faciens. Melanthium (nigellam) mulieri ex vino rubro acerbo exhibeto.

Mulierem juvenculam fluor muliebris ruber infestabat, & medicamento sumpto, capite purgato, vena secta, nihil proficiebat. Hæc autem ei causa esse videbatur ne conciperet: Ei autem radicum aspalathi decoctum, ex vino albo mane & ante cœnam exhibebam, fluorque cessavit, & non longè posteà concepit & marem peperit.

SECTIO SEXTA.

Continens Τὰ Χειρουργούμενα.

De Officina Medici.

Κατ' ἰητρεῖον.

PRincipio quænam ſimiliter, aut diſſimiliter ſe habeant videndum idque ex his, quæ maximi ſunt momenti, aut facillimè cognoſcuntur, aut quavis via, & ratione comprehenduntur: Quæ & viſione, & tactu, & auditione percipiuntur; quæque in viſionis, auditionis, tactus, narium, linguæ & intelligentiæ ſenſum cadunt, ex quibus omnis noſtra cognitio conſtat.

[In ſequentibus omnia percurrit Hippocrates à quibus, per quæ, quibuſcum, & circa quæ, Chirurgia exerceatur. Communia etiam tradit præcepta de recta deligandi ratione.]

Frictio vim habet ſolvendi, vinciendi, carnem augendi, minuendi. Dura quidem vinciendi, mollis ſolvendi, multa minuendi, mediocris implendi.

De Fracturis.

Περὶ ἀγμῶν.

TRiginta ad ſummum diebus, cubiti oſſa in totum coaleſcunt. Nihil tamen eſt perpetuum. Nam natura à natura, & ætas ab ætate plurimum diſtat.

Pauciore victu ad decimum uſque diem utendum, præſertim cum ex toto quieſcant, ac obſonia liquida exhibenda, quæ ventrem modicè deducant. Vino verò & carnibus abſtinendum. Poſt hæc paulatim reficiendi.

Firmatur autem brachii os, diebus ferè quadraginta. Quos ubi exceſſerit, reſolvendum, minuſque adſtrictis faſciis, ac paucioribus vinciendum.

Machinas admovere ubi res non exigit abſurdum eſt.

Septimo, aut nono, aut undecimo die, in fracturis ferulæ ſunt admovendæ.

Canales, qui cruribus fractis ſupponuntur, ſubjici debeant, nec ne, ambigendum mihi videtur. Proſunt etenim, non tamen quantum exiſtimant, qui eos ſupponunt. Nam neque in quiete, ut putant, crus continent, neque dum reliquum corpus in hanc vel illam partem convertitur, canales prohibent quominus crus ſequatur, niſi homo ipſe diligenter advertat. Quin etiam durum videtur, & aſperum lignum ſubjici, niſi ſimul molle aliquid in ipſum imponatur. Maximè tamen eſt uſui, cum ſtratum ſubſternitur, ac dum ad deſidendum æger progreditur. Poteſt igitur cum canali (vel gloſſocomo) & ſine eo, benè vel malè res confici.

Tibiæ oſſa quadraginta diebus, ſi rectè curentur, firmantur.

Femur verò quinquaginta diebus firmatur.

Imprimis confert noſſe, qua ratione faſciæ initium injiciendum ſit, & qua parte maximè comprimendum, quantum item conferat, ſi quis faſciæ initium rectè circumdet, & qua parte maximè convenit, comprimat; tum quantum detrimenti ſequatur, ſi neque quis probè faſciæ initium circumjiciat, neque qua maximè parte convenit, ſed hinc & inde comprimat.

Turpe eſt, & ab arte abhorrens, aliquid molientem in ipſo artificio deficere.

Ex omnibus machinamentis, quæ convenienter ad uſum homines comminiſcuntur, violentiſſima hæc tria exiſtunt, aſelli circumactio, per vectem molitio, & cunei adactio. Negligenda non eſt per vectes molitio. Hac ſiquidem ratione aut nulla alia, oſſa in ſuas ſedes reconduntur.

Repoſito oſſe, multo magis excitabitur nervorum diſtentio, quam non repo-

repoſito, quod probè noſſe convenit. Etenim ſi repoſito oſſe, nervorum diſtentio ſupervenit, in anguſto ſpes eſt. Præſtatque, ſi id ſine moleſtia fieri poſſit, os retro compellere. Neque enim his, quæ plus juſto laxiora ſunt, nervorum diſtentiones accedunt, ſed his quæ magis intenduntur.

Nullus articulus, ac minimè omnium cubitus, dum febris adeſt, in ſuam ſedem compellendus eſt.

De Articulis.

Περὶ Ἀρθρῶν.

HUmeri articulum, uno modo, in alam videlicet, excidere vidi, nunquam autem in ſuperiorem, aut exteriorem partem. Non tamen excidat, nec ne contenderim; licet de eo aliquid dicere poſſim. Verum neque in priorem partem unquam vidi, nec excidere poſſe exiſtimo.

Humerus calce reponitur, in alæ cavum priùs immittendo rotundum aliquid, velut parva pila & dura. Niſi enim tale quid indatur, ad brachii caput calx pervenire nequit. Eſt & alius reſtituendi modus, cum in erecti & ſtantis humerum, æger manu apprehenſus ſuſtollitur. Alius repoſitionis modus per tranſverſum in ſcala lignum rectè obitur. Piſtillo quinetiam, quidam humerum in ſuam ſedem compellunt. Sed omnium optimus reponendi modus, eſt per machinam ἀγκύλην dictam.

Multarum rerum experientiam Medicum habere oportet, ac certè etiam frictionis. Ex eodem enim nomine, non idem evenire conſuevit: Nam & juſto laxiorem articulum frictio vincire, & juſto duriorem ſolvere poteſt.

Non ſatis eſt artem tantum ratione noſſe, ſed, & in uſum exercitatione traducenda eſt.

Manus articuli ſi intrò luxentur, digiti inflecti, ſi extra, intendi nequeunt. Ut reſtituantur, collocentur digiti ſuper ſcamnum, & in diverſas partes diſtendantur; Quod extat ex oſſe, vel prominentiori palmæ parte, aut calce, ſimul repellatur, & in anteriorem & inferiorem partem urgeatur: Ab inferiore verò parte, juxta os alterum, molle aliquid in tumorem ſublatum, ſi ſuperiore quidem parte extat, manui converſæ, ſin inferiore, ſupinæ eſt ſupponendum. Curatio linteis perficitur.

Digiti articulus ubi exciderit, facilè quidem videtur. Reſtituitur verò in directum contendendo, & quod eminet propellendo, contrarium autem in alteram partem impellendo. Curatio faſciis fit & linteis.

Optima medicina interdum eſt, medicinam non facere.

Turpe eſt cum in omni arte, tum verò in arte medendi, vel maximè poſt multum exhibitum negotium, multum apparatum, multam de ſe excitare opinionem, tandemque nihil opis adferre.

Femoris articulus ubi coxendice excidit, quatuor in partes promovetur, in interiorem quidem ſæpiſſimè, deinde in exteriorem, interdum verò in poſteriorem, & anteriorem, ſed rarò.

Quibus interiorem in partem exceſſit, iis crus alteri collatum, longius dubus de cauſis merito apparet. Oſſi enim quod à coxendice procedit, & ad ſuperiorem pectinis partem fertur, femoris caput inſidet, & articuli cervix in acetabulo fertur; rurſus exteriore parte nates excavatur: Summa item femoris pars ad genu, & tibia ſimiliter, ac pes in exteriorem partem ferri coguntur.

Qui ad perfectum incrementum nondum devenere, iis ſi prolapſus articulus non reconditur, femur, tibia, & pes breviora evadunt. Neque enim iis oſſa æque in longum augentur, verum breviora fiunt, ac præcipuè femur.

Ferunt nonnulli, Amazonas maſculam ſuam prolem ſtatim ab infantia, partim ad genua, partim ad

coxendices; luxare consueviſſe, quo videlicet claudi fierent, ne mares fœminis insidias tenderent, & ut iis ad manuarias operas uterentur.

At quibus in exteriorem partem femoris caput excessit, iis crus juxta alterum extensum, meritò quidem brevius apparet. Exteriore autem parte, nates in gibbum magis extumescit. Extrema verò femoris pars ad genu, & tibia, & pes introrsum spectare conspiciuntur. Quibus jam adultis luxatus articulus reconditus non fuerit, iis crus totum brevius conspicitur, neque ingressu terram calce contingere possunt.

Prædictiones laude dignæ ex eo existunt, quod dignoscimus quonam, & quanam ratione, aut quando, res quæque exitum habitura sit, sive eo tendat ut curationem recipiat, sive curationis spem adimat.

Quibus tibiæ ossa luxata, accedente vulnere, commissura, quæ est ad pedem penitus eminent, ea sive intra, sive extra vergant, minimè reponenda sunt, sed sinenda. Id enim manifestò nosse oportet, eos, quibus ista reposita permanserint, interituros, pauciſque diebus duraturos. Convulsione namque sublati pauci diem septimum superant. Sed & pes & tibia ad gangrænam deveniunt, eaque sic affore certo nosse convenit. Quod si neque reposita, neque ab initiò tentata fuerint, eorum plerique supersunt.

Eadem quoque ratio est, ubi cubiti ossa ad manus articulum, facto vulnere, vel interiorem in partem vel exteriorem emineant. Certo enim tenendum est, eum cui recondita ossa permanserint, suprapositio mortis genere, intrà paucos dies interiturum. Eadem ratio est in reliquis articulis si cum vulnere luxentur. Ea omnia si reconduntur, mortem, non repositæ spe salutis afferunt. At iis qui evadunt claudicatio adest.

De Capitis Vulneribus.

Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.

TOtius capitis os id tenuissimum, & maximè imbecillum quod ad sinciput est, idque quam minimam, & tenuissimam carnem hac capitis parte in se habet, cerebrumque plurimum eo loco subest. Cumque hæc ita se habeant, ab ictu, os hac capitis parte magis colliditur, frangitur & medium desidit, sub eoque casu, magis moriuntur ægri, ægriusque curantur, & mortem evitant, quam si qualibet alia capitis parte istud accidat.

Ex vulnere capitis, quacunq; parte acceptum sit, ubi alioqui ex vulnere quis fuerit periturus, hieme quam æstate diutius vivit.

Fracturarum ossium capitis quinque sunt genera. ῥαγμὴ & ῥῆξις, rima seu fissura, θλάσις & θλάσις, contusio seu collisio, ἔσφλασις seu ἐνθλασις depressio, ἕδρη, sedes, & ξυμφορὴ, infortunium.

Capitis ulcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quam minimum.

In capitis sectione, cæterę quidem capitis partes tuto secari possunt, tempus verò secari non debet; nervorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra convulsio prehendit. Sin ad dextra sectio fuerit, sinistra convelluntur:

Postquam os scalpro eraseris, si quidem ossis vulnus ad sectionem tendere videatur, intrà triduum ad sectionem veniendum, neque id spatium citra sectionem superandum, idque præcipuè si calida anni tempestas fuerit.

Ubi quis ex capitis vulneribus periturus est, neque ulla ratione servari potest; his signis hoc dignoscere potest. Convulsio plerosque invadit in alia corporis parte, si in dextra parte fuerit vulnus, sinistra convellitur, & è contra, ante deci-

mum

mum quartum diem hieme plerumque febris invadet, æstate verò post septimum. Quod ubi contigerit, ulcus coloris expers evadit, ex eoque sanies parva effluit, & quod in eo inflammatum est, emoritur, glutinosumque fit, ac salsamentum refert, colore fulvum, & aliquantulum lividum, tuncque os corruptione vitiari incipit, & nigrescit, læve existens, ad extremum autem subpallidum, & albicans evadit.

Cum verò jam purulentum extiterit, pustulæ in lingua exoriuntur, & cum delirio mors contingit.

Inter secandum capitis os, ubi parum abest ut totum os sectum sit, jamque os labat, ab ipsa sectione desistendum, permittendumque ut os sponte sua discedat; secto enim ossi & inter secandum relicto, mali nihil contingere potest. Inter secandum etiam terebra sæpius, ne os incalescat, auferenda, & in aquam frigidam demergenda.

SECTIO SEPTIMA.

Continens. Τὸ ἐπίμικτα.

LIBER PRIMUS.

De Morbis Epidemicis.

Ἐπιδημιῶν τὸ πρωτον.

Sectio Secunda.

CONcoctiones celeritatem judicationis, & securitatem salubrem (certam salubritatem) significant.

Præterita discito, præsentia cognoscito, prædicito futura; hæc meditator.

Duo circa morbos elaboranda sunt, ut prosis, aut non noceas.

Ars ex tribus constat, morbo, ægroto, Medico artis ministro; adversari morbo ægrotum cum Medico oportet.

Sectio Tertia.

QUibusdam icterus sexto die accidit, sed hos aut per urinam purgatio, aut alvus turbata juvabat, aut larga Sanguinis è naribus profusio. *Sect. 2.*

Cum febres ardentes inciperent, significabant quibus lethalia impenderent: Statim enim incipientibus, febris acuta, parum rigebant, insomnes, anxii, sitibundi, fastidiosi, paulum exudantes circa frontem, & claviculas, sed nullus per totum: Multum delirabant, timores, tristitiæ, extrema subfrigida, pedes extremi, præcipue autem manus: Accessiones diebus paribus; plurimis quarto die dolores maximi, & sudores plurimum subfrigidi, & extrema jam non recalescentia, sed livida, subfrigida, permanebant, neque amplius sitiebant. Adhuc his urinæ nigræ, tenues, paucæ, & alvi sistebantur, neque fluebat Sanguis ex naribus ulli eorum quibus hæc accidebant, sed paucus stillavit: Nulli horum res venit ad recidivam, sed sexto die mortui sunt cum sudoribus.

In hac constitutione (quæ magna ex parte fuit frigida & sicca) ex quatuor præcipue signis servabantur: Quibusdam enim ex naribus Sanguis fluebat, aut per vesicam multa urina, multum sedimentum & bonum habens, procedebat; aut perturbata alvo, biliosa tempestivè excernebant, aut dysenterici fiebant, Multis autem contigit non ex uno suprascriptorum signorum judicari, sed plurimis per omnia excurrere, & videri habere gravius. Servabantur autem omnes quibus hæc contigerunt. Fœminis autem & virginibus contigebant omnia anteà scripta signa: Quibus autem horum aliquid benè fiebat, aut muliebria largiter apparebant, per hæc servabantur, & judicabantur: Et nullam novi mortuam earum quibus horum aliquid benè fiebat. Philonis namque filia, cum liberaliter

ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die intempestivè cœnasset, mortem obiit.

Moriebantur plurimi ex his morbis sexto die, velut Epaminondas, Silenus, & Philiscus Antagoræ filius.

Sect. 3. Videndæ sunt quæ fiunt morborum vicissitudines, & ex quibus, in quos, succedant.

Quæ diebus paribus exacerbantur, paribus judicantur, quorum autem paroxysmi in imparibus fiunt, judicantur in imparibus.

Febrium omnium tutissima est quartana, placidissima & longissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis morbis vindicat. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana hæc adhuc longior, sed non lethalis. Tertiana exacta celerem habet judicationem, neque lethalis est. Quintana omnium est pessima: Hæc enim ante tabem, aut jam contabescentibus ubi supervenerit, perimit. Semitertiana etiam præcipuè lethalis.

Ægroti Quatuordecim.

Primus Ægrotus.

PHilisçum qui propè murum decumbebat, primo die febris acuta invasit, sudavit per noctem laborioſe. Secundo, omnia exacerbata sunt: Vesperi verò post clysterem benè habuit, noctem quiete transegit. Tertio, mane & usque ad meridiem videbatur esse sine febre: Ad vesperam verò febris acuta invasit cum sudore & siti; exaruit lingua. Minxit nigrum. Nox laborioſa. Non dormivit. Omninò deliravit. Quarto, omnia exacerbata sunt, urinam nigram reddidit, noctem habuit minus molestam & urinas melioris coloris. Quinto, circa meridiem, parum de naribus stillavit sincerum. Urinæ variæ, habentes pendentia quædam rotunda, genitali semini similia, sparsa, non sudavit. Supposita glande, flatuosa pauca exierunt. Noctem laborioſe transegit. Somni exigui, verba cum delirio. Omnia extrema frigida non amplius recalescentia; minxit nigra. Dormivit parum. Sub diem obmutuit. Sudavit frigidum. Extrema livida. Ad meridiem obiit sexto die. Huic spiritus ad finem usque velut recordanti, (Fœsio intro revocanti & ingeminanti) rarus & magnus fuit. Splenintumuit tumore rotundo. Sudores frigidi usque ad finem. Paroxysmi paribus diebus.

Ægrotus Secundus.

SIlenum qui in Platamone habitabat juxta Evalcidis ædes, ex laboribus, compotationibus & exercitationibus intempestivis, ignis (πῦρ) *i. e.* febris vehementissima prehendit. Cepit autem lumborum dolore, & capitis gravitate laborare cum cervicis distentione. Ex alvo primo die, biliosa, sincera, spumosa, abundè colorata, & multa fluebant. Urinæ nigræ, nigram hypostasin habentes. Siticulosus. Lingua arida. Nocte nihil dormivit. Secundo, febris acuta, dejectiones plures, tenuiores, spumosæ, urinæ nigræ. Noctem difficulter tulit, parum deliravit. Tertio, omnia exacerbata sunt: Hypochondrii contentio utrinque ad umbilicum promissa, submollis. Dejectiones tenues, subnigræ, urinæ turbatæ, nigræ. Nocte nihil dormivit. Verba multa, risus, cantus, non poterat se continere. Quarto cum iisdem. Quinto, dejectiones sinceræ, biliosæ, læves, valde pingues, urinæ tenues, pellucidæ, paucæ. Mente constitit. Sexto circa caput parum sudavit. Extrema frigida, livida. Magna jactatio. Nihil demisit alvus. Urinæ suppressæ sunt. Febris acuta. Septimo die sine voce. Extrema non amplius recalueruut. Minxit nihil. Octavo, sudor frigidus emanavit è toto corpore. Exanthemata cum sudore, rubra, rotunda, parva, velut

vari

vari permanebant, nec faciebant abſceſſum. Ex alvo irritatione parva, ſtercora tenuia, velut cruda, multa reddebantur cum dolore. Mingebat cum dolore, mordacia, ſyncera, pauca. Recaleſcebat, ſomni leves, comatoſi, obmutuit. Urinæ tenues, perſpicuæ. Nono cum iiſdem. Decimo potum non capiebat. Comatoſus ſomni autem tenues erant, & à ventre ſimilia prodibant. Mingebat confertim craſſum, ſubſidens. Sedimentum (κεκυρωδης) farinæ ſimile, album. Extrema rurſum frigida. Undecimo obiit. A principio huic uſque ad finem, ſpiritus magnus & rarus, hypochondrii palpitatio perpetua; circiter viceſimum ætatis annum agebat.

Ægrotus Tertius.

HErophontem corripuit febris acuta, à ventre pauca, qualia per Teneſmum ſolent, inter initia egerebantur. Poſt hæc tenuia dejecit, bilioſa, copioſa. Somni non aderant. Urinæ nigræ, tenues. Quinto die mane ſurditas. Exacerbabantur omnia. Lien intumeſcebat. Hypochondrii contentio. Ex alvo pauca nigra exibant. Deſipuit. Sexto deliravit. Sub noctem ſudor, refrigeratio, delirium permanebat. Septimo circumfrigebat. Sticuloſus fuit. Deſipiebat. Ad noctem rediit in mentem: dormivit. Octavo, febricitavit, lien ſubſidebat, intelligebat omnia. Doluit ad inguen, primumq; tumor ortus eſt ſecundum rectitudinem lienis. Deinde dolores in ambas tibias deciderunt. Noctem facilè tulit. Urinæ melioris coloris, ſubſidentiam habebant exiguam. Nono ſudavit, judicatus eſt. Intermiſit. Quinto reperiit. Statim autem ſplen intumuit. Febris acuta. Rurſuſque ſurditas. Poſt recidivam tertio ſplen ſubſedit. Surditas minor. Crura dolebant. Noctu ſudavit. Judicatus circa 17. neque deliravit in recidiva.

Ægrotus Quartus.

IN Thaſo, Philini uxorem quæ filiam pepererat, cum ex naturæ præſcripto purgationes procederent, & alia leviter tranſegiſſet, decimo quarto poſt partum die, febris ardens cum rigore corripuit. Huic in initiò oris ventriculi dolor contigit, & in hypochondrio dextro. Dolores muliebrium locorum. Purgatio ceſſavit. Appoſito autem balano vel peſſo, hæc leviora ſunt facta. Capitis verò & colli & lumborum dolores permanebant. Somni non aderant, Extrema frigida, ſiticuloſa. Venter uri videbatur. Pauca dejecit. Urinæ tenues & per initia decolores. Sexto die ad noctem deliravit multa, rurſuſque ad mentem rediit. Septimo ſiticuloſa. Dejectiones bilioſæ, coloratæ. Octavo riguit. Febris acuta. Convulſiones multæ cum dolore. Multum deliravit. Glande ſubdita ad deſidendum exſurrexit, multaque dejecit cum fluxu bilis. Somni non aderant. Nono convulſiones. Decimo nonnihil ſapuit. Undecimo dormivit. Omnium recordata eſt: Sed ſtatim rurſus deliravit. Minxit autem cum convulſionibus confertim multum & rarò (niſi admonita) craſſum, album, quale fit in urinis ſubſidentibus cum perturbantur. Repoſitum per multum tempus non ſubſidebat. Color & craſſities qualis in jumentis. Decimoquarto die totum corpus palpitationes occuparunt. Verba multa Paululum mente conſtitit, ſed confeſtim rurſus deſipuit. Decimo ſeptimo, obmutuit. Vigeſimo obiit.

Ægrotus Quintus.

EPicratis uxorem, quæ decumbebat prope Archegetem, vicinam jam partui, rigor fortis apprehendit. Noc incaluit ut ferebant; ſequenti die eadem adfuerunt. Tertio die peperit filiam, & alia omnia ſecundum rationem proceſſerunt.

Secundo die poſt partum apprehendit eam febris acuta, cordis & muliebrium locorum dolor. (Inſomnis erat) ſubdito peſſo hæc facta ſunt leviora. Capitis autem & colli & lumborum dolor invaſit. A ventre pauca bilioſa, tenuia, ſincera reddidit. Urinæ tenues, ſubnigræ. Sexto verò poſtquam eam febris arripuit, ſub noctem deliravit. Septimo omnia exacerbata ſunt. Sine ſomno deliravit, ſiticuloſa: Dejectiones omnes bilioſæ, ſubrubræ. Octavo riguit; dormivit copioſius. Nono cum iiſdem fuit. Decimo, crura cum labore dolebant, cordis (oris ventriculi) rurſus dolor invaſit, cum capitis gravitate, non deliravit, dormivit magis, venter reſtitit. 11. (ſudavit) minxit urinas melioris coloris, ſubſidentiam habentes copioſam, melius ſe habuit. 14. riguit. Febris acuta. 15. vomuit bilioſa, flava, ſubcrebra, ſudavit, ſine febre fuit: Per noctem autem febris acuta; urinæ craſſæ albam habentes ſubſidentiam. 16. exacerbationem noctè habuit, & cum difficili tollerantia, non dormivit, deliravit. 18. Siticuloſa: Lingua exaruit. Non dormivit. Deliravit multum, dolebant ei crura. Ad diem autem 20. mane parum riguit. Comatoſa, quieta, dormivit, vomuit bilioſa pauca & nigra, ſub noctem ſurda facta eſt. Circa 21. lateris ſiniſtri gravitas undique cum dolore infeſtavit: parum tuſſit. Urinæ autem craſſitiem habentes, turbidæ, ſubrubræ, repoſitæ non ſubſidebant. Cetera vero levius habebat, non ſine febre. Statim à principio, in faucibus dolorem & ruborem habuit, & gurgulionem revulſum, fluxio acris, mordax, ſalſa uſque ad finem perſeveravit. Circa 27. ſine febre fuit, Urina habuit ſedimentum. Latus nonnihil dolebat. Circa 34. febris eam corripuit. Venter bilioſis turbatus eſt. 40. vomuit pauca bilioſa. Judicata eſt perfectè, & à febre liberata eſt.

Ægrotus Sextus.

CLeonactidem, qui ſupra Heracleum decumbebat (πρὸς) febris ardens corripuit incerta periodo. A principio dolor capitis & ſiniſtri lateris adfuit, cæterorumq; membrorum, perinde ac ex laſſitudine, labores. Febriles exacerbationes ſubinde & ſine ordine invadebant. Sudores quidem nunc aderant, nunc minime. Maxima ex parte incidebant paroxyſmi in dies decretorios præcipue. Circa 24. frigeſcebant ei (Valeſio [illegible], doluerunt) extremæ manus. Vomuit flava, bilioſa, ſatis multa, paulo poſt virulenta, quibus omnibus ſublevatus eſt. Circa 30. diem cepit Sanguis fluere ex utraque nare. Et hæc erraticè, & paulatim ad judicationem uſque. Non abhorruit à cibo, neque ſitiit per totum tempus, neque ſomno caruit. Urinæ tenues non tamen ſine colore. 40. autem minxit ſubrubra, ſedimentum multum ſubrubrum habentia. Sublevatus eſt. Poſt hæc variarunt urinæ, nunc quidem ſedimentum habebant, nunc non. 60. urinis ſedimentum multum, & album, & læve adfuit. Remiſſa ſunt omnia. Febris intermiſit. Urinæ rurſus tenues, ſed boni coloris. 70. ſine febre fuit. Intermiſit dies decem. Octogeſimo riguit. Febris cum arripuit acuta, ſudavit multum. Urina habuit ſedimentum rubrum, læve, perfecte judicatus eſt.

Ægrotus Septimus.

ERaſinum qui prope Bootæ torrentem habitabat febris ardens poſt cænam corripuit; noctem perturbatè tranſegit, diem primum quietum, noctem moleſtam habuit. Secundo omnia exacerbata ſunt, ſub noctem deliravit. Tertium laboriosè tranſegit, deliravit multum. Quartus fuit moleſtiſſimus. Nocte autem nihil dormivit. In-

Aeger octavus

ſom-

ſomnia aderant, & cogitationes. Deinde pejora & magna & periculoſa, timor, difficilis tollerantia. Quintò manè recreatus eſt. Intelligebat omnia. Multum verò antè meridiem furiit, continere ſe non poterat. Extrema erant frigida, ſublivida. Urinæ crudæ. Mortuus eſt ſub ſolis occaſum. Huic febres ad finem uſque cum ſudore erant. Hypochondria ſublimia ( ) contentio cum dolore. Urinæ nigræ habentes ſuſpenſiones rotundas, nec ſubſidebant, ex ventre autem reddebat ſtercus. Sitiebat uſque ad finem, non tamen vehementer. Convulſiones multæ cum ſudore circa mortem uſque ad finem.

Ægrotus Octavus.

Aeger. Octavus. METonem febris vehemens corripuit cum lumborum gravitate & dolore. Secundo, cum multum aquæ biberet, alvus benè egeſſit. Tertio, capitis gravitas: dejectiones tenues; bilioſæ, ſubrubræ. Quarto, omnia exacerbata ſunt. Fluxit à dextra nare ſanguis paululum bis, noctem laboriosè tranſegit. Dejectiones quales tertio die, urinas nigras habebat; in quibus pendebant ſubnigra ſparſa. Non ſubſidebant. Quinto, copiosè ſanguis fluxit ſincerus ex nare ſiniſtra. Sudavit. Judicatus eſt. A judicio inſomnis erat, delirabat, Urinæ tenues, ſubnigræ. Capitis perfuſione uſus eſt. Dormivit mente conſtitit. Morbus non repetiit. Sed fluxit ſanguis ſæpe poſt judicium.

Ægrotus Nonus.

CRitoni in Thaſo erecto, & ambulanti pedis pollex vehementer dolere cepit. Decubuit eodem die, horreſcens, faſtidioſus. Parum incaleſcens. Nocte deliravit. Secundo, tumor per totum pedem, & uſque ad talum ſubrubens & cum contentione. Puſtulæ nigræ. Febris acuta. Inſaniit. A ventre verò mera bilioſa copioſa effluxerunt. Mortuus eſt à principio ſecundo die.

Ægrotus Decimus.

CLazomenium qui decumbebat juxta puteum Phrinichidæ, febris vehemens corripuit, à principio dolebant illi caput, & collum, & lumbi. Statim ſurditas accidit. Somno carebat. Febris acuta corripuit eum. Hypochondrium attollebatur cum tumore, ſed contentione exigua. Lingua arida. Quarto per noctem deliravit. Quinto, cum dolore omnia ſunt exacerbata.

Circa undecimum autem nonnihil remiſſa. Ex ventre ab initio, & uſque ad 14. Multa tenuia aquei coloris reddebat, quod ad dejectiones attinet, cum bona tollerantia tranſigebat. Deinde venter reſtitit. Urinæ uſque ad finem tenues quidem, boni autem coloris, & multam habebant ſuſpenſionem, diſperſam, non ſubſidebant. 16. Minxit paulo craſſius, quod habebat exiguam ſubſidentiam. Sublevatus nonnihil eſt, melius ſibi conſtitit. 17. Rurſus tenues fluxerunt. Secundum utramque aurem tumor cum dolore ortus eſt, ſomno carebat. Delirabat. Crura illi dolebant. 20. Sine febre, judicatus eſt. Non ſudavit. Omnia intelligebat. Circa autem 27. Coxæ dextræ fortis dolor ortus eſt, qui cito ſedatus eſt. Qui vero ad aures tumores, neque ſubſidebant, neque ſuppurabant, dolebant tamen. 31. Ex diarrhea multa aquoſa prodierunt, cum excrementis dyſentericis. Urinas craſſas minxit, ſubſederunt qui circa aures tumores. 40. doluit dexter oculus.

Videbat obtuſius. Rediit ad ſtatum.

Ægro-

Ægrotus Undecimus.

DRomeadæ uxorem quæ filiam pepererat, & aliis omnibus ſecundum rationem procedentibus. Secundo, die rigor accepit. Febris acuta. Cepit primo dolere circa hypochondrium, cum faſtidio, horrore, & inquiera corporis jactatione. Sequentibus diebus non dormivit. Spiritus magnus, & rarus. Subito revulſus, & retractus. Secundo, ab eo quo riguit, ex alvo bene proceſſerunt ſtercora. Urinæ craſſæ, albæ, turbidæ, quales fiunt ex ſubſidentibus cum repoſitæ per multum tempus perturbantur: Non ſubſidebant. Noctu non dormivit. Tertio, circa meridiem cum rigore febris acuta corripuit. Urinæ ſimiles, Hypochondrii dolor, faſtidioſa, noctem difficulter tulit. Non dormivit. Sudor accidit per totum corpus frigidus. Cito autem recaluit. Quarto, circa hypochondrium nonnihil ſublevata eſt: Capitis vero gravitas cum dolore. Leviſopore detenta eſt. Paucus è naribus ſanguis ſtillavit. Lingua arida, Siticuloſa erat; Urinæ tenues oleoſæ, parum dormivit. Quinto, ſitibunda, faſtidioſa, urinæ ſimiles, ab alvo nihil dejecit. Circa meridiem multum deliravit, & rurſus citò parum rediit ad mentem. Surrexit, mox ſopore correpta eſt, refrigeratio exigua, nocte dormivit, deliravit. Sexto, mane riguit, cito recaluit, toto corpore ſudavit, extrema frigebant, deliravit, ſpiritus magnus, & rarus.

Paulo poſt convulſiones à capite ceperunt, ſubito mortua eſt.

Ægrotus Duodecimus.

HOmo quidam incaleſcens largius cœnavit, & potavit, nocte vomuit omnia, febris acuta corripuit cum hypochondrii dextri dolore: phlegmone ſubmollis ex externa parte (alii ex interna parte) noctem difficulter tulit, urinæ initio rubræ craſſitiem habentes.

Repoſitæ non ſubſidebant. Lingua arida, non valde ſiticuloſus. Quarto, febris acuta corripuit cum omnium membrorum dolore. Quinto, minxit læve, oleoſum, multum, febris acuta, perſeveravit. Sexto, veſperi multum deliravit, neque nocte dormivit. Septimo, omnia exacerbata ſunt. Urinæ ſimiles. Verba multa proferebat, nec ſe continere poterat, ab alvo autem cum irritatione, exierunt humida, turbata, cum lumbricis, nox ſimiliter laborioſa, mane poſt rigorem, febris corripuit acuta. Sudavit multum, ſine febre fieri viſus eſt. Non multum dormivit. Ex ſomno refrigeratio accidit, & ſputatio. Veſperi multum deliravit. Paulo poſt vomuit nigra, pauca, bilioſa. Nono, refrigeratio. Deliravit multum, non dormivit. Decimo, ei crura doluerunt. Omnia exacerbata ſunt: deliravit. Undecimo, mortuus eſt.

Ægrotus decimus tertius.

MUlierem quæ decumbebat in lectore, trimeſtri fœtu gravidam, febris vehemens invaſit. Statim cæperunt dolere lumbi. Tertio die doluit collum, & caput ſecundum claviculam & dextram manum, citò autem lingua privata eſt voce, dextra manus elanguit cum Convulſione Apoplectico modo.

Deliravit omnino.

Noctem difficulter tulit.

Non dormivit.

Venter turbatus eſt, bilioſis, paucis, ſinceris.

Quarto, Lingua privata eſt voce. Convulſio eorundem, dolor omnium membrorum permanebat, circa hypochondrium tumor aderat cum dolore. Non dormivit. Deliravit omnino. Venter turbatus. Urinæ tenues non boni coloris. Quinto, Febris acu-

ta.

ta corripuit cum hypochondrii dolore. Deliravit omnino. Dejectiones bilioſæ. Per noctem ſudavit, & febre liberata eſt. Sexto, mente conſtitit. Omnia ſublevata ſunt. Circa claviculam ſiniſtram dolor permanebat. Siticuloſa. Urinæ tenues. Non dormivit. Septimo, tremor accidit, levi ſopore & delirio detenta eſt parvo. Dolores ſecundum claviculam & brachium ſiniſtrum permanebant. Alia verò ſublevata ſunt. Omnia intelligebat. Tribus diebus eam reliquit febris. Undecimo, rediit, & rigore ſuborto febris eam corripuit vehemens. 14. Vomuit bilioſa, flava, copioſa, ſudavit. Sine febre. Judicata eſt non ſine dolore ex iiſdem paſſionibus.

Ægrotus decimus quartus.

MElida quæ decubuit juxta templum Junonis, cœpit caput & collum & pectus vehementer dolere. Statim eam corripuit febris acuta. Menſtruus ſanguis paucus apparuit. Dolores omnium horum continui erant. Sexto, ſopor occupavit cum faſtidio, horrore & malarum rubore. Parum deliravit. Septimo, ſudavit. Febris intermiſit. Permanebant dolores. Reverſa eſt. Somni pauci, urinæ uſque ad finem; boni quidem coloris, ſed tenues. Dejectiones tenues, bilioſæ, mordaces; valde paucæ, nigræ, fætidæ prodierunt, in urinis ſubſidentia alba, lævis. Sudavit. Judicata eſt perfecte undecimo.

EPIDEMICORUM
LIBER SECUNDUS.

Sectio Prima.

IN ardoribus ſine pluvia, maxima ex parte abſque ſudore febres contingunt. In his ſi tenuior pluvia guttatim ſtillaverit, copioſiores ſudores ſtatim in febribus fiunt.

Febres ardentes æſtate magis graſſantur.

Ver in univerſum ſaluberrimum eſt, & minime lethale.

Quæ judicant in melius, ne ſtatim appareant.

Judicatoria non judicantia, partim lethalia ſunt, partim difficilis judicationis.

Quæ præmaturius judicantur, cum cruda ſunt omnia, recidivas portendunt, ſin minus, acriſiam. Fluxus ſanguinis largi ex naribus ſolvunt multa, ut Heragoræ.

Non agnoſcebant Medici. (*i. e.* Judicatorium, ſed malum & noxium putabant.)

Sectio Secunda.

AQua quæ celeriter caleſcit & celeriter frigeſcit, ſemper levior eſt. *Aph. 6. ſect. 5.*

Cuidam coxa dolebat antequam conciperet, poſtquam autem concepit, non amplius doluit. Vigeſimo die a partu rurſum doluit, peperit igitur maſculum.

Hieroni judicatio facta eſt decimo quinto die, (hoc rarum, ideo ab Hippocrate notatum.)

Se-

Sectio Tertia.

Lib. 6. Sect. 2. Apho. 9. OScitationes aſſiduas, longa ſpiratio ſanat. Iis qui non bibunt, aut ne vix quidem, brevis ſpiratio plurimum confert.

Aph. 12. ſect. 2. Quæ relinquuntur in morbis poſt criſin, recidivas facere ſolent.

Quarto die facti ſanguinis è naribus fluxus, difficilem faciunt judicationem.

Lib. 6. ſect. 2. Aphor. 14. Quæ febres diem unum intermittentes, altero ſuperrigent, judicatione ad ſeptimum circuitum terminantur.

Sectio Quarta.

Lib. 6. Epid. ſect. 4. Aph. 11. IN Æno qui leguminum eſu continenter utebantur mares & fæminæ, crurum impotentia laborabant. Rurſus etiam qui orobum comedebant, genuum dolore torquebantur.

Sectio Quinta.

QUicunque rufi ſunt & acuto naſo, ac parvis oculis, ii maligni ſunt: Qui vero rufi, ſimi, & magnis oculis, boni. Vocis gracilitatem ſolvit varix ad ſiniſtrum & dextrum teſtem ſubortus: abſque horum altero fieri non poteſt, ut ſolvatur.

Steriles fovere, ac pharmaco uti oportet.

Qui repente voce privantur, ſi ſine febre ſint, iis venam ſecare oportet.

Apho. 35. ſect. 6. Si hydropicum tuſſis corripiat, malum.

Si quis ſtatim animo linquatur, calidis omnibus uti debet, ſin minus, vinum bibere, & cibis repleri.

Si auris doleat, lacte utatur.

Oris ventriculi morſum, merum in pane, calido exhibitum, ſanat.

Vomitus ſolvitur exhibito aquæ calidæ potu, ut vomat æger.

Niſi die legitimo recedat febris, neceſſe eſt redeat.

Sectio Sexta.

LOngævi plures dentes habent.

Balbi, celeri lingua præditi, melancholici, bilioſi, & iracundi ſunt.

Qui magnum caput, oculos nigros & magnos, naſum craſſum & ſimum habent, ii boni ſunt.

Prædicere mortem aut vehementes dolores, Medico decorum eſt.

Numerorum tertius validiſſimus eſt.

Cynanchen & ophthalmiam venæ ſectio curat.

Mulieri menſtrua ut cohibeas, cucurbitulam maximam ſecundum mammam affigere oportet. *Apho. 50. ſect. 5.*

Trimeſtris fætus omnia habet manifeſtè figurata.

Urinæ ſtillicidium ſolvit venæ ſectio. *Apho. 36. Sect. 5.*

Graviſſimos aurium dolores affixa cucurbitula tollit.

Ad reduvias galla nigra cum melle prodeſt.

LIBER TERTIUS.

EPIDEMIORUM.

Sectio Prima.

Ægrotus Primus.

PYthion qui habitabat juxta telluris ædem.

Hunc cæpit tremor à manibus. Primo die, febris acuta, delirium. Secundo, omnia exacerbata ſunt. Tertio, eadem. Quarto, à ventre pauca, mera, bilioſa fluxerunt. Quinto, omnia exacerbata ſunt. Somni tenues, & alvus reſtitit. Sexto, ſputa varia, ſubrubra. Septimo, os diſtortum eſt. Octavo, omnia exacerbata ſunt. Tremores perſeverabant. Urinæ ab initio uſque ad octavum tenues, decolores, ſuſpenſiones habentes nebuloſas. 10. Sudavit, ſputa ſubcocta, judicatus eſt. Et Urinæ ſubtenues circa judicium.

cium. Quadraginta autem diebus post judicium, suppuratio facta est circa sedem, & strangurioſus etiam abscessus, π. π. ο'. ν. ι. probabile est, multitudine urinarum, die 40. sanitatem illi contigisse.

Ægrotus Secundus.

HErmocratem qui decumbebat juxta novum murum febris ingens corripuit.

Cœpit capitis & lumborum dolore affici, hypochondrium molliter contendatur. Lingua ab initio adusta fuit. Statim obsurduit. Insomnis erat nec valde siticuloſus. Urinæ crassæ, rubræ, repositæ non subsidebant. A ventre usta non pauca exibant.

5. Die minxit tenuia, habebant suspensionem, non subsidebant. Sub noctem deliravit.

6. Ictericus factus est. Omnia exacerbata sunt. Mente non constabat.

7. Cum difficili tolleratia, urinæ tenues, similes, sequentibus diebus eodem modo se habuit.

Circa 11. verò, omnia visa sunt esse sublevata. Coma incepit. Urinæ crassæ, subrubræ, infra tenues, non subsidebant. Placidè ratiocinabatur.

14. Sine febre. Non sudavit, dormivit; intelligebat omnia. Urinæ similes.

Circa 17. rediit morbus, incaluit diebus sequentibus, febris acuta, urinæ tenues.

Rursus 20. judicatus est, à febre liber, non sudavit, cibum non capiebat per totum tempus, mente constabat. Loqui non poterat: Lingua arida, non sitiebat, dormiebat soporoſus.

Circa 24. calefactus est, alvus humida, multis tenuibus fluens. Sequentibus diebus febris acuta, lingua exusta est.

27. Mortuus est. Huic surditas semper perseverabat, urinæ aut crassæ & rubræ non subsidentes, aut tenues & decolores, suspensum quid habentes, cibum capere non poterat. π. ε. δ. ν. ζ. ρ. i. e. πυθετοι ἐξοντων διεχωρησκτων κ. ζ. θανατος. Probabile exeuntibus dejectionibus 27. mortem accidisse.

Ægrotus Tertius.

QUi decumbebat in horto Dealcis, capitis gravitate, & dextri temporis dolore affectus perdiuturnum tempus, ex levi occasione, vehementi febre correptus decubuit.

2. Ex sinistra nare, paucus & sincerus sanguis fluxit. A ventre stercora bene exierunt. Urinæ tenues, variæ, suspensionem habentes minutatim dispersam, farinam crassiorem referentes & genituræ similes.

3. Febris acuta, excretiones nigræ, tenues, spumosæ, & quæ in dejectionibus subsidebant livida erant. Sopore premebatur, difficulter surgebat, in urinis subsidentia livida, subviscoſa.

4. Evomuit biliosa, flava, exigua, paulo post æruginoſa. Ex sinistra nare paucus sincerus sanguis fluxit. Dejectiones, & urinæ similes, exsudavit circa caput & claviculam. Splen elevatus intumuit; Femoris dolor accidit secundum rectitudinem. Hypochondrii dextri contentio submollis. Nocte non dormivit, deliravit aliquantulùm.

5. Dejectiones plures, nigræ, spumosæ, & quæ in dejectionibus subsiderant, nigræ erant. Nocte non dormivit, deliravit.

6. Dejectiones nigræ, pingues, viscidæ, fœtidæ, dormivit, mente melius constabat.

7. Lingua sicca, siticuloſa, non dormivit, deliravit, urinæ tenues, non boni coloris.

8. Dejectiones nigræ, exiguæ, consistentes, dormivit, intelligebat, siticuloſus non valde.

9. Ex rigore febris acuta corripuit,

puit, ſudavit, perfrixit, deliravit; dexter oculus diſtortus eſt, lingua arida, ſiticuloſus erat, & inſomnis.

10. Eadem.

11. Intelligebat omnia, febre liberatus erat. Dormivit. Urinæ tenues circa judicationem. Duos dies febris intermiſit.

14. Rediit. Statim per noctem non dormivit, mente motus eſt. Omnino deliravit.

15. Urina turbata qualis ſit ex iis quæ ſubſederunt, quum agitantur, febris acuta, omnino deliravit, non dormivit. Genua & tibiæ dolebant. A ventre autem, glande appoſita, nigra ſtercora exierunt.

16. Urinæ tenues, habebant enæorema nebuloſum, deliravit.

17. Summo mane extremæ partes frigebant, contegebatur. Febris acuta, toto corpore ſudavit, ſublevatus eſt, mente melius conſtabat, non eſt à febre liberatus, ſiticuloſus, vomuit bilioſa, flava, pauca, à ventre autem ſtercora exierunt. Paulo poſt nigra, pauca, tenuia, urinæ tenues non boni coloris.

18. Mente non conſtabat, ſopore tenebatur.

19. Eodem erat in ſtatu, urinæ tenues.

20. Dormivit. Intelligebat omnia, ſudavit, à febre liberatus eſt. Non ſitivit, Urinæ autem tenues.

21. Parum deliravit, parum ſitiebat, hypochondrii dolor, & circa umbilicum, palpitatio uſque ad finem manens occupavit.

24. Urinis hypoſtaſis, intelligebat omnia.

27. Coxæ dextræ dolor cepit. Urinæ tenues, habentes ſubſidentiam. Alia placidiſſimè ſe habebant.

29. Dexter oculus doluit, urinæ tenues erant.

40. Egeſſit pituitoſa, alba, copioſa, ſudavit multum, & toto corpore. Perfecte judicatus eſt.

Sectio Secunda.

Ægrotus Quartus.

IN Thaſo, Philiſtes diuturno capitis dolore conflictatus, tandemque ſopore aliquantulum correptus, decubuit. Excitata verò poſt potationem febre, dolor exacerbatus eſt. Nocte incaluit primum.

Primo die, vomuit bilioſa, pauca, flava primum. Poſtea æruginoſa plurima. A ventre ſtercora fluxerunt. Noctem difficulter tulit.

Secundo. Surditas accidit, & febris acuta, cum hypochondrii dextri contentione, quæ in partes internas vergebat. Urinæ tenues, pellucidæ, habentes ſuſpenſum genituræ ſimile. Parum inſanivit circa meridiem.

Tertio. Graviter ſe habuit.

Quarto. Convulſiones acciderunt. Exacerbata ſunt omnia.

Quinto. Mane mortuus eſt.

Ægrotus Quintus.

CHerionem qui decumbebat juxta Demænetum, ex potu, febris vehemens corripuit. Statim capitis gravitate cum dolore laboravit, non dormivit, alvus turbata eſt tenuibus, ſubbilioſis.

3. Febris acuta invaſit, & capitis tremor, præcipue labii inferioris. Paulo poſt rigor, convulſiones, omnino deliravit, noctem difficulter tulit.

4. Quievit. Parum dormivit, deliravit.

5. Laborioſe ſe habuit, omnia exacerbata ſunt, delirium, nox moleſta, non dormivit.

6. Eadem.

7. Superriguit, febris acuta corripuit, toto corpore ſudavit. Judicatus eſt. Huic perpetuo ab alvo dejectiones bilioſæ, exiguæ, ſinceræ prodierunt. Urinæ tenues, boni coloris, ſuſpenſum nebuloſum habentes.

Circa 8. Minxit melioris coloris uri-

urinas, habentes hypoſtaſin albam, exiguam, mente conſtabat. Febris intermiſit, quæ 9. rediit.

14. Febris acuta prehendit, ſudavit.

16. Vomuit bilioſa, flava, ſatis multa.

17. Superriguit, febris acuta, ſudavit. A febre decretoriè liberatus eſt. Urinæ poſt recidivam, & Judicationem, melioris coloris, ſubſidentiam habentes, neque deliravit in recidiva.

18. Incaleſcebat parum, inſuper ſitiebat. Urinæ tenues, ſuſpenſum quid nebuloſum habentes, parum deliravit.

Circa 19. à febre liberatus, circa cervicem habebat dolorem, urinis ſubſidentia aderat, perfecte judicatus eſt 20. τ. χ. τ. ου. κ. υ. i. e. Probabile eſt multitudine urinæ Cherionem 20. die Sanatum.

Ægrotus Sextus.

EUryanactis filiam virginem febris vehemens corripuit, permanſit uſque ad finem ſine ſiti, & quævis alimenta reſpuebat, à ventre pauca exierunt. Urinæ tenues, exiguæ, non boni coloris. Incipiente febre circa ſedem dolebat.

6. Die, febre libera, non ſudavit, judicata eſt. Quod autem circa ſedem, parum ſuppuratum eſt, & exivit cum judicatione.

Poſt judicationem die 7. riguit, nonnihil incaluit, ſudavit.

Poſt judicationem 8. die, riguit non multum, poſtea vero extrema frigida ſemper fuerunt.

Circa 10. poſt eum quem habuerat ſudorem, deliravit, & rurſus ad mentem confeſtim rediit. Dicebant autem eam hæc pati, quod guſtaſſet racemum.

Intermittens verò, 12. rurſus deliravit, venter turbatus eſt bilioſis, paucis, ſinceris, tenuibus & mordacibus, crebro ſurgebat.

17. Quo poſtremum deliraverat, mortua eſt. Hæc incipiente morbo doluit fauces, & perpetuo ruborem habebat, & columella revulſa fuit, fluxiones multæ, exiguæ, acres, tuſſiit concocta. Nihil excreabat. Nullum cibum toto tempore accipere poterat, neque appetebat quicquam, neque ſitiebat, neque bibit quicquam notatu dignum. Tacita, nihil loquebatur, triſtis, deſperata ſtatim erat. Erat autem nativa quædam ad tabem propenſio.

Ægrotus Septimus.

ANginoſa, quæ juxta Ariſtionem agebat. Hæc primum à lingua incepit. Obſcura vox erat, lingua rubra & reſiccata.

Primo, die horrida, incaluit.

Tertio. Rigor, febris acuta invaſit, cervicis tumor ſubruber, durus, & ſuper pectus ab utraque parte. Extrema frigida, livida, Spiritus ſublimis. Potum per nares rejiciebat, bibere non poterat, dejectiones & urinæ reſtiterunt.

Quarto, omnia exacerbata ſunt.

Quinto, mortua eſt, τ. δ. ς. ε. θ. i.e. πθχιν διχτκαρηικχτων ετκεθχρτων εθνατον. Probabile dejectionibus ſuppreſſis 5. Mortuam.

Ægrotus Octavus.

ADoleſcentem illum qui decumbebat in foro Mendacium, vehemens febris corripuit, ex laſſitudinibus & laboribus, & curſibus inſolitis.

Primo alvus turbata eſt bilioſis, tenuibus, multis. Urinæ tenues, ſubnigræ, non dormivit, ſiticuloſus fuit.

Secundo, omnia exacerbata ſunt, dejectiones plures, intempeſtiviores, non dormivit. Mente turbatus fuit, & levi ſudore perfuſus.

Tertium difficulter tulit, ſiticuloſus, anxius, multum ſe jactavit, & perplexus erat, deliravit Extrema livida, & frigida hypochon-

drii

drii contentio ſubmollis utrinque.

Quarto, non dormivit, pejus ſe habuit.

Septimo, mortuus eſt. Circiter vigeſimum ætatis annum agebat. π. ξ. ζ. θ. Probabile inſolens quiddam ſeptimo die mortem attuliſſe.

Ægrotus Nonus.

MUlier, quæ decumbebat juxta Miſamenum. Huic volvulo ſa moleſtè concitabantur, vomitibus multis torquebatur, potum continere non poterat, dolores aderant circa hypochondria, & in inferibus ſecundum ventriculum partibus. Dolores & tormina continenter afflige-bant, non erat ſiticuloſa, incaleſcebat. Extrema frigida uſque ad finem. Faſtidioſa ſine ſomno. Urinæ tenues, paucæ, excretiones crudæ, tenues, paucæ, non erat remedio locus, mortua eſt.

Ægrotus Decimus.

MUlierem quandam earum, quæ apud Pantimedem degebant, ex abortu recentis fœtus, vehemens febris primo die corripuit. Lingua ſicca, ſiticuloſa, faſtidioſa, inſomnis erat. Alvus turbata eſt tenuibus, multis, crudis.

Secundo. Superriguit, febris acuta invaſit, ex alvo multa egeſſit. Non dormivit.

Tertio. Dolores augebantur.

Quarto. Deliravit.

Septimo. Mortua eſt. Alvus per totum morbum humida, cum dejectionibus multis tenuibus, crudis. Urinæ paucæ, tenues, febris ardens.

Ægrotus Undecimus.

ALteram ex abortu circa quintum menſem Oecetæ uxorem, febris vehemens corripuit. Initio comatoſa erat, & rurſus inſomnis cum renum dolore, & capitis gravitate.

Secundo, alvus turbata eſt paucis, tenuibus, meris primum.

Tertio, plura & deteriora. Nocte nihil dormivit.

Quarto. Deliravit, timores, triſtitiæ aderant, dexter oculus diſtortus eſt, ſudore circa caput pauco & frigido, maduit, extrema frigida.

Quinto, omnia exacerbata ſunt. Multum deliravit, & rurſus celeriter ad mentem rediit, ſiticuloſa erat, & inſomnis. Alvus multis & meris, uſque ad finem defluxit. Urinæ erant tenues paucæ, ſubnigræ, extrema frigida, ſublivida.

Sexto, eadem.

Septimo, mortua eſt phrenitide.

Ægrotus Duodecimus.

MUlierem, quæ decumbebat in foro Mendacium, enixam primum laboriosè maſculum, vehemens febris corripuit. Mox in principio ſiticuloſa, faſtidioſa, dolebat cor, lingua arida, alvus turbata tenuibus, paucis, non dormivit.

2. Parum riguit, febris acuta invaſit, paucus ſudor circa caput & frigidus diffuſus eſt.

3. Laboriosè ex alvo cruda multa tenuia fluxerunt.

4. Superriguit, omnia exacerbata ſunt, inſomnis.

5. Laborioſe ſe habuit.

6. Eadem, ab alvo fluxerunt humida multa.

7. Superriguit: Febris acuta prehendit. Sitis multa aderat & corporis jactatio: circa veſperam frigidus toto corpore ſudor damnavit. Perfrixit. Extrema erant frigida, nec recaleſcebant & rurſum ad noctem ſuperriguit. Extrema non recaleſcebant. Non dormivit, parum quiddam deliravit, & rurſus cito mente conſtitit.

8. Circa medium diei recaluit, ſiticuloſa, comatoſa, faſtidioſa, vomuit biliosa, pauca, flava, noctem difficulter tulit, non dormivit, minxit multum, confertim, inſcia.

9. Re-

9. Remissa sunt omnia, erat comatosa, ad vesperam parum superriguit. vomuit amara, biliosa.

10. Rigor accidit, febris exacerbationem habuit, non dormivit quidquam: Mane minxit multum, subsidentiam non habens. Extrema recalefacta sunt.

11. Vomuit virulenta, biliosa, riguit non multo post, & rursus extrema frigida. Ad vesperam rigor, sudor, vomuit multa. Noctem laborioſe transegit.

12. Vomuit multa, nigra, fætida, Singultus multus adfuit, & sitis laboriosa.

13. Nigra, fætida, multa vomuit rigor obortus est, circa meridiem voce privata est.

14. Fluxit sanguis de naribus. Mortua est. Huic per totum alvus humida fuit, & horrebat, annum ætatis agebat circiter 17. Febris ardens.

Sectio Tertia.

Ægroti 16.

Ægrotus Primus.

IN Thaso Parium qui decumbebat supra domum Artimesii, febris corripuit acuta, circa, initia continua, ardens, siticulosa: ab initio comatosus erat, rursusque insomnis. Alvus turbata inter initia. Urinæ albæ.

6. Minxit oleosum, deliravit.

7. Exacerbata sunt omnia. Nihil dormivit, sed urinæ similes, & mens turbata. Ex alvo autem biliosa pinguia fluxerunt.

Deinde 8. Parum à naribus destillavit. Vomuit virosa, pauca, parum dormivit.

9. Eadem adfuerunt.

10. Omnia remiserunt.

11. Sudavit non per totum, circumfriguit, quidem, cito autem recaluit.

12. Febris acuta fuit, dejectiones erant biliosæ, tenues, multæ, urinis cnæorema deliravit.

17. Laborioſe transmissus est, neque somni aderant, neque febris intendebatur.

20. Sudavit toto corpore, insomnis, dejectiones erant biliosæ, cibum aversabatur comatosus erat.

24. Recidiva corrigit.

34. Sine febre alvus non substitit, & rursus recaluit.

40. Sine febre. Alvus non diu restitit, cibum aversabatur, parum rursus febricitavit, & perpetuo erratice, aliquando à febre liber, aliquando non, si enim aliquid intermisisset, & allevata esset, rursus revertebatur; Cibariis multis & malis utebatur, somni mali in recidivis. Delirabat. Urinas tunc reddebat crassas quidem verum turbatas & pravas. Alvus adstricta fuit, & rursus soluta, febriculæ aderant continuæ, dejectiones multæ, tenues. 120. die mortuus est. Huic alvus ab initio ad finem usque lubrica erat, excernebatque biliosa, liquida, multa, aut si subsisteret, fervida & cruda. Urinæ usque ad finem malæ. Comatosus erat, aut plerumque cum doloribus insomnis: cibos fastidiebat, & continenter febre ardente laborabat.

Ægrotus Secundus.

MUlierem in Thaso juxta frigidam decumbentem, cum filiam peperisset, nec purgationes procederent.

3. Die febris acuta cum horrore corripuit. Multo autem ante partum tempore ex febre decumbebat, & cibum fastidiebat. Postquam verò riguisset, continuæ fuerunt febres acutæ & cum horrore.

8. Et sequentibus diebus multum deliravit, rursusque cito ad mentem rediit. Alvus turbata est multis, tenuibus & aquosa bile permixtis. Non sitiebat.

11. Constabat mente, comatosa tamen erat. Urinas multas, tenues & nigras reddidit, insomnis erat.

20. Parum circumfrixit, & cito

rursus recaluit. Parum deliravit, insomnis erat, & venter eadem demisit. Urinæ aquosæ & multæ erant.

27. A febre immunis fuit, & alvus substitit. Non multò post vehementi & diuturno dextræ coxendicis dolore vexata est. Febres rursus comitabatur, & urinæ aquosæ.

40. Coxendicis dolores remiserunt; tusses autem continuæ, humidæ multæ Alvus substitit. Cibos aversabatur. Urinæ eædem, febres omnino quidem non desinebant, sed erraticas aliquando habebant exacerbationes, aliquando non.

60. Tusses sine signis evanuerunt, nulla enim sputorum concoctio apparuit, neque alius consuetus abscessus. Maxilla etiam dextra convulsa est, comatosa, rursus deliravit, & cito ad mentem rediit. Cæterum à cibis aversum habebat animum. Maxilla autem ad locum suum rediit. Alvus biliosa pauca reddidit. Febricitavit acutius cum horrore, & sequentibus diebus vox defecit, rursusque rediit ad mentem, & loquebatur. Et 80. Mortua est. Huic Urinæ usque ad finem erant nigræ, & tenues, & aquosæ, & coma comitabatur. Cibum non sumebat, animo erat dejecto, insomnis, ira & inquietudine torquebatur, animo erat melancholico.

Ægrotus Tertius.

IN Thaso Pythionem, qui decumbebat supra Herculis fanum, ex laboribus & lassitudinibus & pravo victu; rigor magnus & febris acuta corripuit. Lingua arida erat. Siticulosus & biliosus. Non dormivit; Urinæ subnigræ suspensum quid sublime habebant, non sudavit. Altero sub meridiem die, extremarum partium refrigeratio accidit, & maxime circa manus & caput. Obmutuit (ἄφωνος) vox defecit (ἄφωνος) brevem spiritum traxit, post diuturnum tempus recaluit, sitiit, nocte quievit, sudavit circa caput parum.

Tertium diem quietum habuit. Vesperi circa solis occasum, aliquantulum frixit, turbatio accidit. Noctem laboriosè transegit. Nihil dormivit. Ex alvo pauca stercora compacta exierunt.

Quarto mane quievit, circa meridiem omnia exacerbata sunt. Frixit, obmutuit, vox defecit, deterius se habuit, recaluit. Post aliquod tempus minxit nigra suspensum quid habentia. Noctem quietam habuit, dormivit.

Quinto, allevatus esse visus est. Circa ventrem tamen pondus sensit cum dolore, siticulosus fuit, noctemque habuit molestam.

Sexto, mane quievit, vesperi autem dolores creverunt, exacerbationem habuit injecto verò clystere vesperi ex alvo probe dejecit, nocte dormivit.

Septimo die fastidiosus erat & inquietus, minxit oleosum noctem turbulente transegit, deliravit, nihil dormivit.

Octavo, mane quidem dormivit parum, mox accidit refrigeratio, vocis defectio, spiritus exilis & imminutus. Vesperi rursus recaluit. Deliravit, instante jam die parum levatus est, dejectiones erant meræ, paucæ, biliosæ.

Nono, soporosus erat, fastidiosus & quum excitabatur non valde siticulosus. Circa solis occasum molestè sese habuit, deliravit noctem habuit incommodam.

Decimo, mane defecit vox, multa refrigeratio, febris acuta, multus sudor. Mortuus est. Labores huic diebus paribus accidebant.

Ægrotus Quartus.

PHreniticus primo die quo decubuit, vomuit æruginosa, multa tenuia, febris corripuit cum horrore, multus sudor & continuus toto corpore dimanavit, capitis & colli gravitas cum dolore. Urinæ tenues, suspensiones exiguæ, dispersæ. Non suda-

davit. Ab alvo ejecit ſtercus confer. tim, multa deliravit, nihil dormivit.

Secundo, mane vox defecit: Febris acuta invaſit. Sudavit. Non intermiſit. Palpitationes per totum corpus. Nocte convulſiones.

Tertio, exacerbata ſunt omnia. Mortuus eſt (ſecundum Fœſium) quarto.

Ægrotus Quintus.

IN Lariſſa Calvus femoris dextri repentino dolore correptus eſt, nihil eorum quæ offerebantur juvabat.

Primo die febris acuta & ardens, ſenſim corripuit, dolores autem comitabantur.

Secundo, femoris dolores remiſerunt, febris autem intenſa eſt, ſubmoleſte ſeſe habuit, non dormivit. Extremæ partes frigidæ erant. Urinarum non probarum copia prodibat.

Tertio, femoris dolor ſedatus eſt mentis autem alienatio accidit & perturbatio & mala jactatio.

Quarto, circa meridiem mortuus eſt acutiſſime.

Ægrotus Sextus.

ABderæ Periclem morbus corripuit acutus, continuus cum dolore. Multum ſitiebat anxius erat, potum continere non poterat, erat ſublienoſus, & capitis gravitate laborabat.

Primo, fluxit ſanguis multus ex ſiniſtra nare, febris intendebatur, Minxit multum, turbatum, album, repoſitum, non ſubſidebat.

Secundo, omnia exacerbata ſunt. Urinæ vero craſſæ quidem erant, ſed magis reſidentes: & anxietas levata eſt, dormivit.

Tertio, febris remiſſa eſt. Urinæ copioſæ, cœctæ, multam hypoſtaſin habentes. Noctem quiete tranſegit uſque ad medium diem, ſudavit ſudore multo calido.

Quarto die per totum corpus, à febre liberatus eſt, & judicatus. Non rediit. Morbus erat acutus.

Ægrotus Septimus.

ABderæ Virginem quæ decumbebat in via ſacra, febris ardens corripuit. Erat autem ſiticuloſa, & inſomnis. Fluxerunt muliebria primum ipſi.

6. Faſtidium multum, ruborem contraxit cum horrore, & inquietudine.

7. Eadem perſeverarunt. Urinæ tenues quidem, boni autem coloris, alvus commodè habebat.

8. Surditas accedit & febris acuta, inſomnis erat & anxia, horrebat, intelligebat. Urinæ ſimiles.

9. Et ſequentibus eadem. Manebat item ſurditas.

14. Mens turbata, febris remiſit.

17. E naribus ſanguis fluxit multus. Surditas parum remiſit, ſequentibus faſtidium & ſurditas aderat & delirabat.

20. Pedum dolor cœpit. Surditas & delirium intermiſit. Fluxit parum ſanguinis de naribus, ſudore à febre liberata fuit.

24. Febris rediit, ſurditas rurſus, pedum dolor permanſit, alienatio mentis.

27. Sudavit multum, à febre liberata fuit. Surditas deſiit. Dolor pedum permanebat. Quoad alia verò perfectè judicata eſt.

Ægrotus Octavus.

ABderæ Anaxionem qui decumbebat ad portas Thracias febris acuta corripuit: lateris dextri dolor continuus, tuſſis erat ſicca, neque expuit primis diebus. Siticuloſus inſomnis. Urinæ boni coloris, multæ, tenues. 6. Deliravit, poſt fomenta calida nihil remittebatur. 7. Laborioſe ſe habuit, febris enim intendebatur, & dolores non ſunt minuti, & tuſſes infeſtabant & difficulter reſpirabat. 8. Venam in cubito ſecui, fluxit

fluxit multum, ut decebat. Remiſſi ſunt dolores. Tuſſes quidem aridæ permanſerunt. 11. Febres remiſerunt, parum circa caput ſudavit. Tuſſes adhuc durabant, & quæ à pulmone exibant humidiora erant. 17. Incepit panca concocta ſpuere. Levatus eſt, ſitibundus verò erat. Et eorum quæ à pulmone exibant probæ non erant expurgationes. 20. Sudavit, à febre liberatus eſt. A judicatione melius habuit. 27. Febris rediit, extuſſiit, excreavit cocta multa. In urinis erat ſubſidentia multa alba, deſiit ſitire, dormivit. 34. Sudavit toto corpore, liberatus eſt à febre, & omnino judicatus.

Ægrotus Nonus.

ABderæ Herophytus rectus, & obambulans capite dolebat, non multo poſtea decubuit. Febris eum corripuit ardens acuta. Vomuit ab initio multa bilioſa. Siticuloſus. Difficilis tollerantia multa. Urinæ tenues, nigræ in quibus ſuſpenſum quid ſublime aliquando erat, aliquando non. Noctem laborioſam habuit. Febris alias aliter exacerbeſcebat plerunque ſine ordine.

14. Verò ſurditas accidit, febres intendebantur, Urinæ eædem fuerunt.

20. Multum deliravit, & ſequentibus.

40. Multus ſanguis exiit de naribus & intelligebat magis. Surditas inerat quidem, minus tamen. Febres remiſerunt. Sequentibus diebus ſanguis erumpebat crebro & paulatim.

Circa 60. fluxus ſanguinis ceſſaverunt. Coxæ autem dextræ dolor fortis exortus eſt, & febres intendebantur. Non multo tempore poſtea doluerunt omnes inferiores partes. Contigit autem aut febres eſſe majores & ſurditatem multam; aut hæc quidem, recedere & ſublevari, infernarum verò partium circa coxam majores eſſe dolores.

Circa 80. remiſerunt omnia; Dereliquit autem nihil. Urinæ enim boni coloris & copioſiores ſubſidentias habentes prodibant, & deliria minora erant.

Circa 100. alvus multis bilioſis turbata eſt, & tempore non exiguo multa hujuſmodi prodibant; & rurſus dyſenterica cum dolore. Aliorum autem quies. In ſumma febres defecerunt & ſurditas ceſſavit. 100. die perfectè judicatus eſt. Febris erat ardens.

Ægrotus Decimus.

ABderæ Nicodemum ex venere & potu febris corripuit. Initio faſtidioſus erat & cardialgicus & ſiticuloſus. Lingua uſta, urinæ tenues, nigræ.

2. Febris exacerbata eſt cum horrore. Faſtidioſus, nihil dormivit. Vomuit bilioſa flava, urinæ ſimiles. Noctem quietam habuit, dormivit.

3. Remiſerunt omnia & quies erat. Circa ſolis occaſum rurſus ſubdifficilem habebat tollerantiam. Noctem laborioſè tranſegit.

4. Rigor cepit & febris magna, omnium dolores aderant, urinæ tenues in quibus ſuſpenſum quid erat, deliravit multum.

7. Tranquillitas adfuit.

8. Alia omnia remiſerunt.

10. Et ſequentibus manſerunt quidem dolores, leviores autem omnes acceſſiones & dolores, huic uſque ad finem diebus paribus magis contingebant.

20. Urinam reddidit albam, cui craſſities inerat, repoſita non ſubſidebat, ſudavit multum. Viſus eſt à febre liberatus. Veſperi rurſus incaluit. Iidemque dolores perſeverarunt cum horrore & ſiti, parum deliravit.

24. Urinam reddidit copioſam albam, in qua multa ſubſidebant. Sudore copioſo & calido diffuſus eſt per totum corpus à febre liberatus eſt & judicatus.

Ægrotus Undecimus.

IN Thaſo mulier moroſa ex mœrore manifeſto, recta adhuc & obambulans, inſomnis facta eſt, & cibum non capiebat, ſiticuloſa erat & anxia. Habitabat prope Pyladem in Lejo.

Primo die ſub initium noctis, terrores, ſermones multi, triſtitia, febricula tenuis. Mane convulſiones multæ contigerunt. Cum autem intermiſiſſent convulſiones illæ multæ, deliravit, turpia loquebatur. Multi dolores, magni, continui.

Secundo. Eadem. Nihil dormivit. Febris acutior.

Tertio. Convulſiones deſierunt, coma autem & cataphora eam detinuerunt, & rurſus expergefacta exiliit. Continere ſe non poterat. Multum delirabat, febris acuta erat. Eadem nocte ſudor copioſus, & calidus toto corpore dimanavit, liberata eſt à febre, dormivit. Omnia intelligebat. Judicata eſt, circa tertium diem, urinæ nigræ, tenues erant, habebantque ſuſpenſum quid valde rotundum, non ſubſidebat; circa judicationem muliebria multa fluxerunt.

Ægrotus Duodecimus.

LAriſſæ Virginem febris corripuit ardens acuta. Inſomnis, ſiticuloſa; Lingua fuliginoſa, arida. Urinæ, boni quidem coloris, ſed tenues erant.

Secundo. Laborioſe ſe habuit, non dormivit.

Tertio. Multa fluxerunt ab alvo, ut aqua bilioſa, & ſequentibus talia commodè prodierunt.

Quarto. Urinam reddidit tenuem, paucam, habebat ſuſpenſum quid ſublime, quod non ſubſidebat, deliravit ſub noctem.

Sexto. Sanguis ex naribus copioſus & multus effluxit, horrore correptus eſt, & ſudore copioſo, calido perfuſa per totum corpus, à febre liberata eſt & judicata. Per febres autem, & etiam perfecta judicatione muliebria tunc primum fluxerunt. Virgo enim erat. Perpetuo autem ſtomachi faſtidio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum dolor, capitis gravitas. Hæc non paſſa eſt recidivam, ſed judicata. Dolores paribus diebus contingebant.

Ægrotus decimus tertius.

APollonius Abderæ morbum diu rectus, & obambulans ſuſtinebat. Magna illi erant viſcera & circa hepar dolor conſuetus multo tempore comitabatur, & tunc ſane ictericus factus eſt, flatuoſus, colore ſubalbido. Cum cibo & potu intempeſtivo uteretur, & præcipuè carne bovina, primò incaluit parum decubuit. Cum verò uſus fuiſſet copioſo lacte, cocto, crudoque caprino, & ovino, pravaque victus ratione, inſignes omnium læſiones factæ ſunt: Nam febres exacerbatæ ſunt nec venter quicquam ex ingeſtis effatu dignum reddidit. Urinæ tenues & paucæ prodibant. Inſomnis erat. Inflatio mala aderat, multa ſitis, comatoſus, hypochondrii dextri elevatio cum dolore. Extrema omni ex parte ſubfrigida erant, parum deliravit, omnium quæ locutus eſt obliviſcebatur, mentis compos non erat.

Circa 14. verò ex quo ſuborto rigore, incaluit, decubuit & inſanivit, clamor, perturbatio, ſermones multi, rurſuſque ceſſatio, & coma tunc temporis acceſſit, poſtea verò alvus turbata eſt multis, bilioſis, meris, crudis. Urinæ nigræ erant, paucæ, tenues; plurima anxietas, dejectiones variæ erant, aut enim nigræ & paucæ & æruginoſæ erant, aut pingues crudæ & mordaces, poſtea videbatur etiam lacti ſimiles reddidiſſe. Circa 24. Levius, ſe habuit, alia verò eodem modo manſerunt parum ad mentem rediit, verum ex quo decubuerat nullius recordabatur, rurſuſ-

ſuſque celeriter decipiebat, procedebat omnia in deterius.

Circa 30. diem febris acuta corripuit, alvi excrementa copioſa erant & tenuja, diliravit, extrema frigida erant, vox defecit. 34. Mortuus eſt. Huic ex quo eum vidi, ad finem uſque alvus turbata fuit, urinæ tenues, nigræ comatoſus inſomnis, extremitates frigidæ, deliravit uſque ad finem, phreniticus.

Ægrotus decimus quartus.

IN Cyriſco Mulierem quæ gemellas & quidem ægre pepererat, nec ſatis expurgata erat, Primo febris corripuit cum horrore, & acuta, capitis & cervicis gravitas cum dolore tenuit. Inſomnis à principio erat, taciturna, & tetrica, & non obſecundans. Urinæ tenues erant & decolores, ſiticuloſa, ut plurimum faſtidioſa & anxia. Alvus ertatice turbata fuit & rurſus adſtricta.

Sexto, ſubnoctem deliravit, nihil dormivit.

Circa 11. verò inſanivit, rurſuſque ad mentem rediit. Urinæ nigræ erant, tenues, & rurſus cum intermiſiſſent, oleoſæ & alvus multa tenuia, turbata, egeſſit.

14. Convulſiones multæ exortæ ſunt, extremitates erant frigidæ, neque amplius ad mentem rediit. Urinæ ſuppreſſæ ſunt, mortua eſt phrenitis.

Ægrotus decimus quintus.

IN Thaſo, Dealcis uxorem quæ decumbebat in Lejo (vel Plano) febris cum horrore, & acuta, ex mœrore corripuit. A principio contegebatur, & ſemper uſque ad finem taciturna erat, palpabat, vellebat, ſcalpebat, pilos legebat, plorabat, rurſuſque ridebat, non dormiebat, alvus irritabatur, ſed nihil exibat, exiguum, admonita, bibebat. Urinæ tenues erant & paucæ, febres ad manum leves apparebant. Extremæ partes frigebant. 9. multum deliravit, rurſuſque quievit, tacita.

14. Spiratio fuit rara & magna per aliquod tempus, rurſuſque brevis.

17. Alvus turbulentè irritata eſt. Deinde ipſi potus pertranſibant, neque conſiſtebant, omnium ſenſu privata eſt, & cutis arida, circumtenſa.

20. Multum loquebatur, rurſuſque quieſcebat, muta. Brevem ſpiritum trahebat.

21. Mortua eſt. Huic ſpiratio rara & magna fuit uſque ad finem, omnium ſenſu privata eſt, ſemper contegebatur, aut multum loquebatur, aut taciturna erat uſque ad finem, phrenitis.

Ægrotus decimus ſextus.

IN Melibæa Adoleſcens, ex potu & multa venere, multo tempore calefactus decubuit.

Horrore concuſſus eſt, faſtidioſus erat, & anxius, ſine ſomno, & ſine ſiti.

Ex alvo, primo die, multa ſtercora prodierunt, cum multa defluxione, & ſequentibus, aquoſa, bilioſa multa prodierunt.

Urinæ tenues, paucæ, decolores. Spiritus rarus, magnus per tempus, hypochondriorum diſtentio ſubmollis, producta utrinque, cordis palpitatio perpetua uſque ad finem: minxit oleoſum, deliravit modice, modeſtus erat & quietus, cutis arida & diſtenta, dejectiones multæ, tenues, aut bilioſæ & pingues.

14. Omnia exacerbata ſunt.

Mente eſt motus.

Multa deliravit.

20. Inſanivit, ſe ſe jactavit. Nihil minxit, vix potum continebat.

24. Mortuus eſt, phrenitis.

LIBER QUARTUS EPIDEMIORUM.

VIrgini, cum die ſexto judicatio adveniſſet, in morbum recidit, judicata verò ſunt omnia per ſextum. His temporibus ſexto, & octavo judicabantur circa Plejadis occaſum.

Qui in Sutrina decumbebat, Sanguinem per nares fudit valde biliosum, pauca dejiciebat, judicatus eſt ſeptimo cum rigore.

Mulier quædam cum albis menſibus filiam peperit: Alia cum rubris, ut par erat.

Nicippus in febribus ſemen effudit ſomnians, nec quicquam in deterius proceſſit, & hoc ipſi ſæpe contigit, & nullo modo læſus eſt. Illi prædictum eſt iſtud ceſſaturum, cum febres judicatæ eſſent, & ita accidit.

Alcippus hæmorrhoidibus laborans, prohibebatur curari, curatus, inſania correptus eſt, quæ febre acuta ſuperveniente ceſſavit.

In acutis febribus ſiticuloſi, à medicis vexati in potu, aut etiam ſua ſponte abſtinentes, videnrur poſſe bibere multum. Aqua frigida data, ut vomant, prodeſt, bilioſa enim aderunt.

LIBER QUINTUS EPIDEMIORUM.

6. IN Oeniadis, vir quidam morbo tenebatur, cum ſine cibo permaneret, ſtrepitum in ventre vehementem (vel ſecundum Valeſium vehementem ſuctionis ſenſum) & dolorem percipiebat: & cum cibo aſſumpto & contrito, tempus etiam aliquod elapſum eſſet, poſt aſſumptum cibum, paulo poſt idem patiebatur, corpuſque tabeſcebat, & abſumebatur, neque alimentum ei accedebat ex aſſumptis cibis, & reliquiæ ciborum pravæ & exuſtæ per alvum demittebantur. Cum vero recens cibatus eſſet, tum minime ſtrepitum (ſuctionis ſenſum) ſentiebat, neque dolor detinebat. Hic, aſſumptis omnis generis medicamentis & ſurſum & deorſum purgantibus, nihil allevabatur. Secta verò per vices utriuſque manus vena, donec exſanguis redderetur, tum demum juvatus eſt, & à malo liberatus.

25 Lariſſæ famula Dyſeridis adhuc juvencula, cum venere uteretur, vehementi circum circa dolore afficiebatur, alias verò indolens erat, nec unquam concepit. Sexaginta autem annos nata, poſt meridiem dolebat vehementer, velut paritura. Cum autem ante meridiem multum comediſſet porrum, & dolor, omnium præteritorum vehementiſſimus, ipſam corripuiſſet, exurgens aſperum quiddam in uteri ore contrectavit. Deinde cum jam animo linqueretur, alia mulier immittens manum extraxit lapidem aſperum fuſi verticulum æquantem, & ſtatim ſana facta eſt, poſteaque permanſit.

27 Autonomus in Omilo ex capitis vulnere mortuus eſt 16. die, cum æſtate media cominus lapide fuiſſet percuſſus ſecundum futuras in medio ſincipite. Hoc me latuit, eumſectione indigere, deceperunt enim me futuræ, in ſeipſis jaculi læſionem continentes. Poſtea enim manifeſtum fuit.

Primum quidem ad claviculam, poſtea autem ad latus, dolor admodum vehemens exortus eſt, & convulſio utramque manum occupavit. In medio enim capitis & ſincipitis habebat ulcus.

Sectus eſt 15. die, nec multum pus prodiit, meninx enim ſine putredine apparebat.

(A futuris ſe deceptum eſſe Hippocrates memoriæ prodidit, more ſcilicet magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt.) *Cornel. Celſus.*

28 Famula in Omilo 12. annos na-

ta, ex capitis vulnere moritur æstate media, 14. die, convulsio manum sinistram corripiebat, nam in dextra magis parte habebat vulnus.

40 Hermophili filius ægrotavit 11. diebus: Febris tenebat ipsum, & non descendebant cibi, primum quidem deliravit, nocte verò cessavit, sequenti die sine voce jacebat stertens, distortos habens oculos, febricitans. Penna verò immissa vomuit bilem atram, & clystere immisso stercus multum subiit.

45 Sutor qui in Pityo erat, calceum assuens sese supra genu in femur pupugit, & fere ad digiti longitudinem subulam immersit. Huic nullus sanguis effluxit, & vulnus citò coivit, femur autem totum intumescebat, & tumor ad inguina, & lateris inanitatem extendebatur. 3. die mortuus est.

46 Quidam juxta inguen sagitta percussus, quem nos vidimus, maximè præter opinionem servatus est. Neque enim cuspis exempta est (erat enim admodum in profundo) neque hæmorrhagia ulla fiebat mentione digna: Neque Phlegmone aderat, neque claudicavit. Nos autem cuspidem invenientes exemimus, cum sex jam essent anni, ex quo percussus erat. Suspicio erat, inter nervos occultatam fuisse cuspidem, nullamque venam aut arteriam dissectam esse.

50. Virgo illa pulchra Nerei filia annos 20. nata, à muliercula amica ludente, lata manu percussa est secundum sinciput, & tunc quidem vertigine tenebricosa correpta est, & respiratione privata, & cum in domum veniisset, statim eam febris vehemens corripuit, cum capitis dolore & faciei rubore. 7. die è dextra aure pus prodiit fœtidum, subrubrum, cyatho amplius, & melius se habere videbatur, & sublevata est. Rursus intendebatur febris, & in somnum deferebatur, nec loqui poterat, & faciei pars dextra trahebatur, difficulter spirabat, & cum tremore convellebatur, & lingua cohibebatur, & oculus stupidus erat, 9. mortua est.

53 Cuidam, quæ 20. ætatis annum agebat, & pharmacum corruptorum biberat, dolor contigit, & vomitus bilioforum multorum, pallidorum & porraceorum: cum bibisset, convulsio corripiebat, linguam mandebat. Cum circa 4. adveniissem, ipsi lingua erat magna & nigra, oculorum vero album rubescebat, insomnis erat. Quarto die mortua est sub noctem.

74 Magnæ navis Gubernatori anchora digitum indicem & manus dextræ os infernum, confregit; inflammatio succesiit, sideratio & febris. Moderatè per alvum purgatus est, ex quo calores & dolores mites fuerunt. E digito quiddam decidit. Post septimum diem moderata sanies exibat. Postea dixit, se omnia non posse lingua enunciare. Prædictum est fore epistothonum, ad id conferebant maxillæ impactæ, deinde ad cervicem retractæ. Tertio verò in posteriora totus convellebatur cum sudore. Sexto die à prædictione mortuus est.

(Libro septimo ubi reperitur eadem historia, quinto die purgatus dicitur.)

85 Adolescens quidam post multum meri potum, in tentorio quodam supinus dormiebat. Hujus in os serpens arges irrepsit, & cum sensisset, nec posset loqui, stridit dentibus, & serpentem devoravit, & vehementi dolore afficiebatur, & manus efferebat, ut qui strangularetur, jactavit seipsum, & convulsus, mortuus est.

89 Uxor Epicharmi antequam pareret dysenteria laborabat, vehemens dolor aderat dejectiones subcruentæ, mucosæ, ubi peperisset, confestim sanata est.

96 Philes filium ex denudatione ossis in fronte, 9. die febris corripuit, os livorem contraxit, mortuus est.

LIBER SEXTUS.

EPIDEMIORUM.

Sectio Prima.

QUibuſcunque ex corruptione circa uterum, & tumoribus, in capitis gravitatem convertitur affectus, circa ſinciput dolores præcipue accidunt.

6 Menſtruæ purgationes mulieribus aquoſis diu perſeverant, niſi autem celeriter prodeant, intumeſcunt.

9 Ante rigorem, urinarum ſuppreſſiones accidunt, ſi ex utilibus ſignis proceſſerint, & alvus permeet, ſomnique affuerint.

Sectio Secunda.

1 DIlatare, conſtringere, alia quidem oportet, alia autem non.

Lib. 2. Sect. 3. Aph. 13. ſect. 2. 13 Quæ 4. die accidunt ſanguinis è naribus eruptiones, difficilem faciunt judicationem.

15 Quæcunque febres naturam tertianæ induunt, noctem quæ acceſſionem præcedit, difficilem habent, quæ verò ſubſequitur, ut plurimum leviorem.

17 Nihil ſine conſilio ſuſcipiendum, nec quidquam negligendum.

18 Contraria paulatim adhibere oportet, & interquieſcere.

Valeſius. Periculoſius cenſeo incidere in medicum, qui neſciat quieſcere, quam qui neſciat contraria adhibere. Nam qui neſcit quieſcere, neſcit occaſiones contraria adhibendi, quare neſcit contraria adhibere. Qui neſcit contraria adhibere, tamen, ſi prudens eſt, ſcit quieſcere, atque ſi prodeſſe non poteſt, tamen non obeſt. Præſtantiſſimus tamen eſt medicus eruditus pariter ac prudens, qui novit feſtinare lente, pro ipſius morbi urgentia, auxiliis inſtare, atque in occaſione uti maximè opportunis, alioqui quieſcere.)

19 Capitis poſteriore parte dolente, ſecta in fronte vena recta juvat. Aph. 61 ſect. 5.

22 Lata exanthemata non ſunt admodum pruriginoſa, qualia Simon habebat per hiemem, qui cum ad ignem inungeretur, aut calida lavaretur, juvabatur. Vomitus non conferebant. Si quis calida fomenta adhibuiſſet, adjuvari potuiſſe exiſtimo.

26 In magnis, malis, facies ſi ſit bona, ſigna bonum. In parvis, bonæ ſignificationi contraria denuncians, malum ſignificat.

33. Ut omnia circa ægrotantem ſedulò adminiſtrentur, quædam de morbo ſunt interroganda, videndum qualia ſint, quæ narrant, ut accipiendi ſermones, quænam pertinent ad ægrotantem, quæ ad aſſidentes, & ad externa.

Sectio Tertia.

1 CUtis raritas affert alvi denſitatem, cutis compactio carnium incrementum, & cerebri conſumptio calvitium.

2. Corporis evacuatio, ſeu detractio fit curſibus, luctis (quiete) multa deambulatione, ovilla carne, maza cocta ut plurimum; Et panis exiguus convenit.

3 Cum autem jam conciderint, offerre ſuillam aſſam convenit. Cum verò reficiantur, id indicat, quod corpus floridum rurſus efficitur.

4 Exercitationum modum ſignificat ſudor fluens guttatim, qui exit velut ex canalibus, aut concidentia ex elevatione.

18. Cum venere uti, aut hircire incipiunt, ſanguinem fundunt.

20. Mutationes cavendæ ſunt.

24. Sitim cohibet os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum inducere.

28 Quibus in morbis, quæ facta ſunt liberant, eoſdem, ſi ante fiant, prohibent.

31 Incruenta ſpuentibus, ſanguinis detractionem prohibet anni tempus, lateris dolor, bilis.

Se-

Sectio Quarta.

7 ÆGrotis gratificandum eſt in iſtis rebus, ut nimirum potus & cibi mundè præparentur, & quæcunque videt, & tangit, mollia ſint; In aliis etiam quæ non valdè lædant, aut facile emendari queant, ut frigida, quum ea opus eſt. In his etiam ægroto gratificandum, qualia ſunt introitus, ſermones, habitus corporis, veſtitus, tonſura, ungues & odores.

18 Aqua edax, vigilia edax.

20 Sanitatis tutela eſt, cibis non ſatiari, & impigrum eſſe ad labores.

24 Terra ſiccitatibus ſqualida, volatilium genus bene ſe habet.

28 Cibos Labores præcedere debent.

Sectio Quinta.

1 NAturæ morborum ſunt medicatrices.

6 Morbi connutriti in ſenectute deſinunt, concoctione, ſolutione & rarefactione.

9 Labor articulis & carnibus confert, viſceribus verò cibus & ſomnus; animæ deambulatio, cogitatio hominibus.

13 Lingua humorum ſerum quale ſit indicat, pallidæ quidem Linguæ, ex bilis redundantia fiunt. (Bilioſum autem à pingui) rubicundæ vero à ſanguine, nigræ ab atra bile, aridæ autem ab exuſtione fuliginoſa, & utero, albæ vero à pituita.

15 Lingua concolor eſt humori prædominanti, ideoque per hanc dignoſcimus humores.

16 Si carnes videntur eſſe ſalſæ guſtanti, redundantiæ ſignum eſt.

18 Hominibus aurium ſordes, dulces quidem lethales, amaræ verò minimè.

19 Terram mutare confert in longis morbis.

21 In diuturnis circa articulos defluxionibus, (quæ Κατάρρυτα græcis dicuntur) venas in auribus poſteriores pertundere oportet.

22 Venus in morbis à pituita utilis.

25 Increſcentes morbos coitus exaſperat.

32 Ulcera exoriuntur, ſi quis impurus exercitatione utatur.

33 Si mulier aut capra elaterium aut cucumerem ſylveſtrem comederint, etiam pueri purgantur.

Sectio Sexta.

1 Ἐκτὸς καὶ ἐντὸς ὅλον τὸ σῶμα. Totum corpus tam foras, quam intrò ſpirabile eſt.

9 Quartana laborantes nullo magno morbo corripiuntur, ſi prius autem corripiantur, & quartana ſuperveniat, liberantur.

10 Pro quibus, quinam morbi ſuccedant, videndum.

21 Sputa rotunda delirium ſignificant.

22 Urina multam ſubſidentiam habens, ſolvit deliria: qualis fuit Dexippi, poſt defluvium capillorum.

23 Quartana non producitur ultra annum.

(Fœſius, non ante annum deſinit.)

Sectio Septima.

2 ANginæ hac tempeſtate (quam fuſe deſcribit) liberis duabus obortæ ſunt, eæque mitiſſimæ, ſervis verò exuberabant, & quibus vehementiſſimæ contigebant, eæ celerrimè peribant.

3 Sanguinem è venis profluentem ſiſtunt animi deliquium, figura aliorſum tendens, linamentum contortum, appoſitio, deligatio.

Hydropicos celeriter ſecare oportet; tabeſcentes urere ſtatim, ſecare caput, & hujuſmodi.

Sectio Octava.

4 REnum vitia ſupra quinquageſimum annum ſanata non vidi.

19 Continentia, contenta & impetum facientia corpora ſunt conſideranda.

20 Sermonis & ſilentii habenda eſt ratio. Dicere oportet quæ velit æger; quibus ſermonibus utatur videndum, ſive magni ſint, ſive multi, ſive veri, ſive conficti.

46. Contraria victus ratio in morbis inſtituenda eſt.

48 Victus ratio quantum fieri poteſt cognoſcenda, nam illius ignoratio multas affert calamitates.

49 Optimis Medicis ſimilitudines imponunt, & difficultates pariunt, ſed contraria efficit cauſa. Et ſane difficile eſt curandi vias ratiocinatione aſſequi.

52 Satyrus in Thaſo cognomento Grypalopex, cum eſſet annorum circiter 25. Semen per ſomnum effudit ſæpe, & interdiu quoque ſæpe ipſi prodibat. Cum autem ad annum 30. perveniſſet, tabe correptus mortuus eſt.

54 Melancholici plerumque conſueverunt fieri epileptici, & epileptici melancholici: horum autem quidvis præcipue fit, prout, in alterutram partem morbus inclinaverit, etenim ſi in corpus, epileptici fiunt, ſi autem in mentem, melancholici.

55 Abderis, Phaethula Pythei conjunx, per juventam antea fæcunda fuerat, cum autem vir ipſius in exilium pulſus fuiſſet, muliebria multo tempore defecerunt, poſtea verò in articulos dolores, & rubores acciderunt; quæ cum ei contigiſſent, tunc corpus virile factum eſt, & omnino hirſutum, & barba producta eſt, & vox aſpera reddita; & cum omnia feciſſemus ut muliebria elicerentur, non profluxerunt, ſed mortua eſt, cum non diu poſtea vixiſſet.

56 Evenit autem, & Namyſiæ Gorgippi uxori in Thaſo idem. Vi. debatur omnibus medicis, quibus & ego forte adfui, unica ſpes eſſe, ut in muliebrem naturam reduceretur, ſi menſes ſecundum naturam prodirent, ſed neque huic potuerunt prodire, quamvis omnia tentata. Non multo poſt mortua eſt.

LIBER SEPTIMUS EPIDEMIORUM.

CAuponi, qui peripneumonia laborabat, alvus ſtatim ſubiit, circa quartum diem, ſudor multus accidit. Febricula ſoluta eſſe videbatur. Tuſſicula, nulla erat, ut ita, dicam. 5. 6. & 7. detinebat febris, ſudor 8. 9. excreabat pallidum. 10. affatim, non ſæpe dejiciebat. Circa undecimum mitius ſe habuit. 14. Sanus evaſit.

Prodromi filius æſtate ſublæſus, febre ardente laborabat, lingua ipſi ſubarida, obſcura, dejectio multa, ſervatus.

Iſagoræ filius poſteriore capitis parte vulneratus eſt, contuſo oſſe ac denigrato, die quinto liberatus: Os autem non abſceſſit.

Hippiæ Soror hieme phrenitide correpta eſt, mente aberrabat, manibus laborabat, ſeipſam lancinabat. 5. & 6. die, ſub noctem voce deſtituta eſt. Comatoſa buccas & labia veluti dormientes, inflabat. 7. die mortua eſt.

Capitis dolores ex utero, caſtoreum ſedat.

Plerique hyſterici affectus à flatibus ortum ducunt: indicant ructus & ſtrepitus circa ventrem, & tumores lumborum, & dolores circa renes & coxas.

Quibus prægnantibus ex caſu, aut convulſione, aut plaga, dolores accidunt moderati, intra triduum manifeſtè conſtat, an fœtum corrumpent.

Fullo qui in Syro Phrenitide laborans cum uſtione tremulus fuit. Crurum color erat culicum puncturis ſimilis,

milis, oculus magnus, exiguus motus, vox fracta, clara tamen. Urina pura ſubſidentiam non habens. Nunquid propter dejectionem à Tapſia morbus 18. remiſit, ſine ſudore evaneſcens.

LIBER APHORISMORUM.

Περὶ Ἀφορισμῶν.

Sectio Prima.

1 VIta brevis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, judicium difficile. Oportet autem non modo ſeipſum exhibere, quæ oportet facientem, ſed & ægrum, & præſentes, & externa.

Aph. 2. Sect. 4. 2 In perturbationibus alvi, & vomitibus ſponte evenientibus, ſi quidem, qualia oportet purgari, purgentur, confert & facilè ferunt: Sin minus, contra. Sic & vaſorum evacuatio, ſi quidem, qualem fieri decet, fiat, confert, & facilè ferunt: Sin minus, contra. Reſpicere igitur oportet & regionem, & tempeſtatem & ætatem, & morbos, in quibus convenit, aut non.

3 Athletarum boni habitus, ad ſummum progreſſi, periculoſi, ſi in extremo conſtiterint: Neque enim poſſunt in eodem ſtatu permanere, neque quieſcere. Cum vero non quieſcant, neque ultra poſſunt in melius proficere, reliquum eſt, ut in deterius labantur. Horum igitur cauſa bonum habitum ſolvere conducit haud cunctanter, quo rurſus renutritionis initium corpus ſumat. Neque vaſorum conſidentiæ ad extremum perducendæ: Periculoſum enim. Sed qualis natura fuerit ejus quid perpeſſurus eſt, eo uſque progrediendum. Sic & evacuationis, quæ ad extremum tendunt, periculoſæ: & rurſus refectiones, cum extremæ fuerint periculoſæ.

4 Victus tenuis & exquiſitus, cum in morbis longis ſemper, tum in acutis, ubi non convenit, periculoſus. Ac rurſus qui ad extremum tenuitatis devenit victus, gravis. Nam & repletiones ad extremum perductæ, graves ſunt.

5 In tenui victu delinquunt ægri: ob id magis læduntur. Quicunque enim error committitur, major in tenui fit, quam in paulo pleniore victu. Propterea etiam ſanis periculoſus eſt valde tenuis victus; Quoniam errores gravius ferunt. Hæc igitur de cauſa tenuis & exquiſitus victus, eo qui ſit paulo plenior, maxima ex parte periculoſior.

6 Ad extremos morbos extrema exquiſite remedia optima.

7 Ubi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extreme tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt. Ubi verò non, ſed plenius licet cibare, tantum à tenui recedendum, quantum morbus remiſſior extremis fuerit.

8 Cum morbus in vigore fuerit, tum vel tenuiſſimo victo uti neceſſe eſt.

9 Conjicere oportet, num ſufficiat ægro is victus uſque ad morbi vigorem, & utrum prius ille deficiet, neque cum eo victu perduare poterit, vel morbos ante deficiet & remittet.

11 In paroxyſmis cibum ſubtrahere oportet; exhibere enim noxium. Et quicunque morbi per periodos exacerbantur, in eorum paroxyſmis ſubtrahere oportet.

13 Senes facillime jejunium ferunt, deinde qui conſtanti ſunt ætate, minime adoleſcentes, omnium minime pueri, præſertim illi, qui inter ipſos ſunt vividiores.

14 Quæ creſcunt, plurimum habent calidi innati: Plurimo igitur egent alimento: ſin minus, corpus con-

consumitur. Senibus verò parum calidi ineſt, paucis propterea fomitibus indigent, quia à multis id extinguitur. Hanc ob cauſam ſenibus febres non perinde acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.

15 Ventres hieme, & vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi. Per ea igitur tempora copioſiora alimenta ſunt exhibenda, ſiquidem calidi innati plus habent, unde & copioſiore indigent alimento; indicium ſunt ætates & Athletæ.

16 Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & aliis qui tali victu uti conſueverunt.

17 Et quibus ſemel aut bis, plura aut pauciora, & per partes offerre oporteat, conſiderandum. Concedendum autem aliquid tempeſtati anni, regioni, ætati & conſuetudini.

18 Æſtate & autumno cibos difficillimè ferunt, hieme facillimè, deinde vere.

20 Quæ judicantur & judicata ſunt perfectè, ne moveto, neque innovato, ſive purgantibus medicamentis, ſive aliis irritamentis, ſed finito.

21 Quæ ducere oportet, quo maximè vergant, eò ducenda, per loca convenientia.

22 Concocta medicamento purgante educenda, & movenda, non cruda, neque per initia, niſi turgeant, ut plurimum verò non turgent.

23 Excreta non copia ſunt æſtimanda, ſed ſi qualia oportet exeant, & facile ferat æger. Atque ubi ad animi defectionem educere expedit, faciendum id quoque, ſi æger par eſſe poſſit.

24 In acutis morbis rarò, & in principiis, medicamentis purgantibus utendum, idque diligenti ante adhibita circumſpectione faciendum.

Sectio Secunda.

1 QUo in morbo ſomnus noxam adfert, lethale. Si verò ſomnus proſit, minimè lethale.

2 Ubi delirium ſomnus ſedaverit, bonum.

3 Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum.

5 Spontaneæ laſſitudines morbos denunciant.

6 Qui aliqua corporis parte dolentes, fere dolorem non ſentiunt, iis mens ægrotat.

7 Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ verò brevi, celeriter.

8 Si a morbo cibum capiens quiſpiam, vires non recipiat, copioſiore alimento corpus uti ſignificat. Si verò cibum non capienti, idem eveniat, vacuatione indigere ſciendum eſt.

9 Corpora ubi quis purgare volet, facile fluentia reddere oportet.

10 Impura corpora, quo plus nutriveris, eo magis lædes.

11 Facilius eſt potu refici, quam cibo.

12 Quæ in morbis poſt criſin relinquuntur, recidivas facere ſolent.

13 Quibus criſis fit, his nox acceſſionem præcedens, gravis ſubſequens verò, levior plerumque.

14 In profluviis alvi, mutationes excrementorum juvant, niſi in prava mutentur.

16 Ubi fames, laborandum non eſt.

19 Morborum acutorum non omnino certæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſalutis.

20 Quibus per juventutem, alvi ſunt humidæ, iis ſeneſcentibus exſiccantur: quibus verò in juventute, alvi ſunt ſiccæ, iis ſeneſcentibus humectantur.

21 Famem, vini potus ſolvit.

22 Morbos, qui à repletione fiunt, curat evacuatio; eos verò qui ex evacuatione, repletio: & in cæteris contrarietas remedio eſt.

23 Morbi acuti judicantur intra dies 14.

24 Index ſeptimi quartus. Sequentis ſeptimanæ Octavus initium Spectandus quoque eſt undecimus, ſiquidem is ſecundæ ſeptimanæ quartus

tus eſt. Rurſumque 17. ſpectandus: Is enim a quarto decimo quartus eſt, & ab undecimo ſeptimus.

25 Æſtivæ quartanæ plerumque breves ſunt: Autumnales verò longæ, & maxime quæ ad hiemem pertingunt.

26 Febrem convulſioni ſupervenire ſatius eſt, quam convulſionem febri.

27 Iis quæ non cum ratione ſublevant, non oportet fidere. Neque multum formidare mala quæ præter rationem eveniunt. Plurima enim horum incerta ſunt, nec admodum perſeverare, aut longo tempore durare conſueverunt.

29 Incipientibus morbis, ſi quid movendum videtur move: Vigentibus autem, quieſcere melius eſt.

31 A morbo belle comedenti, nihil proficere corpus, malum eſt.

33 In quovis morbo valere ratione, rectèque ſe ad ea quæ offeruntur habere, bonum. Contrarium verò malum.

34 In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, & ætati, & habitui, & anni tempeſtati morbus magis cognatus fuerit, quam quibus in nullo horum cognatus fuerit.

35 Omnibus in morbis, partes quæ ad umbilicum & imum ventrem ſunt, craſſitudinem habere, melius eſt: Valde verò tenues & tabefactas eſſe, pravum. Periculoſum verò illud eſt, etiam ad infernas purgationes.

36 Sana habentes corpora, pharmacis purgati citò exolvuntur, ut & qui pravo utuntur cibo.

38 Paulo deterior, & potus, & cibus, ſuavior tamen, melioribus quidem, ſed inſuavioribus, præferendus.

39 Magnam partem Senes Juvenibus minus ægrotant: Quicunque verò morbi iis accidunt diuturni, plerumque commoriuntur.

40 Raucedines & gravedines, in valde Senibus non coquuntur.

41 Qui ſæpe & vehementer, ſine cauſa manifeſta, animo linquuntur, ii derepente moriuntur.

42 Solvere Apoplexiam, vehementem impoſſibile quidem, levem verò non facilè.

43 Ex iis, qui ſtrangulantur, & diſſolvuntur, nec dum tamen mortui ſunt, non ſe recolligunt, quibus ſpuma circa os fuerit.

44 Qui natura ſunt valde craſſi, magis ſubito moriuntur, quam graciles.

45 A Comitiali morbo, juvenes mutatione potiſſimum ætatis, & regionum, & victuum, liberationem accipiunt.

47 Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quam confecto.

49 Conſueti ſolitos labores ferre, etſi fuerint invalidi aut Senes, non conſuetis, quamvis robuſtis & Juvenibus, facilius ferunt.

50 Conſueta longo tempore, etiamſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſta eſſe ſolent; quare ad inſolita quoque facienda mutatio.

51 Plurimum & repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quovis modo corpus movere, periculoſum: Omne ſiquidem nimium, naturæ inimicum. Paulatim vero quod fit, tutum, & præſertim ſi quis ab uno ad aliud tranſierit.

52 Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedant ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud, manente eo, quod ab initio viſum fuit.

53 Quicunque alvos humidas habent, dum Juvenes ſunt, melius degunt his qui ſiccas habent. At in ſenectute deterius degunt; nam ſenescentibus ut plurimum ſiccantur.

Sectio Tertia.

SEx primos Aphoriſmos hujus ſectionis, vide ſupra lib. de humoribus.)

7 Per ſiccitates febres acutæ fiunt; Et ſiquidem annus magna ex parte

talis

talis extiterit, qualem fecit conſtitutionem, ut plurimum etiam tales morbos expectare oportet.

8 Conſtantibus temporibus, ſi tempeſtiva tempeſtive fiant, morbi ſtabiles, & boni judicii accidunt. Inconſtantibus autem, inſtabiles, & mali judicii.

9 Autumno in univerſum morbi acutiſſimi, & pernicioſiſſimi: Ver autem ſaluberrimum & minimè exitiale.

10 Autumnus tabidis malus.

Lib. de ere, locis, & aquis.

11 Inter anni partes, ſi hiems ſicca & aquilonia, ver pluvioſum, & auſtrale fuerit, æſtate neceſſe eſt febres acutas fieri, & ophthalmias, & dyſenterias, mulieribus præſertim, & viris natura humidioribus.

Lib. de aere, locis, & aquis.

12 At ſi auſtralis hiems, & pluvioſa, & clemens fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus in ver incidit, quavis occaſione abortiunt: Quæ verò peperint, infirmos & morboſos infantes edunt, ita ut vel ſtatim intereant, vel tenues, & valetudinarii vivant. Cæteris verò mortalibus dyſenteriæ, & ophthalmiæ ſiccæ fiunt, & Senibus catarrhi perniciem brevi allaturi.

Lib. de aere, locis, & aquis.

13 Si verò æſtas ſicca & aquilonia fuerit, autumnus autem pluvioſus, & auſtralis, capitis dolores ad hiemem fiunt, & tuſſes, & raucedines, & gravedines, nonnullis etiam tabes.

14 Si verò aquilonius ſit & ſiccus autumnus, hominibus natura humidis, & mulieribus commodus: Reliquis verò, ophthalmiæ ſiccæ accident, & febres acutæ, & gravedines diuturnæ, nonnullis verò etiam melancholiæ.

15 Ex conſtitutionibus anni, in univerſum ſiccitates aſſiduis imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

16 Aſſiduis imbribus morbi fere fiunt, febres longæ, fluxiones alvi, putredines, epilepſiæ, apoplexiæ, anginæ. Siccitatibus autem, morbi tabifici, ophthalmiæ, articulorum dolores, urinæ & inteſtinorum difficultates.

17 Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem, cogunt corpora, & firma, agilia, beneque colorata, ac auditu valentiora reddunt, alvum ſiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis prius habuerit, exaſperant: At auſtrinæ, corpora exolvunt, & humectant, auditum hæbetant, caput gravant, vertiginem oculis, tarditatem corporibus adferunt, alvum humectant.

18 Per tempora verò anni, vere quidem, & prima æſtate, pueri, & his ætate proximi, optime degunt, valentque maxime. Æſtate verò & autumno ad aliquam quidem partem, Senes. Reliquo autumno & hieme, qui mediam ætatem agunt.

20 Vere fiunt furores, melancholiæ, epilepſiæ, fluxiones ſanguinis, anginæ, gravedines, raucedines, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines, & puſtulæ ulceroſæ plurimæ, tubercula, articulorum dolores.

21 Æſtate verò, nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, quartanæ item, & vomitiones, alvi profluvia, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines, & ſudationes.

22 Autumno, æſtivi etiam multi morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, urinæ ſtillicidia, lienteriæ, dyſenteriæ, coxæ dolores, anginæ, aſthmata, volvuli, epilepſiæ, inſaniæ, melancholiæ.

23 Hieme verò, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, pectoris, laterum, lumborum, & capitis dolores, vertigines, apoplexiæ.

24 In ætatibus autem talia eveniunt, parvis quidem & recens natis pueris, aphthæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

25 Ad dentitionem verò accedenti-

tibus, gingivarum pruritus, febres, convulsiones, alvi profluvia, & maximè ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros sunt crassissimi, & qui alvos duras habent.

16 Ipsis vero grandiusculis, consillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrsum luxationes, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ pensiles, satyriasmi, strumæ, & alia tubercula, præcipuè ante dicta.

27 Grandioribus adhuc, & ad pubertatem accedentibus, plurima ex his, & febres diuturnæ potius, & ex naribus sanguinis fluxiones.

29 Juvenibus autem, sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, epilepsiæ, & alii morbi, sed præcipue supra nominati.

30 Ultra hanc ætatem provectis, asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, alvi profluvia diuturna, choleræ, dysenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.

31 Senibus, spirandi difficultates, catarrhi tussiculosi, stranguriæ, dysuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, mali corporis habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, oculorum, & narium humiditates, visus hebitudines, glaucomata, auditus graves.

Sectio Quarta.

Aph. 29. sect. 5. 1 PRægnantes purgabis, si materia turgeat, quadrimestres, & usque ad septimum mensem, sed has parcius. Juniores autem & Seniores caute vitare oportet.

4 Æstate superiores potius ventres, hieme verò inferiores purgandi.

5 Sub cane, & ante canem, difficiles sunt purgationes.

6 Graciles, & ad vomendum faciles, sursum purgandi, caventes hiemem.

7 Difficulter autem vomentes, & mediocriter carnosi, deorsum, caventes æstatem.

8 Tabidi verò, vitantes purgationes per superiora.

10 Purgandum in valde acutis, si turgeat materia, eodem die, differre enim in talibus, malum.

11 Quibus tormina adsunt, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter solvatur, in siccum hydropem firmatur.

13 Ad helleboros, qui non facile sursum purgantur, iis ante potionem corpora præhumectanda, copiosiore alimento, & quiete.

14 Poto Helleboro, corpus movendum potius, quam somno tradendum, aut quieti. Nam vel navigatio indicat, motione turbari corpora.

15 Quum helleborum magis ducere voles, move corpus: Quum verò sistere, somnum concilia, nec move.

16 Helleborus periculosus sanas carnes habentibus. Convulsionem enim inducit. *Aph. 36. sect. 2.*

17 Non febricitanti, cibi fastidium, oris ventriculi morsus, vertigo tenebricosa, & oris amaritudo, purgatione per superna opus esse, significat.

18 Supra septum transversum dolores, qui purgatione egent, sursum purgare opus esse, indicant. Qui verò infra, deorsum.

19 Qui potione medicamentum purgantur non sitiunt, purgandi finis non fit, donec sitiverint.

20 Febris expertibus si tormina adsint, & genuum gravitas, & dolor lumborum, inferna purgatione opus esse, significant.

21 Excrementa alvi nigra sanguini atro similia, sponte euntia, sive cum febre, sive citra febrem, pessima. Et quanto ipsorum colores pravi fuerint plures, eo deterius. A medicamento autem talia exigi, melius est, idque quanto ipsorum plures fuerint colores, non malum. *Coac. 608.*

22 Morbis quibusvis incipientibus, si atra bilis supra infrave exierit, lethale.

23 Qui-

23 Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vulnera, aut alio modo extenuatis, atra bilis, aut velut sanguis niger, prodierit, postridie moriuntur.

24 Dysenteria, si ab atra bile incipiat, lethalis est.

25 Sanguinem superne quidem efferri, qualiscunque sit, malum. Inferne verò niger si dejiciatur, bonum.

28 Quibus dejectiones sunt biliosæ, surditate superveniente, cessant: Et quibus surditas adest, biliosis dejectis, finitur.

Coac. 15. 29 Febricitantibus, si sexto die rigores fiant, difficulter judicantur.

37 Frigidi sudores, cum febre quidem acuta, mortem; Cum mitiore verò, morbi longitudinem significant.

38 Qua corporis parte, sudor est, ibi morbum esse significat.

41 Sudor multus per somnum citra causam manifestam factus, copiosiore cibo corpus uti significat: Quod si cibum non assumenti hoc accidat, vacuatione indigere significat.

Aph. 62. Sect. 7. Aph. 63. Sect. 7. Aph. 64. Sect. 7. 43 Febres, quæ tertio quoque die vehementius affligentes non intermittunt, periculosiores: Quoquo modo autem intermiserint, periculum abesse significant.

44 Quos febres longæ exercent, Iis tubercula ad articulos, vel dolores fiunt.

45 Quibus tubercula ad articulos, vel dolores, post febres diuturnas, fiunt, ii cibariis plurimis utuntur.

46 Si rigor, febre non intermittente, ægrum jam debilem frequenter invadat, mortiferum est.

Aph. 1. & 72. Sect. 7. 48 In febribus non intermittentibus, si partes externæ algeant, internæ utantur, & sitiunt, lethale est.

57 Spasmo aut Tetano vexato, febris si accesserit, morbum solvit.

59 Tertiana exquisita septennis ad summum circuitibus, judicatur.

60 Quibus per febres aures obsurduerint, iis sanguis è naribus profluens, aut perturbata alvus, solvit morbum.

61 Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet revertí.

62 Quibus per febres icterus supervenerit, ante diem Septimum, malum.

63 Quibus in febribus quotidie rigores repetunt, quotidie febres solvuntur.

64 Quibus per febres icterus die 7. aut 9. aut 11. aut decimo quarto, supervenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum sit, alioqui minimè bonum.

70 Quibus per febres urinæ turbatæ quales jumentorum, iis dolor capitis vel adest, vel aderit.

71 Quibus die septimo futura crisis est, iis urina rubram die quarto nubeculam habet.

72 Quibus pellucidæ & albæ sunt urinæ; malæ: Maximè verò tales in phreniticis apparent.

74 Quibus spes est ad articulos abscessum futurum, abscessu liberat urina multa, crassa, & alba reddita: Qualis in febribus cum lassitudinis sensu, quarto die exire incipit. Quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, brevi admodum solutio fit.

75 Si quis sanguinem, aut pus mejat, renum aut vesicæ exulcerationem significat.

76 Quibus cum urina crassa, exiguæ carunculæ, aut velut pili una exeunt, his à renibus excernuntur.

77 Quibus cum urina crassa, furfurea quædam simul minguntur, his vesica scabie laborat.

78 Qui sponte sanguinem mejunt, iis à renibus venulam ruptam esse significat.

79 Quibus in urina subsident fabulosa, iis vesica calculo laborat.

80 Si quis sanguinem, aut grumos mejat, aut urinam guttatim emittat, & dolor ad imum Ventrem, ac interfeminium incidat, ea quæ circa vesicam sunt laborant.

81 Si quis sanguiuem, aut pus, aut squammulas mejat, & gravis odor adsit, vesicæ exulceratio significatur.

83 Mictus noctu plurimus parvam dejectionem significat.

Sectio Quinta.

Aph. 25. sect 7.

1 Convulsio ab helleboro, lethalis.

2 Convulsio vulneri superveniens, lethalis.

3 A copioso sanguinis fluxu, singultus, aut convulsio, malum.

4 A purgatione immodica, convulsio, aut singultus superveniens, malum.

5 Si ebrius quispiam derepente obmutescat, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, qua crapulæ solvuntur, vocem recuperet.

6 Qui Tetano corripiuntur, intra 4. dies intereunt: Si verò hos superaverint, incolumes evadunt.

7 Epilepsia, quibus ante pubertatem contingit, mutationem recipit: Quibus post 25. annum, eos ferè comitatur ad mortem usque.

8 Qui pleuritide laborant, nisi intra 14. dies supernè repurgentur, iis in empyema fit mali translatio.

9 Tabes iis maximè ætatibus fit, quæ à decimo octavo sunt anno, ad tricesimum quintum.

10 Quibus ex angina liberatis, ad pulmonem mali fit conversio, ii intra dies septem moriuntur. Si verò hos effugerint, purulenti evadunt.

11 Qui tabe vexantur, si sputum quod extussiunt, carbonibus injectum olet graviter, & capilli à capite defluunt, lethale.

13 Qui spumantem sanguinem extussiunt, iis ex pulmone educitur.

14 Si tabe detento profluvium alvi superveniat, lethale.

15 Qui ex pleuritide empyi fiunt, si à ruptione intra dies 40. sursum purgentur, liberantur: Alioqui transeunt in tabem.

18 Frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, dorsali medullæ, calidum verò amicum.

24 Frigida pectori inimica, tusses movent, sanguinis fluxiones, & destillationes efficiunt.

25 Articulorum tumores & dolores absque ulcere, atque etiam podagricos, & convulsiones, magna ex parte, frigida largè effusa levat, & extenuat, solvitque dolorem. Torpor enim modicus doloris solvendi vim habet.

28 Suffitus aromatum muliebria educit.

30 Mulierem gravidam morbo quopiam acuto corripi, lethale.

31 Mulier in utero gerens secta vena abortit: Et magis, si major fuerit fœtus.

32 Mulieri sanguinem evomenti, menstruis erumpentibus, solutio fit.

33 Mulieri, menstruis deficientibus, sanguis è naribus profluens, bonum.

34 Mulieri uterum gerenti, si alvus multum fluat, periculum est ne abortiat.

35 Mulieri hystericæ, aut difficulter parienti, sternutamentum superveniens, bonum.

36 Mulieri menses decolores, nec eodem semper modo & tempore prodeuntes, purgationem indicant esse necessariam.

37 Mulieri in utero gerenti, si mammæ subito extenuentur, abortit.

39 Si mulier quæ nec prægnans, nec puerpera est, lac habet, ei menstrua defecerunt.

44 Quæ præter rationem tenues uterum gerunt, abortiunt donec habitiores evaserint.

45 Quæ mediocriter corpulentæ, abortum faciunt secundo mense, aut tertio, sine occasione manifesta; iis acetabula uteri mucoris sunt plena, nec præ pondere fœtum continere possunt, sed abrumpuntur.

46 Quæ præter naturam crassæ non concipiunt, iis uteri os ab omento comprimitur, & priusquam extenuentur, non concipiunt.

49 Ad secundas deturbandas, sternutatorio immisso, nares & os comprimito.

57 Menstruis abundantibus morbi eveniunt, & subsistentibus accidunt ab utero morbi.

60 Si prægnanti purgationes menstruæ cursum suum teneant, bene valere fœtum est impossibile.

61 Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre superveniente, cibique fastidia ei accidant, prægnantem esse putato.

62 Quæ frigidos & densos uteros habent, non concipiunt: Et quæ præhumidos uteros habent, non concipiunt: Extinguitur enim in ipsis genitura. Et quæ plus æquo siccos, & adurentes: Nam alimenti defectu semen corrumpitur. Quæ verò ex utrisque moderatam nactæ sunt temperiem, eæ fœcundæ evadunt.

64 Lac præbere capite dolentibus, malum. Malum verò & febricitantibus, & quibus hypochondria elata, aut murmurantia, & siticulosis. Malum item quibus biliosæ dejectiones, febres acutæ, copiosa sanguinis evacuatio facta est. Convenit verò tabidis non admodum febricitantibus & in febribus longis, & languidis, dum nullum ex supradictis signis adsit, & præter rationem extenuatis.

68 Parte capitis posteriore dolenti, in frontem excurrens vena incisa, prodest.

69 Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis magis, & per dorsum perveniunt in caput: Viris verò parte corporis posteriore magis quam anteriore, veluti ex femoribus, & cubitis. Argumento est cutis raritas quam pilus ostendit.

70 Qui quartana corripiuntur, non admodum convulsionibus tentantur: Si verò prius tentati fuerint, superveniente quartana, liberantur.

Sectio Sexta.

1 IN diuturnis lævitatibus intestinorum, si ructus acidus superveniat, qui prius non extiterit, bonum est signum.

2 Quibus nares humidiores natura, & genitura humidior, ii minus prospera valetudine fruuntur: Quibus verò hisce contraria adsunt, Salubrius degunt.

3 In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium, malum. Et cum febre pejus.

4 Circumglabra ulcera, maligna.

6 Renum, & vesicæ vitia in senibus difficulter curantur.

8 Hydropicis ulcera in corpore orta, non facilè sanantur.

10 Caput dolenti, & vehementer laboranti, pus, aut aqua, aut sanguis per nares, os, aut aures, effluens, morbum solvit.

11 Melancholicis, & nephriticis, hæmorrhoides supervenientes, bonum.

12 A diuturnis hæmorrhoidibus curato, nisi una quæpiam servetur, periculum hydropis vel tabis impendet.

13 Singultu detento, si sternutamenta supervenerint, singultum tollunt.

14 Hydrope detento, si aqua è venis in ventrem confluxerit, solutio fit.

15 Longo alvi profluvio laboranti, sponte vomitus superveniens, alvi profluvium solvit.

16 Pleuritide aut peripneumonia detento, alvi profluvium superveniens, malum.

17 Ophthalmia laborantem, alvi profluvio corripi, bonum.

18 Cui perfecta est vesica, aut cerebrum, aut cor, aut septum transversum, aut aliquod ex intestinis tenuibus, aut ventriculus, aut hepar, lethale.

19 Ubi dissectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut genæ pars tenuis, aut preputium, neque augetur, neque coalescit.

21 Insanis, si varices, vel hæmorrhoides supervenerint, insaniæ solutio.

23 Si metus, & mœstitia multo tempore perseverent, melancholicum est signum.

24 Si quod gracile inteſtinum perfectum ſit, non coaleſcit.

25 Eryſipelas foras intrò converti, malum: intus verò foras, bonum.

26 Quibus in febre ardente tremores fiunt, delirium ſolvit.

27 Quicunque empyi, aut hydropici uruntur, aut ſecantur, ſi pus, aut aqua univerſim effluxerit, omnino moriuntur.

28 Eunuchi non laborant podagra, neque calvi fiunt.

29 Mulier non laborat podagra, niſi menſes ipſi defecerint.

30 Puer non laborat podagra, ante veneris uſum.

31 Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut purgatio ſolvit.

33 Qui acidum ructant, aut admodum pleuritici fiunt.

35 Hydropicis tuſſis ſuperveniens, malum.

36 Difficultatem urinæ phlebotomia ſolvit.

37 Ab angina detento tumorem fieri in collo, bonum: Foras enim, morbus vertitur.

38 Quibus occulti cancri fiunt, non curare melius: Cureti enim citius intereunt.

39 Convulſio vel à repletione fit, vel ab inanitione: Ita verò & ſingultus.

42 In ictericis hepar durum fieri, malum.

43 Qui lienoſi dyſenteria corripiuntur, iis poſt longam ſupervenientem dyſenteriam, hydrops, aut lienteria accidit, & moriuntur.

45 Quæcunque ulcera annua ſunt, aut longiore tempore durant, in iis os abſcedere eſt neceſſe, & cicatrices cavas fieri.

46 Qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi ante pubertatem ſunt, moriuntur.

47 Quibus venæ ſectio, aut purgatio prodeſt, bis vere ſecanda vena, aut purgatio imperanda.

48 Lienoſis dyſenteria ſuperveniens, bonum.

49 Qui podagrici morbi fiunt, ſedata inflammatione, intra dies 40. conquieſcunt.

50 Quibus diviſum eſt cerebrum, his febrem & bilioſum vomitum ſupervenire eſt neceſſe.

51 Qui valentes capitis repente doloribus corripiuntur, & protinus muti fiunt, & ſtertunt, intra dies ſeptem intereunt, niſi febris eos prehenderit.

53 Deliria quæ cum riſu fiunt, tutiora: quæ verò ſtudio adhibito, periculoſiora.

55 Dolores podagrici vere, & autumno ferè moventur.

57 Apoplectici fiunt maximè à quadrageſimo anno, ad ſexageſimum.

58 Si omentum exciderit, neceſſariò computreſcit.

59 Quibus longo cozendicum dolore conflictatis, femoris ſummum coxa excidit, rurſuſque recidit, iis mucores innaſcuntur.

60 Quibus diuturno dolore iſchiadico vexatis femur excidit, iis crus contabeſcit, & claudicant, niſi urantur.

Sectio Septima.

10 A Bileo vomitus, vel ſingultus, vel convulſio, vel delirium, malum.

11 A pleuritide, peripneumonia, malum.

12 A peripneumonia, phrenitis, malum.

14 Propter plagam in capite acceptam, ſtupor, aut deſipientia, malum.

15 Ex ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

16 A puris ſputo, tabes, & fluxus: quum verò ſputum ſiſtitur, moriuntur.

17 Inflammationi hepatis ſi ſupervenerit ſingultus, malum.

22 A diuturno partium ad ventrem attinentium dolore, ſuppuratio.

23 A ſincera dejectione, dyſenteria, malum.

27 Si prægnanti teneſmus ſupervenerit, abortum facit.

29 Si Leucophlegmatia detento, fortis diarrhæa supervenerit, morbum solvit.

30 Quibus per diarrhæam spumosa, sunt alvi excrementa, iis à capite effluunt talia:

31 Quibus per febres in urinis sedimenta crassiorem farinam referunt, longam invaletudinem fore significant.

32 Quibus in urinis bilioſa sedimenta, sed supra tenuia apparuerint, acutum morbum significant.

33 Quibus divulsæ sunt urinæ, iis vehemens fit in corpore perturbatio.

34 Quibus in urinis bullæ innatant, nephritim, & longam fore invaletudinem significant.

35 Quibus in urina adipalis superficies est, & conferta iis nephriticum, & acutum morbum adesse significat.

37 Qui sanguinem evomunt, si sine febre, salutare; si cum febre, malum. Curatio perficitur refrigerantibus, & astringentibus.

39 Si quis sanguinem & grumos meiat, & stranguria laboret, dolore ad hypogastrium, & pectinem, & perinæum pertinente, ad vesicam loca laborant.

40 Si subito lingua impotens reddatur, vel aliqua corporis pars attonita stupeat, planè id melancholicum est.

44 Si empyis cum uruntur, aut secantur, purum & album pus efluat, evadunt: Si verò subcruentum, fæculentumque & fætidum, pereunt.

45 Quibus purulentum jecur aduritur, si purum pus effluat & album, salvi fiunt: In tunica enim ipsis pus continetur. Si verò qualis amurca profluat, intereunt.

46 Dolores oculorum post meraci vini potum, & aquæ calentis copiosæ balneum, venæ sectione curato.

48 Urinæ stillicidium, ac meiendi difficultatem, vini meraci potus, & venæ sectio solvit.

50 Quibus cerebrum syderatum est, intra tres dies intereunt: Si verò hos superaverint, sani fiunt.

52 Quibus hepar admodum dolet, iis febris superveniens solvit dolorem.

56 Anxietudinem, oscitationem, horrorem, vinum pari aquæ portione temperatum, solvit.

58 Quibus occasione aliqua cerebrum fuerit vehementer concussum, mutos protinus fieri necesse est.

59 Corporibus, humida carne præditis, imperanda fames est: Nam fames siccat corpora.

SECTIO OCTAVA.

Continens. Τὰ ἐξωτικά.

Ex Epistola ad Cratevam.

SUcci omnes, & fluidi liquores in vitreis vasis adferantur: Folia, flores & radices, in fictilibus novis probe obturatis, ut ne ventis difflata vim medicam perdant.

Cum ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum verò maximè in Medicina, in qua dilatio, vitæ periculum adfert. Temporum autem opportunitates curationum sunt animæ.

Multa nos mortales latent.

Neque enim ei qui in periculo constitutus est, satis sunt quæ possumus, verum etiam, quæ non possumus expetit.

Ex Epistola ad Damagetum.

TOtus homo ab ipso ortu morbus est. Dum educatur inutilis, auxilium supplex implorat. Dum increscit, improbus & demens est, institutione puerili indigens; In ætatis vigore constitutus, audax; Ætate marcescens, miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens.

Ægrotantes simul ac servati sunt, causam Diis, vel Fortunæ attribuunt.

Ex Epistola ad Democritum.

IN arte Medica, quæ recte fiunt, plerumque quidem hominum vul-

gus non admodum laudat, ſæpe verò Diis attribuit. At ſi in aliquo repugnans natura, eum qui curatur, interemerit, Numen prætermittens, Medicos incuſat: Et Ego ſane plus reprehenſionis, quam honoris ex arte mihi conſecutus videor. Neque enim quantumvis jam Senex, ad artis medicæ finem perveni, neque etiam ipſius inventor Æſculapius.

Ex Democrati Epiſtola ad Hippocratem, de Natura humana.

VEſicæ vicina infantium mater, gravis calamitas, ſexcentarum ærumnarum mulieri author, uterus deliteſcit.

Ex Epiſtola ad Demetrium Regem.

HUmanorum morborum radix caput eſt, ex eoque maximæ ægrotationes adveniunt, cum enim toti corpori incumbat, eorum omnium, quæ ingeruntur reliquias, & tenues humores, non ſecus ac cucurbitulam attrahere contingit.

De purgatoriis Remediis.

ANte omnia biliosis oportet propinare cholagogum pharmacum pituitoſis, phlegmagogum, hydropicis, hydrogogum, melancholicis, melanogogum.

Fæda eſt calamitas, pharmaco purgatorio hominem interiiſſe.

Qui validis febribus impliciti jacent, his non ante febris remiſſionem, pharmaca dare oportet; ſin minus, cunctandum ſaltem ne intra decimum quartum diem.

De Hominis Structura.

SAnguinis locus, & ſpiritus in corde eſt: A dextris quidem ejus ſanguis, à ſiniſtris verò ſpiritus conſiſtit.

Venæ à corde ſanguinem ſumunt, per quas corpori diſtribuitur.

FINIS.

IN-

INDEX
SECTIONUM, ET CAPITUM
In ſingulis Sectionibus Contentorum.

SECTIO
Prima.

Jusjurandum. pag. 1
Lex. 2
De Arte. 2
De priſca Medicina. 2
De Medico. 3
De Decenti habitu. 4
Præceptiones. 5

SECTIO
Secunda.

Liber prænotionum. 5
De Humoribus. 12
De Criſibus. 13
De diebus criticis. 15
Prædictorum Liber primus. 15
Secundus. 16
Coacæ prænotiones. 17

SECTIO
Tertia.

De Natura hominis. 36
De Genitura. 36
De Natura pueri. 37
De Carnibus. 39
De Septimeſtri partu. 40
De Octimeſtri partu. 40
De Superfœtatione. 40
De Dentitione. 41
De Corde. 41
De Glandulis. 41
De Oſſium natura. 41
De Aere locis & aquis. 42
De Flatibus. 44
De Morbo Sacro. 45

SECTIO
Quarta.

De Salubri victus ratione. 45
De Victus ratione Lib. primus. 46
Secundus. 46
Tertius. 48
De Inſomniis. 48
De Alimento. 49
De Ratione victus in morbis acutis. 49
De Locis in homine. 51

SECTIO
Quinta.

De Morbis Liber primus. 51
Secundus. 52

Tertius. 53
Quartus. 55
De Affectionibus. 55
De Internis affectionibus. 56
De Natura muliebri. 57
De Mulierum morbis. 58
De Is quæ uterum non gerunt. 59

SECTIO

Sexta.

DE Officina medici. 60
De Fracturis. 60
De Articulis. 61
De Capitis Vulneribus. 62

SECTIO

Septima.

DE Morbis Epidemiis. 63
Liber Aphorismorum. 86

SECTIO

Octava.

EPistolæ. 93

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM

Quæ hoc Opere continentur.

A

ABortus cauſa. pag. 40
Futuri ſignum. 92
Acetum biliosis magis quam melancholicis confert. 50
Adoleſcentiæ morbi. 90
Adoleſcentis in foro Mendacium hiſtoria. 46
Adoleſcentis in Melibæa hiſtoria. 80
Adoleſcentis in cujus os ſerpens irrepſerat hiſtoria. 82
Ægrotis in quibus gratificandum. 83
Æſtate, morbi infeſtantes. 89
Alimentum quid. 39
Triplex. 45
Allii vires. 47
Alvi dejectio, quæ bona, quæ mala. 8. 34
Amazones infantes maſculos luxant. 61
Anaxionis hiſtoria. 77
Anginæ prognoſis. 11. 26. 92. 94
Curatio. 50
Anginæ liberis mites, ſervis vehementiſſimæ. 84
Anginoſæ juxta Ariſtionem hiſtoria. 73
Anima corporis humani portio. 46
Anni diviſio. 48
Anni tempora conſideranda. 41
Anni temporum maximæ mutationes obſervandæ. 43
Pro Anni varia conſtitutione varii morbi. 43
Apii facultates. 47
Aphoniam tremor ſolvit. 18
Apollonii hiſtoria. 79
Apoplexiæ præſagia. 30. 94
Aquæ quænam calidæ. 41
Quænam optimæ, & pravæ. 42. 69
Aquiloniæ tempeſtatis incommoda. 13. 89
Aqua vorax. 84
Articulus præſenti febre, ſuam in ſedem reponendus non eſt. 61
Aſiatici Europæis minus bellicoſi. 30
Aſparagi vires. 47
Aſtronomia ad artem medicam confert. 42
Athletarum habitus boni periculoſi. 86
Avis fit ex ovi luteo. 39
Auris doloris præſagia. 11
Aurium affectus. 11
Aurium ſordes dulces quid ſignificent. 84
Auſtrinæ tempeſtatis incommoda. 12. 89
Autonomi hiſtoria ex capitis vulnere mortui. 81
Autumno morbi infeſtantes. 89

B

BEtæ facultates. 47
Bilis atræ dejectio quid ſignificet. 14
Bilioſi ægre cibi abſtinentiam ferunt. 91

Brachii os fractum diebus quot firmetur. 60
Brassicæ vires. 47

C

CAlculum frangentia nulla dantur. 30
Calculi in vesica signum. 55
Calidum immortale vocatum. 39
Caloris & frigoris inæqualitas. 7. 14
Calvi in Larrissa historia. 77
Calvities à cerebri consumptione. 83
Canales pro cruribus fractis. 60
Cancer occultus. 94
Capitis dolores in febribus. 11
Capitis doloris cura. 93
Capitis doloris ex utero cura. 85
Capita debilia habentes numquam egregii potores. 42
Caput & lien morbis maximè obnoxia. 55
Capitis fluxiones. 41
Capitis partes, quæ tuto secari possunt, & quando sectio instituenda. 62
Capitis os quomodo secandum. 63
Ex Capitis vulneribus perituri signa. 62
Hieme quam æstate diutius vivunt. 62
Cardialgia quando funesta. 24
Carnis omnis generis qualitates. 47
Carus & Coma. 20
Cauponis peripneumonia laborantis historia. 85
Cephalalgiæ prognosis & cura. 20
Cerebrum glandula est. 41
Cerebri concussio. 31. 82
Cerebri sphacelismus. 52
Cherionis historia. 72
Cibus & potus paulatim addendus, vel detrahendus. 56
Ciceris vires. 47
Clazomenii historia. 67
Cleonactidis historia. 66
Conceptus signa, 39. Impedimentum, 93. Remedium. 59
Concocta, non cruda, educenda. 87
Consuetudini aliquid dandum. 87
Continentia, contenta & impetum facientia. 85
Contrariorum contraria sunt remedia, 36. & 85. paulatim sunt adhibenda. 83
Convolvulus sanguineus. 57
Convulsio, quando & quibus funesta. 26. 92
Ejus causæ. 12. 94
Cura. 91
Cor musculus est. 41
Et sanguinis fons. 55
Corpus totum spirabile & omnia consentientia. 84
Coxendicis doloris curatio. 56. 94
Cranii fractura ejusque 5. genera. 31. 62
Crisin quæ ostendant, 27. sexto die, & decimo quinto salutaris. 70
Critonis historia. 67
Cubiti os fractum quot diebus coalescat. 60
Cutis raritas, & compactio quid efficiant. 9

D

IN Dealcis horto decumbentis historia. 71
Dealcis uxoris historia. 80
Deambulandum quando. 48
Decubitus quis optimus, quis malus. 6
Dens dolens, nisi erosus & mobilis, non eximendus. 55
Dentitionis incommoda. 41
Dentium stridor. 6
Deliquium animi subinde recurrens mortiferum. 88
Digiti liventes & nigri. 8
Divinum si quid in morbis cognoscendum. 5
Dromeadæ uxoris historia. 68
Dysenteriæ præsagia. 30. 91
Dyseridis famulæ historia. 81
Dysuriæ, & stranguriæ curatio. 70. 94
Nil habet aliis morbis divinius. 45

E

EBrietatis remedium. 51
Empyematis prognosis. 92
Epicharmi uxoris historia. 82
Epicratis uxoris historia. 65
Ab Epilepsia ut juvenes liberantur. 88. 92
Quinam ea non apprehendantur. 45
Epileptici plerumque fiunt melancholici, & è contra. 85
Erasini historia. 66
Erysipelatis prognosis. 94
Euryanactis filiæ historia. 73
Exercitationis justa mensura. 83
Excreta non copia æstimanda. 87
Experimentum periculosum. 86

F

FAbarum vires. 46
Facies Hippocratica quid. 5. 22
Ex facie signa. 22. 83
Famem vini potio solvit, & ubi adest labor nocet. 87
Famulæ in Omilo historia. 81
Fasciæ quomodo deligandæ. 60
Fauces exulceratæ. 11. 23
Febrium signa. 11. 12. 17
Febres æstate magis grassantur. 69
Febris quartanæ cura. 55
Ejus privilegium. 84. terminus. 87
Febris tertianæ cura. 53
Terminus. 14. 90
Febres sine sudore quando contingant. 69
Femoris articulus quot modis luxetur. 61
Ferulæ quando admovendæ. 60
Fistulæ quæ pessimæ. 31
Flatus eruptio quæ probanda. 8
Fluor albus. 57
Fœtus mortui signa. 58
Fœtus quando movere incipit. 38
Frictionis vires & commoda. 60
Frigora quæ vitanda. 48
Fullonis historia. 85

G

GEnitura septem dierum. 39
Gravitas corporis. 7

H

HÆmorrhagiæ commoda. 25
Hæmorrhagia narium. 7. 24. 25
Larga, solvit multa. 69
E naribus quarto die, non probanda. 70. 83
Hæmorrhoidum cura. 5
Curatio, suspecta. 81
Hæmorrhoidum fluentium commoda. 26. 14
Hermocratis historia. 71
Herophontis historia. 65
Herophyti historia. 78
Hieme morbi infestantes. 89
Historia cujusdam sagitta juxta inguen percussi. 82
Hominis corpus ex pluribus constat. 37
Homo totus à natura morbus. 96
Hominis innominati historia. 68. & 69
Hordei facultates. 46
Hippiæ sororis historia. 85
Humeri os quomodo reponendum. 61
Humores pro anni temporum differentiis augentur. 36
Humores ducendi quo maximè vergant. 87
Humidi quatuor species. 12. 36. & 55
Hydropis remedium. 85
Hydropis sicci signum. 90
Hydrops pulmonis, 52. & 53. & 56
Hypochonaria in morbis qualia probantur. 7
Hypochondriorum tumor. 7. 23. & 24
Hysterici affectus cura. 57

Ictc-

I

Icterus febribus succedens. 14. & 91
Jejunium qui facilius ferunt. 87
Ex igne, & aqua omnia constant. 46
Ilei causa, signa, & cura. 48. & 53
Infantis situs in utero. 38
Infantium morbi. 89
Inflammationi, quæ conveniant, quæ non. 56
Insania quandoque utilis. 14
Insomnia quid significent. 48
Insulæ continenti vicinæ marinis rigidiores. 46
Isagoræ filii historia. 85
Judicantia in melius ne statim appareant. 69
Quæ judicantur, & judicata sunt non movenda. 87
Ischuria rigorem præcedit. 83
Juvenes multo egent alimento. 87. & 88
Juvenum morbi. 90

L

Labores cibos præcedant. 84
Lacti extincto, quæ medeantur. 57
Lactis qualitates. 46
Quibus conveniat. 93
Lariſſææ virginis historia. 79
Leguminum esus incommoda. 70
Lentes, quas qualitates habeant. 47. & 48
Lienes magni. 55. 57
Lienteriæ præsagia. 30
Lingua humorum serum quale sit indicat. 84
Lini seminis vires. 47
Lochiorum suppressio. 56. 57. 58. & seq.
Lumbricus latus quando & quomodo generetur. 55

M

Machinis quando, & quibus utendum. 60
Macrocephali quomodo prognati. 44
Manuum gesticulatio. 6
Manus luxatæ signa & cura. 61
Medicam artem dari probatur. 2
Ex quibus constet. 63
Medicina artium nobilissima. 1
Ad eam cognoscendam sex adjumentis opus est. 1
Ejus definitio. 1. 45. 46
Deo ascripta. 3
Medicina optima est interdum medicinam non facere. 61
Procrastinatio ab ea absit. 95
Medicus calculo laborantes secare non debet. 1
Consultationes amet. 5
Deum invocet. 48
Instrumenta omnis generis habeat præparata. 4
Si probus, alteri nunquam invidebit. 5
Ejus indulgentia ægrotanti sæpe nocet. 5
Quæ eum deceat. 5. 4
Silere jubetur. 1
De quibus ægrotum interroget. 56
Multarum rerum experientiam habere oportet. 61
Mali quibus similes. 3
Medicus nesciens quiescere periculosus. 83
Quæ illi consideranda ut recte in curatione morborum procedat. 51. & 53
Melancholiæ præsagia. 30
Melidæ historia. 69
Membrorum discretio quot diebus fiat. 37
Mensium mensura justa, & tempus. 58
Ad menses immodicè fluentes. 60. & 70
Menstruorum retentorum incommoda & cura. 32. 57. 58
Menthæ facultates. 47
Mentis humanæ sedes. 41
Metonis historia. 67
Molæ causa. 59
Morborum acutorum terminus. 14. 87
Acuti qui. 49. 55
Acutorum incertæ prædictiones. 87

Morbus cujus cauſa nota, facile curatur. 45
Morborum communium cauſa eſt Aer. 36
Morbi, qui lethales, dubii, aut minime lethales. 51. 55
Morbos quæ prohibent. 83
Morbis extremis extrema conveniunt remedia. 86
In morbis longis terram mutare bonum eſt. 84
Morbi ſecundum anni tempora augentur & deſinunt. 36
Morbi connutriti quomodo deſinant. 84
Morbus alteri ſuccedens ut plurimum pernicioſus. 56
Morbi omnes ex bile, & pituita oriuntur. 55
Mororum facultates. 48
Mulieris apud Pantamidem hiſtoria. 74
Mulieris in Cyrico decumbentis hiſtoria. 80
Mulieris in foro Mendacium hiſtoria. 74
Mulieris gravidæ hiſtoria. 68
Mulieris gravidæ ſignum. 93
Mulieris gravidæ cum dyſenteria ad partum ſuperſunt. 16
Mulieri gravidæ cautè ſecanda vena. 92
Muliebria educit ſuffitus aromatum. 92
Mulieris in Thaſo hiſtoria. 75. & 79
Mulieris juxta Tiſamenum hiſtoria. 74
Mulieris quæ venenatum medicamentum biberat hiſtoria. 82. & ſequ.
Mutationes cavendæ, & conſiderandæ. 13. 50. & 83

N

NAmyſiæ hiſtoria. 85
Naſturtii vires. 47
Natura morborum medicatrix. 84. & 85
Navis gubernatoris hiſtoria. 82
Nerei filiæ hiſtoria. 82
Nervorum morbi graviores. 51
Nervorum ſubſultus. 19
Nicodemi hiſtoria. 78
Nimium omne naturæ inimicum. 88. & ſeq.

O

OCcipite laborante, in fronte venæ ſectio juvat. 83. & 84. & 93
Oculorum affectus. 6. 22
Oculorum dolorum cura. 94
Oecetæ uxoris hiſtoria. 74
Oſſafracta habentes tenuiter cibandi. 60
Oſſa luxata cum vulnere, minime ſunt reponenda. 62
Oſſibus frigidum inimicum. 92
Oſcitationis curatio. 63

P

PAnis vires. 48
Parii hiſtoria. 75
Paronychiæ remedium. 70
Parotides quid protendant. 21
In Paroxyſmo parcè cibandum. 86. & ſeq.
Partus ſine dolore periculoſus. 32. & 33
Partus ut fit. 38
Quibus menſibus vitalis. 38. 39. & 40.
Octimeſtris. 40
Ad eum facilitandum. 59
Pectori frigida inimica. 92
Pepaſmus quid. 26
Periclis hiſtoria. 77
Perepneumoniæ abſceſſus ſuccedentes. 10
Quomodo fiat ejuſque ſigna. 54. & 94
Ut à pleuritide differat. 51
Ejus & pleuritidis curatio. 50
Pernicioſa ſine ſignis levantia, mortifera. 15
Phaethuſæ hiſtoria. 85
Philes filii hiſtoria. 83
Philini uxoris hiſtoria. 65
Philiſci hiſtoria. 64
Philiſtis hiſtoria. 72

Phrenitici hiſtoria. 76
Phrenitici curatio. 55
Phthiſis quando lethalis. 28
Quibus præcipuè fit. 29. 92
Signa diagnoſtica. 52. 56
Piſclum ſaxatilium natura. 47
Pithyonis hiſtoria. 70. 76
Pleuritis quid. 55
Quænam ſalutaris, quæ non. 27. & 54.
Ejus curatio. 49
In ſanguinea non mittendus ſanguis 13. 27. & 83.
Sicca funeſta. 26
Quando in empyema tranſeat. 92. & 93.
Ejus tum curatio. 54
Alvi fluxu corripi malum. 54. & 93.
Podagra quænam ſalutaris, quæ non. 16.
Diuturnum eſt malum, & ægerrimè ſolvitur. 56
Polypi curatio. 55
Ptiſanæ laudes. 49
Prægnantes quando purgandæ. 90. & 91.
Puer in utero alimentum ore ſugit. 39.
Puris optimi notæ. 7
Purgatio ſanis periculoſa. 90
Quid eam præcedere debeat. 10. & 87.
Purgandum quando, & quomodo. 90.
Pyrorum facultates. 48

R

Rapi facultates. 47
Raucedines in ſenibus non coquuntur. 88
Recidiva quando metuenda. 14
Quomodo fiat. 70. 87
Renum vitia, quæ non ſanantur. 85. 93
Reſpirationis præſagia. 23
Rigor ante partum metuendus. 32
Ejus præſagia. 91
Ructus acidus in lienteria bonus. 93
Rutæ vires. 47

S

Sanguinis mictio quid ſignificet. 91.
Sanguinis miſſio purgationem præcedat. 27
Quando nocet. 131
Quando mittendus in morbis acutis. 50
Sanguinem è venis fluentem ſiſtentia. 85
Sanguinis ſtillæ damnoſæ. 19
Sanitatis regula & tutela. 84
Satyri pollutione nocturna laborantis hiſtoria. 85
Scytharum modus vivendi, & cur evirati. 44
Secundas relictas expellentia. 57. & 93.
Semen ab omnibus corporis partibus procedit. 36
Senum morbi. 91
Sileni hiſtoria. 64
Sitim quid cohibeat. 83
Solanum quid efficiat. 47
Spiratio crebra dolorem ſignificat; magna verò delirium. 6
Sputa rotunda, quid ſignificent. 84.
Sputum quando promoveri debeat. 27.
Steriles fovere, ac pharmaco uti oportet. 70
Succi, & humores fluidi in vaſis vitreis adferantur. 95
Sudor in febribus acutis copioſus eſt damnoſus. 15
Sudores, quando optimi, quando boni, quando peſſimi. 7
Sudores febricitanti ſi contingunt quid efficiant. 14
Surditas ex febribus nata quid efficiat. 22
Sutoris infortunium. 82

T

Tabes dorſalis unde oriatur. 53.
Terra ſqualida propter ſiccitatem quomodo ſe habeat. 84.

Teſtes, & pudenda quando mortis periculum denuncient. 8
In Thago mulieris moroſæ hiſtoria. 79.
Torpores præter conſuetudinem futura denunciant apoplectica. 30. & ſeq.
Trimeſtris fœtus omnia habet manifeſtè figurata. 70
Tumores quid efficiant in hypocondrio. 7

V

VEneris uſus, quid efficiat. 48. 49.
Ver ſaluberrimum, & minimè lethale. 69
Veſicæ duræ, & dolentes exitiale periculum minantur. 11
Victus tenuis, & exquiſitus in morbis longis ſemper perniciosus. 86.
Victus humidus febricitantibus confert. 87
Vini qualitates, & effectus. 47
Virginis in morbum incidentis hiſtoria. 81
Virginis pulchræ Nerei filiæ hiſtoria. 82.
Ulcus quando natum ſit noſſe oportet. 6
Vomitus, quando utilis ſit. 9
Urinæ in febricitantibus, quando ſint ſignum boni eventus, quando non. 33
Urinæ ſtillicidium ſolvit venę ſectio. 70.
Urina multam ſubſidentiam habens ſolvit deliria. 84

FINIS.

386 chelidonium dans l'autop
d'après Rivière

387 — — —
d'après Joël